00079846

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY.
TOWN HALL, BOMBAY.

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019

O
930
Dio/Dio
79846
00079846

ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΚΗΣ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

DIODORI SICULI

BIBLIOTHECAE HISTORICAE

LIBRI QUI SUPERSUNT,

INTERPRETE

LAURENTIO RHODOMANO.

AD FIDEM MSS. RECENSUIT

PETRUS WESSELINGIUS,

ATQUE

HENR. STEPHANI, LAUR. RHODOMANI, FULVII URSINI, HENR. VALESII, JACOBI PALMERII & SUAS ADNOTATIONES, CUM INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS, ADJECIT.

TOMUS II.

79846

LIBRARY OF THE BOMBAY BRANCH OF THE ROYAL ASIATIC SOCIETY



AMSTELODAMI,
Sumptibus JACOBI WETSTENII.
M. D. CCXLVI.

Q-a-11

CATALOGUS

LIBRORUM GRAECORUM ET LATINORUM

Sumptibus WETSTENII *Editorum.*

AEliani Variae Hiſtoriae, ex Editione Gronovii, Graece & Latine 4. II Tomi.
Antonini & aliorum Vetera Romanorum Itineraria ex Editione P. Weſſelingii 4.
——— idem Charta magna 4.
Auctores Mythographi Latini cum integris commentariis Mycilli, Schefferi & Munckeri, accedunt T. Wopkenſii emendationes & conjecturae, curante van Staveren 4. cum figuris 1742.
——— idem Charta magna 4.
AUCTORES ſine notis, minima Forma, plerique Typis nitidiſſimis & emendatiſſimi, ſcil. *Caeſaris Commentaria*, *Cornelius Nepos*, *Curtius*, *Horatius*, *Juſtinus*, *Juvenalis & Perſius*, *Ovidius*, *Plautus*, *Salluſtius*, *Tacitus*, *Terentius*, *Virgilius*, *Eraſmi Colloquia*, &c. 24.

B.

BIblia Graeca ex editione & cum variantibus Lectionibus Millii 8. II Tomi.

C.

CAniſii Theſaurus Monumentorum Eccleſiaſticorum & Hiſt. ſive Lectiones antiquae ad ſaeculorum ordinem digeſtae, variiſque opuſculis auctae fol. VII Tomi.
——— idem Charta magna fol.
Ciceronis Opera omnia cum notis integris & ſelectis eruditorum ex Editione Verburgii 8. XVI voll.
Clerici Commentarii in Vetus Teſtamentum fol. IV Tomi: Editio emendatior Amſt. 1735.

G.

GOtha Numaria, ſiſtens Theſauri Fridericiani Numiſmata Antiqua, Auctore Liebe fol.

H.

HAmmondus & Clericus in Novum Teſtamentum fol. II Tomi.
Heineccii Elementa Philoſophiae Rationalis & Moralis, ſive Logica 8.
Homeri Opera omnia Graece & Latine, accedunt Fragmenta Graeca ex Editione ac Verſione Sam. Clarcke, editio nitidiſſima & accuratiſſima 12. II Tomi 1743.

I.

JOſephi Opera Omnia Graece & Latine cum notis Hudſoni, Bernardi, Gronovii, Coccei, Spanhemii, Relandi, &c. curante Haverkampio fol. II Tomi.

L.

LIvius cum notis integris Vallae, Sabellici, Rhenani, Gelenii, Loriti, Sigonii, Urſini, Sanctii, Gronoviorum, Fabri, Valeſii & Perizonii, Variorum excerptis, nec non ineditis Gebhardi, Dukeri & aliorum. Curante A. Drakenborch qui & ſuas adjecit, accedunt Supplementa Freinshemii 4. VII Tomi.
——— idem Opus, Charta magna. 4.
Luciani Samoſatenſis Opera omnia Graece & Latine, cum nova Verſione Hemſterhuſii & Gesneri, Graecis *Scholiis* ac *Notis* omnium proximae Editionis Commentatorum. Additis Brodaei, Jenſii, Kuſteri, &c. aliiſque ineditis ac praecipue Moſis Solani, Gesneri, & Hemſterhuſii, cura Reitzii. 4. III Tomi 1743.
——— idem Opus, Charta magna.

M.

MArtini (*Emmanuelis*) Eccleſiae Alonenſis Decani Epiſtolarum Libri XII. accedunt auctoris vita a Gregorio Majanſio conſcripta nec non praefatio Petri Weſſelingii 4. cum figuris.
——— idem Charta magna 4.
Morelli Theſaurus Numiſmatum Familiarum Romanarum, Nummorum Miſcellaneorum, urbis Romae, Hiſpanicorum &c. cum commentariis perpetuis Sig. Haverkampi fol. II Tomi.
——— Theſaurus Numiſmatum Imperatorum Romanorum, diligentiſſime conquiſitorum, elegantiſſime accuratiſſimeque delineatorum, cum commentariis Schlegelii, Haverkampi & denique A. F. Gorii, accedit ejuſdem explicatio Tabularum Columnae Trajanae elegantiſſime aeri inciſarum, &c. fol. III. Tomi.

O.

OVidii Opera Omnia, cura ac notis Burmanni & Variorum 4. IV Tomi.

Philo-

CATALOGUS.

P.

PHiloſtratorum Opera omnia, Graece & Latine, Olearii fol.
——— idem Charta magna fol.
Pollucis (*Julii*) Onomaſticon, Graece & Latine, emendatum & ſuppletum cum notis Lederlini & Hemſterhuſii fol. Amſt. II Tomi.
Propertius (*Sex. Aur.*) cum notis Broukhuſii, editio nova & aucta 4. Amſt. 1727.

Q.

QUintiliani Inſtitutiones Oratoriae & Orationes, ex Edit. Burmanni 4. III Tomi.

S.

STephanus de Urbibus, Graec. & Lat. fol.
Suiceri Theſaurus Eccleſiaſticus e Patribus Graecis ordine Alphabetico; Editio ſecunda priori emendatior, elegantior & longe auctior fol. II Tomi.

T.

TErentii Comoediae, Phaedri Fabulae ac Siri Mimi ſententiae, ex editione ac Emendationibus Bentlei, 4.
Teſtamentum Graecum cum Variantibus Lectionibus & in eaſdem Notis; accedunt Loca parallela ſtudio Millii & Kuſteri. fol.
——— Graecum cum Variant. Lection. ex pluribus MSS. Codd. & antiq. Verſionibus collectae, ac Locis Parallelis, cura Maſtricht. 8.
——— Graecum, in quo tum ſelecti Verſiculi 1900, quibus omnes Nov. Teſtam. voces continentur, Aſteriſcis notantur, tum omnes & ſingulae voces, ſemel vel ſaepius occurrentes, peculiari nota diſtinguuntur, Auctore J. Leuſden, Editio nova, accuratiſſime recognita. 12. 1740.
——— idem cum Verſione Latina Ariae Montani, Editio nova accuratiſſima. 12. 1740.
Thucydides de Bello Peloponneſiaco, Graece & Latine, cum adnotationibus integris H. Stephani & J. Hudſoni; ex recenſione & cum notis Waſſe; cura Dukeri, cum animadverſionibus & indicibus novis Locupletiſſimis fol.
——— idem Charta magna fol.
Tibulli (*Albi*) Equitis Rom. quae exſtant, ad fidem veterum membranarum ſedulo caſtigata, accedunt notae & variantes Lectiones ab eodem Auctore, qui Propertium edidit 4. fig.

V.

VIrgilii Maronis opera cum integris & emendatioribus *Servii, Phylargyrii, Pierii, commentariis &c.* accedunt doctorum virorum ac praecipue Nicolai Heinſii Notae nunc primum *editae &* animadverſiones in omne opus Petri Burmanni &c. cum indicibus abſolutiſſimis & Figuris elegantiſſimis 4. IV. Tomi. 1745.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ

ΕΝ ΤΗ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΤΗ

ΤΩΝ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΒΙΒΛΩΝ.

HAEC IN DECIMO QUINTO

DIODORI LIBRO

CONTINENTUR.

Ως Πέρσαι Ευαγόραν ἐν [b] τῇ Κύπρῳ διεπολέμησαν.

Ως Λακεδαιμόνιοι παρὰ τὰς κοινὰς ὁμολογίας Μαντινεῖς μετῴκισαν ἐκ τῆς πατρίδος.

Περὶ τῶν Διονυσίου τοῦ Τυράννου ποιημάτων.

Περὶ τῆς [c] Τηριβάζου συλλήψεως, καὶ τῆς ἀπολύσεως αὐτοῦ.

Περὶ τοῦ Γάω θανάτου, καὶ τῆς Ορόντου καταγνώσεως.

Ως Αμύντας καὶ Λακεδαιμόνιοι πρὸς Αθηναίους ἐπολέμησαν.

Ως Λακεδαιμόνιοι τὴν Καδμείαν κατελάβοντο.

Ως τὰς Ελληνίδας πόλεις παρὰ τὰς συνθήκας [d] κατεδουλώσαντο.

Κτίσις Φάρου νήσου κατὰ τὸν Αδρίαν.

Διονυσίου στρατεία εἰς τὴν Τυῤῥηνίαν, καὶ σύλησις τοῦ ἱεροῦ.

Στρατεία Διονυσίου ἐπὶ Καρχηδονίους, καὶ νίκη, καὶ ἧττα.

Ως Θηβαῖοι τὴν Καδμείαν ἀπεκτήσαντο.

Ut Perſae Evagoram in Cypro debellarint.

Ut Lacedaemonii contra pacis leges Mantineenſes e patria in alias ſedes tranſtulerint.

De Dionyſii Tyranni poëmatibus.

Ut Teribazus comprehenſus & dimiſſus fuerit.

De Gai interitu, & Orontis deſperatione.

Ut Amyntas & Lacedaemonii cum Athenienſibus bellum geſſerint.

Ut Lacedaemonii Cadmeam occuparint.

Ut Graecas civitates praeter foedus ſubegerint.

Phari Inſulae in Adria frequentatio.

Dionyſii expeditio in Hetruriam, & templi expilatio.

Dionyſii expeditio in Carthaginienſes, ejuſque victoria, & clades.

Ut Thebani Cadmeam recuperarint.

Ut

a Διοδώρου τοῦ Σικελιώτου *idem*. b Deeſt *Coiſl.* c Τειρίβ. *idem*. d Ἐδουλώσαντο *Clar. Reg.* 2.

9. Περὶ τοῦ Γάω θανάτου] Vide L. XV, 3. & C. 18., & viri mortem ſuo loco non eſſe poſitam cognoſces. mox πρὸς Ὀλυνθίους praeſtaret. P. Wess.

21. Καδμείαν ἀπεκτήσαντο] Lege ἀνεκτήσαντο. Vulgatum arcis Cadmeae poſſeſſione Thebanos ſe abdicaſſe indicat. *Baſilius M.* Homil. in Divit. p. 56. D. T. II. καὶ πῶς διαστήσωμεν πάντα ἀ- παντα-

Ut Carthaginenſes lues peſtifera in magnum periculum conjecerit.	Ὡς Καρχηδόνιοι λοιμικῇ νόσῳ περιπεσόντες ἐκινδύνευσαν.
De bello Boeotico, ejuſque geſtis.	Περὶ τοῦ Βοιωτικοῦ πολέμου καὶ τῶν πραχθέντων ἐν αὐτῷ.
Triballorum expeditio contra Abdera.	Τριβαλλῶν στρατεία ἐπὶ Ἄβδηρα.
Perſarum expeditio in Aegyptum.	Στρατεία Περσῶν ἐπ' Αἴγυπτον.
Ut Thebani Lacedaemoniis pugna illuſtriſſima ad Leuctra devictis, principatum Graeciae obtinuerint.	Ὡς Θηβαῖοι Λακεδαιμονίους ἐπιφανεστάτῃ μάχῃ νικήσαντες ἐν Λεύκτροις, ἀντεποιήσαντο τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας.
Quid Thebani per impreſſiones in Peloponneſum egerint.	Τὰ πραχθέντα Θηβαίοις κατὰ τὰς εἰς Πελοπόννησον εἰσβολάς.
De Iphicratis diſciplina, & inventis in militia.	Περὶ τῆς Ἰφικράτους ἀγωγῆς, καὶ τῶν εὑρημένων ὑπ' αὐτοῦ κατὰ τὰς [e] στρατείας.
Expeditio Spartanorum in Corcyram.	[f] Στρατεία Λακεδαιμονίων ἐπὶ Κέρκυραν.
De terrae motu, ac inundatione in Peloponneſo, & lampade in coelo conſpecta.	Περὶ τοῦ γενομένου σεισμοῦ καὶ κατακλυσμοῦ περὶ τὴν Πελοπόννησον, καὶ τῆς φανείσης ἐν οὐρανῷ λαμπάδος.
Ut ingens inter Argivos caedes edita fuerit; quam Scytaliſmum vocitant.	Ὡς παρὰ τοῖς Ἀργείοις ἐγένετο πολὺς φόνος ὁ κληθεὶς σκυταλισμός.
De Jaſone Pheraeorum Tyranno, ejuſque ſucceſſoribus.	Περὶ Ἰάσονος τοῦ Φερῶν τυράννου, καὶ τῶν διαδόχων αὐτοῦ.
De Meſſena a Thebanis inſtaurata.	Μεσσήνης συνοικισμὸς ὑπὸ Θηβαίων.
Expeditio Boeotorum in Theſſaliam.	Στρατεία Βοιωτῶν εἰς Θετταλίαν.

e Στρατιᾶς *Reg.* 1. f Haec non ſunt in *Reg.* 1.

πεπτωκάμενοι; φησι, τί δὲ τὸ σχῆμα τοῦ βίου ἐστι, πάλαι πωλῶντες καὶ πάντων ἀπεστερημένοι; Id vero falſiſſimum. Recuperaverunt Thebani, Spartanis ejectis, Cadmeam. Vid. L. XV, 27. P. Wess.

23. Ὡς Καρχηδόνιοι &c.] Poni ante Articulum de Cadmea occupata debuerat. Vid. L. XV, 24. P. Wess.

33. Περὶ τῆς Ἰφικράτους &c.] Haec, & Spartanorum in Corcyram expeditio, terraeque motus atque inundatio, qua Helice & Bura ſubmerſae, praelio ad Leuctra ſunt priora. Conf. L. XV, 44. 47. 48. P. Wess.

ΔΙΟ-

[a] # ΔΙΟΔΩΡΟΥ

ΤΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΚΗΣ ΒΙΒΛΟΣ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΤΗ.

DIODORI SICULI

BIBLIOTHECAE

HISTORICAE LIBER XV.

327. ΠΑΡ' ὅλην τὴν πραγματείαν εἰωθότες [b] χρῆσθαι τῇ συνήθει τῆς ἱστορίας παρρησίᾳ, καὶ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐπὶ τῶν καλῶν ἔργων τὸν δίκαιον ἐπιλέγειν ἔπαινον, τοὺς δὲ φαύλους, ὅταν ἐξαμαρτάνωσιν, ἀξιοῦν δικαίας ἐπιτιμήσεως· διὰ τοῦ τοιούτου τρόπου νομίζομεν τοὺς μὲν εὖ πεφυκότας πρὸς ἀρετήν, τῷ διὰ τῆς δόξης ἀθανατισμῷ, [c] προτρέψεσθαι ταῖς καλλίσταις ἐγχειρεῖν πράξεσι· τοὺς δὲ τὴν ἐναντίαν ἔχοντας διάθεσιν, ταῖς ἁρμοττούσαις βλασφημίαις ἀποτρέψειν τῆς ἐπὶ τὴν κακίαν ὁρμῆς. διὸ καὶ τῇ γραφῇ παρόντες ἐπ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, ἐν οἷς Λακεδαιμόνιοι περὶ Λεῦκτρα παραδόξως ἡττηθέντες, μεγάλῃ περιέπεσον συμφορᾷ, καὶ πάλιν περὶ Μαντίνειαν πταίσαντες ἀνελπίστως, ἀπέβαλον τὴν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίαν· ἡγούμεθα δεῖν τὴν ὑπόστασιν τῆς γραφῆς διαφυλάττειν, καὶ τὴν ἁρμόττουσαν ἐπιτίμησιν τοῖς Λακεδαιμονίοις ποιήσασθαι. τίς γὰρ ἂν οὐκ ἡγήσαιτο κατηγορίας [d] αὐτοὺς ἀξίους ὑπάρχειν, οἵτινες παρὰ τῶν προγόνων [e] παραλαβόντες ἡγεμο-

CUM per totum hoc opus familiarem hiſtoriae orationis libertatem adhibeamus, viroſque bonos debitis laudibus proſequamur, malos contra reprehenſione digna adficiamus; hoc equidem modo futurum, exiſtimamus, ut, quorum indoles ad virtutem apta eſt, hi per immortalis gloriae propagationem, ad res praeclare gerendas excitentur, qui vero aliter affecti ſunt, ab impetu ad pravitatem rapiente vituperationibus hiſce in loco factis deterreantur. Poſtquam ergo hiſtoriae noſtrae contextum ad ea tempora deduximus, quibus Lacedaemonii ad Leuctra praeter omnem ſpem victi caeſique in magnam calamitatem inciderunt, & rurſus ad Mantineam inopinato fuſi, principatum Graeciae amiſerunt, officii noſtri eſſe ducimus, ſi & receptum in ſcribendo tenorem ſervemus, & juſtam Lacedaemoniorum criminationem praeomittamus. Quis enim non accuſandos merito cenſeat, qui, cum imperium a majoribus quam optime

Olymp. XCVIII. II. 458.

a Non habet titulum *Reg.* 2. Ἀρχὴ τῆς ιε΄ βίβλου *Reg.* 1. b Χρῆσθαι *Coiſl. Clar. Reg.* 2. c Προτρέψασθαι *Reg.* uterque. d Ἀξίους αὐτοὺς *Coiſl. Reg.* 1. e Λαβόντες *Reg.* 2.

8. Τῷ διὰ τῆς δόξης ἀθανατισμῷ] Conf. not. in L. I, 1. P. Weſs.

21. Παραλαβόντες ἡγεμονίαν κάλλιστα τεθεμελιωμένην] Non diſſimile eſt Auctoris *Epiſt. ad Hebr.* C. XI, 10. de Abrahamo ἐξεδέχετο γὰρ τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν. i. e. ſtabilem & optime fundatam coeleſtem urbem. Geminum vero maxime ſupr. L. XI,

Olymp. XCVIII. II. me fundatum, & ab iiſdem ſupra IƆ. annos magna virtute conſervatum accepiſſent, id ſua tunc ſtultitia labefactatum & ſolutum cognoverunt? Nec ſane immerito. Nam qui ante hos aetatem egerant, gloriam tam inſignem, multis caedibus ac periculis acquiſitam, eo ipſo confirmarant, quod benigne ac humaniter erga ſubditos ſe gererent: at poſteri illorum, dum violenter & aſpere ſocios tractant, belliſque Graecis injuſta & ſuperba inferunt, ſua imperium temeritate haud immerito perdidere. Nam in rebus ipſorum adverſis, qui propter acceptas injurias pridem odio flagraverant, inimicos ulciſcendi occaſionem cupide arripiebant. Et qui ab ultima inde majorum aetate hactenus invicti manſerant, eos tantus excepit contemtus, quantum illos comitari par eſt, quorum vitiis majorum virtus aboletur. Thebani igitur, qui per multas hominum aetates potentioribus ſubjecti fuerant, tunc victis inſperato Lacedaemoniis Duces Graecorum effecti ſunt. At Lacedaemonii poſt imperium ſemel ademtum, priſtinam majorum dignitatem nunquam recuperare potuerunt. Nunc, poſtquam ſatis hi nobis culpati ſunt, ad inſequentium hiſtoriam temporum hiſtoriae noſtrae ſtylum transferemus. Praecedens ergo liber, in ſerie totius operis XIV. cum Rheginis in extremam a Dionyſio ſervitutem redactis, & Roma a Gallis capta, deſinit. Quod proximo ante Perſarum in Cyprum adverſus Evagoram regem expeditionem anno accidit. Ab hoc bello praeſentem librum exorſi, cum anno, qui regnum Philippi, Amyntae F. proxime antecedit, eundem finiemus.

Olymp. XCVIII. III. 2. Jam Athenis Praetor erat Myſtichides, & Romae Tribunos conſulari dignitate III. conſtituerant, Marcum Furium, Cajum & Aemilium, cum Artaxerxes Perſarum Rex expeditionem in
459. Evagoram Cypri Regem ſuſcepit. Is multum temporis in belli apparatu inſumſerat, & magnas undique copias contraxerat, tum navales, tum etiam terreſtres. Nam pedeſtris exercitus cum equitatu trecentis millibus conſtabat; Triremeſque

νίαν κάλλιστα τεθεμελιωμένην, καὶ ταύτην διὰ τὴν ἀρετὴν τῶν προγόνων διαφυλαχθεῖσαν ἔτη πλείω τῶν πεντακοσίων, οἱ τότε Λακεδαιμόνιοι διὰ τὴν ἑαυτῶν ἀβουλίαν καταλυθεῖσαν ἐπεῖδον, οὐκ ἀλόγως. οἱ μὲν γὰρ πρὸ αὐτῶν βεβιωκότες, πολλοῖς πόνοις καὶ μεγάλοις κινδύνοις τὴν τηλικαύτην κατεκτήσαντο δόξαν, ἐπιεικῶς καὶ φιλανθρώπως προσφερόμενοι τοῖς ὑποτεταγμένοις· οἱ δὲ μεταγενέστεροι, βιαίως καὶ χαλεπῶς χρώμενοι τοῖς συμμάχοις, ἔτι δὲ πολέμους ἀδίκους καὶ ὑπερηφάνους ἐνστάμενοι πρὸς τοὺς Ἕλληνας, οὐκ ἀλόγως ἀπέβαλον τὴν ἀρχὴν, διὰ τὰς ἰδίας ἀβουλίας. ἐν γὰρ ταῖς συμφοραῖς αὐτῶν, τὸ μῖσος τῶν ἀδικουμένων ἔλαβε καιρὸν ἀμύνασθαι τοὺς προηδικηκότας· καὶ τοῖς ἐκ προγόνων ἀηττήτοις γεγονόσι τοσαύτη καταφρόνησις ἐπηκολούθησεν, ὅσην εἰκὸς ἦν γενέσθαι κατὰ τῶν ἀναιρούντων τὰς τῶν προγόνων ἀρετάς. τοιγαροῦν Θηβαῖοι μὲν, οἱ πρότερον ἐπὶ πολλὰς γενεὰς τοῖς κρείττοσιν ὑποτεταγμένοι, 328.
τότε τοὺς Λακεδαιμονίους ἀνελπίστως νικήσαντες ἡγεμόνες κατέστησαν τῶν Ἑλλήνων· Λακεδαιμόνιοι δὲ, μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς ἡγεμονίας, οὐδέποτ' ἠδυνήθησαν ἀναλαβεῖν τὸ τῶν προγόνων ἀξίωμα. ἡμεῖς δὲ τούτους ἀρκούντως ἐπιτετιμηκότες, ἐπὶ τὰς συνεχεῖς τῆς ἱστορίας f μεταβησόμεθα πρὸς τῇ γραφῇ χρόνους. Ἡ μὲν οὖν πρὸ ταύτης βίβλος, οὖσα τῆς ὅλης συντάξεως τεσσαρεσκαιδεκάτη, τὸ τέλος ἔσχε τῶν πράξεων εἰς τὸν Ῥηγίνων ἀνδραποδισμὸν ὑπὸ Διονυσίου, καὶ τὴν ἅλωσιν τῆς Ῥώμης ὑπὸ Γαλατῶν· ἥτις ἐγένετο κατὰ τὸν προηγούμενον ἐνιαυτὸν τῆς Περσῶν στρατείας εἰς Κύπρον, ἐπ' Εὐαγόραν τὸν βασιλέα· ἐν ταύτῃ δὲ ἀρχὴν ἀπὸ τούτου τοῦ πολέμου ποιησάμενοι, καταλήξομεν ἐπὶ τὸν προηγούμενον ἐνιαυτὸν τῆς Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου βασιλείας.

Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησι Μυστιχίδου, Ῥωμαῖοι μὲν ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλιάρχους τρεῖς κατέστησαν, Μάρκον g Φούριον, ἔτι δὲ Γάϊον καὶ Αἰμίλιον. ἐπὶ δὲ τούτων, Ἀρταξέρξης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἐστράτευσεν ἐπ' Εὐαγόραν τὸν Κύπρου βασιλέα. πολὺν δὲ χρόνον ἀσχοληθεὶς περὶ τὰς εἰς τὸν πόλεμον παρασκευὰς, συνεστήσατο δύναμιν ναυτικήν h τε καὶ πεζικὴν μεγάλην. τὸ μὲν γὰρ πεζὸν στράτευμα μυριάδας ἦν τριάκοντα, σὺν ἱππεῦσι· τριήρεις δὲ κατεσκεύασε πλείους τῶν τριακοσίων, στρατηγοὺς

f Μεταβησόμεθα Reg. 1. g Φρούριον Edd. h Deeſt Coiſl.

XI, 68. Θρασύβουλος δὲ καλῶς τεθεμελιωμένην βασιλείαν παρέλαβεν. Hinc τεθεμελιωμένοι, καὶ ἑδραῖοι in S. Paulli Ep. ad Coloſſ. C. 1, 23., & animus bene fundatus apud Senec. Conſt. Sapient. C. 6., magnitudo ſtabilis & fundata L. 1. de Clement. 3., & θεμέλιον τῆς ἀληθείας in Protrept. p. 66. Clementis Alexandr., ſimiliaque alia. P. Wess.

23. Ἔτη πλείω τῶν πεντακοσίων] Conveniunt numeri. Ad Leuctra pugnatum eſt Olymp. CII., quo praelio fracti Spartani Graeciae imperio exciderunt. Fundavit ſuis legibus rem publicam Lycurgus annis ante primam Olympiadem ferme centum. Recte ergo Lacedaemoniis quingentorum & paullo amplius annorum imperium contribuitur etiam infra C. 50. 65. & a Nic. Damaſceno Excerpt. p. 450. & Plutarcho Lacon. Inſtit. p. 239. F., at prave in Valeſ. ex Noſtro Excerpt. p. 225. τὴν δὲ ἡγεμονίαν διαφυλάξαντες (οἱ Λακεδαιμόνιοι) ἐπὶ ἔτη πλείω τῶν υ΄. Scripſerat πλείω τῶν φ΄. ſive πεντακοσίων. Id loca, quae produxi, adfirmant, & mos Diodori, ſupputationem Apollodori, qui Lycurgum multis annis ante primam Olympiadem vixiſſe tradidit, ſecuti. H. Valeſius, cui haec non latebant, rem alio expedire modo, ſed fruſtra, laborat. Curatius veterum ſcriptorum diſſenſum, cum de Lacedaemoniorum imperio loquuntur, exſequitur Iſ. Caſaubonus ad Polyb. pag. 97.; habet etiam Jo. Meurſius Miſcell. Lacon. L. III, 9. 10., quae huc referas. Ceterum οἱ τότε Λακεδαιμόνιοι, qui continuo ſequuntur, orationem turbant, videnturque ex ſcholio in hanc ſedem inmigraſſe: tolle eos, nec quidquam ad ſententiam deſiderabis. P. Wess.

Πλείω τῶν πεντακοσίων, οἱ τότε Λακεδαιμόνιοι] Mirum ni inter πεντακοσίων & οἱ τότε deſint verba pluſcula. H. Steph.

36. Καὶ τοῖς ἐκ προγόνων ἀηττήτοις γεγονόσι] Inſr. C. 56. ἀνίκητοι ἡγεμόνες τῆς Ἑλλάδος. Victi quidem levibus ſubinde praeliis Spartani ſunt, nunquam tamen ante Leuctricam cladem ita infracti, ut Graeciae ducatu prorſus carerent. Μόνοι δὲ οἰκοῦσιν ἀπόρθητοι, καὶ ἀτείχιστοι, καὶ ἀστασίαστοι, καὶ ἀήττητοι καὶ τοῖς αὐτοῖς χρώμενοι, ὧν ἕνεκα ἐλπὶς ἀθάνατον τὴν ἐλευθερίαν αὐτοὺς κεκτῆσθαι, de iiſdem Lyſias in Orat. Panegyr. apud Dionyſium Halicarnaſſeum T. II. p. 92. P. Wess.

46. Μεταβησόμεθα πρὸς τῇ γραφῇ χρόνους] Remove πρός. L. Rhod.

Μεταβησόμεθα πρὸς τῇ &c.] Delenda utique erit praepoſitio, niſi quid deeſt. Movent certe defectus ſuſpicionem tum Codd. veteres, in voce πρὸς retinenda conſtantes, partim etiam haec Auctoris ex principio L. XII. Νῦν δὲ ἐπὶ τὰς προκειμένας πράξεις τρεψόμεθα, προσορίσαντες τοὺς οἰκείους τῇ γραφῇ χρόνους. Ἐν μὲν οὖν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ &c. Hinc poterit levi opera refingi ἐπὶ τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας μεταβησόμεθα, προδιορίσαντες τοὺς οἰκείους τῇ γραφῇ χρόνους. Quod ſi cui tamen hoc audacius videbitur, fruatur arbitrio ſuo. P. Wess.

59. Μάρκον Φούριον] Duplex poſt M. Φούριον defectus, unus poſt Γάϊον, alter ante Aemilium. L. Rhod.

Μάρκον Φούριον] Defectus eſt manifeſtus, nec apparet, qui ſuppleri poſſit: longe enim longeque Diodorus a ceteris Faſtorum conditoribus ſe ſegregat, tribunos militum conſulari poteſtate memorans, nuſquam obvios. Unde vero eos, & qui aliquot annis ſequuntur, deſcripſerit, finire non poſſum: neque enim divinus ſum. Id quidem certe conſtat, Faſtos, quibus

τηγοὺς δ' ἀπέδειξε τῆς [i] πεζῆς δυνάμεως, Ορόντην κηδεστήν, τῆς δὲ ναυτικῆς [k] Τηρίβαζον, ἄνδρα μεγάλης ἀποδοχῆς τυγχάνοντα παρὰ τοῖς Πέρσαις. οὗτοι δὲ παραλαβόντες τὰς δυνάμεις ἐν Φωκαίᾳ, καὶ Κύμῃ, κατήντησαν εἰς Κιλικίαν, καὶ περαιωθέντες εἰς Κύπρον, ἐνεργῶς διῴκουν τὸν πόλεμον. ὁ δ' Ευαγόρας πρὸς μὲν τὸν Ακοριν τὸν Αιγυπτίων βασιλέα, πολέμιον ὄντα Περσῶν, συμμαχίαν ἐποιήσατο. καὶ δύναμιν ἀξιόλογον παρ' αὐτοῦ προσελάβετο· παρ' Εκατόμνου δὲ τοῦ Καρίας δυνάστου λάθρα συμπράττοντος αὐτῷ χρημάτων ἔλαβε πλῆθος εἰς διατροφὴν ξενικῶν δυνάμεων. ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς [l] τοὺς ἄλλους τοὺς ἀλλοτρίως ἔχοντας πρὸς Πέρσας, τοὺς μὲν λαθραίως, τοὺς δὲ [m] καὶ φανερῶς ἀπεσπάσατο, κοινωνήσοντας τοῦ Περσικοῦ πολέμου. ἐκυρίευε δὲ κατὰ μὲν τὴν Κύπρον τῶν πόλεων σχεδόν τι [n] τὸ πλέον, κατὰ δὲ τὴν Φοινίκην, Τύρου καί τινων ἑτέρων. εἶχε δὲ τριήρεις μὲν ἐνενήκοντα, καὶ τούτων ὑπῆρχον Τύριαι μὲν εἴκοσι, Κύπριαι δ' ἑβδομήκοντα· στρατιώτας δ' ἰδίους μὲν ἑξακισχιλίους, παρὰ δὲ τῶν συμμάχων πολλῷ τούτων πλείους. πρὸς δὲ τούτοις, μισθοφόρους πολλοὺς ἐξενολόγει, ἔχων χρημάτων δαψίλειαν. ἔπεμψε δ'
329. αὐτῷ, καὶ ὁ τῶν βαρβάρων βασιλεὺς στρατιώτας οὐκ ὀλίγους, καὶ ἄλλοι τινές, οἱ ἐν ὑποψίαις ὄντες τῷ τῶν Περσῶν βασιλεῖ.

Οὗτος μὲν οὖν τοσαύτας ἀφορμὰς ἔχων, τεθαῤῥηκότως συγκατέβαινεν εἰς τὸν πόλεμον· καὶ πρῶτον μὲν, ληστρικὰς ἔχων ναῦς οὐκ ὀλίγας, ἐφήδρευσε ταῖς κομιζομέναις τῶν πολεμίων ἀγοραῖς· καὶ τὰς μὲν αὐτῶν διέφθειρεν ἐν θαλάττῃ, τὰς δὲ διεκώλυσεν, ἐνίας δὲ ἀφείλετο. διὸ καὶ τῶν ἐμπόρων μὴ τολμώντων εἰς τὴν Κύπρον παρακομίζειν σῖτον, μεγάλων δὲ δυνάμεων ἠθροισμένων εἰς τὴν νῆσον, ταχὺ σιτοδεία κατέσχε τὸ τῶν Περσῶν στρατόπεδον· τῆς δ' ἀπορίας γενομένης εἰς στάσιν, οἱ μισθοφόροι τῶν Περσῶν ἐπὶ τοὺς ἡγεμόνας ὁρμήσαντες, καί τινας ἀνελόντες, ταραχῆς καὶ στάσεως ἐνέπλησαν τὸ στρατόπεδον. μόγις δ' οἱ στρατηγοὶ τῶν Περσῶν, καὶ ὁ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως ἡγούμενος, ὀνομαζόμενος δὲ Γαὼ, κατέπαυσαν τὴν στάσιν. πλεύσαντες δὲ τῷ παντὶ στόλῳ, καὶ σίτου πλῆθος ἐκ [o] τῆς Κιλικίας παρακομίσαντες, πολλὴν [p] παρέσχον τῆς τροφῆς τὴν δαψίλειαν. τῷ δ' Ευαγόρᾳ [q] πλῆθος σίτου ἱκανὸν ὁ βασιλεὺς Ακορις ἐκ τῆς Αιγύπτου παρεκόμισε,

adornarat plures ccc. Duces autem praefecit pedeſtribus copiis Orontem generum, navalibus Teribazum, virum magnae inter Perſas exiſtimationis. Qui aſſumtis in Phocaea Cumaque exercitibus, in Ciliciam deſcenderunt: unde in Cyprum tranſvecti, ſtrenua in bellum adminiſtrandum opera incubuerunt. Interea Evagoras Acorim Aegyptiorum regem, hoſtiles cum Perſis inimicitias gerentem, ſocietatis foedere ſibi adjunxerat: qui validis eum copiis inſtruebat. Hecatomnus etiam Cariae Regulus, clam cum ipſo faciens, pecunias in peregrini militis ſtipendia ſubminiſtrabat. Alios praeterea Perſis inimicos, tum ſecreto, tum manifeſto, ad ſocietatem belli pertraxit. Et pleraſque tum urbes Cypri in poteſtate habebat. Ad quas Tyrus in Phoenicia, & aliae quaedam acceſſerant. Triremes autem ipſi erant xc. ad Tyrum xx. reliquae lxx. in Cypro adornatae. Militum propriorum Iↄↄ. cIↄ. Auxiliarium vero multo plures habebat. Interim cum pecuniae affatim ſuppeterent, numeroſam peregrinorum manum ſtipendio conduxerat. Quin Arabum etiam Rex, aliique regi Perſarum ſuſpecti, militum vim haud exiguam illi miſerant.

Olymp. XCVIII. III.

3. His ille copiis inſtructus, magno ad bellum animo ſe conferebat. Ac primo navibus praedatoriis, quarum ſat multas ad manum habebat, onerarias hoſtium, quibus commeatus advehebantur, inſidiis exceptas, qua demergere, qua acceſſu prohibere, nonnullas etiam intercipere. Quo ſane effectum, ut, cum mercatores frumenta in Cyprum, ubi tam numeroſi tum exercitus congregati erant, transvehere non auderent, ingens ſtatim annonae caritas per caſtra Perſarum oriretur. Ea res ſeditioni cauſam praebuit. Nam propter commeatus inopiam conductitii Perſarum milites in Duces impetu facto, nonnullos occidere, tumultuque ac ſeditione tota caſtra implere: adeo quidem, ut non niſi magna cum difficultate Tribuni Perſarum militares, & totius claſſis Imperator, cui Gao nomen, aeſtum ſeditionis illum comprimere potuerint. Cum tota igitur claſſe avecti magnam frumenti copiam e Cilicia tranſportant: unde caſtris deinceps alimenta prolixe ſuppetebant. Ac Evagorae rex Acoris ex Aegypto frumenti & pecuniae caeterique apparatus,

i Πεζικῆς Reg. 1. tum Ὀρόντην Reg. 2. *Edd.* Ὀρόνταν. *k* Τιρίβαζον *Coiſl.* haud male: ſic enim & alii *l* Τὰς non legit *Clar.* *m* Stigmate notatum a *Steph.* eſt. *n* Abeſt *Coiſl.* *o* Negligitur ab *eodem.* *p* Παρεῖχον uterque Reg. *q* Σίτου πλῆθος ἱκανὸν Reg. 2.

quibus uſus eſt, a Livianis plurimum diſcrepaſſe. P. Wess.

67. Ὀρόντην κηδεστήν] Hoc malo. Autor Ὀρόντην adpellare ſolet, *Xenophon* Ὀρόνταν, quem regis Perſarum generum fuiſſe, alias oſtendimus. Vid. L. xiv, 26. & Cel. *Barbeyracium* Hiſtor. Foed. P. 1. pag. 267. Quod additur, Teribazo claſſis reique navalis traditum fuiſſe imperium, id vetabit Gaos, ſive Glos potius, ὁ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως ἡγούμενος, ſicuti C. 3. vocatur, niſi vicariam huic poteſtatem conceſſeris. P. Wess.

73. Πρὸς μὲν τὸν Ἄκοριν τῶν Αιγ. βασιλέα] *Theopompus* apud *Photium* L. xii. habet Πάκωριν. Jac. Palm.

Πρὸς μὲν τὸν Ἄκοριν &c.] Male apud *Photium* Cod. clxxvi. Πάκωριν. nam poſtea ibidem recte Ἄκωρις dicitur; *Euſebio* & *Hieronymo* eſt *Achoris*, Ἄχωρις *Africano* & *Syncello*. Vid. Ill. *Scaliger.* ad Chron. *Euſeb.* mdcxvi. P. Wess.

76. Παρ' Ἑκατόμνου δὲ τοῦ Καρίας δυνάστου] Belli principio Hecatomno Artaxerxes claſſis imperium, reliqui exercitus Autophradatae, Lydiae Satrapae, mandaverat. Στρατηγὸν ἐπιστήσας Αὐτοφραδάτην τῆς Λυδίας Ἐξατράπην (σατράπην) ναύαρχον δὲ Ἑκατόμνον *Photius* ait ex *Theopompo* ſuo. Rex ab eo conſilio, ſicuti ſuperiora Auctoris noſtri indicant, deinceps diſceſſit. Vid. L. xiv, 98. P. Wess.

78. Ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους &c.] Difficulter praepoſitio πρὸς locum, quem inſedit, tuebitur, niſi ad orationem explendam ex praecedentibus intellexeris συμμαχίαν ποιησάμενος. P. Wess.

83. Κατὰ δὲ τὴν Φοινίκην, Τύρου καί τινων ἑτέρων] Praeclare *Iſocrates* Panegyr. p. 108. Φοινίκη δὲ καὶ Συρία διὰ τὸν πόλεμον ἀνάστατοι γεγόνασιν· Τύρος δὲ, ἐφ' ᾗ μέγα ἐφρόνησεν (rex Perſarum Artaxerxes) ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐκείνου κατείληπται. Et in Evagor. pag. 293. Ἐπειδὴ δὲ ἠναγκάσθη πολεμεῖν (Evagoras) τοιοῦτος ἦν —— —— ὥστε μικροῦ μὲν ἐδέησε Κύπρον ἅπασαν κατασχεῖν, Φοινίκην δὲ ἐπόρθησε, Τύρον δὲ κατὰ κράτος εἷλε, Κιλικίαν δὲ βασιλέως ἀπέστησε. Quae quidem omnia *Diodori* opinionem egregie adfirmant & illuſtrant. P. Wess.

90. Καὶ ὁ τῶν βαρβάρων βασιλεὺς] Depravatum ex Ἀράβων. L. Rhod. & Jac. Palm.

Ὁ τῶν βαρβάρων βασιλεὺς] Adſentior viris clariſſimis. Vitium ſcripturae quaedam ſimilitudo peperit, ut ſaepe. Conf. L. 1, 53. P. Wess.

6. Ὀνομαζόμενος δὲ Γαὼ] Ita perpetuo ducis id nomen *Diodori Codd.* exprimunt. Vid. ſupr. L. xiv, 36. *Xenophontis* in libris Γλοῦς, apud *Polyaenum* L. vii, 20. Γλῶς. Hinc eligendi optio anceps. *Iſ. Caſaubonus* ad eum, quem indicavi, *Polyaeni* locum ex Noſtro Γαὼ unice verum fuerat arbitratus: Sed re in accuratius examen miſſa Γλοῦς aut Γλῶς in not. ad *Aeneae* Poliorcet. p. 1790. *Ed. Gron.* alteri praetulit: cui libens accedo. Vicinia literarum ex ΓΛΩΣ fecit ΓΑΩΣ. Certe Γλὼς occurrit apud *Etymologum* in Σωτηρία p. 791., Γλοῦς in *Xenophonte*, *Aenea* & *Athenaeo* L. vi, 16., & feriore aetate Γλώνης, dux copiarum regis Perſarum Cavadis, apud *Theophanem* Chronographi,

Olymp. XCVIII. III. tus, quantum ſat eſſet, tranſmittebat. Evagoras autem claſſe hoſtili ſuam longe inferiorem eſſe cernens LX. praeterea naves implevit, & ab Acoride L. praeter has arceſſivit, ut triremes in univerſum CC. haberet. Has magnifice ad praelium nec abſque terrore hoſtium inſtructas, crebris experimentis & praeludiis exercens, ad certamen navale praeparabat. Accidit vero, ut claſſis Regia Citium verſus praeternavigaret. Tum ſubito navibus bono ordine inſtructis in Perſas invectus, longe illis praeſtabat. Dum enim naves bene ordinatas, cum necdum in ordinem digeſtis, viroſque ex ante habito conſilio provide rem gerentes, cum inconſultis & nihil horum exſpectantibus committit, primo ſtatim conflictu paratam ſibi victoriam facit. Triremibus enim conjunctis in diſperſas ac tumultu perturbatas invectus, partem corrupit, partem in poteſtatem ſuam accepit. At cum Navarchus Perſarum Gaos aliique Duces fortiter vim hoſtis exciperent, acris incruduit pugna, qua primum Evagoras ſuperior erat: ſed poſt ubi Gaos omni virium ſuarum mole infertur, & animoſe decertat, Evagorani cum magna triremium jactura, fugam capeſſunt.

460. 4. Perſae itaque, praelio hoc victoriam adepti, utrumque exercitum congregant ad Citium, unde armis in hoſtem expeditis, Salaminem obſidione cingunt, urbemque a terra ſimul & mari oppugnant. Teribazus autem a praelio navali in Ciliciam trajecit. Atque inde ad regem profectus, victoriae nuncium pertulit, & duo talentûm millia ad belli uſus reportavit. Caeterum Evagoras ante pugnam illam navalem pedeſtri ſuo agmine partem terreſtris hoſtium exercitus aggreſſus, victoriam obtinuerat. unde excitatas in futurum ſpes foveret. At poſt infelicem praelii navalis ſucceſſum, cum arcta inſuper obſidione premeretur, animum ſubmittere coepit. Nihilominus tamen in propoſito bellandi perſeverandum ratus, relicto ad defenſionem urbis filio Pythagora, cui ſummam rerum in Cypro adminiſtrationem commiſerat, cum X. ipſe triremibus clam hoſtibus, noctu e Salamine ſolvit, & in Aegyptum devehitur: ubi cum rege congreſſus hortator illi eſt, ut commune ſibi cum Perſis bellum eſſe perſuaſum habeat, & propterea totis in hoc ipſum viribus incumbat.

5. Dum hic rerum in Aſia curſus eſt, Lacedaemonii infeſto Mantineam exercitu, nulla foederis nuper icti habita ratione, petere, & ob has quidem cauſas, decreverunt. Jam pax Graecis omnibus communis (qua civitates univerſae praeſi-

καὶ χρήματα καὶ [r] τὴν ἄλλην παρασκευὴν ἱκανὴν ἐξέπεμψεν. ὁ δ' Εὐαγόρας ὁρῶν ἑαυτὸν πολὺ λειπόμενον τῇ ναυτικῇ δυνάμει, ἑξήκοντα μὲν ναῦς ἄλλας προσεπλήρωσε, πεντήκοντα δὲ παρὰ Ἀκόριδος ἐξ Αἰγύπτου μετεπέμψατο, ὥστε τὰς πάσας τριήρεις ἔχειν διακοσίας. ταύτας δὲ κοσμήσας πρὸς ναυμαχίαν καταπληκτικῶς, καὶ συνεχεῖς διαπείρας καὶ γυμνασίας ποιούμενος, ἡτοιμάζετο πρὸς ναυμαχίαν· διὸ καὶ τοῦ βασιλικοῦ παραπλέοντος εἰς Κίτιον, ἀπροσδοκήτως ἐπιπλεύσας ταῖς ναυσὶ συντεταγμέναις, πολλὰ τῶν Περσῶν ἐπλεονέκτει. ἐπέβαλε γὰρ συντεταγμέναις ναυσὶν ἐπὶ ἀσυντάκτους, καὶ προβεβουλευμένοις ἀνδράσι πρὸς ἀπροσδοκήτως ἀγωνιζομένους, εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ συστάσει τὴν νίκην προκατεσκεύασεν. ἀθρόαις γὰρ ταῖς τριήρεσιν ἐπιπλεύσας ἐπὶ διεσπαρμένας καὶ τεταραγμένας, ἃς μὲν διέφθειρεν, ἃς δ' ἐχειροῦτο. ὅμως δὲ τοῦ τε ναυάρχου τῶν Περσῶν [s] Γαὼ καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων γενναίως ὑποστάντων, ἐγένετο ναυμαχία καρτερά, καθ' ἣν ὁ Εὐαγόρας τὸ μὲν πρῶτον ὑπερεῖχεν, ὕστερον δὲ Γαὼ μετὰ τοῦ βάρους ἐπενεχθέντος καὶ γενναίως ἀγωνισαμένου, συνέβη φυγεῖν τοὺς περὶ τὸν Εὐαγόραν, καὶ πολλὰς τῶν τριήρων ἀποβαλεῖν.

Οἱ δὲ Πέρσαι, τῇ ναυμαχίᾳ νικήσαντες, εἰς Κίτιον πόλιν ἀμφοτέρας τὰς δυνάμεις ἤθροισαν. ἐκ ταύτης δ' ὁρμώμενοι, πολιορκίαν συνεστήσαντο πρὸς τῇ Σαλαμῖνι, καὶ τὴν πόλιν ἐπόρθουν κατὰ γῆν ἅμα 330. καὶ κατὰ θάλατταν. καὶ [t] Τηρίβαζος μὲν μετὰ τὴν ναυμαχίαν διαβὰς εἰς Κιλικίαν, κἀκεῖθεν πορευθεὶς [v] πρὸς τὸν βασιλέα, τήν τε νίκην ἀπήγγειλε, καὶ δισχίλια τάλαντα πρὸς τὸν πόλεμον ἀπεκόμισεν. Εὐαγόρας δὲ, πρὸ μὲν τῆς ναυμαχίας παρὰ θάλατταν πεζῇ συμβαλὼν μέρει τῆς πεζικῆς δυνάμεως, [x] ἐπροτέρησε, καὶ πρὸς τὸ μέλλον εὐθαρσὴς καθειστήκει· τῇ δὲ ναυμαχίᾳ πταίσας, καὶ συγκλεισθεὶς εἰς πολιορκίαν, ἀθύμως εἶχεν. ὅμως δὲ κρίνας ἔχεσθαι τοῦ πολέμου, Πυθαγόραν μὲν τὸν υἱὸν ἀπέλιπεν, ἡγεμόνα τῶν ὅλων ποιήσας ἐν τῇ Κύπρῳ· αὐτὸς δ' ἀναλαβὼν δέκα τριήρεις, νυκτὸς ἔλαθε τοὺς πολεμίους ἐκπλεύσας ἐκ τῆς Σαλαμῖνος. κομισθεὶς δ' εἰς τὴν Αἴγυπτον, καὶ συντυχὼν τῷ βασιλεῖ, παρεκάλεσεν αὐτὸν ἐρρωμένως ἀντέχεσθαι τοῦ πολέμου, καὶ κοινὸν ἡγεῖσθαι τὸν πρὸς τοὺς Πέρσας πόλεμον.

Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Λακεδαιμόνιοι μὲν ἔγνωσαν στρατεύειν ἐπὶ τὴν Μαντίνειαν, οὐδὲν φροντίσαντες τῶν γεγενημένων σπονδῶν, διὰ τοιαύτας αἰτίας. προϋπαρχούσης [y] τῆς Ἑλληνικῆς κοινῆς εἰρήνης ἐπὶ Ἀνταλκίδου (καθ' ἣν αἱ πόλεις ἅπασαι τὰς

r Deeſt Reg. 1. s Γαῶ Reg. 2. & mox iterum. t Τείβαζος Coiſl. v Εἰς βασιλέα Reg. 1. x Προὐτέρησε Edd. y Τοῖς Ἑλληνικοῖς Coiſl. Reg. 1.

nograph. pag. 125., qui Γλώς, ſed vitioſe, Procopio L. I. Bell. Perſ. C. 7. Quod ultimum opportune obſervavit Cl. Barbeyracius Hiſt. Foeder. P. I. p. 191. ad Perſicum illud nomen adfirmandum. Adde Freinſhem. in Curtii L. VII, 2. P. Weſs.

32. Μετὰ τοῦ βάρους ἐπενεχθέντος] Intellige τὸ βάρος τοῦ περὶ αὐτὸν συστήματος, ut infra C. 86. P. Weſs.

49. Πυθαγόραν μὲν τὸν υἱὸν ἀπέλιπεν] Iſocrates Evagor. pag. 293. patri hoc bello συναγωνιστὴν adjungit filium Πρωταγόραν, quo nomine Salaminis regem Auctor L. XVI, 46. habet: qui quidem idem ſi fuerit ac Pnytagoras Cypriorum rex apud Curtium L. IV, 3., Arrian. Exp. Alex. II, 20. & Athen. L. IV, 19., corrigendus eo loco Diodorus erit, uti probe vidit Celeb. Jac. Perizonius in Aeliani L. VII. H. Var. C. 2. Diverſus aliuſque videtur hic Pythagoras, & fortaſſe etiam male ſcriptus. Πνυταγόραν ſuo in Theopompo hoc tempore Photius Cod. CLXXVI. invenit, qui turpibus deinceps amoribus una cum patre implicitus perierit. P. Weſs.

61. Τοὺς μὲν φρουροὺς ἀπετρίψατο] Mera παραδιόρθωσις eſt Reg. 1. ἀπετρέψατο. Frequentiſſimum ἀποτρίψασθαι uſum habet in omnibus, quae repellimus & a nobis amolimur. Ἀποτρίψασθαι τοὺς πολεμίους Noſter dixit hoc libro C. 67. & 69., ἀποτρίψασθαι πολιορκίαν L. XVIII, 51. ἀποτρίψασθαι διαβολὰς L. XVII, 5. πόλεμον ἀποτρίβεσθαι Polyb. L. III, 8. & L. XI, 6., pro quo minus emendate L. III, 102. μόλις ἀπετρίψατο τὸν ἐνεστῶτα κίνδυνον, & L. IV, 45. ἀποτρίψασθαι τὸν πόλεμον οἷοί τε εἰσί. Quin ipſum illud, quod prae manibus eſt, recurrit L. XVIII, 74. ubi Ἀθηναίων δὲ μὴ δυναμένων ἀποτρίψασθαι τὴν φρουρὰν &c. P. Weſs.

65. Ὥσπερ βαρὺ φορτίον οὐχ ὑπέμενον] Vid. L. XIII, 30. [illegible]ſcripta. P. Weſs.

72. Λόγον ἀπῄτουν παρὰ τῶν ἐπεσταλκότων ἐπὶ τὸ &c.] Copioſius haec Diodorus exſequitur inferius C. 14. P. Weſs.

80. Οὐδὲ δύο ἔτη φυλάξαντες τὰς κοινὰς σπονδάς] Pacem Antalcidae, anno 2. Olymp. XCVIII. initam ex Noſtri calculis. Tricatur ergo doctiſſimus H. Dodwellus, non capere ſe profeſſus, quid Diodorus velit, cum οὐδὲ δύο ἔτη obſervatam a Lacedaemoniis Antalcidae pacem dicit, Annal. Xenoph. pag. 264. P. Weſs.

87. Προφάσεις τὰ μὲν τείχη καθελεῖν] Quaeſitas belli cauſas, neque enim deeſſe ſolent, etſi ſaepe futiles, belli cupidis, exponit Xenophon diligentius Hellen. L. V. p. 431. P. Weſs.

88. Ἐπ

τὰς μὲν φρουρὰς [z] ἀπετρίψαντο, τὴν δ' αὐτονομίαν καθ' ὁμολογίαν παρέλαβον) Λακεδαιμόνιοι φύσει φιλαρχοῦντες καὶ πολεμικοὶ ταῖς αἱρέσεσιν ὄντες, τὴν εἰρήνην ὥσπερ βαρὺ φορτίον οὐχ ὑπέμενον, τὴν δὲ προγεγενημένην τῆς Ἑλλάδος δυναστείαν ἐπιποθοῦντες, μετέωροι ταῖς ὁρμαῖς ὑπῆρχον πρὸς καινοτομίαν. εὐθὺς οὖν τὰς μὲν πόλεις συνετάραττον, καὶ διὰ τῶν ἰδίων φίλων στάσεις ἐγκατεσκεύαζον ἐν αὐταῖς. ὧν ἔνιαι πιθανὰς ἀφορμὰς αὐτοῖς παρέχοντο τῆς ταραχῆς. ἀπολαβοῦσαι γὰρ τὰς αὐτονομίας, λόγον ἀπῄτουν παρὰ τῶν [a] ἐπεσταλκότων ἐπὶ τῆς Λακεδαιμονίων ἡγεμονίας. [b] πικρῶν δὲ τῶν ἐλέγχων γινομένων, διὰ τὸ μνησικακεῖν τοὺς δήμους, καὶ πολλῶν φυγαδευομένων, ἀπέδειξαν ἑαυτοὺς βοηθοὺς τοῖς καταστασιαζομένοις. ὑποδεχόμενοι δὲ τούτους, καὶ μετὰ δυνάμεως ἐκπέμποντες ἐπὶ τὰς καθόδους, κατεδουλοῦντο [c] τὸ μὲν πρῶτον τὰς ἀσθενεστέρας πόλεις· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τὰς ἀξιολογωτέρας καταπολεμοῦντες, ὑπηκόους ἐποίουν, οὐδὲ δύο ἔτη φυλάξαντες τὰς κοινὰς σπονδάς. πλησιόχωρον δ' οὖσαν τὴν τῶν Μαντινέων πόλιν, καὶ [d] πλῆθος ἀνδρῶν ἀλκίμων [e] ἔχουσαν, ὑπώπτευσαν αὐτῆς τὴν αὔξησιν τὴν γινομένην ἐκ τῆς εἰρήνης, καὶ τὰ φρονήματα τῶν ἀνδρῶν ἔσπευδον ταπεινῶσαι· διὸ καὶ τὸ μὲν πρῶτον πρέσβεις ἀποστείλαντες πρὸς τὴν Μαντίνειαν, προσέταττον τὰ μὲν τείχη καθελεῖν, αὐ-
331. τοὺς δὲ μετοικῆσαι [f] πάντας εἰς τὰς ἀρχαίας πέντε κώμας, ἐξ ὧν εἰς τὴν Μαντίνειαν τὸ παλαιὸν συνῴκησαν. οὐδενὸς [g] δὲ αὐτοῖς προσέχοντος, δύναμιν ἐκπέμψαντες, ἐπολιόρκουν τὴν πόλιν. οἱ δὲ Μαντινεῖς, εἰς τὰς Ἀθήνας πρέσβεις ἀποστείλαντες, ἠξίουν ἑαυτοῖς βοηθῆσαι. οὐ προαιρουμένων δὲ τῶν Ἀθηναίων παραβαίνειν τὰς κοινὰς συνθήκας, ὅμως καθ' αὑτοὺς ὑποστάντες τὴν πολιορκίαν, εὐρώστως ἠμύνοντο τοὺς πολεμίους· καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἑλλάδα τοῦτον τὸν τρόπον καινῶν πολέμων ἀρχὴν ἐλάμβανε.

Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Διονύσιος ὁ τῶν Συρακουσίων Τύραννος, ἀπολελυμένος τῶν πρὸς Καρχηδονίους πολέμων, πολλὴν εἰρήνην καὶ σχολὴν εἶχε· διὸ καὶ ποιήματα γράφειν ὑπεστήσατο μετὰ πολλῆς σπουδῆς, καὶ τοὺς ἐν τούτοις δόξαν ἔχοντας μετεπέμπετο, καὶ προτιμῶν αὐτοὺς συνδιέτριβε, καὶ τῶν ποιημάτων ἐπιστάτας καὶ διορθωτὰς εἶχεν. ὑπὸ δὲ τούτων διὰ τὰς εὐεργεσίας τοῖς πρὸς χάριν λόγοις μετεωριζόμενος, [h] ἐκαυχᾶτο πολὺ μᾶλλον ἐπὶ τοῖς ποιήμασιν, ἢ τοῖς ἐν πολέμῳ [i] κατορθώμασι. τῶν δὲ συνόντων αὐτῷ ποιητῶν Φιλόξενος ὁ διθυραμβοποιὸς, μέγιστον ἔχων ἀξίωμα κατὰ τὴν κατασκευὴν τοῦ ἰδίου ποιήματος, κατὰ τὸ συμπόσιον ἀναγνωσθέντων τῶν τοῦ Τυράννου ποιημάτων μοχθη-

Olymp. XCVIII. III.

diis ejectis liberam ex pacto jurisdictionem receperunt) Antalcidae opera ſancita fuerat. Spartani igitur natura dominandi cupidi, longoque ſtudio ad bella proclives, pacem illam, ut grave admodum onus, tolerare haud poterant, ſed priſtinum Graeciae principatum affectantes, ad innovandum res animos ſurrigebant. Ideo ſtatim urbes commovere, perque fautores ſuarum partium ſeditiones in illis excitare, quarum nonnullae anſam turbandi praeſentem ſtatum eis praebebant. Nam quae ſuis vivendi legibus poteſtatem receperant, rationes ab iis, qui ſub Lacedaemoniorum imperio magiſtratus geſſerant, exigebant. Cumque acerbius inquireretur, quod pertinax injuriarum memoria plebem ſtimularet, multique in exſilium agerentur; patrocinium illorum Lacedaemonii ſuſceperunt, qui adverſariorum factione premerentur. Interim dum in clientelam receptos armata manu reducunt: urbes initio minus potentes in ſervitutem redigunt. Poſt magni etiam nominis armis oppreſſas, imperata facere cogunt: cum ne per duos quidem annos foedus illud commune integrum ſervaſſent. Jam quia Mantinenſium urbs viris fortiſſimis abundans in propinquo ipſis erat, incrementum a pace ad illam redundans ſuſpectum habere coeperunt, animorum itaque celſitudinem in viris illis deprimere contenderunt. Quodque primum erat, miſſis eo legatis moenia urbis dejicere, & in antiquos v. pagos, ex quibus Mantineam commigrarunt, ſedes transferre jubent. Cum nemo illis pareret, expeditis eo copiis, oppugnare urbem aggrediuntur. Mantinenſes ergo miſſis Athenas legatis, auxilium ſibi ferri poſtulant. At cum Athenienſes commune pacis foedus tranſgredi minime vellent, ipſi nihilominus vim oppugnationis in ſe recipiunt, ſuiſque viribus hoſti fortiter reſiſtunt. Atque hoc modo Graecia novo iterum bello ardeſcere coepit.

6. In Sicilia vero Tyrannus Syracuſanorum Dionyſius, bello Carthaginenſi liberatus, in prolixa pace otioque agebat. Poëmatibus igitur ſcribendis impenſa opera animum advertit, & arceſſitos paſſim, qui hac in arte celebres erant, praecipuo in honore habebat, & familiariter conſueſcens, magiſterio & cenſurae illorum poëmata ſubmittebat. Horum ergo laudibus, ad gratiam propter beneficia compoſitis, altos ſpiritus concipiens, magis ob poëmata, quam res armis praeclare geſtas, ſeſe jactabat. Inter familiares autem ipſi poëtas 461.
Philoxenus erat, dithyramborum artifex, eximiam in ſui carminis genere auctoritatem conſecutus, cum in convivio inepta Tyranni poëmata recitarentur,

z 'Ἀπετρίψαντο Reg. 1. a 'Ἐπιστατ. Coiſl. Reg. 1. b Πικρῶν Coiſl. Reg. ambo, Vat. Clar., quos ſequor. Vulgo πικρᾶς. c Deſit Coiſl. d Πλῆθος Coiſl. πλήθουσαν Clar. quod & Coiſl. voluiſſe videtur. e Deeſt Coiſl. & Clar. Non male. f Πάντας Coiſl. g Deſideratur in Clar. h 'Εχαυνοῦτο margo Steph. i Κατορθωμένοις Vat. Reg. 1. Coiſl. Clar. ſatis apte.

88. 'Εις τὰς ἀρχαίας πέντε κώμας] Xenophon in quatuor pagos Rer. Graec. L. v. p. 432. διῳκίσθη δὲ ἡ Μαντίνεια τετραχῆ, καθάπερ τὸ ἀρχαῖον ᾤκουν. Sed Noſtro adſentiuntur Strabo L. VIII. p. 519. Μαντίνεια μὲν, inquiens, ἐκ πέντε δήμων ὑπ' Ἀργείων συνῳκίσθη. Et Ephorus in Harpocrat. v. Μαντινέων. Diſſenſus origo eſſe poteſt, quod nullam Mantineae Xenophon rationem habuerit, quae a victoribus ad deditionem adacta paucos incolas retinuit, ceteris in quatuor pagos ſeſe habitatum conferre juſſis. Vid. Pauſaniam L. VIII, 8. p. 615. P. WESS.

3. Καὶ τὰς ἐν τούτοις δόξαν ἔχοντας μετεπέμπετο] Fuit eorum e numero Antiphon. Λέγεται γὰρ τραγῳδίας συνθεῖναι καὶ ἰδίᾳ καὶ σὺν Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ, ſcribit Plutarch. in x. Rhetor. Vit. p. 833. C. Cum tamen deinceps tyranni fabulas, quibus magis ille ſeſe efferebat, quam tyrannide, carperet & contemneret, ejuſdem odium ſibi conciliavit. Διεφαύλιζε γὰρ τὰς τοῦ Διονυσίου τραγῳδίας, ἐφ' αἷς ἐκεῖνος ἐφρόνει μεῖζον, ἢ ἐπὶ τῷ τυραννεῖν de Antiphonte Philoſtratus Vit. Sophiſtar. L. I, 15. p. 499. Fallitur tamen ipſe cum Plutarcho, Antiphontem Rhetorem quum eum ipſum eſſe opinatur. Is enim Sophili filius jam olim Athenis capite poenas ob proditionis crimen dederat, uti populi decreto, quod Plutarchus ſervavit, docemur. Vid. Jonſium Hiſt. Phil. L. IV. p. 247. P. WESS.

7. 'Εκαυχᾶτο πολὺ μᾶλλον ἐπὶ τοῖς ποιήμασιν] Ferri fortaſſe potuiſſet ἐχαυνοῦτο, quod Stephanus e libro vetere eruit, ſi Codd. alii addicerent. Convenit illis, quorum cor ſuperbia turgeſcit atque inflatur. Dio Chryſoſtomus Or. XXIX. p. 296. κάλλος γὰρ ἀνθρώπους μάλιστα δὴ χαυνοῖ. Joſephus Ant. Jud. L. IX, 10, 4. καὶ χαυνωθεὶς ταύτῃ τῇ εὐπραξίᾳ. Sed proba vulgata eſt, e qua ſcribendi errore & hic ἐχαυνοῦτο, & mox χαυνωμένοις originem accepit. P. WESS.

12. 'Αναγνωσθέντων τῶν — μοχθηρῶν ὄντων] Erant pleraque ἄμετρα καὶ κακοσύνθετα, ſicuti apud Lucian. de Non cred. Calumn. C. 14. legitur. Dictio plane turgida erat & monſtris verborum, quibus tanquam gemmis Tragoedias ornare voluit, diſtincta,

Olymp. XCVIII. III.

rentur, quid de his judicaret? interrogatus, liberius aliquanto reſpondens, Tyranni offenſam incurrit. Qui per invidiam ſe reprehenſum arbitratus, ſatellitibus, ut in lapicidinas abducatur, imperat. Sed poſtridie ad veniam Philoxeno tribuendam ab amicis exoratus, illi reconciliatur, & iisdem ad convivium rurſus adhibitis, cum prolixius compotationi indulgeretur, Dionyſius carmina ſua iterum mirifice extollit, & prolatis quibusdam verſibus, in quibus operae ſibi pretium feciſſe videbatur, quid de his jam ſentiat, exquirit? Ad quod ille ne verbum quidem: ſed ſtipatoribus Dionyſii advocatis, ſe ad lapicidinas abduci jubet. Hanc tum libertatem Dionyſius, ob lepôrem riſu exceptam, aequo animo tulit; quod acumen reprehenſionis riſus hebetaret. Nec longe poſt, cum familiares una cum Dionyſio intempeſtivam illam taxandi licentiam deprecarentur, Philoxenus inſolenti quodam promiſſo annuit. Quippe ſe reſponſo in poſterum ſuo juxta veritatem ac benevolentiam approbationemque Dionyſii conſervaturum. Nec ſane fefellit. Poſtquam enim Tyrannus verſus, qui miſerabiles affectus exprimerent, in medium producens, quales hi tandem ipſi viderentur, rogaret, miſerabiles reſpondit; utrumque, quod pollicitus fuerat, per vocis ambiguitatem praeſtans. Nam Dionyſius ita accepit, quaſi verſus miſerabiles eos intelligeret, qui commiſerationis affectu pleni eſſent: quae virtus non, niſi bonis alioqui poëtis competit: ideoque praeclaram ſibi laudem ab eo tributam arbitrabatur; ſed alii veram ejus dicterii ſententiam ita interpretabantur, quod miſerabile illud totam vitioſi poëmatis naturam denotaret.

7. Nec diſſimile huic eſt, quod Platoni Philoſopho accidit. Virum enim hunc Dionyſius ad ſe pellectum, quod dignam philoſopho libertatem in eo deprehenderet, ſub initia magno in precio habebat. Sed poſtmodum verbis ejus quibuſdam offenſus, animum ab eo prorſus abalienavit, adeo quidem, ut in Cataſtam productum, non ſecus ac mancipium, viginti illum minis venumdaret. Verum hunc Philoſophi, qui propterea convenerant, redemtum, in Graeciam remiſerunt, hac ſententia amice commonefactum: Quod Philoſophum cum Tyrannis vel rariſſime, vel ſuaviſſime verſari oporteat. Sed tamen Dionyſius a poëmatum condendorum ſtudio nequaquam deſiſtebat. Quinimo

ρῶν ὄντων, ἐπερωτήθη περὶ τῶν ποιημάτων, τίνα κρίσιν [k] ἔχοι; ἀποκριναμένου δ' αὐτοῦ παῤῥησιωδέστερον, ὁ μὲν Τύραννος, προσκόψας τοῖς ῥηθεῖσι, καὶ καταμεμψάμενος ὅτι διὰ φθόνον ἐβλασφήμησε, προσέταξε τοῖς ὑπηρέταις παραχρῆμα ἀπάγειν εἰς τὰς λατομίας. τῇ δ' ὑστεραίᾳ τῶν φίλων παρακαλούντων συγγνώμην δοῦναι τῷ Φιλοξένῳ, διαλλαγεὶς αὐτῷ πάλιν τοὺς αὐτοὺς παρέλαβεν ἐπὶ τὸ συμπόσιον. προβαίνοντος δὲ τοῦ πότου, καὶ πάλιν τοῦ Διονυσίου [l] καυχωμένου περὶ τῶν ἰδίων ποιημάτων, καί τινας στίχους τῶν δοκούντων ἐπιτετεῦχθαι [m] προενεγκαμένου, καὶ ἐπερωτῶντος, ποῖά τινα σοὶ φαίνεται τὰ ποιήματα ὑπάρχειν; ἄλλο μὲν οὐδὲν εἶπε, τοὺς δ' ὑπηρέτας τοῦ Διονυσίου προσκαλεσάμενος, ἐκέλευσεν [n] αὑτὸν ἀπαγαγεῖν εἰς τὰς λατομίας. τότε μὲν οὖν διὰ τὴν εὐτραπελίαν τῶν λόγων μειδιάσας ὁ Διονύσιος, ἤνεγκε τὴν παῤῥησίαν, τοῦ γέλωτος τὴν μέμψιν [o] ἀμβλύνοντος· μετ' ὀλίγον δὲ τῶν γνωρίμων ἅμα καὶ τοῦ Διονυσίου παραιτουμένων τὴν ἄκαιρον παῤῥησίαν, ὁ Φιλόξενος ἐπηγγείλατο παράδοξόν τινα ἐπαγγελίαν. ἔφη γὰρ διὰ τῆς ἀποκρίσεως τηρήσειν ἅμα καὶ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν εὐδόκησιν τοῦ Διονυσίου. καὶ οὐ διεψεύσθη. τοῦ γὰρ Τυράννου [p] προενεγκαμένου τινὰς στίχους ἔχοντας ἐλεεινὰ πάθη, καὶ ἐρωτήσαντος ποῖά τινα φαίνεται τὰ ποιήματα; εἶπεν, οἰκτρά, διὰ τῆς ἀμφιβολίας ἀμφότερα τηρήσας· ὁ μὲν γὰρ Διονύσιος ἐδέξατο τὰ οἰκτρὰ εἶναι ἐλεεινὰ καὶ συμπαθείας πλήρη, τὰ δὲ τοιαῦτα εἶναι ποιητῶν ἀγαθῶν ἐπιτεύγματα, ὅθεν ὡς ἐπῃνεκότα αὐτὸν ἀπεδέχετο· οἱ δ' ἄλλοι, τὴν ἀληθινὴν διάνοιαν ἐκδεξάμενοι, πᾶν τὸ οἰκτρὸν ἀποτεύγματος φύσιν εἰρῆσθαι διελάμβανον. 332.

Παραπλήσιον δὲ συνέβη καὶ περὶ Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον γενέσθαι. μεταπεμψάμενος γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον, τὸ μὲν πρῶτον ἀποδοχῆς ἠξίου τῆς μεγίστης, ὁρῶν αὐτὸν παῤῥησίαν ἔχοντα ἀξίαν τῆς φιλοσοφίας· ὕστερον δ' ἔκ τινων λόγων προσκόψας αὐτῷ, παντελῶς ἀπηλλοτριώθη, καὶ προαγαγὼν εἰς τὸ πρατήριον, ὡς ἀνδράποδον ἀπέδοτο μνῶν εἴκοσιν. ἀλλὰ τοῦτον μὲν οἱ φιλόσοφοι συνελθόντες ἐξηγόρασαν, καὶ ἐξαπέστειλαν εἰς τὴν Ἑλλάδα, φιλικὴν [q] νουθεσίαν ἐπιφθεγξάμενοι, διότι δεῖ τὸν φιλόσοφον τοῖς Τυράννοις ἢ ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἥδιστα ὁμιλεῖν. ὁ δὲ Διονύσιος, τῆς εἰς τὰ ποιήματα σπουδῆς οὐκ ἀφιστάμενος, εἰς μὲν τὴν Ὀλυμπιακὴν πανήγυριν ἐξαπε-

k Ἔχει *Reg.* 2. l Χαυνομένου ambo *Reg.* Καυνωμένου *Coiſl. Clar.* Χαυνωμένου *Vat.* & paullo ante πάλαι *Coiſl. Clar. Vat.* m Προσενεγκ. *Reg.* 2. *Coiſl. Clar.* n Αὐτὸν *Reg.* uterque. Mox εὐτραπελείαν *Coiſl.* o Ἀμύνοντος *Coiſl.* tum μεθ' ὀλίγων *idem* & *Clar.* p Προσενεγκ. *Clar. Coiſl. Reg.* 2. q Νομοθεσίαν *Vat.* Mox τὸν σοφὸν *idem*, *Coiſl. Reg.* 1. & *Steph.* ora.

ſtincta. Habet eorum aliqua *Helladius* in *Photii* Cod. CCLXXIX. p. 1587. & *Lucian.* Adv. Indoct. C. 15. Itaque haud inmerito Dionyſii *verſus abſurdos & inconcinnos* cenſuit *Ammianus Marcellinus* L. XV, 5., auctorem vero *poëtam tragicum, quam bonum nihil ad rem* L. V. Diſput. Tuſcul. C. 22. *Cicero* cum clariſſimi *Daviſii* nota. P. WESS.

17. Ἀπάγειν εἰς τὰς λατομίας] Vid. *Jac. Perizonium* ad *Aeliani* Var. H. L. X, 9. Reſpicit huc *Lucianus* De Merc. Cond. C. 35. Σὺ δ' οὖν, ἐὰν μὴ ἐπαινῇς, ἐς τὰς λιθοτομίας τὰς Διονυσίου εὐθὺς ἀφίξῃ. Reſpiciunt & alii, ſed ſupplicii & carceris cauſſas longe diverſas adferentes. *Athenaeus* in lautumias depreſſum ait L. I, 6., quoniam amicam Dionyſii Galateam corruperat: *Plutarchus* Or. II. de Alexand. Fort. p. 334. C. quia Dionyſii tragoediam corrigere juſſus eamdem a capite ad calcem una litura deleverat; ὅτι τραγῳδίαν αὐτοῦ διορθῶσαι κελευσθεὶς εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὅλην μέχρι τῆς κορωνίδος αὐτὴν περιέγραψεν. Quae tamen, ſicuti etiam quae de *Cyclope* fabula, in lautumiis illis conpoſita, narrantur, vera eſſe poſſunt, ſi Philoxenus πολλάκις ἐς τὰς λατομίας, quod *Lucianus* Adv. Indoct. C. 15. memoriae mandavit, abductus fuerit. P. WESS.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ &c.] Non concordat *Aelianus* lib. XII. Var. Hiſt. C. 44.; nam ſecundum illum non adeo brevis fuit Philoxeni in latomiis mora: ait enim eum compoſuiſſe ſuum Cyclopa, pulcherrimum omnium, quae compoſuit, poëma: nec *Theocritus* in Idyllio VII., qui (meo quidem judicio) eam Philoxeni calamitatem deflet aenigmatice ſub Comatae nomine; ait enim (vers. 85.) fuiſſe ἐν εὐρείᾳ λάρνακι (id eſt in latomiis) ἔτος ὥριον quod Scholiaſtae interpretantur ἔαρος ὥρας, trimeſtre tempus in vere. Eam litem doctioribus judicandam relinquo. JAC. PALM.

42. Ὅθεν ὡς ἐπῃνεκότα αὐτὸν ἀπεδέχετο] Dionyſio evenit, quod ineptis omnibus de hoc genere. Sua laudari inpenſe amant, raroque animadvertunt, nudum ſe latus urbanis hominibus dare. Habes aliud in Dionyſio iſto exemplum apud *Polyaen.* Strateg. V, 46. P. WESS.

47. Μεταπεμψάμενος γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον] Id vero alii negant, Platonem primum hoc in Siciliam iter ingreſſum fuiſſe prodentes κατὰ θέαν τῆς νήσου καὶ τῶν κρατήρων, veluti *Diogenes* III, 18. & *Athenaeus* L. XI. pag. 507. B.; quo tempore cum Dioni innotuiſſet, ab eodem ad Dionyſii colloquia perductus nimia dicendi libertate tyrannum offendit, *Plutarcho* in Dion. p. 959. E. teſte. Altero itinere κλητὸς & crebris Dionyſii junioris literis invitatus eamdem in inſulam properavit, auctore *Aelian.* V. H. Lib. IV, 18. Vide tamen *Syncellum* Chronogr. p. 259. & *Tzetz.* Chiliad. X, 865. P. WESS.

51. Εἰς τὸ πρατήριον &c.] Dedit eum Pollidi Spartano, qui conmodum Syracuſis erat in Graeciam tramiſſurus, clam aut interficiendum, aut certe tanquam vile mancipium vendendum,

ὥσπερ

ἐπέστειλε τοὺς εὐφωνοτάτους τῶν ὑποκριτῶν, διαθησομένους ἐν τοῖς ὄχλοις μετ᾽ ᾠδῆς τὰ ποιήματα. οὗτοι δὲ τὸ μὲν πρῶτον διὰ τὴν εὐφωνίαν ἐξέπληττον τοὺς ἀκούοντας· μετὰ δὲ ταῦτα ἀναθεωρήσεως γενομένης, [r] καταφρονήθησαν καὶ πολὺν ἀπηνέγκαντο γέλωτα. ὁ δὲ Διονύσιος, ἀκούσας τὴν τῶν ποιημάτων καταφρόνησιν, ἐνέπεσεν εἰς ὑπερβολὴν λύπης. ἀεὶ δὲ μᾶλλον τοῦ πάθους ἐπίτασιν λαμβάνοντος, μανιώδης διάθεσις κατέσχε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ φθονεῖν αὐτῷ φάσκων ἅπαντας, τοὺς φίλους ὑπώπτευεν ὡς ἐπιβουλεύοντας· καὶ πέρας, ἐπὶ [s] τοσοῦτο προῆλθε λύπης καὶ παρακοπῆς ὥστε τῶν φίλων πολλοὺς μὲν ἐπὶ ψευδέσιν αἰτίαις ἀνελεῖν, οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ ἐφυγάδευσεν. ἐν οἷς ἦν Φίλιστος καὶ Λεπτίνης ὁ ἀδελφὸς, ἄνδρες [t] διαφέροντες ἀνδρείᾳ, καὶ πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας ἐν τοῖς πολέμοις αὐτῷ παρεσχημένοι. οὗτοι μὲν οὖν, φυγόντες εἰς Θουρίους τῆς Ἰταλίας, καὶ παρὰ τοῖς Ἰταλιώταις μεγάλης ἀποδοχῆς τυγχάνοντες, ὕστερον δεηθέντος τοῦ Διονυσίου διηλλάγησαν, καὶ κατελθόντες εἰς τὰς Συρακούσας, εἰς τὴν προϋπάρξασαν εὔνοιαν ἀποκατεστάθησαν· ὁ δὲ Λεπτίνης ἔγημε τὴν Διονυσίου θυγατέρα. ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

Ἐπ᾽ ἄρχοντος δ᾽ Ἀθήνησι Δεξιθέου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Λεύκιον Λουκρήτιον, καὶ [v] Σεργίον
333. Σουλπίκιον· ἐπὶ δὲ τούτων Εὐαγόρας μὲν ὁ τῶν Σαλαμινίων βασιλεὺς ἧκεν εἰς Κύπρον ἐξ Αἰγύπτου, κομίζων χρήματα παρὰ Ἀκόριδος τοῦ βασιλέως Αἰγύπτου, ἐλάττονα τῶν προσδοκηθέντων. καταλαβὼν δὲ τὴν Σαλαμῖνα πολιορκουμένην ἐνεργῶς, καὶ ὑπὸ τῶν συμμάχων καταλειπόμενος, ἠναγκάσθη πρεσβεῦσαι περὶ συλλύσεως. ὁ δὲ [x] Τηρίβαζος τὴν τῶν ὅλων ἔχων ἡγεμονίαν, ἔφησε συγχωρῆσαι τὴν σύλλυσιν, ἐὰν Εὐαγόρας ἐκχωρήσῃ πασῶν τῶν κατὰ τὴν Κύπρον πόλεων, αὐτὸς δὲ [y] μόνης τῆς Σαλαμῖνος βασιλεύων, τελῇ τῷ Περσῶν βασιλεῖ κατ᾽ ἐνιαυτὸν φόρον ὡρισμένον, καὶ ποιῇ τὸ προσταττόμενον, ὡς δοῦλος δεσπότῃ. ὁ δ᾽ Εὐαγόρας, καίπερ βαρείας οὔσης τῆς αἱρέσεως, τὰ μὲν ἄλλα πάντα συνεχώρει· τὸ δ᾽ ὡς δοῦλον δεσπότῃ ποιεῖν τὸ προσταττόμενον, ἀντέλεγεν· ἔφη δὲ [z] δεῖν αὐτὸν ὡς βασιλέα βασιλεῖ ὑποτετάχθαι. οὐ συγχωροῦντος δὲ τοῦ Τηριβάζου, Ὀρόντης ὁ ἕτερος στρατηγὸς, φθονῶν τῇ δόξῃ τοῦ Τηριβάζου, γράμματα λάθρᾳ πρὸς τὸν Ἀρταξέρξην ἔπεμψε κατὰ τοῦ

hiſtriones voce longe praeſtantiſſimos ad ſolennem Olympiae conventum, ſua illic carmina exhibituros, miſit. Qui principio quidem inſigni vocis elegantia, admirationem non mediocrem in auditoribus excitabant. Aſt ubi in conſiderationem res venit, nihil quam effuſum inde riſum abſtulerunt. De quo poëmatum ſuorum deſpectu & exſibilatione certior factus Dionyſius, in extremam moeſtitudinem incidebat. Qua, de die in diem ingraveſcente, furor tandem animum ejus occupavit, adeo quidem, ut omnes ſibi invidere diceret, & amicos etiam inſidiarum ſuſpectos haberet. Ad extremum eo moeroris & inſaniae proceſſit, ut neceſſariorum multos, falſis criminibus oneratos, necaret: nec paucos exilio plecteret. Inter quos erant Leptines ejus frater, & Philiſtus, eximiae fortitudinis viri, qui praeclara ſaepenumero Tyranno in bellis commoda praeſtiterant. Hi ad Thurios in Italiam profugerunt, magnumque favorem adepti, cum Tyranno deinceps idipſum rogante in gratiam redierunt, & non modo in civitatem Syracuſanam, verum & priſtinum benevolentiae & dignitatis locum reſtituti ſunt. Leptines inſuper Dionyſii filiam in conjugium accepit. Et has ille annus res geſtas habuit. 462.

Olymp. CXVIII. III.

8. Cum Archontis inde magiſtratum Athenis gereret Dexitheus, & Romae Coſſ. eſſent L. Lucretius & Serv. Sulpicius, Evagoras Salaminiorum rex ab Aegypto in Cyprum redit, pecunias quidem ſecum adferens, ſed exſpectatione ſua longe pauciores. Cumque Salaminem ſummopere ab hoſtibus obſeſſam, inveniret, ſeque omni ſociorum auxilio deſtitutum videret, de pacificatione legationem mittere cogitur. Teribazus igitur, penes quem ſumma tum poteſtas erat, ſe tranſactionem admiſſurum, ſi Evagoras omnibus per Cyprum urbibus cedens, & unius Salaminis dominio contentus, annuum regi tributum dependat, & ad imperata, ut ſervus Domino, ſit praeſto, reſpondit. Quae optio licet perquam dura eſſet, Evagoras tamen reliqua omnia concedit, ſed in hoc uno, ut tanquam ſervus ad heri juſſum ſe accommodaret, refragatur. Convenire enim, ut ipſe tanquam rex regi ſubjectus ſit, confirmat. Quod ubi Teribazus non admiſit, alter copiarum praefectus Orontes, cui gloria Teribazi inviſa eſſet, miſſis clam ad Artaxerxem literis, Teribazum criminatur, primo,

Olymp. XCVIII. IV.

r Καταφρόνησιν Coiſl. Clar. Reg. 1. s Τοσοῦτον Reg. 1. Clar. t Διαφέροντας Clar. v Σεργίου Clar. Reg. 1. Cett. Σερουΐλιον. x Τιρίβαζος Coiſl. ſemper. y Μόνης Reg. 2. & Steph. margo. Vulgo μόνος, tum τελεῖ Coiſl. & Clar. z Ponitur ante ὑποτετάχθαι in Coiſl. & Clar.

ὥσπερ ἀνδράποδον τὴν ἐπ᾽ ἐξαγωγῇ, *Ariſtides* ait Tom. III. p. 382. Redemit Philoſophum in Aeginam deportatum minis XX. Anniceris Cyrenaeus, de quo *Menag.* ad *Laert. Diogen.* L. II, 86., remiſitque Athenas ad amicos. Quod vero de Philoſophis Noſter addit, qui congreſſi eum liberarint, id altero itinere accidiſſe ſignificat *Diogenes* L. III, 21. P. Wess.

55. Δεῖ τὸν φιλόσοφον —— ἢ ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἥδιστα ὁμιλεῖν] Non multum intererit φιλόσοφον ſcribas an σοφόν. Venit egregium & rerum uſu ſaepiſſime probatum illud dictum ab Aeſopo Phryge, qui Soloni Sardibus poſt inſtitutum cum Croeſo ſermonem, Ὦ Σόλων, τοῖς βασιλεῦσι δεῖ ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἥδιστα ὁμιλεῖν, in Plut. Solon. pag. 94. C. Ariſtoteles Calliſthenem auditorem ſuum, ad Alexandrum dimittens eodem prudenter uſus monuit, *ut cum eo aut rariſſime, aut quam jucundiſſime loqueretur* apud *Valerium Max.* L. VII, 2. Ext. 11. P. Wess.

58. Εἰς μὲν τὴν Ὀλυμπ. πανήγυριν] Vide L. XIV, 109. P. Wess.

59. Διαθησομένους —— —— τὰ ποιήματα] Conf. *Jac. Gronov.* ad *Harpocrat.* in Διάθεσις. *Diodoro* διατίθεσθαι de orationis & carminum recitatione haud infrequens. Supr. L. XII, 17. τὸν ἑτερόφθαλμον ἀποτολμῆσαι λόγον ἐν ἐκκλησίᾳ διαθέσθαι. & hoc libro C. 38. Καλλιστράτου τοῦ δημαγωγοῦ τὸν λόγον διαθεμένου, ὑπὲρ δὲ τῶν Θηβαίων Ἐπαμινώνδου διαθεμένου λόγον θαυμαστῶς ἐν τῷ κοινῷ συνεδρίῳ. Diverſiore forma *Plato* in Charmide pag. 162. D. ὥσπερ ποιητὴς (ὀργίζετο) ὑποκριτῇ κακῶς διατιθέντι τὰ ἑαυτοῦ ποιήματα. Et *Antiphon* διαθεῖναι λόγον ἐπὶ τοῦ ἐξαγγεῖλαι in *Ulpiani* Schol. ad Olynth. II. p. 14., ubi de hoc verbo plura. P. Wess.

78. Καὶ κατελθόντες εἰς τὰς Συρακούσας] De Philiſto ob ea, quae *Plutarchus* in Dion. pag. 962. refert, dubitare licebit. P. Wess.

84. Σεργίον Σουλπίκιον] Sulpicio ſuum praenomen reddidi, quod fieri oportere, *Rhodomanus* pulcre viderat. Ceterum Conſulum hoc par aliorum Faſti ignorant, a *Diodoro* alicunde erutum; neque enim ex ſe finxiſſe videtur. P. Wess.

92. Ἔφησε συγχωρῆσαι] Repono συγχωρήσειν. H. Steph.

Συγχωρῆσαι] Ego non moveo. Saepe oſtendimus hoc in genere optimos ſcriptorum variare. Noſter L. XII, 60. οὐκ ἔφασαν ἀκολουθεῖν. & L. XIV, 98. τὴν δὲ νῆσον ὡμολόγησαν αὐτῷ συγκατακτήσασθαι. *Lyſias* Or. in Agorat. C. 11. οὐκ ἔφασαν ἐπιτρέψαι τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι. & C. 3. οὐκ ἔφασαν ἐπιτρέψαι ταῦτα γενέσθαι. ubi *Stephanus* quoque ἐπιτρέψειν, ſine cauſſa tamen. P. Wess.

94. Αὐτὸς δὲ μόνης τῆς Σαλαμῖνος βασιλεύων] *Μόνης* recepi. Voluit Teribazus, ut uni duntaxat Salamini Evagoras, abdicato reliquarum urbium imperio, deinceps praeeſſet: ſolusne regnaret, an cum filio, controverſia non erat. P. Wess.

1. Ὀρόντης ὁ ἕτερος στρατ. —— γράμματα &c.] Veniſſe in partes hujus conſilii Evagoram ipſum, ex *Theopompo* innuit *Pho-*

Olymp. XCVIII. IV. mo, quod cum Salaminem vi expugnandi facultatem in manu habeat, id tamen non faciat, ſed legationibus ab hoſte receptatis, de rerum communicatione cum ipſo colloquatur. Deinde, quod privatam belli ſocietatem, ut amicus, cum Lacedaemoniis contraxerit. Deinde quod Delphos miſerit, qui ſuper bello adverſus regem movendo Deum conſulerent. Et quod graviſſimum tandem, quod copiarum Duces ſibi ad benevolentiam & obſequia obnoxios reddat, honoribus, doniſque, nec non pollicitationibus magnificis illectos. Perlectis hiſce literis, rex calumnias iſtas veras eſſe credens, Orontae reſcribit, ut Teribazum in vincula conjectum, illico ad ſe tranſmittat. Ille mandatum exſequitur, & Teribazus ad regem perductus, in judicio de ſe cognoſci petit. Et tum quidem in cuſtodiam traditur. Poſtea etiam, dum bello Caduſiano Rex implicitus tenetur, cognitione ſuſpenſa, judicii tempus longius extrahitur.

9. Interea Orontes copiis in Cypro cum ſummo imperio praefectus, dum magno Evagoram animo rurſus obſidionem tolerare, & milites alioqui captivitatem Teribazi moleſte ferentes, imperium detrectare, & obſidionem relinquere videt, eventum aliquem nec opinatum veritus, mittit ad Evagoram, qui de tranſactione colloquantur, & quibus ipſe cum Teribazo prius voluiſſet conditionibus, pacem conſtituant. Evagoras itaque depulſo praeter ſpem captivitatis periculo, his conditionibus pacis foedus icit, ut certum quotannis tributum regi perſolvens, Salaminis ipſe regnum retineat, & ut rex regis imperio auſcultet. Hoc ergo pacto Cypricum illud bellum, ad decennii fere tempus, parte tamen maxima in apparatibus conſumta, protractum, cum duos tantummodo per totum hoc ſpatium annos bellum eſſet, finem ſuum accepit. At Gaos navalis exercitus praetor, cui filia Teribazi nupta erat, anxie metuens, ne, ob communicati cum Teribazo conſilii ſuſpicionem, a rege ad ſupplicium raperetur: novarum ſe rerum molitione praemunire conſtituit. Et quia opum militumque copia inſtructus erat, & trierarchos inſuper favore ſibi praecipuo addictos habebat, defectionis a rege conſilium cepit. Nec mora; cum Acoride Aegyptiorum rege, miſſis legatis, contra magnum Perſarum regem foedus init.
463. Adhaec Lacedaemonios per literas ſolicitatos excitat, & praeter alias promiſſiones magnificas, ſe in

Τηριβάζου κατηγόρει δ᾽ αὐτοῦ, πρῶτον μὲν ὅτι δυνάμενος ἑλεῖν τὴν Σαλαμῖνα, τοῦτο μὲν οὐ [a] συντελεῖ, πρεσβείας δὲ προσδέχεται παρ᾽ αὐτοῦ, καὶ συλλαλεῖ περὶ [b] κοινοπραγίας, ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους συντίθεται συμμαχίαν ἰδίαν, φίλος ὢν αὐτῶν. [c] ὡς καὶ Πυθῶδέ τινας ἔπεμψεν ἐρησομένους τὸν θεὸν περὶ τῆς ἐπαναστάσεως. τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι τοὺς ἡγεμόνας τῶν δυνάμεων ἰδίους εὐνοίαις [d] κατασκευάζεται, τιμαῖς καὶ δωρεαῖς, ἔτι δ᾽ ἐπαγγελίαις προσαγόμενος. Ο δὲ βασιλεὺς ἀναγνοὺς τὴν ἐπιστολὴν, καὶ πιστεύσας ταῖς διαβολαῖς, ἔγραψε τῷ Ορόντῃ συλλαβεῖν τὸν Τηρίβαζον, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἀποστεῖλαι. οὗ πράξαντος τὸ προσταχθὲν, ὁ μὲν Τηρίβαζος ἀναχθεὶς ὡς τὸν βασιλέα, καὶ κρίσεως τυχεῖν ἀξιώσας, κατὰ μὲν τὸ παρὸν παρεδόθη εἰς φυλακὴν, μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ βασιλέως ἔχοντος πόλεμον πρὸς Καδουσίους, καὶ τὴν κρίσιν ἀναβαλλομένου, [e] διείλκετο τὰ περὶ τοῦ δικαστηρίου.

Ο δ᾽ Ορόντης, διαδεξάμενος τὴν ἡγεμονίαν τῶν ἐν τῇ Κύπρῳ δυνάμεων, καὶ τὸν Εὐαγόραν πάλιν τεθαῤῥηκότως ὁρῶν ὑπομένοντα τὴν πολιορκίαν, πρὸς δὲ τούτοις, τῶν στρατιωτῶν χαλεπῶς ὑπομενόντων τὴν σύλληψιν τοῦ Τηριβάζου, καὶ διὰ τοῦτο ἀπειθούντων καὶ τὴν πολιορκίαν ἐγκαταλειπόντων, δείσας ὁ Ορόντης [f] τὸ τῆς περιστάσεως παράλογον, ἐξέπεμψε πρὸς τὸν Εὐαγόραν τοὺς διαλεξομένους περὶ τῆς συλλύσεως, καὶ κελεύσοντας συντίθεσθαι τὴν εἰρήνην ἐφ᾽ οἷς ἐκεῖνος ἠξίου συντίθεσθαι πρὸς Τηρίβαζον. ὁ μὲν οὖν Εὐαγόρας παραδόξως [g] ἐξοσιοῦται τὴν ἅλωσιν, καὶ συνέθετο τὴν εἰρήνην, ὥστε βασιλεύειν τῆς Σαλαμῖνος, καὶ τὸν ὡρισμένον διδόναι φόρον κατ᾽ ἐνιαυτὸν, καὶ ὑπακούειν ὡς βασιλεὺς βασιλεῖ προστάττοντι. ὁ μὲν οὖν Κυπριακὸς πόλεμος, δεκαετὴς σχεδὸν γεγενημένος, καὶ τὸ πλέον τοῦ χρόνου περὶ παρασκευὰς ἀσχοληθεὶς, διετῆ χρόνον τὸν ἐπὶ πᾶσι συνεχῶς πολεμηθεὶς, τοῦτον τὸν τρόπον κατελύθη. Ο δὲ τοῦ στόλου τὴν ναυαρχίαν ἔχων Γαὼς, γεγαμηκὼς τοῦ Τηριβάζου τὴν θυγατέρα, περίφοβος ἦν μή ποτε συνεργεῖν δόξας τῷ Τηριβάζῳ περὶ τῆς ὑποθέσεως, τύχῃ τιμωρίας [h] ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἔγνω καινῇ πραγμάτων ἐπιβολῇ τὰ καθ᾽ [i] ἑαυτὸν ἀσφαλίζεσθαι. εὐπορῶν δὲ χρημάτων καὶ στρατιωτῶν, [k] ἐπεὶ τοὺς τριηράρχους ταῖς εὐνοίαις ἰδίους πεποιημένος, διέγνω τοῦ βασιλέως ἀφίστασθαι. εὐθὺς οὖν πρὸς Ακοριν τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων διαπρεσβευσάμενος, συμμαχίαν συνέθετο κατὰ τοῦ βασιλέως· πρὸς δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους γράφων, ἐπῆρε κατὰ τοῦ βασιλέως, καὶ χρημάτων 334

a Συντέλει iidem & Reg. 2. b Κοινοπρ. Reg. uterque. Edd. καινοπρ. tum συνελάλει Coiſl. Clar. Reg. 2. c Ὡς Reg. 1. Vulgo ὃς. d Κατασκευάζει Reg. 2. e Διείλκετο Clar. & Reg. 2. f Τὸ περὶ τῆς στάσεως Coiſl. g Ἐξωθεῖται margo Steph. παραδόξως δ᾽ ἐξοσ. Reg. 2. Clar. h Παρὰ τοῦ βασ. Reg. 1. non male. i Αὐτὸν Coiſl. Clar. Reg. 2. Mox μεταβολῇ Reg. 1. k Ἐπὶ Coiſl. Clar.

tius Cod. CLXXVI. P. Weſs.

7. Καὶ συλλαλεῖ περὶ καινοπραγίας] Nolo prorſus damnare, περὶ καινοπραγίας. poteſt ſententiam dare ſatis congruam. Praefero tamen *Regg. librorum* ſcripturam, Auctoris adſuetudini reſpondentem, qua διαπρεσβεύσασθαι περὶ κοινοπραγίας, συλλαλεῖν περὶ κοινοπραγίας, κοινοπραγίαν συνθέσθαι frequenter uſurpat. Vid. L. XI, 1. & XV, 90. XVI, 37. XVIII, 14. P. Weſs.

10. Ὡς καὶ Πυθῶδέ τινας ἔπεμψεν] Longe praeſtabat ὡς καὶ, quod ſuam in ſedem reſtitui. Πυθῶδε πέμπειν inferius C. 49. recurrit, explicatumque alias eſt. P. Weſs.

22. Καὶ τὴν κρίσιν ἀναβαλλομένου] Vero adfine non ſit viris doctiſſimis, judicium hoc poſt bellum Caduſianum fuiſſe dilatum: putant ex ſtrategemate, quo Teribazus regem eo bello ſervaſſe traditur apud *Plut.* Artaxerx. p. 1023., clare patere, rediiſſe jam tum in regis gratiam. Id ſpeciem praefert. Sed ſi Artaxerxes Teribazum, poſtquam proditionis crimine abſolutus erat, ſummis honoribus cumulaverit, ut C. 11. a *Diodoro* docetur, reus fuit bello Caduſiano: tum enim humillima erat conditione & contemtus. Τότε ταπεινὰ πράττων καὶ περιορώμενος *Plutarchus* ait. Vide tamen Cl. *Barbeyracum* Hiſt. Foed. P. 1. p. 191. P. Weſs.

34. Παραδόξως ἐξοσιοῦται τὴν ἅλωσιν] Pro ἐξοσιοῦται ſubſtitue adjectum in margine ἐξωθεῖται. L. Rhod.

Παραδόξως ἐξοσιοῦται τὴν ἅλωσιν] Praeferrem & ego ἐξωθεῖται, ſi vel unus meorum *Codd.* id probaret: in tanto vero conſenſu non audeo. Nec placet tamen ἐξοσιοῦται admodum, nuſquam ſimili poteſtate inſtructum, quod quidem recordor, a me repertum. Ἀφοσιοῦται fortaſſe tolerari poſſet, ſi in vetuſtis membranis eſſet. Itaque ampliandum cenſeo. P. Weſs.

38. Δεκαετὴς σχεδὸν γεγενημένος] Conſentit hac quidem parte *Iſocrat.* Evag. pag. 295. Εὐαγόρας δὲ πολεμήσας ἔτη δέκα, τῶν αὐτῶν κύριος κατέλιπεν, ὥνπερ ἦν καὶ πρὶν εἰς τὸν πόλεμον εἰσελθεῖν. In ceteris non item. Noſter ait duobus potiſſimum annis, reliquis in apparatu conſumtis, bellum arſiſſe, eoque temporis intervallo navali praelio victum Evagoram intra Salaminem fuiſſe concluſum. At *Iſocrates* Panegyr. p. 101. ſextum ejus belli annum, cum orationem eam ſcriberet, verti, jamque Evagoram maritimo certamine ſuperatum rebus anguſtis eſſe, ſignifi-

μάτων πλῆθος ἐπηγγέλλετο δώσειν, καὶ τὰς ἄλλας ἐπαγγελίας μεγάλας ἐποιεῖτο, ὑπισχνούμενος συμπράξειν αὐτοῖς τὰ κατὰ τὴν Ελλάδα, καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῖς τὴν πάτριον συγκατασκευάσειν. οἱ δὲ Σπαρτιᾶται καὶ πάλαι μὲν διεγνώκεισαν ἀνακτᾶσθαι τὴν ἡγεμονίαν, τότε δὲ συνετάραττον ἤδη τὰς πόλεις, καὶ πᾶσιν ὑπῆρχον φανεροὶ τὰς πόλεις καταδουλωσόμενοι. πρὸς δὲ τούτοις, ἀδοξοῦντες ἐπὶ τῷ δοκεῖν ἐν τῇ πρὸς τὸν βασιλέα συνθέσει τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ελληνας ἐκδότους πεποιηκέναι, μετεμέλοντο τοῖς πεπραγμένοις, καὶ πρόφασιν εὔλογον ἐζήτουν τοῦ πρὸς τὸν Αρταξέρξην πολέμου. διόπερ ἄσμενοι συνέθεντο πρὸς τὸν Γαὼ τὴν συμμαχίαν.

Αρταξέρξης δὲ, καταλύσας τὸν πρὸς Καδουσίους πόλεμον, [1] προέθηκε κρίσιν Τηριβάζῳ, καὶ δικαστὰς τρεῖς ἀπέδωκε τῶν μάλιστα εὐδοκιμούντων παρὰ τοῖς Πέρσαις. κατὰ τούτους δὲ χρόνους ἕτεροι δικασταὶ δόξαντες κακῶς κρίνειν, ζῶντες ἐξεδάρησαν, καὶ ὑπὲρ τῶν δικαστικῶν δίφρων περιτεθέντων τῶν δερμάτων, ἐπὶ τούτων ἐδίκαζον οἱ δικασταὶ, παρ' ὀφθαλμοὺς ἔχοντες παράδειγμα τῆς ἐν τῷ κακῶς κρίνειν τιμωρίας. οἱ μὲν οὖν κατηγοροῦντες, τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνόντες τὴν πεμφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Ορόντου, ταύτην ἱκανὴν ἔφασαν ἔχειν πρὸς κατηγορίαν. ὁ δὲ Τηρίβαζος, πρὸς μὲν τὴν κατὰ τὸν Εὐαγόραν διαβολὴν, ἀνεγίνωσκε τὴν ὑπ' Ορόντου γεγενημένην
335. ὑπάκουσιν ὡς βασιλέα βασιλεῖ, προσήνεγκεν· ἑαυτὸν δὲ τὴν εἰρήνην συντίθεσθαι, ὥστε ὑπακούειν Εὐαγόραν τῷ βασιλεῖ, ὡς δοῦλον δεσπότῃ· περὶ δὲ τοῦ χρησμοῦ ἔφησε, μὴ χρηματίζειν τὸν θεὸν καθόλου περὶ θανάτου· καὶ τούτου μάρτυρας παρείχετο πάντας τοὺς παρόντας Ελληνας. περὶ δὲ τῆς φιλίας τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους ἀπελογεῖτο, λέγων οὐκ ἐπὶ τῷ ἰδίῳ συμφέροντι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τοῦ βασιλέως λυσιτελεῖ πεποιῆσθαι τὴν φιλίαν· καὶ διὰ ταύτης παρεδείκνυε τῶν μὲν Λακεδαιμονίων παρῃρῆσθαι τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ελληνας, τῷ δὲ βασιλεῖ παραδεδόσθαι ἐκδότους. ἐπὶ τελευτῆς δὲ τῆς ἀπολογίας, ὑπέμνησε τοὺς δικαστὰς ὧν τὸν βασιλέα πρότερον ἦν εὐεργετηκώς. λέγεται δὲ καὶ ἄλλας μὲν πολλὰς χρείας ἐνδεδεῖχθαι τῷ βασιλεῖ, μίαν δὲ μεγίστην, ἐξ ἧς αὐτὸν θαυμασθῆναι συνέβη, καὶ μέγιστον γενέσθαι φίλον. κατὰ γάρ τινα κυνηγίαν ἐφ' ἅρματος ὀχουμένου τοῦ βασιλέως, δύο λέοντας ἐπ' αὐτὸν ὁρμῆσαι, καὶ τῶν μὲν ἵππων τῶν ἐν τῷ τεθρίππῳ δύο διασπάσαι, τὴν δὲ ὁρμὴν ἐπ' αὐτὸν ποιεῖσθαι τὸν βασιλέα· καθ' ὃν δὴ καιρὸν ἐπιφανέντα τὸν Τηρίβαζον τοὺς μὲν λέοντας ἀποκτεῖναι, τὸν δὲ

conficiendis Graeciae negotiis, & confirmando, qui patrius eis ſit, principatu, auxilium ipſis laturum, pollicetur. Spartani equidem de imperio Graeciae ad ſe retrahendo jampridem conſilia agitaverant. Jamque turbatis civitatibus manifeſta ſervitutis urbibus importandae indicia praebebant. Huc acceſſit, quod cum ob proditos, ut quidem videbatur, in foedere cum Artaxerxe percuſſo, Graecos, male audirent, facti eos poenitebat, idoneamque belli adverſus ipſum renovandi occaſionem quaerebant. Quamobrem animo non illubente ſocietatem cum Gao contraxerunt. Olymp. XCVIII. IV.

10. Artaxerxes vero bello, quod cum Caduſiis gerebat, finito, judicio Teribazi cauſam permiſit, treſque ei judices eximiae inter Perſas auctoritatis dedit. Per idem forte tempus acciderat, ut judicibus quibuſdam, ob ſententias inique latas, cutis vivo corpore detracta eſſet, eorumque pellibus circum tribunalia expanſis, ſuper his cognitiones cauſarum judices exercerent; ut ſemper ante oculos ſupplicii, quod judiciorum pravitas mereretur, exemplum ſibi propoſitum haberent. Actores itaque epiſtolam ab Oronte miſſam, quam recitabant, ſibi ad dicam Teribazo impingendam ſufficere contendebant. Teribazus contra, ut calumniam de colluſione cum Evagora confutaret, tranſactionem Orontis cum Evagora, qua hic ſe regi ut regem obtemperaturum annuiſſet, in medium proferebat: ſeque hac conditione, ut regi tanquam ſervus pareret, pacem cum illo facere voluiſſe, confirmabat. Quod ad oraculum attinet, Deum nihil omnino de cujuſquam morte reſponſi edere dixit, ejuſque rei cunctos, qui tum aderant Graeci, teſtes adduxit. Amicitiam porro, quae cum Lacedaemoniis ſibi intercederet, ita excuſavit, non ob privatum aliquod commodum, ſed regis ipſius emolumentum, hanc initam fuiſſe. Hujus enim ope ſe Graecos in Aſia, Lacedaemoniis ſubtractos, dedititios feciſſe regi ſuo, demonſtravit. Defenſionem denique ſuam perorans, priſtina in regem merita judicum memoriae ſuggeſſit. Inter alia vero officia, quibus ſuam regi operam fidemque multifariam declaravit, hoc maximum, quo non admirationem regis ſolum, verum & ſummum inter amicos gradum promeruit, exſtitiſſe fertur. Dum enim in venatione quadam rex curru ſuo invehitur, duo in ipſum leones concitato feruntur, & duobus ad quadrigas equis diſcerptis, jam ipſum invadere properant. Tum forte fortuna Teribazus ſuperveniens, leonibus occiſis, periculo regem exemit. In bellis prae-

1 Προσεθ. Coiſl.

ſignificat: cui eadem tempeſtate viventi cur tandem non acceſſero? P. WESS.

46. Ἔγνω καινῆ πραγμάτων &c.] Hoc quoque loco videtur deſiderari ἂν poſt ἔγνω quae omiſſio neſcio an librariis, an *Diodori* idiomati ſit tribuenda. Sic p. 475. εὐλαβήθη μὴ ποτε pro εὐλαβήθη ἂν μή ποτε vel εὐλαβεῖτο γὰρ μή ποτε. H. STEPH.

48. Ἐπεὶ τοὺς τριηράρχους &c.] Pro ἐπεὶ repono ἔπειτα. Nam cum ἐπεὶ ſervari non poſſit πεποιημένος. H. STEPH. & L. RHOD.

Ἐπεὶ τοὺς τριηράρχους &c.] Non refragarer, ſi libri manu exarati edicerent. Puto ellipſi verbi ἦν *Diodoro* poſſe ſuccurri. Ἐπεὶ πεποιημένος ἦν *poſtquam eos ſibi conciliarat:* quae quidem haud inſolita eſt. *Arrian.* Exp. Alex. L. VII, 19. ὅπερ ὅταν μὲν ἕκαστοι πρεσβευόμενοι, οὐκ ἀναγέγραπται, ubi niſi ἦσαν expleas, hiabit itidem oratio. Adde *Homer.* Il. Θ, 307., quaeque ibi *Euſtathius.* P. WESS.

63. Μετεμέλοντο τοῖς πεπραγμένοις] Sic L. XVIII, 2. μεταμέλεσθαί τε ἔφη τοῖς πραχθεῖσι. Plenius L. XVII, 42. μετεμέλετο μὲν ἐπὶ τῇ τῆς πολιορκίας ἐπιβολῇ. P. WESS.

71. Ζῶντες ἐξεδάρησαν καὶ ὑπὲρ τῶν δικαστικῶν &c.] Recte hoc exemplum, & alterum in Siſamnem a Cambyſe ſtatutum apud *Herodot.* V, 25. *H. Valeſius* obmovit *Ammiano Marcellino*, ſcribenti L. XXIII, 6. *nam quod ſuperſidere* (apud Perſas) *corio damnati ob iniquitatem judicis judex alius cogebatur, aut finxit vetuſtas, aut olim recepta conſuetudo ceſſavit:* neque enim finxit vetuſtas. Addere potuiſſet ex *Baſilio Seleucienſi* L. II. de Miracul. S. Theclae καθὰ δὲ τὸν τῶν Περσῶν νόμον δείρας αὐτὸν καὶ δορὰν γυμνὸν ἐποίησε. ubi *P. Pantinus* plura, ſed ex *B. Briſſonio* L. I. Reg. Perſ. Sect. CXXXIII. P. WESS.

79. Τὴν ὑπ' Ὀρόντου γεγενημένην ὑπάκουσιν &c.] Hic locus eſt depravatus, idque ex omiſſione verborum aliquot, ut opinor. H. STEPH.

Τὴν ὑπ' Ὀρόντου γεγενημένην ὑπάκουσιν &c.] Vulneri medicinam, quam *Stephan.* negavit, opportune fecit *Rhodomanus* in not. *Addendis:* „ Mendoſus, inquit, locus eſt, quem ſic utcun„ que reſtituo. Poſt γεγενημένην haec inſere συνθήκην, τὸν Εὐα„ γόραν ὑπακούσεσθαι ὡς βασιλέα βασιλεῖ· προσήνεγκε δὲ ἑαυτὸν τὴν εἰρή„ νην &c. *Legebat tranſactionem ab Oronte factam, Evagoran ut* „ *regem regi pariturum. In medium etiam proferebat ſeſe pacem* „ *&c.* Haec enim aut his ſimilia deeſſe, ex Cap. 9. & 10. facile conficias. P. WESS.

83. Μὴ χρηματίζειν — περὶ θανάτου] Videntur Teribazum accuſaſſe & eo nomine, quod Delphis Apollinem de regis morte conſuluiſſet. Quid ſciſcitatus fuerit, vide C. 8. P. WESS.

92. Ὧν τὸν βασιλέα — ἦν εὐεργετηκώς] Fuit ergo ex eorum numero, quos *OROSANGAS* adpellabant Οἱ δὲ εὐεργέται τοῦ βασιλῆος Ὀροσάγγαι καλέονται περσιστί apud *Herodot.* L. VIII, 85.

 Quo-

Olymp. XCVIII. IV. praeterea ſingulari cum fortitudine polluiſſe memoratur: imo & conſultationibus tantae ſagacitatis & prudentiae fuiſſe, ut quoties rex ſententiam ejus amplecteretur, nunquam aberraret. Cum ad hunc itaque modum pro ſe dixiſſet Teribazus, unanimi cunctorum judicum conſenſu a criminibus, quorum reus agebatur, abſolvitur.

11. At rex judices ſingulatim ad ſe accerſens, quo juris ſtabilimento unusquiſque innixus, reum a culpa liberum pronunciaſſet, exquirit? Cui primus, quod criminationes dubias, at benefacta ejus manifeſta eſſe vidiſſet, reſpondit. Alter: Etiamſi daretur, vera eſſe, quae objicerentur, delicta tamen a meritis longe ſuperari, confirmabat. Tertius denique hoc modo ſententiam a ſe latam probavit, quod meritorum Teribazi nullam inivérit rationem, cum benefactis & honoribus longe amplioribus ille cohoneſtatus fuerit: ſed ſi ipſa per ſe crimina examinarentur, accuſatum illis minime obnoxium videri. Rex igitur judices, ut qui juſte ſententias tuliſſent, collaudavit. Teribazum vero honoribus, qui maximi apud illos cenſentur, 464. exornavit. At Orontem falſae accuſationis damnatum, ex amicorum catalogo expunxit, extremaque ignominia notavit. Ad hunc ergo modum res in Aſia ſe tum habebant.

12. In Graecia Lacedaemonii Mantineae obſidionem urgebant. Et per aeſtatem illam totam Mantinenſes fortiter hoſti repugnabant. (Inter Arcades enim praecipua fortitudinis exiſtimatio penes hos erat: ideoque hos Spartani jam olim, ut auxiliares ſocioſque fideliſſimos in pugnis ſibi adjunctos habere conſueverant.) At poſtquam hyems ingruit, & fluvius Mantineam praeterlabens magnum a pluviis incrementum accepiſſet, Lacedaemonii alveo magnis aggeribus intercepto, flumen ipſum in urbem averterunt, ita ut totus in propinquo locus ſtagni inſtar inundaret. Propterea cum aedificia ruinam facerent, Mantinenſes ea re perculſi, urbem Lacedaemoniis dedere coguntur. Qua occupata, nihil aliud civibus adverſi a Lacedaemoniis allatum eſt, quam quod in antiquos eos vicos denuo migrare juſſerunt. Patriam igitur ſuam exſcindere, & in pagos transferre lares coguntur.

13. Sub id tempus in Sicilia Dionyſius Tyran-

βασιλέα ἐκ τῶν κινδύνων ἐξελέσθαι. ἔν τε τοῖς πολεμίοις ἀνδρείᾳ [m] διενεγκεῖν φασιν αὐτόν, καὶ κατὰ συμβουλὰς οὕτως εὐστοχεῖν, ὥστε τὸν βασιλέα χρώμενον ταῖς ἐκείνου παραγγελίαις, μηδέποτε διαμαρτεῖν. τοιαύτῃ δ' ἀπολογίᾳ χρησάμενος ὁ Τηρίβαζος, ἀπελύθη τῶν ἐγκλημάτων ὁμολογουμένως ὑπὸ πάντων τῶν δικαστῶν.

Ὁ δὲ βασιλεὺς [n] καθ' ἕνα τῶν δικαστῶν [o] προσκαλούμενος, ἐπηρώτησε τίσι δικαίοις προσχὼν ἕκαστος ἀπέλυσε τὸν κατηγορούμενον; ὁ μὲν οὖν πρῶτος ἔφησε, θεωρῶν τὰ μὲν ἐγκλήματα ἀμφισβητούμενα, τὰς δ' εὐεργεσίας ὁμολογουμένας οὔσας. ὁ δὲ δεύτερος ἔφησε, καὶ τιθεμένων ἀληθινῶν τῶν ἐγκλημάτων, ὅμως τὰς εὐεργεσίας μείζους εἶναι τῆς ἁμαρτίας. ὁ δὲ τρίτος εἶπεν, ὅτι τὰς μὲν εὐεργεσίας οὐ τίθεται πρὸς λόγον, διὰ τὸ τὰς [p] περὶ αὐτῶν χάριτας καὶ τιμὰς πολλαπλασίας ἀπειληφέναι παρὰ τοῦ βασιλέως τὸν Τηρίβαζον· αὐτῶν δὲ τῶν ἐγκλημάτων κατ' ἰδίαν θεωρουμένων, μὴ φαίνεσθαι τούτοις ἔνοχον εἶναι τὸν κατηγορούμενον. ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς μὲν δικαστὰς ἐπῄνεσεν, ὡς δικαίως κεκρικότας. τὸν δὲ Τηρίβαζον ταῖς νομιζομέναις μεγίσταις τιμαῖς ἐκόσμησε· τοῦ δὲ Ὀρόντου [q] καταγνοὺς ὡς ψευδῆ κατηγορίαν πεπλακότος, ἔκ τε τῶν φίλων ἐξέκρινε, καὶ ταῖς ἐσχάταις ἀτιμίαις περιέβαλε. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν.

Κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα, Λακεδαιμονίων πορθούντων Μαντίνειαν, τὸ μὲν θέρος διετέλεσαν οἱ Μαντινεῖς γενναίως ἀγωνιζόμενοι πρὸς τοὺς πολεμίους· (ἐδόκουν γὰρ ἀνδρείᾳ διαφέρειν τῶν Ἀρκάδων, καὶ διὰ τοῦθ' οἱ Λακεδαιμόνιοι πρότερον [r] εἰώθεισαν ἐν ταῖς μάχαις τούτους παραστάτας ἔχειν καὶ πιστοτάτους τῶν συμμάχων) τῇ δὲ χειμῶνος ἐνστάντος, καὶ τοῦ παρὰ τὴν Μαντίνειαν ποταμοῦ μεγάλην αὔξησιν ἐκ τῶν ὄμβρων λαβόντος, οἱ Λακεδαιμόνιοι τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ διαλαβόντες μεγάλοις χώμασιν ἀπέστρεψαν τὸν ποταμὸν εἰς τὴν πόλιν, καὶ πάντα τὸν σύνεγγυς τόπον ἐποίησαν λιμνάζειν. διὸ καὶ τῶν οἰκιῶν πιπτουσῶν, καταπλαγέντες οἱ Μαντινεῖς ἠναγκάσθησαν τὴν πόλιν παραδοῦναι τοῖς Λακεδαιμονίοις. οἱ δέ, παραλαβόντες, ἄλλο μὲν [s] κακὸν οὐθὲν εἰργάσαντο τοὺς Μαντινεῖς, προσέταξαν δὲ εἰς τὰς ἀρχαίας κώμας μετοικισθῆναι. [t] διόπερ ἠναγκάσθησαν τὴν μὲν ἰδίαν πατρίδα κατασκάπτειν, εἰς δὲ τὰς κώμας μετοικῆσαι. 336.

Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, κατὰ τὴν Σικελίαν Διο-

m Διενέγκαι *Coiſl. Clar. Reg.* ambo. n Καθ' ἓν *Clar.* o Προσκαλεσάμενος *Coiſl.* p Περὶ αὐτῶν *Reg.* 1. Cett. περὶ αὐτόν. q Καταγνόντος *Clar. Reg.* 2. r Εἰώθεσαν *iidem.* s Οὐθὲν κακὸν *Coiſl. Reg.* 1. t Deſunt uſque ad ἅμα δὲ in *Coiſl.*, librarii peccato.

Quorum e genere qui erant, cum publicas in tabulas referebantur, tum eximiis honoribus ornabantur. Habet de *Oroſangis* his conpluſcula *Deſ. Heraldus* Adverſ. L. 1, 9., ſed magnam partem occupata a *B. Briſſonio* de Reg. Perſ. 1, 138. P. Wess.

2. Ἔν τε τοῖς πολεμίοις ἀνδρείᾳ &c.] Legatur πολέμοις. L. Rhod.

Ἔν τε τοῖς πολεμίοις &c.] Id quidem neceſſe non eſt. Idem eſt ac διενεγκεῖν τὰ πολέμια in *Luciani* D. Mort. XII, 1., ubi egregie Cl. *T. Hemſterhuſ.* Conf. & not. in L. 1, 54. P. Wess.

17. Διὰ τὸ τὰς περὶ αὐτὸν χάριτας —— ἀπειληφέναι] Non ſum oblitus moris *Diodori*, quo περὶ multimodis uſurpat. Ἡ περὶ τὰς Ἀμαζόνας ἀρετὴ earum virtus eſt L. II, 46., ἡ περὶ τὸ ἄροτρον εὕρεσις illius inventio L. III, 63., ut alia ſilentio praeteream. Hic tamen τὰς περὶ αὐτὸν χάριτας ex *Reg.* 1. praeoptavi, ut gratiae & commoda ſint, quae ob merita in regem abſtulerat Teribazus. P. Wess.

36. Τοῦ παρὰ τὴν Μαντίνειαν ποταμοῦ] *Ophis* dicebatur, teſte *Pauſania*, qui regis Ageſipolidos hoc ſtrategema copioſius exſequitur L. VIII. 8. p. 614., ſicuti & *Xenophon* Hellen. L. V. p. 432. P. Wess.

45. Εἰς τὰς ἀρχαίας κώμας μετοικισθῆναι] Vid. ſupra C. 5. & *Polyb.* IV, 27. & *Ariſtidem* T. III. pag. 476. Manſerunt autem Mantinenſes in pagos deſcripti, donec ab Epaminonda in integrum patriamque urbem reſtituerentur, *Pauſan.* IX, 14. P. Wess.

51. Τὸν Ἰόνιον καλούμενον πόρον] Sic bene. Male ἐν τῷ Ἰονίῳ πελάγει *Aelian.* Hiſt. Animal. L. XIII, 19, & ἀπὸ τοῦ Ἰονίου μέχρι τῆς Συρίας *Appian.* Bell. Civil. L. IV. pag. 1030. Nota res ex *Stephano Byzantino* eſt. P. Wess.

55. Καὶ συλήσειν] Non video cur ἔσεσθαι συλήσειν dicturus fuerit *Diodorus* pro ἔσεσθαι συλῆσαι, praeſertim cum praeceſſiſſet ἐπιπλεῦσαι. Repono igitur συλῆσαι. H. Steph.

Καὶ συλήσειν τὸ ἐν Δελφοῖς τέμενος] Mutandi juſtam *Stephanus* cauſſam non habuit. Multa in hoc genere ſibi indulgent veteres. *Lyſias* pro Callia apud *Harpocration.* in Τίμημα. ἔτι δὲ φάσκοντες πλείονα μισθώσασθαι, καὶ τίμημα καταστήσεσθαι, quod optime tuetur Cl. *T. Hemſterhuſius*, plura de hoc genere commentatus ad *Xenophont. Epheſium* Miſcellan. Obſervat. Vol. IV. p. 286. Aliud eſt, quod nos moratur. Dicit Auctor, Dionyſium magnis copiis Epirum invadere voluiſſe, ut ditiſſimum Delphis templum ſpoliaret. Atqui id in Epiro non erat, ſed Phocide. Quod cum non lateret *Amyoto*, Gallico interpreti, pro Delphico Apollinis templo Dodonaeum Jovis verſione ſua expreſſit, conjecturam credo ſecutus: nam ſcripti *Codd.* noſtri quidem certe, in Delphico retinendo conſentiunt. Hos

itaque

Διονύσιος ὁ τῶν Συρακουσίων Τύραννος ἔγνω κατὰ τὸν Ἀδρίαν πόλεις οἰκίζειν. τοῦτο δὲ ἔπραττε, διανοούμενος τὸν Ἰόνιον καλούμενον πόρον ἰδιοποιεῖσθαι, ἵνα τὸν ἐπὶ τὴν Ἤπειρον πλοῦν ἀσφαλῆ κατασκευάσῃ, καὶ πόλεις [v] ἔχῃ ἰδίας, εἰς τὸ δύνασθαι ναυσὶ καθορμισθῆναι. ἔσπευδε γὰρ ἄφνω μεγάλαις δυνάμεσιν ἐπιπλεῦσαι τοῖς κατὰ τὴν Ἤπειρον τόποις, καὶ συλήσειν τὸ ἐν Δελφοῖς τέμενος, γέμον πολλῶν χρημάτων. διὸ καὶ πρὸς Ἰλλυριοὺς ἐποιήσατο συμμαχίαν, δι' Ἀλκέτου τοῦ Μολοττοῦ, ὃς ἐτύγχανε φυγὰς ὢν καὶ διατρίβων [x] ἐν ταῖς Συρακούσαις· τῶν δ' Ἰλλυριῶν ἐχόντων πόλεμον, ἐξαπέστειλεν αὐτοῖς συμμάχους στρατιώτας δισχιλίους, καὶ πανοπλίας Ἑλληνικὰς πεντακοσίας. οἱ δ' Ἰλλυριοὶ τὰς μὲν πανοπλίας [y] ἀνέδωκαν τοῖς ἀρίστοις τῶν στρατιωτῶν, τοὺς δὲ στρατιώτας κατέμιξαν τοῖς ἰδίοις στρατιώταις. πολλὴν δὲ δύναμιν ἀθροίσαντες, ἐνέβαλον εἰς τὴν Ἤπειρον, καὶ κατήγαγον τὸν Ἀλκέταν ἐπὶ τὴν τῶν Μολοττῶν βασιλείαν. οὐδενὸς δ' αὐτοῖς προσέχοντος, τὸ μὲν πρῶτον ἐπόρθησαν τὴν χώραν, μετὰ δὲ ταῦτα τῶν Μολοττῶν ἀντιταττομένων, ἐγένετο μάχη καρτερά, καθ' ἣν νικήσαντες οἱ Ἰλλυριοὶ κατέκοψαν τῶν Μολοττῶν πλείους τῶν μυρίων [z] πεντακισχιλίων. Τοιαύτῃ δὲ συμφορᾷ τῶν Ἠπειρωτῶν περιπεσόντων, Λακεδαιμόνιοι πυθόμενοι τὰ συμβεβηκότα, συμμαχίαν ἐξέπεμψαν τοῖς Μολοττοῖς, δι' ἧς τοῦ πολλοῦ θράσους ἔπαυσαν τοὺς Βαρβάρους. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Πάριοι κατά τινα χρησμὸν ἀποικίαν ἐκπέμψαντες εἰς τὸν Ἀδρίαν, ἔκτισαν ἐν αὐτῷ νῆσον τὴν ὀνομαζομένην Φάρον, συμ-

337. πράξαντος αὐτοῖς Διονυσίου τοῦ Τυράννου. οὗτος γὰρ ἀποικίαν ἀπεσταλκὼς εἰς τὸν Ἀδρίαν οὐ πολλοῖς πρότερον ἔτεσιν, ἐκτικὼς [a] ἦν τὴν πόλιν τὴν ὀνομαζομένην Λισσόν. ἐκ ταύτης οὖν ὁρμώμενος Διονύσιος σχολὴν ἄγων [b] κατεσκεύασε νεώρια διακοσίαις τριήρεσι, καὶ τεῖχος περιέβαλε τῇ πόλει, [c] τηλικοῦτο τὸ μέγεθος, ὥστε τῇ πόλει γενέσθαι τὸν περίβολον μέγιστον τῶν Ἑλληνίδων πόλεων. κατεσκεύασε δὲ καὶ γυμνάσια μεγάλα παρὰ τὸν Ἄναπον ποταμόν, θεῶν τε ναοὺς κατεσκεύασε, καὶ τἄλλα τὰ συντείνοντα πρὸς αὔξησιν πόλεως καὶ δόξαν.

Τοῦ δ' [d] ἐνιαυσιαίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Διοτρεφής, ἐν Ῥώμῃ δ' ὕπατοι κατεστάθησαν Λεύκιος Οὐαλέριος καὶ Αὖλος [e] Μάλλιος· παρὰ δ' Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς ἤχθη ἐννενηκοστὴ ἐνάτη, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Δίκων Συρακού-

nus urbibus ad mare Adriaticum Syracuſiorum condendis animum intendit. Hoc ideo moliebatur, quod Ionium, uti vocatur, fretum ſuae poteſtatis facere in animo haberet; ut tutam ſibi ad Epirum navigationem aperiret, urbeſque ad manum haberet, quo navibus ſuis appellere commode poſſet. Propediem enim ingentes copias in Epirum tranſportare, & templum in Delphis, opibus refertiſſimum, exſpoliare feſtinabat. Quamobrem etiam cum Illyriis Alcetae Molotti opera, qui exſul Syracuſis tum morabatur, ſociale foedus icerat. Cumque Illyrii tum temporis bello diſtinerentur, cIↃ. cIↃ. auxiliares, & IↃ. armaturas Graecas, illis miſit. Qui, armis inter militum fortiſſimos diviſis, auxiliares ſuis ordinibus immiſcent: magnoque collecto exercitu, ad reducendum in regnum Alcetam, in Epirum irruptionem faciunt: & dum nemo ſe illis opponit, agros depopulantur. Poſt Molottis contra eos in aciem progreſſis acre praelium committitur, quo ſuperiores Illyrii Molottorum ſupra ccIↃↃ. IↃ. trucidant. Qua clade Epirotis illata, Lacedaemonii de hoc certiores facti auxilia Molottis tranſmittunt, quibus immanem Barbarorum ferociam compeſcuerunt. Inter haec rerum eventa Parii, quodam oraculo excitati, colonia in ſinum Adriaticum deducta, Inſulam, quae Phari nomen habet, adjuvante illos Dionyſio, in illo condunt. Is enim, annis non multis ante miſſa eodem colonia, urbem Liſſum aedificaverat. Cujus urbis occaſione adjutus, dum a caeteris negotiis vacat, Dionyſius navalia pro CC. triremibus exſtruit, & tantae magnitudinis muro oppidum circumdedit, ut omnes Graecorum urbes ejus ambitu ſuperarentur. Gymnaſia inſuper magnifica juxta Anapum fluvium eduxit, Deûmque fana & alia, quae ad amplificationem & gloriam hujus urbis conducerent, elaboravit. Olymp. XCVIII. IV.

14. Jam annus ille ad finem decurrerat, Atheniſque Princeps Reipublicae erat Diotrephes, & Romae conſulatum tenebant L. Valerius & A. Manlius. Eleis autem XCIX. Olympias agebatur; qua Dicon Syracuſanus in ſtadio palmam obtinuit: Olymp. XCIX. I.

cum

v Ἔχειν *Coiſl.* x Ἐν Συρακ. *Clar.* Reg. 2. y Ἐνέδωκαν Reg. 1. z Καὶ πεντακ. Reg. 2. Paullo ante ἐνίκησαν οἱ Ἰλλυριοὶ, καὶ τῶν Μολ. κατέκοψαν Reg. 1. non male. a Deeſt *Coiſl.* b Κασκεύασε operarum errore *Steph. Edit.* c Τηλικοῦτον Reg. 2. d Ἐνιαυσίου Reg. uterque. e Μάλιος *Clar.*

itaque ſequar, tantoque magis, quod τέμενος γέμον πολλῶν χρημάτων verius dicatur de Delphica, quam Jovis Dodonaei aede. Vide modo L. XVI, 57. Fuiſſet ſane expeditius ad id ſacrilegium iter tyranno, ſi Criſaeum in ſinum invectus exſcenſioneque facta Delphos properaſſet: ſed potuit ille animo alia, cur hoc negligeret, agitare. Confer tamen Cl. *Barbeyracium*, pro Dodonaeo Jovis templo, non ſine quadam veri ſpecie pugnantem, Hiſtor. Foed. P. I. p. 192. P. WESS.

58. Δι' Ἀλκέτου τοῦ Μολοττοῦ &c.] Principis hujus genus & familiam declarat *Pauſan.* L. I, 11. In exſilium quare abierit, incertum eſt, certiſſimum vero, reſtitutum in priorem dignitatem Athenienſium cauſſae ſaepius enixe ſtuduiſſe. Vid. *Xenophont.* Hellen. L. VI. p. 457. & infra hoc libro C. 36. Noſtrum. P. WESS.

78. Ἔκτισαν ἐν αὐτῷ νῆσον —— Φάρον] Dicendi genus illuſtravimus ad L. V, 80. Rem ipſam, dubia ſi foret, firmarent haec *Strabonis* L. VII. p. 484. Φάρος, ἡ πρότερον Πάρος, Παρίων κτίσμα. Et *Stephanus* in Φάρος, optime ab *Iſ. Caſaubono* correctus. Urbem habuit cognominem, quam Romani ob inſignitam Demetrii Pharii perfidiam, ſolo aequarunt apud *Appianum* Illyr. p. 5. *Ed. Hoeſchel.* P. WESS.

81. Τὴν ὀνομαζομένην Λισσόν] Vid. not. ad *Hieroclis* Synecdem. pag. 656. Dionyſius ſub idem tempus in oppoſita continente urbem Adriam ſive Hadriam condidit. *Etymologus*, Ἀδρίας τὸ πέλαγος. Διονύσιος Σικελίας τύραννος, ὃς πρότερον ἐπὶ Ὀλυμπιάδι πόλιν ἔκτισεν Ἀδρίαν ἐν τῷ Ἰονικῷ κόλπῳ, ἀφ' ἧς καὶ τὸ πέλαγος Ἀδρίας καλεῖται. Annus incertus eſt: excidit enim ex *Etymologi* verbis. Satis tamen ex rerum apud Noſtrum ſucceſſione adparet, ab Olymp. XCVIII. non multum afuiſſe. P. WESS.

83. Κατεσκεύασε νεώρια &c.] Omnia haec omnino pertinent referrique ad urbem Syracuſanam debent. Id praeter flumen Anapum, quod prope Syracuſas labebatur, ambitus urbis, ceteris Graeci nominis oppidis longe amplior, ſuadet: nam Liſſo minime convenit. Aliud tamen cenſuit doctiſſimus *Cellarius* Geogr. Ant. L. II, 8. p. 618. P. WESS.

93. Λεύκιος Οὐαλέριος καὶ Αὖλος Μάλλιος] Faſti Liviani dant huic anno tribunos militum conſulari poteſtate, & longe quidem alios. Paene ſuſpicor in Faſtis, quos *Diodorus* habuit, errore quodam hos conſules eſſe repetitos. Habet eoſdem L. XIV, 103. & ſuccedentes itidem L. Lucretio & Servio Sulpicio C. 99. ſequuntur eoſdem C. 107. tribuni militum, quos hujus libri C. 15. reperies. Quae quidem certo videntur eſſe indicio, in *Diodori* Faſtis perturbatiſſima omnia fuiſſe. P. WESS.

95. Δίκων Συρακούσιος] Domo fuit Cauloniates, ſed praemiis

ex-

Olymp. xcix. i. 465. cum Parii, qui Pharum Inſulam jam inſederant, loco quodam egregie munito Barbaris, antiquis Inſulae poſſeſſoribus, nullo a ſe detrimento affectis, ad inhabitandum conceſſo, urbem ſuam ad mare conditam muro & propugnaculis confirmarunt. At cum ille Graecorum adventus vicinis Barbaris perquam moleſtus eſſet, Illyrii ex adverſa continente ab ipſis acciti, myoparonibus non paucis in Pharum plusquam ccIↃↃ. tranſmiſere, dumque Graecos infeſtis armis oppugnant, non exiguam horum caedem perpetrarunt. At qui Liſſi praeturam a Dionyſio commendatam habebat, numeroſa triremium claſſe navigia Illyriorum adortus, partem demergit, partem in ſuam poteſtatem redigit: Barbarorum ſupra quinquies mille interfectis, & bis mille captis. Pecuniae tum inopia Dionyſius laborans, cum triremibus LX. in Hetruriam expeditionem ſuſcepit; praetextus erat, ut Piratas everteret: ſed verior cauſa, ut fanum quoddam praecipuae religionis, multiſque donariis refertum, expilaret. Situm hoc erat in navali Agyllae urbis Hetruriae, cui Pyrgi nomen. Noctu autem appulerat; copiiſque expoſitis, prima luce impreſſionem faciens, voto potitur. Nam quia perpauci erant caſtelli ejus cuſtodes ac praeſidiarii, facile his oppreſſis templum exſpoliat, & plusquam cIↃ. talentûm coacervat. Cumque Agyllaei ad vim propulſandam occurrerent, etiam ipſos praelio vincit, multiſque captis, & agris illorum devaſtatis, Syracuſas remeavit. Ubi ſpoliis diſtractis, non minus IↃ. talentis coegit. Tanta pecuniarum vi locupletatus, milites ex omni genere quam plurimos ſtipendiis conduxit, numeroſoque jam exercitu inſtructus, manifeſta belli Carthaginenſibus inferendi ſigna prae ſe ferebat. Atque haec illo tum anno geſta ſunt.

Olymp. xcix. ii. 15. Archontis dehinc dignitas Athenis erat penes Phanoſtratum: & Romani Tribunos conſulari poteſtate creaverant L. Lucretium, Servilium Sulpitium, L. Aemilium, & L. Furium. Hoc tempore Dionyſius Syracuſiorum Tyrannus, ad bellum Carthaginenſibus inferendum paratus, probabilem ejus rei captandae occaſionem venabatur. Cum urbes igitur, quae Carthaginenſibus ſubditae erant, ad defectionem proclives eſſe animadverteret, in fidem ſuam quotquot deſciſcere vellent, recepit, eiſque, inito ſocietatis foedere, benignum ſe exhibebat. Carthaginenſes vero miſſis initio legatis, urbes a Tyranno repetunt. Quorum poſtulatis quod locum ille dare nollet, hoc novi belli principium exſtitit. Carthaginenſes igitur cum vicinis ſocietatem pacti, communi bellum ope contra Ty-

σιος. ἐπὶ δὲ τούτων, Πάριοι μὲν τὴν Φάρον νικήσαντες, τούς τε προενοικοῦντας Βαρβάρους ἔν τινι χωρίῳ καθ' ὑπερβολὴν ὀχυρῷ ὄντι [f] εἴασαν κατοικεῖν ἀσινεῖς· αὐτοὶ δὲ παρὰ θάλατταν κτίσαντες πόλιν, ἐτείχισαν. μετὰ δὲ ταῦτα τῶν προοικούντων ἐν τῇ νήσῳ Βαρβάρων δυσχεραινόντων ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τῶν Ἑλλήνων, καὶ μεταπεμπομένων τοὺς πέραν κατοικοῦντας Ἰλλυριοὺς, μικροῖς πλοίοις πολλοῖς διέβησαν εἰς τὴν Φάρον, ὄντες ὑπὲρ τοὺς μυρίους· καὶ τοὺς Ἕλληνας πορθοῦντες, πολλοὺς ἀνῄρουν. ὁ δ' ἐν τῇ [g] Λίσσῳ καθεσταμένος ἔπαρχος ὑπὸ Διονυσίου, τριήρεις πλείους ἔχων, ἐπέπλευσε τοῖς τῶν Ἰλλυριῶν πλοιαρίοις· καὶ τὰ μὲν βυθίσας, τὰ δὲ χειρωσάμενος, ἀπέκτεινε τῶν Βαρβάρων πλείους τῶν πεντακισχιλίων, ἐζώγρησε δὲ περὶ δισχιλίους. Διονύσιος δὲ χρημάτων ἀπορούμενος ἐστράτευσεν ἐπὶ Τυρρηνίαν, ἔχων τριήρεις ἑξήκοντα, πρόφασιν μὲν φέρων τὴν τῶν λῃστῶν κατάλυσιν, τῇ δ' ἀληθείᾳ [h] συλήσων ἱερὸν ἅγιον, γέμον μὲν ἀναθημάτων πολλῶν, καθιδρυμένον δ' ἐν ἐπινείῳ πόλεως Ἀγύλλης Τυρρηνίδος· τὸ δ' ἐπίνειον ὠνομάζετο Πύργοι. καταπλεύσας καὶ νυκτὸς, καὶ τὴν δύναμιν ἐκβιβάσας, ἅμ' ἡμέρᾳ προσπεσὼν, ἐκράτησε τῆς ἐπιβολῆς. ὀλίγων γὰρ ὄντων ἐν τῷ χωρίῳ φυλάκων, βιασάμενος αὐτοὺς, ἐσύλησε τὸ ἱερὸν, καὶ συνήθροισεν οὐκ ἔλαττον ταλάντων χιλίων· τῶν δὲ Ἀγυλλαίων ἐκβοηθησάντων, μάχῃ τε ἐκράτησεν αὐτῶν, καὶ πολλοὺς αἰχμαλώτους λαβὼν, καὶ τὴν χώραν πορθήσας, ἐπανῆλθεν εἰς τὰς Συρακούσας· ἀποδόμενος δὲ τὰ λάφυρα, συνήγαγεν οὐκ ἐλάττω ταλάντων πεντακοσίων. 338 Εὐπορήσας [i] δὲ χρημάτων, ἐμισθοῦτο στρατιωτῶν παντοδαπῶν πλῆθος, καὶ δύναμιν ἀξιόλογον συστησάμενος, φανερὸς ἦν πολεμήσων Καρχηδονίοις. ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Φανοστράτου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλιάρχους τέτταρας, Λεύκιον [k] Λουκρήτιον, Σέντιον Σουλπίκιον, [l] Λεύκιον Αἰμίλιον, Λεύκιον Φούριον· ἐπὶ [m] δὲ τούτων, Διονύσιος ὁ τῶν Συρακουσίων τύραννος παρασκευασάμενος πολεμεῖν Καρχηδονίοις, ἐζήτει λαβεῖν πρόφασιν εὔλογον τοῦ πολέμου. ὁρῶν οὖν τὰς ὑπὸ Καρχηδονίους τεταγμένας πόλεις οἰκείως ἐχούσας πρὸς ἀπόστασιν, προσεδέχετο τὰς βουλομένας ἀφίστασθαι, καὶ συμμαχίαν πρὸς αὐτὰς συντιθέμενος, ἐπιεικῶς προσεφέρετο ταύταις. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τὸ μὲν πρῶτον πρέσβεις ἀποστέλλοντες πρὸς τὸν δυνάστην, ἀπῄτουν τὰς πόλεις· μὴ προσέχοντος δὲ αὐτοῦ, συνέβη ταύτην ἀρχὴν γενέσθαι τοῦ πολέμου. Καρχηδόνιοι μὲν πρὸς τοὺς παρόντας συμμαχίαν ποιησάμενοι, κοινῇ τὸν πόλεμον ἐπανείλοντο πρὸς

f Non eſt in *Coiſl.* κατοικεῖν ἀσινεῖς εἴασαν *Clar. Reg.* 2. g Λίσσῃ *Coiſl.* h Συλλήσων *Clar.* i Οὖν χρημ. *Reg.* 1. k Λουκρίτιον *Clar.* Λουκρ. *Coiſl.* l Non legit omnia haec nomina *Coiſl.* m Deſit δὲ in *Clar.*

expugnatus Syracuſanum ſe deinceps adpellari paſſus eſt. Victorias reportavit ſacris in certaminibus plures, deſcriptas a *Pauſania* L. VI, 3. pag. 459. & hoc epigrammate, necdum, quod ſciam, edito.

Εἰμὶ Δίκων υἱὸς Καλλιμβρότου· αὐτὰρ ἐνίκων
Τετράκις ἐν Νεμέᾳ, δὶς Ὀλύμπια, πεντάκι Πυθοῖ,
Τρὶς δ' Ἰσθμῷ, στεφανῶ δ' ἄστυ Συρακοσίων.

Hoc tamen *Pauſaniam* inter & epigrammatis auctorem intereſt, quod illi Δίκων ſit Καλλιβρότου, victoriaſque abſtuliſſe dicatur Ὀλυμπικὰς μίαν μὲν ἐν παισὶ, δύο δ' ἄλλας ἀνδρῶν. Itaque in *Pauſania* Δίκων Καλλιμβρότου, & in epigrammatis verſu ſecundo τρὶς Ὀλύμπια fortaſſe ſatius erit ſcribere, ut iſte diſſenſus tollatur. P. Wess.

12. Ἔχων τριήρεις ἑξήκοντα] Centum triremibus hanc Dionyſium expeditionem ingreſſum fuiſſe, *Ariſtotelis* Oeconom. L. II, p. 689. *Ed. Du Vall.* & *Polyaen.* Strat. L. V, 2, 21. memoriae mandaverunt. Cauſſa erat ſpecioſa. Piraticae ſtudebant Tuſci eo tempore, arcemque, unde erumperent, *Pyrgos* legerant. *Servius* opportune in Aen. X, 184. *Hoc caſtellum* (Pyrgi) *nobiliſſimum fuit eo tempore, quo Tuſci piraticam exercuerunt: nam illic metropolis fuit: quod poſtea expugnatum a Dionyſio, tyranno Siciliae, dicitur.* P. Wess.

13. Συλήσων ἱερὸν ἅγιον] Deae *Leucotheae*, ſi *Ariſtotelem* ſequaris & *Polyaenum*, ſi *Strabonem* L. V. pag. 345., Εἰληθυίας ſive *Lucinae*. Audi Geographum: Ἔχει δὲ (Pyrgi caſtellum) Εἰληθυίας ἱερὸν, Πελασγῶν ἵδρυμα, πλούσιόν ποτε γενόμενον· ἐσύλησε δ' αὐτὸ Διονύσιος ὁ τῶν Σικελιωτῶν τύραννος. Tollit diſcordiam hanc *Ph. Cluverius* Ital. Ant. L. II. p. 496., *Ariſtoteli* Εἰληθυίας nomen inculcans, verum medicina nimis periculoſa. Quid ſi enim Deam illam Etruſcam Graecorum alii Leucotheae ſuae, alii Lucinae reſpondere fuerint arbitrati? Leucotheam praefert quoque *Aelianus* Var. Hiſt. L. I, 20., in gentis tamen, ubi colebatur, nomine vitioſus, quod doctiſſimos Interpretes non fugit. P. Wess.

33. Συ-

Olymp. XCIX. II.

πρὸς τὸν Τύραννον. προορώμενοι [n] δ' ἐμφρόνως τὸ μέγεθος τοῦ πολέμου, τῶν τε πολιτῶν τοὺς εὐθέτους κατέλεγον στρατιώτας, καὶ χρημάτων προχειρισάμενοι πλῆθος, ξενικὰς δυνάμεις μεγάλας ἐμισθοῦντο. καταστήσαντες δὲ στρατηγὸν Μάγωνα τὸν βασιλέα πολλὰς μυριάδας στρατιωτῶν ἐπεραίωσαν εἰς τὴν Σικελίαν καὶ τὴν Ἰταλίαν, διαπολεμεῖν ἀμφοτέρας βουλόμενοι. ὁ δὲ Διονύσιος, καὶ αὐτὸς τὰς δυνάμεις διελόμενος, τῷ μὲν ἑνὶ μέρει πρὸς τοὺς Ἰταλιώτας διηγωνίζετο, τῷ δὲ ἑτέρῳ πρὸς τοὺς Φοίνικας. πολλαὶ μὲν οὖν κατὰ μέρος ἐγίνοντο μάχαι τοῖς στρατοπέδοις, καὶ συμπλοκαὶ [o] μικραί τε καὶ συνεχεῖς, ἐν αἷς οὐδὲν ἀξιόλογον ἔργον συνετελέσθη· δύο δὲ παρατάξεις ἐγένοντο μεγάλαι καὶ περιβόητοι, καὶ τῇ μὲν πρώτῃ Διονύσιος [p] θαυμαστῶς ἀγωνισάμενος περὶ τὰ καλούμενα Κάβαλα, [q] ἐπροτέρησε, καὶ πλείους μὲν τῶν μυρίων ἀνεῖλε τῶν βαρβάρων, οὐκ ἐλάττους δὲ τῶν πεντακισχιλίων ἐζώγρησε· τὸ δ' ἄλλο πλῆθος ἠνάγκασε καταφυγεῖν ἐπί τινα λόφον ἐρυμνὸν καὶ ἄνυδρον παντελῶς. ἔπεσε δὲ καὶ Μάγων ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, ἀγωνισάμενος λαμπρῶς. οἱ δὲ Φοίνικες, καταπλαγέντες τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς, εὐθὺς διεπρεσβεύσαντο περὶ διαλύσεως. ὁ δὲ Διονύσιος ἀπεφήνατο μίαν αὐτοῖς εἶναι [r] σύλλυσιν, ἐὰν ἐκχωρήσωσι τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν πόλεων, καὶ τὰ δαπανηθέντα χρήματα κατὰ τὸν πόλεμον ἐκτίσωσι.

339. Βαρείας δὲ καὶ ὑπερηφάνου [s] τῆς ἀποκρίσεως δοκούσης ὑπάρχειν, οἱ Καρχηδόνιοι τῇ συνήθει πανουργίᾳ κατεστρατήγησαν τὸν Διονύσιον. προσποιηθέντες οὖν εὐδοκεῖσθαι ταῖς ὁμολογίαις, ἔφησαν αὐτοὺς μὲν μὴ ὑπάρχειν κυρίους τῆς τῶν πόλεων παραδόσεως· ἵνα δὲ τοῖς ἄρχουσι διαλεχθῶσι περὶ τούτων, ἠξίωσαν τὸν Διονύσιον ὀλίγας ἡμέρας ἀνοχὰς ποιήσασθαι. συγχωρήσαντος δὲ τοῦ δυνάστου, καὶ τῶν ἀνοχῶν γενομένων, ὁ μὲν Διονύσιος περιχαρὴς ἦν, ὡς αὐτίκα μάλα τὴν Σικελίαν πᾶσαν παραληψόμενος· οἱ δὲ Καρχηδόνιοι Μάγωνα μὲν τὸν βασιλέα μεγαλοπρεπῶς ἔθαψαν, ἀντὶ δὲ ἐκείνου στρατηγὸν κατέστησαν [t] τὸν υἱὸν αὐτοῦ, νέον μὲν παντελῶς ὄντα, φρονήματος δ' εὐγενοῦς ὄντα, καὶ διάφορον ἀνδρείᾳ. οὗτος δὲ πάντα τὸν τῶν ἀνοχῶν χρόνον διετέλεσε διατάσσων καὶ γυμνάζων [v] τὴν δύναμιν. διὰ δὲ τῆς τῶν ἔργων ἀθλήσεως, καὶ τῆς τῶν λόγων παρακλήσεως, καὶ γυμνασίας ἐν τοῖς ὅπλοις, εὐπειθῆ καὶ δυνατὴν ἐποίησε τὴν στρατιάν. ὡς δ' ὁ τῆς ὁμολογίας διῆλθε χρόνος, ἀμφότεροι τὰς δυνάμεις ἐκτάξαντες, συγκατέβησαν προθύμως ἐπὶ τὴν μάχην. γενομένης δὲ παρατάξεως ἰσχυρᾶς περὶ τὸ καλούμενον Κρόνιον, τὸ δαιμόνιον ἐναλλὰξ τῇ νίκῃ τὴν ἧτταν τῶν Καρχηδονίων διωρθώσατο. οἱ μὲν γὰρ προνενικηκότες, διὰ τὴν

rannum ſuſcipiunt. Et quia pro ſua prudentia jam tum, quanta ejus moles futura eſſet, videbant; è civium delectu idoneos ad militiam deſcripſere, & magna pecuniae vi praeparata, numeroſum peregrini militis agmen mercede conduxere: Imperio denique Magoni, qui tum regis apud eos titulum gerebat, tradito, multa hominum millia in Italiam ſimul & Siciliam (nam utriſque ſimul bellum faceſſere decreverant) trajecere. Propterea Dionyſius diſpertitas etiam ipſe copias habens, qua contra Italos, qua adverſus Poenos in armis erat. Multae quidem particulatim inter exercitus pugnae leveſque aſſidue conflictus fiebant: Sed his memoratu dignum nihil peractum fuit. Duobus tamen magnis, iiſdemque famigeratis, inter eos praeliis concurſum eſt, quorum uno Dionyſius mirifice dimicans ad Cabala (ut vocantur) victor exſtitit, & plures CCIↃↃ. barbaros trucidavit, nec IↃↃ. pauciores cepit: Reliquam autem multitudinem in collem quendam munitum, & omni aquarum copia deſtitutum, fugere coegit. Ubi & Mago Dictator ipſorum egregie pugnans cecidit: & Poeni atrocitate cladis perterrefacti, continuo de pace legatos ad Dionyſium miſere. At ille unam hanc pacificationis viam eſſe reliquam oſtendit, ſi urbibus Siciliae cederent, & pecunias in bellum hoc inſumtas rependerent. 466.

16. Durum nimis & ſuperbum victoris reſponſum iſtud viſum. Propterea ad conſuetae calliditatis artes converſi, fraude Dionyſium circumveniunt. Propoſitas enim conditiones ſe ratas habere ſimulant, ſed urbes ei tradere in poteſtate ſua non eſſe praetendunt. Ideo paucorum ſibi dierum inducias concedi, ut magiſtratus hac de re interim convenire ſibi liceat, petunt. Poſtulatis ille non refragatur, factiſque induciis, perquam laetus erat, ut qui propediem totam in poteſtate Siciliam habiturus eſſet. At Carthaginienſes interim Magonem regio munere functum magnifice ſepeliunt, & ſuffecto in ejus locum filio, adhuc quidem adoleſcentulo, ſed qui generoſae mentis indole, animique fiducia pluſquam virili excelleret. Is omne induciarum tempus in ordinando & exercendo milite conſumſit. Aſſidua igitur laborum tractatione, & cohortationibus accuratis, crebroque armorum uſu, non dicto audientem modo, ſed robuſtum quoque exercitum fecit. Jamque tempus induciarum exactum erat; cum explicatis utrinque aciebus alacriter ad certamen deſcenderunt. Pugnaque juxta Cronion (quod nominant) ſtrenue commiſſa, ſuperiorem Carthaginenſium cladem victoria Deus viciſſim compenſat.

n Δὲ *Clar.* o Μικραί τε καὶ *Reg.* 1., quem ſequor. Vulgo aberat enclitica. p Λαμπρῶς *Reg.* 1. ex gloſſa. q Προτέρησε *Edd.* r Sigma adpoſuit *Steph.*, & deſit *Coiſl. Clar.* & utrique *Reg.* vocula τήν, quos probo. s Δοκ. ὑπαρχ. τῆς ἀποκρ. *Reg.* 1. t Τὸ errore operarum *Steph.* editio. v Τὸ στρατόπεδον *idem.*

33. Σέντιον Συλπίκιον] Emenda Σερούϊον, & pro Λεύκιον Ἀιμ. ſcribe Μάρκον. Ita enim *Livius* qui etiam Agrippam Furium & C. Aemilium prioribus adjungit. L. RHOD.

Σέντιον Συλπίκιον] Scribendum citra omne dubium eſt Σερούϊον, eſſi tribunos longe alios huic anno det *Livius* L. VI, 11. Faſti *Diodori*, ut ſupra diximus, vitioſiſſimi fuerunt, iteraveruntque eosdem tribunos, quos L. XIV, 107. rebus adminiſtrandis praefecerant. P. WESS.

45. Πρὸς τοὺς παρόντας συμμ. ποιησάμενοι] Aut ego vehementer fallor, aut hic latet ulcus. Quinam enim οἱ παρόντες, quos foedere ſibi junxerunt Poeni? Vide an reperiri poſſint ex his, quae Auctor addit: Dionyſium ait copias eſſe partitum, τῷ μὲν ἑνὶ μέρει πρὸς τοὺς Ἰταλιώτας, τῷ δὲ ἑτέρῳ πρὸς τοὺς Φοίνικας pugnaturum. Fuerunt ergo Carthaginienſium hoc bello ſocii Italiae Graeci nominis incolae, jam olim multis de cauſſis Dionyſio infeſti. Scripſeris πρὸς τοὺς παρόντας Ἰταλιώτας, fortaſſe bene res habebit. Omiſſio nata videtur ex utriuſque vocabuli ὁμοιοτελεύτῳ. P. WESS.

51. Μάγωνα τὸν βασιλέα] Vid. not. in L. XIII, 43. P. WESS.

53. Διαπολεμεῖν ἀμφοτέρας] Lege ἀμφοτέραις. L. RHOD.

Διαπολεμεῖν ἀμφοτέραις βουλόμενοι] Ita praeſtaret, ſi utrique regioni bellum inferre decreviſſent. Vid. L. XIV, 95. ſed copias in Siciliam atque Italiam cum tranſportarint, ut utraque ex provincia Dionyſium adgredi poſſent, praefero ἐξ ἀμφοτέρας. P. WESS.

62. Περὶ τὰ καλούμενα Κάβαλα] Nemo alius, quod ſciam, memoravit. Κάβαλα τῆς Κιλικίας habet *Appian.* Mithridat. p. 403. quae rectius Κασάβαλα apud alios. Conf. ad Itiner. *Anton.* p. 146. P. WESS.

65. Ἐπί τινα λόφον ἐρυμνὸν καὶ ἄνυδρον] Vide *Polyaen.* L. VI, 16., qui inſuper docet, Leptinem Dionyſio auctorem fuiſſe, ne ullo elabi modo pateretur Carthaginienſes. Sed ille ſuperſtitione quadam ad pacis conditiones deſcendit. Conf. infr. C. 74. P. WESS.

95. Περὶ τὸ καλούμενον Κρόνιον] Meminit etiam *Cronii*, ſed in Imilconis adverſus Dionyſium geſtis rebus, *Polyaenus* L. V, 10, 5.

Olymp. xcix. II. ſat. Nam qui paulo ante vicerant, ſucceſſu priore turgidi & gloriabundi, tunc nec opinato ſuccumbunt. Contra quibus propter acceptam cladem omnis ſpes collapſa erat, hi magnum inſperatumque ſubito felicitatis bonum reportant.

17. Leptines enim, qui alterum cornu regendum acceperat, ut fortitudine praecellebat, ita heroice praeliando, poſt magnam hoſtium ſtragem ab ſe editam, glorioſa morte oppetit. Quo prolapſo, reſumtis Poeni animis, vi hoſtes retro pulſos tandem in fugam vertunt. Dionyſius autem cum manu ſelectiſſimorum, quos circa ſe habebat, initio hoſtibus ſibi oppoſitis facile praevalebat. Quamprimum vero mors Leptinis innotuit, alterumque cornu jam fuſum diſſipatumque cernebatur, etiam Dionyſii acies metu perculſa in fugam ſeſe effundit. Univerſis itaque terga vertentibus, Carthaginenſes magno ardore inſequuntur, & ne quiſquam vivus capiatur, edicunt. Cumque omnes, qui in hoſtium manus veniebant, necarentur, totus in propinquo locus longe lateque cadaveribus oppletur. Tantamque Poeni, injuriarum memores, ſtragem ediderunt, ut cum ad ſepulturam cadavera tollerentur, inventa ſint ſupra XIV. millia Siculorum. Superſtites in caſtra elapſi, noctis interventu vitam conſervarunt. Carthaginenſes ergo tam ingenti praelio victores, Panormum receſſerunt. Et quia aequo animo, quemadmodum homines decet, felicitatem iſtam ferebant, legatione ad Dionyſium miſſa, dirimendi belli copiam ei fecere. Quam is lubentiſſime amplexus eſt. Et his tandem conditionibus tranſigitur: ut utrique, quae in poteſtate ſua prius habuiſſent, retinerent. Selinuſiorum tamen urbem & agrum, & Agrigentini territorii partem ad Halycum uſque flumen Carthaginenſes ſibi exemerunt. CIↃ. inſuper talenta ~~Dionyſius exſolvere~~ Carthaginenſibus jubetur. Atque hoc ſe modo res Siculae tum habebant.

18. In Aſia Gaos, qui ſummus Perſicae claſſis Praetor in bello Cyprico fuerat, regique ſuo rebellis factus, Lacedaemonios & Aegyptiorum regem ad ſocietatem belli excitaverat, dolo quorundam necatus, id quod moliebatur, non peregit. Poſt cujus interitum Tachos, ejuſdem negotii adminiſtratione ſuſcepta, exercitu ſe munit, urbemque ad mare in excelſa quadam rupe, Leucam nomine, in qua religioſum Apollinis fanum,
467. exſtruxit. Sed cum paulo poſt is vita eſſet defunctus, Clazomenii & Cumaei de oppido iſto litem inter ſe excitarunt: quam initio armis dirimere nitebantur. Poſtea cum admonitu cujuſdam, utris urbis Leucae poſſeſſio vindicanda eſſet, Deum conſulerent, Pythia his illam competere reſpondit, qui priores illic ſacris operarentur. Ve-

προγεγενημένην εὐημερίαν μεγαλαυχοῦντες, παραδόξως ἐσφάλησαν· οἱ δὲ διὰ τὴν ἧτταν πεπτωκότες ταῖς ἐλπίσιν, ἀπροσδόκητον καὶ μεγάλην εὐημερίαν ἀπηνέγκαντο.

Λεπτίνης μὲν γὰρ ἐπὶ θατέρου κέρως τεταγμένος, καὶ διαφέρων ἀνδρείᾳ, μαχόμενος ἡρωϊκῶς, καὶ πολλοὺς ἀνελὼν τῶν Καρχηδονίων, ἐπιφανῶς κατέστρεψε τὸν βίον. τούτου δὲ πεσόντος, οἱ Φοίνικες θαρρήσαντες, καὶ βιασάμενοι τοὺς ἀντιτεταγμένους ἐτρέψαντο. Διονύσιος δὲ, τὸ μὲν πρῶτον, ἔχων ἐπιλέκτους τοὺς συντεταγμένους, [x] ἐπροτέρει τῶν ἀντιτεταγμένων· ὡς δ' ὁ τοῦ Λεπτίνου θάνατος ἐγνώσθη, καὶ τὸ ἕτερον κέρας συνετέτραπτο, κατεπλάγησαν οἱ τοῦ Διονυσίου, καὶ πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. τροπῆς δὲ [y] παντελοῦς γενομένης, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι, φιλοτιμότερον καταδιώξαντες, παρήγγελλον ἀλλήλοις μηδένα ζωγρεῖν. διὸ καὶ πάντων τῶν περικαταλαμβανομένων ἀναιρουμένων, πᾶς ὁ πλησίον τόπος νεκρῶν ἐπληρώθη. τοσοῦτος δ' ἐγένετο φόνος, μνησικακούντων τῶν Φοινίκων, ὥστε τοὺς εὑρεθέντας ἀναιρεθῆναι τῶν Σικελιωτῶν, πλείους τῶν μυρίων καὶ τετρακισχιλίων· οἱ δὲ περιλειφθέντες, καταφυγόντες εἰς τὴν παρεμβολὴν, τῆς νυκτὸς ἐπιγενομένης διεσώθησαν. 340. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, μεγάλῃ παρατάξει νικήσαντες, ἀνεχώρησαν εἰς Πάνορμον. ἀνθρωπίνως δὲ τὴν εὐημερίαν ἐνεγκόντες, ἀπέστειλαν πρεσβευτὰς, δόντες ἐξουσίαν τῷ Διονυσίῳ καταλύσασθαι τὸν πόλεμον. ἀσμένως δὲ τοῦ Τυράννου προσδεξαμένου τοὺς λόγους, ἐγένοντο διαλύσεις, ὥστε ἔχειν ἀμφοτέρους ὧν πρότερον ὑπῆρχον κύριοι· ἐξαίρετον δ' ἔλαβον οἱ Καρχηδόνιοι τήν τε τῶν Σελινουντίων πόλιν τε καὶ χώραν, καὶ τῆς Ἀκραγαντίνης μέχρι [z] τοῦ Ἅλυκου καλουμένου ποταμοῦ· ἔτισε δὲ Διονύσιος τοῖς Καρχηδονίοις τάλαντα χίλια. καὶ τὰ μὲν κατὰ [a] τὴν Σικελίαν ἐν τούτοις ἦν.

[b] Κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν, Γαὼς, ὁ ναυαρχήσας τῶν Περσῶν ἐν τῷ Κυπριακῷ πολέμῳ, ἀποστάτης ὢν τοῦ βασιλέως, καὶ τούς [c] τε Λακεδαιμονίους, καὶ τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα παρακεκληκὼς εἰς τὸν πρὸς Πέρσας πόλεμον, δολοφονηθεὶς ὑπό τινων, οὐ συνετέλεσε τὴν προαίρεσιν. μετὰ δὲ τὴν τούτου τελευτὴν Ταχὼς, διαδεξάμενος τὰς τούτου πράξεις, συνεστήσατο περὶ αὐτὸν δύναμιν, καὶ πόλιν ἔκτισε πλησίον τῆς θαλάσσης ἐπί τινος κρημνοῦ, τὴν ὀνομαζομένην Λεύκην, ἔχουσαι ἱερὸν ἅγιον Ἀπόλλωνος. μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον αὐτοῦ τελευτήσαντος, ἠμφισβήτησαν τῆς πόλεως ταύτης Κλαζομένιοι καὶ Κυμαῖοι. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐπεχείρησαν αἱ πόλεις πολέμῳ [d] διακρίνεσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα εἰπόντος τινὸς ἐρωτῆσαι τὸν θεὸν ποτέραν τῶν πόλεων κρίνει κυρίαν εἶναι δεῖν τῆς Λεύκης, ἔκρινεν ἡ Πυθία, ταύτην ὑπάρχειν, ἥτις ἂν πρώτη [e] θύσῃ ἐν τῇ Λεύκῃ.

x Προτέρει Edd. y Παντελοῦς Clar. Reg. uterque & Coiſl. vulgo παντελῶς. z Τοῦ Ἅλικου Clar. Reg. 2. a Articulum negligit Coiſl. b Quatuor has voces tranſiliit Clar. c Abeſt in Coiſl. d Διακρίνεσθαι Clar. e Θύσειν τῇ Coiſl. Clar. Voluiſſe θύσειν ἐν τῇ videntur, quod bonum.

10, 5. Adde Noſtrum L. III, 61. P. Wess.

4. Ἐπιφανῶς κατέστρεψε τὸν βίον] Potuerat eum ſervare frater Dionyſius, ſi voluiſſet. Λεπτίνην δὲ τὸν ἀδελφὸν σῶσαι δυνάμενος, ἐν τῇ ναυμαχίᾳ περιεῖδεν ἀπολλύμενον, ſic Aelian. Hiſt. Var. L. XIII, 45, ſed non ſine errore, a viris doctiſſimis recte caſtigato. Melius Plutarchus de Alex. Fort. Or. II. pag. 738. B. P. Wess.

12. Τροπῆς δὲ παντελοῦς γενομένης] Retineri παντελῶς potuerat, ſi ſcripti libri adprobaſſent. Τροπὴν παντελῆ habes hoc libro C. 56. & L. XVIII, 45. prorſus uti hic τροπῆς δὲ παντελοῦς γενομένης. P. Wess.

22. Ἀνθρωπίνως δὲ τὴν εὐημερίαν ἐνεγκόντες] Vid. ad L. I, 60. Paullo ante praeſtitiſſet τοὺς ἀναιρεθέντας εὑρεθῆναι τῶν &c. P. Wess.

29. Μέχρι τοῦ Ἅλυκου καλουμένου ποταμοῦ] Verum id fluvii nomen eſt, a falſo ſapore natum. Scribitur in Eclog. L. XXIII, 9. & L. XXIV, 1. Ἅλυκος, corruptius adhuc Λύκος L. XVI, 83., ubi terminus ditionis Carthaginienſium in Sicilia adpellatur. Radebat moenia urbis Heracleae, nunc Platani accolis, Fazello Decad. I. Lib. VI, cap. II. & Ph. Cluverio L. I. pag. 219. Sicil. Ant. teſtibus. P. Wess.

41. Τὴν ὀνομαζομένην Λεύκην] Λεύκας Strabo collocat inter Smyrnam & Phocaeam L. XIV. p. 957., Plinius L. V, 29. oppidum Leuce in promontorio, quod inſula fuit, cui Mela conſentit L. I, 17. P. Wess.

53. Ὑπελάμβανον ἑαυτοὺς προλέγειν] Mirum eſt ſcriptos libros in προλέγειν conſentire, quod, me quidem judice, nihili hoc eſt loco. Refinge προέχειν, & bene ſe habebit oratio. Interpres non aliud cenſuiſſe videtur. P. Wess.

62. Ὀνομάσαντες Προφθασίαν] Non neglexit feſtum hunc diem in Feriata ſua Graecia Jo. Meurſius, alibi, quod meminerim, non

ὁρμηθῆναι δὲ ἐκ τῆς ἰδίας πόλεως ἅμ' ἡλίῳ ἀνιόντι, κατὰ τὴν ἡμέραν ἣν ἀμφότεροι συμφώνως ὑποστήσονται. ταχθείσης δὲ τῆς ἡμέρας, οἱ μὲν Κυμαῖοι ὑπελάμβανον ἑαυτοὺς προλέγειν, διὰ τὸ τὴν αὐτῶν πόλιν ἐγγυτέρω κεῖσθαι· οἱ δὲ Κλαζομένιοι, διάστημα πλέον ἀπέχοντες, τεχνάζονταί τι [f] τοιοῦτο πρὸς τὴν νίκην· κληρώσαντες ἐξ ἑαυτῶν ἀποίκους, ἔκτισαν πλησίον τῆς Λεύκης πόλιν, ἐξ ἧς ὁρμηθέντες ἅμ' ἡλίῳ ἀνατέλλοντι, ἔφθασαν τοὺς Κυμαίους τὴν θυσίαν ἐπιτελέσαντες. τούτῳ δὲ τῷ φιλοτεχνήματι γενόμενοι κύριοι τῆς Λεύκης, ἐπώνυμον ἑορτὴν ἄγειν κατ' ἐνιαυτὸν κατεστήσαντο, τὴν πανήγυριν ὀνομάσαντες Προφθασίαν. τούτων [g] δὲ πραχθέντων, αἱ μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐπαναστάσεις αὐτομάτως κατελύθησαν.

Λακεδαιμόνιοι δὲ, μετὰ τὸν τοῦ Γαὼ καὶ τοῦ Ταχὼ θάνατον, τὰς μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν πράξεις ἀπέγνωσαν,
341. τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα σκευασάμενοι, καὶ τῶν πόλεων ἃς μὲν πειθοῖ προσαγόμενοι, ἃς δὲ διὰ [h] τῆς τῶν φυγάδων καθόδου βίᾳ χειρούμενοι, φανερῶς ἤδη τὴν ἡγεμονίαν τῆς Ἑλλάδος εἰς ἑαυτοὺς μεθιστᾶσι, παρὰ τὰς κοινὰς συνθήκας τὰς ἐπ' Ἀνταλκίδου γενομένας, συνεπιλαβομένου τοῦ Περσῶν βασιλέως. κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν Ἀμύντου τοῦ βασιλέως ἡττηθέντος ὑπὸ Ἰλλυριῶν, καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἀπογνόντος, πρὸς δὲ τούτοις τῷ δήμῳ τῶν Ὀλυνθίων δωρησαμένου πολλὴν τῆς ὁμόρου χώρας, διὰ τὴν ἀπόγνωσιν τῆς ἑαυτοῦ δυναστείας, τὸ μὲν πρῶτον ὁ δῆμος ὁ τῶν Ὀλυνθίων τὰς προσόδους ἐλάμβανε τὰς ἐκ τῆς δοθείσης χώρας, μετὰ δὲ [i] ταῦτ' ἀνελπίστως τοῦ βασιλέως ἀναλαβόντος ἑαυτὸν, καὶ τὴν ὅλην ἀρχὴν ἀνακτησαμένου, οἱ μὲν Ὀλύνθιοι τὴν χώραν ἀπαιτηθέντες, οὐχ οἷοι ἦσαν ἀποδιδόναι. διόπερ Ἀμύντας ἰδίαν τε δύναμιν συνεστήσατο, καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ποιησάμενος συμμάχους, ἔπεισεν ἐξαποστεῖλαι στρατηγὸν καὶ δύναμιν ἀξιόλογον ἐπὶ τοὺς Ὀλυνθίους. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, κρίναντες ἀντέχεσθαι τῶν ἐπὶ Θρᾴκης τόπων, κατέλεξαν στρατιώτας ἔκ τε τῶν πολιτῶν καὶ παρὰ τῶν συμμάχων, τοὺς ἅπαντας ὑπὲρ μυρίους. παραδόντες δὲ τὴν δύναμιν Φοιβίδᾳ τῷ Σπαρτιάτῃ, προσέταξαν συμμαχεῖν τῷ Ἀμύντᾳ, καὶ μετ' ἐκείνου πολεμῆσαι τοὺς Ὀλυνθίους· ἑτέραν δὲ δύναμιν ἐπὶ [k] Φλιουντίους ἐκπέμψαντες καὶ μάχῃ νικήσαντες, ἠνάγκασαν ὑποταγῆναι τοὺς Φλιουντίους τοῖς Λακεδαιμονίοις. [l] Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον οἱ βασιλεῖς τῶν Λακεδαιμονίων διεφέροντο πρὸς ἀλλήλους ταῖς αἱρέσεσιν. Ἀγησίπολις μὲν γὰρ, εἰρηνικὸς ὢν καὶ δίκαιος, ἔτι δὲ καὶ συνέσει διαφέρων, ἔφη δεῖν ἐμμένειν τοῖς ὅρκοις, καὶ παρὰ τὰς κοινὰς συνθήκας μὴ καταδουλοῦσθαι τοὺς Ἕλληνας. ἀδοξεῖν γὰρ ἀπεφήνατο τὴν Σπάρτην, τοῖς μὲν Πέρσαις ἐκδότους

orum ex ſuo utriſque loco, cum primo Solis ortu, eodemque die, quem communi utrinque conſenſu deſtinaverint, proficiſcendum eſſe. Dies igitur praefinitur, Cumaei interea ſe praerogativam habere credebant, quod urbs ſua proximior eſſet. At Clazomenii longiore intervallo remoti, tale quippiam ad victoriam comminiſcuntur. Ex numero ſuo aliquot ſortito delectos in coloniam non procul a Leuca mittunt. Ex hac cum oriente Sole progreſſi, peragendo ſacrificio Cumaeos antevertunt. Hocque aſtu Leuca ſub dominium ſuum redacta, feſtum quotannis celebrandum diem inſtituerunt, quod ab hoc praeventu Prophthaſiam nuncuparunt. His ita geſtis rebelliones per Aſiam ſponte ſua finem habuere. Olymp. XCIX. II.

19. Lacedaemonii igitur, poſt Gai Tachique mortem, res Aſiae omittendas rati, ad ſtabiliendas in Graecia opes ſuas animum converterunt; urbiumque aliis perſuaſione, aliis vi, per reſtitutionem exſulum ſubactis, manifeſte jam totius Graeciae imperium, contra pacta foederis, inter omnes Graecos per Antalcidam facti, auxilio regis Perſici ad ſe transferebant. In Macedonia poſteaquam Amyntas, ab Illyriis victus, ſpe regni amplius defendendi abjecta, Olynthiorum populo magnum vicini agri tractum, ceu nunquam imperium recuperaturus, donaviſſet, Olynthiorum civitas reditus ex agro donato aliquandiu perceperat: tandem rex inſtauratis viribus in priſtinam regni poſſeſſionem reverſus, donatum illud repetebat: ſed Olynthii reddituros ſe negabant. Eam ob cauſam Amyntas tum ipſe exercitum colligit, tum Lacedaemoniis ad ſocietatem pertractis, auctor eſt, ut Praetorem cum manu haud invalida contra Olynthios mittant. Hi locis illis Thraciae adhaereſcendum rati, ex civium ſociorumque delectu ſupra x. millia in univerſum contrahunt, traditoque Phoebidae Spartiatae exercitu, conjunctis cum Amyntae viribus, Olynthiis bellum faceſſere illum jubent. Aliud vero agmen Phliuntiis immittunt: quos praelio devictos imperata ſibi facere cogunt. Per hoc ipſum tempus Lacedaemoniorum reges inter ſe moribus ſtudiiſque diſſidebant. Nam Ageſipolis pacis & Juſtitiae amans, & intelligentia eximia praeditus, juratam fidem ſervandam, nec Graecos ſervitute opprimendos eſſe, contendebat. Infamem enim hinc Spartam fore, ajebat, ſi cum nu-

f Τοιοῦτον *Clar. Reg.* 2. g Non eſt in *Coiſl.* h Non legitur in *Clar.* i Ταῦτα *idem.* ταῦτα τοῦ βασ. ἀνελπίστως *Reg.* 1. k Φλιουντίους correxit recentior manus in *Reg.* 1. *Edd.* Φαιουντίους. l Κατὰ δὲ αὐτὸν *Clar.* κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρ. *Reg.* 2.

non lectum. P. Wess.

67. Τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα σκευασάμενοι] Mallem conpoſitum συσκευασάμενοι, uti poſt pauca, αὐτὴν δὲ συσκευαζομένην τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεις, de Sparta Graeciae urbes ſibi variis artibus conciliante. P. Wess.

74. Καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἀπογνόντος] Vid. L. XIV, 92. *Iſocrates* auctor eſt, Amyntam a vicinis barbaris praelio victum, omnique Macedonia exutum, regionem deſerere conſtituiſſe, ſed, audito nobili dicto ὡς καλὸν ἐστιν ἐντάφιον ἡ τύραννις, mutaſſe ſententiam, occupatoque parvo caſtello atque arceſſitis auxiliaribus copiis trium menſium ſpatio regnum recuperaſſe, in Archidamo p. 184. P. Wess.

82. Οὐχ οἷοι ἦσαν ἀποδιδόναι] Secundum receptum morem ſcribendum eſt οὐχ οἷοί τ' ἦσαν. H. Steph.

Οὐχ οἷοι ἦσαν ἀποδιδόναι] Non repugno. Sic Auctor L. XX, 10. Vide tamen *Bergler.* ad *Alciphron.* Lib. 1. Ep. 22. P. Wess.

86. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι κρίναντες ἀντέχεσθαι &c.] Nimis haec parce *Diodorus*: negligit legationem Acanthiorum & Apolloniatarum, qui Olynthiis vicini Spartanos in hoc bellum praecipue accenderunt. Docet *Xenophon* Hellen. L. V. pag. 433. P. Wess.

92. Ἐπὶ Φαιουντίους &c.] In proclivi erat emendare & reponere Φλιουντίους. *Ortelius* tamen ex hoc loco ſomniavit Φαιοῦν urbem, quam poſuit in ſuo Lexico. Jac. Palm.

Ἐπὶ Φλιουντίους] Sic reſcripſi. Literarum ſimilitudo in ΦΛΙΟΥΝΤΙΟΣ & ΦΑΙΟΥΝΤΙΟΣ vitio originem dedit. Solet quidem, quod diffiteri non poſſum, *Diodorus* eos plerumque Φλιασίους ceterorum more adpellare: patitur tamen analogia & alterum gentile. Φλιοῦς, Φλιοῦντος, Φλιούντιος, ut *Trapezuntius*, *Opuntius*, *Hydruntius*, *Selinuntius*, agnoſciturque a *Stephano*. Res ipſa paullo ſerius contigit, quippe poſterior Ageſipolidis in Olynthios expeditione, ſicuti ex *Xenophonte* Hellen. L. V. pag. 441.

Olymp. xcix. ii. nuper Graecos in Aſia Perſis deditItios reddidiſſent, nunc ad civitates etiam Graeciae ſubigendas ſeſe compararent; quarum tamen libertatem in communibus illis pactis ſe ſartam tectam praeſtaturos, juraſſent: Ageſilaus contra natura inquietus, & ad bella propenſus, potentiae Graecorum inhiabat.

Olymp. xcix. iii. 20. Inde cum Princeps civitatis Atticae Menander eſſet, Romaeque pro Coſſ. vi. Tribuni mil. Q. Sulpitius, C. Fabius, Serv. Cornelius, Q. Servilius, Sext. Annius, & C. Martius, magiſtratu ſummo fungerentur, Lacedaemonii Cadmeam Thebanorum arcem, his impulſi cauſis, occuparunt. Jam pridem animadverterant Boeotiam & urbibus abundare, & harum incolas eſſe viros animorum & corporis robore praeſtantes, & prae caeteris Thebas, priſtina adhuc dignitate conſpicuas, totius Boeotiae velut arcem ac propugna-
468. culum exſiſtere. Unde metus illos ſubiit, ne per occaſionem ſe oſtentantem imperium Graeciae ſibi vendicarent. Quapropter Ducibus ſuis inter arcana mandant, ut, ſi quando occaſionem arripere poſſint, Cadmeam occupent. Hujus mandati non immemor Phoebidas, copiis in Olynthios ducendis cum ſummo Imperio praefectus, Cadmeam occupat. Quod cum indigne ferentes Thebani ad arma concurrerent, ferro cum eis decernit, praelioque victor, ccc. ipſorum nobiliſſimos in exilium agit. Reliquis perterrefactis, ubi validum eis praeſidium impoſuerat, ad ſua inde negotia digreſſus eſt. Ob hoc factum, dum ſiniſtre de Lacedaemoniis Graeci paſſim loquuntur, Phoebidae quidem multam irrogant, ſed praeſidium tamen non deducunt. Ad hunc ergo modum Thebani libertate ſua exuti, & ſub Lacedaemoniorum imperium redacti fuere. Sed quia pertinaciter cum Amynta belligerari Olynthii pergunt, Phoebida praetura ſe abdicare juſſo, Eudamidae ipſius fratri, eandem tradunt. adjunctiſque ter mille armatis, bellum Olynthiacum conficere ipſum jubent.

21. Hic irruptione in terram Olynthiorum facta, mutua cum Amynta opera hoſtes impugnat. Sed validis inſtructi copiis Olynthii in conflictibus ſuperiores erant, quod militum numero praevalebant. Ob hoc ingentem Lacedaemonii exercitum conſcribunt, eiſque Teleutiam, Ageſilai

πεποιημένην τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἕλληνας, αὐτὴν δὲ συσκευαζομένην τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεις (ἃς) ἐν ταῖς κοιναῖς συνθήκαις (μὴ καταδουλοῦσθαι) ὤμοσαν τηρήσειν αὐτονόμους. ὁ δ' Ἀγησίλαος, ὢν φύσει δραστικὸς, φιλοπόλεμος ἦν, καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων δυνάμεως ἀντείχετο.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Μενάνδρου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλιάρχους ἕξ, Κόϊντον Σουλπίκιον, Γάϊον Φάβιον, [m] Κορνήλιον Σερουΐλιον, Πόπλιον Οὔγωνα, Σέξτον Ἄννιον, καὶ Γάϊον Μάρκον· ἐπὶ δὲ τούτων Λακεδαιμόνιοι κατελάβοντο τὴν Καδμείαν ἐν ταῖς [n] Θήβαις, διά τινας τοιαύτας αἰτίας· ὁρῶντες τὴν Βοιωτίαν ἔχουσαν πόλεών τε πλῆθος, καὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν ἄνδρας ὑπάρχοντας ἀνδρείᾳ διαφόρους, ἔτι δὲ τὰς Θήβας ἐχούσας παλαιὸν ἀξίωμα, καὶ τὸ σύνολον ὥσπερ 342.
ἀκρόπολίν τινα τῆς Βοιωτίας οὖσαν, εὐλαβοῦντο μή ποτε καιροῦ παραφανέντος οἰκείου, τῆς ἡγεμονίας ἀντιποιήσηται. διόπερ τοῖς ἡγεμόσιν οἱ Σπαρτιᾶται παρήγγελλον ἐν ἀπορρήτοις, ἵν', ἐάν ποτε καιρὸν λάβωσι, καταλάβωνται τὴν Καδμείαν. τοιαύτης δὲ γενομένης παραγγελίας, Φοιβίδας ὁ Σπαρτιάτης, τεταγμένος ἐπί τινος ἡγεμονίας, καὶ δύναμιν ἄγων ἐπὶ Ὀλυνθίους, [o] κατελάβετο τὴν Καδμείαν. ἀγανακτούντων δὲ τῶν Θηβαίων καὶ μεθ' ὅπλων [p] συνδραμόντων, συνάψας μάχην αὐτοῖς καὶ νικήσας, τριακοσίους μὲν τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν Θηβαίων ἐφυγάδευσε, τοὺς καὶ λοιποὺς καταπληξάμενος, καὶ φρουρὰν ἰσχυρὰν ἐγκαταστησάμενος, ἐπὶ τὰς ἰδίας πράξεις ἀπηλλάγη. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι διὰ τὴν πρᾶξιν ταύτην ἀδοξοῦντες παρὰ τοῖς Ἕλλησι, τὸν μὲν Φοιβίδαν ἐζημίωσαν χρήμασι, τὴν δὲ φρουρὰν οὐκ ἐξήγαγον ἐκ τῶν Θηβῶν. οἱ μὲν οὖν Θηβαῖοι, τοῦτον τὸν τρόπον τὴν αὐτονομίαν ἀποβαλόντες, ἠναγκάσθησαν ὑποταγῆναι τοῖς Λακεδαιμονίοις. τῶν δ' Ὀλυνθίων διαπολεμούντων πρὸς Ἀμύνταν τὸν τῶν Μακεδόνων βασιλέα, Λακεδαιμόνιοι τὸν μὲν Φοιβίδαν ἀπέστησαν τῆς ἡγεμονίας, Εὐδαμίδαν δὲ τὸν ἀδελφὸν τοῦ Φοιβίδα κατέστησαν στρατηγόν. δόντες δ' αὐτῷ τρισχιλίους ὁπλίτας, ἐξαπέστειλαν διαπολεμήσοντα [q] τὸν πρὸς τοὺς Ὀλυνθίους πόλεμον.

Οὗτος δ' ἐμβαλὼν εἰς τὴν χώραν τῶν Ὀλυνθίων, κοινῇ μετ' Ἀμύντου διεπολέμει πρὸς Ὀλυνθίους. εἶθ' οἱ μὲν Ὀλύνθιοι δύναμιν ἀξιόλογον ἠθροικότες, ἐπλεονέκτουν ἐν ταῖς μάχαις, στρατιώτας πλείους ἔχοντες τῶν πολεμίων· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, δύναμιν ἀξιόλογον προχειρισάμενοι, κατέστησαν στρατηγὸν ἐπ'

m Σερβίλιον Κορνήλιον Clar. Coiſl., cetera tribunorum nomina non agnoſcit Coiſl. n Στήλαις Coiſl. Clar. o Κατέλαβε Reg. 2. Clar. p Συμπαρόντων iidem. q Τοὺς πρὸς Ὀλ. πολέμους Clar. τοὺς πρὸς τοὺς Ὀλ. πολέμους Reg. 1.

441. pulcre docuit H. Dodwellus, itidem Φλιάσιος corrigens, Ann. Xenoph. p. 266. Jungere potuiſſet Iſocrat. Paneg. pag. 96. P. Wess.

2. Αὐτὴν δὲ συσκευαζομένην] „ Huc refer ſequens καταδουλοῦσθαι ſine negativa, & poſt πόλεις ſubjice ἃς ἐν ταῖς κοιναῖς &c. Sic doctiſſimus Rhodomanus in notis: at in Addend. „ ἃς ἐν ταῖς „ κ. σ. μὴ καταδουλοῦσθαι ὤμοσαν, ἀλλὰ τηρεῖν. Quas in commu„ ni foedere ſe non ſervitute oppreſſuros, ſed liberam juriſdictio„ nem conſervaturos, juraverant". Ego vero vehementer fallor, aut inprudenter repetita ſunt bina vocabula μὴ καταδουλοῦσθαι ex ſuperioribus: quae quidem eo ſi ablegaveris, unde malum pedem intulerunt, ſcripſeriſque ἃς ἐν ταῖς κοιναῖς συνθ. ὤμοσαν τηρήσειν αὐτονόμους, ad orationem & ſententiam nihil deſiderabis admodum. Hoc itaque ſequar, uncinis relativum id & ſuſpectas voces circumſcribens. P. Wess.

8. Ἐπ' ἄρχοντος Ἀθ. Μενάνδρου] Demoſthenes contra Timocratem p. 468. loquitur de Evandro Archonte, qui procul dubio idem eſt cum illo Menandro. Quod melius aliunde expiſcandum. Jac. Palm.

Ἐπ' ἄρχοντος Μενάνδρου] Palmerii obſervationem occupaverat Jo. Meurſius L. iii. de Archont. C. 19., eidem robur ex Ptolemaeo Μεγ. Συντάξ. L. iv. C. ult. pag. 106, ubi Archon hic Εὔανδρος, egregium addens. P. Wess.

10. Κορνήλιον Σερουΐλιον] Pro Κορνήλιον Σερουΐλιον ſcribe Σερούϊον Κορν.; P. Hugo ſuppoſititius eſt. Neſcio an pro illo Κοΐγκτιος Σερουΐλιος ſit collocandus. Pro Ἄννιον quidem Ἄσινιον, & pro Μάρκον, Μάρκιον vel Μάρτιον ſcribendum videtur. Sed quis auctoritate hic omni deſtitutus certi aliquid ſtatuat? Quia Diodorus a Faſtis hic, ut etiam alibi, digreditur limiteſque tranſilit. L. Rhod.

Κορνήλιον Σερουΐλιον] Favent quodammodo ſcripti libri Rhodomano. Cetera mire ſunt depravata, nec auxilii ſpes ulla, niſi meliores proferantur Codd. Poſſunt ſane tribunorum nomina, ut factum a viro docto, inſtaurari. Sed eadem ex ſcriptoris veniſſe calamo, unde edocebor? Κλαύδιον Οὔγωνα, adaeque vitioſum, L. xiv, 82. tribunis militum conſulari poteſtate adjunxit. P. Wess.

20. Οἱ Σπαρτιᾶται παρήγγελλον ἐν ἀπορρήτοις &c.] Hoc unde acceperit neſcio. Xenophon aliter Rer. Graec. L. v. p. 436., uberius praeterea exſecutus ordinem occupatae arcis Cadmeae, ſicuti & Plutarch. de Socrat. Daemon. p. 576. P. Wess.

28. Τριακοσίους μὲν τοὺς ἐπιφανεστάτους &c.] Xenophon τετρακοσίους ſive quadringentos ſolum vertiſſe atque Athenas ſe prodit contuliſſe. P. Wess.

32. Τὸν μὲν Φοιβίδαν ἐζημίωσαν χρήμασιν] Centum millibus drachmarum; δέκα δραχμῶν μυριάσιν (αὐτὸν) ἐζημίωσαν, Plut. ait in Pelop. p. 280. Remoto vero Phoebidae Lyſanoridam τρίτον αὐτὸν i. e. cum duobus collegis ſubſtituerunt, idem de Socrat. Gen.

ἐπ' αὐτῆς Τελευτίαν. οὗτος δ' ἦν ἀδελφὸς μὲν Αγησιλάου τοῦ βασιλέως, θαυμαζόμενος δ' ἐπ' ἀρετῇ παρὰ τοῖς πολίταις. ἀναζεύξας οὖν μετὰ δυνάμεως ἐκ τῆς Πελοποννήσου, καὶ καταντήσας πλησίον τῶν Ολυνθίων, παρέλαβε [r] τοὺς μετὰ Εὐδαμίδου στρατιώτας. γενόμενος δὲ ἀξιόμαχος, τὸ μὲν πρῶτον τὴν τῶν Ολυνθίων χώραν ἐδῄωσε, καὶ συναγαγὼν πλῆθος λείας, ἐμέρισε τοῖς στρατιώταις. τῶν δὲ Ολυνθίων μετὰ τῶν συμμάχων πανδημεὶ παραταξαμένων, συνῆψε μάχην· καὶ τὸ μὲν πρῶτον, ἰσορρόπου [s] τοῦ κινδύνου γενομένου, διεχωρίσθησαν· μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης μάχης ἰσχυρᾶς, αὐτός τε ὁ Τελευτίας ἔπεσε, λαμπρῶς ἀγωνισάμενος, καὶ τῶν Λακεδαιμονίων ἀνῃρέθησαν πλείους τῶν χιλίων καὶ
343 διακοσίων. Τηλικαύτης δ' εὐημερίας γενομένης τοῖς Ολυνθίοις, οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι, βουλόμενοι διορθώσασθαι τὸ γεγονὸς ἐλάττωμα, δυνάμεις ἀδροτέρας ἐκπέμπειν παρεσκευάζοντο· οἱ δὲ Ολύνθιοι, νομίζοντες μείζοσι δυνάμεσιν ἥξειν τοὺς Σπαρτιάτας, καὶ τὸν πόλεμον ἔσεσθαι πολὺν χρόνον, σίτου τε παρασκευὰς ἀξιολόγους ἐποιοῦντο, καὶ παρὰ τῶν συμμάχων στρατιώτας προσελαμβάνοντο.

[t] Επ' ἄρχοντος δ' Αθήνησι Δημοφίλου, Ρωμαῖοι ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλιάρχους κατέστησαν Πόπλιον Κορνήλιον, Λεύκιον Ουεργίνιον, [v] Λεύκιον Παπίριον, [x] Μάρκον Φούριον, Ουαλέριον Αυλον, [y] Μάλλιον Λεύκιον, καὶ Ποστούμιον Κόϊντον. ἐπὶ δὲ τούτων, Λακεδαιμόνιοι μὲν στρατηγὸν προχειρισάμενοι Αγησίπολιν τὸν βασιλέα, καὶ δύναμιν ἱκανὴν παραδόντες, ἐψηφίσαντο πρὸς Ολυνθίους πόλεμον. οὗτος δὲ καταντήσας εἰς τὴν τῶν Ολυνθίων χώραν, καὶ παραλαβὼν τοὺς προϋπάρχοντας ἐν τῇ παρεμβολῇ στρατιώτας, διεπολέμει πρὸς [z] τοὺς ἐγχωρίους. οἱ δὲ Ολύνθιοι μεγάλην μὲν μάχην οὐδεμίαν κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν συνεστήσαντο, ἀκροβολισμοὺς δὲ καὶ βραχείας συμπλοκὰς ποιούμενοι διετέλεσαν, καταπεπληγμένοι τὴν μετὰ τοῦ βασιλέως δύναμιν.

Τοῦ δ' [a] ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος, Αθήνησι μὲν [b] ἦν ἄρχων Πυθέας, ἐν Ρώμῃ δ' ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλίαρχοι ἓξ κατεστάθησαν, Τίτος Κοΐντιος, [c] Λεύκιος Σερουίλιος, Λεύκιος Ιούλιος, Ακύλιος Δέκιος, [d] Λουκρήτιος Αγκος, καὶ Σερουίλιος Σουλπίκιος. παρὰ δὲ Ηλείοις Ολυμπιὰς ἤχθη ἑκατοστή, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Διονυσιόδωρος Ταραντῖνος. ἐπὶ δὲ τούτων Αγησίπολις

Regis fratrem, qui mirificam apud cives virtutis exiſtimationem habebat, ducem praeficiunt. Is cum agmine ſuo ex Peloponneſo profectus, ſimul ac fines Olynthiorum attigiſſet, Eudamidae milites adſumit. Jamque ad dimicandum cum hoſte ſat virium habens, primum agros populatur, & praedam, quam hinc inde luculentam coegerat, in milites partitur. Poſtquam vero copias Olynthii univerſas, adhibitis inſuper auxiliaribus, ad pugnam eduxiſſent, manus cum illis contulit. Ac primo quidem aequo Marte diſceſſum eſt. Sed poſt iterato ſummis viribus praelio, ipſe Teleutias praeclare dimicans, & Lacedaemoniorum plures CIↃ. CC. ceciderunt. Tanto Olynthiorum ſucceſſu commoti Spartani, ut acceptum illud damnum repararent, ad majorem ſe expeditionem comparabant. Sic & Olynthii, quod amplioribus Lacedaemonios copiis adventaturos, bellumque quam diutiſſime protractum iri putarent, frumentorum apparatu eximio ſeſe inſtruunt, & auxiliaribus ſubſidiis confirmant. (Olymp. XCIX. III.)

22. Tum Archon erat Athenis Demophilus; & Romani Conſulare imperium Tribunis militaribus P. Cornelio, L. Verginio, L. Valerio, A. Manlio, L. Poſtumio detulerant: cum Lacedaemonii decreto adverſum Olynthios bello, regem ſuum Ageſipolim Imperatorem praeeſſe jubent, &, quantum ſat eſſet copiarum, ei tradunt. Is poſtquam hoſtilem terram ingreſſus, milites e ſtativis illic inter ſuos centuriavit, mox bellum terrae incolis faceſſit. Olynthii vero nullum hoc anno juſtum cum eo praelium commiſerunt, ſed velitaribus tantum exiguiſque pugnis, cum exercitus, quo tum rex pollebat, vires reformidarent, ipſum laceſſere non deſiere. (Olymp. XCIX. IV.)

23. Poſt anni hujus finem, Princeps Reipublicae Athenienſis erat Pytheas: & Romae VI. Tribuni Militares poteſtatem conſularem tenebant, nempe, T. Quinctius, L. Servilius, L. Iulius, L. Aquilius, L. Lucretius, & Serv. Sulpitius. Tunc Olympias centeſima Eleis agebatur: qua Dionyſiodorus Tarentinus ſtadio victor evaſit. Interim Rex Lacedaemoniorum Ageſipolis, poſt (Olymp. C. I.) 469. XIV.

[r] Τοὺς μετὰ Φοιβίδου στρατιώτας *Coiſl.* [s] Deeſt articulus *Reg.* 2. [t] Omnia hujus capitis deſunt *Reg.* 1. [v] Non eſt in *Clar.* [x] Tria ſequentia nomina omittit *Coiſl.* [y] Μάλιον *Clar.* plane vero negligit, ſicuti & cetera tribunorum ſequentium nomina, *Coiſl.* [z] Abeſt *Coiſl.* [a] Ἐνιαυσιαίου *Reg.* 1. aeque bene. [b] Ἦρχε πολ. *Reg.* ambo, *Clar.*, nullo diſcrimine. [c] Σερ. Λεύκιος *Coiſl.*, cui cetera deſunt. [d] Λουκρίτιος *Clar.*

Gen. pag. 576. A. & Pelop. pag. 284. D., ubi Lyſanoridae verum nomen optime reddidit *Auguſtin. Bryanus.* P. WESS.

39. Εὐδαμίδου — κατέστησαν στρατηγόν] Diſſentit a *Xenophonte*, qui Eudamidam ante Cadmeam occupatam contra Olynthios miſſum refert, Phoebidam vero ſubſecutum, ut milites, qui tam cito cogi non potuerant, ad fratrem duceret, Rer. Graec. L. v. p. 434. P. WESS.

46. Στρατιώτας πλείους ἔχοντες τῶν πολεμίων] Verum id fortaſſe fuit prima hac Eudamidae expeditione: alioqui equites quadringentos tantum habebant, ipſi in univerſum quinque millibus non auctiores. τετρακοσίους ἱππέας ἐκέκτηντο μόνον, καὶ σύμπαντες οὐδ' ἦσαν πλείους τῶν πεντακισχιλίων τὸν ἀριθμόν in *Demoſthen.* Or. περὶ Παραπρ. p. 257. P. WESS.

60. Αὐτός τε ὁ Τελευτίας ἔπεσε] *Demoſthenes* dicto loco Olynthios τρεῖς τῶν πολεμάρχων, a Spartanis miſſorum, interfeciſſe ait: credo oratorie magis quam vere. Teleutias pugnando periit, morbo Ageſipolis: tertius Polybiades bellum conpoſuit, neque adeo in eorum numerum, etſi *Ulpianus* ita velit, addi poteſt. Forte Tlemonidam Orator, cetratorum ducem, qui eodem quo Teleutias praelio cecidit, intellexit. Vide *Xenophontem* Hellen. L. v. p. 438. P. WESS.

68. Τὸν πόλεμον ἔσεσθαι πολὺν χρόνον] Etſi hoc diſtricte improbare nolim, πολυχρόνιον tamen & alias praefert ipſe idque parili modo in duo vocabula diſſectum fuiſſe vidimus ſupra. P. WESS.

74. Λεύκιον Παπίριον] Hoc nomine deleto, ut & altero M. Furii, adde proxime ſequens gentile Ουαλέριον. Tum Αὖλον Μάνλιον, Λεύκιον Ποστούμιον καὶ Λεύκιον Αἰμίλιον ex *Livio*. Faſti autem quorundam recenſione diſcrepant. L. RHOD.

Λεύκιον Παπίριον &c.] Si legeretur Λεύκιον Ουαλέριον, Αὖλον Μάλλιον ſive Μάνλιον, Λεύκιον Ποστούμιον καὶ Λεύκιον Αἰμίλιον, quos verſione ſua *Rhodom.* expreſſit, conſentiret *Diodorus* optime *Livio* L. VI, 1. At is eos tribunos Romae mox poſt Gallos depulſos inponit, a qua calamitate longius abſunt *Diodori* rationes. Eadem tamen, quae *Rhodomano*, probata *Pighio* ſententia fuit ad ann. CCCLXV. & *Onuphrio Panvinio*. Mihi denſae hic obverſantur tenebrae: quamquam hoc ſatis perſpicio, propius a Faſtis *Diodorum* poſt haec deflectere. P. WESS.

91. Λεύκιος Ἰούλιος] Poſt hunc ſcribe Λεύκιος Ἀκύλιος, Λεύκιος Λουκρήτιος, Σερούιος Σουλπίκιος. Hos enim Faſti proponunt. L. RHOD.

Λεύκιος Ἰούλιος &c.] *Sigonius* hoc ex loco Julii praenomen, quod in *Livio* L. VI, 4. vitioſum erat, correxit. Cetera ad eum modum, quem *Rhodom.* ſecutus eſt, emendanda quo-

Olymp. C. 1. XIV. regni ſui annum morbo decedit, & Cleombrotus frater in ejus locum ſurrogatur, qui novem annos regnavit. At Lacedaemonii Polybiadam, Ducem a ſe creatum, bello ad Olynthum praeficiunt. Is copiis ſacramento ſibi adſtrictis, bellum ſtrenue & Imperatoria ſolertia dextre adminiſtrans, crebros ſucceſſus habuit. Ac fortuna ſubinde magis propitia uſus, & pleriſque conflictibus victor intra moenia tandem Olynthios coarctavit, metuque obſeſſis injecto, ut Lacedaemoniorum imperio ſe ſubmitterent, effecit. Qui quamprimum ſocietati Lacedaemoniorum adſcripti fuerant, multae etiam aliae civitates clientelae horum accenſeri properarunt. Per hoc itaque tempus Lacedaemoniorum potentia maxime vigebat, ut penes quos Imperium Graeciae terra ſimul marique eſſet. Nam Thebani praeſidio coercebantur; Corinthii autem & Argivi bellis hactenus geſtis vires afflictas habebant. Athenienſes denique, propter debellatorum fortunas, ſorte inter ſe diviſas, male paſſim inter Graecos audiebant. Contra Lacedaemonii ut & frequentia hominum abundarent, & in armis egregie ſuos exercerent, impenſe dabant operam. Et potentia ſua cunctis erant formidabiles. Quo factum, ut Principum tunc omnium potentiſſimi, (Regem Perſarum dico & Tyrannum Siciliae Dionyſium) Spartani Imperii majeſtatem colerent, & ſocietatis cum illis jungendae cupidi eſſent.

Olymp. C. II. 24. Poſt, cum Athenis Nico principatum teneret, & Romae Trib. milit. ſex, L. Papirius, C. Cornelius, L. Menenius, C. Servilius, A. Valerius, & Q. Fabius, conſulari poteſtate creati eſſent, Carthaginenſes cum exercitu in Italiam transgreſſi, Hipponiatis urbem ſuam, unde excuſſi fuerant, reſtituunt; omneſque exſules, undecunque ad ſeſe congregatos, prolixo ſtudio excipiunt atque fovent. Accidit vero aliquanto poſt, ut peſtilens Carthaginem lues invaderet; quae cum identidem magis ac magis ingraveſceret, magna Carthaginenſium ſtrages facta eſt, adeo quidem, ut periculum eſſet, ne imperium amitterent. Nam Afri prae contemtu illorum deficiunt, & Sardi, jam opportunam ſibi datam occaſionem rati, excuſſis Imperii habenis, conſpirant, & vim Carthaginenſibus inferunt. Quin & calamitas a Deo immiſſa Carthagini incubuit. Perturbationes enim,

ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐτελεύτησε νόσῳ, βασιλεύσας ἔτη τέσσαρα καὶ δέκα· τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος Κλεόμβροτος ὁ ἀδελφὸς ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. Λακεδαιμόνιοι δὲ [e] Πολυβιάδαν στρατηγὸν καταστήσαντες, ἐξαπέστειλαν εἰς τὸν πρὸς Ὀλυνθίους πόλεμον. οὗτος δὲ παραλαβὼν τὰς δυνάμεις, καὶ τὸν πόλεμον ἐνεργῶς ἅμα καὶ στρατηγικῶς διοικῶν, ἐποίει πολλὰ προτερήματα. αἰεὶ δὲ μᾶλλον εὐημερῶν, [f] καὶ πλείοσι μάχαις νικήσας, συνέκλεισε τοὺς Ὀλυνθίους εἰς πολιορκίαν· τέλος δὲ καταπληξάμενος τοὺς πολεμίους, προσέταξεν ὑποταγῆναι Λακεδαιμονίοις. ἐγγραφέντων δὲ τῶν Ὀλυνθίων εἰς τὴν [g] τῶν Σπαρτιατῶν συμμαχίαν, πολλαὶ καὶ τῶν ἄλλων πόλεων ἔσπευσαν εἰς τὴν τῶν Λακεδαιμονίων ἡγεμονίαν καταλεχθῆναι. διὸ καὶ κατὰ τούτους τοὺς καιροὺς πλεῖστον ἴσχυσαν Λακεδαιμόνιοι, καὶ τῆς Ἑλλάδος [h] ἔσχον τὴν ἡγεμονίαν κατὰ γῆν ἅμα 344 καὶ κατὰ θάλατταν. Θηβαῖοι μὲν γὰρ ὑπῆρχον ἔμφρουροι, Κορίνθιοι δὲ καὶ Ἀργεῖοι διὰ τοὺς προγεγονότας πολέμους ὑπῆρχον τεταπεινωμένοι, Ἀθηναῖοι δὲ διὰ τὰς τῶν πολεμουμένων κληρουχίας ἠδόξουν ἐν τοῖς Ἕλλησιν· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι τῆς τε πολυανθρωπίας καὶ τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις μελέτης πολλὴν πρόνοιαν ἐπεποίηντο, καὶ φοβεροὶ πᾶσιν ὑπῆρχον διὰ τὴν δύναμιν τῆς ἡγεμονίας. διόπερ οἱ μέγιστοι τῶν τότε δυναστῶν (λέγω δὲ τὸν Περσῶν βασιλέα καὶ τὸν Σικελίας δυνάστην Διονύσιον) ἐθεράπευον [i] τὴν τῶν Σπαρτιατῶν ἡγεμονίαν, καὶ συμμαχίαν ἔσπευδον συντίθεσθαι πρὸς αὐτούς.

25. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι [k] Νίκωνος, Ῥωμαῖοι χιλιάρχους ἓξ ἀντὶ τῶν ὑπάτων κατέστησαν, Λεύκιον Παπίριον, Γάιον Κορνήλιον, Λεύκιον [l] Μενήνιον, [m] Γάιον Σερουίλιον, Οὐαλέριον Αὖλον, καὶ [n] Κόιντον Φάβιον· ἐπὶ δὲ τούτων Καρχηδόνιοι στρατεύσαντες εἰς τὴν Ἰταλίαν, τοῖς μὲν Ἱππωνάταις ἐκπεπτωκόσιν ἐκ τῆς πατρίδος ἀποκατέστησαν τὴν πόλιν, καὶ πάντας τοὺς πεφευγότας συναγαγόντες, πολλὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν ἐποιήσαντο. μετὰ δὲ ταῦτα λοιμικῆς νόσου τοῖς κατοικοῦσι τὴν Καρχηδόνα γενομένης, καὶ τῆς νόσου πολλὴν ἐπίτασιν ἐχούσης, πολλοὶ τῶν Καρχηδονίων διεφθάρησαν, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἐκινδύνευσαν ἀποβαλεῖν. οἵ τε γὰρ Λίβυες καταφρονήσαντες αὐτῶν, ἀπέστησαν, οἵ τε τὴν Σαρδόνα κατοικοῦντες, νομίσαντες ἔχειν καιρὸν κατὰ τῶν Καρχηδονίων, ἀπέστησαν ἀπ' αὐτῶν, καὶ συμφρονήσαντες ἐπέθεντο τοῖς Καρχηδονίοις. ἐγένετο δὲ περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν [o] θεόπεμπτός τις ἀτυχία κατὰ τὴν Καρχηδό-

e Πολυκαΐδην *Coiſl.* Vulgo Πολυβίδην. f Deſideratur in *Coiſl.* g Neque hunc articulum agnoſcit *idem.* h Ἔχοντες *Coiſl.* i Τὴν τῶν Σπαρ. *Reg.* 2. *Clar.*, quos ſequor. In ceteris τῶν deſit. k Μίκωνος *Reg.* 1. l Μάλιον *Clar.* Μενήνιον *Sigonius*, & paullo ante Παπίριον. Vulgo Παπύριον & Μάλλιον. m Nomina haec omnia abſunt *Coiſl.* n Κοίγκτιον *Clar.* Κόϊντος *Sigonius.* In *Edd.* Κοίντιον. o Θεότεμπτος *Reg.* 1.

que cenſuit *Pighius* in Faſtis ad ann. CCCLXVI., quem vide. P. WESS.

96. Ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα] Vid. inferius C. 55. P. WESS.

99. Πολυβιάδαν στρατηγὸν καταστήσαντες] Ex *Coiſl.* veſtigiis ducis nomen, prorſus uti apud *Xenophontem* Hellen. L. v. pag. 442. & *Ulpianum* ad Orat. de Legat. male Adminiſtr. p. 257. legitur, una litera integrius eſſe juſſi. P. WESS.

6. Προσέταξεν ὑποταγῆναι Λακεδαιμονίοις] Compoſitum id bellum fuit ex Olynthiorum arbitrio, ſi verum ſecutus *Demoſthenes* eſt. Καὶ τὸ τελευταῖον, ὅπως ἐβούλοντο, οὕτω τὸν πόλεμον κατέθεντο Orat. περὶ παραπρ. pag. 257. Sed vide *Xenophontem* citato loco. P. WESS.

12. Κατὰ γῆν ἅμα καὶ θάλατταν] Amiſerant Spartani accepta ad Cnidum clade, Graeciae terra marique imperium: nec ita tamen eorum vires fuerant attritae, ut colligendarum ſpes omnis decolaſſet. Pace Antalcidae rediit paullatim priſtina civitati auctoritas & potentia, quae hoc tempore ad ἀκμὴν pervenerat. Teſtis etiam *Demoſthenes* eo, quem ſignavi, loco: Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι γῆς καὶ θαλάττης ἦρχον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, Λακεδαιμόνιοι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους. & *Plut.* Pelop. p. 284. E. Adde *Caſaubon.* ad *Polyb.* p. 99. *Ed. Gron.* P. WESS.

15. Διὰ τὰς τῶν πολεμουμένων κληρουχίας] Sic mallem. Male tota Graecia Athenienſes audiebant ob colonos, κληρούχους vocant, quos in urbes agroſque ſuae ditionis deducebant, ſortibuſque agrorum deſcriptis donabant. *Libanius* Argum. Orat. περὶ τῶν ἐν Χερρον. remdeclarat: Ἔθος δὲ ἦν τοῦτο παλαιὸν τοῖς Ἀθηναίοις, ὅσοι πένητες ἦσαν αὐτῶν καὶ ἀκτήμονες οἴκοι, τούτους πέμπειν ἐποίκους εἰς τὰς ἔξω πόλεις τὰς ἑαυτῶν, καὶ ἐλάμβανον πεμπόμενοι ὅπλα τε ἐκ τοῦ δημοσίου καὶ ἐφόδιον. Qui quidem cum veteres migrare colonos aliorſum ſaepe juberent, patriae maculam adſperſere, quam *Iſocrates*, etſi fruſtra, eluere conatur. Dicit debere potius gratias ſuis Athenienſibus Graecos referre, quod eorum ſub imperio ita ſeditionibus immunem tranſegerint, ἢ τὰς ΚΛΗΡΟΥΧΙΑΣ ἡμῖν ὀνειδίζειν, ἃς ἡμεῖς εἰς τὰς ἐρημουμένας τῶν πόλεων, φυλακῆς ἕνεκα τῶν χωρίων, ἀλλ' οὐ διὰ πλεονεξίαν, ἐξεπέμπομεν Panegyr. p. 89., callide profecto. Tu confer hujus lib. C. 29. P. WESS.

21. Λέγω δὲ τὸν Περσῶν βασιλέα &c.] Audi iterum *Iſocratem* Paneg. p. 96. καὶ νῦν Ὀλυνθίους καὶ Φλιασίους (Λακεδαιμόνιοι) πολεμοῦσιν. Ἀμύντᾳ δὲ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ, καὶ Διονυσίῳ Σικελίας τυράννῳ, καὶ τῷ βαρβάρῳ τῷ τῆς Ἀσίας κρατοῦντι συμπράττουσιν, ὅπως μεγίστην ἀρχὴν ἕξουσιν. Quae principes eos Spartanorum civitatem coluiſſe hoc tempore & ab ea viciſſim cultos praeclare indicant. P. WESS.

25. Ἐπ' ἄρχοντος Ἀθ. Νίκωνος] Verum id Archontis nomen, ſub

χηδόνα. Ταραχαὶ γὰρ καὶ φόβοι καὶ πανικοὶ θόρυβοι συνεχεῖς ἐγίνοντο κατὰ τὴν πόλιν παραδόξοι. καὶ πολλοὶ μὲν μετὰ τῶν ὅπλων ἐξεπήδων ἐκ τῶν οἰκιῶν, ὡς πολεμίων εἰσπεπτωκότων εἰς τὴν πόλιν, καὶ πρὸς ἀλλήλους ὡς πολεμίους διαπολεμοῦντες, οὓς μὲν ἀνῄρουν, οὓς [p] δὲ κατετραυμάτιζον. τέλος δὲ θυσίαις τὸ θεῖον ἐξιλασάμενοι, καὶ μεγίστων κακῶν ἀπαλλαγέντες, ταχὺ καὶ τοὺς Λίβυας κατεπολέμησαν, καὶ τὴν νῆσον ἀνεκτήσαντο.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Ναυσινίκου, Ῥωμαῖοι χιλιάρχους τέσσαρας ἀντὶ τῶν ὑπάτων κατέστησαν, Μάρκον Κορνήλιον, [q] καὶ [r] Σερβίλιον Κοΐντιον, [s] Μάρκον Φούριον, καὶ Λεύκιον Κόϊντον. ἐπὶ δὲ τούτων ὁ κληθεὶς Βοιωτικὸς πόλεμος ἐνέστη Λακεδαιμονίοις πρὸς Βοιωτοὺς, διὰ τοιαύτας αἰτίας· τὴν
345. [t] Καδμείαν φρουρούντων Λακεδαιμονίων ἀδίκως, καὶ πολλοὺς τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν πεφυγαδευκότων, συνεστράφησαν οἱ φυγάδες, καὶ συνεπιλαβομένων Ἀθηναίων, κατῆλθον εἰς τὴν πατρίδα νυκτός· καὶ πρῶτον μὲν τοὺς τὰ Λακεδαιμονίων φρονοῦντας ἐν ταῖς ἰδίαις οἰκίαις ἐφόνευσαν, ἔτι κοιμωμένους καταλαβόντες· ἔπειτα τοὺς πολίτας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν παρακαλέσαντες, συνεργοὺς ἔσχον ἅπαντας τοὺς Θηβαίους. ταχὺ δὲ τοῦ πλήθους συνδραμόντος μετὰ τῶν ὅπλων, ἅμ' ἡμέρᾳ τὴν Καδμείαν πολιορκεῖν ἐπεχείρησαν. οἱ δὲ φρουροῦντες τὴν ἄκραν Λακεδαιμόνιοι, μετὰ τῶν συμμάχων ὄντες οὐκ ἐλάττους τῶν χιλίων καὶ πεντακοσίων, εἰς μὲν τὴν Σπάρτην ἐξέπεμψαν τοὺς δηλώσοντας τὴν [v] τῶν Θηβαίων ἐπανάστασιν, καὶ βοηθεῖν τὴν ταχίστην παρακαλέσοντας· αὐτοὶ δ' ἐκ τόπων ὑπερδεξίων ἀμυνόμενοι τοὺς πολιορκοῦντας, πολλοὺς μὲν ἀνῄρουν, οὐκ ὀλίγους δὲ κατετραυμάτιζον. οἱ δὲ Θηβαῖοι, μεγάλην δύναμιν προσδοκῶντες ἥξειν ἐκ τῆς Ἑλλάδος Λακεδαιμονίοις, ἐξέπεμψαν πρεσβευτὰς εἰς τὰς Ἀθήνας, [x] ὑπομιμνήσκοντες μὲν ὅτι καὶ αὐτοὶ συγκατήγαγον τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, καθ' ὃν καιρὸν ὑπὸ τῶν τριάκοντα Τυράννων κατεδουλώθησαν, ἀξιοῦντες δὲ πανδημεὶ βοηθῆσαι, καὶ πρὸ τῆς τῶν Λακεδαιμονίων παρουσίας συνεκπολεμῆσαι τὴν Καδμείαν.

Ὁ δὲ δῆμος τῶν Ἀθηναίων, διακούσας τῶν πρέσβεων, ἐψηφίσατο παραχρῆμα δύναμιν ὡς πλείστην ἀποστεῖλαι τὴν ἐλευθερώσουσαν τὰς Θήβας, ἅμα μὲν τῆς εὐεργεσίας ἀποδιδοὺς τὰς χάριτας, ἅμα δὲ βουλόμενος τοὺς Βοιωτοὺς ἐξιδιώσασθαι, καὶ συναγωνιστὰς ἰσχυροὺς ἔχειν κατὰ τῆς Λακεδαιμονίων ὑπεροχῆς. τὸ γὰρ ἔθνος τοῦτο καὶ πλήθει τῶν ἀνδρῶν, καὶ ἀνδρείᾳ κατὰ πόλεμον οὐδενὸς τῶν Ἑλλήνων ἐδόκει λεί-

ac terrores, Panicique tumultus, ex improviſo urbem corripere, Olymp. C. II. & plurimi armis correptis, ac ſi hoſtes urbem invaſiſſent, ex aedibus procurrere, & inter ſe velut cum hoſte acie congreſſi, alios interimere, alios ſauciare. Ad extremum Numine ſacrificiis placato, graviſſimis exemti malis, ſtatim & Afros debellarunt, & Sardiniam ditioni ſuae iterum ſubjecere.

25. Inde cum Nauſinicus Athenis praeturam, Olymp. C. III. & Romae IV. Trib. mil. M. Cornelius, Q. Servilius, M. Furius, & L. Quinctius conſulare imperium ſuſcepiſſent: Boeoticum, quod vocant, bellum, Lacedaemoniis cum Boeotiis exarſit, his equidem de cauſis. Cadmeam Lacedaemonii praeter jus & fas praeſidio tenebant, multoſque eximiae dignitatis viros ad profugiendum e patria adegerant. Exſules igitur, coitione inter ſe facta Athenienſium ſubſidio noctu in patriam revertuntur. Ac 470. primo quoſcunque, qui cum Lacedaemoniis ſentiebant, domi ſuae, dum ſomno adhuc detinentur, oppreſſos conficiunt. mox populares ad vindicandum libertatem cohortati, univerſam Thebanorum civitatem, ad conatus hos adjuvandos promtam habent. Multitudo igitur concurſat; & cum prima luce Cadmeam oppugnare maturant. Lacedaemoniorum interim praeſidiarii, quorum in cuſtodia arx fuit, numero, ſi auxiliares connumerentur, CIↃ. IↃ. haud pauciores, Spartam miſerant, qui ſeditioſam Thebanorum commotionem renunciarent, & auxilium ſibi ferri quam properantiſſime, hortarentur. Ipſi vero ex locis editioribus oppugnantes arcendo, multos interimunt, nec paucos vulneribus graviter affectos dimittunt. Thebani ergo, dum validas e Graecia copias Lacedaemoniis ſubventuras conjectant, ſuos Athenas legatos mittunt, qui ad animum populo revocent, quod & ipſi conatus Athenienſium juverint, quo tempore XXX. Tyrannorum jugo ſervili oppreſſi, Rempublicam vindicarint; orentque, ut ad expugnandam Cadmeam totis ſibi viribus ante Lacedaemoniorum adventum praeſto eſſe velint.

26. Populus vero Athenienſis, ſimul ac Thebanorum legationem audivit, ut quam validiſſima e veſtigio manus ad reparandam Thebanorum libertatem expediretur, ſcivit. Tum ut gratiam pro meritis retribuerent, tum ut Thebanos hoc beneficio ſibi obſtrictos, fortes deinceps & conſtantes, adverſus immodicam Lacedaemoniorum potentiam, adjutores haberent. Gens enim iſta, nulla inter Graecos neque copia, neque ſtrenuitate virûm, in-

p Οὓς δὲ κατετραυματίζον *Coiſl. Clar. Regius* uterque. In *Edd.* erat ſimplex verbum. q Abeſt καὶ a *Clar.* r Σερβίλιον *Coiſl.* tum Κοΐντιον *Clar.* s Deſunt haec nomina *Coiſl.* Φρύριον *Edd.* t Καδμειάδα *Coiſl. Reg.* I. & ora *Steph.* v Non eſt in *Clar.* x Ὑπομιμνήσκοντες *Edd.*

ſub cujus magiſtratu de vita deceſſit ex quorundam opinione Orator Lyſias, ut ejus in vita ſignificat *Dionyſius Halicarnaſſenſis* T. II. p. 85. P. Wess.

27. Λεύκιον Μάλλιον] Forte Αἰμίλιον vel Μάνιον. pro utrovis Q. Fabium ponit, qui in Faſtis non exſtat. L. Rhod.

Λεύκιος Μάλλιον &c.] *Car. Sigonius* profert ex hoc loco ad *Livii* L. VI, 5. Λεύκιον Μάνιον, Γάϊον Σερβίλιον, Οὐαλέριον Αὖλον, Κόϊντον Φάβιον. Quos ſi e ſcripto ſuo *Cod.*, ut credibile ſit, excitavit, uſus haud dubie eſt longe optimo. Eum in re certa ſequamur. P. Wess.

30. Τοῖς μὲν Ἱππωνιάταις — ἀπῳκισ. τὴν πόλιν] Urbem Hipponium ſeu Vibonem Valentiam Dionyſius everterat, civibuſque Syracuſas traductis agrum Locrenſibus contribuerat, ſupra L. XIV, 107. Videntur Carthaginienſes eos opportune patriam in ſedem reſtituiſſe, ut in Italia amicos, ſi qua recrudeſceret cum tyranno bellum, haberent. P. Wess.

38. Οἵ τε τὴν Σαρδόνα κατοικοῦντες] Vid. not. in L. IV, 29. P. Wess.

48. Οὓς δὲ κατετραυμάτιζον] Salva eſſe potuerat, niſi ſcripti libri contra iviſſent, recepta dudum ſcriptura. Amat Auctor conpoſitum id verbum. Vid. L. XII, 61. & hoc lib. C. 25. ſaepeque alias. P. Wess.

54. Σερβίλιον Κοΐντιον] Inverte Κόϊντον Σερβίλιον. In fine ſcribe Κοΐντιον. Faſti addunt L. Horatium & Ser. Cornelium. L. Rhod.

Σερβίλιον Κοΐντιον] Citra dubium hic Κόϊντον, & mox Λεύκιον Κοΐντιον ſcribendum. Sex tribunos *Livius* huic anno inponit L. VI, 6. *Serv. Cornelium*, cui hic praenomen *Marco*, tum tres illos, quos Auctor edit, praetereaque L. Horatium & P. Valerium: ut adeo peccatum ſit in parte extrema notae Rhodomanianae. *Pighius* ad ann. CCCLXVIII. hinc adfert Ser. Cornelium, Q. Servilium, M. Furium & L. Quinctium, forſan ex conjectura. P. Wess.

63. Ἔτι κοιμωμένους καταλαβόντες] Videndi ſunt *Xenophon* Hellen. L. v. p. 443., *Corn. Nepos* Pelop. C. 3., *Plut.* Pelop. pag. 281. & Socrat. Daemon. p. 596., qui diligentius & copioſius haec exſequuntur omnia. P. Wess.

Ἔπειτα τοὺς πολίτας &c.] Poſt πρῶτον μὲν nemo non exſpectet ἔπειτα δὲ, complures tamen ſunt apud Auctorem hunc loci, in quibus ἔπειτα ſine δὲ poſitum eſt. H. Steph.

78. Ὅτι καὶ αὐτοὶ συγκατήγαγον τὸν δ. τῶν Ἀθηναίων] Vide ſuperius L. XIV, 32. P. Wess.

84. Ἐψηφίσατο παραχρῆμα δύναμιν — ἀποστεῖλαι] Haec fruſtra alibi quaeres. Conſtat ex *Xenophonte* duos praetorum, qui praeſi-

Olymp. c. III. inferior videbatur. Imperatorem ergo Demophontem creant. Is delectu habito, quinquies mille peditum & Iↄ. equitum, poſtridie, cum vix illuceſceret, agmen ex urbe educit, & ut Lacedaemonios praevertat, feſtinato itinere pergit. Nihilominus tamen populus omnes militiae vires in Boeotiam convertere, ſi ex uſu Thebanorum ita foret, promtus & paratus erat. Demophon autem exiguo temporis ſpacio viam illam emenſus, praeter ſpem Thebanis ſe in conſpectum dedit. Simili ardore ex aliis etiam Boeotiae urbibus militum accurſus fiebat. Atque ita numeroſus Thebanis exercitus colligitur. Peditum enim non minus XII. millium, & equitum pluſquam cIↄ. cIↄ. convenerant. Omneſque promtis & alacribus ad oppugnationem animis properarunt, diviſaque in globos multitudine, incurſus per vices faciebant, diem ſimul ac noctem in certamine perdurantes.

27. Interim quibus ſua in arce ſtatio erat, a praefectis excitati, animoſe fortiterque hoſtes propulſant. Brevi enim cum magnis approperaturos copiis Lacedaemonios, ſpes erat. Et ſane quamdiu alimenta ſuppeterent, adverſa illa fortiter ſuſtinebant, multis oppugnantium idemtidem occiſis; multis etiam vulneratis: cum etiam non parum arcis firmitate adjuvarentur. At cum neceſſariorum inopia ſubinde magis ingraveſceret, & Lacedaemonii in belli hujus apparatu prolixius immorarentur, diſſentire inter ſe obſeſſi coeperunt. Nam Lacedaemonii ad extremum uſque halitum perdurandum eſſe cenſere: auxiliares vero, e confoederatis urbibus adſciti (qui numero illos excedebant) deditionem Cadmeae faciendam eſſe, contendere. Spartani ergo, quorum non ita magnus eſſet numerus, arcem hoſti cedere coguntur: acceptaque, prout convenerat, fide, incolumes dimiſſi, in Peloponneſum revertuntur. Tandem Lacedaemonii copiis inſtructiſſimis ad Thebas accedunt: ſed occaſione, propter adventum tardiorem, e manibus elapſa, nihil iſto conatu effecerunt. Tribus ergo praeſidii ducibus in jus vocatis duos capite condemnarunt, tertio tam grandem pecuniae ſummam irrogavere, ut ſolvendo non eſſet.

471. Tum Athenienſes in patriam redierunt, & Thebani obſidioni Theſpiarum fruſtra operam inſumſere. Interea Iↄ. civium coloniam Romani in Sardoniam, ita ut a vectigalibus prorſum immunes eſſent, deduxerunt.

Olymp. c. IV. 28. Poſthaec Callia Athenis Praetore, & IV.

πεζῶν. τέλος δὲ, Δημοφῶν καταςαθεὶς ϛρατηγὸς, καὶ παραχρῆμα πεντακισχιλίους ὁπλίτας καὶ πεντακοσίους ἱππεῖς καταλέξας, τῇ ὑςεραίᾳ [y] τὴν δύναμιν ἅμ' ἡμέρᾳ προήγαγεν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ [z] δρομαῖος ἠπείγετο, φθάσαι σπεύδων τοὺς Λακεδαιμονίους. οὐδὲν δ' ἧττον ὁ δῆμος παρεσκευάζετο πανδημεὶ ϛρατεύειν εἰς τὴν Βοιωτίαν, ἐὰν ᾖ χρεία. ὁ δὲ Δημοφῶν συντόμως ταῖς ὁδοῖς χρησάμενος, παραδόξως ἐπεφάνη τοῖς Θηβαίοις. ὁμοίως δὲ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων πόλεων, τῶν κατὰ τὴν Βοιωτίαν, πολλῶν ϛρατιωτῶν συνδραμόντων, ταχὺ μεγάλη δύναμις ἠθροίσθη τοῖς Θηβαίοις. ὁπλῖται μὲν γὰρ συνῆλθον οὐκ ἐλάττους τῶν μυρίων καὶ δισχιλίων, ἱππεῖς δὲ πλείους τῶν δισχιλίων. πάντων δὲ προ- 346. θύμως ἐπὶ τὴν πολιορκίαν ὁρμησάντων, διελόμενοι τὰ πλήθη, τὰς προσβολὰς ἐκ διαδοχῆς ἐποιοῦντο, προσκαρτεροῦντες τοῖς κινδύνοις συνεχῶς [a] καὶ καθ' ἡμέραν καὶ νύκτα.

Οἱ δ' ἐν τῇ Καδμείᾳ οἰκοῦντες, παρακληθέντες ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων, εὐρώςως ἠμύνοντο τοὺς πολεμίους, ἐλπίζοντες συντόμως ἥξειν τοὺς Λακεδαιμονίους μετὰ μεγάλης δυνάμεως· ἕως μὲν [b] οὖν εἶχον τροφὰς [c] ἱκανὰς, ἐνεκαρτέρουν τοῖς δεινοῖς, καὶ πολλοὺς τῶν πολιορκούντων ἀπέκτεινον καὶ κατετραυμάτιζον, συνεργὸν ἔχοντες τὴν τῆς ἀκροπόλεως ὀχυρότητα· ὡς δ' ἡ μὲν τῶν ἀναγκαίων σπάνις ἐπέτεινεν, οἱ Λακεδαιμόνιοι δὲ περὶ τὰς παρασκευὰς ὄντες ἐχρόνιζον, ἐςασίαζον πρὸς ἀλλήλους. οἱ μὲν γὰρ Λακεδαιμόνιοι μέχρι θανάτου καρτερεῖν ᾤοντο δεῖν, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν συμμαχίδων πόλεων [d] συςρατεύσαντες, ὄντες πολλαπλάσιοι, παραδιδόναι τὴν Καδμείαν ἀπεφήναντο. συνηναγκάσθησαν [e] δὲ καὶ οἱ ἐξ αὐτῆς τῆς Σπάρτης, ὄντες ὀλίγοι, παραχωρῆσαι τῆς ἀκροπόλεως. διόπερ οὗτοι μὲν, ὑπόσπονδοι καθ' ὁμολογίαν ἀφεθέντες, εἰς τὴν Πελοπόννησον ἀπηλλάγησαν· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, δυνάμεσιν ἀξιολόγοις προσιόντες ἐπὶ τὰς Θήβας, καὶ βραχὺ τῶν καιρῶν ὑςερήσαντες, ἄπρακτον ἔσχον τὴν ἐπιβολήν. τοὺς δὲ ἡγεμόνας τῆς φρουρᾶς τρεῖς ὄντας μετέςησαν εἰς κρίσιν· καὶ τοὺς μὲν δύο κατεδίκασαν θανάτῳ, τὸν μέντοι γε τρίτον τοσούτῳ πλήθει χρημάτων, [f] ὥςε μὴ δύνασθαι τὴν οὐσίαν αὐτοῦ τοσαῦτα χρήματα ἐκτίσαι. μετὰ δὲ ταῦτα Ἀθηναῖοι μὲν ἐπανῆλθον εἰς τὴν πατρίδα, Θηβαῖοι δὲ Θεσπιὰς πολιορκήσαντες, ἄπρακτον ἔσχον τὴν ἐπιβολήν. ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Ῥωμαῖοι μὲν ἐπὶ ἀτελείᾳ πεντακοσίους ἀποίκους εἰς [g] Σαρδωνίαν ἀπέςειλαν.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Καλλίου, Ῥωμαῖοι χι-

y Ἀμ' ἡμέρᾳ τὴν δύναμιν *Clar.* z Δρομίως *Coiſl.* *Clar.* *Reg.* 1. a *Clar.* omittit. b Deſit *Coiſl.* c Stigmate defectus notavit *Steph.* d Συςρατεύσαντες *Reg.* 1. e Abeſt *Clar.* f Ὥςε μὲν *Coiſl.* *Reg.* 1. In *Edd.* καὶ, quod tamen aſteriſco ſignavit *Steph.*, interponitur. paullo ante τὸν μέν τοιγε τρίτον ſolus *Reg.* 1. ſatis bene. Cett. γε non habent. g Σαρδόνιαν *Reg.* 2.

praeſidii cauſſa in finibus agebant, ſuppetias Thebanis veniſſe, ſed nullo Athenienſium decreto. Quare utrique poſtea diem dixerunt, & alterum quidem morte mulctarunt, alterum vero, quia judicium fuga evitaverat, in exilium egerunt. Uter autem horum Demophon fuerit, & an Chabriam collegam habuerit, non audeo decernere. P. Wess.

95. Δρομαῖος ἠπείγετο] Nihil mutandum. Sic L. XIV, 104. δρομαῖοι παρῆσαν ἐπὶ τὴν βοήθειαν. P. Wess.

27. Προσιόντες ἐπὶ τὰς Θήβας] Cleombrotus auxiliares copias adduxit, obvioſque in Megaride eos habuit, qui fide publica ex arce Cadmea deſcenderant, *Plutarchus* in Pelop. pag. 284. P. Wess.

29. Τοὺς δὲ ἡγεμόνας τρεῖς ὄντας &c.] *Lyſanoridam*, qui perperam Λυσανορίδας in *Plutarchi* ſuperius citato loco, *Hermippidam* & *Arciſſum*: hos capitis damnarunt, Lyſanoridae vero multam ingentem irrogarunt. Dubites tamen ſanane ſint interfectorum nomina. Idem enim *Plutarch.* de Socrat. Gen. p. 586. E. Κρητίδαν καὶ Ἄρκισσον adpellare videtur. Poteris Ἑρμιππίδαν cum *Bryano* reſcribere, ſi tibi clare paruerit, eundem eſſe, de quo L. XIV, 38. Mihi non liquet, malimque adeo Hermippidam praeferre. P. Wess.

34. Θηβαῖοι δὲ Θεσπιὰς πολιορκήσαντες] Tacent alii: nec negandi propterea juſta ratio. Praeerat Theſpiarum urbi Sphodrias, a Cleombroto illi inpoſitus ad Thebanos laceſſendos, *Xenoph.* Rer. Gr. L. V. p. 445. P. Wess.

37. Εἰς Σαρδωνίαν ἀπέςειλαν] *In Sardiniam* Interpres, haud ſane prudenter, ſicuti monuit *Ph. Cluverius* Sard. Antiq. pag. 486. Romani in eam inſulam nihil tentarunt ante Punicum bellum primum, vicinis ante id tempus domandis unice occupati. Intelligitur eorum oppidorum aliquod, quae in urbis erant conſpectu, ſed cujus titulo turpis inhaeret macula. *Herdonia* itaque eſſe non poteſt, quippe longius diſſita. Tempus, quo *Diodorus* deductam coloniam aſſeverat, non male congruit *Satrico*, quorſum *Vellejus* L. I, 14. *poſt ſeptem annos, quam Galli urbem ceperunt*, miſſos fuiſſe colonos docet. At differt ſcriptura vehementer, vetatque aſſenſum. Extundant proinde certius & probari quod poſſit, feliciora ingenia. P. Wess.

39. Καλλίου] In Pario Marmore Καλλέου, Chabriam *Sigonius* voca-

93. Ἀπὸ τῶν ἀσπίδων ὁπλῖται καλούμενοι] Ut πελτασταὶ dicuntur ἀπὸ τῆς πέλτης, ſic ἀσπισταὶ juxta quoſdam ἀπὸ τῆς ἀσπίδος, non autem ὁπλῖται. Nec imaginari poſſum unde vox haec ὁπλῖται irrepſerit, niſi forte ita *Diodorum* ſcripſiſſe ſuſpicandum eſt, οἱ μὲν πρότερον ἀπὸ τῶν ὅπλων ὁπλῖται, ἢ ἀπὸ τῶν ἀσπίδων ἀσπισταὶ καλούμενοι &c. *Homero* autem ἀπὸ τῆς ἀσπίδος ſunt ἀσπιδιῶται: & certe ἀσπισταὶ tanquam ab ἀσπίζω formare malim. H. Steph.

Ἀπὸ τῶν ἀσπίδων ὁπλῖται καλούμενοι] Quae vir doctus adnotavit, ſpeciem quandam praeferunt, ſed quae facile diſpelli poteſt. Poetarum vocabula ſunt ἀσπιδιῶται, ἀσπιστῆρες & ἀσπισταί. Hiſtoriarum ſcriptoribus vix uſu trita. Contra frequentiſſimi ὁπλῖται. Hos dictos olim ait ἀπὸ τῶν ἀσπίδων, non utique ea ſententia, acſi Grammatice ἀπὸ τῶν ἀσπίδων formarentur ὁπλῖται. Id foret perridiculum atque abſurdum. At ὅπλα ſaepe ſunt ἀσπίδες ſive *clypei*. Si dubites, vide hoc *Euripidis* Hecub. v. 14. ubi Polydorus,

—— —— Οὔτε γὰρ φέρειν ὅπλα
Οὔτ' ἔγχος οἷός τ' ἦν νέῳ βραχίονι.

Et ne longius abeam in re ſatis obvia, hoc Noſtri ex C. 43. καὶ πολλὰ πλεονεκτοῦντες (Aegyptii) διὰ τὴν τῶν ὅπλων ἐγκράτειαν i. e. *clypeorum firmitate*. Perſae inſtructi erant *gerris*, quae erant ἐκ λύγων καὶ ἰτέων *ex vimine & ſalignae*, uti Grammatici docent. Contra ea Aegyptiorum clypei ferro erant muniti, praeſtabantque ideo hac parte haud parum Perſis. Vult ergo id ſolum *Diodorus*, eos, quos Graeci ἀπὸ τῶν ἀσπίδων, quae eadem atque ὅπλα, prius nuncupaverant ὁπλίτας, a peltis deinde πελταστὰς fuiſſe dictos. Rem eandem exſequitur *Corn. Nepos*, ſed in paucis diſſentiens, in Iphicrat. C. 1. *Quum ante illum imperatorem maximis clypeis, brevibus haſtis, minutis gladiis uterentur. Ille e contrario peltam pro parma fecit, a qua poſtea PELTASTAE pedites appellantur —— Haſtae modum duplicavit, gladios longiores fecit.* Porro, ſi ἐξ, cui ſedes ante ἀμφοτέρων, ſupervacaneum opineris, non pugnabo. P. Wess.

3. Ἰφικρατίδας ἀπ' ἐκείνου καλουμένας] Vid. *Paull. Leopardum* Emendat. L. x, 1. Auctor Συναγωγῆς λέξεων χρησίμων ex *Luciano* in *Coiſlin.* Biblioth. p. 490. Ἰφικρατίδες, κρηπῖδες ἀπὸ Ἰφικράτους πολλὰς φιλοκαλίας περὶ τὰ ὑποδήματα ἐπιδειξαμένου. Adde, quae doctiſſimus *Jungerman.* ad *Pollac.* L. vii, 89. adſcripſit. P. Wess.

17. Τοῖς ἐπὶ τῆς Λακεδαιμονίων ἐπιστασίας &c.] Quomodo ſit intelligendus hic locus, ſi ſanus eſt, non video. Supra dixerat

πάρεδρον συνεργόν, καὶ διαβιβασθέντες εἰς τὴν νῆσον ὑπ' αὐτοῦ, κατελάβοντο χωρίον ὀχυρὸν παρὰ θάλατταν, ὃ προσηγόρευον Ἀρκαδίαν. ἐκ τούτου δ' ὁρμώμενοι, [y] καὶ βοηθὸν ἔχοντες τὸν Τιμόθεον, ἐκακοποίουν τοὺς ἐν τῇ πόλει. τῶν δὲ Ζακυνθίων τοὺς Λακεδαιμονίους ἀξιούντων βοηθῆσαι, τὸ μὲν πρῶτον εἰς τὰς Ἀθήνας [z] ἐξαποστείλαντες πρέσβεις, κατηγόρουν τοῦ Τιμοθέου· ὡς δ' ἑώρων τὸν δῆμον ἀποκλίνοντα πρὸς τοὺς φυγάδας, [a] συνεστήσαντο τὸ ναυτικόν, καὶ πληρώσαντες τριήρεις εἴκοσι καὶ πέντε, ἐξέπεμψαν τοῖς Ζακυνθίοις συμμαχίαν, δόντες τὴν ἡγεμονίαν Ἀριστοκράτει.

Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, τῶν ἐκ Κερκύρας τινὲς φίλοι Λακεδαιμονίων, ἐπαναστάντες τῷ δήμῳ, παρεκάλεσαν τοὺς Σπαρτιάτας ἀποστεῖλαι ναυτικὴν δύναμιν, ὑπισχνούμενοι παραδώσειν αὐτοῖς τὴν Κέρκυραν. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, τὴν Κέρκυραν εἰδότες μεγάλην ῥοπὴν ἔχουσαν τοῖς ἀντεχομένοις τῆς θαλάττης, ἔσπευσαν κύριοι γενέσθαι ταύτης τῆς πόλεως. εὐθὺς οὖν ἔπεμψαν εἰς τὴν Κέρκυραν τριήρεις εἴκοσι καὶ δύο, τὴν ἡγεμονίαν Ἀλκίδᾳ παραδόντες. τοῦτον δὲ τὸν στόλον προσεποιήθησαν εἰς Σικελίαν ἀποστεῖλαι, ἵνα ὡς φίλοι προσδεχθέντες ὑπὸ τῶν Κερκυραίων, καταλάβωσι τὴν πόλιν μετὰ τῶν φυγάδων. οἱ δὲ Κερκυραῖοι, [b] γνόντες τῶν Σπαρτιατῶν τὴν ἐπίνοιαν, τὴν [c] μὲν πόλιν ἐπιμελῶς ἐφύλαττον, εἰς δὲ τὰς Ἀθήνας πρέσβεις ἐξέπεμψαν περὶ βοηθείας. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, ψηφισάμενοι βοηθεῖν τοῖς Κερκυραίοις [d] καὶ Ζακυνθίων τοῖς φυγάσιν, εἰς μὲν τὴν Ζάκυνθον ἐξέπεμψαν Κτησικλέα στρατηγόν, ἡγούμενον τῶν φυγάδων· εἰς δὲ τὴν Κέρκυραν παρεσκευάζοντο ναυτικὴν δύναμιν ἐκπέμπειν. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, κατὰ τὴν Βοιωτίαν Πλαταιεῖς ἀντεχόμενοι τῆς Ἀθηναίων συμμαχίας, μετεπέμποντο στρατιώτας, κεκρικότες τοῖς Ἀθηναίοις παραδοῦναι τὴν πόλιν. ἐπὶ δὲ τούτοις οἱ Βοιωτάρχαι χαλεπῶς [e] διατεθέντες πρὸς τοὺς Πλαταιεῖς, καὶ σπεύδοντες φθάσαι τὴν παρὰ τῶν Ἀθηναίων συμμαχίαν, εὐθὺς ἐπ' αὐτοὺς δύναμιν ἀξιόλογον ἦγον. παραγενόμενοι δὲ πλησίον τῆς τῶν Πλαταιέων πόλεως, ἀπροσδοκήτου τῆς ἐπιθέσεως γενομένης, οἱ πλεῖστοι μὲν τῶν Πλαταιέων ἐπὶ τῆς χώρας [f] καταληφθέντες, ὑπὸ τῶν
362. ἱππέων [g] συνηρπάσθησαν· οἱ δὲ λοιποί, καταφυγόντες εἰς τὴν πόλιν καὶ συμμάχων ὄντες ἔρημοι, συνηναγκάσθησαν ὁμολογίας συνθέσθαι τοῖς πολεμίοις εὐαρέστους. ἔδει γὰρ αὐτοὺς τὰ ἔπιπλα λαβόν-

lo ope bellum geſſerunt. Is defenſione exſulum ſuſcepta, in Inſulam eos tranſportat ubi caſtellum Olymp. CI. iii.
probe munitum (Arcadiae illi nomen fecerant) occupant, auxilioque Timothei, multum oppidanis moleſtiae & damni exhibent. Zacynthii ergo Lacedaemoniorum opem invocant, hi, priusquam armis rem tentarent, Timotheum per legatos Athenas miſſos ad populum criminantur. Quem ubi ad exſules inclinare vident, ad claſſem expediendam ſe convertunt, & triremibus XXV. completis auxilia Zacynthiis, Duce Ariſtocrate, tranſmittunt.

46. Dum haec ita geruntur, in Corcyra nonnulli Lacedaemoniorum fautores adverſus populum inſurrexerant. Spartanos igitur, ut navalibus ſibi copiis quamprimum ſuccurrerent, exhortantur, ſe Corcyram in manus illorum tradituros polliciti. Illi haud ignari quantum haec inſula iis conferat, qui imperium maris ſibi vindicent, hanc ipſam ſuae poteſtatis facere properarunt. Confeſtim ergo XXII. triremes praetore Alcida in Corcyram trajicere jubent. Interea claſſem hanc in Siciliam mitti ſimulant, ut tanquam amici a Corcyraeis ſuſcepti, exſulum opera occuparent urbem. Sed oppidani fraude Spartanorum animadverſa, urbem praeſidiis ac cuſtodiis ſtudioſe firmarunt. Legatos etiam Athenas de ſuppeditandis auxiliis miſerunt. Et auxilia quidem populus tam Corcyraeis, quam Zacynthiorum exſulibus illico decernit, & ſtatim in Zacynthum Cteſicles, qui ducis munere exſulibus fungatur, contendere jubetur: ſed claſſis in Corcyram mittenda tunc adhuc inſtruebatur. Interea 481.
Plataeenſes, ſocietatem Athenienſium cupide amplexi, in fidem horum urbem ſuam tradere cum decreviſſent, milites inde arceſſunt. Quo Boeotarchae magnopere offenſi, ut ſubſidiariam Athenienſium manum praeverterent, magnas illico copias in eos duxerunt. Et in fines Plataeenſium progreſſi, quod improviſa eſſet haec irruptio, civium plurimos in agris offendunt, quos ſubito equites ſibi praedam faciunt. Reliqui fuga in urbem elapſi, cum ſocii prorſus auxilio deſtituerentur, certis quibusdam pactis, prout hoſti placebat, ſe dedere coguntur. Nam ſuppellectilibus tantum convaſatis, urbem exi-

y Deſit Reg. 2. z Ἀποστείλαντες Coiſl. Clar. Reg. 1. a Συνέστησαν Coiſl. b Γνόντες μὲν Clar. Reg. 2. γνόντες μετὰ Coiſl. c Deeſt Reg. 2. d Καὶ Λακεδαιμονίων τοῖς συμμάχοις, ut μὲν ora Steph. Clar. Coiſl. Reg. 2. Var. prave omnes. e Διατεθ. Clar. f Καταληφθ. Coiſl. Clar. g Συνηρπάγησαν Reg. ambo, Coiſl. Clar.

rat Lacedaemonios favere Oligarchiis ubique, Athenienſes vero ſtatui populari, & ita nunc in Zacyntho ait iis, qui a partibus Lacedaemoniorum erant, populum iratum eos omnes exſulare juſſiſſe: poſtea vero ait eos exſules ad Timotheum Athenienſium ducem confugiſſe, & eo juvante bellum geſſiſſe contra eos, qui erant in urbe. Haec mihi videntur ἀσύστατα. Procul dubio non eſt integer hic locus: deſunt quaedam, quae (ut videtur) exſulum Lacedaemoniis faventium reditum & contrariae factionis Athenienſibus faventis expulſionem continebant. In hoc nodo ſolvendo nihil opis eſt in *Xenophonte*, qui de eo negotio nihil dixit: exſpectanda lux aliunde.
JAC. PALM.

20. Οὗτοι δὲ πρὸς Τιμόθεον τὸν Ἀθηναῖον &c.] Ante haec verba quaedam deeſſe, quae expulſorum Lacedaemoniis faventium reditum, dejectorumque ex inſula Athenienſibus amicorum caſum complectebantur, juſtiſſima eſt doctiſſimi *Palmerii* ſuſpicio. Quid enim Timotheo commune cum exſulibus, partes Spartanorum amplexis? *Xenophon*, etſi paucis tetigerit, rem adfirmat: de Timotheo enim, pace inter Athenienſes & Lacedaemonios facta domum verſus vela faciente, τοὺς Ζακυνθίων φυγάδας ἀπεβίβασεν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν inquit, inſuper adjiciens, reliquos Zacynthios Spartam legatos miſiſſe, quid ipſis a Timotheo illatum fuerit injuriae commemoraturos L. VI. Hellen. p. 456. Zacynthi ergo ſuperiores erant Lacedaemoniorum ſtudioſi, exſulabant Athenienſium partibus addicti, quos Timotheus in patriam reduxit. Ceterum anno ſuperiore haec adminiſtrata videntur, & mox quidem a pace inter Athenienſes & Spartanos conciliata. Docet clare *Xenophon*. Vertente anno Timotheum Athenis fuiſſe, & alii rei praepoſitum, ſuo loco dicetur.
P. WESS.

33. Δόντες τὴν ἡγεμονίαν Ἀριστοκράτει] Nihil de Ariſtocrate, de Alcida, de Cteſicle ab Athenienſibus in Zacynthum miſſo *Xenophon*, quo in his deſcribendis longe uberior *Diodorus*, hoc quidem loco.
P. WESS.

64. Ἐπὶ τῆς χώρας καταληφθέντες] Dubites hoccine an καταλειφθέντας eligas. Poteſt utrumque non incommodam dare ſententiam, & rei geſtae congruam. Plataeenſes nihil tum quidem mali exſpectabant, mero meridie per agros ſparſi. Ἐς τοὺς ἀγροὺς ἀποσκεδασθέντες τοὺς πολλοὺς ὄντας apud *Pauſan.* L. IX. 1. pag. 713., adeoque ἐπὶ τῆς χώρας καταλειφθέντες *relicti deſtitutique in agris erant.* Sed habet etiam καταληφθέντες συναρπασθῆναι quo ſe commendet, quod propterea non moveo.
P. WESS.

68. Τὰ ἔπιπλα λαβόντας ἀπελθεῖν] Diſtinctius *Pauſanias* convenisse tradit, ut viri cum ſingulis, feminae cum binis veſtibus ante ſolis occaſum abirent. προῄει δὲ τοὺς ἐγκαταληφθέντας ἰέναι, οἱ Θηβαῖοι σπονδάς, ἀπιόντα σφᾶς πρὸ ἡλίου δύντος, ἄνδρας μὲν σὺν ἑνί, γυναῖκας δὲ δύο ἱμάτια ἑκάστην ἔχουσαν. Mox recte reſcribendum *Rhodomannus* vidit οἱ μὲν Θηβαῖοι, ut in *Reg.* 2. legitur.

 Ne-

Olymp. CI. III.

exire, & quidem hac conditione, ne unquam Boeotiae pedem inferrent, eos neceſſum erat. Dirutis hinc Plataeis Thebani etiam Theſpias, a ſocietate ipſorum averſas, expugnarunt. Plataeenſes igitur cum liberis & uxoribus Athenas profugi, benignitate populi communi civitatis jure donantur. Et in hoc tum ſtatu res Boeotiae fuerunt.

47. Lacedaemonii autem Mnaſippum claſſi praefectum, cum triremibus LXV. & CIↃ. ac IↃ. militibus, in Corcyram miſerunt. Hic inſulam ingreſſus, cum exſules ad ſe recepiſſet, in portum navigavit, & ſtatim IV. navibus potitus, reliquas tres ad terram fugere compulit. Quas Corcyraei, ne in hoſtium manus venirent, concremarunt. Pedeſtri etiam praelio hoſtes vicit, qui collem quendam occupaverant, & ingentem ubique terrorem Corcyraeis injecit. Porro Athenienſes jampridem Timotheum Cononis ſubſidio Corcyrenſibus cum LX. navium claſſe miſerant. Is vero priusquam ſocios illos Marte juvaret, in Thraciam profectus, multas ibi civitates ad ſocietatem Athenienſium pertraxit, & XXX. triremibus claſſem ſuam auxit. Sed quia tardius Corcyraeis opem ferebat, populi offenſam tum quidem incurrit, & magiſtratu abdicatur. Ubi vero tanto legatorum, qui ad componendum ſocietatis foedus acceſſerant, numero comitatus, & XXX. praeterea triremibus auctior, totamque claſſem probe ad bellum inſtructam habens, Athenas rediit, ſententiam populus mutavit, & imperium militare ipſi reſtituit. Jam ante inſtaurarant etiam alias triremes XL. ut ſumma omnium eſſet CXXX. Frumenti praeterea, & telorum, adeoque omnium, quae bello conducerent, inſignem apparatum fecere. Sed in praeſentia imperio Cteſicli demandato, IↃ. cum eo milites auxilio Corcyraeis mittunt. Is clanculum noctu Corcyram ingreſſus obſeſſores feſellit, oppidanos autem ſeditione laborantes, & prave bellum adminiſtrantes, invenit. Diſſidiis ergo ſtatim pacatis, ſummam

τὰς ἀπελθεῖν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ μηκέτι τῆς Βοιωτίας ἐπιβαίνειν. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ μὲν [h] Θηβαῖοι τὰς Πλαταιὰς κατασκάψαντες, καὶ Θεσπιὰς ἀλλοτρίως πρὸς αὐτοὺς διακειμένας ἐξεπόρθησαν. οἱ δὲ Πλαταιεῖς εἰς Ἀθήνας μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν φυγόντες, [i] τῆς ἰσοπολιτείας ἔτυχον, διὰ τὴν χρηστότητα τοῦ δήμου. καὶ τὰ μὲν κατὰ [k] τὴν Βοιωτίαν ἐν τούτοις ἦν.

Λακεδαιμόνιοι δὲ στρατηγὸν καταστήσαντες Μνάσιππον, ἐξαπέστειλαν ἐπὶ τὴν Κέρκυραν, ἔχοντα τριήρεις μὲν ἑξήκοντα καὶ πέντε, στρατιώτας δὲ χιλίους καὶ πεντακοσίους. οὗτος δὲ καταπλεύσας εἰς τὴν νῆσον, καὶ προσλαβόμενος τοὺς φυγάδας εἰσέπλευσεν εἰς τὸν λιμένα, καὶ τεττάρων μὲν νεῶν ἐκυρίευσε, τῶν δὲ [l] ὑπολοίπων τριῶν νεῶν φυγουσῶν πρὸς τὴν γῆν, αὗται μὲν [m] ἐνεπρήσθησαν ὑπὸ τῶν Κερκυραίων, ἵνα μὴ τοῖς πολεμίοις ὑποχείριοι γένωνται. ἐνίκησε δὲ καὶ [n] πεζῇ τοὺς ἐπί τινα λόφον κατειλημμένους, καὶ καθόλου πολὺν φόβον τοῖς Κερκυραίοις ἐπέστησεν. [o] Ἀθηναῖοι δὲ καὶ πάλαι μὲν ἀπεστάλκεισαν Τιμόθεον τὸν Κόνωνος ἐπὶ βοήθειαν τοῖς Κερκυραίοις μετὰ νεῶν ἑξήκοντα. οὗτος δὲ πρὸ τῆς συμμαχίας ταύτης πλεύσας ἐπὶ Θρᾴκης, καὶ πολλὰς πόλεις ἐπὶ συμμαχίαν προσκαλεσάμενος, προσέθηκε τριάκοντα τριήρεις. τότε δὲ καθυστερῶν τῆς τῶν Κερκυραίων συμμαχίας, τὸ μὲν πρῶτον [p] ἀπέβαλε τὴν στρατηγίαν, τοῦ δήμου χαλεπῶς πρὸς αὐτὸν διατεθέντος. ὡς δὲ παρέπλευσεν εἰς τὰς Ἀθήνας, ἄγων πρεσβειῶν πλῆθος τῶν τὴν συμμαχίαν συντιθεμένων, καὶ τριάκοντα τριήρεις προστεθεικώς, πάντα [q] τε τὸν στόλον εὖ κατεσκευακὼς πρὸς τὸν πόλεμον, μετενόησεν ὁ δῆμος, καὶ πάλιν αὐτῷ τὴν στρατηγίαν ἀποκατέστησε. προκατασκευάζων δὲ καὶ τὰς ἄλλας τριήρεις τετταράκοντα, ὡς καὶ τὰς ἄλλας πάσας γίνεσθαι ἑκατὸν καὶ τριάκοντα· ἐποιοῦντο δὲ καὶ σίτου καὶ βελῶν, καὶ τῶν ἄλλων, τῶν εἰς [r] τὸν πόλεμον χρησίμων, ἀξιολόγους παρασκευάς. κατὰ δὲ τὸ παρὸν στρατηγὸν ἑλόμενοι Κτησικλέα, μετὰ στρατιωτῶν πεντακοσίων ἐξέπεμψαν βοηθήσοντα τοῖς Κερκυραίοις. οὗτος δὲ λάθρα νυκτὸς ἔλαθε τοὺς πολιορκοῦντας εἰσπλεύσας εἰς Κέρκυραν, καὶ καταλαβὼν τοὺς ἐν τῇ πόλει πρὸς μὲν ἀλλήλους στασιάζοντας, τὰ δὲ κατὰ τὸν πόλεμον κακῶς διοικοῦντας, τὰς μὲν στάσεις διέλυσε, 363.

h Θηβαῖοι τὴν Πλάταιαν *Reg.* 2., poſterius etiam margo *Steph.* neque male. Vid. *Caſaub.* in *Athen.* L. IV, 13. ceteri Λακεδαιμόνιοι. *i* Deeſt *Clar.* *k* Abeſt *Reg.* 2. *l* Λοιπῶν *Reg.* 1. *m* Ἐνεπρήσθησαν *Coiſl.* *n* Deſideratur in *Clar.* & *Reg.* 2. *o* Ἀθην. μὲν ἀπεσταλ. καὶ πάλαι *Reg.* 1. tum πρὸς βοήθειαν *idem.* *p* Ἀπεβάλετο *Clar.* *q* Δὲ *Reg.* 2. uterque. *r* Abeſt *Clar.* Paullo ante τὰς πάσας mallem.

Neque enim Lacedaemoniis haec conveniunt. Vide *Iſocratem* Plataic. p. 448. & *Pauſan.* L. IX, 1. p. 713., ubi everſae urbis ejectorumque civium caſum in annum ſequentem, quo Athenis *Aſteius* praetura functus fuit, confert. P. WESS.

70. Οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι] Vitioſe pro οἱ Θηβαῖοι. L. RHOD.

71. Καὶ Θεσπιὰς &c. ἐξεπόρθησαν] Si non fallit *Pauſanias*, Theſpias poſt partam ad Leuctra victoriam Thebani everterunt; refert enim Theſpienſes, quod Thebanis non admodum ſtuderent, ante praelium Leuctricum ex eorum caſtris diſceſſiſſe domum; metu dein eorumdem relicta urbe Cereſſum confugiſſe, quod Theſpienſis agri munitum erat caſtellum; inde depulſos fuiſſe ab Epaminonda L. IX, 14. Sed falſus eſt profecto. Nam cum ſequente anno de pace inſtauranda Spartanos inter & Athenienſes ageretur, ἀπόλιδες erant Theſpienſes, aegerrimeque utraque civitas ferebat τὴν Πλαταιέων τε καὶ Θεσπιέων ἀπώλειαν, *Xenophonte* auctore L. VI. Hellen. pag. 461. Adde inter cauſſas belli, a Cleombroto Thebanis illati, fuiſſe ut Plataeenſium & Theſpienſium urbes in integrum reſtituerentur. Sic Noſter hujus Lib. C. 51. P. WESS.

79. Ἑξήκοντα καὶ πέντε] *Xenophon* εἰς ἑξήκοντα, nihil admodum diſſentiens. Eum L. VI. p. 456. adi. P. WESS.

88. Ἀθηναῖοι δὲ καὶ πάλαι μὲν ἀπεστ. Τιμόθεον] Id quidem verum eſt. Hoc tamen tempore claſſi imperator ſuppoſitus fuit, ut Corcyraeis ſubveniret. Annum menſemque *Demoſthenes* ita ſignat Or. in Timoth. p. 658. Ἐπὶ Σωκρατίδου τοῦ ἄρχοντος, Μουνυχιῶνος μηνός, μέλλων ἐκπλεῖν τὸ ὕστερον ἐκπλοῦν Τιμόθεος στρατηγός. P. WESS.

1. Μετενόησεν ὁ δῆμος, καὶ πάλιν αὐτῷ &c.] Negat *Demoſthenes*, imperium illi abrogatum gravemque dicam impactam ab Iphicrate & Calliſtrato tradens. Addit, deprecantibus amicis, reguliſque Alcetae & Jaſoni condonatum quidem Timotheum, Claſſis tamen praefectura plane fuiſſe amotum. Αὐτὸν δὲ τοῦτον ἐξαιτησάμενοι μὲν τῆς ἐπιστολῆς καὶ εἰσιέναι αὐτὸν ἀπάντων, ἔτι δὲ Ἀλκέτου καὶ Ἰάσονος, συμμάχων ὄντων ὑμῖν, μόλις μὲν ἐπείσετε ἀφεῖναι, στρατηγοῦντα δὲ αὐτὸν ἐπαύσατε Orat. in Timoth. p. 658. Hoc amplius, Athenis Timothei cauſſam inſequente anno, cui Aſteius Archon nomen dedit, fuiſſe diſceptatam, venitaſſeque Alcetam & Jaſonem in urbem ad Timotheum, ut praeſentem periculo eriperent. His conſentanea ſcribit *Xenophon*, συγγνώμην οὐκ ἔχων αὐτῷ (Τιμοθέῳ) ἀλλὰ παύσαντες αὐτὸν τῆς στρατηγίας, Ἰφικράτην αἱροῦνται) Hellen. L. VI. p. 457. Dices privatum, quod tamen Auctor haud feret, in claſſe Iphicratis Timotheum egiſſe: ſed nec id patitur *Xenophon*, Iphicratem laudans, quod prudenti uſus conſilio ſibi ad hanc expeditionem Calliſtratum & Chabriam ſocios adſciverit, ne abſenti nocerent, de Timotheo tacens, dicti lib. p. 461. Quem itaque Auctor ſequatur, dicere non habeo. P. WESS.

5. Στρατηγὸν ἑλόμενοι Κτησικλέα] Paullo ante C. 46. Cteſiclem in Zacynthum ad res gerendas amandavit, unde eum tam cito rediiſſe, equidem haud opinor. *Xenophon* ſub idem tempus, quo Timotheus claſſi praeficiebatur, Στησικλέα, *Steſiclem* cum IↃC. peltaſtis miſſum ait, ut per Moloſſorum ditionem Alcetae regis auxilio, ad mare atque in Corcyram tenderet: verius fortaſſe. Vide ejus Hellen. L. VI. p. 457. P. WESS.

16. Τόν τε Μνάσιππον ἀνεῖλε] Bellum ille ſegniter & inprudenti ratione adminiſtrabat, nota, neque immerita, inuſtus ab eodem *Xenophonte* L. VI, p. 456. & 458. P. WESS.

τῆς δὲ πόλεως πολλὴν ἐπιμέλειαν ποιησάμενος, εὐθαρσεῖς ἐποίησε τοὺς πολιορκουμένους· καὶ τὸ μὲν πρῶτον [s] ἀπροσδοκήτως τοῖς πολιορκοῦσιν ἐπιθέμενος, ἀνεῖλεν αὐτῶν περὶ διακοσίους, ὕστερον δὲ μεγάλης μάχης γενομένης, τόν τε Μνάσιππον ἀνεῖλε καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγους. τέλος δὲ τοὺς πολιορκοῦντας εἰς [t] πολιορκίαν συγκλείσας, μεγάλων ἐπαίνων ἔτυχε. τοῦ δὲ περὶ τὴν Κέρκυραν πολέμου σχεδὸν ἤδη τέλος ἔχοντος, κατέπλευσεν ὁ στόλος τῶν Ἀθηναίων εἰς τὴν Κέρκυραν, ἔχων στρατηγοὺς Τιμόθεον καὶ Ἰφικράτην. οὗτοι δὲ τῶν καιρῶν ὑστερηκότες, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔπραξαν μνήμης ἄξιον, τριήρεσι δὲ Σικελικαῖς περιτυχόντες, ἃς Διονύσιος ἦν ἀπεσταλκὼς Λακεδαιμονίοις ἐπὶ συμμαχίαν, ὧν ἡγοῦντο Κισσίδης καὶ Κρίνιππος, αὐτάνδρους εἷλον, οὔσας ἐννέα. τοὺς δ' ἁλόντας λαφυροπωλήσαντες, καὶ πλείω τῶν ἑξήκοντα ταλάντων ἀθροίσαντες, ἐμισθοδότησαν τὴν δύναμιν. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, κατὰ μὲν τὴν Κύπρον [v] Νικοκλῆς ὁ εὐνοῦχος ἐδολοφόνησεν Εὐαγόραν τὸν βασιλέα, καὶ τῆς Σαλαμινίων βασιλείας ἐκυρίευσε· κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν, Ῥωμαῖοι πρὸς [x] Πραινεστίνους παραταξάμενοι καὶ νικήσαντες, τοὺς πλείστους τῶν ἀντιταξαμένων κατέκοψαν.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἀστείου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλιάρχους ἕξ, Μάρκον [y] Φούριον, καὶ Λεύκιον [z] Φούριον, ἔτι δὲ Αὖλον Ποστούμιον, καὶ Λεύκιον Λυκρήτιον, καὶ Μάρκον Φάβιον, καὶ Λεύκιον Ποστούμιον· ἐπὶ δὲ τούτων κατὰ τὴν Πελοπόννησον ἐγένοντο σεισμοὶ μεγάλοι καὶ κατακλυσμοὶ χώρας καὶ πόλεων ἄπιστοι. οὐδέποτε γὰρ ἐν τοῖς ἐπάνω χρόνοις ἐγένετο πάθη τοιαῦτα περὶ πόλεις Ἑλληνίδας, οὔτε τῶν πόλεων αὐτάνδρων ἀφανισμὸς, θείας τινὸς ἐνεργείας τὴν ἀπώλειαν καὶ φθορὰν τῶν ἀνθρώπων μηχανησαμένης. ἐπέτεινε δὲ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς ὁ καιρός. οὐ γὰρ ἡμέρας συνέβη γενέσθαι τὸν σεισμὸν (ἐν ᾗ δυνατὸν ἦν τοὺς κινδυνεύοντας βοηθεῖν ἑαυτοῖς) ἀλλὰ νυκτὸς τοῦ πάθους συμβάντος, αἱ μὲν οἰκίαι διὰ τὸ μέγεθος τοῦ σεισμοῦ καταρριπτούμεναι [a] συνεχέοντο, οἱ δὲ ἄνθρωποι, διά τε τὸ σκότος καὶ τὸ τῆς περιστάσεως ἀπροσδόκητον καὶ παράδοξον, ἀδυνάτως εἶχον ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς σωτηρίας. Οἱ μὲν οὖν πλείους ἐναποληφθέντες τοῖς

urbis defenſioni curam impendit, & hoc pacto Olymp. CI. III.
magnam obſeſſis fiduciam injecit. Et quod primum fuit, eruptione praeter ſpem in hoſtes facta, CC. ex illis interemit. Hinc acri cum eis praelio congreſſus, tum Mnaſippum interfecit, tum complures alios neci dedit. Jamque bellum in Corcyra prope confectum erat, cum Athenienſium claſſis, Timotheo & Iphicrate ducibus, ad Corcyram appulit. Hi quia tardius acceſſerant; nihil aliud 482.
memoria dignum effecerunt, niſi quod triremes IX. e Sicilia, quas Dionyſius Lacedaemoniis in ſubſidium miſerat, ſub Caſſidae & Crinippi ductu, una cum viris ceperunt: & e captivorum diſtractione talentis plus quam LX. collectis ſtipendia militibus perſolverunt. Haec dum ita ſeſe habent, Nicocles eunuchus in Cypro, obtruncato per inſidias rege Evagora, Salaminiorum regnum ſibi rapuit. In Italia Romani inſtructa cum Praeneſtinis acie congreſſi, & victores, pleroſque qui contra ipſos ſteterant, contrucidarunt.

48. Archonte dehinc Athenis Aſteio, & Ro- Olymp. CI. IV.
mae Tribunis militum, nempe M. Furio, & L. Furio, A. Poſtumio, L. Lucretio, M. Fabio & L. Poſtumio, conſulari poteſtate creatis, tam enormes in Peloponneſo terrae motus & aquarum inundationes per regionem & urbes acciderunt, ut res omnem prope fidem excedat. Nunquam enim ſeculis antactis hujusmodi calamitates Graecorum urbes oppreſſerunt, adeo quidem, ut urbes una cum incolis abſorberentur. Et certe divina quaedam vis & efficacitas iſtam hominum perniciem atque cladem architectabatur. Magnitudinem calamitatis ipſum quoque tempus aggravavit. Non enim per diem, ubi periculis circumventi aliquid ſibi opis adferre poterant, ſed noctu terrae motus ingruebat. Domus igitur ſumma tremoris vehementia inter ſe confuſae proruebant. Mortaleſque tenebris impediti, ſubitoque & nec opinato illo caſu perplexi, nullam ſalutis capeſſendae viam noverant. Quo factum, ut major pars cum aedium rui-

s Non legitur in Reg. 2. t Πολιορκίαν μεγάλην idem. v [illegible] Coisl. x Πραινεστίνους Clar. y Φούριον ora Steph. & mox iterum. z Exulat ex Coisl. a Συνέχεον Reg. 2.

26. Καὶ Κρίνιππος] In Xenoph. lib. dicto p. 460. Ἄννιππος & ad oram Κνῖπος. Sed male. Κρίνιππον eundem vocat Polyaenus Strateg. L. III, 9, 55. P. Wess.

30. Νικοκλῆς ὁ εὐνοῦχος] Non meminit de caede Iſocrates, licet de Evagora & Nicocle multa dixerit. Nicocles fuit Evagorae legitimus filius, ut ex eodem Iſocrate patet. Sed ex ejus ſilentio non eſt damnandus, ut falſus, hoc loco Diodorus. Nam is Rhetor Nicocli adulatur, & ideo potuit praeterire tam dirum facinus. Theopompus certe L. XII. Hiſtoriarum apud Photium, eunuchum quendam ait eam caedem patraſſe, ſed eum Thraſydaeum nomine, patria Eleum fuiſſe, ait. Occidit autem non ſolum Evagoram, ſed & ejus filium Pythagoram, majorem, ut puto, natu, & forte ut regnaret Nicocles, ut conjicere licet ex illo Theopompi loco cum Diodori collato, & ex Rhetoris ſilentio, qui de morte Evagorae nec in Evagora, nec in duabus ad Nicoclem exhortationibus ne verbum quidem fecit. Ideo non dubito ex his praemiſſis concludere hoc loco Diodori debere legi, Νικοκλῆς καὶ ὁ εὐνοῦχος. JAC. PALM.

Νικοκλῆς ὁ εὐνοῦχος &c.] In his aliquid deeſſe, ſuſpicio haud eſt injuſta. Evagoram ab eunucho fuiſſe interemtum conſentiunt Ariſtoteles Polit. L. V, 10. & ex Theopompo ſuo Photius Cod. CLXXVI. Patri ſucceſſiſſe Nicoclem, quem nemo, quod quidem reſcire potui, eunuchum perhibuit, Iſocrates teſtis eſt. Laudandum ergo Palmerii, etſi fortaſſe non bene cecidit, inſtitutum. Lege enim Νικοκλῆς καὶ εὐνοῦχος, ut ille correxit, neceſſario in regni etiam ſocietatem, ſicuti in parricidii partes venerat, admittendus erit eunuchus: de quo tamen Cypri rege quis memoravit? Potius acceſſero Simſonio, qui in Chron. ad ann. 3631. deficientem orationem ſupplevit & emendavit, Νικοκλῆς, ἐπεὶ ὁ εὐνοῦχος — βασιλέα, τὸν υἱὸν &c. Sic conſtat oratio, & ſceleris ſocietate eximitur Nicocles. Tractavit hunc quoque locum Hier. Wolfius ad Evagorae Iſocratei principium, viſumque ſibi eſt animadvertiſſe, Diodorum ſecum pugnare: namque hic doceri, eunuchi fraude Evagoram periiſſe; eundem vero Evagoram rebus gerendis in Cypro praeponi L. XVI, 42., atque iterum interfici ejuſdem lib. C. 46. Sed aberravit a recto tramite vir doctiſſimus. Evagoras iſte alius eſt, & prioris, uti videtur, filius: plures enim reliquit, non omnes quidem reges, neminem tamen privata conditione. Οὐδένα ἰδιωτικοῖς ὀνόμασι προσαγορευομένους, Iſocrates ait Evagor. pag. 197. P. Wess.

36. Ἐπ' ἄρχοντος — Ἀστείου] Verum hoc hominis nomen, quod praeter Diodorum edunt Demoſthenes O. in Timoth. pag. 659., Pauſanias L. IX, 1. p. 713. Pariumque marmor. Solus Ariſtoteles L. I. Meteor. C. 6. ἐπ' Ἀσαίου ἄρχοντος, ubi ex margine Ἀστείου eſſe adſciſcendum bene monuerunt viri docti. P. Wess.

37. Μάρκον Φούριον &c.] Inſignis hic tandem Livium inter & Diodorum concordia. Vide illum de his tribunis conſulari poteſtate & bello Praeneſtino, quo de paullo ante Noſter, L. VI, 22. P. Wess.

43. Ἐγένετο πάθη τοιαῦτα] De hoc genere dictum alias. Vid. not. in L. I, 93. III, 21. V, 8. P. Wess.

49. Ἀλλὰ νυκτὸς τοῦ πάθους συμβάντος] Noctu hanc calamitatem duabus illis urbibus exitium attuliſſe, Heraclides teſtatur etiam in Strabone L. VIII. pag. 590. & Aelianus de Animal. L. XI, 19. Suſpicor autem Diodorum haec deſcripſiſſe ex Calliſthenis Ἑλληνικῶν opere; cujus extremo Lib. XIV. meminit. Eum enim in his libris diſputaſſe diligenter, quemadmodum Helice & Bura fuit merſae, & quis illas caſus in mare, vel in illas mare

Olymp. CI. IV. ruinis oppreſſi, miſere perirent. Quamprimum vero illuxit, nonnulli e tectis proſiluere. ſed hi ipſi dum periculum ſe evaſiſſe autumant, in malum longe gravius minuſque opinatum inciderunt. Cum enim mare intumeſcens fluctus in altum nimis attolleret, cum patriis univerſi laribus abſorpti perierunt. Malum hoc duas praecipue urbes Achaiae, Helicen & Buram corripiebat. Quarum illa maximam inter Achaiae urbes dignitatem ante convulſionem iſtam obtinuerat. Acris ſuper mali hujus origine diſputatio habita fuit. Phyſici quidem id genus eventorum cauſas non ad Numen, ſed naturales quaſdam & omnino neceſſarias circumſtantias, reducunt. Verum qui pie ac reverenter de numine ſentiunt, probabilem de hoc ipſo rationem exponunt: quod videlicet ira Deûm, ob religionis ſuae violationem hac clade vindicarint: Quod narratione particulari etiam nos exactius perſequemur.

49. Novem per Ioniam urbes ſolenni Panionia conventu frequentare, & opimas Neptuno victimas, antiquo ritu, ad Mycalen, quam vocant, in ſolitario quodam loco, ſacrificare conſueverant. Quae feſti Panionici ſolennitas cum per crebra illic bella celebrari non amplius poſſet: in locum magis tutum ab Epheſo non procul, comitia illa tranſtulerunt. Sed miſſis Delphos legatis oraculo juſſi fuerant, ut a vetuſtiſſimis majorum ſuorum delubris, ex Helice videlicet, urbe regionis, quondam Ioniae, at nunc Achaiae nuncupatae, ſtatuas acciperent. Iones ergo, ut oraculo moniti fuerant, in Achaïam mittunt, qui ſimulacra inde petant. Hi in publicis Achaeorum comitiis cauſam legationis exponunt, & ad concedendum, quod petebatur, illos adducunt. Sed Helicenſes oraculum habebant vetuſtum, tum in ſummo res periculo fore, ſi in ara Neptuni Iones ſacra facerent. Horum itaque recordati ſtatuas Ionibus permittere detrectant, fanum illud non ad totam Achaeorum communitatem, ſed privatim ad ſe pertinere contendentes. Idem a Buranis etiam, qui cum Heli-
483. cenſibus conſenſerant, agitabatur. Nihilominus tamen Iones communi Achaeorum decreto pote-

πτώμασι τῶν οἰκιῶν ἠφανίσθησαν· ἐπιλαβούσης δ' ἡμέρας, τινὲς ἐξεπήδων ἐκ τῶν οἰκιῶν, καὶ δόξαντες ἐκπεφευγέναι τὸν κίνδυνον, μείζονι καὶ παραδοξοτέρᾳ συμφορᾷ περιέπεσον. τῆς γὰρ θαλάσσης μετεωρισθεί- 364.
σης ἐπὶ πολὺ, καὶ κύματος ὑψηλοῦ ἐξαιρομένου, κατεκλύσθησαν ἅπαντες, σὺν ταῖς πατρίσιν ἀφανισθέντες. ἐγένετο δὲ τοῦτο τὸ πάθος τῆς Ἀχαΐας [b] περὶ δύο πόλεις, Ἑλίκην τε καὶ Βοῦραν· ὧν τὴν Ἑλίκην τε συνέβαινε μέγιστον τῶν κατὰ τὴν Ἀχαΐαν πόλεων ἔχειν ἀξίωμα πρὸ τοῦ σεισμοῦ. περὶ δὲ τῶν συμπτωμάτων μεγάλης οὔσης ζητήσεως, οἱ μὲν φυσικοὶ πειρῶνται τὰς αἰτίας τῶν τοιούτων παθῶν οὐκ εἰς τὸ θεῖον ἀναφέρειν, ἀλλ' εἰς φυσικάς τινας καὶ κατηναγκασμένας περιστάσεις· οἱ δ' εὐσεβῶς διακείμενοι πρὸς τὸ θεῖον, πιθανάς τινας αἰτίας ἀποδιδόασι τοῦ συμβάντος, ὡς διὰ θεῶν μῆνιν γεγενημένης τῆς συμφορᾶς τοῖς εἰς τὸ θεῖον ἀσεβήσασι. περὶ ὧν καὶ ἡμεῖς ἀκριβῶς ἀναγράψαι πειρασόμεθα [c] ἐν τῇ κατὰ μέρος ἱστορίᾳ.

Κατὰ τὴν Ἰωνίαν ἐννέα πόλεις εἰώθεισαν κοινὴν ποιεῖσθαι σύνοδον τὴν τῶν Πανιωνίων, καὶ θυσίας συνθύειν ἀρχαίας καὶ μεγάλας Ποσειδῶνι περὶ τὴν ὀνομαζομένην Μυκάλην ἐν ἐρήμῳ τόπῳ. ὕστερον δὲ πολέμων γενομένων περὶ τούτους τοὺς τόπους, οὐ δυνάμενοι ποιεῖν τὰ Πανιώνια, μετέθεσαν τὴν πανήγυριν εἰς ἀσφαλῆ τόπον, ὃς ἦν πλησίον τῆς Ἐφέσου. πέμψαντες δὲ θεωροὺς Πυθῶδε, χρησμὸν ἔλαβον, ἀφιδρύματα λαβεῖν ἀπὸ τῶν ἀρχαίων καὶ προγονικῶν αὐτοῖς βωμῶν, ἐξ Ἑλίκης τῆς [d] ἐν τῷ τότε μὲν Ἰωνίας, νῦν δὲ Ἀχαΐας καλουμένης. οἱ μὲν οὖν Ἴωνες κατὰ τὸν χρησμὸν ἔπεμψαν εἰς Ἀχαΐαν τοὺς ληψομένους τὰ ἀφιδρύματα· οὗτοι δὲ πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν διαλεχθέντες, ἔπεισαν διδόναι τὰ ἀξιούμενα. οἱ δὲ τὴν Ἑλίκην οἰκοῦντες, ἔχοντες παλαιὸν λόγιον, ὅτι τότε κινδυνεύσουσιν, ὅταν Ἴωνες ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Ποσειδῶνος θύσωσιν, ἀναλογιζόμενοι τὸν χρησμὸν, ἀντέλεγον τοῖς Ἴωσι περὶ τῶν ἀφιδρυμάτων, λέγοντες μὴ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν, ἀλλ' ἴδιον αὐτῶν εἶναι τὸ τέμενος. συνέπραττον δὲ τούτοις καὶ οἱ τὴν Βοῦραν οἰκοῦντες· τῶν δὲ Ἀχαιῶν κοινῷ δόγματι συγχωρησάντων, οἱ μὲν Ἴωνες ἔθυσαν ἐπὶ τοῦ βω-

μοῦ

b Ἐπὶ δύο Reg. 1. c Ἐν τῇ ſolus Coiſl., quem probo. Deerat vulgo praepoſitio. d His duobus notam defectus adpoſuit Steph.

mare inmiſerit, novimus ex *Seneca* Q. Nat. L. VI, 23. Nam ſingulari *Calliſthenem* libro, quod vir egregius ad *Strabonem* opinabatur, de miſerabili urbium earum clade egiſſe, non liquet. P. WESS.

61. Ἑλίκην τε καὶ Βοῦραν] *Strabo* L. I. p. 102. Βοῦρα δὲ καὶ Ἑλίκη, ἡ μὲν ὑπὸ χάσματος, ἡ δὲ ὑπὸ κύματος ἠφανίσθη. Cujus opinio ſi valeat, earum altera hiatu terrae hauſta ſubſidit. Alii pluresque numero, ut bene ibi vir magnus, utramque fluctibus abſorptam prodiderunt, in quorum ordine *Ovidius* etiam Metamorph. XV, 293. cum nota *N. Heinſii*. Quae quidem diſcordia ceſſabit, ſi eodem illo tempore & χάσματα θαλάττης & κυμάτων ἐπιδρομαὶ fuerint, ſicuti Auctor ait de Mundo C. 4., ſive *Chaſmatiae, qui grandiori motu, patefactis ſubito voratrinis, terrarum partes abſorbent*, apud *Ammian.* L. XVII, 7. Tum enim & altera fluctibus hauriri, alteraque voragine quadam peſſum ire potuit. Major eſt difficultas in diſſenſu *Polybii*, pulcre animadverſa ab Ill. *Ezech. Spanhemio* ad *Callim.* H. Del. v. 101. Adfirmat enim prudentiſſimus ſcriptor, in ſuam uſque aetatem duraſſe in Achaia urbem Buram, deletis Oleno & Helice L. II, 41. Sed & ea evaneſcet penitus, modo obſervetur, Buraeorum haud paucos, cum patria ea clade urbs exſtingueretur, peregre afuiſſe: illos dein eodem nomine urbem in vicino colle condidiſſe. Id diſertiſſime docet *Pauſanias* L. VII, 25. p. 590., miror que obſervatum non eſſe ab Illuſtri viro. Hoc vero ſingulare, quod *Aelianus* in literas retulit de muribus, muſtelis, ſerpentibus & ſcolopendris, quae die Helices cladem antecedente quaſi agmine facto ea ex urbe exceſſerint. Ἀθρόα, inquit Hiſt. Anim. XI, 19., ὑπεξῄει τῇ ὁδῷ, τῇ ἐς Κερίαν ἀναφερούσῃ. quo in loco, niſi vehementer fallor, menda tenaciter haeret. Scripſeris τῇ ἐς Κερύνειαν ἀναφερούσῃ, & macula deerit. Nam prope Helicen in colle ad viam militarem Cerynea ſedem habebat. Μετὰ δὲ Ἑλίκην — ἔξεις ἐς πόλισμα Κερύνειαν· ᾤκισται δὲ ὑπὲρ τὴν λεωφόρον ἐν ὄρει dicit *Pauſanias* L. VII, 25. p. 589. Adde *Polyb.* II, 41. & *Strabon.* L. VIII. pag. 593., qui Κηρυνίαν adpellant, male, arbitror, & librariorum peccato. *Polybii* certe ſcriptus liber, qui *Boecleri* fuerat, Κηρύνειαν & C. 43. Μάργος ὁ Κερυνεὺς praeferebat, a vero, quod fluvius Κερυνίτης aliaque apud *Pauſaniam* adfirmant, non longe deflectens. Sed haec nunc non agimus. P. WESS.

74. Κατὰ τὴν Ἰωνίαν ἐννέα πόλεις] Imo vero *duodecim*, quas praeter *Herodotum* L. I, 145. & 148. annumerat *Strabo* L. XIV. p. 939. Admiſſa dein Smyrna eſt in Sacrorum & foederis ſocietatem, unde ΚΟΙΝΟΝ ΙΓ ΠΟΛΕΩΝ in Antonini Pii numo de *commune* XIII. *Joniae urbium* viri docti interpretantur. Vid. *Ezech. Spanhem.* De Num. Uſu & Praeſt. Diſſ. IX. p. 643. & *Gottf. Olearium* ad *Philoſtrat.* Vit. Apoll. L. IV, 5., ubi in urbium numero alius error. P. WESS.

76. Περὶ τὴν ὀνομαζομένην Μυκάλην] Vide *Strabon.* L. XIV. pag. 947., & quae ibi vir magnus. P. WESS.

81. Πέμψαντες δὲ θεωροὺς Πυθῶδε] Saepe θεωροὶ, ut Grammatici monent, οἱ πεμπόμενοι εἰς θεοὺς, atque in primis, qui Delphicum Apollinem ſciſcitatum mittuntur. Quare ἀνὴρ θεωρὸς Δελφικῆς ἀφ' ἑστίας in *Sophoclis* Oedip. Col. v. 409. & ἰδέσθαι δὲ καὶ θεωρὸν πέμψαι σφίσιν ἐς Δελφοὺς *Pauſan.* L. IV, 9., Archiasque θεωρὸς, Corintho, ut Apollinem conſuleret, Delphos miſſus apud *Plutarch.* T. II. p. 773. B. Plura non addo. Fecit abunde Celeb. *Dukerus* ad *Thucydid.* L. V, 16. P. WESS.

82. Ἀφιδρύματα λαβεῖν] Opportunum hoc & ſignificantiſſimum. Miſſi erant legati, ut Jonibus peterent μάλιστα μὲν τὸ βρέτας τοῦ Ποσειδῶνος, εἰ δὲ μὴ, τό γε ἱεροῦ τὴν ἀφίδρυσιν teſte *Strabone* L. VIII. p. 590. Impetrare ergo voluerunt aut ipſam Neptuni Heliconii imaginem, aut ſi illa negaretur, aliam ad ejus habitum & formam effictam. Id ἀφίδρυμα proprie; etſi vulgo pro quovis ſimulacro uſurpetur. Idem ille *Strabo* vocis uſum illuſtrabit L. V. p. 366., cum de Dianae Nemorenſis ſacris, λέγει δ' εἶναι, inquit, ἀφίδρυμα τῆς Ταυροπόλου. & L. IV. pag. 271.

μοῦ τοῦ Ποσειδῶνος, κατὰ τὸν χρησμόν οἱ δ' Ἑλικεῖς τὰ χρήματα διαρρίψαντες τῶν Ἰώνων, τούς τε θεωροὺς συναρπάσαντες, ἠσέβησάν τε εἰς τὸ θεῖον. ἀνθ' ὧν [e] φασι μηνίσαντα τὸν Ποσειδῶνα, διὰ τοῦ σεισμοῦ καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τὰς ἀσεβούσας πόλεις λυμήνασθαι. τοῦ δ' ἐκ Ποσειδῶνος γεγονέναι τὴν μῆνιν ταῖς πόλεσι φασὶν ἐμφανεῖς ἀποδείξεις ὑπάρχειν, διὰ τὸ τῶν σεισμῶν καὶ τῶν κατακλυσμῶν τοῦτον τὸν θεὸν ἔχειν διειληφέναι τὴν ἐξουσίαν, καὶ διὰ τὸ δοκεῖν τὸ παλαιὸν τὴν Πελοπόννησον οἰκητήριον γεγο-
365. νέναι Ποσειδῶνος, καὶ τὴν χώραν ταύτην ὥσπερ ἱερὰν τοῦ Ποσειδῶνος νομίζεσθαι, καὶ τὸ σύνολον πάσας τὰς ἐν Πελοποννήσῳ πόλεις μάλιστα τῶν ἀθανάτων τὸν θεὸν τιμᾶν τοῦτον· πρὸς δὲ τούτοις, τὴν Πελοπόννησον κατὰ βάθους ἔχειν μεγάλα κοιλώματα, καὶ συστάσεις ὑδάτων ναματιαίων μεγάλας. εἶναι γὰρ ἐν αὐτῇ δύο ποταμοὺς φανερῶς ῥέοντας ὑπὸ γῆν· ὅ, τε γὰρ περὶ Φενεὸν ποταμὸς εἰς τὴν γῆν καταδυόμενος ἐν τοῖς προτέροις χρόνοις ἠφανίζετο, τῶν κατὰ γῆς ἄντρων αὐτὸν ὑποδεχομένων· ὅ, τε περὶ τὸ [f] Στύμφιον εἰς τὸ χάσμα καταδυόμενος, ἐπὶ διακοσίους σταδίους φέρεται κεκρυμμένος κατὰ γῆς, καὶ παρὰ τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν ἐξίησι. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις λέγουσιν, ὅτι πλὴν τῶν ἀσεβησάντων οὐδεὶς ἄλλος περιέπεσε τῇ συμφορᾷ. καὶ περὶ μὲν τῶν γενομένων σεισμῶν καὶ κατακλυσμῶν ἀρκεσθησόμεθα τοῖς ῥηθεῖσιν.

[g] Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἀλκισθένους, Ῥωμαῖοι μὲν ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλιάρχους κατέστησαν ὀκτὼ, Λεύκιον Οὐαλέριον καὶ Πόπλιον [h] Ἄγκον, ἔτι δὲ [i] Γάϊον [k] Τερέντιον, καὶ Λεύκιον Μενήνιον, πρὸς δὲ τούτοις, [l] Γάϊον Σουλπίκιον, [m] καὶ Τίτον Παπίριον, καὶ Λεύκιον, Αἰμίλιον, [n] καὶ Φάβιον Μάρκον. παρὰ δὲ Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς ἤχθη δευτέρα πρὸς ταῖς ἑκατὸν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Δάμων Θούριος. ἐπὶ δὲ τούτων, Λακεδαιμονίων ἔτη σχεδὸν πεντακόσια τῆς Ἑλλάδος ἐχόντων τὴν ἡγεμονίαν, τὸ θεῖον προεσήμαινεν αὐτοῖς τῆς ἀρχῆς τὴν ἀποβολήν. ὤφθη μὲν γὰρ κατὰ τὸν οὐρανὸν ἐπὶ πολλὰς νύκτας λαμπὰς μεγάλη καομένη, ἀπὸ τοῦ σχή-

ſtatem adepti, ut oraculum eventu comprobaretur, victimas in ara Neptuni obtulerunt. Helicenſes igitur disjectis Ionum rebus, Theoriſque in vincula compactis, enormem adverſus Numen impietatem deſignarunt. Ad vindicandam igitur tam atrocem injuriam Neptunum aiunt iratum terrae motu ſimul & maris inundatione extremam urbibus illis calamitatem inflixiſſe. Quod autem Neptuni hoc ira factum ſit, pro evidenti hoc argumento afferunt, quod & terrae motus & diluvia Deus iſte in poteſtate habere credatur, & quod a vetuſtiſſima hominum memoria Peloponneſus habitaculum Neptuni, & regio haec eidem ſacra habeatur; quod omnes denique Peloponneſi civitates prae omnibus aliis ipſum religioſe venerentur. Ad hanc cauſam aliam inſuper rationem accedere perhibent. Sunt in Peloponneſo (aiunt) magnae in viſceribus terrae cavitates, ubi vaſti etiam fiunt aquarum hinc inde confluentium lacus. Certe duo in ea fluvii exſiſtunt, qui manifeſte in hiatus terrae ſe praecipitant. Amnis enim, qui Pheneum praetercurrit, ſuperiori aevo in profunda delapſus, ex oculis hominum abiit; quod a ſubterraneis nimirum ſpecubus exciperetur. Alter vero ad Stymphium hiatu quodam abſorptus, poſtquam occultum ſub terra lapſum per CC. ſtadia tenuit, prope Argivorum urbem emergit. His huc uſque memoratis additur, quod praeter inceſtatae pietatis reos, nemo ultra calamitatem iſtam expertus fuerit. Haec ergo de terrae concuſſionibus & diluviis, in Peloponneſo ortis, dicta nobis ſufficiant. Olymp. CI. IV.

50. Principem hinc Athenis magiſtratum gerente Alciſthene, & Romae Trib. mil. IIX. conſulum loco ſurrogatis, L. & P. Valeriis, C. Terentio, L. Menenio, C. Sulpitio, T. Papirio, L. Aemilio & M. Fabio; altera ſupra centeſimam Olympias Eleis celebrata fuit, qua ſtadii victoriam Damo Thurius obtinebat. Tum Lacedaemonii[g] qui Iↄ. prope annos imperium Graeciae tenuerant, jacturam ejuſdem certis Numen ſignis portendebat. Ingens enim fax, quae ignitae trabis nomen a figura ſortiebatur, per multas noctes ardere in Olymp. CII. I.

e Φησὶ Coiſl. Clar. f Στύμφην Steph. ora, Vat. Coiſl. Reg. 1. g Ἐπάρχοντος Clar. h Non habet Coiſl. i Γνάϊος idem & margo Steph. k Tria, quae ſequuntur, abſunt Coiſl. l Deſit in eodem. m Quinque ſuccedentia vocabula omittit Coiſl. Παπύριον Edd. n Et haec tria deſiderantur in eodem. Edd. Φλάβιον.

271. A. Dianam ajunt κελεῦσαι συναπαίρειν —— ἀφίδρυμά τι τοῦ ἱεροῦ λαβόντα. & L. IX. p. 618. A. Ἔστι Δήλιον τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκ Δήλου ἀφιδρυμένον. Atque ita ille ſaepe. Cape ad eum etiam modum ἀφιδρύματα θεῶν, ὥσπερ τῷ ἀνδρὶ καὶ αὐτῇ πατρῷα ἦν in Joſephi Ant. J. L. XVIII, 9, 5. P. Wess.

83. Τῆς ἐν τῷ τότε μὲν Ἰωνίας &c.] Eo tempore, cum Ionum majores ante Heraclidarum reditum illam regionem ararent & haberent. Aliter ſi intellexeris, error erit. Vid. Pauſan. L. VII, 6. P. Wess.

97. Τὰ χρήματα διαρρίψαντες τῶν Ἰώνων] Non ſacras tantum res disjecerunt, ſed & legatos ad aram jugularunt. Aelianus de Animal. L. XI, 19. Ἐπειδὴ γὰρ ἀφίκοντο ἐς τοὺς Ἴωνας τοὺς ἀφικομένους οἱ Ἑλικεῖς, καὶ ἐπὶ βωμοῦ ἀπέσφαξαν αὐτούς. Cui fere conſentit Pauſan. L. VII, 24. P. Wess.

2. Τοῦ δ' ἐκ Ποσειδῶνος &c. τὴν μῆνιν &c.] Ita & Pauſanias dicto loco μήνιμα ἐκ Ποσειδῶνος, & L. IV, 24. de terrae motu ἀπέβη ἐκ Ποσειδῶνος μήνιμα. Perſuaſerat ſibi credula vetuſtas, Neptunum humentis eſſe ſubſtantiae poteſtatem, quem propterea ENNOSIGAEON & SISICHTHONA poetae veteres & Theologi nuncupaverunt docente Ammiano L. XVII, 8. Hine quoque cultus illi omnibus in locis, quae terrae tremori obnoxia: quo quidem motu cum frequentiſſime concuteretur Aſiae ad Maeandrum regio, εὔσειστος γάρ ἐστι, Strabo inquit L. XII. p. 668. C., καὶ τὸν Ποσειδῶνα τιμῶσι παρ' αὐτοῖς, καί περ μεσογαῖοι ὄντες. P. Wess.

5. Οἰκητήριον γεγονέναι Ποσειδῶνος] Vid. Homer. Hym. XXI, 3. & quae Bern. Martinus notavit Var. Lect. L. IV, 3. Neptuno nuſquam terrarum amplior cultus & reverentia, quam quidem apud Peloponneſios: templa, feſti dies, tituli que ſine numero paene per Peloponneſum ejus in honorem decreti atque a Pauſania collecti, id adfirmant clariſſime. Vide eum, ſi tanti eſt. P. Wess.

13. Ὅ, τε γὰρ περὶ Φενεὸν ποταμὸς] Ladon intelligitur, ut ex Strabone L. VIII. p. 596. & Pauſania L. VIII, 20. cognoſces. Pheneo non longe diſtabat Stymphaliorum, in quo alterius fluvii miraculum, ditio. Polybius ſitum L. IV, 68. clariſſime ſignificat, quum de Euripida ἐποιεῖτο τὴν πορείαν διὰ τῆς Φενικῆς καὶ Στυμφαλίας inquit. Nam ita ſcripſiſſe virum optimum, auſim dejerare, non ut in Editis Φοινίκης, quae nulla hoc tractu. Φενεὸς format κτητικὸν, ut Stephanus oſtendit, Φενικὸν, idque, quod dixi, conſtabilit firmiſſime. P. Wess.

16. Περὶ τὸ Στύμφιον] Credo debere legi Στύμφαλον, niſi forte fuerit mons Στύμφιον circa Stymphalum, de quo ſiluerunt omnes alii auctores. Jac. Palm.

Περὶ τὸ Στύμφιον] Palmerii conjecturam occupavit Iſ. Caſaubonus ad Strabon. L. VIII. pag. 596. Ad Stymphalum Arcadiae fluvius Stymphalus hiatu quodam abſorbetur, emerſus dein in Argolide Eraſinus audit. Pauſanias L. VIII, 22. Οὗτος ἐς χάσμα γῆς κάτεισιν ὁ ποταμὸς, ἀναφαινόμενος δὲ αὖθις ἐν τῇ Ἀργολίδι, μεταβάλλει τὸ ὄνομα, καὶ αὐτὸν ἀντὶ τοῦ Στυμφάλου καλοῦσιν Ἐρασῖνον. Junge alium Strabonis locum L. VIII. pag. 570. A. P. Wess.

20. Πλὴν τῶν ἀσεβησάντων οὐδεὶς] Dubito, an injuriis illis accenſeantur decem Spartanorum naves, quae caſu ante Helicen ad anchoras ſtabant, iiſdem fluctibus hauſtae apud Aelianum de Animal. L. XI, 49. P. Wess.

26. Πόπλιον Ἄγκον] Pro Ἄγκον reſtitue Οὐαλέριον. In fine ſcribe Μάρκον Φάβιον. L. Rhod.

Πόπλιον Ἄγκον] Ferre id poſſem, niſi modum excederet medicina, atque Auctori perpetua maneret cum Livio ceteriſque Faſtorum conditoribus diſcordia: unde nec Pighium probo Titum Παπίριον in Spurium convertentem ad ann. V. C. CCCLXXIV. Edit Livius L. VII, 27. tribunos militum conſulari poteſtate ſex, duos Valerios, L. & P., L. Menenium, C. Sergium, P., ſive,

Olymp. CII. 1. in coelo viſa eſt. Exiguoque temporis intervallo poſt, magno devicti praelio, repente, quod nemo putaſſet, imperium amiſere. Nonnulli inter Phyſicos, facis hujus ortum naturalibus cauſis tribuunt, & id genus oſtenta definito tempore neceſſitate quadam fieri aſſeverant. Et de his celebres in Babylonia Chaldaeos, & aſtrologos caeteros effata tam certa edere, ut nihil omnino aberrent. Quos non mirari aiunt, ſi quid horum fiat, ſed potius ſi non eveniat, propterea quod ſuos quaeque habeant circuitus, & perpetuis motibus curſibuſque definitis omnia peragantur. Hanc denique lampadem tantam lucis ſplendoris copiam habuiſſe dicunt, ut umbras in terra perinde atque Luna efficeret. Circa hoc ipſum tempus Artaxerxes rex Perſarum Graeciam denuo turbulentis motibus conquaſſari videns, per legatos iterum ad inteſtina componendum bella & pacem undique inter ſe, juxta leges nuper conditas, ſtabiliendam ipſos adhortatur. Suaſionem hanc cupide Graeci omnes amplectuntur, communemque inter ſe pacem faciunt, praeter ſolos Thebanos. Hi enim, quod ſub una Boeotiam juriſdictione comprehendi a ſe vellent, a Graecis in foederis communionem non admittebantur; quibus omnibus ut ſingulae civitates jurejurando ſe foederi obſtringerent, placebat. A foedere itaque excluſi, ut prius factitarant, ſub uno civitatis ſuae cenſu Boeotiam continebant. Hac ergo pervicacia Lacedaemonii exaſperati, magno illos exercitu, ut communes Graeciae hoſtes, invadendos cenſuerunt. Potentia enim illorum jampridem augeſcens ſuſpecta eſſe coeperat, ne quando Boeotiae totius principatum conſecuti, occaſione utcunque arrepta, Spartam imperio dejicerent. Cum enim natura bellicoſi erant, nec ul-
484. li per Graeciam genti fortitudine ſecundi, tum gymnaſiorum exercitationibus aſſiduis corpora longe validiora efficiebant. Quid? quod etiam ductores tum illis virtute inſignes, cum alii plures, tum maxime tres, Epaminondas, Gorgiaſque & Pelopidas, praeſto erant. Accedebat huc, quod Thebanorum civitas, ob majorum nobilitatem, ab heroicis inde temporibus, propagatam animos tollebat, atque propterea res magnas affectabat. Hoc igitur anno Lacedaemonii copias partim e civium, partim ſociorum delectibus comparando, ad bellum ſeſe inſtruxere.

ματος ὀνομασθεῖσα πυρίνη δοκίς. μικρὸν δ' ὕστερον ἡττηθέντες οἱ Σπαρτιᾶται παραδόξως μεγάλῃ μάχῃ, τὴν ἡγεμονίαν ἀπέβαλον ἀνελπίστως. ἔνιοι δὲ τῶν φυσικῶν τὴν γένεσιν τῆς λαμπάδος εἰς φυσικὰς αἰτίας ἀνέφερον, ἀποφαινόμενοι τὰ τοιαῦτα φαντάσματα κατηναγκασμένως γίνεσθαι χρόνοις ὡρισμένοις· καὶ περὶ τῶν τοιούτων τούς τε ἐν Βαβυλῶνι Χαλδαίους καὶ τοὺς ἄλλους ἀστρολόγους ποιουμένους προρρήσεις ἐναργῶς ἐπιτυγχάνειν. τούτους δὲ μὴ θαυμάζειν, ὅταν γένηταί τι τοιοῦτον, ἀλλ' ἐὰν μὴ γένηται, κατὰ τὰς ἰδίας ἑκάστων περιόδους, αἰωνίοις κινήσεσι καὶ φοραῖς ὡρισμέναις τῶν συντελουμένων. τὴν δ' οὖν λαμπάδα τοσαύτην ἐσχηκέναι λαμπρότητα καὶ δύναμιν τοῦ φωτός, ὥστ' ἐπὶ τῆς γῆς σκιὰς ποιεῖν παραπλησίας τῇ σελήνῃ. Κατὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους, Ἀρταξέρξης ὁ βασιλεὺς ὁρῶν πάλιν ταραττομένην τὴν Ἑλλάδα, πρέσβεις ἀπέστειλε, παρα- 366. καλῶν συλλύσασθαι τοὺς ἐμφυλίους πολέμους, καὶ συνθέσθαι κοινὴν εἰρήνην κατὰ τὰς ὁμολογίας, ἃς πρότερον ἦσαν πεποιημένοι. [o] τῶν δὲ Ἑλλήνων πάντων ἀσμένως προσδεξαμένων τοὺς λόγους, συνέθεντο κοινὴν εἰρήνην αἱ πόλεις πᾶσαι, πλὴν Θηβαίων. Θηβαῖοι γὰρ μόνοι τὴν Βοιωτίαν ὑπὸ μίαν ἄγοντες συντέλειαν, οὐ προσεδέχθησαν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, διὰ τὸ πᾶσιν ἀρέσκειν κατὰ πόλιν γίνεσθαι τοὺς ὅρκους καὶ τὰς σπονδάς. διόπερ ἔκσπονδοι γενηθέντες, ὥσπερ καὶ πρότερον, συνεῖχον τὴν Βοιωτίαν ἐν τῇ καθ' αὑτοὺς μιᾷ συντελείᾳ. ἐπὶ δὲ τούτοις οἱ Λακεδαιμόνιοι παροξυνθέντες, ἔγνωσαν μεγάλῃ δυνάμει στρατεύειν ἐπ' αὐτούς, ὡς κοινοὺς πολεμίους· σφόδρα γὰρ ὑφεωρῶντο τὴν αὔξησιν αὐτῶν, μή ποτε τῆς ὅλης Βοιωτίας ἡγούμενοι, τὴν ἡγεμονίαν τῆς Σπάρτης καταλύσωσιν, ἐπιλαβόμενοι καιροῦ. ἔν τε γὰρ τοῖς γυμνασίοις συνεχῶς διατρίβοντες, εὔρωστοι τοῖς σώμασιν ὑπῆρχον, καὶ φύσει φιλοπόλεμοι καθεστῶτες, οὐδενὸς ἔθνους Ἑλληνικοῦ ταῖς [p] ἀνδραγαθίαις ἐλείποντο. εἶχον δὲ καὶ ἡγεμόνας ἐπιφανεῖς ταῖς ἀρεταῖς πολλοὺς μὲν καὶ ἄλλους, μεγίστους δὲ τρεῖς, Ἐπαμινώνδαν, καὶ Γοργίαν, ἔτι δὲ καὶ Πελοπίδαν· ἥ τε πόλις τῶν Θηβαίων, διὰ τὴν τῶν προγόνων ἐπιφάνειαν ἐν τοῖς ἡρωικοῖς χρόνοις, φρονήματος ἦν πλήρης, καὶ μεγάλων ὠρέγετο πραγμάτων. κατὰ μὲν οὖν τοῦτον τὸν [q] ἐνιαυτὸν οἱ Λακεδαιμόνιοι παρεσκευάζοντο πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ δυνάμεις κατέλεγον, τὰς μὲν πολιτικάς, τὰς δὲ παρὰ τῶν συμμάχων.

Ἐπ'

o Τῶν δ' Ἑλλ. *Clar.* p Ἀνδρείαις *Vat. Celſ. Reg.* 2. fortaſſe ex gloſſa. q Καιρὸν *Reg.* 1.

P., ſive, ut corrigunt, Sp. Papirium, Ser. Cornelium. Noſter VIII., & pleroſque alios, haud dubie ſuis ex Faſtis. Fuiſſe vero Romae octo aliquando tribunos conſulari jure, teſtis eſt Imperator *Claudius* in Theſ. *Gruter.* p. 1011., ipſeque *Livius*, ſicuti egregie docuit Cel. *Jac. Perizon.* Animad. Hiſt. C. 2. p. 46. P. WESS.

37. Ὀνομασθεῖσα πυρίνη δοκίς] Id meteorum ab *Ariſtotele* videtur appellatum fuiſſe δαλός. Sic enim ille Meteorolog. L. I, 6. de quodam meteoro, τὸ δὲ φέγγος ἀπέτεινε μέχρι τοῦ τρίτου μέρους τοῦ οὐρανοῦ, οἷον ἐκαλεῖτο δαλός. JAC. PALM.

Ὀνομασθεῖσα πυρίνη δοκίς] Sermonem Philoſophus eo Meteorolog. loco hac ipſa de lampade, ſeu trabe potius, inſtituit: unde ſuſpicio naſci poſſet, fuiſſe olim eo loco δοκίς. namque & δοκοὶ εἶδος ἀστέρων ἐπιτεχνασμάτων τινὰ παρεχόντων apud *Heſychium*. Frequentius δοκίδες dicuntur, uti Auctori de Mundo C. 2., Latinis *trabes*. Viſa autem haec *trabs* eſt anno ſuperiore, quo Athenis praetura *Aſteius* fungebatur, ſicuti praeter *Ariſtotelem* docet Marmor Parium, inque primis *Calliſthenes*, quem Noſter auctorem ſequi alias ſolet. *Senecam* audi L. VII. Q. N. C. 5. *Talem effigiem ignis longi fuiſſe, Calliſthenes tradit, antequam Burin & Helicen mare abſconderet. Ariſtoteles ait, non trabem eam, ſed cometam fuiſſe.* Et poſt pauca: *In quo igne multa quidem fuerunt digna quae notarentur: nihil tamen magis, quam quod, ut ille fulſit in coelo, ſtatim ſupra Burin & Helicen mare fuit.* P. WESS.

47. Κατὰ τὰς ἰδίας ἑκάστων περιόδους] Praeſtantiſſimus *Rhodomannus* in not. *Addend.* κατὰ τὰς ἰδίας ἀστέρων περιόδους emendavit: haud equidem ſcio, an male. Docet *Diodorus*, Chaldaeos ea fuiſſe opinione, cometas ſuos ſibi orbes habere, definitiſque annorum periodis revolvi, ſive περιοδικῶς ἀνατέλλειν, quae Pythagoreorum & Aegyptiorum quoque ſententia erat. Vid. ſupra L. I, 81. & *Ariſtotelem* Meteorolog. L. I, 6. Idem principibus noſtrae aetatis Philoſophis placere, nemini in hac literarum luce latere poteſt. Quid nuperrime vero in hoc genere tentarit Clariſſim. *Freretus*, ejus Diſſertatio patefaciet in Comment. Acad. Inſcript. T. XV. p. 6. Bene, ut ad inſtitutum redeam, de Chaldaeis, qui apud eos ſe ſtuduiſſe gloriabatur, *Apollonius Myndius* ajebat, *cometas in numero ſtellarum errantium poni a Chaldaeis, tenerique curſus eorum* apud *Senecam* Quaeſt. Nat. L. VII, 3. Itaque ἑκάστων non movendum. Mox rectius idem vir doctiſſimus αἰωνίοις συντελουμένων. Sic enim Auctor L. II, 30. P. WESS.

57. Συνέθεντο κοινὴν εἰρήνην] Vid. *Xenophontem* Hellen. L. VI. pag. 464. Sociatam autem eam eſſe hoc anno pacem, confirmatur his *Dionyſii* in Lyſia T. II. pag. 85. μετὰ τὸν Ἀλκισθένους ἄρχοντα, ἐφ' οὗ τὴν εἰρήνην Ἀθηναῖοί τε καὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ βασιλεὺς ὤμοσαν &c. *Demoſthenes*, ſi tamen is auctor Orat. in Neaeram, in ſequentem annum refert p. 731. ὡς ἂν γίγνηται ἡ εἰρήνη ἡ Φρασικλείδου ἄρχοντος κ. τ. λ., quod feciſſe videtur, quoniam eo potiſſimum anno Spartanos inter & Athenienſes confirmata valuit. P. WESS.

70. Εὔρωστοι τοῖς σώμασιν ὑπῆρχον] Conf. ſuperius C. 39. Thebani omneſque Boeotii magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inſerviebant, docente *Nep. Cornelio* Alcib. C. II.

Ἐπ᾽ ἄρχοντος δ᾽ Ἀθήνησι [r] Φρασικλείδου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλιάρχους ὀκτὼ, Πόπλιον Μάνιον, [s] καὶ Γάϊον [t] Ερενούκιον, καὶ Γάϊον Σέξστον, καὶ Τιβέριον [v] Ἰούλιον, ἔτι δὲ Λεύκιον [x] Ἀλβίνιον, καὶ Πόπλιον [y] Τρεβώνιον, καὶ Γάϊον Μάλλιον· πρὸς δὲ τούτοις, Λεύκιον Ἀντίστιον· ἐπὶ δὲ τούτων οἱ μὲν Θηβαῖοι, ἔκσπονδοι γεγονότες, ἠναγκάσθησαν ἀναδέξασθαι μόνοι τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους πόλεμον. οὐδεμιᾷ γὰρ ἐξῆν πόλει συμμαχῆσαι, διὰ τὸ πάσας συνθέσθαι τὴν κοινὴν εἰρήνην. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, μονωθέντων τῶν Θηβαίων, ἔκριναν πολεμεῖν αὐτοῖς, καὶ τὰς Θήβας ἐξανδραποδίσασθαι. Φανερᾶς δὲ οὔσης τῆς τῶν Λακεδαιμονίων παρασκευῆς, καὶ τῶν Θηβαίων ἐρήμων ὄντων συμμάχων, ἅπαντες ὑπελάμβανον αὐτοὺς ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν Σπαρτιατῶν καταπολεμηθῆναι. διόπερ εὐνοϊκῶς ἐχόντων τῶν Ἑλλήνων πρὸς τοὺς Θηβαίους, συνήλγουν αὐτοῖς ἐπὶ ταῖς προσδοκωμέναις συμφοραῖς· οἱ δ᾽

367\. ἀλλοτρίως ἔχοντες περιχαρεῖς ἦσαν, ὡς αὐτίκα [z] μάλα τῶν Θηβαίων ἐξανδραποδισθησομένων. τέλος δ᾽ οἱ Λακεδαιμόνιοι πολλὴν δύναμιν παρασκευασάμενοι παρέδωκαν αὐτὴν Κλεομβρότῳ τῷ βασιλεῖ, καὶ πρῶτον μὲν [a] προαπέστειλαν πρέσβεις εἰς Θήβας, προστάττοντες ἁπάσας τὰς ἐν τῇ Βοιωτίᾳ πόλεις ἐᾶν αὐτονόμους, [b] Πλαταιὰς δὲ καὶ Θεσπιὰς οἰκίζειν, καὶ τὴν χώραν τοῖς πρότερον γεγονόσι κυρίοις ἀποκαταστῆσαι. ἀποκριναμένων δὲ τῶν Θηβαίων, ὡς οὔτ᾽ αὐτοὶ πολυπραγμονοῦσι τὰ κατὰ τὴν Λακωνικὴν, [c] οὔτ᾽ ἐκείνοις ἅπτεσθαι [d] προσήκει τῆς Βοιωτίας. γενομένων δὲ [e] τοιούτων ἀποκρίσεων, οἱ Λακεδαιμόνιοι τὸν Κλεόμβροτον εὐθὺς ἐξέπεμψαν μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τὰς Θήβας· οἱ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων σύμμαχοι προθύμως εἶχον εἰς τὸν πόλεμον, ἐλπίζοντες μήτ᾽ ἀγῶνα μήτε μάχην ἔσεσθαι, [f] ἀλλ᾽ ἀκοντὶ τῶν Βοιωτῶν κρατήσειν.

Οὗτοι μὲν οὖν προάγοντες ὡς ἧκον εἰς Χαιρώνειαν, κατεστρατοπέδευσαν, καὶ τοὺς καθυστεροῦντας τῶν συμμάχων ἀνέμενον. οἱ δὲ [g] Θηβαῖοι, διὰ τὴν παρουσίαν τῶν πολεμίων, ἐψηφίσαντο τέκνα μὲν καὶ γυναῖκας εἰς Ἀθήνας ὑπεκθέσθαι, αὐτοὶ δ᾽ Ἐπαμινώνδαν στρατηγὸν ἑλόμενοι, τούτῳ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον ἐπέτρεψαν, συμπαρόντων αὐτῷ Βοιωταρχῶν ἕξ. ὁ δ᾽ Ἐπαμινώνδας, πανδημεὶ τοὺς Θηβαίους, τοὺς ἐν ἡλικίᾳ στρατιᾶς ὄντας, καταλέξας εἰς τὴν μάχην, καὶ τῶν ἄλλων Βοιωτῶν τοὺς εὐθέτους, προῆγε τὴν δύνα-

Olymp. CII. II.

51\. Cum deinceps Athenis Phraſiclides Rempublicam adminiſtraret, Romanique conſulari muneri praefeciſſent Trib. mil. IIX. P. Manlium, C. Erenucium, C. Sextium, L. Iulium, M. Albinium, P. Trebonium, C. Manlium, & L. Antiſtium: Thebani, in foedus non admiſſi, ſuis bellum viribus contra Lacedaemonios ſuſtinere cogebantur: nec ulli civitatum ſuppetias illis ferre, quod pax omnium conſenſu recepta & conſtituta eſſet, licebat. Deſertis igitur Thebanis bellum inferre Lacedaemonii, Thebaſque in ſervitutem redigere, decreverunt. Et quia manifeſte in magnos incumbebant apparatus Lacedaemonii; contra vero Thebani ab omnibus deſtituebantur, nemo non in hac opinione erat, non magno eos negotio a Spartanis debellatum iri. Propterea qui bene ipſis cuperent, ob clades impendere viſas, vices illorum dolere, at inimici contra laetitia exſultare, quaſi Thebani jamjam ſervile jugum ſubituri eſſent. Cum ergo magnis Lacedaemonii copiis ſeſe confirmaſſent, regi Cleombroto imperium tradunt. Ante omnia tamen legatos Thebas mittunt, qui cunctas per Boeotiam urbes juri ſuo permitti, Plataeaſque & Theſpias inſtaurari, agros inſuper priſtinis dominis reſtitui poſtulent. Ad hoc Thebani reſpondent, ut ipſi Laconiae ſe negociis non implicent, ita ab illis Boeotiae res non attrectari, aequum eſſe. Diſquiſitione hac praemiſſa, Lacedaemonii ſine mora Cleombrotum infeſto Thebas agmine petere jubent. Ad hoc vero bellum confoederati Lacedaemoniorum perquam alacres erant, ut qui nullum hîc certamen, nullam omnino pugnam fore, ſed abſque pulvere (quod dicitur) Boeotos ſubactum iri ſperarent.

52\. Promotis ergo ſignis ad Chaeroneam caſtra metantur, & auxiliarios tardius inſequentes exſpectant. Interea Thebani hoſtium adventu cognito, liberos uxoreſque Athenis ex populi ſcito depoſuerant. Tum Epaminondam ſummum militiae Ducem creant, cui belli totius arbitrium, adhibitis tamen ſex Boeotarchis, commiſerunt. Is quotquot maturae ad bellum aetatis inter Thebanos eſſe vidit, & ex aliis praeterea Boeotis aptiſſimum quemque, ad militiam hanc delegit, jamque in univerſum non

r Φρασιλαΐδε idem. s Deeſt Coiſl. t Quae ſequuntur tria in eodem non inveniuntur. v Negligitur a Coiſl. x Et haec tria exſulant ex Coiſl. Edd. Auſ. y Τριβώνιον ora Steph. Coiſl., qui etiam tria, quae ſuccedunt, praeterit. In Clar. Μάλιον. z Καὶ μάλα Reg. 1. a Προεπ. idem. & Coiſl. b Πλαταιὰς Reg. 2. optime. vulgo Πλαταιεῖς. Modo προστάττοντας Reg. 1., non male. c Deeſt Reg. utrique, Clar., unde & ſtigmate notatum eſt a Steph. οὔτως ante οὔτ᾽ ἐκείνοις, quod probo. d Προσήκειν Vat. Coiſl. Clar. Reg. 2. e Τοιούτων ἀποκρ. Coiſl. Reg. 2., & Reg. 1., ſed qui & ſequentem ἀποκρ. vocem negligit. Edd. τῶν interponebant, nota tamen ab H. Steph. inſtructum. f Ἀλλὰ κοινῇ τῶν Coiſl. Reg. 1. Clar. g Ἀθηναῖοι Coiſl., frequenti errore.

C. II. P. Wess.

83\. Φρασικλείδου] Sic & Demoſthenes, ut diximus. In Pauſania L. VI, 5. αὕτη Σκοτουσσαίοις ἡ συμφορὰ ΦΡΑΣΙΚΛΕΙΔΟΥ μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δὲ Ὀλυμπιάδι ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν, ἣν Δάμων Θούριος ἐνίκα τὸ δεύτερον, egregie, modo ΦΡΑΣΙΚΛΕΙΔΟΥ refingas cum doctiſſimo Sylburgio, & errorem, qui re ipſa deprehenditur, negligas. P. Wess.

85\. Μάνιον] Vitiatum ex Μάλλιον. Σέξστον verte in Σεξτίλιον, ut Faſti habent. Τιβέριον in Λεύκιον. Λεύκιον Ἀλβίνιον in Μάρκον Ἀλβίνιον, Μάλλιον in Μάνλιον. Videtur tamen, molliorem Graecorum enunciationem ſecutus, ſemper Μάλλιον pro Μάνλιον ſcriptitaſſe. L. Rhod.

Μάνιον &c.] Correctiones Rhodomani in concordiam Diodorum redigunt & Livium L. VI, 30., eſtque haud alienum vero, Μάλλιον, Σεξτίλιον, Ἀλβίνιον Auctorem reliquiſſe: cetera nimia ſunt. Faſti ſex tribunos huic anno imponunt: Trebonium & Erenucium ignorant prorſus, ſuntque haud dubie vitioſi; poſterior certiſſime. Vid. Pighium Faſt. ad ann. CCCLXXIV. P. Wess.

99\. Συνήλγουν αὐτοῖς ἐπὶ ταῖς προσδοκωμέναις συμφοραῖς] Metus atque exſpectatio erat, certe apud Athenienſes, ne decimarentur, Xenophon Hellen. VI. p. 464. Οἱ μὲν Ἀθηναῖοι οὕτως εἶχον τὴν γνώμην, ὡς νῦν Θηβαίους, τὸ λεγόμενον δὴ, δεκατευθῆναι ἐλπὶς εἴη. Sic enim recte mihi verba conſtituiſſe videtur Palmerius Exercitat. p. 75. Reſpiciebant, quod ille monere neglexit, Athenienſes ad vetus illud in communi totius Graeciae decretum, quo ἐψηφίσαντο δεκατεύσειν τοὺς Θηβαίους (τοὺς Θηβαίους) κρατήσαντες τῷ πολέμῳ τῶν βαρβάρων, cum Thebani, Xerxe Graeciam invadente, quieſcendum ſibi eſſe neceſſitate adacti ſtatuiſſent, apud Polybium L. IX, 33. De eo Noſter L. XI, 3. Adde Xenophontis L. VI. pag. 476., ubi firmatur viri docti correctio egregie. P. Wess.

7\. Πλαταιὰς] Ita oportebat. Hanc & Theſpias Thebani everterant nuper admodum. Vide not. ad C. 46. P. Wess.

10\. Οὔτ᾽ αὐτοὶ πολυπραγμονοῦσι — οὔτ᾽ ἐκείνοις &c.] Delevi ad explendam orationem additas a librariis voces: ſine illis omnia optime decurrunt. Simillimum Magni Antiochi reſponſum eſt, τοὺς Ῥωμαίους δίκαιοι τὴν Ἀσίαν πολυπραγμονεῖν, ἐμὲ τὴν Ἰταλίαν οὐ πολυπραγμονοῦντος; in Appiani Syriac. p. 144. P. Wess.

12\. Γενομένων δὲ τοιούτων ἀποκρίσεων] Poſt Βοιωτίας relinquitur ſententia pendens, atque ideo prima fronte ſuſpicetur aliquis deeſſe hic quidpiam: ſed poſt ἀποκριναμένων δὲ τῶν Θηβαίων (id eſt, Quum autem reſpondiſſent Thebani) quod ſubjungit, γενομένων δὲ τοιούτων τῶν ἀποκρίσεων, perinde valet ac ſi dixiſſet, Quum, inquam, ita reſpondiſſent. Et ita excuſatur illa ſententiae velut ſuſpenſio. H. Steph.

18\. Ἧκον εἰς Χαιρώνειαν] Poſtulat itineris ordo Κορώνειαν, quae prope

Olymp. CII. II. non plures Iↄↄ. cIↄ. ſub vexillis habens, Thebis exercitum educit: cum prodigia quaedam mali ominis viſa, ſub ipſum egreſſum agmini occurrunt. Nam ad portam Epaminondanis obviam fit praeco, hominem caecum, qui aufugerat, ducens, & uſitatam hanc formulam proclamans, neque e medio tollendum, ſed abductum retro conſervandum eſſe. Quae praeconis verba cum ſeniores excepiſſent, ſtatim futuri aliquid portendi augurantur. Floridior tamen aetas quievit: ne timiditate ſua ab inſtitutae expeditionis negocio retrahere Epaminondam viſeretur. Is, auguriis hiſce mentem advertendam eſſe clamitantibus, verſum hunc reponit.

485. *Augurium hoc cunctis patriam defendere praeſtat.*

Vix libertate iſta pudorem meticuloſis injecerat, cum aliud omen priore formidabilius, ſeſe obtulit. Caſtrenſis enim ſcriba cum haſta quae faſciam appenſam habebat, ut mandata Ducum per exercitum ſignificaret, praeibat. Huic turbine confeſtim oborto accidit, ut faſciam ab haſtili avulſam in ſepulcri forte cippum ventus ibi deferret. Hoc enim loco, qui Ageſilai pridem ductum ſecuti ceciderant, Spartani & Peloponneſii terrae inhumati erant. Hic iterum aetate provectiores cum obteſtatione interpellare, ne, cum evidenter Dii obſiſtant, cum agmine ulterius pergerent. At imperator nullo eos reſponſo dignatus, quod honeſti & aequi rationem prodigiorum in praeſentia obſervationi longe praeferendam eſſe cenſeret, alacriter ſigna promovit. Tametſi igitur Epaminondas, quippe in Philoſophia praeclare verſatus, ad diſciplinae rationes rem, quae tum agebatur, prudenter accommodaſſet, magnam tamen interim vulgi reprehenſionem incurrit. Sed non multo poſt, cum felix rerum geſtarum eventus Imperatoriae in ipſo artis excellentiam demonſtraret, magnis patriam emolumentis cumulaſſe viſus eſt. Tum autem recta cum copiis via progreſſus faucibus ad Coroneam occupatis, ibi caſtra metatur.

53. Cleombrotus, ubi tranſitum hunc ab hoſtibus infeſſum audivit, illac perrumpere ſe poſſe diffidens, per Phocidem iter avertit. Et viam juxta mare, quamvis aſperam, emenſus, abſque detrimento fines Boeotiae attigit. In tranſitu tamen oppidulis quibusdam in fidem ſuam adactis, triremibus aliquot potitus eſt. Tandem ad Leuctra (uti vocantur) pervenit, locoque ſtativis delecto, militem ab itineris moleſtia recravit. Interea promotis Boeoti caſtris hoſti propinquarant: col-

μιν ἐκ τῶν Θηβῶν, ἔχων τοὺς σύμπαντας οὐ πλείους τῶν ἑξακισχιλίων. κατὰ δὲ τὴν τῆς πόλεως ἔξοδον, τῶν στρατιωτῶν πολλοῖς ἔδοξε δυσχερῆ σημεῖα φανῆναι τῷ στρατοπέδῳ. περὶ γὰρ τὰς πύλας ἀπήντησε τοῖς περὶ τὸν Ἐπαμινώνδαν κῆρυξ τυφλὸν ἄνδρα ἀποδεδρακότα [h] κομίζων, καὶ καθάπερ ἦν εἰθισμένον, ἀνηγόρευε κηρύττων· [i] μήτ' ἐξάγειν Θήβηθεν, μήτ' ἀφανίζειν. ἀλλ' ἀπάγοντα πάλιν ἀνασώζειν. οἱ μὲν οὖν πρεσβύτεροι τῶν ἀκουόντων τοῦ κήρυκος, οἰωνὸν ἐποιοῦντο τοῦ μέλλοντος· οἱ δὲ νεώτεροι ἡσυχίαν εἶχον, ἵνα μὴ δόξωσι διὰ δειλίαν ἀνατρέπειν τὸν Ἐπαμινώνδαν τῆς [k] στρατείας· ὁ δ' Ἐπαμινώνδας πρὸς τοὺς λέγοντας, προσέχειν δεῖ τοῖς οἰωνοῖς, εἶπεν,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Ταύτῃ δὲ τῇ παῤῥησίᾳ καταπληξαμένου τοῦ Ἐπαμινώνδου τοὺς εὐλαβῶς ἔχοντας, ἕτερος οἰωνὸς ἐφάνη δυσχερέστερος τοῦ [l] προτέρου· ὁ γὰρ γραμματεὺς προῆγεν, ἔχων δόρυ καὶ ταινίαν ἐπ' αὐτῷ, [m] καὶ προσημαίνε τὸ παραγγελλόμενον ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων. πνεύματος δὲ γενομένου, συνέβη τὴν ταινίαν ἀποσπασθῆναι περί τινα στήλην ἐφεστῶσαν [n] τάφῳ· ἦσαν δὲ ἐν τῷ τόπῳ τεθαμμένοι τινὲς 368. Λακεδαιμόνιοι καὶ Πελοποννήσιοι, οἱ μετ' Ἀγησιλάου στρατεύσαντες ἐτελεύτησαν. τῶν δὲ πρεσβυτέρων τινὲς πάλιν ἐντυχόντες, διεμαρτύραντο μὴ προάγειν τὴν δύναμιν, φανερῶς τῶν θεῶν κωλυόντων· ὁ δ' οὐδὲν αὐτοῖς ἀποκριθεὶς, προῆγε τὸ στρατόπεδον, ἡγούμενος τὸν ὑπὲρ τῶν καλῶν λογισμὸν καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν δικαίων μνήμην αἱρετωτέραν εἶναι τῶν παρόντων σημείων. ὁ μὲν οὖν Ἐπαμινώνδας πεφιλοσοφηκὼς, καὶ τοῖς ἐν παιδείᾳ λογισμοῖς ἐμφρόνως χρησάμενος, παραυτίκα μὲν ὑπὸ πολλῶν μέμψεως ἔτυχεν, ὕστερον δὲ διὰ τῶν κατορθωμάτων δόξας στρατηγικῇ συνέσει διαφέρειν, μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιος ἐγένετο τῇ πατρίδι. [o] εὐθὺς γὰρ προαγαγὼν τὴν δύναμιν, καὶ προκαταλαβόμενος τὰ περὶ τὴν Κορώνειαν στενὰ, κατεστρατοπέδευσεν.

Ὁ δὲ Κλεόμβροτος, πυθόμενος τοὺς πολεμίους προκατειληφέναι τὰς παρόδους, τὸ μὲν [p] ταύτῃ ποιεῖσθαι τὴν διέξοδον ἀπέγνω, πορευθεὶς δὲ διὰ τῆς Φωκίδος, καὶ διεξελθὼν τὴν παραθαλαττίαν ὁδὸν χαλεπὴν οὖσαν, ἐνέβαλεν εἰς τὴν Βοιωτίαν ἀκινδύνως· [q] ἐν παρόδῳ δέ τινα τῶν πολισματίων χειρωσάμενος, καὶ τριήρων [r] ἐγκρατὴς ἐγένετο. μετὰ δὲ ταῦτα καταντήσας εἰς τὰ καλούμενα Λεῦκτρα, κατεστρατοπέδευσε, καὶ τοὺς στρατιώτας ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἀνελάμβανεν. οἱ δὲ Βοιωτοὶ, προάγοντες ἐπὶ τοὺς

h Deſunt haec duo *Coiſl.* i Μήτ' *Reg.* 2. Cett. μηδ' omnes. k Στρατιᾶς *Reg.* 1. mox δεῖ non malum foret. l Προτέρου *Coiſl.* m Deſit copula *Reg.* 1. n Τῷ τάφῳ *Clar.* o Εὐθὺ *Reg.* 1. tum προαγόμενος *Reg.* 2. *Clar.* p Ταύτην *Reg.* 2. mox ἔξοδον *Coiſl.* q Praepoſitionem omittit *Coiſl.* r Ἐγκρ. ἐγένετο. μετὰ ora *Steph. Vat. Coiſl. Reg.* 1. *Edd.* ἐγκρ. γενόμενος παρελθ.

prope Heliconem erat, tranſitumque in Boeotiam dabat. Epaminondas hac Spartanos irrupturos arbitratus τὰ περὶ τὴν Κορώνειαν στενὰ occupavit, progreſſu eos prohibiturus, ſicuti extremo hoc Capite docetur. Χαιρώνεια longius aberat, in ultima Boeotia verſus Phocidem collocata. Vitium peperit vocum quaedam ſimilitudo, ſicuti & in *Iſocrate* de Big. p. 521. Vid. not. ad *Hieroclis* Synecdemum p. 644. P. Wess.

31. Περὶ γὰρ τὰς πύλας ἀπήντησε &c.] Notandus eſt optimus hic Graecorum vel Thebanorum mos, pius & manſuetudinis plenus. Scilicet ſervi fugitivi, ſed ſponte, ut puto, ad dominum redeuntes, in manus praeconis publici ſe tradebant, qui eos ad dominum reducentes hanc formulam alta voce, per vicos & compita, ut ab omnibus audiretur, inclamabant, *A Thebis non abducito, neque perimito, ſed rurſus reducito & ſervato.* Romani non ita pii, quibus licebat ſervos ſuos pro arbitrio ſuo necare. De eo more nihil alibi legi. Jac. Palm.

34. Μήτ' ἀφανίζειν] Intelligunt viri docti de nece; ſine cauſſa. Praeco edicit, ne ſervum occultent, quod ἀφανίζειν τὸν παῖδα *Iſocratis* in Trapezit. p. 532. frequenter. Praeconis opera in fugitivis quaerendis etiam Romani utebantur, veluti in *Petronii* Satir. C. 97., nec diſſimilis admodum eſt formula, quae collari inſcripta ex fugitivorum collo pendebat, *TENE ME QVIA FVGI ET REBOCA ME*, de qua *Laur. Pignorius* Comment. de Serv. p. 32. *Ed. Amſtel.* P. Wess.

38. Ἵνα μὴ —— ἀνατρέπειν τὸν Ἐπαμ. τῆς στρατείας] Fuiſſe puto ἀποτρέπειν. Id quidem certe in hoc genere uſitatiſſimum. Ἀποτρέπειν τῆς πράξεως, ἀποτρέπειν τῆς ὁρμῆς, ἀποτρέπειν ἀπὸ τῆς ὁρμῆς κακῶς & ejuſmodi plura Noſter ſaepe. Vid. L. xvi, 32. P. Wess.

48. Πνεύματος δὲ γενομένου, συνέβη τὴν ταινίαν &c.] Meminit prodigii *Frontinus* Strat. L. 1, 12, 5., ſed ex haſta Epaminondae ornamentum, infulae more dependens, ablatum in ſepulcrum Lacedaemonii cujuſdam depuliſſe ventum, prodens, levi diſſenſu. P. Wess.

71. Ἐν παρόδῳ δέ τινα τῶν πολισματίων &c.] Scilicet Κρεῦσιν, ut ex *Xenophonte* diſco Hellenicorum lib. vi. Jac. Palm.

Ἐν παρόδῳ &c. καὶ τριήρων ἐγκρατὴς ἐγένετο] Hoc placuit. Vulgatum ἐν παρόδῳ παρελθὼν ad aures plane ingratum accidebat. Suſpicor etiam numerum triremium excidiſſe: nimis enim vagum eſt καὶ τριήρων ἐγκρατὴς ἐγένετο. *Xenophon* auctor eſt Hellen. vi. p. 465. Thebanorum triremes xii. interceptas eſſe a Cleombroto. P. Wess.

79. Ἰδόντες τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως] Neque hoc ſpernendum cen-

τοὺς πολεμίους, ὡς ἤγγισαν αὐτοῖς, καὶ λόφους τινὰς ὑπερβαλόντες, ἄφνω κατενόησαν τοὺς Λακεδαιμονίους ἐπέχοντας ἅπαν τὸ Λευκτρικὸν πεδίον, κατεπλάγησαν, [s] ἰδόντες τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως. συνεδρευσάντων δὲ τῶν Βοιωταρχῶν, καὶ βουλευομένων, πότερον χρὴ μένειν [t] καὶ πρὸς πολλαπλασίονα δύναμιν διαγωνίζεσθαι, ἢ τὴν ἀναχώρησιν ποιησάμενοι, ἐν τόποις δεξιοῖς [v] συστήσονται τὴν μάχην, ἔτυχον αἱ γνῶμαι τῶν ἡγεμόνων ἴσαι γενόμεναι. ἓξ γὰρ ὄντων Βοιωταρχῶν, τρεῖς μὲν ᾤοντο δεῖν ἀπάγειν τὴν δύναμιν, τρεῖς δὲ μένειν καὶ διαγωνίζεσθαι· ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ Ἐπαμινώνδας συνεξαριθμούμενος. ἀπορίας δ' οὔσης μεγάλης καὶ δυσκρίτου, τῶν Βοιωταρχῶν ὁ ἕβδομος ἧκεν, ὃν πείσας Ἐπαμινώνδας ὁμόψυχον ἑαυτῷ γενέσθαι, [x] ἐπροτέρησε τῆς γνώμης. ὁ μὲν οὖν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀγὼν τοῦτον τὸν τρόπον ἐκυρώθη. [y] ὁ δ' Ἐπαμινώνδας ὁρῶν τοὺς στρατιώτας δεισιδαιμονοῦντας ἐπὶ τοῖς γεγονόσι σημείοις, ἐφιλοτιμεῖτο διὰ τῆς ἰδίας ἐπινοίας καὶ στρατηγίας μεταθεῖναι τὰς τοῦ πλήθους εὐ-
369. λαβείας. διόπερ τινῶν προσφάτως παραγεγονότων ἐκ Θηβῶν, ἔπεισεν εἰπεῖν ὅτι τὰ κατὰ τὸν ναὸν τοῦ Ἡρακλέους ὅπλα παραδόξως ἀφανῆ γέγονε, καὶ λόγος ἐν ταῖς Θήβαις διαδέδοται ὡς τῶν ἡρώων τῶν ἀρχαίων ἀνειληφότων αὐτά, καὶ βοηθεῖν τοῖς Βοιωτοῖς ἀπεληλυθότων. ἄλλον δὲ κατέστησεν ὡς ἀπὸ Τροφωνίου προσφάτως ἀναβεβηκότα καὶ λέγοντα, [z] διότι προστέταχεν ὁ θεὸς αὐτοῖς, ὅταν ἐν Λεύκτροις νικήσωσιν, ἀγῶνα τιθέναι Διὶ βασιλεῖ στεφανίτην· ἀφ' οὗ δὴ Βοιωτοὶ ταύτην ποιοῦσι τὴν πανήγυριν ἐν Λεβαδείᾳ.

Συνήργησε δὲ πρὸς ταύτην τὴν ἐπίνοιαν Λεανδρίας ὁ Σπαρτιάτης, πεφευγὼς μὲν ἐκ Λακεδαίμονος, τότε δὲ συστρατεύων Θηβαίοις. οὗτος γὰρ ἐν ἐκκλησίᾳ προαχθεὶς ἀπέφηνε τὸ παλαιὸν εἶναι λόγιον τοῖς Σπαρτιάταις, ὅτι τότε τὴν ἡγεμονίαν ἀποβαλοῦσιν, ὅταν ἐν Λεύκτροις [a] ὑπὸ Θηβαίων ἡττηθῶσι. προσῆλθον δὲ τῷ Ἐπαμινώνδᾳ καὶ χρησμολόγοι τινὲς ἐγχώριοι, λέγοντες ὅτι περὶ τὸν τάφον τῶν Λεύκτρου καὶ Σκεδάσου θυγατέρων μεγάλη συμφορὰ δεῖ περιπεσεῖν Λακεδαιμονίους, διὰ τοιαύτας αἰτίας· Λεῦκτρος ἦν, ἀφ' οὗ τὸ πεδίον τοῦτο ἔσχε τὴν προσηγορίαν. τούτου θυγατέρας, καὶ Σκεδάσου τινὸς ὁμοίως κόρας πρέσβεις [b] Λακεδαιμονίων ἐβιάσαντο· αἱ δὲ ὑβρισθεῖσαι τὴν συμφορὰν οὐκ ἐνέγκασαι, τῇ πατρίδι τῇ πεμψάσῃ τοὺς ὑβριστὰς καταρασάμεναι, τὸν βίον αὐτοχειρίᾳ κατέστρεψαν. πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων τοιούτων λεγομένων, καὶ τοῦ Ἐπαμινώνδου συναγαγόντος ἐκκλη-

libuſque ſuperatis, quamprimum viderunt totum in Leuctris campum multitudine ſua obtinere Lacedaemonios, metu non exiguo, tanta hoſtium vi cognita, percelluntur. Mox Boeotarcharum Senatus conventum agit, & deliberatio inſtituitur, utrum manendum ſit, & cum longe numeroſiore exercitu confligendum, an vero copiis inde reductis, loco magis idoneo pugnam commiſſum eant. Ibi forte fortuna, ut pares numero ſententiae dicerentur, accidit. Cum enim VI. Boeotarchae eſſent, tres abducendum eſſe militem cenſebant, tres, ut loco manerent, & dimicando fortunam periclitarentur, ſuadebant. Inque horum numero Epaminondas fuit. Dum ita diſceptatio haeret anceps, necdum certa ejus dijudicatio facta eſt, ſeptimus tandem Boeotarches intervenit. Huic ut ſuffragium ſibi accommodet, Epaminondas ſuaſor eſt. Atque ita ſententia ſua pervicit. De ſumma igitur rerum armis diſceptandum eſſe, hac ratione decretum fuit. Tum videns Epaminondas, animos militum auguriorum ſuperſtitione adhuc occupatos teneri, ſuae induſtriae artiſque commento hanc amoliri cupiebat. Cum ergo recens quidam Thebis in caſtra veniſſent, rumoris hujus diſſeminandi auctor illis eſt, quod omnia per fanum Herculis arma ſubito diſparuerint, & fama Thebis circumferatur, his antiquos Heroes acceptis, ad opitulandum Thebanis ex urbe feſtinare. Alium etiam ſubornavit, qui ex Trophonii antro ſe nuper admodum emerſiſſe fingeret. Is mandatum a Deo aſſerebat, ut victoriam in Leuctris adepti, coronarium Iovi regnatori certamen inſtituerent. Hinc mos ille, ut ſolennem ad Lebadiam Boeoti conventum peragant.

54. Ad hanc Imperatoris ſolertiam adjumenti non minimum attulit Leandrias Spartanus, qui Lacedaemone extorris factus, Thebanis tum militabat. Is in concionem venire juſſus, antiquum Spartanis oraculum haberi, tum demum Principatu exſutos illos fore, ſi Thebanorum Marti ad Leuctra ſuccubuerint, affirmabat. Interpretes denique oraculorum quidam indigenae Epaminondam convenere, qui aſſeverabant, quod ad ſepulcrum Leuctri Scedaſique filiarum ingente Lacedaemonios calamitate plecti neceſſum ſit. Leuctrus is fuit, a quo campus ille nomen ſortitus eſt. Hujus & 486.
Scedaſi cujuſdam filias, in eodem virginitatis flore conſtitutas, Spartanorum legati per vim ſtupraverant. Quam contumeliae foeditatem cum minime tolerandam ſibi illae putarent, diras patriae, quae tam nefarios miſiſſet legatos, imprecatae, ſuis vitam manibus ſibi praeciderunt. Cum haec & id genus alia plura dictitarentur, concionem Epaminondas

Olymp. CII. II.

s Ἰδόντες marg. Steph. Reg. 2. vulgo εἰδότες. t Καὶ διαγων. πρὸς πολλαπλ. δύναμιν Clar. Reg. 2. v Συστήσονται] ambo Reg. x Προτέρησε Edd. y Ὁ μὲν οὖν Ἐπαμιν. Reg. 1. z Διότι ἔξω τῆς Πελοποννήσου τὰ Λεῦκτρα προστέταχεν Vat. Reg. 1. credo gloſſam eſſe, qua Leuctra haec diſtinguuntur ab ejuſdem nominis aliis in Peloponneſo. Vid. Plut. Pelop. p. 288. a Deſunt haec duo Reg. 2. Paullo ante ἀποβαλοῦσιν Reg. 1. ubi & ἀποφύγωσι praeſtabat. b Λακεδαιμόνιοι Reg. 2.

cenſui; ſignificantius enim. Videbant ingentem Spartanorum exercitum, hinc metus, neque is injuſtus. Habebant Spartani tum temporis ſub ſignis ad XL. millia, teſte Polyaeno L. III, 3, 8. 12., quibus ipſi ſex millibus non multo ampliores ſeſe objecturi erant. P. WESS.

85. Ἓξ γὰρ ὄντων Βοιωταρχῶν] Collegium Boeotarcharum XI. viris abſolvebatur, ſi fides Thucydidis Scholiaſtae in L. II, 2., ipſique Thucydidi L. IV, 91., quamquam is paullo obſcurius loquitur, & favere illis videtur, qui ex Livio L. XLII, 43. duodecim Boeotarchas genti inponunt. Quinam autem illi fuerint, qui aut contra Epaminondam, aut cum eo ſteterunt, docetur a Pauſania L. IX, 13. P. WESS.

89. Ὁμόψυχον αὐτῷ γενέσθαι] Lege ὁμόψηφον. L. RHOD.

Ὁμόψυχον ἑαυτῷ γενέσθαι] Foret utique opportunius ὁμόψηφον γενέσθαι, tritum quippe in aſſenſu atque adprobatione. Lyſias O. in Agorat. C. 24. εἰ ἦτε ὁμόψηφοι καὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν τοῖς τριάκοντα γενέσθαι]. Sed nihil audeo contra ſcriptos libros. P. WESS.

96. Κατὰ τὸν ναὸν τοῦ Ἡρακλέους ὅπλα &c.] Sumpta ex Calliſthene videntur, quem haec prodigia deſcripſiſſe ex Cicerone L. I. Divinat. C. 34. novimus. Nec praeteriit Xenophon Hellen. VI. p. 465. P. WESS.

1. Ὡς ἀπὸ Τροφωνίου προσφάτως ἀναβεβηκότα] Vide Polyaen. L. II, 3. 8. & de Trophonii prope Lebadiam antro, deque deſcenſuris in illud viros doctos Jac. Perizon. ad Aelian. V. H. lib. III, 45., T. Hemſterhuſ. in Luciani Mort. D. III, 2. & Jo. Davifium ad Maximi Tyr. Diſſ. XIV. p. 548. P. WESS.

3. Διὶ βασιλεῖ] Templum illi ampliſſimum erat in montis clivo, qua ad antrum via ducebat, ſed non abſolutum. Fortaſſe id poſt partam ad Leuctra victoriam magnificentiſſime exſtrui coeptum, & deinceps ob continuata bella & imminutam Thebanorum potentiam deſtitutum eſt. Deſcribitur a Pauſania L. IX, 39. P. WESS.

11. Ὅταν ἐν Λεύκτροις — ἡττηθῶσι] Videndus eſt Plutarchus in Pelop. pag. 288., qui monitos ſaepe Spartanos ait, vitarent τὸ Λευκτρικὸν μήνιμα, nihil nominatim de Thebanis. Favet ergo quodammodo Reg. 2., Thebanorum mentionem negligenti. P. WESS.

17. Τούτου θυγατέρας καὶ Σκεδάσου τινός] Scedaſi filiabus, non Leuctri, a Spartanorum legatis per vim vitium oblatum fuiſſe,

Olymp. CII. II.

das advocat, & apta milites oratione ad inſtans certamen promtos & alacres eſſe jubet. Quo facto, ut omnes ſententiam mutarent, & revocatis a ſuperſtitione animis, jam fidenter pugnam adire non dubitarent. Sub hoc ipſum tempus a Theſſalis copiae auxiliares Thebanis ſubvenerunt; pedites cIↃ. & IↃ. erant, cum equitibus IↃ. Iaſone ductore. Hic conſilium Thebanis & Lacedaemoniis dedit, ut penſitatione caſuum, quos inopinatos fortuna objiceret, per inducias coirent. Percutitur ergo foedus. Jamque Cleombrotus cum exercitu ex Boeotia ſe recipiebat: cum novus illi exercitus, & quidem magnus e Lacedaemoniorum, ſociorumque delectu, Duce Archidamo, Ageſilai F. obviam venit. Dum enim Spartani alacritatem Boeotorum, fiduciamque vident, animoſque illorum in omnem paratos eventum, non contemnendos arbitrantur, alterum hunc exercitum miſerant, ut multitudine ſaltem praeliantium eam hoſtium protervitatem domarent. Exercitibus igitur in unum locum congreſſis, Spartani majeſtate ſua indignum rati, ſi Boeotorum virtutem metu dignam judicarent, nulla prorſus foederis habita ratione, praecipiti quadam confidentia, ad Leuctra regrediuntur. Ibi alacriter conflictum exſpectantes inveniunt Boeotos. Ad hunc ergo modum acies utrinque inſtruuntur.

55. Apud Lacedaemonios Cleombrotus rex & Archidamus Ageſilai regis filius, uterque ab Hercule oriundus, cornubus praefecti erant. Apud Boeotos vero Epaminondas ordinem quendam peculiarem eximiumque adhibuit, & hoc artis Imperatoriae commento victoriam illam nunquam ſatis laudatam adeptus eſt. Ex toto enim agmine omnium ſtrenuiſſimos, cum quibus ipſe praelium ciere volebat, accurate ſelectos in uno latere conſtituit. Imbecilliores vero in altero cornu diſpoſitos fugam inter pugnandum ſimulare, hoſtiumque impreſſioni pedetentim cedere jubet. Obliqua igitur phalange inſtituta, cum altero cornu, quo delectos habebat, pugnam diſceptare ſtatuit. Jam bellicum utrinque tubae concinebant, ingenſque primo incurſu vociferatus tollebatur, cum Lacedaemonii phalange ad falcatae Lunae ſpeciem conformata, utrumque cornu adducunt: Contra vero Boeoti altero ſuo pedem referunt, ſed altero curſim in hoſtes impetum faciunt, ubi ventum ad manus eſt, initio fortiter utriſque concertantibus, in aequilibrio pugna erat. Exinde cum Epaminondani tum virtute, tum ordinum

σίαν, τοὺς στρατιώτας τοῖς οἰκείοις λόγοις προτρεψαμένη πρὸς τὸν ἀγῶνα, πάντες μετέθεντο τὰς γνώμας καὶ τῆς μὲν δεισιδαιμονίας ἀπελύθησαν, πρὸς δὲ τὴν μάχην εὐθαρσεῖς ταῖς ψυχαῖς καθέστησαν. ἦλθε δὲ καὶ συμμαχία [c] κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν τοῖς Θηβαίοις παρὰ Θετταλῶν, πεζοὶ μὲν χίλιοι καὶ πεντακόσιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακόσιοι, ὧν ἡγεῖτο Ἰάσων. οὗτος [d] ἔπεισε τούς τε Βοιωτοὺς καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ἀνοχὰς ποιήσασθαι, καὶ τὰ παράλογα τῆς τύχης εὐλαβηθῆναι. γενομένων δὲ τῶν σπονδῶν Κλεόμβροτος ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐκ τῆς Βοιωτίας, καὶ ἀπήντησεν αὐτῷ ἄλλη δύναμις μεγάλη Λακεδαιμονίων καὶ τῶν συμμάχων, ἡγουμένου Ἀρχιδάμου τοῦ Ἀγησιλάου. Οἱ γὰρ Σπαρτιᾶται, θεωροῦντες τὴν ἑτοιμότητα τῶν Βοιωτῶν, καὶ τὸ θράσος καὶ τὴν ἀπόνοιαν εὐλαβούμενοι, τὴν δευτέραν ἀπεστάλκεισαν δύναμιν, ἵνα τῷ πλήθει τῶν ἀγωνιζομένων περιγένωνται τῆς τῶν πολεμίων τόλμης. συνελθουσῶν δ' εἰς ταὐτὸ τῶν δυνάμεων, αἰσχρὸν εἶναι 370 ὑπέλαβον οἱ Λακεδαιμόνιοι, δεδιέναι τὰς τῶν Βοιωτῶν ἀρετάς. διόπερ τὰς σπονδὰς παρ' οὐδὲν ἡγησάμενοι, μετὰ πολλῆς προθυμίας ἀνέκαμψαν εἰς Λεῦκτρα. ἑτοίμων δ' ὄντων καὶ τῶν Βοιωτῶν πρὸς τὴν μάχην, ἐξέταττον ἀμφότεροι τὰς δυνάμεις.

Καὶ παρὰ μὲν τοῖς Λακεδαιμονίοις οἱ ἀφ' Ἡρακλέους γεγονότες ἡγεμόνες ἐτάχθησαν ἐπὶ τῶν κεράτων, Κλεόμβροτός τε ὁ βασιλεὺς καὶ Ἀρχίδαμος ὁ Ἀγησιλάου τοῦ βασιλέως υἱός· παρὰ δὲ τοῖς Βοιωτοῖς [e] Ἐπαμινώνδας, ἰδίᾳ τινὶ καὶ περιττῇ τάξει χρησάμενος, διὰ τῆς ἰδίας στρατηγίας περιεποιήσατο τὴν περιβόητον νίκην. ἐκλεξάμενος γὰρ ἐξ ἁπάσης τῆς δυνάμεως τοὺς ἀρίστους, ἐπὶ τὸ ἕτερον μέρος ἔστησε, μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς ἔμελλε διαγωνίζεσθαι· τοὺς δ' ἀσθενεστάτους ἐπὶ τὸ ἕτερον κέρας τάξας, παρήγγειλεν αὐτοῖς φυγομαχεῖν, καὶ κατὰ τὴν ἔφοδον τῶν πολεμίων ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον ὑποχωρεῖν. διὸ καὶ λοξὴν ποιήσας τὴν φάλαγγα, [f] τῷ τοὺς ἐπιλέκτους ἔχοντι κέρατι ἔγνω κρίνειν τὴν μάχην. ὡς δ' αἵ τε σάλπιγγες ἐσήμαινον παρ' ἀμφοτέροις τὸ πολεμικὸν καὶ κατὰ τὴν πρώτην ὁρμὴν συνηλάλαξαν αἱ δυνάμεις, οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι τοῖς κέρασιν ἀμφοτέροις ἐπῆγον, μηνοειδὲς τὸ σχῆμα τῆς φάλαγγος πεποιηκότες· οἱ δὲ Βοιωτοὶ τῷ μὲν ἑτέρῳ κέρατι ὑπεχώρουν, τῷ δὲ ἑτέρῳ δρόμῳ συνῆπτον τοῖς πολεμίοις· ὡς δὲ συνῆψαν ἀλλήλοις εἰς χεῖρας, τὸ μὲν πρῶτον ἐκθύμως ἀμφοτέρων ἀγωνιζομένων, ἰσόρροπος ἦν ἡ μάχη· μετὰ δὲ ταῦτα τῶν περὶ τὸν Ἐπαμινώνδαν διά τε τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν πυκνό-

c Τοῖς Θηβ. κατὰ τ. τὸν καιρ. idem & Clar. In Reg. 1. τοῖς deſideratur. d Non eſt in Coiſl. τε ante ἔπεισε. Quem laudo. e Ponitur ejus nomen poſt χρησάμενος in Clar. f Deeſt Coiſl.

fuiſſe, tradunt alii, parum tamen concordes, utrum ipſae ſibi manus intulerint violentas, an ſcelere legatorum perierint. Vid. *Plutarchum* T. II. p. 773., quem *Apoſtolius* ſequitur Cent. XVII, 46. & *Pauſan.* IX, 13. P. Wess.

31. Οὗτος τε ἔπεισε] Subjunge δὲ pro τε. L. Rhod.

Οὗτος ἔπεισε] Ego delevi, motus *Coiſlin.* judicio: neque enim neceſſarium. P. Wess.

33. Γενομένων δὲ τῶν σπονδῶν Κλεόμβροτον &c.] Aliter multo rem narrat *Xenophon* L. VI. Hellen., eum vide, & quae ad eum locum ſupra notavi (Exercitat.) p. 75. Jac. Palm.

Γενομένων δὲ τῶν σπονδῶν Κλεόμβροτος &c.] De his induciis, ante Leuctricum certamen initis, nihil *Xenophon*, nihil quoque de Archidamo, qui auxilia Cleombroto adduxerit, & pars nobiliſſimi ejus praelii fuerit. Contra ea refert, Archidamum cognita Leuctrica clade publice miſſum eſſe, ut res fractas quomodocunque inſtauraret L. VI. Hellen. p. 467. Haec ſuggillat doctiſſimus *Palmerius*, Atticumque ſcriptorem *ubique ſe Lacedaemonium & praecipue Ageſilai amicum prodere: voluiſſe propterea a ſuis amicis foedifragii dedecus amoliri, tacuiſſeque de Archidamo amici ſui filio tam infelicis negotii participe: ſiluiſſe vero de Archidamo amico eo quod victus fuerat, de Epaminonda tacuiſſe eo quod glorioſe vicerat, aemulo nempe & hoſte.* Bene quidem pro *Diodoro*, ſed in *Xenophontem* criminoſe. Non laudo *Xenophontis* de Epaminonda ſilentium. De induciis tamen ante praelium factis & Archidami adventu dubito vehementer. Tacent enim omnes alii: deinde in Archidami rebus optime ſibi conſtat *Xenophon*, neque credibile eſt, in re adeo manifeſta mentiri voluiſſe; praeterea Jaſon Pheraeus Thebanis auxilio occurrit poſt id praelium, cum metu adventantis Archidami opem rogaſſent, quo tempore induciae eo ſuaſore ſunt factae, abeuntibuſque ex Boeotia Spartanis occurrit recente cum exercitu Archidamus ad Aegoſthena Megaricae ditionis *urbem. *Diodorus*, ut alia, confundere haec potuit, potuit etiam, quem in his ſibi ducem legit, *Calliſthenes*. Nam de *Theopompo*, quod ſuſpicatur *Palmerius*, non eſt ſimile vero: Leuctrica enim & illis cohaerentia neglexit, *Polybio* teſte Excerpt. pag. 1379. Ceterum pro *Xenophonte* ſtat quoque *H. Dodwellus* Ann. Xenoph. p. 277. P. Wess.

53. Ἰδίᾳ τινὶ καὶ περιττῇ τάξει χρησάμενος] Aciem paullo aliter diſponit *Xenophon* Hellen. L. VI. p. 466., quem vide & *Plu-*

πυκνότητα τῆς τάξεως πλεονεκτούντων, πολλοὶ τῶν Πελοποννησίων ἀνῃροῦντο. Οὐ γὰρ ὑπομένοντες ὑπενεγκεῖν τὸ βάρος τῆς τῶν ἐπιλέκτων ἀνδραγαθίας, ἀλλὰ τῶν ἀντιστάντων οἱ μὲν ἔπιπτον, οἱ δὲ κατετραυματίζοντο, πάσας τὰς πληγὰς ἐναντίας λαμβάνοντες. ἕως μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων Κλεόμβροτος ἔζη, πολλοὺς ἔχων τοὺς συνασπίζοντας καὶ προθύμως πρὸ αὐτοῦ ἀποθνήσκοντας, ἄδηλος ἦν ἡ ῥοπὴ τῆς νίκης· ἐπεὶ δ' οὗτος, πάντα κίνδυνον ὑπομένων, οὐκ ἠδύνατο βιάσασθαι τοὺς ἀνθεστηκότας, ἡρωϊκῶς δὲ μαχόμενος, καὶ πολλοῖς τραύμασι περιπεσὼν ἐτελεύτησε, τότε συνδρομῆς γενομένης περὶ τοῦ πτώματος, νεκρῶν πλῆθος ἐσωρεύθη.

Αναρχίας δὲ γενομένης περὶ τὸ κέρας, οἱ μὲν
37 P. περὶ τὸν Επαμινώνδαν βαρεῖς ἐγκείμενοι τοῖς Λακεδαιμονίοις, τὸ μὲν πρῶτον τῇ βίᾳ βραχὺ προέωσαν ἐκ τῆς τάξεως τοὺς πολεμίους· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι περὶ τοῦ βασιλέως ἀγωνισάμενοι λαμπρῶς, τοῦ μὲν σώματος ἐγκρατεῖς ἐγένοντο, τῆς δὲ νίκης οὐκ ἴσχυσαν ἐφικέσθαι. τῶν γὰρ ἐπιλέκτων ὑπερβαλλομένων ταῖς ἀνδραγαθίαις, καὶ τῆς ἀρετῆς καὶ παρακλήσεως Επαμινώνδου πολλὰ συμβαλλομένης, μόγις ἐβιάσθησαν οἱ Λακεδαιμόνιοι· [g] καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἀναχωροῦντες, τὴν τάξιν διέλυον, τὸ δὲ τελευταῖον, πολλῶν ἀναιρουμένων, τοῦ δὲ παραγγέλλοντος ἡγεμόνος τετελευτηκότος, ἐγένετο παντελὴς τροπὴ τοῦ στρατοπέδου. οἱ δὲ περὶ τὸν Επαμινώνδαν ἐπικείμενοι τοῖς φεύγουσι, καὶ πολλοὺς τῶν ἐναντίων καταβαλόντες, ἀπηνέγκαντο νίκην ἐπιφανεστάτην. συμβαλόντες γὰρ τοῖς ἀρίστοις τῶν Ἑλλήνων, καὶ τοῖς ὀλίγοις τῶν πολλαπλασίων παραδόξως περιγενόμενοι, μεγάλην δόξαν ἐπ' ἀνδρείᾳ [h] κατεστήσαντο. μέγιστον δ' ἔπαινον ὁ στρατηγὸς Επαμινώνδας ἠξιώθη, διὰ τῆς ἰδίας ἀνδρείας μάλιστα καὶ στρατηγικῆς συνέσεως τοὺς ἀνικήτους [i] ἡγεμόνας τῆς Ἑλλάδος καταγωνισάμενος. ἔπεσον δ' ἐν τῇ μάχῃ τῶν Λακεδαιμονίων οὐκ ἐλάττους τῶν τετρακισχιλίων, τῶν δὲ Βοιωτῶν περὶ τριακοσίους· μετὰ δὲ ταῦτα περί τε τῆς τῶν νεκρῶν ἀναιρέσεως καὶ τῆς εἰς Πελοπόννησον ἀπαλλαγῆς τῶν Λακεδαιμονίων σπονδὰς ἐποιήσαντο. καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην συμβάντα τοιοῦτον ἔσχε τέλος.

Τοῦ δ' ἐνιαυσιαίου χρόνου διεληλυθότος, [k] Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Δυσκίνητος, ἐν Ῥώμῃ δὲ ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλίαρχοι κατεστάθησαν τέσσαρες, Κόϊντος Σερουίλιος, [l] καὶ Λεύκιος Φούριος, ἔτι δὲ [m] Γάϊος Λικίνιος, καὶ Πόπλιος [n] Κοίλιος· ἐπὶ δὲ τούτων Θηβαῖοι μεγάλῃ δυνάμει στρατεύσαντες ἐπ' Ορχομενὸν, ἐπεβάλοντο μὲν ἐξανδραποδίσασθαι

denſitate praevalerent, magna Peloponneſiorum cae- Olymp. CII. II.
des fiebat. Molem enim fortitudinis, qua delecti eos premebant, ſuſtinere non poterant, ſed reſiſtentium alii cadere, alii vulneribus adverſo pectore exceptis, confici. Quamdiu ergo Cleombrotus Lacedaemoniorum rex, quem valida propugnatorum manus alacriter pro ipſo mortem oppetentium ſtipabat, adhuc ſuperſtes fuit, incertum erat, quorſum victoria inclinaret. At quamprimum hic, poſtquam omnibus ſeſe periculis objectans, adverſarios propulſare non valeret, heroice pugnando, multis vulneribus confixus occubuit: concurſu circa cadaver facto, acervatim defenſores ſternebantur.

56. Cumque hoc cornu abſque duce eſſet, Epaminondani vi magna Lacedaemoniis incumbentes, ad laxandum paulatim ordines hoſtem impule-
runt. Egregie tamen pro rege ſuo dimicantes La- 487.
cedaemonii cadavere quidem potiuntur, ſed victoriam obtinere haudquaquam potuere. Dum enim invicto animorum manuumque robore inſtant delecti, nec parum eos virtus & exhortatio Epaminondae confirmat, Lacedaemonii tandem, licet haud abſque negocio, repelluntur. Ac primo quidem ſenſim recedendo ordines ſolvunt. ſed poſtquam caedes ſubinde magis incrudeſceret, & imperatore jam defuncto nullus eſſet, qui ſalutaria praeciperet, totus ſe paſſim exercitus in fugam effundit. Epaminondani autem fugientium tergis inhaerent, magnaque hoſtium caede perpetrata clariſſimam ab illis victoriam reportant. Quod enim cum Graecorum omnium praeſtantiſſimis confligere non dubitaſſent, & numero perpauci longe majoribus hoſtium copiis victoriam extorſiſſent, hoc ipſo eximiam fortitudinis gloriam ſibi compararunt. *Maximam vero ante omnes laudem Epaminondas Imperator promeruiſſe judicatus eſt: qui ſua potiſſimum virtute & Imperatoria ſolertia invictos antea Graeciae Duces profligaſſet.* Hac autem pugna Lacedaemoniorum non pauciores CIↃ. CIↃ. CIↃ. CIↃ. & Boeotorum CCC. ferme cecidere. Poſthaec, ut mortuos ad ſepulturam reciperent, & Lacedaemonii in Peloponneſum regrederentur, inducias pepigerunt. Hoc equidem eventu pugna in Leuctris geſta fuit.

57. Inſequenti anno, quo Princeps Reipublicae Olymp. CII. III.
Athenienſium fuit Dyſcinetus, & Romae conſulare imperium adminiſtrarunt Tribuni milit. IV. Q. Servilius, L. Furius, C. Licinius, & P. Cloelius, Thebani magnis Orchomenum copiis expugnatum ibant, extremam urbi huic ſervitutem intentantes.

Ab

[g] Abeſt a *Clar. Coiſl.* [h] Παραδόξως κατεστήσαντο *Reg.* 1., voce ex praecedentibus repetita. [i] Τῶν Ἑλλήνων ἡγεμόνας *Reg.* 1. [k] Ἀθήνησι μὲν *Clar.*, quae vocula *Edd.* deerat. Porro ἐνιαυσίου uterque *Reg.* & Δυσκίνητος cum *Vat.* & *Steph.* ora. Edd. Δυσνίκητος. [l] Tria haec deſunt *Coiſl.* [m] Non habet *Coiſl.* Mox Λικίνιος *Sigon.* *Edd.* Λικώνιος. [n] Κίλιος *Clar. Reg.* 2.

Plutarchum in Pelop. pag. 289. Quia vero ſiniſtro cornu Epaminondas lectiſſimae & ſpectatiſſimae virtutis Thebanos collocarat, eaque res ad victoriam haud leve momentum attulerat, valuit deinceps inter Thebanos, ut omnibus in praeliis ſiniſtrae aciei princeps locus eſſet, docente eodem *Plut.* Quaeſt. Rom. p. 282. D. P. WESS.

80. Καὶ προθύμως πρὸ αὐτοῦ ἀποθνήσκοντας] Cauſſam exponit *Pauſanias* L. IX, 13. p. 737. P. WESS.

88. Βαρεῖς ἐγκείμενοι] Juſtum adaeque hoc ac ἐπικείμενοι, utor ſolo *Diodoro* teſte: ſic περιχυθέντες καὶ βιαιότερον ἐγκείμενοι L. IV, 48., & οἱ δ' ἥρωες — εὐθυμότερον ἐνέκειντο L. XX, 52. imo βαρεῖς ἐγκείμενοι ejuſdem lib. C. 39. ſcripti codices. P. WESS.

97. Τὴν τάξιν διέλυον] *Rhodomannus* inſeri jubet οὐ, haud ſcio an inconſulte. P. WESS.

98. Τοῦ δὲ παραγγέλλοντος ἡγεμόνος &c.] Perierat Cleombrotus. Quid factum ergo Archidamo, cui exercitus partem Auctor tradidit? Ille utique ſuperabat. P. WESS.

10. Οὐκ ἐλάττους τῶν τετρακισχιλίων] *Pauſanias* Lacedaemoniorum πλείους ἢ χιλίους occubuiſſe ait, Thebanorum vero XL. duntaxat & ſeptem L. IX, 13., ubi *Plutarchi* & *Dionyſii Halicarnaſſei* diſſenſum non neglexit praeſtantiſſimus *Kuhnius*. Tetigit etiam *Hutchinſonius* ad *Xenophontis* Ageſil. p. 44., ſed ex *Meurſio*, qui de Regn. Lacedaem. C. 18. pulcre oſtendit, veriorem eſſe *Diodori* opinionem, quod *Xenophon* eo loci, Σπαρτιατῶν οὐ μείους ἀπολωλότων ἐν τῇ ἐν Λεύκτροις μάχῃ, ἢ λειπομένων. Fuiſſe enim Spartanorum ad octo ferme millia, adfirmante apud *Herodotum* L. VII, 234. Demarato. P. WESS.

17. Δυσκίνητος] Dedi melioribus libris, ut hoc praeferretur. Scribit Archontis nomen *Pauſanias* L. IV, 27. p. 346. eodem modo: *Demoſthenis* tamen Or. II. in *Stephan.* p. 635. Δυσνίκητος eſt. In tribunis conſulari jure non longe abit a *Livio*, ſed ſex annumerante. *Car. Sigonium* vide ad L. VI, 31., *Livium* hinc adjuvantem. P. WESS.

20. Κοίλιος] Romanis eſt Κλοίλιος. Faſti praeter hos edunt M. Horatium & L. Geganium. Porro poſt Ἐπαμινώνδου ſcribatur δὲ, & poſt διαφθαρέντων, χρή. L. RHOD.

23. Ὅτι

Olymp. CII. III. Ab Epaminonda vero admoniti, virtute parta humanitate conſervanda eſſe his, qui principatum Graeciae ambirent, ab incepto deſtiterunt; Orchomeniis igitur in ſocietatis partem receptis, & Phocenſibus inde Aetoliſque amicorum numero aggregatis, in Boeotiam remearunt. Tum regulus Pheraeorum Jaſon, potentia ſubinde magis augeſcens, Locridem infeſto exercitu aggreditur, & Heracleam in Trachinia proditione captam evertit, agrumque Oeteis & Melienſibus donat. Hinc prolatis in Perrhaebiam ſignis, urbium alias miti colloquio ſibi adjungit, alias vi ad imperata faciendum adigit. Theſſalis autem, qui tam brevi principatum ejus adeo confirmatum videbant, haec virium acceſſio, & impotens dominandi cupiditas, non ſuſpecta eſſe minime potuit. Sed interea in Argivorum urbe novus oritur tumultus, & laniena tam enormis, ut nulla unquam apud caeteros Graecos ſimilis ei fuiſſe perhibeatur. Quod novum mali genus Scytaliſmi appellationem, a caedis ratione petitam, obtinuit.

58. Turbulenti ejus motus haec cauſa exſtitit. Urbs Argivorum popularem habebat adminiſtrationem. Sed Oratores plebem adverſus optimates, qui potentia & auctoritate praecellerent, concitabant. Quod cauſam praebuit illis, qui criminationibus premebantur, ut de evertendo populari ſtatu inter ſe conſpirarent. Cum ergo nonnulli conjurationis ſuſpecti quaeſtioni ſubjicerentur, alii torturae cruciatum reformidantes, funeſtas ſibi ipſi manus admovere. Unus quidam in confeſſione, tormentis expreſſa, XXX. nobiliſſimos inter ſontes illos nominaverat. Huic fidem populus adhibens omnes perduellionis accuſatos, ſine tamen inquiſitione exacta, trucidavit, & bona illorum publica-
488. ri juſſit. Cumque plures alii in ſuſpicionem raperentur, & falſarum delationum demagogi patrocinium ſuſciperent: ad eam multitudo ferociam proceſſit, ut quotquot in crimen vocati eſſent, quorum ingens erat numerus, omneſque divitiis praepollentes, ad capitis ſupplicium condemnaret. Interfectis itaque ex potentiorum numero plus quam mille & ſexcentis, nec ab demagogis ipſis populus ſibi temperavit. Quum enim ob tantae cladis atrocitatem illi metuerent, ne quid inopinatit forſitan mali ſibi obtingeret, uſitatum calumniandi ſtudium intermittebant. Vulgus ergo deſertum ab illis ſeſe autumans, & propterea exaſperatum, quicquid demagogorum in urbe tunc erat, e medio ſuſtulit. Atque ſic veluti Deo quodam vindictam exercente, meritas illi poenas exſolverunt. Popu-

τὴν πόλιν. [o] Ἐπαμινώνδου δὲ συμβουλεύσαντος, ὅτι τὰ διὰ τῆς ἀνδρείας κατεργασθέντα, τῇ φιλανθρωπίᾳ διαφυλάττειν τοὺς τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ὀρεγομένους, μετέγνωσαν. διόπερ τοὺς μὲν Ὀρχομενίους εἰς τὴν τῶν συμμάχων [p] χώραν κατέταξαν. Μετὰ δὲ ταῦτα Φωκεῖς καὶ Αἰτωλοὺς καὶ Λοκροὺς φίλους ποιησάμενοι, τὴν εἰς Βοιωτίαν ἐπάνοδον ἐποιήσαντο. Ἰάσων δὲ ὁ Φερῶν τύραννος ἀεὶ μᾶλλον αὐξόμενος ἐστράτευσεν εἰς τὴν Λοκρίδα· καὶ τὴν μὲν Ἡράκλειαν τὴν ἐν Τραχινίᾳ διὰ προδοσίας ἑλὼν, ἀνάστατον ἐποίησε, καὶ τὴν χώραν Οἰταίοις καὶ Μηλιεῦσιν ἐδωρήσατο. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τὴν Περραιβίαν 372. ἐπιζεύξας, τῶν πόλεων τὰς μὲν λόγοις φιλανθρώποις προσηγάγετο, τὰς δὲ διὰ τῆς βίας ἐχειρώσατο. ταχὺ δὲ τῆς δυναστείας αὐτοῦ στερεουμένης, οἱ τὴν Θετταλίαν οἰκοῦντες ὑφεωρῶντο τὴν αὔξησιν αὐτοῦ καὶ τὴν πλεονεξίαν. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, ἐν τῇ πόλει τῶν Ἀργείων ἐγένετο στάσις, καὶ φόνος τοσοῦτος, ὅσος παρ' ἑτέροις τῶν Ἑλλήνων [q] οὐδέποτε γεγονέναι μνημονεύεται. ἐκλήθη δὲ ὁ νεωτερισμὸς οὗτος [r] παρὰ τοῖς Ἕλλησι σκυταλισμὸς, διὰ τὸν τρόπον τοῦ θανάτου ταύτης τυχὼν τῆς προσηγορίας.

Ἡ γοῦν στάσις ἐγένετο διὰ τοιαύτας αἰτίας· τῆς πόλεως τῶν Ἀργείων δημοκρατουμένης, καί τινων δημαγωγῶν παροξυνόντων τὸ πλῆθος κατὰ τῶν [s] ταῖς ἐξουσίαις καὶ δόξαις ὑπερεχόντων, οἱ διαβαλλόμενοι συστάντες ἔγνωσαν καταλῦσαι τὸν δῆμον. βασανισθέντων δέ τινων ἐκ τῶν συνεργεῖν δοκούντων, οἱ μὲν ἄλλοι, φοβηθέντες τὴν ἐκ τῶν βασάνων τιμωρίαν, ἑαυτοὺς ἐκ τοῦ ζῆν μετέστησαν· ἑνὸς δ' ἐν ταῖς βασάνοις ὁμολογήσαντος καὶ πίστιν λαβόντος, ὁ μὲν μηνυτὴς τριάκοντα τῶν ἐπιφανεστάτων κατηγόρησεν, ὁ δὲ δῆμος, οὐκ ἐλέγξας ἀκριβῶς, ἅπαντας τοὺς διαβληθέντας ἀπέκτεινε, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἐδήμευσε. πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων ἐν ὑποψίαις ὄντων, καὶ τῶν δημαγωγῶν ψευδέσι διαβολαῖς συνηγορούντων, ἐπὶ τοσοῦτον ἐξηγριώθη τὸ πλῆθος, ὥστε πάντων τῶν κατηγορουμένων, ὄντων μὲν πολλῶν καὶ μεγαλοπλούτων, καταγνῶναι θάνατον. ἀναιρεθέντων [t] δὲ τῶν δυνατῶν ἀνδρῶν πλειόνων ἢ χιλίων καὶ [v] διακοσίων, καὶ τῶν δημαγωγῶν αὐτῶν ὁ δῆμος οὐκ ἐφείσατο. διὰ γὰρ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς, οἱ μὲν δημαγωγοὶ, φοβηθέντες μή τι παράλογον αὐτοῖς ἀπαντήσῃ, τῆς κατηγορίας ἀπέστησαν· οἱ δ' ὄχλοι, δόξαντες ὑπ' αὐτῶν ἐγκαταλελεῖφθαι, καὶ διὰ τοῦτο παροξυνθέντες, ἅπαντας τοὺς δημαγωγοὺς ἀπέκτειναν. οὗτοι μὲν οὖν, ὥσπερεί τινος νεμεσήσαντος δαιμονίου, τῆς ἁρμοζούσης τιμωρίας ἔτυχον. ὁ δὲ

o Ἐπαμινώνδου δὲ συμβ. *Clar.* & *Reg.* 2. unde aberrans δὲ revocavi. Idem cenſuit Ill. *Scaliger*, mox etiam δεῖ poſt διαφυλάττειν adjungendum opinatus. p Πόλιν *Vat. Coiſl.* & *Clar.* margo. q Οὐδέποτε μνημον. γεγονέναι *Coiſl.* οὐ μνημον. γεγον. *Clar. Reg.* 2. Vulgatum non moveo. Vid. *Phrynichi.* Eclog. p. 88. *Ed. Hoeſch.* r Abſunt haec tria *Reg.* 1. s Non reperitur in *Reg.* 2. & *Clar.* t Deſit in *Coiſl.* & mox ἀνδρῶν in *Reg.* 1. v Ἑξακοσίων *Reg.* 2. *Clar.* & ora *Steph.*

23. Ὅτι τὰ διὰ τῆς &c. διαφυλάττειν] Vacat ὅτι, ut ſaepe. Conf. not. in L. IV, 26. & XIII, 91. Id ſi obſervatum fuiſſet, ſupplementum viri docti non addidiſſent. Favebat Orchomeniis Epaminondas, quare alibi eo occupato urbem Thebani exſciderunt deinceps, ſi fides *Pauſaniae* IX, 15. Sed infra Noſtrum C. 79. vide. P. Wess.

31. Ἡράκλειαν τὴν ἐν Τραχινίᾳ] Vide not. in L. XII, 59. & *Xenophontem* Hellen. L. VI. p. 469., ubi κατέβαλε τὸ Ἡρακλεωτῶν τεῖχος optimum eſſe, hic locus patefacit. P. Wess.

42. Ἐκλήθη δὲ —— σκυταλισμὸς] Σκυτάλαις ſive baculis perpetrata caedes eſt. Σκυταλισμὸν ἐκάλεσαν, διότι παίοντες ἀλλήλους ἀνῄρουν *Helladius* ait apud *Photium* Biblioth. p. 1593. P. Wess.

64. Πλειόνων ἢ χιλίων καὶ διακοσίων] Praeſtare videtur ἑξακοσίων. *Plutarchus* certe in Praecept. Reip. Geren. p. 814. B., quique eum ſequitur *Helladius*, mille & quingentos contrucidatos prodit. Fuit autem Argivorum reipublicae miſerrimum id fatum, ut inter ſeſe cives vehementer diffiderent mutuamque in caedem ruerent. Aliud dirae ſeditionis exemplum deſcriptum fuit L. XII, 80. P. Wess.

74. Λυκομήδης ὁ Τεγεάτης] Habet *Xenophon*. Hellen. L. VII. p. 483. Lycomedem Mantinenſem, opibus pollentem & ambitioſum, magnaque in Arcadum gente auctoritate & gratia. Meminit ejuſdem *Pauſan.* L. VIII, 27. In illum optime haec congruerent, niſi patria obſtaret. Vide mox C. 62. P. Wess.

76. Ἐξ ἀνδρῶν μυρίων] *Xenophon* τοὺς μυρίους τοὺς Ἀρκάδων προεστῶτας adpellat Hellen. L. VII. pag. 501., τοὺς μυρίους ἐν Ἀρκαδίᾳ *Aeſchines* Or. περὶ τῆς παραπρ. p. 38., τοὺς μυρίους ἐν Μεγάλῃ πόλει *Demoſthen.* in ejuſdem argumenti Or. p. 199. Ea in urbe curia erat, in qua de ſumma republica deliberabant, apud *Pauſaniam* L. VIII, 32., cujus interpretem bene notavit Cl. *Kuhnius*. Qui vero *Plutarchum* Latina veſte donavit, ſatis etiam vage T. II. p. 840. F. P. Wess.

Εἰς τὸν Παλλάντιον] Τὸ Παλλάντιον *Xenoph.* Hellen. VI. pag. 472. τὸ Παλλάντιον *Pauſan.* VIII, 43., atque ita refingunt in *Stephano* viri docti. Sed *Xenophontis* & Noſtri ſcripturam aſſerit Παλλάντιον Ἀρκαδικὴ πόλις in *Dionyſii* A. R. Lib. 1. pag. 24. Cives

ὁ δὲ δῆμος, παυσάμενος τῆς λύπης, εἰς τὴν προϋπάρχουσαν εὔνοιαν ἀπεκατέστη.

Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους [x] Λυκομήδης ὁ Τεγεάτης ἔπεισε τοὺς Ἀρκάδας εἰς μίαν συντέλειαν [y] συνταχθῆναι, καὶ κοινὴν ἔχειν σύνοδον συνεστῶσαν ἐξ ἀνδρῶν μυρίων, καὶ τούτους ἐξουσίαν ἔχειν περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης βουλεύεσθαι. γενομένης δὲ στάσεως
373. μεγάλης παρὰ τοῖς Ἀρκάσι, καὶ διὰ τῶν ὅπλων διακριθέντων τῶν διαφερομένων, πολλοὶ μὲν ἀνῃρέθησαν, πλείους δὲ τῶν χιλίων καὶ τετρακοσίων ἔφυγον, οἱ μὲν εἰς τὴν Σπάρτην, οἱ δ' εἰς τὸ [z] Παλάντιον. οὗτοι μὲν οὖν ἐκδοθέντες ὑπὸ τῶν [a] Παλαντίων, ὑπὸ τῶν νενικηκότων ἐσφαγιάσθησαν· οἱ δ' εἰς τὴν Σπάρτην φυγόντες ἔπεισαν τοὺς Λακεδαιμονίους εἰς τὴν Ἀρκαδίαν στρατεῦσαι. διόπερ Ἀγησίλαος ὁ βασιλεὺς μετὰ δυνάμεως καὶ τῶν φυγάδων ἐνέβαλεν εἰς τὴν τῶν Τεγεατῶν χώραν, διὰ τὸ δοκεῖν τούτους τῆς [b] στάσεως καὶ τῆς φυγῆς αἰτίους γεγονέναι· πορθήσας δὲ τὴν χώραν, καὶ τῇ πόλει προσβολὰς ποιησάμενος, κατεπλήξατο τῶν Ἀρκάδων τοὺς ἐναντιοπραγοῦντας.

Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Ἰάσων [c] ὁ Φερῶν τύραννος, συνέσει τε στρατηγικῇ διαφέρων, καὶ πολλοὺς τῶν [d] περιοίκων εἰς συμμαχίαν προσαγόμενος, ἔπεισε τοὺς Θετταλοὺς ἀντιποιεῖσθαι τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας. ταύτην γὰρ ὥσπερ ἔπαθλον ἀρετῆς προκεῖσθαι τοῖς δυναμένοις [e] αὐτῆς ἀμφισβητῆσαι. Λακεδαιμονίους γὰρ συνέβαινε περὶ Λεῦκτρα μεγάλῃ συμφορᾷ περιπεπτωκέναι, Ἀθηναίους δὲ [f] μόνον τῆς κατὰ θάλατταν ἀρχῆς ἀντέχεσθαι, Θηβαίους δὲ τῶν πρωτείων ἀξίους μὴ εἶναι. Ἀργείους δέ, διὰ στάσεις καὶ φόνους ἐμφυλίους, τεταπεινῶσθαι. διόπερ οἱ Θετταλοί, προστησάμενοι τῶν ὅλων ἡγεμόνα Ἰάσονα, τούτῳ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον ἐπέτρεψαν. ὁ δὲ Ἰάσων, παραλαβὼν τὴν ἡγεμονίαν, τῶν τε πλησίον ἐθνῶν τινα προσηγάγετο, καὶ πρὸς Ἀμύνταν τὸν τῶν Μακεδόνων βασιλέα συμμαχίαν ἐποιήσατο. Ἴδιον δέ τι συνέβη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν· τῶν γὰρ ἐν δυναστείαις ὄντων τρεῖς ἐτελεύτησαν περὶ τὸν αὐτὸν καιρόν. Ἀμύντας μὲν Θαῤῥαλέου βασιλεύων τῆς Μακεδονίας ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη εἴκοσι καὶ τέτταρα, υἱοὺς ἀπολιπὼν τρεῖς, Ἀλέξανδρον καὶ Περδίκκαν καὶ Φίλιππον. διεδέξατο δὲ τὴν βασιλείαν [g] αὐτοῦ Ἀλέξανδρος, καὶ ἦρξεν ἐνιαυτόν. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀγησίπολις ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς μετήλλαξεν, ἄρξας ἐνιαυτόν· τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος Κλεομένης ὁ ἀδελφός, ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα καὶ τέτταρα. τρίτος δὲ Ἰάσων ὁ Φεραῖος, ἡγεμὼν ᾑρημένος τῆς Θετταλίας, καὶ δοκῶν ἐπιεικῶς ἄρχειν τῶν ὑποτεταγμένων, ἐδολοφονήθη,

lus vero a perturbatione animos ad priſtinae benevolentiae ſtudium reduxit. Olymp. CII. III.

59. Per idem tempus Lycomedes Tegeata Arcadibus perſuaſit, ut in unum Reipublicae corpus ſeſe conjungerent, communi inſtituto conſilio, quod ex decies mille viris conſtans, de bello ac pace conſiliandi poteſtatem haberet. Sed accidit, ut tumultu inter Arcades excitato, armis controverſia diſceptaretur. Hic plurimis occiſis ſupra CIↃ. CCCC. alii Spartam, alii Palantion, exſulatum ibant. Quorum hi in victorum manus a Palantinis traditi, jugulabantur: illi Lacedaemoniis ſuſcipiendae in Arcadiam expeditionis auctores erant. Ageſilaus proinde Rex cum civium exſulumque manu in Tegeatarum fines, quod hi turbarum & exſiliorum auctores eſſe viderentur, irruptionem fecit, agrorumque vaſtatione, & valida urbis oppugnatione in magnum Arcades ſibi adverſantes terrorem conjecit.

60. Interea dum haec aguntur, Iaſon etiam, qui Pheris dominabatur, vir prudentia militari excellens, qui jam plurimos finitimorum ad ſocietatem armorum pertraxerat, hortator Theſſalis exſtitit, ut Graecorum ſibi imperium vindicarent. Hoc enim tanquam virtutis praemium iis propoſitum eſſe, quicunque de ipſo decertare poſſint. Jam enim ita comparatum eſſe, ut Lacedaemonii foedam ad Leuctra cladem ſint experti: Et Athenienſes maris tantum imperium ſibi aſſerant: Thebani autem nequaquam digni ſint, qui primatum obtineant: Argivi denique diſſidiis ac caedibus inteſtinis ſeipſos enervarint. Idcirco Theſſali ſummae rerum Iaſonem praeficiunt, eique totam belli adminiſtrationem committunt. Qui, poſtquam imperium acceperat, vicinas quaſdam gentes ſibi obnoxias fecit, & cum Amynta rege Macedonum ſociale foedus percuſſit. Peculiare quiddam hoc anno contigit. Tres enim magni Principes eodem tempore in vivis eſſe deſierunt. Nam Amyntas Tharrhalei F. Poſtquam XXIV. annos regnum Macedoniae tenuerat, deceſſit, tres poſt ſe filios, Alexandrum, Perdiccam, & Philippum relinquens. Alexander quidem defuncto ſucceſſit; ſed annum tantummodo regnavit. Deinde etiam Ageſipolis rex Lacedaemoniorum poſt exactum regni ſui annum, mortem cum vita commutavit; Eique Cleomenes frater ſurrogatus, XXXIV. annos ad gubernaculum regni ſedit. Tandem Iaſon Pheraeus, quem Theſſali ducem ſibi nuper creaverant, quanquam mode-

x Λυκομίδης Reg. 2. y Ταχθῆναι Coiſl. Reg. 1. z Παλάτιον Clar. a Παλαντίων idem & Reg. 1. b Συστάσεως Reg. 1. c Ὁ τῶν Coiſl. non male. d Περιοικούντων margo Steph. Reg. 2. Clar. Mox προσγεγραμμένος Coiſl. perperam. e Non eſt in Reg. 1. f Μόνους Steph. ora, Vat. Reg. 1. g Οὗτος Coiſl. Venet.

Xenoph. & Pauſan. Παλλαντιεῖς ſive Παλαντιεῖς, Παλάντιον Diodoro & Stephano. Ceterum de turbis his Arcadicis Xenophon plura. P. Wess.

4. Τῶν ὅλων ἡγεμόνα Ἰάσονα] Hinc Θετταλῶν μόναρχος in Plut. Apophtheg. pag. 193. B.; ſed vide Cel. Jac. Perizon. in Aeliani V. H. Lib. XI, 9. P. Wess.

11. Ἀμύντας μὲν Θαῤῥαλέου] Pater ejus Menelaus eſt in Juſtini L. VII, 4. & Aeliani Hiſt. Var. L. XII, 43., ubi Diodori diſſenſum non neglexit idem ille Perizonius. Eumdem Dexippus Aridaeum vocat: qua forte ſcriptorum diſcordia motus Ill. Ez. Spanhem. Diſſert. VII. de Num. Praeſt. p. 379. Ἀμύνταν τὸν Θαῤῥαλέου vertit Audacis filium, quem equidem non ſequor. P. Wess.

13. Ἀλέξανδρον καὶ Περδίκκαν καὶ Φίλιππον] Sed infra eodem lib. C. 71. quartum addit. Ptolemaeum, Aloritem dictum, fratris Alexandri occiſorem & regni uſurpatorem. Sed forte non fuit legitimus. Ideo eum hoc loco inter legitimos non numerat. Si credendum eſt Trogo apud Juſtinum L. VII, 4. fuit non filius Amyntae, ſed gener ex filia Euryone. JAC. PALM.

18. Ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα καὶ τέτταρα] Cleomeni, cui ſucceſſor fuerit Aretas, ſive Areus potius, L. XX, 29. regni annos LX. & menſes decem tribuit. Scinduntur inde in partes Chronologiae periti, partim in hos, partim illos in annos proniores. Ill. quidem Scaliger XXXIV. annos Cleomeni Cleombroti filio dat, alterumque illum Cleomenem diverſum eſſe, & ὁμωνυμίᾳ Diodorum fuiſſe deceptum Canon. Iſagog. L. III, pag. 332. pertendit, id tamen non oſtendens, quis alter ille Cleomenes? At Dion. Petavius D. Temp. L. X, 53. & Simſon. Chron. ann. 3635. poſteriores annos praeferunt, Cleomenique annos adſignant LX. & menſes decem: quibus ego adſtipulor, annos XXXIV. ex L. XX, 29. corrigendos arbitratus. Cleomenes puer admodum regno admotus eſt, idque haud infeliciter adminiſtratum reliquit Areo, ut Pauſan. L. III, 6. docet. P. Wess.

ἐξέβαλεν ἐκ τῆς πόλεως, πολλοὺς δὲ τῶν Βοιωτῶν κατέβαλε. γενομένης δὲ φιλοτιμίας, οἱ μὲν Βοιωτοὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν συντάξαντες, ἐπῆγον ἐπὶ τὴν Κόρινθον καταπληκτικῶς· ὁ δὲ Χαβρίας ἀναλαβὼν τοὺς Ἀθηναίους, προῆγεν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ καταλαβόμενος τοὺς ὑπερδεξίους τόπους, ὑπέστη τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον. οἱ μὲν οὖν Βοιωτοί, πεποιθότες ταῖς τῶν σωμάτων ῥώμαις καὶ ταῖς ἐν τοῖς συνεχέσι πολέμοις ἐμπειρίαις, τῇ βίᾳ τοὺς Ἀθηναίους ἤλπιζον χειρώσασθαι· οἱ δὲ περὶ τὸν Χαβρίαν ἐκ τόπων ὑπερδεξίων ἀγωνιζόμενοι, καὶ πολλῶν ἐκ τῆς πόλεως χορηγουμένων, οὓς μὲν ἀνῄρουν τῶν βιαζομένων, τοὺς δὲ κατετίτρωσκον. οἱ δὲ Βοιωτοί, πολλὰ μὲν κακοπαθήσαντες, οὐδὲν δὲ πρᾶξαι δυνάμενοι, τὴν ἀναχώρησιν ἐποιήσαντο. Χαβρίας μὲν οὖν, ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ [n] στρατηγίᾳ θαυμασθείς, τοῦτον τὸν τρόπον ἀπετρίψατο τοὺς πολεμίους.

Ἐκ δὲ τῆς Σικελίας Κελτοὶ καὶ Ἴβηρες δισχίλιοι κατέπλευσαν εἰς Κόρινθον, ἐκπεμφθέντες ὑπὸ Διονυσίου τοῦ τυράννου συμμαχῆσαι Λακεδαιμονίοις, εἰς μῆνας πέντε τοὺς μισθοὺς εἰληφότες. οἱ δ' Ἕλληνες, πεῖραν αὐτῶν βουλόμενοι λαβεῖν, προῆγον αὐτούς, καὶ κατὰ τὰς συμπλοκὰς καὶ μάχας ἀνδραγαθησάντων αὐτῶν, πολλοί τε τῶν Βοιωτῶν καὶ τῶν συμμάχων ὑπ' αὐτῶν ἀνῃροῦντο. διόπερ δόξαντες [o] εὐχειρίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ διαφέρειν, καὶ πολλὰς χρείας παρεσχημένοι, καὶ τιμηθέντες ὑπὸ [p] τῶν Λακεδαιμονίων, τοῦ θέρους λήγοντος ἐξαπεστάλησαν εἰς τὴν Σικελίαν. Μετὰ δὲ ταῦτα Φίλισκος μὲν ὑπ' Ἀρταξέρξου τοῦ βασιλέως ἀποσταλεὶς κατέπλευσεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, παρακαλῶν τοὺς Ἕλληνας διαλύσασθαι μὲν τοὺς πολέμους, εἰρήνην δὲ κοινὴν συνθέσθαι· οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἀσμένως ὑπήκουσαν· Θηβαῖοι δὲ κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν, ὅλην τὴν Βοιωτίαν ὑπὸ μίαν [q] ἀγαγόντες συντέλειαν, οὐ προσεδέχθησαν. ἀπογνωσθείσης δὲ τῆς κοινῆς εἰρήνης, ὁ μὲν Φίλισκος καταλιπὼν τοῖς Λακεδαιμονίοις δισχιλίους ἐπιλέκτους μισθοφόρους, ἔχοντας τοὺς μισθούς,
382. ἀπῆλθεν [r] εἰς τὴν Ἀσίαν. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Εὔφρων ὁ Σικυώνιος, διαφέρων θράσει καὶ ἀπονοίᾳ, συνεργοὺς λαβὼν Ἀργείους, ἐπέθετο τυραννίδι. κρατήσας δὲ τῆς ἐπιβολῆς, τετταράκοντα τοὺς [s] εὐπορωτάτους τῶν Σικυωνίων ἐφυγάδευσε, δημεύσας αὐτῶν τὰς οὐσίας· καὶ πολλῶν χρημάτων κυριεύσας, μισθοφόρους ἤθροισε, καὶ τῆς πόλεως ἐδυνάστευσεν.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι [t] Ναυσιγένους, ἐν Ῥώμῃ χιλίαρχοι κατεστάθησαν ἀντὶ τῶν ὑπάτων τέτ-

bit, partem, eamque non minimam, proſternit. Olymp. CIII. IV. Cumque certamen ita exarſiſſet, Boeoti cum toto exercitu probe inſtructo, ad Corinthum terribilem in modum acceſſerunt. Chabrias ſtatim Athenienſes ſuos expeditos habens, ex urbe erumpit, & editioribus occupatis locis, hoſtium impreſſionem ſuſtinet. Boeoti contra, quos vires corporum, & longus bellorum uſus animabat, vi ſua Athenienſes ſubigi poſſe non diffidebant. At Chabriani, dum e ſublimioribus locis depugnant, & prolixam interim ad rem pertinentium copiam ex urbe ſuppeditatam habent, vim inferentes partim occidunt, partim vulneribus foede multatos dimittunt. Unde evenit, ut Boeoti multis affecti cladibus, cum nihil efficere poſſent, retro copias abducerent. Chabrias vero, quod hunc ad modum hoſtes ſummoviſſet, ob virilis animi promtitudinem & conſtantiam, artiſque Imperatoriae facultatem, in admiratione habebatur.

70. Sub haec ex Sicilia Gallorum & Hiſpanorum duo millia Corinthi appulerunt; Dionyſius hos Tyrannus, numerato in praeſens v. menſium ſtipendio, Lacedaemoniis auxilio miſerat: Graeci, ut periculum virtutis ipſorum facerent, hos ſimul in hoſtem educebant. Cumque fortes ſe viros in pugnis exhiberent, multos Boeotorum ſociique nominis proſtraverunt. Et poſteaquam utilem Grae- 494.
cis operam navaſſent, eximiam ob praeſtans cum manuum, tum animorum robur laudem adepti, & digni, quos Lacedaemonii praemiis afficerent, habiti, ſub exitum aeſtatis in Siciliam dimittuntur. Poſthaec Philiſcus Artaxerxis regis legatus in Graeciam venit hortatum, ut ſolutis tandem bellis mutuam inter ſe pacem confirmarent. Cui ceteri obſecundant, & quidem non illubentes: Soli Thebani, quae ipſis pertinacia erat, quod jam pridem ſub unum tota Boeotia cenſum ab ipſis coacta erat, conditionem repudiant. Quare communitate pacis deſperata mercenarios bis mille selectiſſimos, quibus jam ſoluta ad hoc ſtipendia erant, Lacedaemoniis relinquens, Philiſcus in Aſiam diſcedit. Dum haec geruntur, Euphron Sicyonius, confidentia & temeritate nulli ſecundus, adſumtis in conſortium Argivis, dominatus occupandi conſilia cepit; & fortuna conatus adjuvante, extemplo civium potentiſſimos XL. exſilium patria mutare coegit, bonaque ipſorum publicavit, unde magna vi opum potitus, conducto peregrinorum militum praeſidio, urbem in poteſtate retinuit.

71. Archonte dehinc Athenis Nauſigene, & Olymp. CIII. I.
Romae Trib. mil. IV, L. Papirio, L. Menenio, Serv.

[n] Στρατηγίᾳ θαυμ. *Reg.* 1. Vulgo στρατηγικῇ δυνάμει. [o] Εὐχειρίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ *Coiſl.* [p] Articulus deeſt *Reg.* 2. [q] Ἄγοντες Idem & *Clar.* [r] Deſunt tria, quae ſequuntur, *Reg.* 1. Paullo ante οὖν omitt. & *Coiſl.* [s] Εὐπορωτέρους *Clar.* [t] Ναυσιγ. Idem cum *Reg.* 2.

„ bulis eadem (militaris ſcilicet) virtus deſignatur, adjunctum „ reperiet". Hactenus *Faber*, annumerans deinde loca στρατηγικὴν σύνεσιν repraeſentantia, ſed quae ibi relinquo: ſatis enim obvia ſunt. Id profecto verum eſt, nuſquam δύναμιν στρατηγικὴν in *Diodori* libris reperiri. Occurrit mihi ſemel apud *Polybium* L. 1, 84. & his quidem in verbis, τότε γὰρ ἦν — συνιδεῖν — πόλεων ἔχει διαφορὰν ἐμπειρία μεθοδικὴ καὶ ΣΤΡΑΤΗΓΙΚΗ ΔΥΝΑΜΙΣ ἀπειρίας καὶ τριβῆς ἀλόγου στρατιωτικῆς. Neque dubito tamen, quin & ibi prava ſit. Moveor Noſtri judicio: namque ea prudentiſſimi ſcriptoris, ut ſaepe, aemulatus ſcribit & illa ipſa in re, τότε συνιδεῖν ἦν ἐπ' αὐτῆς τῆς πράξεως, ὅσον ὑπερέχει ἡ ΣΤΡΑΤΗΓΙΚΗ ΣΥΝΕΣΙΣ ἰδιωτικῆς ἀπειρίας καὶ τριβῆς ἀλόγου στρατιωτικῆς Ecl. 1. Lib. xxv, manifeſto, ut opinor, indicio, fuiſſe tum in *Polybio* στρατηγικὴν σύνεσιν, non, quae nunc aegre ſedem tuebitur, δύναμιν. Proinde *Fabri* conjectura recto ſtat talo, & recipi merebatur, niſi ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ στρατηγίᾳ θαυμασθεὶς ex *Reg.* 1. adaeque probum eſſet. Solet Auctor στρατηγίας voce virtutem artemque imperatoriam ſaepenumero deſcribere. Ἀνδρείᾳ στρατηγίας *Faber* paullo ante produxit ipſe. De Timotheo καὶ δι' ἀνδρείαν καὶ στρατηγίαν ſupr. C. 36., & Epaminondas ἐφιλοτιμεῖτο διὰ τῆς ἰδίας ἀρετῆς καὶ στρατηγίας μεθελεῖν τὰς τῶν ... C. 53. Mitto plura: haec cur ſcripti libri auctoritatem potiorem probabili conjectura cenſuerim, abunde commonſtrant. P. Wess.

84. Εἰς Κόρινθον] Confer *Xenophontem* L. vii. Hellen. pag. 483., ubi hanc πρώτην παρὰ Διονυσίου βοήθειαν vocat: venit enim & altera inſequente anno. P. Wess.

99. Κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν] Rectius vertiſſet Interpres *ex inſtituto ſuo*. Ὑπόστασις hoc loco eſt ſuſcepta ſemel ratio conſilii & propoſitum univerſum, ad quod ſingulas actiones referebant, ut bene monuit *Iſ. Caſaubonus* ad *Polyb.* p. 111. *Ed. Gron.* Nimirum Thebani Boeotiae civitates liberas eſſe nolebant, neque pati poterant, ut Meſſene in Lacedaemoniorum rediret poteſtatem: hinc ſalubria illa pacis conſilia ad nihilum reciderant, docente *Xenophonte* Hellen. vii. p. 484. Philiſcus vero iſte regis Perſarum legatus domo Abydenus erat. P. Wess.

5. Εὔφρων ὁ Σικυώνιος] Ex *Xenophonte*, qui hominis artes & ſcelera exſequitur, conficias paullo eum ſerius tyrannidem occupaſſe Hellen. L. vii. pag. 488. Fuit autem in Sicyoniorum fatis, ut ſaepe tyrannide opprimeretur, nec ſemper cle-

Olymp. CIII. 1. Serv. Cornelio, Serv. Sulpicio coſſ. in locum ſurrogatis: tertia ſupra centeſimam Olympias apud Eleos agebatur, qua Pythoſtratus Athenienſis coronam ſtadio meruit. Hoc anno Ptolemaeus Alorites Amyntae F. Alexandrum fratrem ſuum dolo interemit, & Macedoniae regnum per annos III. adminiſtravit. Tum in Boeotia Pelopidas Epaminondae bellicae gloriae ſtudio aemulus, ubi res in Peloponneſo ad Reipublicae Boeoticae emolumentum ab eo confectas vidit, etiam ipſe nonnulla extra Peloponneſum ſita Thebanorum ditioni ſubjicere properavit. Quapropter Iſmenia, magnae ob virtutem exiſtimationis viro, ſibique inprimis amico, in ſocietatem negotii aſſumto, in Theſſaliam contendit, & cum Alexandro Pheraeorum Tyranno pacifice congreſſus, inopinato captus, una cum Iſmenia cuſtodiae traditur. Exacerbati hoc facto Thebani, IↃↃ. CIↃ. CIↃ. CIↃ. gravis armaturae militum, & IↃ. C. equites in Theſſaliam mittunt; Quorum adventu territatus Alexander per legatos Athenienſes ad ſocietatem ſecum ineundam invitat. Confeſtim ei populus XXX. naves praetore claſſis Autocle cum mille militibus, transmittit. Interea vero dum iſte Euboeam circumnavigat, Thebani in Theſſaliam tranſierant. Quamvis autem & pedeſtribus copiis inſtructus eſſet Alexander, & equitatu Boeotis praepolleret; hi tamen pugna finiendum eſſe bellum initio cenſebant, auxiliis Theſſalorum roborati. At cum ab his deſtituerentur, & Athenienſes aliique nonnulli auxiliarii ſe cum Alexandro junxiſſent, cibus etiam potuſque, & omnis caeteroquin commeatus Boeotos deficeret; Boeotarchis domum regredi placuit. Retroverſis igitur ſignis, dum per campeſtria iter habent, Alexander cum equitatu inſecutus, extremum agmen invadit. Statim Boeotorum alii jaculis confixi oppetunt, alii vulneribus gravantur. Tandem cum neque ſubſiſtendi, neque procedendi facultas eſſet, quo ſe verterent, aut quid agerent, non habebant; Ad quam perplexitatem victus etiam penuria acceſſit. Jamque nihil ſpei ipſis reliquum erat; cum Epaminondas privatam tunc vitam agens, ab exercitu Dux creatur; Is ſtatim delectam levis armaturae manum, & equites in poſtremo ag-

ταρες, Λεύκιος [v] Παπίριος, Λεύκιος Μενένιος, [x] Σέρουιος Κορνήλιος, Σέρουιος Σουλπίκιος. παρὰ δὲ Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς ἤχθη τρίτη πρὸς ταῖς ἑκατόν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Πυθόστρατος Ἀθηναῖος. ἐπὶ δὲ τούτων Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης ὁ Ἀμύντου υἱὸς ἐδολοφόνησεν Ἀλέξανδρον τὸν ἀδελφόν, καὶ ἐβασίλευσε τῆς Μακεδονίας ἔτη [y] τρία. κατὰ δὲ τὴν Βοιωτίαν Πελοπίδας, ἐφάμιλλος ὢν τῷ Ἐπαμινώνδᾳ τῇ κατὰ πόλεμον δόξῃ, καὶ θεωρῶν ἐκεῖνον τὰ περὶ τὴν Πελοπόννησον συμφερόντως καθεστακότα τοῖς Βοιωτοῖς, ἔσπευδε τὰ ἐκτὸς Πελοποννήσου δι' ἑαυτοῦ προσάγεσθαι τοῖς Θηβαίοις· παραλαβὼν δὲ Ἰσμηνίαν, ἄνδρα φίλον μὲν [z] ἑαυτοῦ, θαυμαζόμενον δ' ἐπ' ἀρετῇ, παρῆλθεν εἰς Θετταλίαν. καταντήσας δὲ πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν Φερῶν τύραννον, ἀλόγως συνελήφθη [a] μετ' Ἰσμηνίου, καὶ εἰς φυλακὴν παρεδόθη. Θηβαίων δ' ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι παροξυνθέντων, καὶ ταχέως εἰς τὴν Θετταλίαν ἐκπεμψάντων ὁπλίτας μὲν ὀκτακισχιλίους, ἱππεῖς δ' ἑξακοσίους, φοβηθεὶς Ἀλέξανδρος ἐξέπεμψε πρεσβείας εἰς τὰς Ἀθήνας περὶ συμμαχίας. ὁ δὲ παραχρῆμα ὁ δῆμος ἐξέπεμψε ναῦς μὲν τριάκοντα, στρατιώτας δὲ χιλίους, ὧν ἦν στρατηγὸς Αὐτοκλῆς. ἐν ὅσῳ [b] δ' οὗτος περιέπλει τὴν Εὔβοιαν, Θηβαῖοι κατήντησαν εἰς Θετταλίαν. τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου πεζὴν δύναμιν ἠθροικότος, καὶ ἱππεῖς πολλαπλασίους ἔχοντος τῶν Βοιωτῶν, τὸ μὲν [c] πρῶτον οἱ Βοιωτοὶ διὰ μάχης ἔκριναν λῦσαι τὸν πόλεμον, συνεργοὺς ἔχοντες τοὺς Θετταλούς· ὡς δ' οὗτοι μὲν αὐτοὺς ἐγκατέλιπον, Ἀθηναῖοι δὲ καί τινες ἄλλοι σύμμαχοι παρεγένοντο τῷ Ἀλεξάνδρῳ, τὰ δὲ σῖτα καὶ ποτὰ καὶ τἄλλα πάντα ὑπελείπετο τοῖς Βοιωτοῖς, ἔγνωσαν οἱ Βοιωτάρχαι τὴν εἰς οἶκον ἐπάνοδον ποιεῖσθαι. ἀναζευξάντων δ' αὐτῶν, καὶ τῆς πορείας οὔσης διὰ χώρας πεδιάδος, Ἀλέξανδρος ἐπηκολούθει πολλοῖς ἱππεῦσι, καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς οὐραγίας [d] ἐπέθετο. τῶν δὲ Βοιωτῶν οἱ μὲν καταχοντιζόμενοι συνεχῶς ἀπέθνησκον, οἱ δὲ τραύμασι περιέπιπτον. τέ- 383-
λος δ' [e] οὔτε μένειν οὔτε προάγειν δυνάμενοι, εἰς πολλὴν ἀμηχανίαν ἐξέπιπτον, ἅτε δὴ καὶ τῶν ἐπιτηδείων σπανιζόντων. ἤδη δ' αὐτῶν τὴν σωτηρίαν ἀπεγνωκότων, Ἐπαμινώνδας ἰδιωτεύων κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν κατεστάθη στρατηγός. εὐθύς τε διαλέξας τούς τε ψιλοὺς καὶ τοὺς ἱπ-

v Παπίριος *Edd.* Mox Λεύκιος deeſt *Coiſl.* & *Venet.* tum Μανίνιος *Clar.* x Non eſt in *Coiſl. Venet.* qui ſtatim Ὀλυμπιάδος. y Τριάκοντα *Edd.* z Αὐτοῦ *Reg.* 2. a Μετ' Ἰσμ. ſatis commode *Coiſl.* b Δὲ *Clar.* c Πρότερον *Coiſl.* tum διὰ μάχης *Clar.* d Ἰδίας *Coiſl.* peſſime. e Οὔτε ſolus *Reg.* 2., quem laudo. οὐδὲ *Edd.*

mente, etſi ita velit *Strabo* L. VIII. p. 587. B. Alia docet Euphron hic, & in *Plutarchi* Arat. princ. ejuſdem inſtituti ac cupiditatis populares. P. Wess.

14. Λεύκιος Παπίριος] Pro Λεύκιος Παπ. & Λ. Μενένιος *Livius* edit L. Furium & A. Manlium, additque P. & C. Valerios. L. Rhod.

Λεύκιος Παπίριος] Abit Auctor a Faſtis Livianis non tantum quod alios annumeret tribunos militum conſulari poteſtate, ſed quod nullam fere rationem habeat ſolitudinis curulium magiſtratuum, quae in aliquot annos furoribus tribunitiis continuata fuit. *Livium* vide L. VI, 35. Et tamen Faſtorum conditores tribunos *Diodori* cum Livianis contendere ſolent. P. Wess.

17. Πυθόστρατος Ἀθηναῖος] Πυθόστρατος Ἐφέσιος apud *Euſebium*. Incertum quo fidejuſſore. P. Wess.

18. Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης ὁ Ἀμύντου υἱός] Error his ineſt manifeſtus. Amyntas filios ex ſe genuit Alexandrum, Perdiccam & Philippum, ut ipſe prodidit Auctor C. 60. Ptolemaeus fuerat ἐπίτροπος τῶν πραγμάτων per Macedoniam, teſte *Aeſchines* Or. περὶ Παραπρ. p. 32., ſed alienigena atque ἀλλότριος τοῦ γένους, uti diſerte *Dexippus* profitetur apud *Syncellum* Chronograph. p. 240. Idem haud obſcure *Plutarchus* indicat in Pelop. p. 292. C., pollicentem Pelopidae Ptolemaeum exhibens, ſeſe τῷ ἀρχὴν τοῖς τοῦ τεθνηκότος ἀδελφοῖς διαφυλάξειν. Itaque frater juvenum ipſe non erat, etſi iterum id adfirmetur C. 77.; quem quidem locum non neglexit Ill. *Spanhemius* Diſſert. VII. de Num. Praeſt. p. 380., hunc vero ſi contendiſſet, emendatione ſuccurri *Diodoro* non poſſe, ut erroris abſolvatur, ſine dubio pronuntiaſſet. Ceterum *Juſtin.* L. VII, 5. Alexandrum inſidiis matris Eurydices appetitum occubuiſſe adfirmat: unde ipſa in ejuſdem cum Ptolemaeo ſceleris ſocietatem veniſſe videtur. P. Wess.

20. Ἔτη τριάκοντα] Male pro τρία. L. Rhod.

Ἔτη τριάκοντα] Lege τρία, ut docet infra p. 497. Jac. Palm.

Ἔτη τρία] Auſus ſum invitis *Codd.* τρία reſtituere. Auctor ipſe Ptolemaeum Aloriten βασιλεῦσαι ἔτη τρία ſcripſit C. 77., neque plures annos ſucceſſionum ſeries illi poteſt concedere. Quare certatim viri doctiſſimi hanc emendationis viam ingreſſi ſunt, Ill. *Scaliger* in libri ſui margine & Olympiadum Ἀναγραφῇ, *Bongarſius* ad *Juſtin.* L. VII, 5. & *Simſonius* Chron. ann. 3637. atque alii. P. Wess.

29. Ἀλόγως συνελήφθη μετ' Ἰσμηνίου] Multo haec accuratius & diſtinctius traduntur a *Plut.* Pelop. p. 292. D. P. Wess.

35. Ὁ δῆμος ἐξέπεμψε ναῦς μὲν τριάκοντα] *Demoſthenes* Or. in Ariſtocrat. pag. 422. Ἀλέξανδρον ἐκεῖνον τὸν Θετταλόν, ὅτε εἶχε μὲν αἰχμάλωτον δήσας Πελοπίδαν, ἐχθρὸς δ' ἦν, ὡς οὐδείς, Θηβαίοις ἦν, ὑμῖν δ' οἰκείως διέκειτο οὕτως, ὥστε παρ' ὑμῶν στρατηγὸν αἰτεῖν, ἐβοηθεῖτε δὲ αὐτῷ, καὶ πάντα ἦν Ἀλέξανδρος, ſtudium populi Athenienſis & auxiliares has copias egregie deſignans. P. Wess.

56. Ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν κατεστάθη στρατηγός] Thebanorum exercitui praerat Cleomenes, privatus militabat Epaminondas. Γενομένης δὲ ἐκτὸς Πυλῶν αὐτῷ τῆς δυνάμεως, ἐμπλάκεντες σφίσιν ἐν δυσχωρίαις λοχήσαντος ὁ Ἀ-

ἱππεῖς, τούτους μὲν [f] αὐτὸς ἀνέλαβε, καὶ ταχθεὶς ἐπὶ τῆς οὐραγίας, διὰ τούτων ἀνέστελλε τοὺς ἐπακολουθοῦντας πολεμίους, καὶ πολλὴν ἀσφάλειαν παρείχετο τοῖς προηγουμένοις ὁπλίταις. ποιούμενος δὲ μάχας ἐξ ὑποστροφῆς, καὶ τάξει φιλοτέχνῳ χρώμενος, διέσωσε τὸ στρατόπεδον. ἀεὶ δὲ μᾶλλον διὰ τῶν κατορθουμένων αὔξων τὴν ἰδίαν εὐδοξίαν, μεγάλης ἀποδοχῆς ἐτύγχανε παρά τε τοῖς πολίταις καὶ τοῖς συμμάχοις. οἱ δὲ Θηβαῖοι τοὺς τότε Βοιωταρχήσαντας καταδικάσαντες πολλοῖς χρήμασιν ἐζημίωσαν.

Ἐπιζητουμένης δὲ τῆς αἰτίας πῶς ὁ τηλικοῦτος ἀνὴρ ἰδιώτης ὢν ἐστρατεύετο μετὰ τῶν εἰς Θετταλίαν ἀποσταλέντων, ἀποδοτέον τὸν οἰκεῖον λόγον τῆς ἀπολογίας. τῇ μάχῃ τῇ περὶ Κόρινθον Ἐπαμινώνδας διακόψας τὴν ἐπὶ τοῦ προτειχίσματος φυλακὴν τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ δυνάμενος πολλοὺς ἀνελεῖν τῶν πολεμίων, ἠρκέσθη τῷ προτερήματι. καὶ τῆς ἐπὶ τὸ πλεῖον μάχης ἀπέστη. γενομένης δὲ περὶ αὐτοῦ ἱκανῆς ὑποψίας, ὡς πεφεισμένου τῶν Λακεδαιμονίων ἰδίας [h] ἕνεκα χάριτος, οἱ φθονοῦντες αὐτοῦ τῇ δόξῃ καιρὸν ἔλαβον εὔλογον διαβολῆς. ἐπενεγκάντων δ' αὐτῷ προδοσίας ἔγκλημα, τὸ πλῆθος παροξυνθὲν ἀπεχειροτόνησεν αὐτὸν τῆς Βοιωταρχίας, καὶ ἰδιώτην ποιήσας ἐξαπέστειλε μετὰ τῶν ἄλλων. ὡς δὲ ἀπὸ τῶν ἀποτελεσμάτων ἐξέλυσε τὰς καθ' ἑαυτοῦ [i] διαβολάς, τότε ὁ δῆμος ἀποκατέστησεν αὐτὸν εἰς τὴν προγεγενημένην εὐδοξίαν. μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον Λακεδαιμονίοις πρὸς Ἀρκάδας ἐγένετο μεγάλη μάχη, ἐν ᾗ ἐνίκησαν Λακεδαιμόνιοι ἐπιφανῶς. μετὰ γὰρ τὴν ἐν Λεύκτροις ἧτταν ἐν τούτῳ πρώτῳ αὐτοῖς παράδοξον εὐτύχημα ἐγένετο. ἔπεσον γὰρ Ἀρκάδων μὲν ὑπὲρ τοὺς μυρίους, Λακεδαιμονίων δ' οὐδείς. προεῖπον δ' αὐτοῖς αἱ Δωδωνίας ἱέρειαι διότι πόλεμος οὗτος Λακεδαιμονίοις ἄδακρυς ἔσται. Μετὰ δὲ τὴν μάχην οἱ Ἀρκάδες, φοβηθέντες τὰς τῶν Λακεδαιμονίων εἰσβολάς, ἔκτισαν ἐπί τινος ἐπικαίρου τόπου τὴν ὀνομαζομένην Μεγάλην πόλιν, συῤῥίψαντες εἰς αὐτὴν κώμας [k] τετταράκοντα τῶν ὀνομαζομένων Μαιναλίων καὶ Παῤῥασίων Ἀρκάδων· καὶ τὰ μὲν κατὰ τοὺς Ἕλληνας ἐν τούτοις ἦν.

384. Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν, Διονύσιος ὁ τύραννος, ἔχων δυνάμεις ἀξιολόγους, καὶ τοὺς Καρχηδονίους ὁρῶν οὐκ εὖ διακειμένους πρὸς τὸν πόλεμον, διά τε τὴν γεγενημένην παρ' αὐτοῖς λοιμικὴν νόσον,

mine diſpoſuit. Cumque his inſectantes a tergo hoſtes repulit, ac crebris excurſibus manus conſerens, praecuntibus gravis armaturae militibus ſecuritatem praeſtitit, ſolertique aciei ſtructura utens, exercitum conſervavit. Et quia majorem ſubinde gloriam rebus dextre ac feliciter geſtis acquirebat, praecipuam apud cives ſociosque laudem promeruit. At qui tum magiſtratum Boeotorum gerebant, Thebani iis grandem pecuniae multam irrogarunt. — Olymp. CIII. 1. — 495.

72. Hic cum quaeſtio offeratur, quid cauſae fuerit, ut tantus vir in expeditione Theſſalica gregarium tunc militem ageret? apta ad defenſionem Epaminondae ratio nobis reddenda eſt. In praelio ad Corinthum Epaminondas praeſidio Lacedaemoniorum, quod vallum tuebatur, disjecto, ingentem hoſtium caedem facere poterat: Verum ſucceſſu illo contentus, a pugna ulterius perſequenda ſibi temperavit. In magnam idcirco ſuſpicionem raptus, quaſi privatam captando gratiam Lacedaemoniis pepercisset, ab obtrectatoribus, qui gloriae ipſius invidebant, cum ſpecioſae calumniae tempus arripuiſſent, proditionis accuſabatur. Qua criminatione vulgus exaſperatum, abrogato Boeotarchiae magiſtratu, privatam deinceps vitam agere; atque inter gregarios militare eum, juſſit. At poſtquam rebus praeclare geſtis aſperſam calumniae maculam abſterſiſſet, in priſtinam a populo dignitatem reſtitutus eſt. Haud longe poſt acre inter Lacedaemonios & Arcades praelium committitur, quo victoriam Lacedaemonii clariſſimam reportant. Quod primum eis certamen poſt cladem Leuctricam felicem nec opinato exitum habuit. Arcadum ſupra decies mille cecidere, Lacedaemoniorum ne unus quidem. Dodonaeae ſacerdotes ita cecinerunt: bellum hoc abſque lacrymis exiturum Lacedaemoniis. Ab hac pugna Lacedaemoniorum impreſſiones veriti Arcades, opportuno quodam loco Magnam, quam vocitant, urbem condidere, XL. Maenaliorum & Parrhaſiorum, uti nominantur, Arcadum pagis in eam conjectis. Atque is tum Graeciae ſtatus erat.

73. In Sicilia vero Dionyſius ille Tyrannus, magnis inſtructus copiis, ubi Carthaginienſes propter luem peſtiferam apud eos graſſatam, & defectionem Afrorum, non bene paratos videbat, ex-

f Αὐτὸς Coiſl. Vind. g [illegible] Coiſl. & Reg. ambo Vid. Sylburg. ad Dionyſ. Halicar. Excerpt. Legat. p. 742. h Ἕνεκα Clar. Reg. 2. i Διαβολάς, [illegible]. Vulgo καὶ interponitur, quod ſignum tamen notatum a Steph. k In Reg. 1. μ'. i. e. τετταράκοντα. Porro Μαιν. Clar. Edd. [illegible].

ὁ Ἀλέξανδρος, ſic Pauſan. L. IX. 15. ubi ſane nihil neceſſe fuerat, ut ἄστεως Πυλῶν ſollicitaret diligentiſſimus Sylburgius. Geſta res in Theſſalia eſt, quae ἐντὸς Πυλῶν, ſicuti reliqua Graecia ὁ ἔξω Πυλῶν Ἕλλας, ſive ἔξω Θερμοπυλῶν, ut ejuſdem in Pauſaniae L. x. 21. pag. 848. adpellatur. Ea vero occaſione & Cleomenes & Boeotarchae ſumma voluntate Epaminondae imperium deferunt, quo ille dextre uſus Thebanos ex anguſtiis expedivit, exercitumque ſervavit. Rem narrat quoque Plutarchus in Praecept. Reip. gerend. p. 797. B. P. Wess.

67. Πολλοῖς χρήμασιν ἐζημίωσαν] Singulis mulcta decem millium drachmarum fuit irrogata, Plut. Pelop. pag. 291. C. P. Wess.

91. Διότι πόλεμος οὗτος Λακεδαιμονίοις ἄδακρυς ἔσται] Vide Xenophontem Hellen. L. VII. p. 485. Saepe veteres ἄδακρυν hunc πόλεμον celebrant, quorum loca a Jo. Meurſio cum ſint conducta de Regn. Lacedaem. C. 19., addam duntaxat ex perſonati Plutarchi proverbiis, ab Eruditiſſimo Jac. Gronovio Praefat. T. x. Theſ. Graec. Antiq. vulgatis, in Ἄδακρυς πόλεμος pauca, admodum huic loco opportuna: Ὁ γὰρ Δωδωναῖος, προεῖπε τοῖς Λακεδαιμονίοις πολεμοῦσι πρὸς Ἀρκάδας μάχην ΑΔΑΚΡΥΝ ἔσεσθαι, [illegible]. Ceteri Paroemiarum collectores Zenobius, Diogenianus de Jove Dodonaeo tacent. Mallem vero Δωδωνίδες aut Δωδωνίδες ἱέρειαι ſcriptum fuiſſet. P. Wess.

92. Μετὰ δὲ τὴν μάχην &c.] Videtur pugnare Pauſanias in Arcadicis C. 27. his verbis: Τῆς πόλεως δ' οἰκιστὴς Ἐπαμινώνδας ὁ Θηβαῖος ἂν τῷ δικαίῳ καλοῖτ' ἄν, τούς τε γὰρ Ἀρκάδας οὗτος ἦν ὁ ἐπεγείρας ἐς τὸν συνοικισμόν. Urbis autem conditor Epaminondas Thebanus jure vocari poteſt: Arcadas enim ille congregavit, ut ſimul habitarent. Non pugnat tamen, ſi attente legitur: non enim dicit Epaminondam adiiſſe, aut fundaſſe, ſed eo, quod Arcadas in unum corpus collectos ſimul habitare perſuaſerat, ideo poſſe etiam jure vocari Megalopoleos fundatorem. Jac. Palm.

Μετὰ δὲ τὴν μάχην οἱ Ἀρκάδες &c.] Imo vero pugnat Pauſanias. Legiſſet vir doctus, quae eodem Cap. ſequuntur, & in alia omnia iiſſet. Verba ſunt, συνῳκίσθη δὲ ἡ Μεγάλη πόλις ἐνιαυτῷ τε τῷ αὐτῷ, καὶ μησὶν οὐ πολλοῖς ὕστερον, ἢ τὸ πταῖσμα ἐγένετο Λακεδαιμονίων, τὸ ἐν Λεύκτροις, Φρασικλείδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δὲ ἔτει τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ δευτέρας. Condita ergo eſt ante hos tres annos ex Pauſaniae ſententia. Marmor Parium in ſequentem annum, modo ejus ſtatum recte explerunt viri docti, quo Athenis Archon Dyſnicetus fuit, urbis initia refert. Fieri tamen potuit, ut Megalopolis condi quidem ſtatim poſt Leuctricam pugnam coepta, abſoluta vero hoc demum anno ſit, eaque res occaſionem ſcriptoribus, ut urbis originem alii atque alii tempori adſtringerent, dederit. P. Wess.

96. Συῤῥίψαντες εἰς αὐτὴν κώμας] Suſpicetur forſan aliquis legendum [illegible], nec injuria. Quamquam neutrum verbum ſatis mihi placet. H. Steph.

Συῤῥίψαντες εἰς αὐτὴν κώμας] Ego vero non improbo. Si enim

ἀρ-

Olymp. CIII. 1. expeditionem in eos facere decrevit. At cum nihil omnino probabilis cauſae ad hanc litem ſeſe offerret, Poenos e Carthaginenſium ditione regni ſui agros incurſaſſe praetendit. Peditum ergo ccIↄↄ. ccIↄↄ. ccIↄↄ. & equitum cIↄ. cIↄ. cIↄ. trecentisque triremibus coactis, cum apparatu tantis copiis idoneo, Carthaginenſium regionem invadit, & ſtatim Selinuntem atque Entellam ſubigit, & omnem circumcirca terram populatus, atque Erycinorum inſuper urbe potitus, Lilybaeum tandem obſidione cingit. Sed quod validum in ea praeſidium excubaret, ſtatim illam ſolvit. Hinc de navalibus Carthaginenſium incendio abſumtis certior factus, totamque ita claſſem periiſſe ratus, contemtu hoſtis ſecurius rem gerit. Centum ergo & xxx. claſſis ſuae triremes eximias Erycinorum portum occupare, ac reliquas omnes Syracuſas redire jubet. At Carthaginenſes opinione citius cum cc. navibus probe inſtructis, claſſem in Erycinorum portu ſubſiſtentem aggrediuntur, improviſoque hoc incurſu, maximam triremium partem abripiunt. Sed cum hyems tum inſtaret, pactis mutuo induciis utriusque civitatis domum exercitus ſe recepit. Nec diu poſt Dionyſius invalitudine correptus inter vivos agere deſiit. Poſtquam XXXIIX. regnaſſet annos: cui filius in principatu ſuccedens Dionyſius per XII. hunc annos tenuit.

74. Hic non male conveniens hiſtoriae noſtrae inſtituto fuerit, ſi & cauſam mortis, & quae circa vitae terminum Principi huic acciderint, enarremus. Cum in Lenaeis Athenis Tragoediam exhibens, victor proclamatus eſſet, quidam Cantoris in choro munere functus, honorificum ſe munus relaturum ſperabat, ſi primus vi-
496. ctoriam hanc renunciaret. Statim ergo Corinthum navigat, ibique navem, quam in Siciliam offenderat trajecturam, ingreſſus, ſecundo ventorum flatu Syracuſas appellit, e veſtigioque Tyranno victoriae nuncium perfert. Is laetitia haud modica perfuſus, hominem benigne remuneratur, utque pro nuncio tam felici ſacrificando Diis grates exſolvat, epulas & compotationes magnifico cum apparatu inſtitutas peregit. At vero dum ſplendide amicos excipit, & inter pocula nimium ebrietati indulget, per humoris ingeſti copiam in vehementiſſimum morbum conjicitur. Deûm jampridem oraculo praemonitus fuerat, tum moriturum, quamprimum ſe meliores viciſſet. Fatidicam hanc

καὶ τὴν ἀπόστασιν τῶν Λιβύων, ἔγνω στρατεύειν ἐπ' αὐτούς. οὐκ ἔχων δὲ πρόφασιν ἀξιόλογον τῆς διαφορᾶς, προσεποιήθη κατὰ τὴν ἐπικράτειαν τοὺς Φοίνικας [l] ἐπιβεβηκέναι τῆς ὑπ' αὐτὸν χώρας. παρασκευασάμενος δὲ πεζοὺς μὲν τρισμυρίους, ἱππεῖς δὲ τρισχιλίους, τριήρεις δὲ τριακοσίας καὶ τὴν ἁρμόζουσαν τῇ δυνάμει ταύτῃ παρασκευὴν, ἐνέβαλεν εἰς τὴν [m] ὑπὸ Καρχηδονίοις χώραν· καὶ Σελινοῦντα μὲν καὶ Ἔντελλαν εὐθὺς προσηγάγετο, καὶ τὴν χώραν πᾶσαν πορθήσας, καὶ τῆς πόλεως τῶν [n] Ἐρυκίνων ἐγκρατὴς γενόμενος, ἐπολιόρκησε Λιλύβαιον. πολλῶν δ' ὄντων ἐν αὐτῷ στρατιωτῶν, τὴν πολιορκίαν ἔλυσεν. ἀκούσας δὲ τὰ νεώρια τῶν Καρχηδονίων ἐμπεπρῆσθαι, καὶ δόξας πάντα τὸν στόλον αὐτῶν διεφθάρθαι, κατεφρόνησε, καὶ τῶν ἰδίων τριήρων ἑκατὸν μὲν καὶ τριάκοντα τὰς κρατίστας ἀπέστειλεν εἰς τὸν τῶν [o] Ἐρυκίνων λιμένα, τὰς δ' ἄλλας ἁπάσας ἐξέπεμψεν εἰς τὰς Συρακούσας. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι παραδόξως διακοσίας ναῦς πληρώσαντες, ἐπέπλευσαν ταῖς ὁρμούσαις ἐν τῷ λιμένι τῶν Ἐρυκίνων· [p] ἀνελπίστου δὲ τῆς ἐπιθέσεως γενομένης, ἀπήγαγον τῶν τριήρων τὰς πλείστας. μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ χειμῶνος ἐνστάντος ἀνοχὰς ποιησάμενοι, διεχωρίσθησαν εἰς τὰς [q] οἰκείας ἑκάτεροι πόλεις. μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον Διονύσιος εἰς ἀρρωστίαν ἐμπεσὼν ἐτελεύτησε, δυναστεύσας ἔτη τριάκοντα καὶ ὀκτώ· τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος ὁ υἱὸς Διονύσιος [r] ἐτυράννευσεν ἔτη δώδεκα.

Οὐκ ἀνοίκειον δ' ἐστὶ τῆς προκειμένης ἱστορίας διελθεῖν τάς τε αἰτίας τῆς τελευτῆς, καὶ τὰ συμβάντα τούτῳ τῷ δυνάστῃ περὶ τὸ τοῦ βίου καταστροφῆς. Διονυσίου τοίνυν δεδιδαχότος Ἀθήνησι Ληναίοις τραγῳδίαν, καὶ νικήσαντος, τῶν ἐν τῷ χορῷ τις ᾄδων, ὑπολαβὼν τιμηθήσεσθαι λαμπρῶς ἐὰν πρῶτος ἀπαγγείλῃ τὴν νίκην, διέπλευσεν εἰς τὴν Κόρινθον. καταλαβὼν δ' ἐκεῖ ναῦν ἐκπλέουσαν εἰς Σικελίαν, καὶ [s] μεθεμβὰς εἰς ταύτην, ἐπιφόροις χρησάμενος πνεύμασι, καὶ καταπλεύσας εἰς Συρακούσας, συντόμως ἀπήγγειλε τῷ τυράννῳ τὴν νίκην. Ὁ δὲ Διονύσιος τοῦτον μὲν ἐτίμησεν, αὐτὸς δὲ περιχαρὴς ἐγένετο, καὶ τοῖς θεοῖς εὐαγγέλια θύσας, πότους καὶ μεγάλας εὐωχίας ἐπετέλεσεν. ἑστιῶν δὲ λαμπρῶς τοὺς φίλους, καὶ κατὰ τοὺς πότους φιλοτιμότερον τῇ μέθῃ δοὺς ἑαυτὸν, εἰς ἀρρωστίαν σφοδροτέραν ἐνέπεσε, διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐμφορηθέντος 385.
ὑγροῦ. ἔχων δὲ παρὰ θεῶν λόγιον [t] τότε τελευτήσειν, ὅταν τῶν κρειττόνων περιγένηται, τὸν χρησμὸν ἀνέ-

l Ἀπωβεβ. Clar. Reg. 2. m Καρχηδονίων Coisl. n Ἐρυκίνων Coisl. Vat. & Steph. margo ſemper. In Edd. Ἐρυκινῶν perpetuo. o Ἐρυκίνων Coisl. & mox iterum. Ἐρυκίνων Vat. perpetuo. p Ἀνελπίστως Reg. 2. q Οἰκείας optime Coisl. Vulgo εἰκίας. r Ἐτυράννευσεν Coisl. Clar. non ullo diſcrimine. s Μεθεμβὰς ambo Reg. Clar. Coisl. t Τότε τελευτήσειν Reg. ambo. Vulgo τὸ τελευτ. prave.

ἐξῳκισμένοι recte illi dicuntur, quemadmodum oſtendi L. I, 60., qui ſeponuntur in ultimos regni fines, cur ſpernamus admodum ἐνῳκίσθαι κώμας de pagis, qui unam in urbem coguntur & quaſi conjiciuntur? Aliud eſt, quod moveri nos debet. Praeferunt plerique omnes libri, uno excepto, κώμας εἴκοσι. Atqui longe plures fuerunt. Inſpice *Pauſaniam* L. VIII, 27. pag. 654., & urbes pagoſque ad XL., unde Megalopolin cives commigraverint, reperies. Optime ergo *Reg.* 1. κώμας τεσσαράκοντα, quem ſequi placuit. P. Wess.

5. Κατὰ τὴν ἐπικράτειαν τοὺς Φοίνικας] Obſcurius hoc. Praeſtitiſſet τοὺς κατὰ τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν Φοίνικας, ut L. XIV, 54. P. Wess.

12. Καὶ τῆς πόλεως τῶν Ἐρυκίνων ἐγκρατ.] Sic oportebat. *Stephanus* Ἔρυξ, πόλις Σικελίας — τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυκῖνος καὶ Ἐρυκίνη Ἀφροδίτη. Nec aliud amplecti Auctor ſolet. Vid. L. XIV, 48, & Eclog. XIV. L. XXII. P. Wess.

18. Εἰς τὸν τῶν Ἐρυκίνων λιμένα] In Eclogis L. XXIV. Ἐρυκίνων ἐμπόριον vocat. Labentibus annis eo traducti ſunt Erycini, tumque Drepani nomen impetravit, docente *Ph. Cluverio* Sicil. Antiq. L. II, 1, p. 257. P. Wess.

29. Ἐτυράννευσεν ἔτη δώδεκα] Atqui anno demum Olymp. CIX. ſecundo ex Sicilia a Timoleonte coactus Corinthum ſeceſſit L. XVI, 71. Sed Auctor annos ejus tyrannidis terminat bello civili, quod pro patriae libertate illi conflavit Dio, & quo anno Olymp. CVI. primo fractus in Italiam ſe recipere debuit eodem lib. C. 17. Patrem ejus duodequadraginta annos tyrannum fuiſſe opulentiſſimae ac beatiſſimae civitatis, teſtis etiam *Cicero* L. III. N. D. cap. 33. P. Wess.

34. Δεδιδαχότος Ἀθήνησι Ληναίοις τραγῳδίαν] De Lenaeis, ſive Liberalibus, & commiſſionibus tragoedorum & comoedorum feſto illo die fieri ſolitis copioſiſſime viri doctiſſimi *Seldenus* ad Marm. Oxoniens. p. 36. & *Spanhemius* ad *Ariſtophan.* Ranar. ὑπόθεσιν. Dionyſius tum docuit fabulam Λύτρα Ἕκτορος, eaque adverſarios ſuperavit. *Tzetzes* Chiliad. V, 180.

Οὗτος ὁ Διονύσιος πολλὰς μὲν τραγῳδίας
Ἐν ταῖς Ἀθήναις ἀγωνίας, δεύτερος, τρίτος ἦλθεν.
Εἰς ΛΥΤΡΑ δὲ τοῦ ΕΚΤΟΡΟΣ κληρωθέν τι δρᾶμα,
Ἀναγινώσκει ἐνίκησε πάντας ἐν ταῖς Ἀθήναις.

Scripſerat eodem titulo tragoediam *Aeſchylus*, & ejus exemplo *Hectoris Lytra* poeta Ennius, forſan etiam Dionyſius, ne quid veteri Tragico concederet. P. Wess.

35. Τῶν ἐν τῷ χορῷ τις ᾄδων] Pro ᾄδων videri poſſit legendum ᾀδόντων. Mallem tamen alium genitivum, ſed nullum magis vicinum participio ᾄδων reperio. H. Steph.

46. Ἐκ

ἀνέφερεν ἐπὶ τοὺς Καρχηδονίους, ὑπολαμβάνων τούτους κρείττους ἑαυτοῦ εἶναι. διὸ καὶ πρὸς αὐτοὺς πλεονάκις πεπολεμηκώς, εἰώθει κατὰ τὰς νίκας ὑποφεύγειν καὶ ἑκουσίως ἡττᾶσθαι, ἵνα μὴ δόξῃ τῶν ἰσχυροτέρων [v] γεγονέναι κρείττων. οὐ μὴν ἠδυνήθη γε τῇ πανουργίᾳ κατασοφίσασθαι τὴν ἐκ τῆς πεπρωμένης ἀνάγκην, ἀλλὰ ποιητὴς ὢν κακὸς καὶ διακριθεὶς ἐν Ἀθήναις, ἐνίκησε τοὺς κρείττονας ποιητάς. εὐλόγως οὖν, κατὰ τὸν χρησμὸν, διὰ τὸ περιγενέσθαι τῶν κρειττόνων, ἐπακολουθῆσαι ἔσχε τὴν τοῦ βίου τελευτήν. ὁ δὲ Διονύσιος ὁ νεώτερος διαδεξάμενος τὴν τυραννίδα, πρῶτον τὰ πλήθη συναγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν, παρεκάλεσε τοῖς οἰκείοις λόγοις τηρεῖν τὴν πατροπαράδοτον πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν· ἔπειτα τὸν πατέρα μεγαλοπρεπῶς θάψας κατὰ τὴν ἀκρόπολιν πρὸς ταῖς βασιλίσι καλουμέναις πύλαις, ἠσφαλίσατο τὰ κατὰ τὴν ἀρχήν.

[x] Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Πολυζήλου, κατὰ μὲν τὴν Ῥώμην ἀναρχία διά τινας πολιτικὰς στάσεις ἐγένετο· κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα [y] Ἀλέξανδρος ὁ Φερῶν τύραννος ἐν τῇ Θετταλίᾳ περί τινων ἐγκαλέσας τῇ πόλει τῶν [z] Σκοτουσσαίων, ἐκάλεσεν αὐτοὺς εἰς ἐκκλησίαν, καὶ περιστήσας τοὺς μισθοφόρους, ἅπαντας ἀπέσφαξε· τὰ δὲ σώματα τῶν τετελευτηκότων ῥίψας εἰς τὴν πρὸ τῶν τειχῶν τάφρον, τὴν πόλιν διήρπασεν. Ἐπαμινώνδας δὲ Θηβαῖος μετὰ δυνάμεως ἐμβαλὼν εἰς Πελοπόννησον, τοὺς Ἀχαιοὺς καί τινας ἄλλας πόλεις προσηγάγετο· Δύμην δὲ καὶ Ναύπακτον καὶ Καλυδῶνα φρουρουμένην ὑπ' Ἀχαιῶν ἠλευθέρωσεν. ἐστράτευσαν δὲ καὶ εἰς Θετταλίαν Βοιωτοί, καὶ Πελοπίδαν ἐκομίσαντο παρ' Ἀλεξάνδρου τοῦ Φερῶν τυράννου. Φλιασίοις δὲ [a] πολεμουμένοις ὑπ' Ἀργείων, Χάρης ὑπ' Ἀθηναίων πεμφθεὶς στρατηγὸς μετὰ δυνάμεως ἐβοήθησε τοῖς Φλιασίοις πολιορκουμένοις· νικήσας δὲ τοὺς Ἀργείους δυσὶ μάχαις, καὶ τὴν ἀσφάλειαν περιποιήσας τοῖς Φλιασίοις, ἐπανῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας.

Τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Κηφισόδωρος, ἐν Ῥώμῃ δ' ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλιάρχους ὁ δῆμος τέτταρας κατέστησε, Λεύκιον [b] Φούριον, Παῦλον [c] Μάλλιον, [d] Σερούιον Σουλπίκιον, καὶ Σερούιον Κορνήλιον. ἐπὶ δὲ τούτων Θεμισίων ὁ Ἐρετρίας τύραννος Ὠρωπὸν κατελάβετο· ταύτην δὲ τὴν πόλιν οὖσαν Ἀθηναίων
386 παραλόγως ἀπέβαλε. τῶν γὰρ Ἀθηναίων στρατευσάντων ἐπ' αὐτὸν καὶ πολὺ ταῖς δυνάμεσιν ὑπερ-

vocem ad Carthaginenſes detorquebat, hos ſe potentiores eſſe ratus. Ideo licet identidem cum illis bellum gereret, victoriam tamen ſubterfugere, & ultro victum ſe fateri ſolebat. Vaſramento tamen iſto fati neceſſitatem haudquaquam eludere potuit. Sed cum ipſe malus poeta ſe longe praeſtantiores in hoc genere artifices, Athenienſium judicio ſuperaſſet, conſentaneum oraculo erat, ut qui meliores viciſſet, mox vitae quoque terminum haberet. Dionyſius vero junior ſimulac tyrannidem capeſſit, advocata plebem concione adhortatus eſt, ut benevolentiam à patre, quaſi per manus traditam erga ſe conſervaret. Hinc patri magnificum ad regias (uti vocant) portas in arce funus cum peregiſſet, Imperii ſui ſtatum in tuto collocavit. Olymp. CIII. I.

75. Summam tum Athenis praeturam gerebat Polyzelus; & Romae propter inteſtinos tumultus magiſtratuum ſolitudo erat. In Graecia vero Pheraeorum tyrannus Alexander Scotuſſaeorum in Theſſalia urbi crimina quaedam intentans, ut ad concionem venirent, civibus edixit. Qui cum veniſſent, mercenariorum agmine circumventos omnes trucidavit, & cadaveribus interfectorum ante foſſas murorum projectis, urbem direptioni tradidit. Tum Epaminondas etiam Thebanus, cum exercitu Peloponneſum ingreſſus, Achaeos nonnulloſque alios in partes ſuas adduxit: Dymen praeterea, cum Naupacto & Calydone, Achaeorum praeſidio munitam in libertatem vindicavit. Et aliam Boeoti expeditionem in Theſſaliam fecerunt, qua Pelopidam Alexandro Pheraeorum tyranno extorſerunt. Phliaſii tum Argivorum armis premebantur. Chares itaque dux ab Athenienſibus eo miſſus, auxilium obſidione cinctis praeſtitit. Duobuſque praeliis de Argivis victor, cum tutos ab hoſte Phliaſios reddidiſſet, Athenas eſt regreſſus. Olymp. CIII. II.

76. Poſt exitum hujus anni, ſumma Athenis juriſdictio penes Cephiſodorum fuit, & Romae conſularis poteſtas ad Tribunos mil. IV. nemp. L. Furium, P. Manlium. Serv. Sulpitium & Serv. Cornelium redierat. Tum Eretriae tyrannus Themeſio in poteſtatem ſuam redegit Oropum, quae Athenienſium juris erat. Sed inexſpectato eam rurſus amiſit. Cum enim Athenienſes copiis longe ſuperiores bellum ipſi facerent, accerſitis in auxilium Olymp. CIII. III.

v Κρείττων εἶναι Reg. 2. Clar. Paullo ante πολλάκις πεπολ. Reg. 1. x Deſunt haec omnia uſque ad princip. ſeq. capitis, negligentia amanuenſis, in Reg. 1. y Κλεανδρος ita Steph. Clar. Reg. 1., prave omnes. z Σκοτουσσαίων Reg. 1. a Πολεμουμένοις Coiſl. b Φούριον Clar. optime. Cett. Φρούριον. c Μάλλιον Clar. d Deeſt hoc praenomen & mox iterum Coiſl. & Venet.

46. Ἐις ἀφροδισίας ἐγκρατέστερος ὑπῆρχεν] Vid. Corn. Nepotem. Dion. C. 2. & Regib. C. 2., ubi minime libidinoſum, non luxurioſum, non avarum, nullius rei denique cupidum, Dionyſium perhibet. Sed vinoſum fuiſſe, ex Athenaeo L. x, 10. & Aeliano V. Hiſt. L. 41. conſtat. Si Plinium audis, Dionyſius Siciliae tyrannus accepto victoriae tragicae nuntio gaudio obiit, L. VII, 53. Quod vero conſentaneum tum demum erit, ubi ea, quae a Noſtro narrantur, addideris. P. WESS.

56. Ἀλλὰ ποιητὴς ὢν κακὸς] Vide ſuperius C. 6. P. WESS.

64. Κατὰ τὴν ἀκρόπολιν &c.] Potior Inſulae pars erat, tyrannorum domus. De ea Ph. Cluverius Sicil. Ant. L. 1. pag. 156. Dionyſii magnificentiſſimam ſepulturam deſcripſerat Philiſtus, ſicuti a Plut. in Pelop. p. 296. F. docemur. P. WESS.

70. Ἐγκαλέσας τῇ πόλει τῶν Σκοτουσσαίων] Meminit perfidae crudelitatis, qua Alexander Scotuſſaeos oppreſſit, Plut. Pelop. p. 293. E., neque intactam praeteriit Pauſanias L. VI, 5., in tempore tamen, quo edita eſt, multum a Diodoro deflectens. Aſſeverat Olymp. CII., & eo quidem anno, qui Archontem Athenis Phraſiclidem vidit, contigiſſe: quod vereor, ut verum eſſe queat. Alexander namque eo temporis articulo nondum tyrannidis potitus erat, Jaſone res per Theſſaliam ſummo cum imperio adminiſtrante. Occupavit dominationem homo inpurus anno Olymp. CII. quarto, ſicuti ex Xenophonte & Diodoro oſtenſum ſupra fuit. P. WESS.

77. Καί τινας ἄλλας πόλεις προσηγάγετο] Solet alias προσαγαγέσθαι hoc uſu terere. De rebus his Xenophon Hellen. L. VII. pag. 487. P. WESS.

80. Καὶ Πελοπίδαν ἐκομίσαντο] Socium quoque captivitatis Iſmeniam. Vid. Plut. Pelop. p. 294. A. P. WESS.

81. Χάρης ὑπ' Ἀθηναίων &c.] Copioſius de Charete & Phliaſiis Xenoph. Hellen. L. VII. p. 490. P. WESS.

91. Παῦλον Μάλλιον] Αὖλον Μάνλιον. L. RHOD.

Παῦλον Μάλλιον] Verum eſt Αὖλον. Habet hos tribunos Livius L. VI, 36., noſtro tamen non conſentaneus. Namque urbem tenebat adhuc illud quinquennium, quo curulium magiſtratuum fuit ſolitudo, uti ipſe ait. Addit praeterea illis collegas P. & C. Valerios. P. WESS.

93. Θεμισίων ὁ Ἐρετρίας τύραννος] Ille homo a Demoſthene oratione de Corona p. 153., & ab Aeſchine de falſa legatione p. 50. & iterum contra Cteſiphontem p. 65. Θεμίσων conſtanter vocatur: melius; nam fuit nomen proprium Graecis uſurpatum. Juvenalis Satir. x, 221.

Quot Themiſon aegros autumno occiderit uno.

At Themiſion alibi non occurrit. JAC. PALM.

97. Καὶ

Olymp. CIII. III. lium Thebanis urbem ut depoſitum tradebat, quam illi poſtea non reſtituerunt. Dum haec agebantur, Coi in urbem, quae nunc frequentatur, commigrarunt, eamque ad ſplendorem magnificum provexere. Nam magnus civium numerus in eam adſcriptus, moeniaque multis impendiis educta, portus denique celebratu dignus ibi exſtructus fuit. Ab hoc itaque tempore, tum vectigalibus publicis, tum privatorum opibus magis ac magis crevit, adeo quidem, ut cum primariis certare urbibus haud vereatur. Sub has rerum vices Perſarum rex legatione ad Graecos miſſa, ut bellicis tandem controverſiis finem ſtatuerent, & communem inter
497. ſe pacem ſancirent, perſuaſit. Laconicum proinde & Boeoticum, quod vocant, bellum, quod a Leuctrico inde conflictu v. amplius annos duraverat, tandem eſt ſolutum. Hac equidem aetate viri propter eruditionem ſempiterna memoria digni exſtiterunt, Iſocrates utique Rhetor, & diſcipuli ejuſdem. Tum Ariſtoteles ille Philoſophus & Anaximenes Lampſacenus, inprimis vero Plato Athenienſis, Pythagoricorum inſuper Philoſophorum poſtremi. His acceſſunt Xenophon hiſtoriarum ſcriptor, decrepitae jam ſenectutis: Nam interitus Epaminondae, qui brevi poſt evenit, mentionem adhuc facit; itemque Ariſtippus & Antiſthenes Aeſchineſque Sphettius ille Socraticus.

Olymp. CIII. IV. 77. Archontis inde munus Athenis ſuſcepit Chion, & Romae conſularis poteſtas his Tribunis mil. Q. Servilio, C. Voturio, A. Cornelio, M. Cornelio, M. Fabio, demandata eſt. Hoc tempore dum tota paſſim Graecia pace fruitur, nova rurſus bellorum initia, rerumque molitiones novarum inter civitates nonnullis repente exſiſtunt. Arcadum namque exſules, eruptione ab Elide facta, munitum Triphyliae caſtellum, cui Laſionis nomen, occupant. De Triphylis per longum inde tempus inter Arcades & Eleos diſceptatum fuerat: & pars alterutra, per alternas fortunae vices ſuperior, regionis dominium tenuerat. Quod cum tempeſtate illa penes Arcades eſſet, Elei praetextu ex-

χόντων, οἱ Θηβαῖοι βοηθήσαντες αὐτῷ, καὶ παραλαβόντες ἐν παρακαταθήκῃ τὴν πόλιν, οὐκ ἀπέδωκαν. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Κῷοι μετῴκησαν εἰς τὴν νῦν οἰκουμένην πόλιν, καὶ κατεσκεύασαν αὐτὴν ἀξιόλογον. πλῆθός τε γὰρ ἀνδρῶν εἰς ταύτην ἠθροίσθη, καὶ [e] τείχη πολυτελῆ κατεσκευάσθη, καὶ λιμὴν ἀξιόλογος. ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ χρόνου αἰεὶ μᾶλλον ηὐξήθη προσόδοις τε δημοσίαις καὶ τοῖς τῶν ἰδιωτῶν πλούτοις, καὶ τὸ σύνολον, ἐνάμιλλος ἐγένετο ταῖς πρωτευούσαις πόλεσιν. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἀποστείλας πρέσβεις, ἔπεισε τοὺς Ἕλληνας τοὺς μὲν πολέμους καταλύσασθαι, καὶ κοινὴν εἰρήνην συνθέσθαι πρὸς ἀλλήλους. διόπερ ὅ, τε Λακωνικὸς καὶ [f] Βοιωτικὸς κληθεὶς πόλεμος κατελύθη, πλείω μείνας ἐτῶν πέντε, τὴν ἀρχὴν λαβὼν ἀπὸ τῶν Λευκτρικῶν. Ὑπῆρξαν δὲ κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἄνδρες κατὰ παιδείαν ἄξιοι μνήμης, Ἰσοκράτης τε ῥήτωρ καὶ οἱ τούτου γενόμενοι μαθηταί, [g] καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος, ἔτι δὲ Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνός, καὶ Πλάτων ὁ Ἀθηναῖος· ἔτι δὲ τῶν Πυθαγορικῶν φιλοσόφων οἱ τελευταῖοι· Ξενοφῶν τε ὁ τὰς ἱστορίας συγγραψάμενος, ἐσχατόγηρως ὤν (μέμνηται γὰρ τῆς Ἐπαμινώνδου τελευτῆς μετ' ὀλίγον χρόνον γεγενημένης) Ἀρίστιππός τε καὶ Ἀντισθένης· πρὸς δὲ τούτοις Αἰσχίνης ὁ Σφήττιος ὁ Σωκρατικός.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Χίωνος, ἐν Ῥώμῃ ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλίαρχοι κατεστάθησαν, Κόιντος Σέργιος, καὶ Γάιος [h] Οὐετούριος, [i] καὶ Αὖλος Κορνήλιος· [k] πρὸς δὲ τούτοις Μάρκος Κορνήλιος [l] καὶ Μάρκος Φάβιος. ἐπὶ δὲ τούτων εἰρήνης οὔσης κατὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα, πάλιν ἀρχαὶ πολέμων ἐνέστησάν τισι τῶν πόλεων, καὶ καινότεραι πραγμάτων καινοτομίαι παράλογοι. οἱ γὰρ τῶν Ἀρκάδων φυγάδες, ὁρμηθέντες ἐξ Ἤλιδος, κατελάβοντο τῆς ὀνομαζομένης Τριφυλίας χωρίον ὀχυρόν, ὃ προσαγορεύεται Λασιών. ἐν πολλοῖς δὲ χρόνοις περὶ τῆς Τριφυλίας ἠμφισβήτουν Ἀρκάδες καὶ Ἠλεῖοι, καὶ κατὰ τὰς ἐπικρατείας ἐν ταῖς μεταβολαῖς ἀποχὰς ἐναλλὰξ ἐκυρίευον τῆς χώρας· κατὰ δὲ τοὺς ὑποκειμένους χρόνους τῶν Ἀρκάδων κρατούντων τῆς Τριφυλίας, προφάσει τῶν φυγάδων ἀφῃροῦντο ταύτην τῶν Ἀρκάδων οἱ Ἠλεῖοι. διὸ καὶ παροξυνθέντες οἱ Ἀρκάδες, τὸ

e Τείχη Clar. f Βοιωτικὸς Reg. 1. g Omittit Coiſl. h Οὐέτριος idem. i Tria, quae ſequuntur, deficiunt in eadem & Veneto. k Abſunt uſque ad Μάρκος Reg. 2. l Exſulant haec tria ex Coiſl. & Ven.

97. Καὶ παραλαβόντες ἐν παρακαταθήκῃ] Thebanis Oropum Athenienſes tanquam depoſitum tradiderunt, donec lis omnis terminata foret: Xenophon Hellen. VII. p. 495. & Ulpianus ad Demoſth. Or. pro Coron. p. 153. & Or. in Midiam p. 335. Grammatici verba ſunt: [illegible] Quae quidem rem ipſam illuſtrant, & conjecturam Palmerii adfirmant egregie, uti & Harpocration in Ὠρωπός. P. Wess.

8. Ἔπεισε τοὺς Ἕλληνας τοὺς μὲν πολέμους καταλύσασθαι] Graeci ipſi legatos ad Artaxerxem miſerunt, quorum e numero cum Thebanus Pelopidas regem ſuae civitati addictiorem habuiſſet, allatae ab eo pacis quidem ſunt conditiones; ſed non receptae a ceteris, referente Xenophonte Hellen. L. VII. pag. 487. Tamen quia belli pertaeſum erat, tacito quodam conſenſu inter civitates quaedam pax valuit ceſſatumque ab armis eſt, eodem auctore p. 496. P. Wess.

16. Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνός] Rhetor Anaximenes, qui Graecorum res antiquiſſimas uſque ad Mantinenſe praelium & Philippi atque Alexandri facta deſcripſit infra C. 89. Nam Philoſophus longe prior aetate fuit. Vide viros doctos ad Laertii L. II, 3. & Voſſium Hiſtor. Graec. L. I, 10. P. Wess.

17. Ἔτι τε τῶν Πυθαγορικῶν φιλοσόφων οἱ τελευταῖοι] Archytas, Timaeus, Xenophilus, Phanton, Echecrates, Diocles & Polymnaſtus. Egregie Diogenes Laertius L. VIII, 46. [illegible] (Pythagorae) [illegible] Ἀμιζόφ εἶδε, Ξενόφιλός τε ὁ Χαλκιδεὺς ἀπὸ Θρᾴκης, καὶ Φάντων ὁ Φλιάσιος, καὶ Ἐχεκράτης, καὶ Διοκλῆς, καὶ Πολύμναστος. Generationes novem aut etiam decem, eas enim ſcripſiſſe Diogenem manu exarati libri oſtendunt, ſi ab Olymp. LX. repetas & annis XX. ſingulas abſolvas, ad hanc ipſam aetatem devenies. Quod ipſum commonſtraverunt viri doctiſſimi Juſt. Lipſius L. I. Manuduct. ad Stoic. Philoſoph. Diſſ. 6. & 8. Bentleius Diſſert. de Epiſt. Phalarid. p. 81. Cicero quidem Diſp. Tuſcul. L. I. 16. multa ſecula ſic viguiſſe Pythagoreorum nomen adfirmat, ut nulli alii docti viderentur, ſed laxiore dictione uſus, eoque Pythagoreorum numero includens, qui ex iſta Italica ſuam in ſcholam pleraque traduxerant. P. Wess.

19. Μέμνηται γὰρ τῆς Ἐπαμινώνδου τελευτῆς] Meminit praeterea necis Alexandri Pheraeorum tyranni Hellen. L. VI. p. 580. Cujus caedes cum contigerit anno Olymp. CV. quarto, verum eſſe non poteſt, quod ex Steſiclide Athenienſi prodidit Diogenes Laertius L. II, 56., Xenophontem anno Olymp. CV. primo mortem cum vita commutaſſe. Et vulgo tamen plerique omnes Steſiclidi & Diogeni adſtipulantur. Ceterum praelio ad Mantineam filium Gryllum amiſit, cujus mortem provectae aetatis ſenex quanta animi conſtantia intellexerit, docet Aelian. Var. Hiſt. L. III, 3. & Jo. Stobaeus Tit. VII. p. 89., ubi prave ἐν Ζακλλῷ nunc legitur. Degebat ipſe ἐν Σκιλλοῦντι, ſicuti ex Diogene II, 51. nemo ignorare poteſt. P. Wess.

24. Κόιντος Σέργιος] Reſtitue Σερουίλιος, & pro Φάβιος, Φάβιος. Omittitur autem Μάρκος Κορνήλιος a Livio & Faſtis ſimul editis. L. Rhod.

Κόιντος Σέργιος] Σερουίλιος ſine dubio verum eſt. Error debetur librariis Σεργίου & Σερουιλίου utroque in ſermone confundere adſuetis. In ceteris, modo Φάβιος in Φάβιος abeat, Livio nulla cum noſtro diſcordia eſt: nam M. Cornelium, quem omit-

τὸ μὲν πρῶτον πρέσβεις ἐξαποστείλαντες, ἀπῄτουν
387. τὸ χωρίον· ὡς δ' οὐδεὶς αὐτοῖς προσεῖχε, μεταπεμψάμενοι παρ' Ἀθηναίων συμμαχίαν, καὶ μετὰ ταύτης ἐστράτευσαν ἐπὶ τὸ [m] Λασίωνα. τῶν δὲ Ἠλείων βοηθησάντων τοῖς φυγάσι, ἐγένετο μάχη πλησίον τοῦ Λασίωνος, καὶ τῶν Ἀρκάδων πολλαπλασίων ὄντων, ἡττήθησαν [n] οἱ Ἠλεῖοι, καὶ πλείους τῶν διακοσίων στρατιωτῶν ἀπέβαλον. ταύτης δὲ ἀρχῆς τοῦ πολέμου γενομένης, συνέβη τὴν διαφορὰν ἐπὶ πλεῖον προβῆναι τοῖς Ἀρκάσι καὶ τοῖς Ἠλείοις. εὐθὺς γὰρ οἱ μὲν Ἀρκάδες, μετεωρισθέντες [o] τῷ προτερήματι, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὴν Ἠλείαν, καὶ εἷλον πόλεις, Μάργανα καὶ Κρόνιον, ἔτι δὲ Κυπαρισσίαν καὶ Κορυφάσιον. ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, κατὰ τὴν Μακεδονίαν Πτολεμαῖος μὲν ὁ [p] Ἀλωρίτης ἐδολοφονήθη [q] ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Περδίκκα, βασιλεύσας ἔτη τρία· τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος ὁ Περδίκκας, ἐβασίλευσε τῆς Μακεδονίας ἔτη πέντε.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Τιμοκράτους, ἐν Ῥώμῃ μὲν ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλίαρχοι τρεῖς κατεστάθησαν, Τίτος Κοίντιος, Σερούιος Κορνήλιος, [r] καὶ Σερούιος Σουλπίκιος· Ὀλυμπιὰς δὲ ὑπὸ [s] Πισατῶν καὶ Ἀρκάδων ἤχθη τετάρτη πρὸς ταῖς ἑκατόν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Φωκίδης Ἀθηναῖος. ἐπὶ δὲ τούτων Πισάται μὲν ἀνανεωσάμενοι τὸ παλαιὸν ἀξίωμα τῆς πατρίδος, καί τισι μυθικαῖς καὶ παλαιαῖς ἀποδείξεσι χρώμενοι, τὴν θέσιν τῆς [t] Ὀλυμπιακῆς πανηγύρεως [v] αὐτοῖς προσήκειν ἀπεφαίνοντο. κρίνοντες δὲ τὸν παρόντα καιρὸν εὔθετον ἔχειν ἀμφισβητῆσαι τοῦ ἀγῶνος, συμμαχίαν ἐποιήσαντο πρὸς Ἀρκάδας ὄντας πολεμίους Ἠλείων· συναγωνιστὰς δὲ λαβόντες τούτους, ἐστράτευσαν ἐπὶ τοὺς Ἠλείους ἄρτι τιθέντας τὸν ἀγῶνα. ἀντιστάντων δὲ τῶν Ἠλείων πανδημεί, συνέστη μάχη καρτερά, θεωμένων τὴν μάχην τῶν παρόντων ἐπὶ τὴν πανήγυριν Ἑλλήνων ἐστεφανωμένων, καὶ μεθ' ἡσυχίας ἀκινδύνως ἐπισημαινομένων τὰς ἑκατέρωθεν ἀνδραγαθίας. τέλος Πισάται νικήσαντες, ἔθηκαν τὸν ἀγῶνα, καὶ τὴν Ὀλυμπιάδα ταύτην ὕστερον οὐκ ἀνέγραψαν Ἠλεῖοι, διὰ τὸ δοκεῖν βίᾳ καὶ ἀδίκως διατεθῆναι. ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Ἐπαμινώνδας ὁ Θηβαῖος,

ſulum Arcadibus illam ademerunt. Arcades injuria exacerbati, miſſis initio legatis, caſtellum repetunt. ubi nemo attendit, accerſitis in belli ſocietatem Athenienſibus infeſto Laſionem exercitu oppugnant. Sed quia praeſto exſulibus manus auxiliatrix Eleorum fuit, pugna juxta Laſionem committitur. Et dum Arcades numero longe ſuperant, Elei funduntur, & plus quam cc. de ſuis amittunt. Jactis his belli ſeminibus diſſidium hoc inter Arcades & Eleos longius proſerpit. Nam Arcades confeſtim inflatis ſucceſſu animis, ducto in Elidis regionem exercitu, urbes aliquot Margana, Cronion, Cypariſſiam & Coryphaſion ceperunt. Interea Ptolemaeus Alorites in Macedonia a fratre Perdicca cum triennium regnaſſet, doloſe interemtus fuit. Et ſucceſſor in regno Perdiccas quinquennium poteſtate regia Macedonum tenuit. Olymp. CIII. IV.

78. Dein Timocrates Athenis Reipublicae praefuit, & Romae tres militum Tribuni, T. Quinctius, Serv. Corn. & Serv. Sulpicius, conſulari poteſtate ſurrogati ſunt. Celebrata tunc a Piſatis & Arcadibus Olympias ſupra centeſimam quarta, Phocide Athenienſi ſtadii victore. Sub hoc tempus accidit, ut Piſatae quo antiquam patriae dignitatem renovarent, fabuloſis quibusdam & vetuſtis ſubnixi argumentis, Olympicos agendi conventus jus penes ſe eſſe contenderent. Praeſens ergo tempus ad diſceptandam hanc controverſiam opportunum rati, Arcades tum Eleorum hoſtes ad belli ſocietatem adſciſcunt, horumque auxilio in Eleos, qui jam ludos inſtituerant, expeditionem faciunt. Quibus cum Elei totis Reipublicae viribus ſeſe opponerent, atrox initur praelium, cujus Graeci, qui tum ad Panegyricam hanc ſolennitatem frequentes convenerant, ſpectatores erant coronati, & quieti extraque periculi aleam poſiti, ad ſtrenua utriuſque partis facinora plauſus edebant. Victores tandem Piſatae ludos adminiſtrarunt. Et hanc Olympiadem Elei, quod per vim & praeter jus acta videretur, annalibus non adſcripſerunt. Inter has rerum vices, Epaminondas The- Olymp. CIV. I. 498.

m Λασίωνα Reg. 2, ſemper. Λασίωνα, Λασιῶνα Edd. n Οἱ Ἠλ. Reg. 1. e quo articulum addidi. o Ἐπὶ τῷ Idem. p Ἀλωρίτης Coiſl. Paulo ante Καταρισσίαν Reg. 2. q Ὑπὸ τοῦ ἀδ. Reg. 1. Coiſl. Clar. τῷ ἀδελφῷ Edd. r Non leguntur haec tria in Coiſl. & Venet. s Πισατῶν Reg. 1. & mox iterum. t Ὀλυμπιακῆς Coiſl. Clar. v Αὐτοῖς Reg. uterque.

omitti notat Rhodomanus, reliquis annumerat, praetereaque Q. Quinctium. Hoc tamen inter utrumque intereſt, quod Livianum quinquennium, quo nulli magiſtratus fuerunt curules, necdum exierat. Vid. librum ejus ſextum C. 35.

33. Λασίωνα] Urbi juſtum nomen reddidit Reg. 2., quod ceteri, de quibus L. XIV. 17., tamen habent. Regio, cujus oppidum Laſion, Τριφυλία Diodoro. Straboni L. VIII. p. 519. C. & Stephano dicitur ἀπὸ τῶν τριῶν φύλων συνεληλυθότων, apud Polyb. L. IV, 77. Τριφυλία, ἀπὸ Τριφύλου τοῦ Ἀρκάδος παιδός. Kuhnium confer ad Pauſaniae L. V, 5. P. Wess.

38. Ἀφῃρῆσθαι ταύτην τῶν Ἀρκάδων οἱ Ἠλεῖοι] Xenophon eſt videndus L. VII. Hellen. p. 497. & Polyb. IV, 74. P. Wess.

52. Μάργανα καὶ Κρόνιον &c.] Saepe veteres Cronii ſive collis Saturno ſacri, prope Alpheum in Piſatide meminerunt. Pindarus Κρόνιον ὄχθον, Κρόνου πάγον & εὐδείελον ὄχθον Κρόνου variis locis adpellat. Vid. Mauſſac. ad Plut. de Fluviis in Alpheo. Neque obſcura nomina ſunt Coryphaſii & Cypariſſiae, quae Stephanus, ut bene animadvertit Berkelius, perperam Καταρισσία. Strabo utrumque oppidum conjungit L. VIII. p. 550. B., quamquam & Κυπαρισσία prave eodem lib. p. 535. C. ſcribitur. In Marganis dubium eſt, rectene exarata ſint. Idem enim ille Strabo L. VIII. p. 537. A. καὶ τὰ Μαργάλας καὶ Ἀμφιδόλας ait. Ubi vir magnus ſcribendum videri docet Μαργανὰς ex Stephano in Μαργανεῖς, πόλις Ἠλείας, ὡς Ἡρωδῆς, a cujus opinione non recedit Berkelius. Namque ea bona ſi fuerint, pravum erit Μάργανα indicatur enim idem oppidum. Ego vero dubito. Fieri poterit, ut jam Stephani aetate Μαργάλας, ſive, ita ſi velis, Μαργανεῖς in Strabone lectitatae ſint. Veriores tamen arbitror Μαργάνας, tum ob hunc Diodori locum, tum maxime ob Xenophontem, qui Μαργανεῖς in hujus belli hiſtoria L. VII. Hellen. p. 497. memorat Cronioque adjungit, praetereaque bis Ἀμφιδόλους καὶ Μαργανεῖς in Elide ponit L. III. p. 384. Quin & hoc ex Xenophonte conficere poſſe videor, pravum in Strabone eſſe Ἀμφιδόλας vocabulum atque in Ἀμφιδόλους commutandum: & partim quidem, quoniam Ἀμφιδόλων in Peloponneſo hac ora nuſquam mentio eſt: partim vero, quod Ἀμφίδολοι & a Xenophonte & Stephano hic collocantur. Adde ſcriptos Strabonis libros Ἀμφιδόλους praeferre, atque id, quod conjectando adſecutus ſum, paene expoſtulare. P. Wess.

55. Ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Περδίκκα] Errat: neque enim fratres fuerunt. Vid. ad C. 71. P. Wess.

61. Σερούιος Σουλπίκιος] His tribus adjungunt Faſti Sp. Servilium, L. Veturium & L. Papirium. L. Rhod.

Σερούιος Σουλπίκιος] Confer Livium L. VI, 38. & Faſtos Pighii ad ann. CCCLXXXIV. P. Wess.

64. Φωκίδης Ἀθηναῖος] Non στάδιον ſed πάλην Phocidem hunc viciſſe notat Euſebius. Stadii victoriam attribuunt Eubotae Cyrenaeo, de quo Pauſan. L. VI, 8. Hanc vero Olympiadem praeſidibus Piſatis & Arcadibus fuiſſe celebratam, idem C. 4. his ſignificat verbis, τὴν τετάρτην δὲ Ὀλυμπιάδα ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν οὐκ ἀναγράφουσιν οἱ Ἠλεῖοι, ὅτι μὴ αὐτοὶ τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ Πισαῖοι καὶ Ἀρκάδες ἔθεσαν ἀντ' αὐτῶν. Adjunge Xenophontem L. VII. Hellen. p. 500. P. Wess.

66. Καί τισι μυθικαῖς — ἀποδείξεσι χρώμενοι] Fabulas has Strabo declarat L. VIII. p. 545. quem vide. P. Wess.

75. Τῶν παρόντων ἐπὶ τὴν πανήγυριν Ἑλλήνων ἐστεφανωμένων] Quod hic de coronatis Graecis traditur, non ad quoſcunque, ſed ad ludorum moderatores, curatores ac judices, athlothetas & agonothetas pertinere ſtatuit Pet. Faber Agoniſt. L. I, 19. pag. 70., nimis, ut res docet, anguſte. P. Wess.

78. Καὶ τὴν Ὀλυμπιάδα — οὐκ ἀνέγραψαν Ἠλεῖοι] Hanc cum X. & XXXIV. Elei Ἀνολυμπιάδας vocabant. Pauſanias L. VI, 22.

ταύ-

Olymp. civ. 1.

Thebanus, cujus maxima inter populares dignatio eſſet, ad cives in concionem vocatos verba facit, quibus ad imperium maris capeſſendum illos hortabatur. In eo ſermone jam diu ante praemeditato, negotium hoc tam peractu facile, quam Reipublicae conducibile fore oſtendit, & cum alia in medium affert, tum hoc etiam probat, quod in terra dominantes, facile etiam maris dominium ſibi comparare queant. Athenienſes enim licet cc. in bello Xerxico naves cum omni apparatu poſſiderent, Lacedaemoniis tamen, qui decem praebebant, auſcultaſſe. Cum haec, multaque alia, quae praeſenti argumento convenirent, diſſeruiſſet, Thebanos ad vendicandum ſibi maris imperium induxit.

79. Mox a populo ſciſcitur, ut triremes centum ac totidem navalia exſtruantur. Tum ut Rhodii, Chiique & Byzantii ad ſubſidiariam his inceptis operam navandum invitentur. Epaminondas ipſe cum aliquanta manu ad jam memoratas civitates miſſus, Lachetem Athenienſium ducem, claſſe valida inſtructum, & Thebanorum conatus impedire juſſum, ita perterruit, ut claſſem abducere cogeretur, urbeſque illas Thebanis adjunxit. Quod ſi longius vitae ſpatium huic viro conceſſum foret, terrae mariſque imperium Thebani haud dubie acquiſiviſſent. At quia brevi poſt, praelio ad Mantineam clariſſimam patriae victoriam adeptus, heroice occubuit, ſtatim res Thebanae cum ipſo velut emortuae conciderunt. Verum haec ſingula paullum infra diligentius perſequemur. Tum vero Orchomenum invadere placuit Thebanis, idque ob haſce cauſas. Exſules nonnulli Reipublicae Thebanae ſtatum in Ariſtocratiam transformare cupiebant, & ad conſilii hujus ſocietatem ccc. Orchomeniorum equites pellexerunt. Hi, quod Thebanorum edicto ſtata quadam die ad armorum luſtrationem excurrere ſolerent, ſub id ipſum tempus impreſſionem facere conſtituerunt. Cumque plures etiam alii ſe ad conatus hujus expeditionem aggregaſſent, opportuno tandem tempore convenere. Tum conſpirationis Principes, quos coeptorum poenitere coeperat, inſidias Boeotarchis aperiunt, & proditis conjurationis ſociis, hoc ſuo merito incolumitatem ſibi comparant. At Orchomeniorum equitibus juſſu magiſtratus in vincula conjectis, inque concionem deinde productis, ſupplicium capitale populus irrogavit, Orchomenios vero ipſos ſub corona venumdari, urbemque eorum exſcindi juſſit. A vetuſtis enim inde tem-

μέγιστον ἔχων τῶν πολιτῶν ἀξίωμα, συναχθείσης ἐκκλησίας, διελέχθη τοῖς πολίταις, προτρεπόμενος αὐτοὺς ἀντέχεσθαι τῆς κατὰ θάλατταν ἡγεμονίας. διελθὼν δὲ λόγον ἐκ χρόνου πεφροντισμένον, [x] ἐδίδασκε τὴν ἐπιβολὴν ταύτην συμφέρουσάν τε καὶ δυνατὴν, τά τε ἄλλα προφερόμενος, καὶ διότι τοῖς πεζῇ κρατοῦσι ῥᾴδιόν ἐστι περιποιήσασθαι τὴν τῆς θαλάττης ἀρχήν. καὶ γὰρ Ἀθηναίους ἐν τῷ πρὸς 388. Ξέρξην πολέμῳ διακοσίαις ναυσὶ διαπληρώσαντας, Λακεδαιμονίοις [y] δέκα ναῦς παρεχομένοις ὑποτετάχθαι. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν οἰκείως διαλεχθεὶς, ἔπεισε τοὺς Θηβαίους ἀντέχεσθαι τῆς κατὰ θάλατταν ἀρχῆς.

Εὐθὺς οὖν ὁ δῆμος ἐψηφίσατο τριήρεις μὲν [z] ἑκατὸν ναυπηγεῖσθαι, νεώρια δὲ ταύταις ἴσα τὸν ἀριθμόν· Ῥοδίους δὲ καὶ Χίους καὶ Βυζαντίους προτρέπεσθαι βοηθῆσαι ταῖς ἐπιβολαῖς. αὐτὸς δὲ μετὰ δυνάμεως ἐκπεμφθεὶς [a] ἐπὶ τὰς εἰρημένας πόλεις, Λάχητα μὲν τὸν Ἀθηναίων στρατηγὸν, ἔχοντα στόλον ἀξιόλογον, καὶ διακωλύειν τοὺς Θηβαίους ἀπεσταλμένον καταπληξάμενος, καὶ ἀποπλεῦσαι συναναγκάσας, ἰδίας τὰς πόλεις τοῖς Θηβαίοις ἐποίησεν. εἰ μὲν οὖν ὁ ἀνὴρ οὗτος πλείω χρόνον ἐπέζησεν, [b] ὁμολογουμένως ἂν οἱ Θηβαῖοι τὴν κατὰ γῆν ἡγεμονίαν καὶ τὴν τῆς θαλάττης ἀρχὴν προσεκτήσαντο· ἐπεὶ δὲ μετ' ὀλίγον χρόνον ἐν τῇ περὶ τὴν Μαντίνειαν μάχῃ λαμπροτάτην τὴν νίκην [c] τῇ πατρίδι περιποιήσας ἡρωϊκῶς ἐτελεύτησεν, εὐθέως καὶ τὰ τῶν Θηβαίων πράγματα τῇ τούτου τελευτῇ συναπέθανεν· [d] ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων τὰ κατὰ μέρος μικρὸν ὕστερον ἀκριβῶς διέξιμεν. τότε δὲ τοῖς Θηβαίοις ἔδοξε στρατεύειν ἐπὶ τὸν Ὀρχομενὸν, διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας. τῶν φυγάδων τινὲς βουλόμενοι τὴν ἐν Θήβαις πολιτείαν εἰς ἀριστοκρατικὴν κατάστασιν μεταστῆσαι, συνέπεισαν τοὺς τῶν Ὀρχομενίων ἱππεῖς ὄντας τριακοσίους συνεπιλαβέσθαι τῆς ἐπιβολῆς. ὄντι δὲ εἰωθότις ἐκ Θηβαίων ἀπαντᾷν ἡμέρᾳ τεταγμένῃ πρὸς τὴν [e] ἐξοπλισίαν, εἰς ταύτην συνέθεντο ποιήσασθαι τὴν ἐπίθεσιν· πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων κοινωνούντων τῆς προθέσεως καὶ προσορμησάντων, ἀπήντησαν πρὸς τὸν καιρόν. [f] οἱ μὲν οὖν συστησάμενοι τὴν πρᾶξιν, μετανοήσαντες ἐδήλωσαν τοῖς Βοιωτάρχαις τὴν ἐπίθεσιν, προδόντες τοὺς συνομόσαντας, καὶ διὰ τῆς εὐεργεσίας ταύτης ἑαυτοῖς [g] ἐπορίσαντο τὴν σωτηρίαν. τῶν δὲ ἀρχόντων συλλαβόντων τοὺς τῶν Ὀρχομενίων ἱππεῖς, καὶ προαγόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὁ δῆμος ἐψηφίσατο τούτους μὲν ἀποσφάξαι, τοὺς δ' Ὀρχομενίους ἐξανδραποδίσασθαι, καὶ τὴν πόλιν κατασκάψαι. ἐκ παλαιῶν γὰρ χρόνων οἱ Θηβαῖοι πρὸς τούτους ἀλ-

x Διδάσκων Reg. 2. *Clar.* y Δέκα ναῦς a manu recentiore Reg. 1. *Edd.* ἐν καὶ ναῦς. z Deeſt *Celſ.* a Ἐπὶ *Clar. Reg.* uterque. Vulgo περὶ τὰς. b Ὁμολογούμενος *Clar.* c Ἐν τῇ *Clar.* d Ἀλλὰ, quod ex edito natum, *Celſ. Clar.* e Ἐξοπλασίαν margo *Steph. Vat.* f Οἱ μὲν Reg. 2. ſolus: hinc οὖν reſtitui. g Προσεπορίσαντο Reg. 1. ex ſcholio.

ταύτας τὰς Ὀλυμπιάδας [illegible], ΑΝΟΛΥΜΠΙΑΔΑΣ αἱ Ἠλεῖοι καλοῦσι, [illegible] Ὀλυμπιάδων γράφουσι. P. Wess.

9. Διακοσίαις ναυσὶ διαπληρώσαντας &c.] Hic locus morboſus eſt. Nam & διακοσίαις ναυσὶ [illegible] ſoloeciſat, & δὲ καὶ ναῦς παρεχομένοις abſurdum ſonat. Et ſoloeciſmum quidem ſanare facile foret legendo διακοσίαις ναῦς. Non tamen puto ſic ſcripſiſſe *Diodorum*, ſed potius διακοσίαις ναυσὶ διαπλεύσαντας. nam διαπληρόω non invenitur, quod ſciam. Sic igitur totum hunc locum legendum cenſeo. Καὶ γὰρ Ἀθηναίους ἐν τῷ πρὸς Ξέρξην πολέμῳ διακοσίαις ναυσὶ διαπλεύσαντας, Λακεδαιμονίοις δέκα ναῦς παρεχομένοις ὑποτετάχθαι. Haec emendatio firmatur ex *Herodoto*, qui ipſiſſimis verbis cum numerum navium ab unaquaque civitate praebitarum recenſet, haec ait (L. VIII, 1.) Λακεδαιμόνιοι δὲ δέκα. Hoc fidejuſſore credo fidem mihi habebis, Lector erudite. JAC. PALM.

91. Λακεδαιμονίοις δὲ καὶ ναῦς παρεχομένοις] Pro δὲ καὶ ſcribatur δέκα. L. RHOD.

Λακεδαιμονίοις δέκα ναῦς παρεχομένοις] Veram loci ſcripturam, a viris doctis conjectando inventam atque extuſam, praeſtat liber Reg. 1. Διαπληρώσαντας, ſi ſcribatur διακοσίαις ναῦς, non movebo: opportunius certe erit, quam διαπλεύσαντας. Nam quod in Lexicis deficiat, id parvi eſt momenti. Habet alia *Diodorus*, quae fruſtra alibi quaeras: neque quidquam hoc in compoſito ineſt, cur proſcribatur. P. WESS.

11. Τῇ τούτου τελευτῇ συναπέθανεν] Pari elegantia *Demades* Or. fragm. p. 180. [illegible] Θηβαίων ὁ καιρός. & *Polybius* L. VI, 41. [illegible] τὰ Θηβαίων ἔργα [illegible] Πελοπίδου βίῳ πρυφανῶς. Similia *Juſtin.* L. VI, 8. P. WESS.

19. Πρὸς τὴν ἐξοπλισίαν] Nihil hinc demuto. Sic & L. XVI, 3. [illegible] ἐξοπλισίας [illegible]. & L. XIX, 3. At minus placet ἐκ Θηβαίων, pro quo Interpres *ex Thebanorum edicto*, non male ad ſententiam. Ego tamen praeferrem ἐκ Θηβῶν. Ut Thebis ad armorum luſtrationem conveniſſe ad conſtitutum putentur. P. WESS.

30. Καὶ

ἀλλοτρίως διέκειντο, δασμοφοροῦντες μὲν τοῖς Μινύαις ἐν τοῖς ἡρωικοῖς χρόνοις, [h] ὕστερον δ' ὑφ' Ἡρακλέους ἐλευθερωθέντες. οἱ δ' οὖν Θηβαῖοι καιρὸν
389. ἔχειν νομίσαντες, καὶ προφάσεις εὐλόγους τῆς τιμωρίας λαβόντες, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὸν Ὀρχομενόν· [i] ἑλόντες δὲ τὴν πόλιν, τοὺς μὲν ἄνδρας ἀπέκτειναν, τέκνα δὲ καὶ γυναῖκας ἐξηνδραποδίσαντο.

Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Θετταλοὶ πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν Φερῶν τύραννον διαπολεμοῦντες, καὶ πλείοσι μάχαις ἡττημένοι, πολλοὺς δὲ τῶν στρατιωτῶν ἀπολωλεκότες, πρέσβεις ἀπέστειλαν πρὸς Θηβαίους, ἀξιοῦντες αὐτοὺς [k] βοηθῆσαι, καὶ στρατηγὸν αὐτοῖς ἐξαποστεῖλαι Πελοπίδαν. ᾔδεισαν γὰρ τοῦτον τὸν ἄνδρα, διὰ τὸ ὑπ' Ἀλεξάνδρου συλληφθῆναι, ἀλλοτριώτατα διακείμενον πρὸς τὸν δυνάστην, ἅμα δὲ καὶ ἀνδρείᾳ διάφορον, [l] καὶ ἐπὶ στρατηγικῇ συνέσει διαβεβοημένον. συναχθείσης δὲ τῆς κοινῆς συνόδου τῶν Βοιωτῶν, καὶ τῶν πρέσβεων διαλεχθέντων περὶ ὧν εἶχον ἐντολάς, οἱ μὲν Βοιωτοὶ πάντα συνεχώρησαν τοῖς Θετταλοῖς, καὶ δόντες εἰς ἑπτακισχιλίους στρατιώτας τῷ Πελοπίδᾳ, συντόμως ἐκέλευον βοηθεῖν αὐτὸν τοῖς δεομένοις. τοῦ δὲ Πελοπίδου ταχέως μετὰ τῆς δυνάμεως [m] ἐξιόντος, συνέβη τὸν ἥλιον ἐκλιπεῖν. πολλῶν δὲ τὸ γεγονὸς ὑποπτευσαμένων, τῶν μάντεών τινες ἀπεφαίνοντο διὰ τὴν γενομένην ἔξοδον τῶν στρατιωτῶν ἐκλιπεῖν τὸν τῆς πόλεως ἥλιον, καὶ διὰ τούτων τὸν λόγον προλέγοντος τὸν τοῦ Πελοπίδου θάνατον, ὅμως οὖν ὁ Πελοπίδας ἀνέζευξεν ἐπὶ τὴν στρατείαν, ὑπὸ τοῦ χρεὼν ἀγόμενος. ὡς δὲ κατήντησεν εἰς τὴν Θετταλίαν, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον [n] κατέλαβε προκατειλημμένον τοὺς ὑπερδεξίους τόπους, καὶ στρατιώτας ἔχοντα πλείους τῶν δισμυρίων, ἀντεστρατοπέδευσε μὲν τοῖς πολεμίοις, προσλαβόμενος δὲ συμμάχους παρὰ τῶν Θετταλῶν, συνῆψε μάχην τοῖς ἐναντίοις. τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου διὰ τὰς ὑπεροχὰς τῶν τόπων πλεονεκτοῦντος, ὁ Πελοπίδας, σπεύδων διὰ τῆς ἰδίας [o] ἀνδρείας κρῖναι τὴν μάχην, ἐπ' αὐτὸν ὥρμησε τὸν Ἀλέξανδρον. τοῦ δὲ δυνάστου μετὰ τῶν ἐπιλέκτων ὑποστάντος, ἐγένετο μάχη καρτερά, καθ' ἣν ὁ Πελοπίδας ἀγωνιζόμενος, πάντα τὸν περὶ αὐτὸν τόπον νεκρῶν κατέστρωσε, τέλος δ' ἐπιθεὶς τῷ κινδύνῳ, καὶ τοὺς πολεμίους τρεψάμενος, τὴν μὲν νίκην περιεποιήσατο, τὸν δὲ αὑτοῦ βίον [p] ἀπέλιπε, πολλοῖς περιπεσὼν τραύμασι, καὶ τὸ ζῆν ἡρωικῶς προέμενος. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, δευτέρᾳ μάχῃ [q] λειφθεὶς, καὶ τοῖς ὅλοις συντριβεὶς,
390. ἠναγκάσθη καθ' ὁμολογίαν τοῖς μὲν Θετταλοῖς τὰς καταπεπολεμημένας πόλεις ἀποδοῦναι, Μάγνητας δὲ καὶ τοὺς Φθιώτας Ἀχαιοὺς παραδοῦναι Βοιωτοῖς, καὶ

Olymp. CIV. 1.

poribus infenſi Orchomeniis Thebani fuerant, propterea quod Heroum tempore tributum illis pendere, donec ab Hercule vindicarentur, coacti fuiſſent. Nunc ergo commodam ſe occaſionem, & probabilem ulciſcendi cauſam, adeptos rati, infeſtis Orchomenon armis aggrediuntur. Ac ſtatim urbe in poteſtatem redacta, quicquid virorum inerat, trucidant, imbellemque aetatem ac ſexum ſub haſta vendunt.

80. Hoc ipſo tempore Theſſali cum Alexandro Pheraeorum regulo belligerabantur. Sed quia compluries acie victi, magnam vim militum amiſerant, de auxiliis ſibi mittendis, ac ſummo exercitus duce Pelopida, Thebanos ſollicitarunt. Virum enim iſtum Alexandro inimiciſſimum, propter vincula pridem ab ipſo injecta, ac virilis animi robore eximium, imperatoria denique ſapientia ubique gentium percelebrem eſſe, norant. Convocato igi- 499.
tur univerſo Boeotiae concilio, legati mandata ſua exponunt; Boeotique ad omnia, quae petebantur, faciles ac benignos ſeſe exhibent, & Pelopidam e veſtigio cum IↃↃ. CIↃ. CIↃ. indigentibus auxilium ferre jubent. Qui cum ſine mora copias educeret, forte accidit, ut Solis lumen obſcuraretur. Quod prodigium multos reddebat ſollicitos. Erantque inter hariolos nonnulli, qui per hunc agminis egreſſum urbis Solem defecturum interpretarentur. Et hac divinatione nihil aliud, quam Pelopidae interitum portendebant. His tamen nihil motus Pelopidas fati ipſius ductu ad militiam hanc pertexit. Ubi in Theſſaliam pervenit, Alexandrum plusquam CCIↃↃ. CCIↃↃ. inſtructum, editiora jam inſediſſe loca comperit. E regione igitur hoſtium caſtra metatus, adunatis Theſſalorum copiis auxiliaribus, pugnam cum adverſariis committit. At cum propter locorum eminentiam praevaleret Alexander, Pelopidas ſua ipſius virtute praelium decernere contendens, in ipſum ſeſe ducem intulit. Quo cum ſelectiſſimorum juvenum manu fortiter obſiſtente, praelium fit acerrimum, quo Pelopidas, cum militis tum ducis optimi munere defungens, omnem circa ſe locum ſtrage hominum replet. Tandem ubi finem certamini impoſuit, profligatis fugatisque hoſtibus, victoriam quidem adeptus eſt: ſed ipſe multis confectus vulneribus oppetivit, vitamque heroico plane exitu profudit. Tum Alexander, altero jam praelio victus, fractis per omnia viribus, oppida jam pridem ſubacta Theſſalis reſtituere, Magnetesque & Phthiotidis Achaeos Boeotis tradere, & Pheraeorum dominatu in poſterum contentus eſſe, ac Boeotorum dein-

ceps

h Ὕστερον δ' ἀφ' Ἡρ. Codd. Clar. i Ἑλόντες ora Steph. Codd. Clar. Vat. & Reg. ambo. Edd. κατασχόντες. k Βοηθεῖν Codd. Clar. l Καὶ στρατηγ. Reg. 1. m Ἐξελθόντος idem. n Κατελάμβανε Reg. 2. Clar. o Ἀνδρίας Clar. p Ἀπέλιπε Steph. marg. Vat. Reg. uterque, Codd. Clar. Vatt. Vulgo ἀπέβαλε. q In Edd. λειφθεὶς.

30. Καὶ τὴν πόλιν κατασκάψαι] Vide Pauſan. L. IX. 17. cum Kuhnii nota, ſed cave ne id, quod de Diodoro ibi ſcriptum eſt, verum credas. Capta urbs & everſa eſt, ſi fidem Pauſaniae fides, ante hos tres annos, quo tempore Epaminondas aberat, bello Theſſalico, ut Pelopidam liberaret, occupatus. Id docent verba, quae L. IX, 15 leguntur. P. Wess.

32. Δασμοφοροῦντες μὲν τοῖς Μινύαις &c.] Id veriſſimum. Hinc Plataeenſes in Iſocratis Plataic. p. 437. οἱ μὲν γὰρ τὸν παλαιὸν χρόνον (Thebani) οὐ τοῖς ἄλλοις αὐτοὺς ἀξιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ΟΡΧΟΜΕΝΙΟΙΣ ΦΟΡΟΝ ἔφερον, οὕτω γὰρ ἔχει τὸ παλαιόν. Quo modo Hercules tributo & Orchomeniorum imperio Thebanos exemerit, explanatum eſt L. IV, 10. P. Wess.

55. Συνέβη τὸν ἥλιον ἐκλιπεῖν] Ita etiam Plut. Pelop. pag. 295. B., inſuper addens, oſtenti metu pleroſque Boeotos domi manſiſſe. De tempore defectus hujus ſolaris diſputat H. Dodwellus Ann. Xenoph. p. 286. P. Wess.

61. Ὑπὸ τοῦ χρεὼν ἀγόμενος] Aliter paullo Panſa ad Caeſarem Octavianum καὶ ἡμεῖς τεθνεῶτες, πάντα τοῦ χρεὼν ἀπάγοντος apud Appian. L. III. B. Civil. p. 931. Nempe ἄφυκτον τὸ χρεὼν, fatum inevitabile eſt, uti Plutarchus in Pyrrh. p. 403. B. ſcribit, ſive ut T. II. p. 117. E. τὸ μόρσιμον οὐκ ἔστιν ἐκφυγεῖν. P. Wess.

70. Ἐπ' αὐτὸν ὥρμησε τὸν Ἀλέξανδρον] Haec copioſius & diſtinctius Plut. Pelop. p. 296. P. Wess.

75. Τὸν δὲ ἑαυτοῦ βίον ἀπέλιπε] Veterum librorum conſenſus hoc verum praeſtat, ſermoniſque indoles. Quid enim tritius quam ἀπολιπεῖν τὴν ψυχὴν & ἀπολιπεῖν τὸν βίον inter Graecos? P. Wess.

78. Δευτέρᾳ μάχῃ λειφθεὶς] Non dubium eſt, quin pro λειφθεὶς reponendum ſit [illegible], id eſt, [illegible], victus. Adnotavi autem ſupra idem in hoc verbo commiſſum a librariis mendum. H. Steph.

Δευτέρᾳ μάχῃ λειφθεὶς] Sic praeter Stephanum corrigendum eſſe, monuit L. Rhodomanus in not. Addendis. Utique obtempero. Delicta ſunt aberrantium librariorum, etiam Codd. invitis exterminanda. Vide ſuperius ad L. XI, 68. & L. XIV, 65. P. Wess.

81. Καὶ τοὺς Φθιώτας Ἀχαιοὺς παραδοῦναι] Φθιώτας δὲ καὶ Ἀχαιοὺς Plut. ſemel atque iterum in Pelop. p. 295. A. & p. 297. D.

Olymp. CV. 1.

ceps amicitiam colere, per tranſactionem cogebatur.

81. Etiamſi vero Thebani victoriam undique celebrem tunc obtinuiſſent, omnes tamen paſſim ſe victos eſſe, ob interitum Pelopidae, dictitabant. Nam quia virum tam egregium amiſerant, victoriam ejus gloria multo inferiorem eſſe cenſebant. Praeclara enim ſaepenumero commoda patriae ſuae praeſtiterat, ac plurimum ad Reipublicae Thebanae amplificationem contulerat. Nam in vindicatione urbis per exſules facta, ubi Cadmeam recuperarunt; omnes una voce palmam tam praeclari facinoris Pelopidae aſſignant. Quod ſane facinus probe peractum omnium deinceps bonorum cauſa Thebanis exſtitit. In pugna dehinc ad Tegeam unus inter omnes Boeotarchas Lacedaemonios, Graecorum potentiſſimos, devicit Pelopidas. ubi propter victoriae magnificentiam, primum de Lacedaemoniis tropaeum Thebani ſtatuerunt. In Leuctrica inde pugna ſacrae cohortis dux fuit, cum qua quod Princeps in Lacedaemonios impreſſionem faceret, victoriae auctor ſuis exſtitit. In expeditionibus porro contra Lacedaemonios ſuſceptis LXX. millium Imperator fuit, & tropaeum de Lacedaemoniis in ipſius Spartae limine erexit, qui per omne prius aevum oppugnationis ignari fuerunt. Legatus ad regem Perſarum in communi pacificatione Meſſenen ſeorſum recepit, quam per CCC. annos deſolatam Thebani inſtauraverant. Ad extremum cum Alexandro, longe majoribus copiis inſtructo decertans, non modo victoriam obtinuit inſignem, ſed & famigeratum virtutis nomine exitum vitae conſecutus eſt. Inter haec praeclara belli certamina ita erga cives affectus erat, ut ab exſulum inde reditu, ad ſuam uſque mortem, Boeotarchae munere ac poteſtate perpetuo fungeretur, cum nemo quiſquam inter cives iſta honoris prae-
500. rogativa dignus haberetur. Pelopidas ergo, quia ſua virtute approbationem omnium promeruit, hiſtoricam a nobis etiam commendationem habeto. Sub idem tempus Clearchus Heraclea urbe Ponti oriundus, ad dominatum capeſſendum animum adjecit: coeptaque feliciter exſecutus, totum ſe ad imitationem Dionyſii Syracuſanorum Tyranni compoſuit. Ac principatum Heracleenſium per XII. an-

τὸ λοιπὸν, [r] Φερῶν μόνον ἄρχοντα σύμμαχον εἶναι Βοιωτοῖς.

Οἱ δὲ Θηβαῖοι περιβόητον νίκην ἀπενηνεγμένοι, πρὸς ἅπαντας ἔφασαν ἑαυτοὺς ἡττῆσθαι, διὰ τὴν Πελοπίδου τελευτήν. ἀξιόλογον γὰρ ἀπολωλεκότες ἄνδρα, κατὰ λόγον ἔκρινον τὴν νίκην ἥττονα ὑπάρχειν τῆς Πελοπίδου δόξης. πολλὰς γὰρ καὶ μεγάλας χρείας παρέσχετο τῇ πατρίδι, πλεῖστα δὲ συνεβάλετο πρὸς τὴν τῶν Θηβαίων αὔξησιν. ἐν γὰρ τῇ τῶν φυγάδων καταλήψει, καθ' ἣν ἀνεκτήσαντο τὴν Καδμείαν, ὁμολογουμένως ἅπαντες τούτῳ τὰ πρωτεῖα τοῦ κατορθώματος ἀπένεμον· τὴν δ' εὐημερίαν ταύτην συνέβη πάντων τῶν ὕστερον [s] γενομένων ἀγαθῶν αἰτίαν γενέσθαι. ἐν δὲ τῇ περὶ Τεγύρας μάχῃ μόνος Πελοπίδας τῶν Βοιωταρχῶν ἐνίκησε τοὺς Λακεδαιμονίους, [t] πλεῖον ἰσχύοντας τῶν Ἑλλήνων· [u] ὅτε δὴ, διὰ τὸ μέγεθος τῆς νίκης πρῶτον ἔστησαν Θηβαῖοι τρόπαιον κατὰ Λακεδαιμονίων. κατὰ δὲ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην ἡγήσατο τοῦ ἱεροῦ λόχου, μεθ' οὗ προεμβαλὼν τοῖς Σπαρτιάταις, ἀρχηγὸς ἐγένετο τῆς νίκης. ἐν δὲ ταῖς ἐπὶ Λακεδαίμονα στρατείαις, ἑπτὰ μὲν ἡγήσατο μυριάδων, πρὸς αὐτῇ δὲ τῇ Σπάρτῃ τρόπαιον ἔστησε κατὰ τῶν Λακεδαιμονίων, τὸν πάντα τὸν πρὸ τούτου χρόνον ἀπορθήτων γεγενημένων. πρὸς δὲ τὸν Περσῶν [x] βασιλέα πρεσβεύσας, ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις τὴν Μεσσήνην κατ' ἰδίαν περιέλαβεν, ἣν ἀνάστατον οὖσαν ἔτη τριακόσια Θηβαῖοι πάλιν ἀποκατέστησαν. ἐπὶ τελευτῆς δὲ διαγωνισάμενος πρὸς Ἀλέξανδρον, ἔχοντα πολλαπλάσιον δύναμιν, οὐ μόνον ἐπιφανῶς ἐνίκησεν, ἀλλὰ καὶ τὸν θάνατον ἔσχεν ἐπ' ἀρετῇ περιβόητον. πρὸς δὲ τοὺς πολίτας οὕτω καλῶς ἀγαπώμενος διετέθη, ὥστε ἀπὸ τῆς εἰς τὰς Θήβας καθόδου τῶν πολιτῶν μέχρι τῆς ἑαυτοῦ τελευτῆς Βοιωταρχῶν πάντα τὸν χρόνον διετέλεσε, μηδενὸς ἄλλου τῶν πολιτῶν ταύτης [y] ἠξιωμένου τῆς τιμῆς. Πελοπίδας μὲν οὖν, διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ὑπὸ πάντων ἀποδοχῆς ἠξιωμένος, ἐχέτω καὶ παρ' ἡμῶν τὸν [z] διὰ τῆς ἱστορίας ἔπαινον. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, Κλέαρχος τὸ γένος ὢν ἐξ Ἡρακλείας τῆς ἐν τῷ Πόντῳ, ἐπεβάλετο τυραννίδι· κρατήσας δὲ τῆς ἐπιβολῆς, ἐζήλωσε μὲν [a] τὴν Διονυσίου τοῦ Συρακοσίου τυράννου ἀγωγήν, τυραννεύσας δὲ τῶν Ἡρακλεωτῶν

r Φερῶν Clar. prave. s Deeſt Reg. 1. t Πλεῖον Coiſl. u Ὅτε δὴ, δὴ ſolus Reg. 1., unde τὸ δὴ ſuum in locum revocavi. x Βασιλεύοντα Clar. y Ἠξιωμένος Coiſl. z Deeſt Reg. 1. a Τὴν ἀγωγὴν [illegible], &c. Clar. Reg. uterque.

Sed Naſſer hoc quidem loco melius. Non item L. XI, 3., ubi adſcripta conſidera. P. Wess.

95. Ἐν γὰρ τῇ τῶν φυγάδων καταλήψει] Obſcure dictum. Potuiſſet [illegible] Καδμείας, [illegible] φυγάδες. Verum ſuus cuique mos & judicium eſt. P. Wess.

1. Ἐν δὲ τῇ περὶ Τεγύρας μάχῃ μόνος &c.] Quae tandem illa ad Tegeam pugna, unius Pelopidae virtute & prudentia prolia[illegible]? Nulla ſi mihi creditis, verum Pelopidas ſuo ductu atque auſpiciis Spartanos ad Tegyram, haud multum ab Orchomeno. Audi Plut. in Pelop. p. 285. F. [illegible] Τεγύρας, [illegible] Πελοπίδου. [illegible]. Eadem repetit p. 316. F., nullumque dubium relinquit, quin ſcribi hic debuerit περὶ Τεγύρας, ut Stephanus, aut certe Τεγύρας, uti paſſim ipſe. P. Wess.

5. Ἡγεῖτο τοῦ ἱεροῦ λόχου] Lectiſſima iſta erat caterva CCC. virorum, a Gorgida primum conſtituta & conducta, teſte Plut. Pelop. p. 287. B. & Polyaeno Strat. L. II, 5. 1. Alii tamen Epaminondae, forſitan quod in conſilii ſocietatem venerint, adſcribunt, de quibus Davyſius ad Maximum Tyr. Diſſert. XXIV. p. 5-7. Conſtabat celebris hic ἱερὸς λόχος [illegible] apud Athen. L. XIII. p. 561. F. Adde Corn. Nep. Pelop. C. 4. P. Wess.

8. Ἑπτὰ — μυριάδων] Conſer. ſupra C. 62. P. Wess.

12. Τὴν Μεσσήνην κατ' ἰδίαν περιέλαβεν] Operam Pelopidas dedit, ut nominatim in pacis conditionibus adderetur [illegible] Λακεδαιμονίων, docente Xenophonte Rer. Graec. L. VII. p. 425. D. tempore, quo Meſſene deſolata fuit, dictum fuit ſupra C. 65. P. Wess.

18. Πρὸς δὲ τοὺς πολ. οὕτω καλῶς ἀγαπώμενος &c.] Haud ſcio an non hic aliquid menda ſubſit: & ſententia & conſtructio certe perpeſſa eſt. Cives enim ita erga Pelopidam adſecti erant, ut &c. Quid ſi καλῶς πολιτευόμενος; L. Rhod.

Πρὸς δὲ τοὺς πολίτας οὕτω καλῶς ἀγαπώμενος &c.] De menda aliſpicias Rhodomanni medicina non admodum placet. Puto ſcriptum fuiſſe ad hunc modum, πρὸς δὲ, τοὺς πολίτας οὕτω καλῶς, ἀγωνιζόμενος διέθηκεν, ὥστε &c. Praeterea cives ſuos pugnandum tam rebus tractavit, ut & reliqua. Sic conſtat ſententia & oratio, neque ſermonis uſus repugnat. [illegible] habes in Alciphronis L. II. Ep. 1. p. 200, cum Bergleri nota. Lyſias Or. contra Agorat. C. 3. [illegible]. Prius firmabunt haec Pauſaniae L. IV, 8. p. 298. [illegible] Λακεδαιμονίων [illegible]. ΠΡΟΣ ΔΕ [illegible], & evocati numero ſuperiores erant Spartani, praeterea numero etiam. Qua tamen ſignificatione paullo frequentius occurrit [illegible]. Euripid. Helen. v. 962. [illegible]. Vid. If. Caſaub. in Strabon. L. III. p. 218. Atque haec mea ſententia. Si cujus animo allabeſcat alia, eam ſequatur. Porro quod ſtatim ſuccedit, Βοιωταρχῶν πάντα τὸν χρόνον διετέλεσε, id diſtinctius explicatur a Plut. Pelop. p. 285. D. [illegible] (Pelopidam) [illegible] Βοιωταρχῶν [illegible]. Partim ergo Pelopidas toto eo tempore ſacrae cohortis ſive delectae manus, ut Nepos Cornelius vertit, fuit praefectus, partim Boeotarcha. P. Wess.

26. Κλέαρχος τὸ γένος ὢν ἐξ Ἡρακλείας] Diſcipulus fuerat Iſocratis, uti ex Rhetoris Epiſt. ad Timoth. p. 626. conſtat, ſicuti & Platonis: ſed praeceptorum utriuſque oblitus tyranni-

dem

391. τῶν ἐπιφανῶν, ἦρξεν ἔτη [b] δώδεκα. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Τιμόθεος ὁ Ἀθηναίων στρατηγὸς ἔχων δύναμιν πεζήν τε καὶ ναυτικήν, Τορώνην μὲν καὶ Ποτίδαιαν πολιορκήσας εἷλε, Κυζικηνοῖς δὲ πολιορκουμένοις ἐβοήθησε.

Τοῦ δ' ἔτους τούτου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Χαρικλείδης, ἐν Ῥώμῃ δ' ὕπατοι κατεστάθησαν, Λεύκιος Αἰμίλιος Μάμερκος, καὶ Λεύκιος [c] Σέξτιος Λατερανός. ἐπὶ δὲ τούτων Ἀρκάδες μετὰ Πισαίων [d] κοινῇ τεθεικότες ὑπῆρχον τὸν ἀγῶνα τῶν Ὀλυμπίων, καὶ ἐκυρίευον τοῦ ἱεροῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ χρημάτων. τῶν δὲ Μαντινέων ἀναλαβόντων εἰς τοὺς ἰδίους βίους οὐκ ὀλίγα τῶν ἀναθημάτων, ἔσπευδον οἱ παρανομήσαντες διακατέχειν τὸν πρὸς Ἠλείους πόλεμον, ἵνα μὴ δῶσιν ἐν εἰρήνῃ λόγον τῶν ἀναλωθέντων. τῶν δὲ ἄλλων Ἀρκάδων βουλομένων συνθέσθαι τὴν εἰρήνην, στάσιν ἐκίνησαν πρὸς τοὺς ὁμοεθνεῖς. γενομένων οὖν [e] δυεῖν ἑταιρειῶν, συνέβαινε τῆς μὲν τοὺς Τεγεάτας, τῆς δὲ τοὺς Μαντινεῖς ἡγεῖσθαι. ἐπὶ πολὺ δὲ τῆς διαφορᾶς αὐξηθείσης, εἰς τὴν διὰ τῶν ὅπλων κρίσιν κατήντησαν· καὶ Τεγεᾶται μὲν πρεσβεύσαντες πρὸς Βοιωτούς, ἔπεισαν ἑαυτοῖς βοηθεῖν· οἱ δὲ Βοιωτοὶ στρατηγὸν [f] ἐπιστήσαντες Ἐπαμινώνδαν, καὶ δύναμιν ἀξιόλογον δόντες, ἐξαπέστειλαν βοηθῆσαι τοῖς Τεγεάταις· οἱ δὲ Μαντινεῖς, τὴν ἐκ τῆς Βοιωτίας δύναμιν καὶ τὴν Ἐπαμινώνδου δόξαν καταπλαγέντες, πρὸς τοὺς ἐχθίστους τῶν Βοιωτῶν Ἀθηναίους καὶ Λακεδαιμονίους πρέσβεις ἐκπέμψαντες, ἔπεισαν συμμαχεῖν. ὧν ἀμφοτέρων ἁδρὰς δυνάμεις ταχέως ἀποστειλάντων, ἀγῶνες πολλοὶ καὶ μεγάλοι κατὰ τὴν Πελοπόννησον συνίσταντο. εὐθὺς δὲ Λακεδαιμόνιοι μέν, πλησίον οἰκοῦντες, ἐστράτευσαν εἰς τὴν Ἀρκαδίαν· Ἐπαμινώνδας δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον μετὰ τῆς δυνάμεως προϊών, καὶ τῆς Μαντινείας οὐ μακρὰν ἀπέχων, ἐπύθετο παρὰ τῶν ἐγχωρίων ὅτι Λακεδαιμόνιοι πανδημεὶ πορθοῦσι τὴν τῶν Τεγεατῶν χώραν. ὑπολαβὼν δ' ἔρημον εἶναι στρατιωτῶν τὴν Σπάρτην, ἐπεβάλετο μὲν μέγα τι πρᾶξαι, τὴν δὲ τύχην ἔσχεν ἀντιπράττουσαν. αὐτὸς μὲν γὰρ νυκτὸς ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Σπάρτην· ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων Ἆγις, ὑποπτεύσας τὴν ἀγχίνοιαν τὴν Ἐπαμινώνδου, καλῶς ἐστοχάσατο μὲν τὸ μέλλον ἐμφρόνως ἥξειν, [g] πέμψας δέ τινας Κρῆτας ἡμεροδρό-

nos magnifice geſſit. Interea dum haec fiunt, Timotheus Athenienſium Praetor, pedeſtres ac navales copias ducens, Toronem & Potidaeam obſidet, expugnatque, & Cyzicenis obſidione laborantibus ſuccurrit. Olymp. CIV. I.

82. Poſt anni hujus exitum Athenis Reipublicae Princeps Chariclides, & Romae L. Aemilius Mamercus, & L. Sextius Lateranus Coſſ. ſunt creati. Quo tempore Arcades communi cum Piſaeis auctoritate & opera ludos ad Olympiam ediderant, & templi ſacrarumque opum inibi poteſtatem ſibi vendicarant. Et quia Mantinenſes non pauca ex donariis ad profanos vitae uſus tranſtulerant, ſacrilegii auctores in hoc toti erant, ut bellum cum Eleis foveretur: ne reſtituta pace reddendis male inſumtorum rationibus obnoxii fierent. Quare cum Arcades caeteri pacem componi vellent, ſeditionem ipſi adverſus cognatam ſibi gentem excitabant. In duas exinde factiones diſceſſum: quarum unam Tegeatae, alteram Mantinenſes ductitarunt. Ac gliſcente majorem in modum diſſidio, ad armorum tandem judicium rem devolverunt. Et Tegeatae, miſſa legatione, Boeotorum auxilia implorarunt. Boeoti ſtatim Epaminondam belli ducem creant, & validis inſtructum copiis ad ſublevandos auxilio Tegeatas mittunt. At Mantinenſes illo Boeotorum exercitu & Epaminondae gloria perterrefacti, ad capitales Boeotorum inimicos Athenienſes & Lacedaemonios ſuam & ipſi legationem deſtinant, & de jungenda belli ſocietate eos ſolicitant. Magnum utrinque militum robur ſuppeditatur, & crebra in Peloponneſo certamina magnis viribus committuntur. Nec mora: Lacedaemonii in vicinam ſibi Arcadiam impreſſionem faciunt. Epaminondas ſub id tempus ſigna promovebat. Et jam non procul a Mantinea aberat, cum Lacedaemonios cum omni ſuorum multitudine Tegeatarum agros populari inaudit. Spartam igitur propugnatoribus vacuam eſſe conjectans, ingens quidem facinus aggreditur, ſed fortuna conatibus refragatur. Noctu enim infeſto Spartam exercitu petit, ſed rex Lacedaemoniorum Agis, vafriciem Epaminondae ſuſpectam habens, prudenter, quod ſubſecuturum erat, conjecit. Et celeriter Epami- Olymp. CIV. II.

non-

b Δωδεκαδίκα Reg. 1. c Hoc deeſt in Reg. 2. Clar. Venet. & Colb. d Ὑπῆρχον τεθ. κοινῇ Reg. 1. e Δυοῖν Clar. f Καταστήσαντες Reg. 1. g Πέμψας Reg. 1. Colb. Clar. Vulgo ἐπιπέμψας.

dem occupavit Heracleae, & crudeliſſime in XII. annos exercuit, docente Memnone in Biblioth. Photii Cod. CCXXIV. pag. 704. Adde Aeneam Poliorcet. C. 12. cum Caſauboni nota. P. Wess.

31. Τορώνην μὲν καὶ Ποτίδαιαν πολιορκήσας] Commemorat Toronae a Timotheo oppugnatae Polyaen. Strateg. L. III. 10. 15. & Potidaeae Dinarch. in Demoſth. p. 91. P. Wess.

37. Λεύκιος Αἰμίλιος Μάμερκος &c.] Ante horum magiſtratum proxime Diodorus VI. tribunos militum praeterit. A. & M. Cornelium, M. Geganium, P. Manlium, L. Veturium, P. Valerium: quos Livius edit. Hos ergo ſequenti anno excipiunt hi duo Coſſ., quorum alter L. Sextius PRIMVS E PLEBE fuit. Alter vero L. Aemilius Mamercus equitum magiſter fuit ante biennium cum M. Furio dictatore. L. Rhod.

Λεύκιος Αἰμίλιος Μάμερκος] Bene Rhodomanus, qui addere potuiſſet, negligi & eum a Diodoro annum, quem ante VI. illos tribunos dictaturae tenuerunt. Aemilius cognomine fuit Μαμερκῖνος, quod & hic praeſtat. Λατερανός, ſi Auctor id reliquerit, poſitum eſt pro Laterano, quod Sextii cognomen. Conf. Livium L. VII. 1. & Pigh. in Faſt. ad ann. CCCLXXXVII. P. Wess.

41. Τῶν δὲ Μαντινέων ἀναλαβόντων εἰς τοὺς ἰδίους βίους &c.] Si Xenophontem audias, de Mantinenſibus alia omnia profitebēris. Vide Hellen. ejus L. VII. p. 501. P. Wess.

69. Ὁ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων Ἆγις] Immenſum quantum diſcedit a Xenophonte in hujus expeditionis narratione Diodorus. Omnia Xenophon ad Ageſilai gloriam amplificandam narrat, & illi tribuit, quae hoc loco Diodorus de Agide narrat: & Plutarchus quidem in Ageſilai vita p. 615. ſequutus eſt Xenophontis auctoritatem. Diodorus vero, ut puto, Theopompum & Anaximenem habuit auctores hujus narrationis, cui potius dabitur fides. Xenophontis certe auctoritas apud me praevaleret, niſi Ageſilai amicitia eum ſuſpectum faceret: itaque pendeo & nihil in eo eſt certi. Jac. Palm.

Ὁ βασιλεὺς Λακεδαιμονίων Ἆγις] In his manifeſtus error haeret: tolli poſſet, niſi ex ſequentibus liqueret, Ageſilaum domi fuiſſe relictum ad urbis praeſidium, atque ad eum curſores illos Cretenſes adventantis Epaminondae nuntium pertuliſſe. Si itaque congeri ὁ βασιλεὺς Λακεδαιμονίων Ἀγησίλαος, ſecum ipſemet Auctor pugnabit. Salva vero ſi maneat Agidis mentio, non tantum contra Xenophontem & Plutarchum veniet Diodorus, ut pulcre admonuit vir doctiſſimus, ſed & in regum Spartanorum ſucceſſionem incurret. Praeerant namque hoc tempore Spartae ex Euriſthenidarum familia Cleomenes Cleombroti F., ex gente Proclidarum Ageſilaus. Ipſe Auctor id ſupra docuit C. 60. & clariſſime omnium Pauſanias L. I. 14. & L. III. 7. 8. Errat ergo, & Agim nullis regem obtrudit, quem Sparta hoc tempore nullum habebat eo nomine. Vide tamen mox dicenda. P. Wess.

71. Καλῶς ἐστοχάσατο μὲν — ἥξειν] Cum ἥξειν paullo apertior ſenſus eſſet hujus periodi, quam cum ἥξει. Verumtamen ne ille quidem infinitivus mihi omnino ſatisfacit. H. Steph.

Τὸ μέλλον — ἥξειν] Ego vero non video, cur vitii ſuſpectum eſſe debeat τὸ μέλλον ἥξειν. Junge in ordinandis verbis ἐμφρόνως & καλῶς ἐστοχάσατο, & bella erunt omnia. Mox πέμψας δέ τινας ex vetuſtis libris reſtitui. De Cretenſibus hemerodromis ex Xenophonte memorat Plut. Ageſ. p. 615. C. P. Wess.

Olymp. civ. ii. nondam antevertens, per curſores quoſdam Cretenſes, Spartanis domi relictis, jamjam ad Lacedaemonem oppugnandam acceſſuros Boeotos, ſe vero, quam ociſſime queat, patriae ſubſidio venturum, ſignificavit. In cuſtodia igitur urbem ut haberent depoſito omni metu, praecepit. Se enim cum auxiliis ſtatim appariturum.

83. Cretenſes juſſa feſtinanter & raptim expediunt. Quo factum, ut patriae ſubigendae periculum nec opinato Lacedaemonii effugerent. Nam inſidiis non detectis, de improviſo Epaminondas Spartam oppreſſiſſet. Sagacitatem ergo ducis utriuſque approbatione ac laude merito quis proſequatur, prudentiae tamen Imperatoriae palmam Lacedaemonio tribuerit. Epaminondas ergo cum to-
501. tam illam noctem pervigil viae ſpacium celeritate ſolicita peregiſſet, ſimulatque illuxerat, Spartae exercitum admovit. Ageſilaus vero qui ad cuſtodiam urbis relictus fuerat, vix paulo ante de ſingulis certior factus, quam maxima potuit diligentia, urbis curam geſſit. Pueros igitur aetate grandiuſculos & ſenes tecta domorum, ut inde impreſſionem hoſtis in urbem arcerent, conſcendere juſſit. ipſe aliis, qui aetate ac robore valebant, in difficiles ante urbem aditus diſtributis, locisque omnibus, qua tranſitus aperiretur, obſeptis, adventum hoſtis praeſtolabatur. Epaminondas autem, diviſo in plures acies exercitu, eodem undique momento impreſſionem faciens, ut objectos Spartanorum ordines vidit, ſtatim rem hoſti proditam intellexit. Nihilominus tamen, licet anguſtiis viarum praepeditus, cum omnibus circumquaque cohortibus diviſim manus contulit. *Multiſque cladibus acceptis & illatis*, non prius a conatu ſuo deſtitit, quam exercitus Lacedaemoniorum Spartam remeaſſet. Cum magna itaque vis obſeſſis auxilio ventitaret, nocte jam ingruente, oppugnandi finem ſtatuit.

84. Tum ex captivis forte cognoſcit, Mantinenſes cum omni civitatis robore ad eripiendum Lacedaemonios periculo accelerare, converſis igitur ſignis, non procul ab urbe tum quidem caſtra metatur; ſed ſtatim juſſis coenare militibus, & aliquanto equitum numero illic relicto, quos ad matutinam uſque vigiliam in caſtris ignes alere juſſerat, cum exercitu inde movit, relictos Mantineae de ſubito obruere feſtinans. Poſtero itaque die, longiſſima viarum ſpacia emenſus ex improviſo repente in Mantinenſes impetum facit. Quanquam vero omnia, ut ſolers Imperator tum providerat,

μης, δι' ὧν καταταχήσας τὸν Ἐπαμινώνδαν, τοῖς ἀπολελειμμένοις ἐν τῇ Σπάρτῃ ἐδήλωσεν, διότι Βοιωτοὶ συντόμως ἥξουσιν ἐπὶ τὴν Λακεδαίμονα, πορ- 392.
θήσοντες τὴν πόλιν· [h] αὐτὸς δ' ὡς ἂν τάχιστα δύναιτο μετὰ τῆς δυνάμεως ἥξει βοηθήσων τῇ πατρίδι· ἐκέλευε γοῦν τοῖς ἐν τῇ Σπάρτῃ παραφυλάττειν τὴν πόλιν, μηδὲν καταπεπληγμένους· ταχὺ γὰρ [i] αὐτὸν ἐπιφανέντα βοηθήσειν.

Τῶν δὲ Κρητῶν συντόμως τὸ παραγγελθὲν πραξάντων, παραδόξως οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν ἅλωσιν τῆς πατρίδος ἐξέφυγον. μὴ προδηλωθείσης γὰρ τῆς ἐπιθέσεως, ἔλαβεν ἂν ὁ Ἐπαμινώνδας εἰσπεσὼν εἰς τὴν Σπάρτην. τὴν μὲν οὖν ἐπίνοιαν τῶν στρατηγῶν ἀμφοτέρων δικαίως ἄν τις ἀποδέξαιτο, συνετωτέραν δὲ στρατηγίαν τὴν τοῦ Λακεδαιμονίου ἡγήσαιτο. οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Ἐπαμινώνδας ὅλην τὴν νύκτα διαγρυπνήσας, καὶ τὸ διάστημα τῆς ὁδοῦ κατὰ σπουδὴν διανύσας, ἅμ' ἡμέρᾳ προσῆγε τῇ Σπάρτῃ. ὁ δ' ἐπὶ τῆς φυλακῆς ἀπολελειμμένος Ἀγησίλαος, [k] ὀλίγῳ πρότερον χρόνῳ τῶν Κρητῶν ἀκούσας τὰ κατὰ μέρος, εὐθὺς μετὰ πολλῆς σπουδῆς τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιεῖτο τῆς πόλεως. τοὺς μὲν οὖν προσβυτάτους τῶν παίδων καὶ τοὺς γεγηρακότας ἐπὶ [l] τὰ στέγη τῶν οἰκιῶν ἀνεβίβασε, καὶ προσέταξεν ἀπὸ τούτων ἀμύνασθαι τοὺς εἰς τὴν πόλιν βιαζομένους· αὐτὸς δὲ τοὺς ἀκμάζοντας ταῖς ἡλικίαις συντάξας, διεμέρισεν εἰς τὰς πρὸ τῆς πόλεως δυσχωρίας καὶ παρόδους καὶ πάντας τοὺς δυναμένους τόπους δέξασθαι δίοδον ἐμφράξας, ἀνέμενε τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον. Ἐπαμινώνδας δ' εἰς πλείω μέρη διελόμενος τοὺς στρατιώτας, καὶ πανταχῇ προσπίπτων κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ὡς εἶδε τὴν τῶν Σπαρτιατῶν σύνταξιν, εὐθὺς ἔγνω [m] μεμηνυμένην τὴν πρᾶξιν· ὅμως δὲ προσμαχόμενος πᾶσι κατὰ μέρος, καὶ ταῖς δυσχωρίαις ἐλαττούμενος, συνῆπτεν εἰς χεῖρας. πολλὰ δὲ παθὼν καὶ δράσας, οὐκ ἀπέστη τῆς φιλοτιμίας, ἕως τὸ στρατόπεδον [n] τῶν Λακεδαιμονίων ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Σπάρτην. πολλῶν δὲ βοηθούντων τοῖς πολιορκουμένοις καὶ τῆς νυκτὸς καταλαβούσης, ἔληξε τῆς πολιορκίας.

Πυθόμενος δὲ παρὰ τῶν αἰχμαλώτων, ὅτι Μαντινεῖς πανδημεὶ πάρεισι βοηθοῦντες τοῖς Λακεδαιμονίοις, τότε μὲν ἀναχωρήσας μικρὸν ἀπὸ τῆς πόλεως κατεστρατοπέδευσε· παραγγείλας δὲ δειπνοποιεῖσθαι, καταλιπὼν τῶν ἱππέων τινάς, τούτοις μὲν παρήγγειλεν ἕως ἑωθινῆς φυλακῆς πυρὰ καίειν ἐν τῇ παρεμβολῇ, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀφορμήσας, ἔσπευσεν ἄφνω προσπεσεῖν τοῖς ἀπολελειμμένοις ἐν τῇ Μαντινείᾳ. τῇ δ' ὑστεραίᾳ πολλὴν διανύσας ὁδόν, ἄφνω τοῖς Μαντινεῦσιν ἀνελπίστως ἐπέρραξεν, οὐ μὴν ἐκράτησε τῆς ἐπιβολῆς, χωρὶς 393.
ἀπαι-

h Αὐτὸς δὲ Clar. i Non eſt in Reg. 1. k Ὀλίγον Clar. l Τὰ τέγη Caſſ. Clar. m Μεμηνυμένην Clar. n Τῶν Σπαρτιατῶν Reg. 1.

73. Δι' ὧν καταταχήσας τὸν Ἐπαμινώνδαν] Confer not. ad L. xiv, 72. P. Wess.

84. Ἔλαβεν ἂν ὁ Ἐπαμινώνδας εἰσπεσὼν &c.] Imo urbis partem occupavit, & in forum uſque penetravit. *Polybius* L. ix, 8. καὶ καταλαβέσθαι τὴν Σπάρτην ἔρημον τῶν βοηθησόντων, μέχρι μὲν ἀγορᾶς ἐβιάσατο (Epaminondas) καὶ κατέσχε τῆς πόλεως τὰς ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐγκεκλιμένας τόπους. P. Wess.

87. Τὴν τοῦ Λακεδαιμονίου] Hic Λακεδαιμονίου pro Λακεδαιμονίων perperam eſt poſitum. Poteſt tamen retineri Λακεδαιμονίου, ſed aliquid addendo τοῦ τῶν Λακεδαιμονίων, vel τοῦ ἐκ Λακεδ., vel τοῦ ἀπὸ Λακεδ. H. Steph.

Τὴν τοῦ Λακεδαιμονίου] *Rhodomannus* in not. *Correct.* Λακεδαιμονίων vel Λάκωνος reſingit: quorum alterutrum & ego malim. P. Wess.

91. Ἀγησίλαος] Omnes alii Ageſilaum Mantinenſibus auxilio properaſſe, cum Spartam pergeret Epaminondas, magno conſenſu aſſeverant. *Xenophonti* & *Plutarcho*, quos antea excitavimus, adjunge *Polybium* L. ix, 8. & *Polyaen.* L. ii, 3, 10. Ceſſaret diſcordia, hic ſi *Archidamus*, & pro Agide ſupra *Ageſilaus* legeretur. Archidami enim in patria defendenda partes fuerunt haud ſane poſtremae. Vide modo *Xenophontem* Rer. Graec. L. vii. p. 504. P. Wess.

95. Ἐπὶ τὰ στέγη τῶν οἰκιῶν ἀνεβίβασε] Digitum non verterim, ſive tu στέγη an τέγη legas. In *Appiano* L. ii. B. Civil. p. 818. reperies καὶ ἀνὰ τὰ τέγη ... At infra L. xix, 7. ... πρὸς τὰς ἀπὸ τῶν τεγῶν ... Tecta veterum hanc ad rem erant accommoda, quippe magnam partem plana, docente ad *Athen.* L. iv, 11. *Is. Caſaubono.* P. Wess.

16. Ἑωθινῆς φυλακῆς] Id eſt ... ut de Mantinea *Polybius* loquitur. Sed ſaepe haec intelliguntur. Exempla vide conducta ad Itiner. *Anton.* p. 151. P. Wess.

30. Ἄνδρα τὸν παρὰ τοῖς πολίταις ἐπαινούμενον] Fuiſſe olim videtur τῶν — ἐπαινουμένων. Sic enim adſolent. Athenienſium in ipſo tempore Mantinenſibus praeſtitum auxilium illuſtrant *Xenoph.* Hellen. L. vii. p. 504. & *Plutarch.* T. ii. pag-

ἅπαντα τῇ στρατηγίᾳ προνοησάμενος· ἀλλὰ τὴν τύχην λαβὼν ἀντιπράττουσαν, παραδόξως ἀπέβαλε τὴν νίκην. ἄρτι γὰρ αὐτοῦ πλησιάζοντος ἐρήμῃ τῇ πόλει, κατήντησαν [o] ἐπὶ θάτερα τῆς Μαντινείας οἱ πεμφθέντες ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων στρατιῶται πρὸς τὴν συμμαχίαν, ὄντες ἑξακισχίλιοι, στρατηγὸν δ' ἔχοντες Ἡγέλοχον, ἄνδρα τῶν παρὰ τοῖς πολίταις [p] ἐπαινουμένων. οὗτος δὲ τοὺς ἱκανοὺς εἰς τὴν πόλιν παρεισαγαγών, τὴν ἄλλην δύναμιν ἐξέταξεν ὡς μάχῃ διακριθησομένους. εὐθὺς δὲ καὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ Μαντινεῖς ἐπεφάνησαν, καὶ πρὸς τὴν τῶν ὅλων κρίσιν ἅπαντες [q] παρεσκευάζοντο, καὶ τοὺς πανταχόθεν συμμάχους μετεπέμποντο. τοῖς μὲν οὖν Μαντινεῦσιν ἐβοήθουν Ἠλεῖοι, καὶ Λακεδαιμόνιοι, καὶ Ἀθηναῖοι, καὶ ἄλλοι τινές, ὥστ' ὁ σύμπας ἀριθμὸς ἦν πεζοὶ μὲν πλείους τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δὲ περὶ δισχιλίους· τοῖς δὲ Τεγεάταις συνεμάχουν οἱ πλεῖστοι καὶ κράτιστοι τῶν Ἀρκάδων, καὶ Ἀχαιοὶ καὶ Βοιωτοὶ καὶ Ἀργεῖοι, καί τινες ἕτεροι τῶν Πελοποννησίων καὶ τῶν ἔξωθεν συμμάχων. οἱ δὲ πάντες ἠθροίσθησαν, πεζοὶ μὲν ὑπὲρ τοὺς τρισμυρίους, [r] ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους τῶν τρισχιλίων.

Ἀμφοτέρων δὲ συντόμως προκαταλαβόντων εἰς τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀγῶνα, καὶ διαταχθέντων τῶν στρατοπέδων, οἱ μὲν [s] μάντεις σφαγιασάμενοι, παρ' ἀμφοτέροις ἀπεφαίνοντο τὴν νίκην ὑπὸ τῶν θεῶν προφαινομένην. κατὰ δὲ τὴν ἀξίαν, Μαντινεῖς μὲν μετὰ τῶν ἄλλων Ἀρκάδων τὸ δεξιὸν ἐπεῖχον κέρας, [t] ἔχοντες παραστάτας καὶ συναγωνιστὰς Λακεδαιμονίους· τούτοις δὲ συνεχεῖς ἦσαν Ἠλεῖοι καὶ Ἀχαιοί, καὶ τῶν ἄλλων οἱ καταδεέστεροι τὴν λοιπὴν ἐπεῖχον τάξιν· τὸ δ' εὐώνυμον κέρας ἀνεπλήρουν Ἀθηναῖοι. Θηβαῖοι [u] δ' αὐτοὶ μὲν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον κέρας ἐτάχθησαν, παραστάτας ἔχοντες Ἀρκάδας· τὸ δὲ δεξιὸν παρέδωκαν Ἀργείοις. Τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος ἀνεπλήρου τὴν μέσην τάξιν, Εὐβοεῖς καὶ Λοκροὶ καὶ Σικυώνιοι, πρὸς δὲ τούτοις Μεσσήνιοι, καὶ Μαλιεῖς, καὶ [x] Αἰνιᾶνες, ἔτι δὲ καὶ Θετταλοί, καὶ οἱ λοιποὶ σύμμαχοι. τοὺς δὲ ἱππεῖς ἐφ' ἑκάτερον τῶν κεράτων ἀμφότεροι διείλοντο. τῶν δὲ στρατευμάτων τοῦτον τὸν τρόπον τεταγμένων, ὡς ἤδη πλησίον ὑπῆρχον ἀλλήλων, αἱ μὲν σάλπιγγες τὸ πολεμικὸν ἐσήμαινον, αἱ δὲ δυνάμεις ἠλάλαξαν, καὶ τῷ μεγέθει τῆς βοῆς τὴν νίκην ἐσήμαινον· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἱππομαχίαν ἐν τοῖς κέρασι συνεστήσαντο, καθ' ἣν ταῖς φιλοτιμίαις ἑαυ-
394 τοὺς ὑπερέβαλλον. Οἱ μὲν γὰρ τῶν Ἀθηναίων ἱππεῖς τοῖς τῶν Θηβαίων ἐπελάσαντες ἠλαττοῦντο οὐχ οὕτω ταῖς τῶν ἵππων ἀρεταῖς, οὐδὲ ταῖς ἰδίαις εὐψυχίαις, οὐδὲ ταῖς κατὰ τὴν ἱππικὴν ἐμπειρίαις (ἐν γὰρ τούτοις ἅπασιν οὐκ ἦν καταδεέστερον τὸ τῶν Ἀθηναίων ἱππικόν)· τῷ δὲ πλήθει καὶ τῇ παρασκευῇ

quod propoſuerat tamen obtinere non potuit: ſed Olymp. CIV. II.
fortunam ſibi obnitentem expertus, inopinato victoriam amiſit. Quamprimum enim ad urbem defenſore vacuam propius acceſſit, ex altera Mantineae regione auxiliaris Athenienſium manus occurrit. Erant autem VI. millia, quos Hegelochus, laudatus inter cives vir, ducebat. Hic idoneo in urbem praeſidio ſubmiſſo, reliquum agmen, ut pugna diſceptaturus, explicuit. E veſtigio Lacedaemoniorum quoque & Mantinenſium exercitus apparuere. Omneſque ut de ſumma tandem rerum decernerent, evocatis undique auxiliaribus ſeſe accingebant. Mantinenſibus opem ferebant Elei, Lacedaemonii, Athenienſes & quidam alii, omniſque adeo numerus erat plusquam ccIɔɔ. ccIɔɔ. peditum, & cIɔ. cIɔ. circiter equitum. Tegeatis vero operam navabant auxiliarem Arcadum plerique robore ac opibus praevalentes, cumque his Achaei, Boeoti, Argivi, & nonnulli de Peloponneſiis extraneiſque ſociis alii. Quorum ſumma in unum collectorum fuit ccIɔɔ. ccIɔɔ. ccIɔɔ. peditum, equites vero tribus millibus haud pauciores.

85. Jamque ad capitale certamen exercitus uterque deſcenderat; cum caeſis hic & iſtic victimis extiſpices victoriam utriſque a Diis portendi nunciarunt. Caeterum pro dignitatis ratione, Mantinenſes cum Arcadibus caeteris dextrum in acie cornu tenebant, quorum adſtites & proximi in certamine ſocii erant Lacedaemonii. Vicini his Elei Achaeique, infirmiores alii reliquam aciei partem integrabant. Siniſtrum vero cornu explebant Athenienſes. E regione Thebani in laevo quidem cornu ſeipſos locaverant, ita ut adſtarent proxime
Arcades. Dextrum vero cornu Aegivis tradiderant: 502.
Reliqua multitudo Euboeenſes, Locri, Sicyonii, Meſſenii, Malienſes, Aenianes, praeterea Theſſali & caetera confoederatorum manus, aciem mediam ſtipabant. Equites utrinque in cornua diſtributi erant. Diſpoſitis ad hunc aciei modum copiis, cum alteri jam alteris imminerent, tubae bellicum canunt, exercitus vociferantur, ipſaque barritus magnitudine victoriam portendunt. Ac primum equeſtre a cornibus praelium committitur, in quo ſtrenua contentione ſemetipſi vincunt. Nam Athenienſium equitatus in Thebanorum equites ſeſe immittens, non tam illorum virtute, aut proprio animorum robore, vel equeſtris rei peritia, (his * enim omnibus Athenienſium equitatus nulli ſecundus habetur) quam multitudine & apparatu armorum,

o Ἐπὶ θάτερα μὲν Reg. 1. non male. p Ἐπαιν. Clar. q Κἄπειτ. Codd. r Ἱππεῖς δὲ περὶ τρισχιλίους adaeque bene Reg. 1. s Μαντεῖς abſurde Edd. t Ἔχοντας Codd. u Δὲ καὶ Clar. & Reg. 2. x Αἰνιᾶνες Clar. prave. Vid. ad L. XII, 77. & Daviſ. in Maxim. Tyr. Diſſ. XXVIII. p. 604.

pag. 346. D. P. Wess.

33. Ὡς μάχῃ διακριθησομένους] Exſpectaſſes διακριθησόμενος. Sed generis numerique quadam enallage δύναμιν — διακριθησομένους extulit, prorſus utroque in ſermone frequentata. Noſter L. XII, 60. ἀπέπλευσεν ἐπὶ τὴν Ἀθηνῶν, καὶ πολλὰς ΑΥΤΩΝ χώρας ἐπόρθησε. Et L. XV, 68. ἐξέπεμψαν δύναμιν, καὶ στρατηγὸν ἐπ' ΑΥΤΟΙΣ Χαβρίαν. Philo Jud. Special. Leg. p. 796. ἡ δὲ ἀρχιτέκτων φύσις πάσι φυλακτὰς ὀξυγωνία — ὑπάρχει πάλιν ἀργῆς, ἐθελουσίας. Virgilius Aen. XI, 834. Incurrunt denſi ſimul omnis copia Teucrum. Plura de hoc genere Jo. Frid. Gronov. Pec. Vet. L. II, 4, T. Wopkens Lect. Tullian. L. II, 7. & qui ab eo excitati ſunt magno numero. P. Wess.

41. Καὶ Ἀχαιοὶ] Intelligi poſſent ex Theſſaliae vicinia Ἀχαιοὶ Φθιῶται Thebanorum amici. Quia tamen poſt pauca Achaei illorum ſunt in catalogo, qui Mantinenſibus conjuncti Thebanorum armis pro Peloponneſi libertate ſeſe objecerunt, ſuſpicor injuſte eos hanc ſedem occupaſſe, ſcriptumque in ſuperioribus fuiſſe Μαντινεῦσιν ἐβοήθουν Ἠλεῖοι καὶ Ἀχαιοὶ καὶ Λακ., idque mihi tanto videtur probabilius, quod eumdem locum optime poſt pauca tuentur, atque ex Xenophonte liquidiſſimo conficit, Achaeos Peloponneſi incolas hoc praelio contra Thebanos cum Mantinenſibus ſtetiſſe. Eum adi L. VII. pag. 502. P. Wess.

48. Οἱ μὲν Μαντεῖς σφαγιασάμενοι] Redeat μάντεις. L. Rhod.

Οἱ μὲν μάντεις σφαγιασάμενοι] Ut turpiſſima menda contineretur, non fuimus. Μάντεις correxerat quoque Ill. Scaliger in libri ſui ora. Supra L. XIII, 97. καίτοι ἀμφοτέροις ἀπαγγειλάντων τῶν μάντεων. P. Wess.

60. Καὶ Μαλιεῖς] Supra L. XII, 77. Μηλιεῖς, & XV, 57. At Μαλιεῖς recurrunt L. XVI, 15. & L. XVIII, 75. Alterum Ionum eſt, Dorum alterum, ſed tritius. Vide diligentiſſimum Sylburgium in Pauſan. L. X, 8. P. Wess.

74. Τῷ δὲ πλήθει καὶ τῇ παρασκευῇ τῶν φίλων] Vera lectio eſt τῶν ὅπλων. L. Rhod.

Olymp. CIV. II. rum, inferiores erant. Imperatoria certe aciei ſtructura hoſtibus longe concedebant. Perpaucos enim ipſi jaculatores ſibi attributos habebant: cum triplo Thebanis plures eſſent ferentarii; qui fundis ac miſſilibus caeteris rem agerent, e finitimis Theſſaliae locis ſuppeditati. Hi namque a pueritia in eo pugnae genere ſtudioſius exercitati, magnum conflictibus momentum, per ſuam in his peritiam, afferre ſolent. Quo factum, ut Athenienſes dum partim a rorariis ſauciantur, partim ab equitatu ſibi adverſo premuntur, omnes fugam arriperent. Sed quod fuga extra cornua committeretur, damnum illud acceptum facile correxerunt. Nam & ſuam inter retrocedendum phalangem non perturbant, & in Euboeenſes & mercenarios quoſdam, ad vicinos occupandum colles praemiſſos, delati, manu cum eis conſerta, internecione omnes occiderunt. Thebanus vero eques fugientium tergis non inhaeſit, ſed in oppoſitum incurrens agmen peditum, aciem praetervehi nitebatur. Acris tum conflictus oritur. Jamque Athenienſes defatigati terga obvertebant. Cum Eleorum praefectus equitum, extremam ſervans aciem, fugientibus ſuccurrit, plurimiſque Boeotorum profligatis, pugnam redintegravit. Ad hunc ergo modum Eleorum equitatus, cladem, in ſiniſtro cornu ſociis illatam, maturo ſubſidio reparavit. In altero vero cornu commiſſis inter ſe equitibus, ad exiguum pugna tempus in aequilibrio manſit: ſtatimque multitudine ac robore Boeotici ac Theſſalici equitatus repulſi Mantinenſes, cum magna ſuorum jactura ad phalangem ſuam refugerunt.

86. Equeſtre igitur praelium hujuſmodi exitum habuit. Pedeſtres vero copiae, quamprimum manus cum hoſte contulerunt, vehemens & mirificum exciarunt certamen. In nullo enim unquam Graecorum praelio neque major hominum multitudo conflixit, neque praeſtantiores auctoritate Duces eminuerunt, neque ſtrenuiores in periculis ſuſtinendis viri ſeſe exhibuerunt. Nam quorum ſumma per illam aetatem virtus erat in acie pedeſtri, Boeoti, Lacedaemoniique, quod adverſos ſibi ordines haberent, primi conflictum tam cupide inierunt, ut nulla vitae ratio haberetur. Initium ab haſtarum incurſu factum. Quibus ob crebritatem ictuum majori ex parte fractis, ad gladiorum certamen deſcenſum fuit. Hinc corporibus conſerti, omne genus vulnerum, jam punctim, jam caeſim feriendo, infligere, nec quicquam de pertinacia animorum remittere. Dumque ad bene longum tempus discrimina fortiter ſuſtinent, invicta utriuſque partis ſtrenuitate effectum eſt, ut diu neutram in partem momentum pugnae nutaret. Suum enim quiſ-

[y] τῶν ψιλῶν καὶ τῇ στρατηγικῇ συντάξει πολὺ τῶν ἐναντίων ἐλείποντο. αὐτοὶ [z] μὲν ὀλίγους εἶχον ἀκοντιστάς, οἱ δὲ Θηβαῖοι τριπλασίους σφενδονήτας καὶ ἀκοντιστὰς, τοὺς ἐκ τῶν περὶ τὴν Θετταλίαν τόπων ἀπεσταλμένους. οὗτοι προσεπόνουν ἐκ παίδων ζηλοῦντες τὴν ἐν τούτοις μάχην, μεγάλην ῥοπὴν ποιεῖν εἰώθασιν ἐν ταῖς μάχαις, διὰ τὴν ἐν τούτοις ἐμπειρίαν. διόπερ οἱ Ἀθηναῖοι κατατιτρωσκόμενοι μὲν ὑπὸ τῶν ψιλῶν, [a] καταπονούμενοι δ' ὑπὸ τῶν ἀνθεστηκότων, ἅπαντες ἐτράπησαν· τὴν δὲ φυγὴν ἐκτὸς τῶν κεράτων ποιησάμενοι, διωρθώσαντο τὴν ἧτταν. ἅμα μὲν γὰρ κατὰ τὴν ἀποχώρησιν οὐκ ἐτάραξαν τὴν ἰδίαν φάλαγγα, ἅμα δὲ περιπεσόντες Εὐβοεῦσι, καὶ μισθοφόροις τισὶν ἀπεσταλμένοις ἐπὶ τὴν κατάληψιν τῶν πλησίον λόφων, συνάψαντες αὐτοῖς μάχην, ἅπαντας ἀπέκτειναν. οἱ δὲ τῶν Θηβαίων ἱππεῖς τοὺς μὲν φεύγοντας οὐκ ἐπεδίωξαν, ἐπὶ δὲ τὴν φάλαγγα τὴν ἀντιτεταγμένην ἐπελάσαντες, ἐφιλοτιμοῦντο περιλαβεῖν τοὺς πεζούς. ἰσχυρᾶς δὲ μάχης γινομένης, καὶ τῶν Ἀθηναίων καταπονουμένων καὶ πρὸς φυγὴν ὁρμησάντων, ὁ τῶν Ἠλείων ἵππαρχος ἐπὶ τῆς οὐραγίας τεταγμένος ἐπεβοήθησε τοῖς φεύγουσι, καὶ πολλοὺς τῶν Βοιωτῶν [b] καταβαλὼν, παλίντροπον ἐποίησε τὴν μάχην. οἱ μὲν οὖν τῶν Ἠλείων ἱππεῖς [c] τοῦτον τὸν τρόπον ἐπιφανέντες τῷ λαιῷ κέρατι, τὸ γεγονὸς περὶ τοὺς συμμάχους ἐλάττωμα διωρθώσαντο. ἐπὶ δὲ θατέρου κέρατος ἐπιρραξάντων ἀλλήλοις τῶν ἱππέων, βραχὺν χρόνον ἡ μάχη διέμεινεν ἰσόρροπος· μετὰ δὲ ταῦτα, διά τε τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἀρετὴν τῶν Βοιωτῶν καὶ Θετταλῶν ἱππέων, οἱ μετὰ τῶν Μαντινέων ὄντες ἐβιάσθησαν, καὶ συχνοὺς ἀποβαλόντες κατέφυγον πρὸς τὴν ἰδίαν φάλαγγα.

26. Ἐν μέλιτι κομισθέντος εἰς τὴν Σπάρτην] Jo. Kirchmannus de Fun. Rom. L. I, 8. multa hoc de more. Spartani reges peregre defunctos melle, ne corrumperentur & foeterent, muniebant. Hinc Auctor Ageſilao mel circumfundit, quo tamen uſus non eſt. Nepos Cornelius Ageſ. C. 8. Ibi eum amici, quo Spartam facilius perferre poſſent, quod MEL non haberent, cera circumfuderunt, atque ita domum retulerunt. Paria Plut. in extrema Ageſilai vita. P. Wess.

33. Πάλιν κατέστησαν τὸν πόλεμον] Addenda praepoſitio eſt, quae in his Pauſaniae [illegible], ut Ὀρ[illegible] L. VIII. p. 656. P. Wess.

37. Καὶ δυσχερῶς φέρουσαι &c.] Videndus hac de re idem eſt Pauſanias L. VIII, 27. P. Wess.

48. Οὗτος δὲ παρελθὼν εἰς Μεγάλην πόλιν] Demiror Demoſthenem Or. de Megalopolit. nihil horum attingere: occaſio certe quidem accommoda erat. P. Wess.

54. Ἀθάνας ὁ Συρακούσιος] Auctor ille a Plutarcho in Timoleonte pag. 247. Ἀθάνις vocatur, non Ἀθάνας. Sic etiam Athenaeus L. III. p. 98. citatur Ἀθάνις ἐν πρώτῳ Σικελικῶν. Jac. Palm.

Ἀθάνας] Plutarchi vetus Interpres Athanes legit, quod Codd. dubium vitium habent, ut Xylander & Bryanus admonuerunt. Ille ergo cum Diodoro nihil admodum pugnat. Ex Athenaeo adparet, Athanam res majoris Dionyſii primo Siculorum Rerum libro olim perſecutum eſſe & de poetico ejus ſtudio ineptiſque verborum compoſitionibus quaedam adnotaſſe. P. Wess.

61. Νικοφήμου] Sic & Aeſchin. Or. in Timarch. p. 15., ubi Schol. [illegible] errore manifeſto, & Dionyſius Halicarnaſſeus in Dinarcho p. 115. At Demoſthenes Or. in Steph. II. p. 635. ἐπὶ Νικοφήμου ἄρχοντος. P. Wess.

63. Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀλέξανδρος &c.] Superiore anno haec ab Alexandro fuiſſe inchoata, cum Molon Athenis Archon eſſet, ex Demoſthene Or. in Polycl. p. 667. conſtat. P. Wess.

69. Στρατηγὸν Λεωσθένην καταλιπόντων] Haec ultima vox mendum redolet; forte legendum [illegible]. Forte aliquid deeſt, & forte integra linea. Jac. Palm.

Στρατηγὸν Λεωσθένην καταλιπόντων] Ego vero in alia omnia tranſeo, locum nec defectum neque morboſum arbitratus. Alexan-

Olymp. CIV. IV. ne adortus, inopinatam Alexander felicitatem expertus eſt. Nam non modo ſuos ad Panormum deſtinatos graviſſimis periculis exemit, ſed etiam trireme Atticas, unamque Peparethiam cepit, & ſexcenta in poteſtatem ſuam corpora redegit. Quo infortunio exacerbati Athenienſes dicam Leoſtheni capitalem impegerunt, damnatique bona publicarunt; & Charetem, ejus loco praetorem deſignatum, cum claſſe attributa emiſerunt. Hic formidando hoſtes, injuriiſque afficiendo ſocios, tempus exegit. In Corcyram enim ſocii nominis civitatem profectus, magnarum ibi ſeditionum turbas excitavit: quae in plurimorum caedem & facultatum
508. direptionem exierunt. Quod fecit, ut populus Athenienſis apud confoederatos male audiret. Quin etiam alia id genus facinora praeter jus & fas commiſit, nec quicquam (ut rem in pauca contraham) boni peregit, ſed dedecus & infamiam patriae conciliavit. Ad hunc uſque annum Dionyſiodorus & Anaxis ſcriptores Boeoti, qui rerum Graecarum hiſtoriam contexuerunt, narrationes ſuas perſecuti ſunt. Jam nos, poſtquam res Philippi imperium antegreſſas recitavimus, libro huic, prout initio a nobis propoſitum fuit, Colophonem imponemus. Sequente deinceps libro, quaecunque ab ingreſſu regni ad vitae uſque exitum rex iſte geſſit, una cum aliis, quae per cognitas terrae partes acciderunt, complectemur.

καν τὸ τοῦ δυνάστου, παράδοξος εὐημερία περὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐγένετο. Οὐ μόνον γὰρ τοὺς ἀπεςαλμένους ἐν τῷ Πανόρμῳ διέσωσεν ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων, x ἀλλὰ καὶ τριήρεις μὲν Ἀττικὰς πέντε, μίαν δὲ Πεπαρηθίαν εἷλε, καὶ σωμάτων ἐκυρίευσεν ἑξακοσίων. οἱ δ' Ἀθηναῖοι παροξυνθέντες, τὸν μὲν Λεωσθένην ὡς προδότην y θανάτῳ κατέγνωσαν, καὶ τὴν οὐσίαν ἐδήμευσαν, ἑλόμενοι δὲ ςρατηγὸν Χάρητα, καὶ ναυτικὴν δύναμιν δόντες, ἐξέπεμψαν. οὗτος δὲ τοὺς μὲν πολεμίους εὐλαβούμενος, τοὺς δὲ συμμάχους ἀδικῶν διετέλει. καταπλεύσας γὰρ εἰς Κέρκυραν, συμμαχίδα πόλιν, στάσεις ἐν αὐτῇ μεγάλας ἐκίνησεν, ἐξ ὧν συνέπεσε γενέσθαι σφαγὰς πολλὰς καὶ z ἁρπαγάς, δι' ἃς συνέβη τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων διαβληθῆναι παρὰ τοῖς συμμάχοις. ὁ μὲν οὖν Χάρης, καὶ ἕτερα τοιαῦτα παρανομῶν, ἀγαθὸν a μὲν οὐδὲν διεπράξατο, τῇ δὲ πατρίδι διαβολάς. Τῶν δὲ συγγραφέων Διονυσιόδωρος καὶ Ἀναξις οἱ Βοιωτοὶ τὴν τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίαν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν κατεστρόφασι τὰς συντάξεις. ἡμεῖς δὲ τὰς πρὸ Φιλίππου τοῦ βασιλέως πράξεις διεληλυθότες, ταύτην μὲν τὴν βίβλον κατὰ τὴν ἐν ἀρχῇ πρόθεσιν b αὐτοῦ περιγράφομεν· τὴν δ' ἐχομένην ἀπὸ τῆς Φιλίππου παραλήψεως τῆς βασιλείας ἀρξάμενοι, πάσας διέξιμεν τὰς τοῦ βασιλέως τούτου πράξεις μέχρι τῆς τελευτῆς, συμπεριλαμβάνοντες καὶ τὰς ἄλλας τὰς c γεγενημένας ἐν τοῖς γνωριζομένοις μέρεσι τῆς οἰκουμένης. 403.

x Ἀλλὰ τρι. abſque copula *Coiſl. Clar.* Mox Πεπαρηθίας *Clar.* y Θανάτου κατέγνωσαν *Reg.* 1. Vulgatum habet & *Pitho.* z Διαρπαγὰς *Idem.* a Μὲν οὖν *Coiſl.* b Αὐτοῦ περιγράφομεν *Coiſl. Clar. Venet.* qui hic deſinunt, *Vat.* & ambo *Reg.*, e quibus fugiens αὐτοῦ reſtitui. c Γεγενημένας uterque *Reg.*, quod praeſtat vulgato γινομένας.

der Theſſalus Cycladas inſulas, Tenum, Peparethum & alias infeſtabat: eodem tempore in Cherſoneſo res fiebant novae; Proconneſii auxilium rogabant. Praeterea Byzantini, Cyziceni & Chalcedonii naves frumentarias, ex Ponto venientes, ſuos in portus deducebant. Ad omnia ea triremibus Atticis erat opus, opus etiam ducibus; horum ergo e numero Leoſthenem ad Peparethum reliquerunt, aliis ad alia loca dimiſſis. Haec ſunt planiſſima ex *Demoſthene* Or. in Polycl. p. 667. & ſeqq., cui adjungendus *Polyaen.* L. VI, 2, 1, e quo praeterea cognoſces *Panormum* aut ipſa in Peparetho fuiſſe, aut certe non longe inde disjunctum. P. Wess.

87. Ὁ μὲν οὖν Χάρης &c.] Charetis mores perſtrinxit *Theopompus* notaque perpetua inuſſit apud *Athen.* L. XII. p. 532., ſed vide infra L. XVI. 86. & quae ad *Nepot.* Chabr. C. 3. conduxit *D. Lambinus.* P. Wess.

91. Τὴν τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίαν εἰς τοῦτον] Non dubito, quin poſt ἱστορίαν deſit participium συγγραψάμενοι aut πραγματευσάμενοι. Fortaſſe autem & initio pag. 457. ante ἀπὸ deeſt idem συγγραψάμενος aut πραγματευσάμενος, ut ſit τὴν ἱστορίαν ἀπὸ τῆς &c. H. Steph.

Τὴν τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίαν] Supple ἀναγράψαντες. L. Rhod.

Τὴν τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίαν &c.] Alterutra amplectenda expletio erit, niſi ſi minore molimine malueris τῆς τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίας — κατεστρόφασι τὰς συντάξεις. *Dionyſiodorum* idem eſſe cenſetur, de quo apud *Diogen. Laert.* L. II, 42. *Anaxim* qui praeter Noſtrum memoraverit, nemo nunc quidem ſuccurrit. P. Wess.

94. Αὐτοῦ περιγράφομεν] *Codd.* conſenſui hoc negandum non erat. Ipſemet Auctor ſuum agnoſcit extremo L. II αὐτοῦ περιγράψομεν κατὰ τὸν λόγον, & L. I, 41. τὸν πρῶτον μερίδα αὐτοῦ περιγράψομεν. Atque hoc bene. Scribendum praeterea περιγράφομεν ob ea, quae dicta ſunt ad L. I, 41. P. Wess.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ[a]

ΕΝ ΤΗ ΕΚΚΑΙΔΕΚΑΤΗ

ΤΩΝ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΒΙΒΛΩΝ.

HAEC IN SEXTO ET DECIMO

DIODORI LIBRO

CONTINENTUR.

Ὡς Φίλιππος ὁ Ἀμύντου παρέλαβε τὴν τῶν Μακεδόνων βασιλείαν.

Ὡς Ἀργαῖον ἀντιποιούμενον τῆς βασιλείας ἐνίκησεν.

Ὡς Ἰλλυριοὺς καὶ Παίονας [b] καταπολεμήσας, ἐκτήσατο τὴν προγονικὴν ἀρχήν.

Περὶ τῆς [c] ἀνανδρίας τοῦ νεωτέρου Διονυσίου, καὶ τῆς Δίωνος φυγῆς.

Ὡς Δίων, ἐλευθερώσας τοὺς Συρακουσίους, Διονύσιον κατεπολέμησεν.

Ὡς ἐκπεσὼν ἐκ τῆς πατρίδος, πάλιν ἀνεκτήσατο τὰς Συρακούσας.

Κτίσις Ταυρομενίου κατὰ τὴν Σικελίαν.

Τὰ πραχθέντα κατὰ τὴν Εὔβοιαν καὶ [d] κατὰ τὸν συμμαχικὸν πόλεμον.

Πολιορκία Ἀμφιπόλεως ὑπὸ Φιλίππου, καὶ ἅλωσις.

Ὡς Φίλιππος, τοὺς Πυδναίους ἐξανδραποδισάμενος, τὰ χρυσία μέταλλα κατεσκεύασεν.

Κατάλυσις τοῦ συμμαχικοῦ πολέμου.

404. Συνδρομὴ τριῶν βασιλέων ἐπὶ Φίλιππον.

Ὡς Φιλόμηλος ὁ Φωκεὺς, τοὺς Δελφοὺς καὶ τὸ μαντεῖον καταλαβόμενος, τὸν ἱερὸν πόλεμον ἐξέκαυσε.

Περὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς εὑρέσεως τοῦ μαντείου.

Φιλομήλου τοῦ Φωκέως ἧττα καὶ θάνατος.

Ὀνομάρχου παράληψις τῆς ἀρχῆς, καὶ παρασκευὴ πρὸς πόλεμον.

Ὡς Βοιωτοὶ Ἀρταβάζῳ βοηθήσαντες, ἐνίκησαν τοὺς βασιλέως σατράπας.

Ὡς Ἀθηναῖοι Χερρονήσου κρατήσαντες, κατεκληρούχησαν αὐτήν.

Ὡς Φίλιππος Μεθώνην ἑλὼν κατέσκαψεν.

Ὡς Φίλιππος Φωκεῖς νικήσας ἐξέβαλεν ἐκ τῆς Θετταλίας.

Ὡς Ὀνόμαρχος ὁ Φωκεὺς Φίλιππον δυσὶ μάχαις νικήσας, εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους ἤγαγεν.

Ὡς Ὀνόμαρχος, Βοιωτοὺς νικήσας, Κορώνειαν εἷλεν.

Ut Philippus, Amyntae filius, regnum Macedoniae acceperit.

Ut Argaeum, regnum ſibi vendicantem, devicerit.

Ut Illyriis & Paeonibus debellatis, regnum avitum recuperarit.

De ignavia Dionyſii junioris, & Dionis exſilio.

Ut Dion, vindicatis in libertatem Syracuſis, Dionyſium bello fregerit.

Ut e patria ejectus, Syracuſas denuo obtinuerit.

De Tauromenio in Sicilia condito.

Quae geſta fuerint per Euboeam, & in bello ſociali.

Philippus Amphipolim obſidet & capit.

Ut Philippus, redactis in ſervitutem Pydnaeis, antifodinas adornarit.

Belli ſocialis exitus.

Tres ſimul reges contra Philippum vires conjungunt.

Ut Philomelus Phocenſis, redactis in poteſtatem Delphis, cum templo fatidico, ſacri belli incendium excitarit.

Ut oraculum illud initio fuerit repertum.

Philomeli Phocenſis clades & interitus.

Onomarchus imperium adſumit, & ad bellum ſeſe praeparat.

Ut Boeoti ſuppetias Artabazo ferentes, Regis Satrapas vicerint.

Ut Athenienſes Cherſoneſo potiti, agrum ſortito diviſerint.

Ut Philippus Methonen a ſe captam ſolo aequarit.

Ut Philippus devictus Phocenſes e Theſſalia expulerit.

Ut Onomarchus Phocenſis Philippum, duobus praeliis victum, in extremas periculorum anguſtias conjecerit.

Ut Onomarchus, victis Boeotis, Coroneam ſubegerit.

Ut

[a] Τάδ᾽ ἔνεστι ἐν τῷ πίνακι τῆς ις βίβλου Reg. 1. [b] Καταπολεμησάμενος idem. [c] Ἀνδρίας idem, ſed prave. [d] Non eſt in Reg. 1.

Ut Onomarchus in Theſſalia, acie cum Philippo & Theſſalis confligens, ſuccumbit.	Ὡς Ὀνόμαρχος ἐν Θετταλίᾳ παραταξάμενος πρὸς Φίλιππον καὶ Θετταλοὺς, ἡττήθη.
Ut ipſe ſuſpendio affectus, caeterique tanquam ſacrilegi mari ſubmerſi fuerint.	Ὡς αὐτὸς [e] μὲν ἐκρεμάσθη, οἱ δ' ἄλλοι καταποντίσθησαν ὡς ἱερόσυλοι.
Ut Phayllus, in imperio ſucceſſor, de argenteis aureiſque donariis multa conciderit.	Ὡς Φάϋλλος διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν πολλὰ τῶν ἀργυρῶν καὶ χρυσῶν ἀναθημάτων κατέκοψεν.
Ut amplificatis ſtipendiis magnam conductitiorum turbam coegerit.	Ὡς τὰς μισθοφορίας ἀναβιβάσας, ἤθροισε μισθοφόρων πλῆθος.
Ut res Phocenſium afflictas erexerit.	Ὡς τεταπεινωμένα τὰ τῶν Φωκέων πράγματα διωρθώσατο.
Ut civitates harumque magiſtratus largitionibus corrumpendo, magna ſociorum acceſſione ſe confirmarit.	Ὡς χρήμασι διαφθείρων τὰς πόλεις καὶ τοὺς προεστηκότας αὐταῖς, πολλοὺς προσελάβετο συμμάχους.
509. *Ut Pheraeorum tyranni, Pheris Philippo deditis, Phocenſium ſocietatem fuerint amplexi.*	Ὡς οἱ τῶν Φεραίων τύραννοι παραδόντες Φιλίππῳ τὰς Φερὰς, Φωκέων ἐγένοντο σύμμαχοι.
Phocenſes ad Orchomenum cum Boeotis confligunt, & ſuccumbunt.	Μάχη Φωκέων πρὸς Βοιωτοὺς περὶ Ὀρχομενὸν, καὶ ἧττα Φωκέων.
Alii cum iiſdem juxta Cephiſum & Coroneam conflictus, & Boeotorum victoria.	Ἄλλαι μάχαι τοῖς αὐτοῖς περὶ τὸν Κηφισὸν καὶ Κορώνειαν, καὶ νίκη Βοιωτῶν.
Ut Phayllus, expeditione in Locridem ſuſcepta, urbes complures ſubegerit.	Ὡς Φάϋλλος στρατεύσας εἰς τὴν Λοκρίδα πολλὰς πόλεις ἐχειρώσατο.
Ut Phayllus lenta tabe corruptus, aegerrime vitam finierit.	Ὡς Φάϋλλος νόσῳ περιπεσὼν φθινάδι, τὸν βίον ἐπιπόνως κατέστρεψεν.
Ut Phalaecus, imperio ſuſcepto, cum ignaviter bellum adminiſtraret, ejectus fuerit.	Ὡς Φάλαικος διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν καὶ ἀγεννῶς διοικῶν τὸν πόλεμον, ἐξέπεσεν.
Ut diſſidium inter ſe Peloponneſii excitarint.	Ὡς οἱ κατὰ τὴν Πελοπόννησον ἐστασίασαν. 405.
Ut Artaxerxes, alias Ochus nominatus, Aegyptum, Phoeniciamque & Cyprum recuperarit.	Ὡς Ἀρταξέρξης ὁ ἐπικληθεὶς Ὦχος ἀνεκτήσατο Αἴγυπτον καὶ Φοινίκην καὶ Κύπρον.
Ut Philippus, Chalcidicis urbibus ſuae ditioni adjunctis, urbem maxime inſignem everterit.	Ὡς Φίλιππος τὰς Χαλκιδικὰς πόλεις προσαγαγόμενος, τὴν ἐπισημοτάτην πόλιν κατέσκαψε.
Quaeſtio de ſacra pecunia in profanos uſus expenſa, & ſupplicia depeculatorum.	Ζήτησις τῶν ἀναλωθέντων ἱερῶν χρημάτων, καὶ κόλασις τῶν νοσφισαμένων.
Ut Phocenſes, qui ſupplices in Apollinis fanum confugerant, numero D. ad unum omnes igni ſubito fuerint abſumpti.	Ὡς οἱ καταφυγόντες εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος Φωκεῖς, ὄντες πεντακόσιοι, παραδόξως ἅπαντες ὑπὸ πυρὸς διεφθάρησαν.
Ut finis bello Phocenſi impoſitus.	Ὡς ὁ Φωκικὸς πόλεμος [f] κατελύθη.
Ut ſacrilegii Phocici conſortes a divina quadam potentia omnes plexi fuerint.	Ὡς οἱ μετασχόντες τῆς ἱεροσυλίας τοῖς Φωκεῦσιν, ἅπαντες ὑπὸ θείας τινὸς ἐνεργείας ἐκολάσθησαν.
Timoleontis navigatio in Siciliam, & res ab eo geſtae, ad vitae uſque finem.	Τιμολέοντος κατάπλους εἰς Σικελίαν, καὶ αἱ πράξεις αὐτοῦ μέχρι τῆς τελευτῆς.
Philippus Perinthum & Byzantium obſidet.	Περίνθου καὶ Βυζαντίου πολιορκία ὑπὸ Φιλίππου.
Philippus acie confligit cum Athenienſibus ad Chaeroneam, & profligantur Athenienſes.	Φιλίππου παράταξις πρὸς Ἀθηναίους ἐν [g] Χαιρωνείᾳ, καὶ ἧττα [h] τῶν Ἀθηναίων.
Ut Philippum belli Perſici ducem cum ſumma poteſtate elegerint Graeci.	Ὡς οἱ Ἕλληνες αὐτοκράτορα στρατηγὸν εἵλοντο Φίλιππον.
Ut Philippus tranſiturus in Aſiam necatus ſit.	Ὡς Φίλιππος μέλλων διαβαίνειν εἰς τὴν Ἀσίαν ἀνῃρέθη.

[e] Deeſt in Ed. Baſil. [f] [illegible] Baſ. Ed. [g] Χαιρω. prave [illegible]. [h] Articulum non habet Reg. 1.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΚΗΣ ΒΙΒΛΟΣ ΕΚΚΑΙΔΕΚΑΤΗ.

DIODORI SICULI BIBLIOTHECAE HISTORICAE LIBER XVI.

Ἐν πάσαις [b] μὲν ταῖς ἱστορικαῖς πραγματείαις καθήκει τοὺς συγγραφεῖς περιλαμβάνειν ἐν ταῖς βίβλοις ἢ πόλεων ἢ βασιλέων πράξεις αὐτοτελεῖς, ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τοῦ τέλους. [c] οὕτω γὰρ μάλιστα διαλαμβάνομεν τὴν ἱστορίαν εὐμνημόνευτον καὶ σαφῆ γενέσθαι τοῖς ἀναγινώσκουσιν. αἱ μὲν γὰρ ἡμιτελεῖς πράξεις, οὐκ ἔχουσαι συνεχὲς ταῖς ἀρχαῖς τὸ πέρας, μεσολαβοῦσι τὴν [d] ἐπιθυμίας τῶν φιλαναγνωστούντων· αἱ δὲ τὸ τῆς
406. διηγήσεως συνεχὲς περιλαμβάνουσαι μέχρι τῆς τελευτῆς ἀπηρτισμένην τὴν τῶν πράξεων ἔχουσιν ἀπαγγελίαν. ὅταν δὲ ἡ φύσις αὐτὴ τῶν πραχθέντων συνεργῇ τοῖς συγγραφεῦσι, τότ' ἤδη παντελῶς οὐκ ἀποστατέον ταύτης τῆς προαιρέσεως. διόπερ καὶ ἡμεῖς παρόντες ἐπὶ τὰς Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου πράξεις, πειρασόμεθα τούτῳ τῷ βασιλεῖ τὰ πραχθέντα περιλαβεῖν ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ. Οὗτος γὰρ εἴκοσι μὲν τέτταρα ἔτη τῶν Μακεδόνων ἐβασίλευσεν, ἐλαχίσταις δὲ ἀφορμαῖς χρησάμενος, μεγίστην τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην δυναστειῶν κατεσκεύασε τὴν ἰδίαν βασιλείαν, καὶ παραλαβὼν τὴν Μακεδονίαν δουλεύουσαν Ἰλλυριοῖς, πολλῶν καὶ μεγάλων ἐθνῶν καὶ πόλεων κυρίαν ἐποίησε. διὰ δὲ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν, τῆς μὲν Ἑλλάδος ἁπάσης παρέλαβε τὴν ἡγεμονίαν, ἑκουσίως τῶν πόλεων ὑποταττομένων· τοὺς δὲ τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν συλήσαντας καταπολεμήσας, καὶ τῷ μαντείῳ βοηθήσας, μετέσχε τοῦ συνεδρίου τῶν Ἀμφικτυόνων· καὶ διὰ τὴν εἰς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν ἔπαθλον ἔλαβε τὰς ψήφους τῶν κρατηθέντων Φωκέων. Ἰλλυριεῖς δὲ καὶ Παίονας καὶ Θρᾷκας καὶ Σκύθας καὶ πάντα τὰ πλησιόχωρα τούτοις ἔθνη καταπολεμήσας, τὴν Περσῶν βασιλείαν ἐπεβάλετο καταλῦσαι· καὶ δυνάμεις μὲν εἰς τὴν Ἀσίαν διαβιβάσας, τὰς Ἑλληνίδας πόλεις ἠλευθέρου· [e] μεσολαβηθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς πεπρωμένης, τηλικαύτας καὶ τοιαύτας δυνάμεις ἀπέλιπεν, ὥστε τὸν υἱὸν Ἀλέξανδρον μὴ προσδεηθῆναι συμ-

In cunctis tractationibus hiſtoricis officio ſcriptorum incumbit, ut aut civitatum aut regum res geſtas integre a principio ad finem uſque libris ſuis complectantur. Hoc enim maxime pacto hiſtoriam & memoria facile comprehendi, & perſpicuam lectoribus fieri, judicamus. Nam res imperfectae, quarum finis cum principiis non cohaeret, cupidam ſtudioſi lectoris intentionem interrumpunt. At quae continuum ad finem uſque ſeriem narrationis comprehendunt, abſolutam numeris ſuis rerum expoſitionem habent. Quod ſi ipſa rerum geſtarum natura ſcriptores adjuvet, tum demum ab inſtituto hoc nullo modo abſiſtendum eſt. Quocirca & nos, poſtquam ad Philippi Amyntae res deventum eſt, geſta per hunc regem ut volumine hoc comprehendamus, annitemur. Is equidem XXIV. annos Macedonum rex fuit: Et minimis ab initio adjumentis uſus, regnum ſuum omnium in Europa maximum effecit, & quam Illyriorum jugo ſervili preſſam acceperat Macedoniam, gentium & civitatum multa- 510.
rum & potentiſſimarum dominam reddidit. Sua denique virtute obtinuit, ut, cum ſponte ſe civitates illi ſubmitterent, totius Graeciae Imperator crearetur. Expilatoribus templi Delphici debellatis, cum defenſionem oraculo praeſtitiſſet, in Senatum Amphictyonum eſt cooptatus; Et pietatis ſuae in Deos veluti praemium, jus ſuffragiorum, Phocenſibus ab eo devictis ereptum, accepit. Jamque poſt Illyrios, Paeones, Thraces, Scythas, & conterminos hiſce populos armis edomitos, ad evertendum Perſarum regnum omni ſe ſtudio converterat, praemiſſiſque in Aſiam copiis Graecas urbes in libertatem vindicabat, cum a fato interceptus occubuit. Eas tamen, & tantas poſt ſe copias reliquit, ut Alexandro ejus filio, ad deſtruendum

Olymp. CIV. IV.

a Deſit titulus *Reg.* 1. & *Vat.* Διοδώρου Σικελιώτου ἱστοριῶν *Reg.* 2. & *Vat.* d Ἐπιθυμ. *Baſ.* e Μεσολ. δ' ὑπὸ *Baſ.* *Reg.* 2. b Non legitur in *Baſ.* *Ed.* neque in *Reg.* 2. c Οὕτως iidem

8. *Καὶ σαφῆ γενέσθαι τοῖς ἀναγινώσκουσιν*] Videtur aut *γενέσθαι* ἂν aut *γενήσεσθαι* ſine ἂν legendum. H. Steph.

36. *Μεσολαβηθεὶς ὑπὸ τῆς πεπρωμένης*] Sic L. I, 3. Sed vide not. ad L. XI, 2. P. Wess.

Tome II. L 47. Καλ-

[Olymp. CIV. IV.] dum Perſarum imperium ſocialibus auxiliis opus non foret. Atqui haec omnia non tam fortunae beneficio, quam ſuae virtutis gnavitate, peregit. Imperatoria enim ſolertia, & robore virili, animique claritudine rex iſte plurimum excelluit. At ne in praefatione res ab eo geſtas anticipemus, ad continuam hiſtoriae ſeriem, brevi ad ſuperiora facto recurſu, procedemus.

[Olymp. CV. I.] 2. Cum Athenis praeturam Archontis gereret Callimedes, Olympiade quinta & centeſima, qua Porus Cyraeneus ſtadii victoriam obtinuit; & Romae Coſſ. eſſent Cn. Genucius & L. Aemilius: Philippus Amyntae filius, & Alexandri, qui Perſas bello ſubegit, parens, Macedoniae regnum hoc modo adeptus eſt. Bello fractus ab Illyriis Amyntas vectigalia pendere victoribus cogebatur. Hi filium ejus natu minimum Philippum obſidis loco acceptum, Thebanis aſſervandum tradiderant. Qui rurſus Epaminondae Patri adoleſcentulum commiſerunt, cum mandato, ut depoſitum fidei ſuae creditum diligenter cuſtodiret, probeque educandi curam gereret. Pythagoreus tum quidam Philoſophus Epaminondae magiſter erat: Cum quo dum educatur Philippus, cum profectu non vulgari Pythagoricae diſciplinae particeps fuit. Cumque ambo diſcipuli ingenium & diligentiam ad ſtudia attuliſſent; evenit, ut ad excellentium virtutis uterque perveniret. Epaminondas ſane magnis certaminum & periculorum difficultatibus evictis, Graeciae totius principatum nec opinato patriae ſuae acquiſivit: Philippus autem iiſdem auxiliis inſtructus, non inferiorem ſe Epaminondae gloria praeſtitit. Nam poſt obitum Amyntae, Alexander filiorum aetate maximus in regno ſucceſſit. Sed eo per dolum interempto, regnum arripuit Ptolemaeus Alorites. Hunc ſimili fraude Perdiccas vita ſimul & regno privavit. Verum poſtquam is ingenti praelio ab Illyriis ſuperatus in ipſo neceſſitatis momento cecidiſſet, Philippus frater, e cuſtodia elapſus, regnum male affectum ſuſcipit. In acie enim ſupra IV. Macedonum millia occubuerant. Qui ſu-

μάχην εἰς τὴν κατάλυσιν τῆς Περσῶν ἡγεμονίας, καὶ ταῦτ' ἔπραξεν, οὐ διὰ τύχην, ἀλλὰ διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετήν. γέγονε γὰρ ὁ βασιλεὺς οὗτος [f] ἀγχινοίᾳ στρατηγικῇ καὶ ἀνδρείᾳ καὶ λαμπρότητι ψυχῆς διαφέρων. ἵνα δὲ μὴ διὰ τοῦ προοιμίου προλαμβάνωμεν αὐτοῦ τὰς πράξεις, ἐπὶ τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας πορευσόμεθα, βραχέα τοῖς χρόνοις προσαναδραμόντες.

[g] Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησι Καλλιμήδους, Ὀλυμπιὰς μὲν ἤχθη πέμπτη πρὸς ταῖς ἑκατόν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Πῶρος Κυρηναῖος· Ῥωμαῖοι δὲ κατέστησαν ὑπάτους, [h] Γναῖον Γενύκιον, καὶ Λεύκιον Αἰμίλιον· ἐπὶ δὲ τούτων Φίλιππος ὁ Ἀμύντου υἱὸς, Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ Πέρσας καταπολεμήσαντος πατὴρ, παρέλαβε τὴν τῶν Μακεδόνων βασιλείαν, διὰ τοιαύτας αἰτίας· Ἀμύντου καταπολεμηθέντος ὑπὸ Ἰλλυριῶν, καὶ φόρους τοῖς κρατήσασι τελεῖν ἀναγκασθέντος, οἱ μὲν Ἰλλυριοὶ λαβόντες εἰς ὁμηρείαν Φίλιππον [i] τὸν νεώτατον τῶν υἱῶν, παρέθεντο τοῖς Θηβαίοις. οὗτοι δὲ τῷ Ἐπα- 407
μινώνδου πατρὶ παρέθεντο τὸν νεανίσκον, καὶ προσέταξαν ἅμα τηρεῖν ἐπιμελῶς τὴν παρακαταθήκην, καὶ προστατεῖν τῆς ἀγωγῆς καὶ παιδείας. τοῦ δ' Ἐπαμινώνδου Πυθαγόρειον ἔχοντος φιλόσοφον ἐπιστάτην, συντρεφόμενος ὁ Φίλιππος μετέσχεν ἐπὶ πλεῖον τῶν Πυθαγορείων λόγων. ἀμφοτέρων δὲ τῶν μαθητῶν προσενεγκαμένων φύσιν τε καὶ φιλοπονίαν, ὑπῆρξαν ἑκάτεροι διαφέροντες ἀρετῇ. ὧν Ἐπαμινώνδας μὲν μεγάλους ἀγῶνας καὶ κινδύνους ὑπομείνας, τῇ πατρίδι παραδόξως τὴν ἡγεμονίαν τῆς Ἑλλάδος περιέθηκεν· ὁ δὲ Φίλιππος, ταῖς αὐταῖς ἀφορμαῖς χρησάμενος, οὐκ ἀπελείφθη τῆς Ἐπαμινώνδου δόξης. μετὰ γὰρ τὴν Ἀμύντου τελευτὴν, Ἀλέξανδρος ὁ πρεσβύτατος τῶν υἱῶν διαδέξατο τὴν ἀρχήν. τοῦτον δὲ Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης δολοφονήσας παρέλαβε τὴν βασιλείαν· καὶ τοῦτον ὁμοίως Περδίκκας ἐπανελόμενος, ἐβασίλευσε. τούτου δὲ παρατάξει μεγάλῃ λειφθέντος ὑπὸ Ἰλλυριῶν, καὶ πεσόντος ἐπὶ τῆς χρείας, Φίλιππος ὁ ἀδελφὸς, διαδρὰς ἐκ τῆς ὁμηρείας, παρέλαβε τὴν βασιλείαν κακῶς διακειμένην. ἀπέθανον μὲν γὰρ ἐν τῇ παρατάξει Μακεδόνων πλείους τῶν τετρακισχιλίων· οἱ δὲ λοι-

f Ἀγχινοίᾳ καὶ στρατηγικῇ, margo Steph. Mox πορευσώμεθα Reg. 1. g Ἐπάρχοντος Baſ. ſemper. h Γάϊον ora Steph. Γναῖον omnes. i Τὸ Edd. Steph. errore operarum. bene Baſ. & Vat. & Reg.

47. Καλλιμήδης] Non aliter Archontem adpellat Dionyſius Halicarnaſſeus in Dinarcho. Diogenes Laert. II, 56. ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιδημίδου, aut Καλλιδήμου, unde Jo. Meurſius de Archont. Ath. L. IV, 6. refingit Καλλιμήδης, Menagio probante. Stadii hac Olymp. victor Πῶρος Pauſaniae L. X, 2. p. 802., ſed una litera auctior, ut bene monuit Sylburg., in Euſebio Chron. tur Πώρους Κυρηναῖος. P. Wess.

50. Γναῖον Γενύκιον] Hic Γενύκιον habent exemplaria, cum in locis praecedentibus habeant Γενούκιον, quae ſcriptura hic quoque ſervanda potius fuit. H. Steph.

Γναῖον Γενύκιον] Livio Cajus praenomen eſt. Sed Noſtro Tabulae Capitolinae ſuffragantur. L. Rhod.

Γναῖον Γενύκιον] Hoc praetuli, quod Auctor ita ſoleat. De praenomine Genucii ad Livii L. VII, 3. Sigon. & Drakenborch. recte decerunt. P. Wess.

58. Παρέθεντο τοῖς Θηβαίοις] Superioris libri C. 67. a fratre Alexandro Thebanis obſes Philippus datur, opinionem, uti diximus, probantibus Juſtino & Plutarcho. Utramque ſententiam Gemiſt. Pletho conjungit, & primo ab Amynta, Illyriorum armis fracto, obſidem praebitum Thebaſque amandatum, deinde a fratre Alexandro fidei pignus Pelopidae Thebaniſque permiſſum & cum Epaminonda eductum pariter atque inſtitutum adfirmat. Mihi rem penitius introſpicienti utraque narratio difficultatibus premi videtur graviſſimis. A patre enim obſidem ſi acceperint Illyrii & Thebis depoſuerint, uti hic Auctor fatetur & cum eo Libanius T. I. pag. 106. A., admodum infans Thebas deductus eſt, nec dum habilis praeceptis Philoſophiae Pythagoricae. Aetas Philippi rem planiſſimam reddet. Deceſſit anno primo Olymp. CXI., annum agens XLVII.. Juſtino auctore L. IX, 8. Itaque cum pater Amyntas anno tertio Olymp. CII. moreretur, annum aetatis XIII. attigerat. Fac jam ante duos neſve annos, neque enim tempus certo conſtat, ob adverſam bello Illyrico fortunam a patre victoribus eſſe traditum, & puerum admodum habebis Philippum atque ad Philoſophicam Pythagoreorum diſciplinam per aetatem minus aptum. Certe φύσιν καὶ φιλοπονίαν, ut Auctoris verba annumerem, ad ſtudia ea conferre eo tempore vix potuiſſe videtur. Adde in Macedonia mox a parentis morte Philippum fuiſſe & a matre Iphicratis genubus admotum ex Aeſchin. Or. περὶ Παραπρ. p. 31. Sed dederit eum frater Alexander atque hoc pignore fidem obſtrinxerit Thebanis, ecce alia incommoda. Contigit ea obſidis traditio anno Olymp. CII. 4., aetatiſque Philippi XIV.; quo tempore quin Philoſophiae admoveri potuerit, equidem non dubito. At ejus artis aemulum & condiſcipulum habuiſſe Epaminondam, qui credam? Erat tum ille annis XL. major, quippe aetatis XL. rebus gerendis impoſitus, teſte Plut. T. II. p. 1129. C. Reportaverat jam tum nobilem illam Leuctricam victoriam, inque eo cum maxime occupabatur, ut agrum Spartanum populationibus ageret & ferret. Et cum diceremus pueri Philippi ea tempeſtate fuiſſe condiſcipulum? Huc adjunge, Lyſidem illum Pythagoreum, προστάτην τῆς ἀγωγῆς καὶ παιδείας Epaminondae & Philippi, uti volunt, anno quarto Olymp. CII. inter vivos haud fuiſſe. Mortem obierat ea tempeſtate, qua Thebani exules redierant, oppreſſiſque patriae proditoribus, Thebis libertatem atque αὐτονομίαν reſtituerant, ſive anno Olymp. C. 3. Apertum hoc ex illis, quae Theanor memorat apud Plut. de Socrat. Gen. p. 584. Qua ergo ratione Philippus Lyſim iſtum Pythagoreorum arcana explicantem audire potuit? Equidem ſive a patre Amynta, ſive ab Alexandro fratre obſidis loco Thebanis permiſſum arbitreris, ſicuti ante ſum profeſſus, hinc me non extrico. Sed necdum finis. Auctor dicit, Philippum

λειπτοί, καταπεπληγμένοι τὰς τῶν Ἰλλυριῶν δυνάμεις, περίφοβοι [k] καθεστήκεισαν, καὶ πρὸς τὸ διαπολεμεῖν ἀθύμως εἶχον. ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, Παίονες μὲν, πλησίον τῆς Μακεδονίας οἰκοῦντες, ἐπόρθουν τὴν χώραν, καταφρονοῦντες τῶν Μακεδόνων· Ἰλλυριοὶ δὲ μεγάλας δυνάμεις ἤθροιζον, καὶ στρατεύειν εἰς τὴν Μακεδονίαν παρεσκευάζοντο. Παυσανίας δέ τις τῆς βασιλικῆς συγγενείας κοινωνῶν ἐπεβάλετο διὰ τοῦ Θρακῶν βασιλέως ἐπὶ τὴν Μακεδονικὴν βασιλείαν καθιέναι. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀθηναῖοι πρὸς Φίλιππον ἀλλοτρίως ἔχοντες, κατῆγον ἐπὶ τὴν βασιλείαν Ἀργαῖον, καὶ στρατηγὸν ἀπεστάλκεισαν Μαντίαν, ἔχοντα τρισχιλίους μὲν ὁπλίτας, ναυτικὴν δὲ δύναμιν ἀξιόλογον.

Οἱ δὲ Μακεδόνες, διά τε τὴν ἐν τῇ μάχῃ συμφορὰν καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐπιφερομένων κινδύνων, ἐν ἀπορίᾳ τῇ μεγίστῃ καθεστήκεισαν. ἀλλ' ὅμως τηλικούτων φόβων καὶ κινδύνων ἐφεστώτων, ὁ Φίλιππος οὐ κατεπλάγη τὸ μέγεθος τῶν προσδοκωμένων δεινῶν, ἀλλὰ τοὺς Μακεδόνας ἐν συνεχέσιν ἐκκλησίαις συνέχων, καὶ τῇ τοῦ λόγου δεινότητι προτρεπόμενος ἐπὶ τὴν ἀνδρείαν, εὐθαρσεῖς ἐποίησε· τὰς δὲ στρατιωτικὰς τάξεις ἐπὶ τὸ κρεῖττον διορθωσάμενος, καὶ τοὺς ἄνδρας τοῖς πολεμικοῖς ὅ-
408. πλοις δεόντως κοσμήσας, συνεχεῖς [l] ἐξοπλισίας μὲν καὶ γυμνασίας ἐναγωνίους ἐποιεῖτο. ἐπενόησε δὲ καὶ τὴν τῆς φάλαγγος πυκνότητα καὶ κατασκευὴν, μιμησάμενος τὸν ἐν Τροίᾳ τῶν ἡρώων συνασπισμὸν, καὶ πρῶτος συνεστήσατο τὴν Μακεδονικὴν φάλαγγα. ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις προσηνὴς ἦν, καὶ διά τε τῶν δωρεῶν καὶ τῶν ἐπαγγελιῶν εἰς τὴν μεγίστην εὔνοιαν τὰ πλήθη [m] προσήγετο. πρός τε τὸ πλῆθος τῶν ἐπιφερομένων κινδύνων εὐστόχως ἀντεμηχανᾶτο. θεωρῶν γὰρ τοὺς Ἀθηναίους ὑπὲρ τοῦ τὴν Ἀμφίπολιν ἀνακτήσασθαι τὴν πᾶσαν φιλοτιμίαν εἰσφερομένους, καὶ διὰ τοῦτο κατάγοντας τὸν Ἀργαῖον ἐπὶ τὴν βασιλείαν, ἑκουσίως ἐξεχώρησε τῆς πόλεως, ἀφεὶς αὐτὴν αὐτόνομον. πρὸς δὲ Παίονας διαπρεσβευσάμενος, καὶ τοὺς μὲν δωρεαῖς διαφθείρας, τοὺς δ' ἐπαγγελίαις φιλανθρώποις πείσας, κατὰ τὸ παρὸν εἰρήνην ἄγειν πρὸς αὐτοὺς συνέθετο. ὁμοίως δὲ καὶ τὸν

perſuerant, Illyriorum vires tantopere expaveſcebant, ut ad perſequendum bellum nihil animi haberent reliquum. Per id tempus etiam Paeones, Macedonibus finitimi, ex contemptu illorum, agros populabantur. Et Illyrii rurſus ingentes contrahebant copias, & novam in Macedones expeditionem moliebantur. Huc acceſſit, quod Pauſanias quidam a ſtirpe regis oriundus, Thracum regis auxilio, Macedoniae regnum invadere conabatur. Quin etiam Athenienſes a Philippo alieni, Argaeum in regnum avitum reducebant: Jamque ducem ſuum Mantiam, cum ter mille probe armatis & * claſſe inſtructiſſima, ad hoc miſerant. Olymp. CV. 1. 511.

3. Macedones igitur ob cladem in praelio acceptam, & periculorum ingentium molem, in ſumma animorum perplexitate erant. Verum enim vero licet tantum periculi ac terroris inſtaret, Philippus tamen malorum, quae impendere videbantur, magnitudine nihil territatus, aſſiduis Macedones concionibus in officio retinebat, & pro facundia, qua pollebat, ad virilem animorum conſtantiam exhortando, fiduciam trepidis injiciebat. Tum diſciplinae militaris emendationem aggreſſus, bellicis viros armis decenter inſtruxit, aſſiduaſque tractationes armorum, & certaminum exercitationes inſtituit. Novam quoque condenſati agminis ſtructuram excogitavit, uſitatam Heroibus ad Trojam clypeorum confertionem imitatus. Primuſque adeo Phalangis Macedonicae concinnator eſt. In colloquiis benignus erat ac ſuavis, munerumque ac promiſſorum magnificentia vulgus ad ſummam erga ſe benevolentiam pelliciebat. Quin & contra pericula, quae multifariam imminebant, ſe veluti machinis quibuſdam ſagaciter praemunivit. Cum enim Athenienſes omni ſtudio in hoc incumbere, ut Amphipolin recuperarent, & Argaeum propterea in regnum ab ipſis reduci, videret: ſponte decedens civitatem ſuis legibus vivere permiſit. Paeonum miſſa legatione alios muneribus corrupit, alios pollicitationum blandimentis ineſcavit, pacemque ad praeſens tempus cum eis pepigit. Sic & Pau-

k Καθεστήκεισαν ſolus *Vat.* cum *Baſ.* Cett. καθεσ. l Ἐξοπλισίας in ora *Steph.* ἐξοπλασίας *Vat. Reg.* 2. *Baſ.* Vid. ad L. xv, 79. m Προσῆγε *Reg.* 1. *Vat.*

lippum cognita fratris caede ex cuſtodia Thebana elapſum regni curam in ſe tranſtuliſſe: at *Speuſippus* apud *Athen.* L. xi. pag. 506. F. Platonem perhibet ad Perdiccam ablegaſſe Euphraeum Oritem, unum e diſcipulis, qui regi perſuaſerit ἀπομερίσαι τινὰ χώραν Φιλίππῳ. διατρέφων δ' ἐκεῖ δύναμιν, ὡς ἀπέθανε Περδίκκας, ἐξ ἑτοίμου τῆς δυνάμεως ὑπαρχούσης, ἐπέπεσε (Φίλιππος) τοῖς πράγμασι. Fuit proinde Philippus in Macedonia ſub tempus mortis fraternae, ſuaque in regione, quam Perdiccas precibus Platonis expugnatus condonarat, exercitum alebat. Enimvero, ut paucis defungar, haud inconcinne neque inprudenter ſuperioribus *Athenaeus* adſtruit, τοῦτο δ' εἰ οὕτως ἔχον ἀληθείας ἔχει, θεὸς ἂν εἰδείη. P. Wess.

73. Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης] Modus, quo Ptolemaeus ille Alorites Alexandrum occidit, dignus erat recenſeri: cum nos docet *Athen.* L. xiv, 7. Sub ſpecie ſaltationis cujuſdam Macedonicae, quae, ut puto, in armis fiebat, occiſus eſt, & quidem, ut ait *Trogus* (L. vii, 5.) dolo matris Eurydices, cujus adulter erat, gener ſuus ex Euryone filia Ptolemaeus ille. Ceterum in eo, quod ait *Diodorus*, Perdiccam cecidiſſe in praelio contra Illyrios, non concordat *Trogus*, qui eum per dolum matris Eurydices etiam occiſum quoque aſſerit: nihil tamen obſtat, quin ambo verum dixerint: nempe occidit in praelii calore per ſicarios, a matre ad id immiſſos, vel eodem modo, quo Urias Hettaeus in medio hoſtium derelictus. Ceterum *Georg. Syncellus* regnum Ptolemaei ponit xi. annis altius. Jac. Palm.

Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης] De eo ſupra L. xv, 71. P. Wess.

82. Περίφοβοι καθεστήκεισαν] Sic praeſtabat. Mox Auctor ipſe C. 3. ἐν ἀπορίᾳ τῇ μεγίστῃ καθεστήκεισαν. Scio augmenti rationem in verbis hujus generis negligi ſaepe, veluti παρακατεχηνόχεισαν L. xv, 62., πρεσβεβήκεισαν L. xix, 30., συνδεδραμήκεισαν ejuſdem lib. C. 65., & καταλελοιπότες in *Appiani* L. v. Bel. Civil. p. 1135. item πεποιήκεισαν pag. 1160., tum περιγεγράφεισαν p. 1164. Sed a ſcriptis libris ut abiremus, cauſſa non erat. P. Wess.

87. Παυσανίας δέ τις &c.] Idem ille Pauſanias, ut fato Amyntas conceſſerat, ex exſilio reverſus Macedoniae regnum invaſerat, eo tamen dejectus ab Iphicrate, Eurydicen armis Athenienſium adjuvante. Docet id *Aeſchines* Or. περὶ Παραπρ. p. 31. & *Suidas* in Κάρανος. P. Wess.

91. Κατῆγον ἐπὶ τὴν βασ. Ἀργαῖον] Vid. ad L. xiv, 92. Hic conſtanter veteres libri Ἀργαῖον vocitant, eumque illis *Demoſthen.* Or. in Ariſtocrat. p. 422., *Libanius* Propempt. ad Julian. p. 160. D. & Or. ad Theodoſ. p. 412. B. & *Harpocrat.* in Ἀργαῖος. *Morellus* Ἀργαῖον κατάγειν *Argaeum petere* aut *appellere* apud *Libanium* vertit, quaſi mons eſſet *Argaeus*. Egregie profecto! P. Wess.

7. Μιμησάμενος τὸν ἐν Τροίᾳ τῶν ἡρώων συνασπισμὸν] *Ad. Turnebus* Adverſ. L. vi, 21. *Diodorum* reſpexiſſe cenſet ad Homericum illud Il. N, 131.

> Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.
> Ψαῦον δ' ἱππόκομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισι
> Νευόντων· ὡς πυκνοὶ ἐφέστασαν ἀλλήλοισιν.

Prorſus ex vero. Namque & *Polybius* L. xvii, 25., ubi inter ſe Romanorum legionem & Macedonicam Phalangem contendit, eoſdem verſus excitat. *Curtius* ſatis culte L. iii, 2., ab Homerico non longe deflectens, *Ipſi phalangem vocant peditum ſtabile agmen. VIR VIRO, ARMIS ARMA conſerta ſunt: ad nutum monentis intenti, ſigna ſequi, ordines ſervare didicerunt.* Plura *Ezech. Spanhem.* ad *Juliani* Or. 1. p. 231. P. Wess.

17. Ἀφεὶς αὐτὴν αὐτόνομον] Vide mox C. 8. & in primis *Polyaen.* L. iv, 2, 17., artes Philippi in Amphipoli libera decla-

randa

Olymp. CV. I. Pauſaniam a reditu avertit, rege, qui illum reducturus erat, muneribus perſuaſo. Interea Mantias Athenienſis imperator Methonen appulſus illic ſubſtitit, Argaeum vero cum conductitiorum manu Aegas praemiſit: Is ad urbem accedens hortator Aegaeis erat, ut reditum ſuum approbarent, & primos regni vindices ſe ipſi exhiberent. Sed nemine adſentiente, Methonen retroceſſit. Tum Philippus cum inſtructis militum copiis adventans, conſerta pugna, multos de mercenariorum turba caecidit: reliquos, qui ad collem quendam refugerant, poſt transfugarum deditionem, ex pacto dimiſit. Primo igitur hoc praelio victor Philippus, Macedonum ſuorum animos ad futura deinceps bellorum diſcrimina fortiter ſubeunda, valde confirmavit. Thaſii Crenidas (ut olim nominabantur) habitatoribus frequentant: quas rex poſtea de ſe Philippos nuncupatas, incolis replevit. Hinc Theopompus Chius, ſcriptorum unus, narrationum ſuarum de Philippo initium faciens, LIIX. volumina contexit; De v. tamen inter haec diſcrepatur.

Olymp. CV. II. 4. Archon dehinc Athenis Euchariſtus, Romae Q. Servilius, & L. Genucius Coſſ. erant: cum Philippus miſſis Athenas legatis ad pacem ſecum ineundum populum hoc ipſo permovit, quod nihil ſibi juris in Amphipolin vindicabat. Bello itaque Athenienſium liberatus, cum Agim Paeonum regem fato conceſſiſſe audiret, commodam ſibi Paeones invadendi occaſionem praebitam exiſtimavit. Armata igitur manu terram illorum ingreſſus, Barbaros acie vicit, gentemque deinceps parere Macedonibus coegit. Reſtabant tamen hoſtes Illyrii, quos debellandi magno tenebatur ſtudio. Advocata igitur concione, cum appoſita militem oratione ad bellum inſtigaſſet, copias in Illyriorum fines duxit, non minus CCIↃↃ. pedites, & IↃC. equites ſub vexillis habens. Bardylis autem rex Illyriorum, hoſtium adventu cognito, primum legatos ad Philippum de pace redintegranda miſit, his pactis, ut quae tunc in poteſtate oppida habe-
512. rent, uterque ſub ditione retinerent. Ad quod Philippus, ſe pacis quidem cupidum eſſe, ſed eam non prius admiſſurum, quam cunctis Macedonici regni urbibus deceſſerint Illyrii, reſpondit. Legatis itaque infecto negocio reverſis, Bardylis, victoriis ante partis, ſuorumque virtute confiſus, valida cum manu hoſtibus occurrit; decem millia

Παυσανίαν ἀπέστησε τῆς καθόδου, τὸν κατάγειν μέλλοντα βασιλέα δωρεαῖς πείσας. Μαντίας δὲ ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς καταπλεύσας [n] εἰς Μεθώνην, αὐτὸς μὲν ἐνταῦθα κατέμεινε, τὸν Ἀργαῖον δὲ μετὰ τῶν μισθοφόρων ἐπὶ τὰς Αἰγὰς ἀπέστειλεν. οὗτος δὲ προσελθὼν τῇ πόλει, παρεκάλει τοὺς ἐν ταῖς Αἰγαῖς προσδέξασθαι τὴν κάθοδον, καὶ γενέσθαι τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀρχηγούς. οὐδενὸς δὲ αὐτῷ προσέχοντος, οὗτος μὲν ἀνέκαμπτεν εἰς τὴν Μεθώνην· ὁ δὲ Φίλιππος ἐπιφανεὶς μετὰ στρατιωτῶν καὶ συνάψας μάχην, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε τῶν μισθοφόρων, τοὺς δὲ λοιποὺς εἴς τινα λόφον καταφυγόντας, ὑποσπόνδους ἀφῆκε, λαβὼν παρ᾽ αὐτῶν ἐκδότους τοὺς φυγάδας. Φίλιππος μὲν οὖν ταύτην πρώτην μάχην νικήσας, εὐθαρσεστέρους ἐποίησε τοὺς Μακεδόνας πρὸς τοὺς ἐφεξῆς ἀγῶνας. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Θάσιοι [o] μὲν ᾤκισαν τὰς ὀνομαζομένας Κρηνίδας, ἃς ὕστερον ὁ βασιλεὺς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ὀνομάσας Φιλίππους, ἐπλήρωσεν οἰκητόρων. Τῶν δὲ συγγραφέων Θεόπομπος ὁ Χῖος, τὴν ἀρχὴν τῶν περὶ Φίλιππον ἱστοριῶν ἐντεῦθεν ποιησάμενος, γέγραφε βίβλους ὀκτὼ πρὸς ταῖς πεντήκοντα, ἐξ ὧν πέντε διαφωνοῦσιν.

Ἐπ᾽ ἄρχοντος δ᾽ Ἀθήνησιν Εὐχαρίστου, Ῥωμαῖοι μὲν κατέστησαν ὑπάτους Κόϊντον Σερουίλιον καὶ [p] Λεύκιον Γενύκιον· ἐπὶ δὲ τούτων ὁ Φίλιππος πρέσβεις ἐκπέμψας εἰς Ἀθήνας, ἔπεισε τὸν δῆμον εἰρήνην πρὸς αὐτὸν συνθέσθαι, διὰ τὸ μηδὲν ἔτι προσποιεῖσθαι τῆς Ἀμφιπόλεως. ἀπολυθεὶς δὲ τοῦ πρὸς Ἀθηναίους πολέμου, καὶ πυνθανόμενος τὸν βασιλέα τῶν Παιόνων Ἄγιν τετελευτηκέναι, ὑπέλαβε καιρὸν ἔχειν 409.
ἐπιθέσθαι τοῖς Παίοσι. στρατεύσας οὖν εἰς τὴν Παιονίαν, καὶ παρατάξει τοὺς βαρβάρους νικήσας, ἠνάγκασε τὸ ἔθνος πειθαρχεῖν τοῖς Μακεδόσιν. Ὑπολειπομένων δὲ πολεμίων τῶν Ἰλλυριῶν, ἐφιλοτιμεῖτο καὶ τούτους καταπολεμῆσαι. εὐθὺς οὖν συναγαγὼν ἐκκλησίαν, καὶ τοὺς στρατιώτας οἰκείοις λόγοις προτρεψάμενος εἰς τὸν πόλεμον, ἐστράτευσεν εἰς [q] τὴν τῶν Ἰλλυριῶν χώραν, πεζοὺς μὲν ἔχων οὐκ ἐλάττους μυρίων, ἱππεῖς δὲ ἑξακοσίους. [r] Βάρδυλις δ᾽ ὁ τῶν Ἰλλυριῶν βασιλεύς, πυθόμενος τὴν παρουσίαν τῶν πολεμίων, τὸ μὲν πρῶτον πρέσβεις ἀπέστειλε περὶ διαλύσεως, ἐφ᾽ ᾧ κυρίους ἀμφοτέρους εἶναι τῶν τότε κυριευομένων πόλεων. τοῦ δὲ Φιλίππου φήσαντος ἐπιθυμεῖν μὲν τῆς εἰρήνης, μὴ μέντοι γε ταύτην συγχωρήσειν, ἐὰν μὴ τῶν Μακεδονικῶν πόλεων ἁπασῶν ἐκχωρήσωσιν [s] οἱ Ἰλλυριοί, οἱ μὲν πρέσβεις ἐπανῆλθον ἄπρακτοι, ὁ δὲ Βάρδυλις, πιστεύων ταῖς τε προγεγενημέναις νίκαις καὶ ταῖς τῶν Ἰλλυριῶν ἀνδραγαθίαις, ἀπήντα τοῖς πολεμίοις

μετὰ

n Εἰς τὸν Μεθ. idem. o Μὲν ᾤκισαν — Κρηνίδας Reg. 1. & Baſ., optime. Vulgo ᾤκησαν — Κρηνίδας. In Phot. Κρηνίδας itidem. p Λεύκιον Steph. margo. Edd. Κάιτον. q Τὴν Ἰλλ. τὴν χώραν Reg. 1. r Βαρδύλλις Baſil. ſemper. s Articulus deſit in Reg. 1.

randa optime expedientem. Athenienſes maximo opere reſtitutam ſibi Amphipolim deſiderabant, cumque Philippi Macedonumque imperio libera eſſet, ut ſuam in poteſtatem redigeret, moliti, etſi fruſtraneo conatu, multa ſunt, quae ex *Theopompi* fragmento apud *Suidam* in Τί ἐςι τὸ ἐν τοῖς &c. peti poſſunt. P. Wess.

34. Ὑποσπόνδους ἀφῆκε] Fuere hos inter Athenienſium aliqui, quos leniſſime habitos, reſtitutis etiam amiſſis omnibus, liberos dimiſit Philippus, amicitiam ejus civitatis ſtudioſiſſime quaerens. Vide *Demoſthenem* Or. in Ariſtocrat. pag. 432. P. Wess.

38. Ὤικησαν — Κρηνίδας] Repone ᾤκισαν & pro Κρηνίδας Κρηνίδας. L. Rhod.

Κρηνίδας] Legendum Κρηνίδας ex *Strabone*. Jac. Palm.

Ὤικισαν — Κρηνίδας] Reddidi Auctori quod dederat ipſe, quodque recurrit C. 8. ſine menda, neque ſatis demirari poſſum, cur *Baſilienſem* horum librorum *Editionem* adeo contemtim viri docti habuerint, ut ne adire quidem atque inſpicere ſint dignati, haud raro tamen meliorem. Κρηνίδας, de quibus nos inferius, correxit ad *Stephan.* quoque *Berkelius*. P. Wess.

43. Ἐξ ὧν πέντε διαφωνοῦσι] Interpres *de v. tamen inter haec diſcrepatur.* quaſi fuiſſet ἐξ ὧν περὶ τῶν πέντε διαφωνοῦσι, vel ὧν περὶ τῆς &c. *G. Jo. Voſſius* de Hiſt. Graec. L. 1. p. 32. Διαφωνεῖν hoc eſſe loco ait, *extremam vocem edere ſive exſpirare atque intercidere.* Sic ſententia foret, *ex quibus quinque interciderunt.* Ea confirmatur a *Photii* Biblioth. Cod. CLXXVI., adfirmante ex *Theopompi* libris LVIII. jam olim quinque periiſſe, neque eos ſuo tempore reperiri. Fert eamdem vocis uſus, de quo nos abunde ſupra L. III, 41. Hoc obſtat, quod Librum LV. *Stephan.* in [illegible], L. LVI. *Athenaeus* L. XIII, 9. p. 639., Librumque denique LVII. idem ille *Stephanus* in Μεσαμβρία ad teſtimonium advocarint: illi enim eum lectitarint, quomodo *Noſtri* aetate eos periiſſe dicemus? Diſcordia de vero eorum auctore ſi quae interceſſerit, ut *Rhodomannus* verſione ſua indicavit, res omnis in vado foret. Elige ergo & ſequere, quod libet. Hoc equidem jure adfirmare poſſe videor, *Diodorum*

in

μετὰ τῆς δυνάμεως· εἶχε δὲ πεζοὺς μὲν μυρίους ἐπιλέκτους, ἱππεῖς δὲ εἰς πεντακοσίους. ὡς δ' ἤγγιζον ἀλλήλοις τὰ στρατεύματα, καὶ μετὰ βοῆς πολλῆς συνέρραξαν εἰς τὴν μάχην, ὁ μὲν Φίλιππος, ἔχων τὸ δεξιὸν κέρας καὶ τοὺς ἀρίστους Μακεδόνων συναγωνιζομένους, τοῖς μὲν ἱππεῦσι παρήγγειλε παριππεῦσαι, καὶ πλαγίοις ἐμβαλεῖν τοῖς βαρβάροις· αὐτὸς δὲ κατὰ στόμα τοῖς πολεμίοις ἐπιπεσὼν, καρτερὰν συνεστήσατο μάχην. οἱ δ' Ἰλλυριοὶ, συνταξάμενοι ἑαυτοὺς εἰς πλινθίον, εὐρώστως συνεστήσαντο τὸν κίνδυνον· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ πολὺν χρόνον ἦν ἰσόρροπος ἡ μάχη, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς παρ' ἀμφοτέροις ἀνδραγαθίας· καὶ πολλῶν μὲν ἀναιρουμένων, ἔτι δὲ πλειόνων τιτρωσκομένων, ὁ κίνδυνος δεῦρο κἀκεῖσε τὰς ῥοπὰς ἐλάμβανε, ταλαντευόμενος ἀεὶ ταῖς τῶν ἀγωνιζομένων ἀρεταῖς· μετὰ δὲ ταῦτα τῶν ἱππέων ἐκ πλαγίου καὶ κατ' οὐρὰν βιαζομένων, τοῦ δὲ Φιλίππου μετὰ τῶν ἀρίστων ἡρωϊκῶς ἀγωνισαμένου, συνηναγκάσθη τὸ πλῆθος τῶν Ἰλλυριῶν πρὸς φυγὴν ὁρμῆσαι. γενομένης δὲ τῆς διώξεως ἐπὶ πολὺν τόπον, καὶ πολλῶν κατὰ τὴν φυγὴν ἀναιρεθέντων, ὁ μὲν Φίλιππος ἀνακαλεσάμενος τῇ σάλπιγγι τοὺς Μακεδόνας, καὶ στήσας τρόπαιον, ἔθαψε τοὺς ἰδίους τοὺς τετελευτηκότας. οἱ δ' Ἰλλυριοὶ διαπρεσβευσάμενοι, καὶ τῶν Μακεδονικῶν πόλεων πασῶν ἐκχωρήσαντες, ἔτυχον τῆς εἰρήνης· ἀνῃρέθησαν δὲ τῶν Ἰλλυριῶν ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ πλείους τῶν ἑπτακισχιλίων.

410. Ἡμεῖς δ' ἐπεὶ τὰ κατὰ τὴν Μακεδονίαν καὶ τὴν Ἰλλυρίδα διήλθομεν, μεταβησόμεθα πρὸς τὰς ἑτερογενεῖς πράξεις. κατὰ γὰρ τὴν Σικελίαν Διονύσιος ὁ τῶν [t] Συρακουσίων τύραννος ὁ νεώτερος, παρειληφὼς μὲν τὴν δυναστείαν ἐν τοῖς ἀνωτέρω χρόνοις, ἄπρακτος δὲ ὢν, καὶ πολὺ τοῦ πατρὸς καταδεέστερος, προσεποιεῖτο διὰ τὴν ἀπραξίαν εἰρηνικὸς εἶναι, καὶ πρᾷος τὸν τρόπον. διόπερ πρὸς Καρχηδονίους διαδεδεγμένος τὸν πόλεμον, πρὸς τούτους εἰρήνην συνέθετο· καὶ πρὸς Λευκανοὺς ὁμοίως διαπολεμήσας ῥᾳθύμως ἐπί τινα χρόνον, καὶ ταῖς τελευταίαις μάχαις ἐπὶ τοῦ προτερήματος γενόμενος, ἀσμένως πρὸς αὐτοὺς κατελύσατο τὸν πόλεμον. κατὰ δὲ τὴν Ἀπουλίαν δύο πόλεις ἔκτισε, βουλόμενος ἀσφαλῆ τοῖς πλέουσι τὸν [v] Ἰόνιον πόρον ποιῆσαι. Οἱ γὰρ τὴν παραθαλαττίαν οἰκοῦντες βάρβαροι, λῃστρίσι πολλαῖς πλέοντες, ἄπλουν τοῖς ἐμπόροις παρεσκεύαζον πᾶσαν τὴν περὶ τὸν Ἀδρίαν θάλατταν. Μετὰ δὲ ταῦτα δοὺς ἑαυτὸν εἰς βίον εἰρηνικὸν, ἐξέλυσε μὲν τῶν στρατιωτῶν τὰς ἐν τοῖς πολέμοις γυμνασίας· μεγίστην δὲ τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην

peditum exquiſitae virtutis & Iↄ. equites in armis habens. Cumque proximi eſſent inter ſe exercitus, ſubito ingenti cum vociferatu praelium capeſſitur. In dextro cornu Philippus cum robore Macedonum eximio verſans, circumagi juſſit equites, ut ex obliquo in hoſtes impreſſionem facerent; ipſe a fronte irruens, certamen validiſſimum commiſit. Illyrii contra ad formam laterculi aciem inſtruunt, & fortiter in diſcrimen pugnae cum hoſte deſcendunt. Diuque anceps, propter eximiam utriuſque exercitus fortitudinem, erat praelium. Cadebant multi, longeque plures vulnerabantur. Et modo huc, modo illuc, momentum pugnae vergebat; prout viciſſim a dimicantium virtute pondus accepit. Tandem cum equitatus tum a latere, tum a tergo premeret, & Philippus cum fortiſſimis ſuorum heroice decertaret, vulgus Illyriorum in fugam ſe praecipitare cogitur. Ad longum inde ſpacium Macedones inſequuntur. Plurimiſque in fuga trucidatis, Philippus tandem ſuis receptui ſignum dedit, excitatoque tropaeo, defunctos in acie ſepultura cohoneſtavit. Tum Illyrii, miſſa legatione, ubi cunctis Macedonici nominis urbibus exceſſere, pacem impetrarunt: cum plus Iↄↄ. cIↄ. cIↄ. iſto in conflictu de ipſis occubuiſſent. Olymp. CIV. II.

5. Nos poſtquam per Macedoniam & Illyridem geſta recenſuimus, ad aliarum res gentium nunc tranſitum faciemus. In Sicilia Dionyſius Iunior Syracuſanorum tyrannus, qui regnum pridem acceperat, cum ineptus ad res gerendas, & patre ſuo longe inferior eſſet, animi pacifici, morumque lenitatis praetextu, ignaviam diſſimulabat. Ideo licet haereditarium veluti bellum cum Carthaginenſibus accepiſſet; pacem tamen cum illis fecit. Cum Lucanis etiam negligenter aliquamdiu bellum geſſit: ac quamquam poſtremis aliquot pugnis ſuperior abierat, belli tamen finiendi conditiones percupide amplexus fuit. In Apulia duas condidit urbes, quo tutum per Ionium navigantibus tranſitum praeſtaret. Nam Barbari maris accolae magno navium praedatoriarum numero divagantes, ſinum Adriaticum mercatoribus infeſtum reddebant. Poſthaec vitae pacatiori ſe dedens, exercitationes militum bellicas exoleſcere permiſit. Quare tametſi maximum in Europa imperium, tyrannidemque adamante,

t Συρακουσ. Eſchl., ſed ſibi non conſtans. v Ἰώνιον idem, ſed prave.

in Philippi rebus deſcribendis *Theopompi* veſtigia potiſſimum legiſſe. Id ſcriptoris fragmenta, ſuo quoque loco excitanda, declarabunt. P. Wess.

46. Κόιντον Γενύκιον] Λεύκιον nominat *Livius*. L. Rhod.

Λεύκιον Γενύκιον] Ita praeſtat ex *Livio*, ut bene *Rhodom.*, L. vii, 4. Adde Faſtos *Pighii* ad ann. cccxcii. P. Wess.

61. Βάρδυλις δ' ὁ τῶν Ἰλλυριῶν βασ.] Idem ille eſt, de quo *Cicero* de Offic. L. ii, 11. *Itaque propter aequabilem praedae partitionem & Bardylis Illyrius latro, de quo eſt apud Theopompum, magnas opes habuit.* Origo hominis fuit viliſſima: ex carbonario enim regiam dignitatem inter Illyrios adeptus eſt, teſte *Helladio Beſantino* in Χρηστομαθείᾳ apud *Photium* Biblioth. pag. 1579. Βάρδυλις, ait, ὁ τῶν Ἰλλυριῶν στρατηγὸς, ἀνθρακεὺς γεγονώς. quibus gemina reperies in *Libanii* Or. xxviii. p. 632. B., ſed flagitioſe corrupta, reſtituta tamen in integrum feliciſſima *Henr. Valeſii* medicina ad Excerpt. *Diodori* Noſtri pag. 121. P. Wess.

81. Εὐρώστως συνεστήσαντο τὸν κίνδυνον] Etſi hoc minime damnem, ſuſpicio tamen naſci poterit, ὑπεστήσαντο fuiſſe olim, idque mutatum ob praecedens συνεστήσατο μάχην. Habes θαρσαλέως τοὺς ἀγῶνας ὑπεστήσαντο L. xii, 61. Sed ea ſuſpicio eſt, forſan injuſta. P. Wess.

86. Ταλαντευόμενος ἀεὶ ταῖς &c.] Vid. not. in L. xi, 22. Auctor iterum Eclog. 1. lib. xxxvii. ταλαντευομένης αὐτῷ ἑκατέρως παρὰ μέρος τῆς νίκης. P. Wess.

94. Καὶ στήσας τρόπαιον] Atqui moris non erat Macedonici, ut victis de hoſtibus ſtatueretur tropaeum: quare, ſi *Pauſaniae* fides, nec Philippus neque Alexander uſquam, etſi toties victores, tropaeum erexerunt. Adſcribenda ex L. ix, 40. verba ſunt: Φίλιππος δὲ οὐκ ἀνέστησεν ὁ Ἀμύντου τρόπαιον, οὔτε ἐνταῦθα, οὔτε ὁπόσας μάχας ἄλλας βαρβάρους ἢ καὶ Ἕλληνας ἐνίκησεν. οὐ γάρ τι Μακεδόσιν ἱστάναι τρόπαια ἦν νενομισμένον. Haec ſufficiunt: cetera, quae conſuetudinis cauſſam & originem exponunt, inde ſumi poterunt. Et tamen non hoc tantum loco ſed & L. 87. & 89. tropaei Macedonici mentio occurrit: meminerunt praeterea alii, quos omnes abſolvit, culpa in *Pauſaniam* relata, *Jo. Freinshem.* ad L. iii, 12, 27. *Curtii*, ſed ejus opinionis non admodum certus, quod notata ad ejuſdem *Curtii* L. vii, 7, 14 planiſſime indicant. Enimvero quanto magis *Pauſaniae* diſputationem conſidero, in eam abeo ſententiam, revera Macedonum in more non fuiſſe ob hoſtes fuſos & fugatos tropaea ponere: hiſtoricos, quod in uſu ceteris id eſſet Graecis, ἀκύρως eſſe locutos. P. Wess.

5. Ἄπρακτος δὲ ὢν] Vide *Plut.* Dion. p. 962. A. & *Juſtin.* L. xxi,

Olymp. CV. II. mante, ut pater jactabat, revinctam, adeptus fuerat; effoeminata tamen inertia de improviſo illud perdidit. Quem vero ad modum everſus ſit, & quae ſingulatim egerit, ut jam recenſeatur, dabimus operam.

Olymp. CV. III. 6. Jam Archontis magiſtratum Athenis Cephiſodotus, & Romae conſulare imperium C. Licinius & C. Sulpicius tenebant, cum Dion Hipparini frater inter Syracuſanos clariſſimus e Sicilia profugit, & animi ſui praeſtantia illuſtri, cum Syracuſanos, tum alios quoque Siculos in libertatem vindicavit; Quod his de cauſis accidit. Dionyſius ſenior ex utraque uxore prolem ſuſceperat: Ex prima, quae Locrenſis erat natione, Dionyſium, in regno ſucceſſorem: ex altera Hipparini, qui in ſumma exiſtimatione erat apud Syracuſanos, filia duos, Hipparinum & Narſaeum procrearat.
513. Hujus ſecundae uxoris frater erat Dion, vir magni in Philoſophia progreſſus, virtute inſuper & rei militaris ſcientia cunctis ſuae aetatis Syracuſanis longe praeſtans. Hunc ſua nobilitas, animique magnitudo inſignis, tyranno ſuſpectum reddiderant, quippe qui ad tyrannidem deſtruendam peridoneus videretur. Metuens ergo ſibi ab illo Dionyſius, virum ad necem raptum e medio faceſſere decrevit. Id praeſentiens Dion apud neceſſarios quoſdam initio deliteſcit. Poſtea ex Sicilia in Peloponneſum fugam capeſſit, Megacle germano & Charielide, qui militum tyranni praefectum egerat, comitatus. Ubi Corinthum pervenit, a civitate contendit, uti curam libertatis Syracuſiis reſtituendae una ſecum capeſſant. Illico mercenariorum ipſe manum contrahit, & armis conquirendis ſtudium impendit. Dumque multi ad voluntatem ejus ſeſe applicant, confeſtim panoplias comparat, validamque aere militantium manum cogit. Duobus exinde navibus onerariis, mercede conductis, arma & milites imponit. Atque his tantum inſtructis e Zacyntho, quae Cephalleniae adjacet, in Siciliam transmittit. Chariсliden vero triremes aliquot, aliaſque onerarias paulo poſt adducturum reliquerat.

7. Dum haec geruntur, Andromachus Tauromenienſis, Timaei hiſtorici parens, vir opibus & claritate animi excellens, quicquid exſulum Naxi, quam Dionyſius exſciderat, reliquum erat, hinc inde congregavit, & collem, qui Naxo Tauri nomine imminet, habitandum illis dedit. Et quia ad longum temporis ſpacium illic ſubſtiterat, a

x δυναστειῶν παραλαβὼν τὴν ἀρχήν, καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ πατρὸς λεγομένην ἀδάμαντι δεδέσθαι τυραννίδα, διὰ τὴν ἰδίαν ἀνανδρίαν παραδόξως ἀπέβαλε. τὰς δὲ αἰτίας τῆς καταλύσεως καὶ τὰς κατὰ μέρος πράξεις ἀναγράφειν πειρασόμεθα.

Ἐπ᾽ ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησι Κηφισοδότου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Γάϊον Λικίνιον καὶ Γάϊον Συλπίκιον· ἐπὶ δὲ τούτων Δίων ὁ Ἱππαρίνου, Συρακοσίων ὑπάρχων ἐπιφανέστατος, ἔφυγεν ἐκ τῆς Σικελίας, καὶ διὰ τὴν λαμπρότητα τῆς ψυχῆς ἠλευθέρωσε Συρακοσίους καὶ τοὺς ἄλλους Σικελιώτας, διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας· ὁ πρεσβύτερος Διονύσιος ἐκ τῶν δυεῖν γυναικῶν ἦν πεπαιδοποιημένος, ἐκ μὲν τῆς πρώτης Λοκρίδος οὔσης τὸ γένος, Διονύσιον τὸν διαδεξάμενον τὴν τυραννίδα, ἐκ δὲ τῆς δευτέρας, Ἱππαρίνου θυγατρὸς οὔσης, εὐδοκιμωτάτου Συρακοσίων, δύο παῖδας, Ἱππαρῖνον καὶ Ναρσαῖον. ἐτύγχανε δὲ τῆς δευτέρας γυναικὸς ἀδελφὸς ὢν Δίων, ἀνὴρ ἐν φιλοσοφίᾳ μεγάλην ἔχων προκοπήν, καὶ κατ᾽ ἀνδρείαν καὶ στρατηγίαν πολὺ προέχων τῶν κατ᾽ αὐτὸν Συρακοσίων. Οὗτος δὲ διὰ τὴν εὐγένειαν καὶ τὴν λαμπρότητα τῆς ψυχῆς εἰς ὑποψίαν ἦλθε τῷ τυράννῳ, δόξας ἀξιόχρεως εἶναι καταλῦσαι τὴν τυραννίδα. φοβούμενος οὖν αὐτὸν ὁ Διονύσιος, ἔκρινεν 411.
Ἐπὶ δὲ τούτων ὁ Φωκικὸς πόλεμος —— κατελύθη] Duraſſe Phocicum bellum continuos decem annos non uno loco Aeſchines profitetur Or. de Legat. falſ. pag. 45. & in Cteſiph. pag. 74. Idem alii adfirmant. Diodorus ſupr. C. 14. ſpatium xi. illi annorum tribuit, quod Archonte Agathocle turbarum prima nata ſint initia, atque ab eo anno Demophilus res Phocenſium ſcribere ſit ingreſſus. Pauſanias eodem Archonte ſumtum & continuo geſtum cenſuit per decem annos uſque ad Praetorem Athenienſium Theophilum ſive annum primum Olymp. cviii. Male poſterius. Nam, quod veriſſime obſervavit D. Petavius ex Demoſthene, Phocenſes a Philippo fracti tum ſunt, cum Pythia agerentur. Atqui Pythia exeunte anno ſecundo tetraeteridos Olympiacae peragebantur. Recte ergo Diodorus finem belli in annum tertium Olymp. cviii. retulit. Par Pauſaniae foret ratio, modo ferri poſſet eruditiſſimi Palmerii conjectura: Sed non poteſt. Nam belli initium manifeſte illi anno tribuit, qui Archontem habuit Agathoclem, ſive Olymp. cv. 4. Lib. x, 2. Ab Agathocle ad Theophilum, quo terminatum ait bellum, anni ſunt x. Porro ſi ἔτει τρίτῳ legas, mutandum etiam erit Theophili Archontis nomen: neque enim illi locus eſt anno tertio Olymp. cviii., quo eo munere Athenis fungebatur Archias. Jam quod de inſolita dictione ὀγδόης δὲ Ὀλυμπιάδος καὶ ἑκατοστῆς ἔτει πρώτῳ adjungit, id enimvero permovere illum non debuerat. Ecce iterum Pauſaniam L. x, 5. κατέλαβε δὲ Ἡρακλείδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, πρώτῳ δὲ τῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος ἔτει καὶ πεντηκοστῆς. Eadem ibi locutio. Id quoque non optimi commatis, quod de concilio & Theſmothetis ait. Tu vide Ulpianum ad Demoſthen. περὶ Παραπρ. p. 227. P. Wess.

3. Στρατηγὸν ἐπιστήσαντες Ἀρχίδαμον] Venit & ille in Phocidem, pollicituſque eſt, anguſtias ſe Thermopylarum ita inſeſſurum, modo opportuna ſibi loca traderentur, ne qui Philippo tranſitus pateat. Sed cunctabantur Phocenſes, dictitantes τὰ τῆς Σπάρτης δεινὰ δεδιέναι in Aeſchin. Or. de Legat. falſ. p. 45. Paullo aliter in ejuſd. Argumenti Orat. pag. 215. Demoſthenes. P. Wess.

8. Φάλαικον πάλαι —— ἠξιωμένον] Recte in margine (Steph.) aſſignatum eſt πάλιν. L. Rhod.

11. Ἐν τῇ Νικαίᾳ διατρίβων] Hanc & Alponum ac Thronium τὰ τῶν παρόδων τῶν εἰς Πύλας χωρία κύρια Aeſchines vocat Or. περὶ Παραπρ. p. 45. meminit & Demoſthen. Philipp. ii. pag. 46. & Or. in Philippi Epiſt. pag. 89. ubi bene Schol. Vid. Jac. Palmerii Graec. Antiq. L. v, 2. Ea ergo oppida Phalaecus praeſidio tenebat, ut Philippum tranſitu prohiberet. P. Wess.

15. Οὗτος μὲν ὑπόσπονδος —— ἀνεχώρησε] Eadem Aeſchin. Or. de Legat. falſ. pag. 47. Phalaecus rei militaris uſu defectus in anguſtiis rei pecuniariae poſt tot ſacrilegia verſabatur; ſecutae ſunt, ut adſolet, conductitiorum militum ſeditiones: acceſſerunt amicorum promiſſa haud ſane fida. Atque haec hominem gentemque univerſam peſſum dederunt. Vid. eundem Oratorem p. 45. Alia Juſtin. L. viii, 2., ſed parum vero ſimilia. Paratragoediat enim. P. Wess.

19. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἄνευ μάχης &c.] Rex ipſe literis Athenas miſſis eadem teſtatur apud Oratorem pro Corona p. 140., ſeque urbes, ſponte ſeſe dedentes, praeſidiis occupaſſe, reliquas, quae imperata facere detrectaverint, armis domuiſſe: quod ultimum negat Demoſthenes Or. de Leg. perperam adminiſtrata p. 210. τὸ μηδεμίαν τῶν πόλεων, τῶν ἐν Φωκεῦσιν, ἁλῶναι πολιορκίᾳ, μηδ' ἐκ προσβολῆς κατὰ κράτος, ἀλλ' ἐκ τῶν σπονδῶν, πάντας ἄρ-

δην

τριβέντες ταῖς ἐλπίσι, παρέδωκαν ἑαυτοὺς τῷ Φιλίππῳ. ὁ δὲ βασιλεὺς ἄνευ μάχης ἀνελπίστως καταλύσας τὸν ἱερὸν πόλεμον, [y] συνέδρευε μετὰ τῶν Βοιωτῶν καὶ Θετταλῶν. ἔκρινε δὲ συγκαλεῖν τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον, καὶ τούτῳ τὴν περὶ τῶν ὅλων διάγνωσιν ἐπιτρέψαι.

Ἔδοξεν οὖν τοῖς συνέδροις μεταδοῦναι τῷ Φιλίππῳ καὶ τοῖς ἀπογόνοις αὐτοῦ τῆς Ἀμφικτυονίας, καὶ δύο ψήφους ἔχειν, ἃς πρότερον οἱ καταπολεμηθέντες Φωκεῖς εἶχον. τῶν δ' ἐν Φωκεῦσι τριῶν πόλεων περιελεῖν τὰ τείχη, καὶ μηδεμίαν κοινωνίαν εἶναι τοῖς Φωκεῦσι τοῦ ἱεροῦ, μηδὲ τοῦ Ἀμφικτυονικοῦ συνεδρίου· μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτοῖς [z] μήτε ἵππους, μήτε ὅπλα κτήσασθαι, μέχρις ἂν οὗ τὰ χρήματα ἐκτίσωσι τῷ θεῷ τὰ σεσυλημένα. τοὺς δὲ πεφευγότας τῶν Φωκέων καὶ τῶν ἄλλων τῶν μετεσχηκότων τῆς ἱεροσυλίας ἐναγεῖς εἶναι καὶ ἀγωγίμους πανταχόθεν. τὰς δὲ πόλεις ἁπάσας τῶν Φωκέων κατασκάψαι, καὶ [a] μετοικίσαι εἰς κώμας, ὧν ἑκάστην μὴ πλεῖον ἔχειν οἰκιῶν πεντήκοντα, μηδὲ ἀπέχειν ἔλαττον [b] σταδίου τὰς κώμας ἀπ' ἀλλήλων· ἔχειν δὲ Φωκεῖς τὴν χώραν, καὶ φέρειν κατ' ἐνιαυτὸν τῷ θεῷ φόρον τάλαντα ἑξήκοντα, μέχρις ἂν ἐκτίσωσι τὰ ἀπογραφέντα [c] χρήματα κατὰ τὴν ἱεροσυλίαν· τιθέναι δὲ καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Πυθίων Φίλιππον μετὰ Βοιωτῶν
456. καὶ Θετταλῶν, διὰ τὸ Κορινθίους μετεσχηκέναι τοῖς Φωκεῦσι τῆς εἰς τὸ θεῖον παρανομίας. τοὺς δὲ Ἀμφικτύονας καὶ τὸν Φίλιππον τὰ ὅπλα τῶν Φωκέων

igitur omni ſpe deminuti, Philippo ſeſe dedunt. Olymp. CVIII. III.
Rex ubi citra pugnam ex inſperato finem ſacro bello impoſuerat, cum Boeotis ac Theſſalis ſenatum habebat, in quo ſenatuſconſultum facit; ut indicto Amphictyonum concilio, eorundem arbitrio totius rei cognitio integra permittatur.

60. Ab his in eam ſententiam itur, ut Philip- 542.
pus cum poſteris ſuis in Amphictyonum collegium adſciſcatur, & gemini ſuffragii jus, quod Phocenſes debellati habuiſſent, uſurpet; Utque trium in Phocide urbium moenia deſtruantur; Nec templi deinceps, & Amphictyonum curiae Phocenſes ſint participes. Nec equos in poſterum armaque poſſideant, uſque dum pecunias Sacrilegio ſurreptas, Deo repenſarint. Exſules praeterea Phocenſium, & quotquot in partem ſacrilegii venerint, piaculares habeantur, quos ex omni loco retrahere cuivis liceat. Ad haec ut cunctas Phocenſium urbes ſolo (Graeci) aequent, ipſaſque in vicos transferant, quorum unusquiſque plus L. domunculas non habeat, nec minus ſtadii intervallo a ſe invicem pagi diſtent; Phocenſes quidem agrum ſuum retineant, ſed quotannis LX. talentorum vectigal Deo pendant, quoad ſummam in tabulas ſacrilegii tempore relatam exſolverint. Pythiorum ludos Philippus cum Boeotis & Theſſalis edat, quod Corinthii in ſcelerati facinoris Phocenſium conſortio fuerunt. Amphictyones cum Philippo arma Phocenſium & mercenariorum ad petras al-

y Συνέδρευε Reg. 1. quod ſequitur μετὰ, non eſt in Baſil. z Μήτε & ſtatim iterum Reg. 1., quod placet. Μηδὲ Edd. a Μετοικίσαι Baſil. b Σταδίου. c Κτήματα Reg. 1.

διὰ ἀπολέσθαι &c. & p. 226. fortiſſe, ut tanto arctius adverſarium criminе proditorum Phocenſium premeret. P. Wess.

25. Καὶ δύο ψήφους ἔχειν, ἃς πρότερον — εἶχον] Singulae gentes, quibus ſocietas Amphictyonici concilii, bina ſuffragia ferebant, Aeſchine περὶ Παραπρ. p. 43. teſte. Excluſis ob ſacrilegia Phocenſibus, Philippo ejuſque poſteris condonatum id fuit, quod illorum antea fuerat: unde τὰς τῶν Φωκέων ψήφους in Macedonum eſſe poteſtate ſaepe Rhetores indignantur, uti Libanius T. II. p. 685. D. & p. 703., Demoſthen. ſecutus Or. de Leg. fals. p. 268. Atque hoc quidem nihil obſcuri habet. Difficilius prima fronte videtur, quod de Theſſalis Demoſthen. Or. de Pac. p. 43., bellum eos cum Phocenſibus cupidiſſime ingreſſos eſſe, ut in concilium apud Thermopylas adſciſcerentur, & duûm Delphis ſuffragiorum compotes fierent: τὴν Πυλαίαν ἐπεθύμουν, καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς πλεονεκτήματα, δυοῖν αὐτοῖς γίνεσθαι. Atqui Theſſali a prima concilii origine inter Amphictyonas & dignitatem & ſuffragiorum jus habebant, principe propterea loco collocati ab Aeſchine Or. περὶ Παραπρ. pag. 43. Quod quidem dubium ut amoliretur, multa diſputavit Aud. Dounaeus Praelect. in Demoſthen. p. 171., ſed quae damnaſſet ipſe, ſi recordatus eſſet eorum, quae Anonymus auctor Argumenti in Demoſth. περὶ Παραπρ. ita commentatur: [illegible] Hinc enim conſtat, Theſſalos veteri poſſeſſione fuiſſe a Phocenſibus dejectos & plane exutos, eamque adeo hoc bello, ut Demoſthenes monet, recuperare ſtuduiſſe. Ceterum Phocenſes ſuffragiorum jus, quod hoc tempore amiſerunt, multis elapſis annis ſibi iterum aſſeruerunt, egregia in Gallos, qui duce Brenno Graeciam ac Delphos invaſerant, opera navata, uti a Pauſania docetur L. X, 8. Idem Aud. Dounaeus admonet, ſed mire fluctuans in Brenno, quem eundem cenſet atque illum, cujus ductu urbs & Capitolium multis ante annis occupata perhibentur. Inconſiderate profecto. P. Wess.

27. Τῶν δ' ἐν Φωκεῦσι τριῶν πόλεων περ. τὰ τείχη] Haec ſunt obſcuriſſima, & ſequentibus parum congrua. Jubent Amphictyones poſt pauca omnes Phocenſium urbes ſolo aequari. Sunt quoque cunctae everſae ex decreto, teſte Pauſania L. X, 3. Quare Demoſthenes Or. de Leg. fals. p. 230. non tantum [illegible] per Phocidem indignatur, ſed cum Delphos pergeret, vidiſſe ait ibid. p. 212. [illegible] Et pag. 228. [illegible] Quid dicemus? An τείχη muniтionem eſſe, non moenia? Ita nodum ſolvi poſſe, conſultiſſimus Barbeyracius Hiſtor. Foed. Part. I. p. 226. cenſuiſſe videtur. Sed qui urbes omnes dejectas & everſas volunt, iisne parvumque munitionibus pepercisse credemus? An trium praecipuarum & opportunarum, [illegible], quod Pindaro de ſuo admenſus eſt vocabulum, muros eſſe peſſundatos? Ut reliquorum

moenia, tanquam perpetuum poenae Phocenſium monumentum, durarent. Id ſequar, niſi ſi qui libri praeferant [illegible] &c. Namque eo nihil verius. Viginti enim & duae Phocenſium erant urbes, quae omnes, uno fortaſſe Abis excepto, everſae ſunt. [illegible] Libanius inquit T. I. p. 107. & ante eum Demoſthenes Or. de Leg. fals. p. 226., ne quid de Pauſaniae citato loco dicam. P. Wess.

36. Καὶ μετοικίσαι εἰς κώμας] Pauſanias dicto loc. [illegible] Propterea Demoſthenes Phocenſes [illegible] Or. περὶ Παραπρ. p. 216. P. Wess.

41. Τιθέναι δὲ τὸν ἀγῶνα τῶν Πυθίων Φίλιππον &c.] In cauſſis belli ſacri, a Philippo in Phocenſes ſumpti, recenſet Demoſthen. Or. de Pac. p. 40. καὶ τὰ Πύθια θεῖναι δι' αὐτοῦ, ut Pythiorum ludorum moderator eſſet & praeſes. Id obtinuit confecto bello, eſtque ſatis expeditum. At quid ſibi volunt, διὰ τὸ Κορινθίους μετεσχηκέναι τοῖς Φωκεῦσι τῆς εἰς τὸ θεῖον παρανομίας, quod Corinthii in ſcelerati facinoris Phocenſium conſortio fuerunt? Viri eruditi, quibus exſcribere & illuſtrare libuit hoc Amphictyonum decretum, Ant. van Dale Diſſert. de Concil. Amphictyon. pag. 440. & Barbeyracius Hiſt. Foeder. P. I. p. 227., intacta tranſmittunt. Mihi multo difficiliora ſemper ſunt viſa. Nam quae illa ratio, Philippum cum Theſſalis & Thebanis Pythiorum fore praeſidem, quod Corinthii ſocii Phocenſium in ſacris fuerint legendis? Corinthiine [illegible] ceteros Pythiorum ante hoc tempus fuere moderatores? Atqui certamen erat κοινὸν τῶν Ἑλλήνων, ut dicit Philipp. III. p. 69. Demoſthenes. Praeſides Amphictyones. [illegible] Pauſan. L. VIII, 18. p. 636. Inde [illegible] tibicinem quendam, quod ſecius ceciſſet, nomen poſteri non eſt paſſus apud Plut. Sympoſ. L. VII, 5. Ludi ipſi τῶν Ἀμφικτυόνων ἆθλοι in inſcriptione, de qua Pauſan. L. X. 7. Itaque nihil praecipuum in ludorum diſpoſitione Corinthiis. Porro accuſantur ſacrilegii, propterque excluduntur, qui nunquam inter Phocenſium adjutores nominatim ab Auctore ſunt recenſiti. Quid? eo nomine ſi Corinthii fuerunt mulctandi, cur Lacedaemonii hoc decreto ſine noxa dimittuntur? qui tamen Phocenſibus in primis auxilio fuerunt, in praedam partemque ſacrae pecuniae vocati. Immo vero ſoli illi Dorico ex genere Amphyctioniae poſſeſſione ob illud crimen ſunt dejecti. [illegible] Pauſan. L. X, 8. p. 816. Hoc amplius, indignatur Demoſthenes Philipp. III. p. 69. Philippum ludis Pythiis praeſidere, & [illegible] ſibi ſumere, depulſis Atheneinſibus, Dorienſibus & Theſſalis ceteriſque Amphictyonibus: [illegible] Qui quidem, ſi Amphictyones cura ludorum Pythiorum fuiſſent decreto prohibi-

Olymp. cviii. iii. alliſa confringant, & reliquias horum comburant. Equorum denique auctionem faciant. Poſt haec quae ad inſtaurandi oraculi curam pertinerent, & caetera omnia, quae ad religionem & pacem communem, atque concordiam inter Graecos, facerent, ordinabant. Decretis horum confirmatis, Philippus per omnia humaniter eos complexus, in Macedoniam exercitum reduxit, nec pietatis ſolummodo, & imperatoriae virtutis gloriam ſibi comparavit, ſed ad futuram quoque imperii amplificationem magnos progreſſus fecit. Jamdudum enim, ut ſummus Graecorum imperator deſignaretur, bellumque Perſis inferret, cupide expetebat: Id quod etiam (tandem) evenit. Verum haec congruo deinceps tempore ſingulatim referemus.

61. Nunc vero ad connexam praecedentibus hiſtoriae ſeriem nos convertemus. Sed prius officii noſtri eſſe ducimus de vindicta, qua ſacrilegos oraculi direptores Dii proſequuti ſunt, aliquam hic inſerere mentionem. Cunctos enim in univerſum, non modo qui principes ſacrilegii exſtiterunt, verum etiam qui nefas hoc ſolum attigere, poena inexpiabilis a Numine ſequuta eſt. Primus namque occupandi templi quaſi architecton, Philomelus, caſu quodam belli in anguſtias concluſus, praecipitem ſe dejecit. Frater ejus Onomarchus, poſt ſuſceptum vecordis ac deſperati exercitus imperium, cum Phocenſibus & mercenariis, qui ſimul cum ipſo in acie ſtabant, conciſus in Theſſalia, crucique affixus eſt. Tertius, qui maximam donariorum partem comminuit, Phayllus, cum diuturno conflictans morbo, ne praeciſe quidem a ſupplicio liberari potuit. Ultimus omnium Phalaecus, arreptis ſacri peculatus reliquiis, in errore perpetuo, metuque ingenti, & variis periculis ad bene longum tempus vitam egit: nequaquam ut beatior ſcelerum conſortibus foret, ſed ut longiore tortura excruciatus, & adverſis caſibus apud complures innoteſcens, famigeratam paſſim calamitatem haberet. Hic enim poſt fugam, qua captivitatem evaſit, cum mercenariis initio circa Peloponneſum commorans, de ſacri peculatus reliquiis militem ſuſtentabat. Poſt ad Corinthum onerarias aliquot magnas conduxit, & iv. alias hemiolias ſecum habens, curſum in Italiam Siciliamque adornabat, futurum ſperans, ut vel urbem iſtic locorum aliquam occuparet, vel ſtipendio alicubi conduceretur. Inter Lucanos enim ac Tarentinos bellum tunc temporis coortum fuerat. Ad navigationis autem ſocios accitum ſe a Siculis Italiſque ſimulabat.

543\. 62. Cumque vela faciens per altum mare tenderet: militum nonnulli, qui in navi maxima cum Phalaeco vehebantur, colloquio inter ſe habito,

καὶ τῶν μισθοφόρων καταπετροκοπῆσαι, καὶ τὰ λείψανα αὐτῶν κατακαῦσαι, καὶ τοὺς ἵππους ἀποδόσθαι. ἀκολούθως δὲ τούτοις διέταξαν οἱ Ἀμφικτύονες τὰ περὶ τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ μαντείου, καὶ τἆλλα πάντα τὰ πρὸς εὐσέβειαν καὶ κοινὴν εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν τοῖς Ἕλλησιν ἀνήκοντα. μετὰ δὲ ταῦτα Φίλιππος μὲν τὰ δεδογμένα τοῖς Ἀμφικτύοσι συγκατασκευάσας, καὶ πάντας φιλοφρονηθεὶς, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Μακεδονίαν, οὐ μόνον δόξαν εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς στρατηγικῆς περιπεποιημένος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν μέλλουσαν αὐτῷ αὔξησιν γίνεσθαι μεγάλα προκατεσκευασμένος. ἐπεθύμει γὰρ τῆς Ἑλλάδος ἀποδειχθῆναι στρατηγὸς αὐτοκράτωρ, καὶ τὸν πρὸς Πέρσας ἐξενεγκεῖν πόλεμον. [d] ὅπερ καὶ συνέβη γενέσθαι. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων [e] τὰ κατὰ μέρος ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις ἀναγράψομεν.

Νῦν δ' ἐπὶ τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας τρεψόμεθα. Δίκαιον δ' εἶναι νομίζομεν πρῶτον ἀναγράψαι τὴν ἐκ θεῶν γενομένην τοῖς εἰς τὸ μαντεῖον παρανομήσασι κόλασιν. ὅλως γὰρ οὐ μόνον τοῖς αὐθένταις τῆς ἱεροσυλίας, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς προσαψαμένοις μόνον τῆς παρανομίας ἀπαραίτητος ἐκ τοῦ δαιμονίου ἐπηκολούθησε τιμωρία. ὁ μὲν γὰρ ἀρχιτέκτων τῆς καταλήψεως τοῦ ἱεροῦ Φιλόμηλος κατά τινα περίστασιν πολεμικὴν ἑαυτὸν κατεκρήμνισεν. ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ὀνόμαρχος, διαδεξάμενος τὴν τῶν [f] ἀπονενοημένων στρατηγίαν, μετὰ τῶν συμπαραταξαμένων ἐν Θετταλίᾳ Φωκέων καὶ μισθοφόρων κατακοπεὶς ἐσταυρώθη. ὁ δὲ τρίτος, καὶ πλεῖστα τῶν ἀναθημάτων καταναλώσας, Φάϋλλος πολυχρονίῳ νόσῳ νοσήσας, οὐδ' ἀπολυθῆναι συντόμως τῆς τιμωρίας ἠδυνήθη. ὁ δ' ἐπὶ πᾶσι Φάλαικος τὰ λείψανα τῆς ἱεροσυλίας ἀναλαβὼν, ἐν πλάναις καὶ μεγάλοις φόβοις καὶ κινδύνοις ἐφ' ἱκανὸν χρόνον ἐβίωσεν, οὐχ ὅπως μακαριώτερος γένηται τῶν συνασεβησάντων, ἀλλ' ἵνα πλείω χρόνον στρεβλωθεὶς, καὶ πολλοῖς διὰ τὴν ἀτυχίαν γνώριμος γενόμενος, περιβόητον ἔχῃ τὴν συμφοράν. οὗτος γὰρ μετὰ τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας φυγὴν μετὰ τῶν μισθοφόρων τὸ μὲν πρῶτον διέτριβε περὶ τὴν Πελοπόννησον, συνέχων τοὺς στρατιώτας ἐκ τῶν ἱεροσυληθέντων λειψάνων· μετὰ δὲ ταῦτα ἐν Κορίνθῳ μισθωσάμενος πλοῖα φορτηγὰ μεγάλα, καὶ τέσσαρας ἔχων [g] ἡμιολίας, παρεσκευάζετο πρὸς τὸν εἰς [h] τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν πλοῦν, νομίζων ἐν τούτοις τοῖς τόποις ἢ καταλήψεσθαί τινα πόλιν, ἢ τεύξεσθαι μισθοφορίας. ἐτύγχανε γὰρ Λευκανοῖς πρὸς Ταραντίνους συνεστηκὼς πόλεμος. 457. πρὸς δὲ τοὺς συμπλέοντας ἔφη μετάπεμπτος πλεῖν ὑπὸ τῶν ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας.

Ἐκπλεύσαντος δ' αὐτοῦ, καὶ πελαγίου γενομένου στρατιῶταί τινες τῶν ἐν τῷ μεγίστῳ πλοίῳ κομιζομένων, ὅπου αὐτὸς ὁ Φάλαικος ἔπλει, λόγον ἀλ-

d Ὅπερ. ὅτι Steph. e Haec tria poſt ἀναγράψομεν in Baſil. & Reg. ambob. collocantur. f Ἀπονενοημένων. Baſil. g Ἡμιολίας Reg. 1. ſatis bene. h Deſit in Reg. 1.

hibita, haud ſane taciuiſſet. Quare, ut verba compendifaciam, ſic cenſeo, ſententiam Amphictyonicam non eſſe integram, & haud pauca apto διὰ τὸ Κοινὸν &c. deſiderari. Succurrere potuiſſet Demoſthenes, a quo δόγμα hoc Amphictyonicum Or. περὶ Παραπρ. p. 211. recitatum fuit, modo integrum orationi inſeruiſſet. P. Wess.

46. Καταπετροκοπῆσαι] Verbum elegans, ſed nuſquam mihi lectum. Arma Phocenſibus fuiſſe adempta, non praeterit Demoſthenes de Legat. ſals. p. 216. Porro de combuſtis armis quod additur, ſatis illuſtraverunt viri docti Freinſhem. & Duker. ad Flori L. II. 4. 5. P. Wess.

54. Οὐ μόνον δόξαν εὐσεβείας &c.] Pulcre Juſtinus L. VIII, 2. Incredibile quantum ea res apud omnes nationes Philippo gloriae dedit. Illum vindicem ſacrilegii, illum ultorem religionum: quod orbis viribus expiari debuit, illum qui piacula exigeret extitiſſe. Dignum itaque qui Diis proximus habeatur, per quem deorum majeſtas vindicata. Adde Demoſthen. Or. de Pac. p. 42. P. Wess.

67. Ἀρχιτέκτων τῆς καταλήψεως] Ita ἀρχιτέκτων τῶν κακῶν in Excerpt. Valeſ. p. 305. Princeps & architectus ſceleris in Or. Ciceron. pro Cluent. C. 22. De voluntaria Philomeli nece ſupr. C. 31. P. Wess.

73. Καταναλώσας [illegible]] Vid. hujus lib. C. 37. & de Phaylli tabe C. 38. P. Wess.

83. Μετὰ τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας φυγὴν] Atqui fide accepta libere diſceſſit, nulla conſtrictus captivitate C. 60. Itaque aut ſupervacanea praepoſitio eſt, aut laxius accipiendum αἰχμαλωσίας vocabulum. P. Wess.

88. Τέσσαρας ἔχων ἡμιολίας] Infra L. XIX. 65. [illegible] ἡμιολίας vocat, firmans ſcriptorum Codd. lectionem. Sed leve id & paene arbitrarium eſt. Quae vero fuerint ἡμιολίαι & qua amplitudine, poſt ſolicitam virorum doctorum inquiſitionem nondum adparet certo. Vide ſis Cl. Salmaſium Obſerv. in Jus Att. & Rom. C. 28. p. 723. & Jo. Scheffer. Milit. Nav. L. II, 2. P. Wess.

11. Τὴν Κιναιθῶν] Hoc melius & mox [illegible]. Sic enim ſolet

ἀλλήλοις ἐδίδοσαν, ὑπονοοῦντες μηδένα μεταπέμψασθαι σφᾶς. οὔτε γὰρ ἡγεμόνας ἑώρων ἀπὸ τῶν ἐπικαλουμένων συμπλέοντας, οὔτε ὁ πλοῦς ἦν ὀλίγος, ἀλλὰ [i] πλοῦς ὑπέκειτο μέγας καὶ χαλεπός. διόπερ ἀπιστοῦντες ἅμα τοῖς λεγομένοις, καὶ φοβούμενοι τὴν διαπόντιον στρατείαν, συνίσταντο, καὶ μάλισθ' οἱ τὰς ἡγεμονίας ἔχοντες τῶν μισθοφόρων. τέλος δὲ, σπασάμενοι τὰ ξίφη, καὶ καταπληξάμενοι τόν τε Φάλαικον καὶ τὸν κυβερνήτην, ἠνάγκασαν εἰς τοὔπισω πάλιν ἀποπλεῖν. τὸ δ' αὐτὸ καὶ τῶν ἐν τοῖς ἄλλοις πλοίοις κομιζομένων ποιησάντων, κατέπλευσαν εἰς τὴν Πελοπόννησον. ἀθροισθέντες δ' εἰς [k] Μαλέαν ἄκραν τῆς Λακωνικῆς, ἐκεῖ κατέλαβον ἐκ Κρήτης καταπεπλευκότας τοὺς [l] Κνωσσίων πρέσβεις ἐπὶ συναγωγῇ μισθοφόρων. ὧν διαλεχθέντων τῷ τε Φαλαίκῳ καὶ τοῖς ἡγεμόσι, καὶ διδόντων ἀξιολόγους μισθοὺς, μετὰ τούτων ἅπαντες ἐξέπλευσαν. καταπάραντες δὲ τῆς Κρήτης εἰς [m] Κνωσσὸν, εὐθὺς ἐξ ἐφόδου πόλιν κατελάβοντο τὴν καλουμένην Λύκτον. τοῖς δὲ Λυκτίοις ἐκ τῆς πατρίδος ἐκπεπτωκόσι παράδοξος καὶ σύντομος ἐφάνη βοήθεια. περὶ γὰρ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Ταραντῖνοι διαπολεμοῦντες πρὸς Λευκανοὺς, καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους, ὄντας προγόνους ἑαυτῶν, πεμψάντων πρέσβεις περὶ βοηθείας, οἱ μὲν Σπαρτιᾶται διὰ τὴν συγγένειαν προθύμως ἔχοντες συμμαχῆσαι, ταχέως δύναμιν ἤθροιζον πεζικήν τε καὶ ναυτικὴν, καὶ ταύτης στρατηγὸν ἀπέδειξαν Ἀρχίδαμον τὸν βασιλέα· μελλόντων δ' ἀπαίρειν εἰς τὴν Ἰταλίαν, ἠξίωσαν οἱ Λύκτιοι πρῶτον αὐτοῖς βοηθῆσαι· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι πεισθέντες, καὶ πλεύσαντες εἰς τὴν Κρήτην, τοὺς μισθοφόρους ἐνίκησαν, τοῖς δὲ Λυκτίοις ἀνέσωσαν τὴν πατρίδα.

Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν Ἀρχίδαμος πλεύσας εἰς τὴν Ἰταλίαν, καὶ συμμαχήσας τοῖς Ταραντίνοις, ἔν τινι μάχῃ διαγωνισάμενος λαμπρῶς ἐτελεύτησεν, ἀνὴρ κατὰ μὲν τὴν στρατηγίαν καὶ τὸν ἄλλον βίον ἐπαινούμενος, κατὰ δὲ τὴν πρὸς Φωκεῖς συμμαχίαν μόνην βλασφημούμενος, ὡς [n] μάλιστα αἴτιος
458. γεγονὼς τῆς τῶν Δελφῶν καταλήψεως. Ἀρχίδαμος μὲν οὖν ἐβασίλευσε τῶν Λακεδαιμονίων ἔτη τρία πρὸς τοῖς εἴκοσι· τὴν δ' ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἆγις ὁ υἱὸς ἐβασίλευσεν ἔτη πεντεκαίδεκα. ἔπειτα οἱ μὲν Ἀρχιδάμου μισθοφόροι, μετεσχηκότες τῆς τοῦ μαντείου συλήσεως, ὑπὸ τῶν Λευκανῶν κατηκοντίσθησαν. ὁ δὲ Φάλαικος ἐκπεσὼν ἐκ τῆς Λύκτου, Κυδωνίαν πολιορκεῖν ἐπεχείρησε· κατασκευάσαντος δὲ αὐτοῦ μηχανὰς πολιορκητικὰς, καὶ προσάγοντος τῇ πόλει, κεραυνῶν πεσόντων, αὗται μὲν ὑπὸ τοῦ θείου πυρὸς κατεφλέχθησαν· τῶν δὲ μισθοφόρων πολλοὶ, παραβοηθοῦντες ταῖς μηχαναῖς, ὑπὸ τοῦ πυρὸς διεφθάρησαν· ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ στρατηγὸς Φάλαικος.

ſuſpicionem illam ventilarunt, quod a nemine arceſſiti eſſent. Neque enim duces ab expetentibus auxilia miſſos ſimul ire cernebant, neque exiguam, ſed bene longam, & moleſtiis pleniſſimam propoſitam habebant navigationem. Propterea non amplius credendum Phalaeco arbitrati, cum & tranſmarinam illam navigationem reformidarent, inter ſe conſpirant, ordinum apud mercenarios potiſſimum ductores, ſtrictiſque tandem gladiis tum Phalaecum, tum navis gubernatorem perterrefactos retro navigationem inſtituere cogunt. Idem cum feciſſent, qui in caeteris navibus erant, in Peloponneſum revertuntur. Et Maleam Laconiae promontorium ſimul appulſi, Gnoſſiorum ibi legatos, qui ad conſcribendum peregrinos milites forte advenerant, offendunt. Verbiſque inter hos & Phalaecum caeteroſque duces commutatis, cum largum prae manu ſtipendium numeraretur, omnes cum illis in Cretam tranſmittunt, Gnoſſumque transvecti, primo ſtatim incurſu urbem, quae Lyctus vocatur, capiunt. Sed Lyctiis patria ſede ita expulſis, inſperatum ſubito auxilium ſupervenit. Bellum per id tempus Tarentini cum Lucanis gerentes ad Lacedaemonios, majores ſuos, de ferendis ſuppetiis legatos miſerant, & Spartani, pro neceſſitudine cognationis, ad ſubveniendum illis promti, terreſtres ac navales copias, quibus Archidamum regem praefecerant, collectas habebant. Jamque in Italiam ſoluturis, rogatum Lyctii venerunt, ut ſibi prius opem ferrent. Inducti ad hoc Lacedaemonii in Cretam tranſiere, ac profligata conductitiorum Phalaeci manu, patriam ſuam Lyctiis vindicarunt. Olymp. CVIII. III.

63. Tum Archidamus in Italiam profectus, auxiliarem Tarentinis operam navat, & in praelio quodam egregie dimicans occumbit, vir artibus imperatoriis, caeteraque vita laudabilis, ſed ob ſocietatem Phocenſibus praeſtitam male audiens, ut praecipuus occupandae Delphorum urbis & templi inſtigator & auctor. Rex Lacedaemoniorum fuit annos XXIII. & ſucceſſorem habuit filium Agin per annos XV. poſt etiam milites, qui ſub Archidamo meruerant, & direptae quondam ex oraculo praedae conſortes fuerant, a Lucanis trucidati perierunt. Caeterum Phalaecus Lycto ejectus Cydoniae oppugnationem aggreditur. Dumque machinas proſternendis moenibus apparat, & propius ad urbem adducit, fulminis igne coelitus delapſi machinae cremantur, & magna pars militum, dum machinis ſuccurrunt, flammis illis correpti, abſumuntur. Inter quos erat dux ipſe Phalae-

i Videtur ſupervacaneum & ex praecedentibus repetitum.
k Μαλαίαν Reg. 2. Baſil.
l Κνωσίους Reg. 1.
m Κνωσὸν Idem. Bene. In Edd. Κνωσίων & Κνωσίους.
n Μάλιστ' αἴτιος Reg. 2.

ſolet Auctor. Vid. L. v, 77. P. Wess.

17. Τοῖς δὲ Λυκτίοις ἐκ πατρίδος &c.] Erant Cnoſſiis & Lyctiis, ut ſaepe vicinis, perpetuae inimicitiae, quarum finis idem qui Lycti: neque enim poſitae ſunt, niſi Lycto everſa, ut *Polyb.* L. iv, 54. & *Strabo* L. x. pag. 734. teſtantur. Implorant autem Lyctii Spartanos, quod eorum eſſent coloni, ſicuti ibid. *Polybius*, & eo prior *Ariſtoteles* Politic. L. ii, 8. indicant. Porro Λύττος & Λύττιοι ſcripti libri: antiquiſſimum tamen nomen Λύκτος & Λύκτιοι, ut apud *Homerum* & *Polybium* inque numis. Sita urbs erat loco celſiore: τὸ vero ἄνω καὶ ὑψηλὸν vocabant λύττον, auctoribus *Heſychio* & *Stephano*. Vid. *Ez. Spanh.* ad *Callim.* H. Apoll. v. 33. P. Wess.

31. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν Ἀρχίδαμος &c.] Meminit expeditionis *Strabo* L. vi. pag. 429. B., quae multo ſerius contigit. Autor una ſerie eorum calamitates exſequitur, qui ſacrilegii bellique Sacri fuerant participes. P. Wess.

35. Κατὰ δὲ τὴν πρὸς Φωκ. συμμαχίαν βλασφημούμενος] Illuſtrabit haec *Pauſanias* L. iii, 10. Vid. not. ad C. 24. P. Wess.

38. Ἐβασίλευσε — ἔτη τρία πρὸς τοῖς εἴκοσι] Conveniunt numeri, ſi repetas ab Archonte Nicophemo, ſub cujus praetura Ageſilaus in reditu ex Aegypto obiit ſupr. L. xv, 93., finiaſque in Archontis Chaerondae magiſtratu, quo Archidamus, re infeliciter geſta, in Italia occubuit. Vid. hujus lib. C. 89. P. Wess.

40. Ἔτη πεντεκαίδεκα] In his annis vitium ineſt. Regnavit poſt patris Archidami obitum per annos ix., ut bene infra C. 89. Deceſſit contra Antipatrum pro Graeciae libertate depugnans apud *Pauſan.* L. iii, 10., Archonte Athenis Ariſtophonte, quemadmodum in Noſtri L. xvii, 63. perſcriptum eſt. Peccatum acceptum referri debet ſcribae nimiae diligentiae. Ab Archia praetore, cujus in Praefectura mortem Archidami *Auctor* obiter memorat, ad Ariſtophontem anni abierunt ferme quindecim. Id hominem in errorem induit. P. Wess.

49. Ἐν οἷς ἦν — Φάλαικος] Ad obſeſſam Cretae Cydoniam, quod

Olymp. CVIII. III. laecus. Quamvis ſunt, qui a militum ſuorum quopiam, quem offenderat, confoſſum tradant. Pars militum ſuperſtes ab Eleis exſulibus conducta, in Peloponneſum tranſportatur, operamque ſuam ad oppugnandum populares illis navat. Sed cum Arcades Eleis auxiliati pugna exſules ſuperarent, magnus conductitiorum numerus caeditur, & reliqui ad IV. millia vivi capiuntur. Hinc facta inter Arcades & Eleos captivorum diviſione, Arcades ſuam partem ſub haſta vendiderunt. Sed Elei, propter nefas in oraculi direptione commiſſum, ſuos contrucidarunt.

64. Ad hunc modum ſacrilegii participes debitas Numini poenas expendêre. Nobiliſſimae etiam Graecorum civitates quae in partem ſacrilegii venerant, poſt ab Antipatro debellatae, imperium cum libertate perdiderunt. Quin & 544 principum in Phocide uxores, quae aurea ex Delphis monilia ſibi circumdederant, meritas impietatis poenas incurrerunt. Nam quae Helenes torquem geſtabat, in turpitudinem meretriciam prolapſa, formae elegantiam protervae ſcortatorum libidini proſtituit. Alia quae Eriphyles ornatum ſibi induerat, incenſis a filiorum natu maximo, Furiarum oeſtro ſtimulato, aedibus, viva cum domo conflagravit. Ad eum, quem diximus, modum Numen contemnere auſi poenas Diis perſolverunt. Contra, qui defenſionem oraculo praeſtitit Philippus, ex illo tempore ſubinde magis auctus, ob ſuam erga Numen pietatem, Graeciae totius imperator ad extremum fuit renunciatus, regnumque in Europa ampliſſimum ſibi paravit. Jam poſtquam belli ſacri hiſtoriam, quantum ſufficere nobis videtur, perſecuti ſumus, ad alterius generis res nos referemus.

65. In Sicilia Syracuſani tumultibus inteſtinis laborantes, cum vario multorum dominatu ſervilem ad modum premerentur, Corinthum legatos mittunt, per quos imperatorem, qui ſuſcepta urbis cura, illorum, qui tyrannidem affectant, cupiditatem infringat, ſibi dari petunt. Aequum Corinthiis videbatur, ſi generis primordia a ſe trahentibus ſubvenirent. Quare de mittendo illuc Timoleonte Timaeneti F. decretum faciunt. Primas hic fortitudinis & ſcientiae militaris tenebat, &, ut breviter dicam, omni virtutis genere exornatus erat. Sed peculiare ei quippiam evenit, quod, ut imperator deligeretur, non parum ei commodavit. Timophanes, ejus germanus, qui Corinthios opibus & confidentia praeſtabat, jamdudum affectati regni indicia non obſcura praebuerat. Sub id vero tempus egenos fovendo, armaque comparando, & improbiſſimum quemque ſibi aggregando, forum

ἔνιοι δέ φασιν αὐτὸν προσκόψαντά τινι τῶν μισθοφόρων, ὑπὸ τούτου σφαγῆναι. οἱ δὲ περιλειφθέντες τῶν μισθοφόρων, ἀναληφθέντες ὑπὸ τῶν Ἠλείων φυγάδων, εἰς τὴν Πελοπόννησον ἐκομίσθησαν, καὶ μετὰ τούτων ἐπολέμουν πρὸς Ἠλείους. Ἀρκάδων δὲ συναγωνισαμένων τοῖς Ἠλείοις, καὶ μάχῃ νικησάντων τοὺς φυγάδας, [o] πολλοὶ μὲν μισθοφόρων ἀνῃρέθησαν, οἱ δὲ περιλειφθέντες εἰς τετρακισχιλίους ἐζωγρήθησαν. διελομένων δὲ τῶν τε Ἀρκάδων καὶ Ἠλείων τοὺς αἰχμαλώτους, οἱ μὲν Ἀρκάδες τοὺς ἑαυτοῖς μερισθέντας ἅπαντας ἐλαφυροπώλησαν, οἱ δ' Ἠλεῖοι διὰ τὴν εἰς τὸ μαντεῖον παρανομίαν ἀπέσφαξαν.

Οἱ μὲν οὖν τῆς ἱεροσυλίας μετασχόντες τοῦτον τὸν τρόπον ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τιμωρίας ἠξιώθησαν. αἱ δ' ἐπισημόταται πόλεις, κοινωνήσασαι τῆς παρανομίας, ὕστερον ὑπ' Ἀντιπάτρου καταπολεμηθεῖσαι, τὴν ἡγεμονίαν ἅμα [p] καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀπέβαλον. αἱ δὲ τῶν ἐν Φωκεῦσιν ἡγεμόνων γυναῖκες, περιθέμεναι τοὺς χρυσοῦς ἐκ Δελφῶν ὅρμους, οἰκείας τῆς ἀσεβείας τιμωρίας ἔτυχον. ἡ μὲν γὰρ τὸν τῆς Ἑλένης γεγενημένον φορέσασα εἰς ἑταιρικὴν αἰσχύνην ἐνέπεσε, καὶ τὸ κάλλος προέβαλε τοῖς [q] ἐνυβρίζειν προαιρουμένοις· ἡ δὲ τὸν τῆς Ἐριφύλης περιθεμένη, τῆς οἰκίας ὑπὸ τοῦ πρεσβυτάτου τῶν υἱῶν ὑπὸ μανίας ἐμπυρισθείσης, μετὰ ταύτης ζῶσα κατεφλέχθη. οἱ μὲν οὖν τοῦ δαιμονίου καταφρονεῖν τολμήσαντες, τὸν εἰρημένον τρόπον ὑπὸ τῶν θεῶν τιμωρίας ἠξιώθησαν. Ὁ δὲ τούτῳ τῷ μαντείῳ βοηθήσας Φίλιππος, ἀπὸ τούτων τῶν χρόνων ἀεὶ μᾶλλον αὐξόμενος, τὸ τελευταῖον, διὰ τὴν εἰς τὸ θεῖον εὐσέβειαν, ἡγεμὼν ἀπεδείχθη τῆς Ἑλλάδος πάσης, καὶ μεγάλην βασιλείαν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην περιεποιήσατο. ἡμεῖς δὲ ἀρκούντως διεληλυθότες τὸν ἱερὸν πόλεμον, ἐπάνιμεν ἐπὶ τὰς ἑτερογενεῖς πράξεις.

Κατὰ γὰρ τὴν Σικελίαν Συρακούσιοι στασιάζοντες 459. πρὸς ἀλλήλους, καὶ τυραννίσι πολλαῖς [r] καὶ μεγάλαις καὶ ποικίλαις δουλεύειν ἀναγκαζόμενοι, πρέσβεις ἐξέπεμψαν εἰς Κόρινθον, ἀξιοῦντες αὐτοῖς ἀποστεῖλαι στρατηγὸν τὸν ἐπιμελησόμενον τῆς πόλεως, καὶ καταλύσοντα τὰς τῶν τυραννεῖν ἐπιβαλλομένων πλεονεξίας. οἱ δὲ, κρίναντες δίκαιον εἶναι τοῖς ἀπογόνοις βοηθεῖν, ἐψηφίσαντο πέμπειν στρατηγὸν Τιμολέοντα [s] Τιμαινέτου, πρωτεύοντα τῶν πολιτῶν ἀνδρείᾳ τε καὶ συνέσει στρατηγικῇ, καὶ καθόλου πάσαις ταῖς ἀρεταῖς κεκοσμημένον. ἴδιον δέ τι συνέβη περὶ τὸν ἄνδρα συμπεσεῖν, ὃ συνελάβετο αὐτῷ πρὸς τὴν τῆς στρατηγίας αἵρεσιν. Τιμοφάνης γὰρ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, προέχων τῶν Κορινθίων πλούτῳ τε καὶ τόλμῃ, πάλαι μὲν ἦν φανερὸς τυραννίδος ὀρεγόμενος. τότε δὲ τοὺς ἀπόρους ἀναλαμβάνων, καὶ πανοπλίας κατασκευαζόμενος, καὶ τοὺς πονηροτάτους ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ, κατὰ τὴν ἀγορὰν περιῄει, οὐ προσποιούμενος ὅτι τύ-

o Πολλοὶ τῶν μισθοφ. Reg. 1. p Καὶ τὴν ἐλ. idem cum *Baſil.* quod ſequor. Deerat articulus ceteris. q Ὑβρίζειν *Baſil.* r Duobus his aſteriſcum adſcripſit *Steph.* s Timaneti *Coſpus.*

quod incolae pecuniam conferre recuſarent, exſtinctum eſſe Phalaecum, ſignificat quoque *Pauſanias* L. x, 2. P. Wess.

52. Ὑπὸ τῶν Ἠλείων φυγάδων] Seditionem, qua ſub hoc tempus Elei συγγενεῖ αἵματι καὶ πολιτικῷ μιαιφονοῦσι inſtituerunt, tangit *Demoſthenes* Or. περὶ Παραπρ. p. 256., culpam facinoris in Philippum invidioſe conferens. P. Wess.

70. Ἡ μὲν γὰρ τὸν τῆς Ἑλένης γεγενημένον &c.] Rem eamdem ex *Demophilo* commemorat *Athen.* L. vi. p. 232. A. P. Wess.

73. Ἡ δὲ τὸν τῆς Ἐριφύλης &c.] De fatali hoc monili *Apollodorus* Bibl. L. iii, 7, 7. p. 186. & *Athen.* cit. loc. Abſtulit id Phayllus, donoque miſit Ariſtonis Oetaei uxori, quam amabat. Mulier, poſtquam aliquot in annos eo ſeſe jactaverat, incenſa a *minore filio*, ſed furore correpto, domo, una cum aedibus deflagravit. Sic *Parthenius* Erot. C. 25. At *Plut.* de Ser. Num. Vind. p. 553. D. Ariſtonem ipſum, permittentibus Tyrannis, detractum id monile uxori miſiſſe: filium vero matri quibuſdam ex cauſſis iratum domo ignem ſubjeciſſe eamque pariter cum matre exuſſiſſe; diſcrimine haud magno. P. Wess.

81. Καὶ μεγάλην βασιλείαν] *H. Steph.* non dubitat, quin μεγίστην *Diodorus* ſcripſerit: cui non refragor. Vide hujus libri initium, & Exc. *Valeſ.* p. 338. P. Wess.

86. Καὶ τυραννίσι πολλαῖς καὶ μεγάλαις] Si addixiſſent ſchedae veteres bina ultima induxiſſem. Solet enim Auctor πολλὰς καὶ ποικίλας frequenter connectere, omiſſis ceteris. Vid. L. xvii, 13. *Rhodomani* non alia eſt ſententia. Ceterum preſſi fuerant Syracuſani poſt Hipparini necem Nyſaei, ſic enim ſcripſit *Plutarchus*, & ſua aetate legit *Gemiſt. Pletho*, tyrannide, quo dejecto redierat in priſtinam poſſeſſionem Dionyſius, cum maxime bello petitus ab Hiceta, dominationi itidem inhiante. Haec ex *Plut.* princip. Timoleont. P. Wess.

92. Ti-

τύραννος εἶναι, τὰ δὲ τῆς τυραννίδος ἔργα διαπραττόμενος. ὁ δὲ Τιμολέων, ἀλλοτριώτατος ὢν μοναρχίας, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρει πείθειν τὸν ἀδελφὸν ἀποστῆναι τῆς ἐπιβολῆς· ὡς δ' οὐχ ὑπήκουεν, ἀλλ' ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐπέθετο τῇ τόλμῃ, ἀδυνατῶν αὐτὸν λόγῳ διορθώσασθαι, περιπατοῦντα κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀπέσφαξε. θορύβου δὲ γενομένου, καὶ τῶν πολιτῶν συνδραμόντων, διά τε τὸ παράδοξον καὶ τὴν δεινότητα τῆς πράξεως, στάσις ἐγένετο. οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν δεῖν ὡς ἐμφύλιον φόνον πεπραχότα τὸν Τιμολέοντα τυγχάνειν τῆς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίας, οἱ δὲ τἀναντίον ἀπεφαίνοντο ἐπαινεῖν τὸν ἄνδρα ὡς τυραννοκτόνον. τῆς δὲ γερουσίας συνεδρευούσης ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, καὶ τῆς περὶ τὴν πρᾶξιν ἀμφισβητήσεως ἐπὶ τὸ συνέδριον ἀναπεμφθείσης, οἱ μὲν ἐχθροὶ τοῦ Τιμολέοντος κατηγόρουν, οἱ δὲ χαριέστεροι συνηγοροῦντες συνεβούλευον σώζειν τὸν ἄνδρα. Ἀκρίτου δ' ἔτι τῆς ζητήσεως οὔσης, κατέπλευσαν ἐκ τῶν Συρακουσῶν οἱ πρέσβεις, καὶ τῇ γερουσίᾳ τὰς ἐντολὰς δηλώσαντες, ἠξίουν τὴν ταχίστην ἀποστεῖλαι τὸν στρατηγόν. ἔδοξεν οὖν τῷ συνεδρίῳ πέμπειν τὸν Τιμολέοντα, καὶ πρὸς τὸ κατορθῶσαι τὴν πρᾶξιν, ξένας τινὰς καὶ παραδόξους αἱρέσεις αὐτῷ προέθηκαν. διεβεβαιώσαντο γὰρ, ἐὰν μὲν καλῶς ἄρξῃ τῶν Συρακουσίων, κρίνειν αὐτὸν τυραννοκτόνον· ἐὰν δὲ [t] πλεονεκτικώτερον, ἀδελφοῦ φονέα. ὁ δὲ Τιμολέων οὐχ οὕτω διὰ τὸν
460. ἐπικρεμασθέντα φόβον ὑπὸ τῆς γερουσίας, ὡς διὰ τὴν ἀρετὴν, καλῶς καὶ συμφερόντως προέστη τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν πραγμάτων. Καρχηδονίους μὲν γὰρ κατεπολέμησε, τὰς δὲ [v] κατεσκαμμένας ὑπὸ τῶν Βαρβάρων Ἑλληνίδας πόλεις ἀποκατέστησε, πᾶσαν δὲ Σικελίαν ἠλευθέρωσε· καθόλου δὲ τὰς Συρακούσας καὶ τὰς Ἑλληνίδας πόλεις παραλαβὼν ἐρήμους, ἐποίησε πολυανθρωπίᾳ διενεγκεῖν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων τὰ κατὰ μέρος [x] μικρὸν ὕστερον ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις ἀναγράψομεν· νῦν δὲ ἐπὶ τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας μεταβιβάσομεν τὸν λόγον.

Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησιν Εὐβούλου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Φάβιον καὶ Σερούιον Σουλπίκιον· ἐπὶ δὲ τούτων, Τιμολέων ὁ Κορίνθιος, προκεχειρισμένος ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἐπὶ τὴν ἐν Συρακούσαις στρατηγίαν, παρεσκευάζετο πρὸς τὸν εἰς τὴν Σικελίαν ἔκπλουν. ἑπτακοσίους μὲν οὖν ξένους ἐμισθώσατο, στρατιωτῶν δὲ [y] τέσσαρας τριήρεις πληρώσας, καὶ ταχυναυτούσας τρεῖς, ἐξέπλευσεν ἐκ Κορίνθου. ἐν παράπλῳ δὲ παρὰ Λευκαδίων καὶ [z] Κερκυραίων τρεῖς ναῦς προσλαβόμενος, ἐπεραιοῦτο [a] δέκα ναυσὶ τὸν [b] Ἰόνιον καλούμενον πόρον. ἴδιον δέ τι καὶ παράδοξον συνέβη γενέσθαι τῷ Τιμολέοντι κατὰ τὸν πλοῦν, τοῦ δαιμονίου συνεπιλαβομένου τῆς ἐπιβολῆς, καὶ προσημαίνοντος τὴν ἐσομένην περὶ αὐτὸν εὐδοξίαν καὶ λαμπρότητα τῶν πράξεων. δι' ὅλης γὰρ τῆς νυκτὸς προηγεῖτο λαμπὰς [c] καιομένη κατὰ τὸν οὐρα-

Olymp. CVIII. III.

obibat: tyrannum quidem ſe eſſe diſſimulans, interim tamen opera tyrannidis exercens. At Timoleon, ab unius dominatione quam maxime abhorrens, initio argumentis permovere fratrem, ut a coepto deſiſteret, conabatur. Poſtquam ille non modo non audiret, ſed indies etiam audaciores conciperet ſpiritus: quoniam verbis ad ſaniorem reduci mentem nequiret, in foro deambulans hominem obtruncat. Hinc tumultus excitatur, dumque cives ad facinus tam inſolens & atrox concurrunt, res in ſeditionem abit, Pars enim Timoleonti, quod civili ſanguine dextram imbuiſſet, poenam legibus conſtitutam infligi debere, cenſebant. Alii contra virum hunc, ut tyrannicidam, laudibus adficiendum eſſe, contendebant. Senatus propterea in curia fit conſeſſus, & controverſia ad Senatum delata, inimici Timoleontem acerbiſſime criminantur; Sed qui ad aequitatem propenſiores erant, patrocinio viri ſuſcepto, impunitatem illi tribuendam eſſe, conſulunt. Necdum deciſa fuerat quaeſtio, cum legati Syracuſis advecti, expoſitis in curia mandatis, quam maturrime imperatorem ſibi mitti petunt. Timoleontem ergo mitti Senatui placet, utque rem tanto melius gerat, inuſitatam quandam miramque optionem illi proponunt. Nam ſi probe Syracuſis imperium geſſerit, tyrannicidam ſe illum judicaturos; ſin avarius, pro fratris interfectore habituros confirmant. Timoleon ergo non tam metu periculi, quod a Senatu impenderet, quam ſtudio virtutis, excitatus, praeclare & utiliter rebus in Sicilia praefuit. Nam Carthaginenſes debellavit, urbes Graecas a Barbaris everſas reſtituit, totique Siciliae libertatem reparavit, Syracuſas denique & urbes Graeci nominis deſolatas nactus, incolarum frequentia honeſtavit. Verum de his brevi poſt, ſuo convenienter loco, diſſeremus. Nunc ad cohaerentem hiſtoriae partem calamus nobis transferetur. 545.

Olymp. CVIII. IV.

66. Jam Archontis praeturam Athenis Eubulus, Romae conſulatum M. Fabius & Serv. Sulpicius adminiſtrabant, cum Timoleon Corinthius, ſupremus militiae Syracuſanae dux a civibus ſuis creatus, navigationem in Siciliam adornabat, Iocc. igitur exteris ſtipendio conductis, & IV. triremibus, cum quibus III. celeres ac expeditae erant conjunctae, impletis, Corintho ſolvit. In transcurſu deinde tres naves a Leucadiis & Corcyraeis adjunxit. Atque ita cum X. navium claſſe Ionium, quem vocant, ſinum trajecit. In hoc tranſitu peculiare quippiam & inſolens Timoleonti obvenit, quo Numen, ſuſceptum ab eo negotium adjuvans, futuram ipſius gloriam, & rerum gerendarum claritudinem, portendit. Per totam enim noctem ardens in coelo fax iter facientem praeceſſit,

t Πλεονεκτικῶς Venet. v Καλασκαπτομένας Baſil. x Exſulant haec duo ex Reg. 1. & poſſunt ſine jactura abeſſe. y Πέντε Steph. ora & Venet. z Κορκ. Vat. Baſil. a Δέκα καὶ μιᾷ in Steph. marg. cum Venet. b Ἰόνιον Baſil. c Καιομένη Vat. Baſil. Reg. 1.

92. Τιμολέοντα Τιμαινέτου] Τὸν Τιμοδήμου Plut. Timol. p. 277. A., uter melius, non temere adfirmavero. P. Wess.

7. Ἀεὶ καὶ μᾶλλον] Vid. not. in L. XI, 23. P. Wess.

8. Περιπατοῦντα κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀπέσφαξε] Aliter Corn. Nepos Timol. C. 1. Timoleon *fratrem tyrannum interficiendum curavit. Ipſe non modo manus non attulit, ſed ne adſpicere quidem fraternum ſanguinem voluit.* quicum conſentit Plut. Timol. p. 237. E. P. Wess.

25. Διεβεβαιώσαντο γὰρ, ἐὰν μὲν &c.] Teleclidi, civitatis principi, dictum hoc Plut. tribuit, id praeterea docens, inter Timophanis caedem & imperium hoc Timoleonti traditum interceſſiſſe ad viginti annos. Vide Timol. ejus p. 238. E. P. Wess.

40. Εὐβούλου] Vide Sylburg. ad Dionyſii Dinarch. pag. 116. P. Wess.

41. Μάρκον Φάβιον καὶ Σερούιον Σουλπίκιον] Hos quadriennio poſt edit Livius L. VII, 28. L. Rhod.

Μάρκον Φάβιον καὶ Σ. Σουλπίκιον] Secutus & hic Diodorus alios eſt Faſtos. Conf. Pigh. ad ann. CDVIII. P. Wess.

46. Τέσσαρας τριήρεις πληρώσας] Totidem illi naves ad hanc expeditionem dat Plut. Timol. p. 239. C., Ariſtoteles Rhet. ad Alexand. ſect. 9. p. 181. duntaxat novem. P. Wess.

55. Προηγεῖτο λαμπὰς καιομένη κατὰ τὸν οὐρανὸν] Thraſybulo, in Athenienſium tyrannos moventi ex Phyla, ſimile ſeſe prodigium obtulit. Clemens Alexandrinus Stromat. L. 1. p. 418. τῷ Θρασυβούλῳ νύκτωρ — πῦρ ἐφάνη προηγούμενον, ὅπερ αὐτοὺς ἀσφαλῶς προπέμψαν κατὰ τὴν Μουνυχίαν ἐξέλιπε. Quin & *Aeneam ex quo de Troja egreſſus eſt, Veneris per diem quotidie ſtellam vidiſſe, donec ad agrum Laurentium veniret*, ex Varrone refert Servius in Aeneid.

Olymp. CVIII. IV. ſit, donec claſſem Italiae advertit. Jam ante Timoleon Corinthi a Cereris & Proſerpinae Sacerdotibus inaudiverat, ipſas Dearum nuncio per quietem edoctas eſſe, futurum, ut cum Timoleonte in conſecratam ſibi inſulam navigarent. Timoleon proinde comiteſque laetos habebant animos, quod Dii coeptis favore & ope ſua adſpirarent. Optimam igitur navium, Dearum Numini dicatam, Cereri ac Proſerpinae ſacram nominari juſſit. Jamque citra omne periculum claſſis Metapontum Italiae contigerat, cum triremis, Carthaginenſium legatos vehens, occurrit. Hi cum Timoleonte colloquio inſtituto, ne belli initium faciat, neve Siciliae pedem inferat, proteſtantur. At ille a Rheginis armorum ſocietatem pollicitantibus advocatus, Metaponto citra moram diſcedit, adventus ſui famam antevertere properans. Majorem enim in modum verebatur, ne Poeni maris potentes tranſitum in Siciliam praecluderent. Summa idcirco diligentia Rhegium trajicere maturat.

67. Carthaginenſes vero paulo ante hoc tempus de belli per Siciliam exarſuri magnitudine certiores facti, erga confoederatas Siciliae civitates benigne ſe gerere, cum tyrannis Inſulae deciſis controverſiis amicitiam jungere; in primis vero Hicetam Syracuſanorum principem, quod potentia caeteros anteiret, ſibi conciliare. Tandem magnis inſtructi copiis tam pedeſtribus quam navalibus, in Siciliam, Hannone duce, transmittunt. Naves illis erant longae CL. terreſtris exercitus L. millia, currus CCC. & bigarum ſupra CIↃ. CIↃ. & ultra haec arma telaque omnis generis, & machinarum oppugnationibus deſtinatarum ingens numerus; frumenti denique rerumque aliarum, quae bellorum uſibus inſerviunt, copia fere immenſa. Primamque omnium Entellinorum urbem aggreſſi, pervaſtatis agris, oppidanos, intra moenia concluſos, obſident. Urbem tunc Campani tenebant; qui multitudine hoſtium perterriti, urbes caeteras, quibus odia cum Poenis intercedebant, de ferendis auxiliis ſollicitant. Aliorum quidem nemo poſtulatis illorum aſſenſit. Soli modo Galerini CIↃ. armaturae gravis ſubſidio miſerunt. Quos tamen in itinere obviam facti Carthaginenſes multitudine circumventos ad unum omnes contrucidarunt. Campani quidem Aetnam inhabitantes auxiliis Entellam, conſanguinitate devincti, ſublevare initio parati erant, ſed clade Galerienſium audita, bello abſtinere ſatius fore duxerunt.

546. 68. Tum vero temporis Dionyſius priſtinum in Syracuſas imperium exercebat. Hicetas ergo va-

νὸν, [d] μέχρις οὗ συνέβη τὸν στόλον εἰς τὴν Ἰταλίαν καταπλεῦσαι. ὁ δὲ Τιμολέων προακηκοὼς ἦν ἐν Κορίνθῳ τῶν τῆς Δήμητρος καὶ Κόρης ἱερειῶν, ὅτι κατὰ τὸν ὕπνον αὐταῖς αἱ θεαὶ [e] προηγγείλαν συμπλεύσεσθαι τοῖς περὶ τὸν Τιμολέοντα κατὰ τὸν πλοῦν τὸν εἰς τὴν ἱερὰν αὐτῶν νῆσον. διόπερ ὁ Τιμολέων καὶ οἱ συμπλέοντες περιχαρεῖς ἦσαν, ὡς τῶν θεῶν συνεργησουσῶν αὐτοῖς, τὴν δ' ἀρίστην τῶν νεῶν καθιερώσας ταῖς θεαῖς ὁ Τιμολέων, ὠνόμασεν αὐτὴν Δήμητρος καὶ Κόρης ἱεράν. καταπλεύσαντος δὲ τοῦ στόλου χωρὶς κινδύνων εἰς [f] τὸ Μεταπόντιον τῆς Ἰταλίας, ἐπικατέπλευσε Καρχηδονία τριήρης, ἔχουσα πρεσβευτὰς Καρχηδονίους. οὗτοι δ' ἐντυχόντες τῷ Τιμολέοντι, διεμαρτύραντο μὴ κατάρχειν πολέμου, μηδ' ἐπιβαίνειν τῇ Σικελίᾳ. ὁ δὲ Τιμολέων, ἐπικαλεσαμένων αὐτὸν τῶν Ῥηγίνων, καὶ συμμαχήσειν ἐπαγγελλομένων, ἐξέπλευσεν εὐθέως ἐκ τοῦ Μεταποντίου, σπεύδων φθάσαι τὴν περὶ αὐτοῦ φήμην. σφόδρα γὰρ εὐλαβεῖτο μὴ ποτε Καρχηδόνιοι θαλασσοκρατοῦντες κωλύσωσιν αὐτὸν εἰς Σικελίαν διαπλεῦσαι. οὗτος μὲν οὖν κατὰ σπουδὴν ἐτέλει τὸν εἰς Ῥήγιον πλοῦν.

Καρχηδόνιοι δὲ βραχὺ πρὸ τούτων τῶν χρόνων 461. πυθόμενοι τὸ μέγεθος τοῦ κατὰ Σικελίαν ἐσομένου πολέμου, ταῖς μὲν κατὰ Σικελίαν συμμαχίσι πόλεσι φιλανθρώπως προσεφέροντο, καὶ πρὸς τοὺς κατὰ τὴν νῆσον τυράννους τὰς διαφορὰς καταλυσάμενοι, φιλίας συνέθεντο· μάλιστα δὲ πρὸς Ἱκέταν τὸν τῶν Συρακοσίων δυναστεύοντα, διὰ τὸ τοῦτον πλεῖον ἰσχύειν. αὐτοὶ δὲ πολλὴν δύναμιν ναυτικήν τε καὶ πεζὴν [g] παρασκευασάμενοι, διεβίβασαν εἰς Σικελίαν, Ἄννωνα στρατηγὸν ἐπιστήσαντες. εἶχον δὲ μακρὰς ναῦς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, στρατιώτας δὲ πεζοὺς μὲν πεντακισμυρίους, ἅρματα δὲ τριακόσια, συνωρίδας δὲ ὑπὲρ τὰς δισχιλίας, χωρὶς δὲ τούτων, ὅπλα καὶ βέλη παντοδαπά, καὶ μηχανὰς πολιορκητικὰς παμπληθεῖς, καὶ σίτου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων πλῆθος ἀνυπέρβλητον. ἐπὶ πρώτην δὲ τὴν τῶν Ἐντελλίνων πόλιν ἐλθόντες, τήν τε χώραν ἐδῄωσαν, καὶ τοὺς ἐγχωρίους εἰς πολιορκίαν συνέκλεισαν. οἱ δὲ τὴν πόλιν κατοικοῦντες Καμπανοί, καταπλαγέντες τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως, ἐξέπεμψαν εἰς τὰς ἄλλας πόλεις τὰς ἀλλοτρίως διακειμένας πρὸς Καρχηδονίους, περὶ βοηθείας. τῶν μὲν οὖν ἄλλων οὐδεὶς ὑπήκουσεν· οἱ δὲ τὴν Γαλερίαν πόλιν οἰκοῦντες ἐξέπεμψαν αὐτοῖς στρατιώτας ὁπλίτας χιλίους. τούτους δ' ὑπαντήσαντες οἱ Φοίνικες, καὶ περιχυθέντες τῷ πλήθει, πάντας κατέκοψαν. οἱ δὲ τὴν Αἴτνην κατοικοῦντες Καμπανοὶ τὸ μὲν πρῶτον παρεσκευάζοντο συμμαχίαν ἐκπέμπειν εἰς τὴν Ἔντελλαν, διὰ τὴν συγγένειαν· μετὰ δὲ ταῦτα τὴν τῶν Γαλερίνων συμφορὰν ἀκούσαντες, ἔκριναν ἡσυχίαν ἄγειν.

Τοῦ δὲ Διονυσίου κυριεύοντος τῶν Συρακουσῶν, Ἱκέτας ἔχων περὶ αὐτὸν ἀξιόλογον δύναμιν, ἐστράτευσεν

d Μέχρι Reg. 2. e Προηγγ. Reg. 1. Baſil. Vulgo προσηγγ. Baſil. f Deſit articulus Reg. 1. & Baſil. g Κατασκευασάμενοι. Vat. Reg. 1.

neid. L. 1, 386. Quorum ego hoc fabuloſum, illud dubiae fidei, certe nuſquam alibi memoriae proditum, opinor. Fax, qua de *Diodorus*, etſi cauſſis naturalibus tribui poſſit, ejuſdem videtur generis, fortaſſe etiam ex *Timaeo*, qui Timoleontis geſtas res mirifice extulit, *Polybio* teſte Excerpt. pag. 1399., ſumta. Nollem quidem certe admotam illuſtrandae Stellae, qua duce magi Chriſtum venerati ſunt, ut *Sacris* in Nov. Teſt. *Obſervationibus* factum video. Cautius multo Celeb. *Camp. Vitringa* Obſervat. L. v, 16. P. Wess.

59. Αἱ θεαὶ προηγγείλαν] Hoc malui, quippe opportunius. Vide *Plutarchum* Timol. p. 239. D. P. Wess.

66. Εἰς τὸ Μεταπόντιον] Sic Graeci, quos preſſius ſecutus Interpres erat. Latini *Metapontum* vocare ſolent. Conf. *Ph. Cluver.* Ital. Antiq. L. iv. p. 1277. P. Wess.

83. Πρὸς Ἱκέταν τὸν τῶν Συρακ. δυναστεύοντα] Fuit ex Dionis amicis, cujus tamen familiae non conſtanter ſavit, ut ex *Plut.* extrema Dion. vita cognoſces. Callippo interfecto, quum Hipparinus & dein Nyſaeus Tyrannide Syracuſanos premerent, rediret etiam Dionyſius, viſus eſt dominationi Tyrannorum inimiciſſimus, ſed revera id animo agitans, ut patriam ejuſque libertatem peſſum daret. Docet idem *Plut.* princip. Timol. Ad eum referunt Syracuſanorum nummos, ΕΠΙ ΙΚΕΤΑ inſcriptos, in Theſ. Brand. T. 1. p. 387. & *Paruta* Tab. xxxv. &c., qui alius & longe quidem ſerioris ſunt: neque enim hic de Syracuſanis

τευσεν ἐπὶ τὰς Συρακούσας· καὶ τὸ μὲν πρῶτον χάρακα βαλόμενος περὶ τὸ [h] Ὀλύμπιον, διεπολέμει τῷ κρατοῦντι τῆς πόλεως [i] Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ. χρονιζούσης δὲ τῆς πολιορκίας, καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐκλιπόντων, ὁ μὲν Ἱκέτας ἀνέζευξεν εἰς Λεοντίνους (ἐκ ταύτης γὰρ ὡρμᾶτο τῆς πόλεως) ὁ δὲ Διονύσιος ἐπακολουθήσας αὐτοῖς, καὶ καταλαβὼν τὴν οὐραγίαν, συνεστήσατο μάχην. Ὁ δ' Ἱκέτας ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸν Διονύσιον, συνῆψε μάχην, καὶ πλείους τῶν τρισχιλίων μισθοφόρους ἀνελὼν, τοὺς λοιποὺς φυγεῖν ἠνάγκασεν. ἔτι δὲ τῷ διωγμῷ χρησάμενος, καὶ συνεισπεσὼν τοῖς φεύγουσιν εἰς τὴν πόλιν, ἐκράτησε τῶν Συρακουσῶν πλὴν τῆς Νήσου. καὶ τὰ μὲν περὶ τὸν Ἱκέταν καὶ Διονύσιον ἐν τούτοις ἦν. Τιμολέων δὲ μετὰ τὴν κατάληψιν τῶν Συρακουσῶν τρι-
462. σὶν ἡμέραις ὕστερον κατέπλευσεν εἰς τὸ Ῥήγιον, καὶ καθωρμίσθη πλησίον τῆς πόλεως. ἐπικαταπλευσάντων δὲ καὶ τῶν Καρχηδονίων εἴκοσι τριήρεσι, καὶ τῶν Ῥηγίνων συνεργούντων τῷ Τιμολέοντι, καὶ κοινῆς ἐκκλησίας ἐν τῇ πόλει συναχθείσης, καὶ περὶ συλλύσεως [k] δημηγορουμένων, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι, διαλαβόντες τὸν Τιμολέοντα πεισθήσεσθαι τὸν εἰς Κόρινθον ἀπόπλουν ποιήσασθαι, ῥαθύμως εἶχον τὰ κατὰ τὰς φυλακάς· ὁ δὲ Τιμολέων οὐδεμίαν ἔμφασιν διδοὺς τοῦ δρασμοῦ, αὐτὸς μὲν πλησίον τοῦ βήματος [l] ἔμεινε, λάθρα δὲ παρήγγειλε τὰς ἐννέα ναῦς ἀποπλεῦσαι τὴν ταχίστην. περισπωμένων δὲ τῶν Καρχηδονίων ταῖς ψυχαῖς περὶ τοὺς ἐγκαθέτως δημηγοροῦντας μακρῶς τῶν Ῥηγίνων, ἔλαθεν ὁ Τιμολέων διαδρὰς ἐπὶ τὴν ἀπολελειμμένην ναῦν, καὶ ταχέως ἐξέπλευσεν. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι καταστρατηγηθέντες, ἐπεβάλοντο διώκειν τοὺς περὶ τὸν Τιμολέοντα. ἐκείνων δὲ προειληφότων ἱκανὸν διάστημα, καὶ τῆς νυκτὸς ἐπιλαβούσης, ἔφθασαν οἱ περὶ τὸν Τιμολέοντα ἀποπλεύσαντες εἰς τὸ Ταυρομένιον. ὁ δὲ τῆς πόλεως ταύτης ἡγεμὼν, διαπαντὸς προφρονούμενος τὰ τῶν Συρακουσίων, Ἀνδρόμαχος φιλοφρόνως ὑπεδέξατο τοὺς διασωθέντας, καὶ πολλὰ συνεβάλετο πρὸς τὴν σωτηρίαν αὐτῶν. μετὰ δὲ ταῦτα, ὁ μὲν Ἱκέτας ἀναλαβὼν τῶν στρατιωτῶν τοὺς ἀρίστους πεντακισχιλίους, ἐστράτευσεν ἐπὶ τοὺς Ἀδρανίτας, ἀντιπράττοντας αὐτῷ, καὶ πλησίον τῆς πόλεως κατεστρατοπέδευσεν· ὁ δὲ Τιμολέων, προσλαβόμενος παρὰ τῶν Ταυρομενιτῶν στρατιώτας, ἀνέζευξεν ἐκ τοῦ Ταυρομενίου, τοὺς ἅπαντας ἔχων οὐ πλείους τῶν χιλίων. προχωρήσας δὲ τῆς νυκτὸς ἀφορμήσας, καὶ διανύσας ἐπὶ [m] τὸ Ἀδρανὸν δευτεραῖος, ἀνελπίστως ἐπέθετο τοῖς περὶ τὸν Ἱκέταν δειπνοποιουμένοις. παρεισπεσὼν δ' εἰς τὴν παρεμβολὴν, καὶ φονεύσας πλείους τῶν [n] τριακοσίων, ζωγρήσας δὲ περὶ ἑξακοσίους, τῆς παρεμβολῆς ἐκράτησε. τούτῳ δὲ τῷ στρατηγήματι ἕτερον ἐπισυνάψας, παραχρῆμα ἐπὶ τὰς Συρακούσας ἀφώρμησε, καὶ δρομαῖος τὴν ὁδὸν διανύσας, ἀπροσδοκήτως προσέπεσε ταῖς Συρακούσαις, καταταχήσας τοὺς ἀπὸ τῆς τροπῆς φεύ-

lidam eo minum duxit, caſtriſque foſſa valloque ad Olympium munitis, Dionyſium, pro tyranno in urbe ſe gerentem, oppugnabat. Sed protracta ad tempus aliquod obſidione, propter commeatus inopiam Hicetas ad Leontinos (ex hac enim urbe expeditiones faciebat) exercitum abduxit. Conſectatus eum Dionyſius, dum agmen extremum laceſſit, pugnae cauſam praebuit. Hicetas enim, converſis in hoſtem ſignis minus cum eo conſerit, & plus quam tribus conductitiorum millibus interfectis, reliquos in fugam compellit. Dumque citato fugientes curſu inſectatur, una cum ipſis in urbem irrumpit, & Syracuſis, praeter Inſulam potitur. Atque ita res tunc inter Hicetam & Dionyſium gerebatur. Sed Timoleon, triduo poſt Syracuſas recuperatas, Rhegium appulſus, in propinquo urbis portu ſtationem habebat. Advenerant tunc XX. Carthaginenſium triremes; Cumque Rhegini Timoleontis coepto faverent, & concilio populi indicto, de compoſitione conciones inſtituerent, Poeni, reditum Timoleonti in patriam perſuaſum iri arbitrantes, vigilum ſtationes non diligenter ſatis diſpoſitas habebant. Timoleon ergo nullam fugae ſignificationem prae ſe ferens, ipſe quidem tribunali adhaerebat, ſed IX. interim claſſis ſuae navibus praeceperat, ut quam citiſſime curſum inde arriperent. Interea dum Carthaginenſium animi circa Rheginorum orationem, aſtuto conſilio prolixiorem, diſtracti ſunt, Timoleon ad relictam ſe navem clanculum ſubducens, ocyſſime in altum provehitur. Carthaginenſes hoc ſtrategemate decepti, abeuntem perſequi conantur. Verum quia longius ille ſpacium jam anticipaverat, & nox imminebat: Timoleon cum ſuis Tauromenium evaſit. Princeps ejus urbis Andromachus, perpetuo Syracuſanorum rebus ſtudens, benigne profugos excepit: nec parum ad hoc, ut perſequentium vim effugerent, ipſis contulit. Hicetas poſthaec V. millibus delectiſſimorum in exercitu militum contra Adranitas ductis, prope urbem caſtra poſuit, Timoleon vero aliquot cohortibus a Tauromenio acceptis, inde movit, in univerſum non ſupra CIↃ. ducens. Egreſſus autem ſub principium noctis, altero die iter Adranum verſus confecit. Ibi nec opinatos Hicetianos, jam ad cibum ſumendum converſos, opprimit, & in caſtra impreſſionem faciens plus quam CCC. interfectis, & IↃC. captis, ipſa quoque caſtra occupat. Huic ſtrategemati aliud conjungens, agmine raptim ducto Syracuſas pergit, iterque curſim emenſus, ex improviſo in urbem Syracuſanam irrumpit, cum celeritate ſua etiam in fugam conjectus

Olymp. CVIII. IV.

h Ὀλύμπιον Reg. amb. Baſil. Ὀλυμπιεῖον. Edd. i Deeſt articulus ante Διον. Reg. 2. & Baſil. Διον. τῷ τυράννῳ Reg. 1., quod malo. Vulgo τυράννῳ τῷ Διονυσίῳ. k ἐκλείψ. Vat. & Baſil. l Ἔμεινε ambo Reg. m Τὸ Reg. 2. Baſil. n Τριακοσίων Vat. & ora Steph.

cuſanis ita promeritus eſt, nedum urbem Imperio tandiu ſubditam vidit, ut ſuum in honorem tot numi procuderentur. De altero Hiceta Auctor L. XXII. Ecl. 2. & 6. P. Wess.

87. Ἄνευ τρόπου] Plut. Magonem copiis Punicis ducem inponit, parti caſtra Hannonem Timol. pag. 244. & 245. B. P. Wess.

96. Καμπανοί] Vid. L. XIV, 9. 61., ubi & Aetnae Campani. Quorum quidem ſi memores fuiſſent viri docti, poſſeſſione non dejeciſſent Campanus, de quibus Plut. Dion. pag. 969. F. P. Wess.

1. Οἱ δὲ τὴν Γαλερίαν πόλιν κατοικοῦντες] Γελερίαν & ſtatim Γαλερῶν praeſtat. Sic Auctor L. XIX, 104., & alii. Vid. Phil. Cluver. Sicil. Ant. L. II. p. 330. P. Wess.

11. Περὶ τὸ Ὀλύμπιον] In L. XIII, 6. ubi vide. Ὀλυμπιεῖον alioqui recipi potuiſſet. P. Wess.

38. Περὶ τοὺς ἐγκαθέτως δημηγοροῦντας] Conf. Plut. Timol. pag. 240. Ἐγκαθέτως, ſubdole atque inſidioſe. Namque ἐγκάθετοι qui ſubornantur ad fraudem, apud Joſeph. L. II. Belli Jud. C. 2, 5., 5. Lucam Evang. C. XX, 21. & Demoſthen. Epiſt. 4. P. Wess.

45. Ἀνδρόμαχος] De eo hujus lib. C. 7. P. Wess.

51. Ἐπὶ τοὺς Ἀδρανίτας] Vide not. in L. XIV, 37. P. Wess.

60. Πλείους τῶν τριακοσίων] Verum hoc praeſtabit Plut. Timol. p. 241. E. P. Wess.

69. Μετ-

Olymp. CIX. 1. ctos antevertiſſet. Has itaque res annus ille habuit.

69. Lyciſco dehinc Athenis praeturam Archontis gerente, & Romae M. Valerio, & M. Popillio Coſſ. creatis, cum nona poſt centeſimam Olympias agebatur, qua ſtadii coronam Ariſtolochus Athenienſis promeruit, Romani primum cum Carthaginenſibus foedus inierunt. In Caria tum Idrieus Carum princeps diem poſtremum obiit, VII. annis in regno exactis, quem Ada ſoror & conjux in imperio ſecuta, annos IV. regnavit. In Sicilia Timoleon, Adranitarum & Tyndaritarum ſocietate confirmatus, non mediocri militum numero inde ſeſe auxit. Syracuſas interim magna rerum perturbatio obtinebat, quod Dionyſius Inſulam teneret; Hicetas Achradinam & novam urbem in poteſtate haberet; Timoleon reliqua urbis
547. loca occupaſſet; Carthaginenſes denique CL. triremium claſſe magnum portum intraſſent, & cum L. millibus terreſtrium copiarum juxta conſediſſent. Jamque metum tanta hoſtium multitudo Timoleontis copiis injecerat, cum ſubito inopinata quaedam mutatio rerum contigit. Primo enim Mamercus Catanaeorum tyrannus, copiis egregiis inſtructus, Timoleonti ſe adjunxit. Poſtea caſtellorum multa libertatis amore voluntates ſtudiaque ad eundem inclinarant. Corinthii denique X. naves milite completas, & ſtipendium de ſuo erogatum Syracuſas tranſmiſere. Quo factum, ut animos Timoleon reſumeret, & Poeni, timore perculſi, non ſatis prudenter e portu regreſſi, cum toto exercitu in ſuae ditionis ſtativa diſcederent. Auxiliis ad hunc modum Hiceta deſtituto, jam hoſtibus ſuperior Timoleon urbe Syracuſarum potitur. Statim & Meſſanam, quae in Carthaginenſium partes tranſierat, in fidem ſuam recepit. Atque is tum Siciliae ſtatus erat. In Macedonia interim Philippus, odii Illyriorum, quod quaſi haereditarium a patre acceperat, & controverſiae, quam pertinaciter fovebat, ſtimulis incitatus, cum valido terras illorum exercitu invadit, agroſque populatus, multis urbium expugnatis, cum praeda copioſiſſima in Macedoniam ſeſe refert. Poſt in Theſſaliam profectus, tyrannos ex oppidis exturbat. Atque Theſſalos ad reddendam ſibi benevolentiam hoc pacto adſtringit. Per horum enim ſocietatem Graecorum ſe favorem non magno conſecuturum negocio, ſperabat. Id quod exitus etiam docuit. Fi-

γοντας. ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

Ἐπ᾽ ἄρχοντος δ᾽ Ἀθήνησι [α] Λυκίσκου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Οὐαλέριον, καὶ Μάρκον [β] Ποπίλλιον. Ὀλυμπιὰς [γ] δ᾽ ἤχθη ἑκατοστὴ καὶ ἐνάτη, καθ᾽ ἣν ἐνίκα στάδιον Ἀριστόλοχος Ἀθηναῖος. ἐπὶ δὲ τούτων, Ῥωμαίοις μὲν πρὸς Καρχηδονίους πρῶτον συνθῆκαι ἐγένοντο. κατὰ δὲ τὴν Καρίαν Ἰδριεὺς ὁ δυνάστης τῶν Καρῶν ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη ἑπτά· τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξαμένη Ἄδα ἡ ἀδελφὴ καὶ γυνὴ, ἐδυνάστευσεν ἔτη τέσσαρα. κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν, Τιμολέων μὲν Ἀδρανίτας καὶ Τυνδαρίτας εἰς συμμαχίαν προσλαβόμενος, στρατιώτας οὐκ ὀλίγους παρ᾽ αὐτῶν παρέλαβεν. ἐν δὲ ταῖς Συρακούσαις πολλὴ ταραχὴ κατεῖχε τὴν πόλιν, Διονυσίου μὲν τὴν Νῆσον ἔχοντος, [ε] Ἱκέτα δὲ τὴν Ἀχραδινὴν καὶ Νέαν πόλιν κυριεύοντος, Τιμολέοντος δὲ τὰ λοιπὰ τῆς πόλεως παρειληφότος, καὶ Καρχηδονίων τριήρεσι μὲν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα καταπεπλευκότων εἰς τὸν μέγαν λιμένα, πεζοῖς δὲ στρατιώταις πεντακισμυρίοις καταστρατοπεδευκότων· διόπερ τῶν περὶ τὸν Τιμολέοντα καταπεπληγμένων τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, ἄλογός τις καὶ παράδοξος ἐγένετο μεταβολή. πρῶτον μὲν γὰρ [ζ] Μάμερκος ὁ τῶν Καταναίων τύραννος, δύναμιν ἀξιόλογον ἔχων, προσέθετο τῷ Τιμολέοντι· ἔπειτα πολλὰ τῶν φρουρίων ὀρεγόμενα τῆς ἐλευθερίας ἀπέκλινε πρὸς αὐτόν· τὸ δὲ τελευταῖον, Κορίνθιοι δέκα ναῦς πληρώσαντες, χρήματά τε πορίσαντες, ἐξαπέστειλαν εἰς τὰς Συρακούσας. ὧν πραχθέντων, Τιμολέων μὲν ἐθάρρησεν, οἱ δὲ Καρχηδόνιοι φοβηθέντες ἀπέπλευσαν ἐκ τοῦ λιμένος ἀλόγως, καὶ μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως εἰς τὴν ἰδίαν ἐπικράτειαν ἀπηλλάγησαν. μονωθέντος δὲ τοῦ Ἱκέτα, Τιμολέων περιγενόμενος τῶν [η] πολεμίων, ἐκράτησε τῶν Συρακουσῶν. εὐθὺς δὲ καὶ τὴν Μεσσήνην μετατεθειμένην πρὸς Καρχηδονίους ἀνεκτήσατο. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Σικελίαν ἐν τούτοις ἦν. Κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν, Φίλιππος πατρικὴν ἔχθραν διαδεδεγμένος πρὸς Ἰλλυριοὺς, καὶ τὴν διαφορὰν ἀμετάθετον ἔχων, ἐνέβαλεν εἰς τὴν Ἰλλυρίδα μετὰ πολλῆς δυνάμεως. πορθήσας δὲ τὴν χώραν, καὶ πολλὰ τῶν πολισμάτων χειρωσάμενος, μετὰ πολλῶν λαφύρων ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Μακεδονίαν. μετὰ δὲ ταῦτα παρελθὼν εἰς τὴν Θετταλίαν, καὶ τοὺς τυράννους [θ] ἐκ τῶν πόλεων ἐκβαλὼν, ἰδίους ταῖς εὐνοίαις ἐποιήσατο τοὺς Θετταλούς. ἤλπιζε γὰρ, τούτους ἔχων συμμάχους, καὶ τοὺς Ἕλληνας ῥᾳδίως εἰς εὔνοιαν προσάξεσθαι. ὅπερ καὶ συνέβη γενέσθαι. εὐθὺς γὰρ οἱ

α Λυκίσκου Voſſ. Silyſcum habet Cuſpin. β Ποπίλλιον Voſſ. Cuſpin. & Steph. marg. In Edd. Πίλλιον. γ δὲ Reg. 2. ε Ἱκέτα Reg. uterque, quod praeſtat: ſic enim mox. Ἱκέτου antea. ζ Μάμερκος omnes, prave. η Πολεμίων ora Steph. Voſſ. Reg. 1. Vulgo πολιτῶν. θ Deeſt praepoſitio Reg. 1., non male.

69. Μάρκον Οὐαλέριον καὶ Μάρκον Πίλλιον] Hi conſulatum L. Furii Camilli & P. Claudii in Livio ſubſequuntur. Et hoc Capitolinis Tabulis confirmatur. Eſt autem is M. Valerius, qui ex ſingulari pugna cum Gallo Corvi cognomen accepit. Alterum non Πίλλιον, ſed Ποπίλλιον Livius nominat. L. Rhod.

Μάρκον Οὐαλέριον &c.] Eadem hic, quae ſupra, Faſtorum diſcrepantia. Vid. Livium L. VII, 26. & Pighium ad ann. CCCVII. Πίλλιον in Ποπίλλιον mutavi, quod ſchedae veteres haud multum a vero deflecterent. P. Wess.

73. Πρὸς Καρχηδονίους πρῶτον συνθῆκαι ἐγένοντο] Cum Carthaginienſibus legatis Romae his Coſſ. foedus ictum, quum amicitiam ac ſocietatem petentes veniſſent, docet Livius L. VII, 27. Foederis formulam ſervavit Polyb. L. III, 24. At primum hoc Romanos inter & Carthaginienſes coaluiſſe, negat idem Polyb. C. 22., aliud, quod ſtatim a regibus exactis convenerat, exhibens. Vide conſultiſſimi Barbeyracii Hiſt. Foeder. P. I. p. 75. & p. 122. P. Wess.

75. Ἄδα ἡ ἀδελφὴ καὶ γυνὴ] Eadem Strabo L. XIV. p. 970. B. Conf. infra C. 74. P. Wess.

82. Τιμολέοντος δὲ τὰ λοιπὰ τῆς πόλεως &c.] In his longe diverſus abit Plut. Timol. p. 242., Timoleonti Inſulam ipſumque tyrannum Dionyſium pactione tradens. Conſentit Ariſtoteles Rhet. ad Alex. C. 9. p. 182. P. Wess.

89. Μάμερκος ὁ τῶν Καταναίων τύραννος] Reddidi Tyranno verum nomen ex Corn. Nepote & Plutarcho, obſecutus Lambino ad Nep. Timol. C. 2., If. Caſaubono in Polyb. L. I. pag. 125. Ed. Gron., aliiſque eruditorum pluribus. P. Wess.

99. Περιγενόμενος τῶν πολεμίων] Hoc vero congruum eſt. Carthaginienſium enim duce turpem fugam ingreſſo, Timoleon Hicetam ejuſque milites, quos adverſarios habebat, fudit urbemque occupavit. Plut. Timol. p. 246. P. Wess.

5. Διαφορὰν ἀμετάθετον ἔχων] Ἔχθραν πρὸς τινας ἀμετάθετον L. I, 23. ἀμετάθετον ὁμόνοιαν & ἔχθραν ἀμετάθετον L. XIII, 21., ὀργὴν ἀμετάθετον hujus lib. Cap. 95. & γνώμας ἀμεταθέτους C. 83., τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς in Epiſt. ad Hebr. VI, 17., ubi Raphelius ex Polybio nonnulla, reperies. P. Wess.

17. Πολυεύκτου] Sic oportet. Πολύευκτον vocant Demoſthen. Or. in Olympiodor. p. 652., ubi in vetuſtis ſchedis ſimilis diſcordia, Dionyſius in Dinarcho p. 116. & Epiſt. ad Amm. p. 121., & Diogen. Laert. V, 9. P. Wess.

16. Καὶ καταβιώσας ἰδιώτης ἐν Κορίνθῳ] Aelianus Hiſt. Var. L. VI, 12. Αὐτὸς δὲ (Διονύσιος) ἐν πενίᾳ μοχθηρᾷ κατέστρεψε τὸν βίον γηραιός.

οἱ πλησιόχωροι τῶν Ἑλλήνων [x] συνεπιχθέντες τῇ τῶν Θετταλῶν κρίσει, συμμαχίαν προθύμως πρὸς αὐτὸν ἐποιήσαντο.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι [y] Πυθοδότου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Γάιον Πλαύτιον καὶ Τίτον
464. Μάλλιον. ἐπὶ δὲ τούτων, Τιμολέων καταπληξάμενος Διονύσιον τὸν τύραννον, ἔπεισεν αὐτὸν παραδοῦναι τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὴν ἀρχὴν ἀποθέμενον ἀπελθεῖν εἰς Πελοπόννησον ὑπόσπονδον, ἔχοντα τὰ ἴδια χρήματα. οὗτος μὲν οὖν, δι' ἀνανδρίαν καὶ ταπεινότητα ψυχῆς, τήν τε περιβόητον τυραννίδα, καὶ δεδεμένην, ὡς ἔφασαν, ἀδάμαντι, τὸν εἰρημένον τρόπον ἀπολέσας, καὶ καταβιώσας ἀπορούμενος ἐν Κορίνθῳ τὸν δ' ἴδιον βίον καὶ τὴν μεταβολὴν ἔσχε παράδειγμα τοῖς καυχωμένοις ἀφρόνως ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις. ὁ γὰρ ἔχων [z] τετρακοσίας τριήρεις, μετ' ὀλίγον ἐν μικρῷ στρογγύλῳ πλοίῳ κατέπλευσεν εἰς τὴν Κόρινθον, περίβλεπτον ἔχων τὴν τῆς μεταβολῆς ὑπερβολήν. Τιμολέων δὲ παραλαβὼν τὴν νῆσον καὶ φρούρια τὰ Διονυσίου πρότερον ὑπάρχοντα, τὰς μὲν κατὰ [a] νῆσον ἀκροπόλεις καὶ τὰ τυραννικὰ κατέσκαψε, τοῖς δὲ φρουρίοις ἀπέδωκε τὴν ἐλευθερίαν. εὐθὺς δὲ καὶ νομογραφεῖν ἤρξατο, τιθεὶς δημοκρατικοὺς νόμους, καὶ τὰ περὶ τῶν ἰδιωτικῶν συμβολαίων δίκαια καὶ τἄλλα πάντα ἀκριβῶς διέταξε, πλείστην φροντίδα τῆς ἰσότητος ποιούμενος. κατέστησε δὲ καὶ τὴν κατ' ἐνιαυτὸν ἐντιμοτάτην ἀρχήν, ἣν [b] Ἀμφιπολίαν Διὸς Ὀλυμπίου οἱ Συρακούσιοι καλοῦσι. καὶ ᾑρέθη πρῶτος Ἀμφίπολος Διὸς Ὀλυμπίου [c] Καλλιμένης. καὶ τὸ λοιπὸν διετέλεσαν οἱ Συρακούσιοι τοὺς ἐνιαυτοὺς ἐπιγράφοντες τούτοις τοῖς ἄρχουσι, μέχρι τῶνδε τῶν ἱστοριῶν γραφομένων, καὶ τῆς κατὰ τὴν πολιτείαν ἀλλαγῆς· τῶν γὰρ Ῥωμαίων μεταδόντων τοῖς Σικελιώταις τῆς πολιτείας, [d] ἡ τῶν Ἀμφιπόλων ἀρχὴ ἐταπεινώθη, διαμείνασα ἔτη πλείω τῶν τριακοσίων. καὶ τὰ μὲν κατὰ [e] τὴν Σικελίαν ἐν τούτοις ἦν.

Κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν Φίλιππος τὰς ἐπὶ Θρᾴκης πόλεις Ἑλληνίδας εἰς εὔνοιαν προσκαλεσάμενος, ἐστράτευσεν ἐπὶ Θρᾴκην. Κερσοβλέπτης γὰρ ὁ βασιλεὺς τῶν Θρᾳκῶν διετέλει τὰς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ πόλεις ὁμορούσας τῇ Θρᾴκῃ καταστρεφόμενος, καὶ τὴν χώραν καταφθείρων. βουλόμενος οὖν ἐμφράξαι τῶν Βαρβάρων τὴν ὁρμήν, ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτοὺς σὺν πολλῇ δυνάμει. νικήσας δὲ πλείοσι μάχαις τοὺς Θρᾷκας, τοῖς μὲν καταπολεμηθεῖσι Βαρβάροις προσέταξε δεκάτας τελεῖν τοῖς Μακεδόσιν, αὐτὸς δ' ἐν τοῖς ἐπικαίροις τόποις κτίσας ἀξιολόγους πό-

nitimi enim Graeci ſtatim judicio Theſſalorum de Philippo ſeſe attemperantes, magna animorum perpenſione foedus cum rege inierunt. Olymp. CIX. II.

70. Archonte dehinc Athenis Pythodoto, & Romae conſulare imperium adminiſtrantibus C. Plautio, & T. Manlio, Timoleon Dionyſio, jam ad ſummam trepidationem adacto, perſuaſit tandem, ut arcis deditionem faceret, & abdicato principatu, in Peloponneſum, ſub tuti diſceſſus fide, cum facultatibus ſuis abiret. Hic ergo per ignaviam animique dejectionem, tyrannidem famigeratiſſimam, & adamante, ut praedicabant, revinctam, quo dictum eſt modo, reliquit, & in egeſtate reliquum vitae tranſegit. Cujus tum vita, tum fortunae commutatio, luculentum iis exemplum praebet, qui ſtolide felici rerum ſucceſſu efferuntur. Nam qui cccc. prius triremes habuerat, non multo poſt nave oneraria, eaque non magna, Corinthum deportatur, & mirificum mutatae inſigniter conditionis ſpectaculum exhibet. Timoleon inſula caſtelliſque, quae Dionyſius pridem tenuerat, occupatis, arces per inſulam & regia tyrannorum palatia evertit, arcibuſque praeſidio hactenus cuſtoditis libertatem reddidit. Et continuo ad ſcribendum leges converſus, eas ſancivit, quae populari adminiſtrationi convenirent. Privatorum quoque contractuum jura, & caetera diligenter ordinans, in hoc maxime operam dedit, ut aequalitatem inſtauraret. Summum praeterea magiſtratum annuum, quem Jovis Olympii Amphipolium Syracuſani nominant, inſtituit, primuſque Jovis Olympii Amphipolus erat Callimenes. Hinc mos apud Syracuſanos inolevit, ut magiſtratibus hiſce anni deinceps inſcriberentur. Quod ad praeſens uſque tempus, quo hiſtoriam hanc concinnamus, & Reipublicae ſtatus immutatus eſt, duravit. Poſtquam enim Romani cum Siculis civitatis ſuae jura communicarunt, famulorum munus antiquari coepit, cum ſupra ccc. annos floruiſſet. Atque ita ſe res Sicubi tunc habebant.

71. In Macedonia, Philippus, Graecis per Thraciam oppidis ad mutuam benevolentiam invitatis, expeditionem in Thraces movit. Cerſobleptes enim, illorum rex, Graeci nominis ad Helleſpontum urbes ſubigere, & agros paſſim vaſtare non deſinebat. Ut Barbarorum itaque conatibus 548. ſeſe objiceret Philippus, magnum in eos exercitum duxit, & multis praeliis victor, barbaros bello domitos ad decimas regno Macedoniae perſolvendas adegit. Oppidis etiam, ubi opportunum vi-

[x] Συνεπιχθέντες Baſil. Reg. uterque cum Steph. marg. Paullo ante [illegible] Reg. 2. Baſil. [y] Πυθοδότου ora Steph. & Venet. Vulgo Πυθοδώρου. [z] Τριακοσίας Steph. marg. [a] Τὰς κατὰ Reg. 1. [b] Ἀμφιπολίαν Venet. [c] [illegible] Baſil. [illegible] [d] Ἡ τῶν ſine μὲν, ut in [illegible] Reg. 1. Baſil., quos ſequor. [e] Deeſt articulus Reg. 1. Baſil.

[illegible], quibus non diſſimilia L. IX, 8. Quid? eo paupertatis devenit, ut Corinthi literas doceret. Demetrius Phaler. περὶ Ἑρμ. Sect. CCLII. [illegible] Philo Jud. de Joseph. p. 545. B. Διονύσιος —— [illegible]. Mitto Ciceronis, Pompeji Trogi, Valerii Maximi, Luciani, aliorumque ſcriptorum loca, quae nuper antestatus eſt & contra Cl. Heumannum, literarium hunc ludum a Dionyſii perſona amolientem, dextre defendit Frid. Guil. [illegible] illis Diſſertationibus, quibus Dionyſii tyranni fata complexus eſt. P. Wess.

29. Τετρακοσίας τριήρεις] Conf. not. in hujus lib. Cap. 9. P. Wess.

33. Τὰς μὲν κατὰ τὴν νῆσον &c.] Scribendum eſſe [illegible] bene monuit Rhodomanus. Timoleon enim arcem Syracuſis, quam in inſula munierat Dionyſius ad urbem obſidendam, a fundamentis dijecit; cetera tyrannidis propugnacula demolitus eſt, deditque operam, ut quam minime multa veſtigia ſervitutis manerent, Cornelio Nep. Timol. C. 3. & Plutarcho p. 246. E. auctoribus. P. Wess.

37. Καὶ τὰ περὶ τῶν ἰδ. συμβ. δίκαια &c.] Diſtinctius haec traduntur inferius C. 83. P. Wess.

40. Ἣν Ἀμφιπολίαν Διὸς Ὀλυμπίου —— καλοῦσι] Sunt ἀμφίπολοι adminiſtri & ſacerdotes, cujuſmodi Ἀμφίπολος Ἀπόλλωνος apud Plut. Quaeſt. Graec. pag. 297. A., & Η ΔΙΟΣ ΑΜΦΙΠΟΛΟΣ [illegible] in lapide Doniano p. 558. Optime ergo Cicero L. II. Verr. 51. Syracuſis lex eſt de religione, quae in annos ſingulos JOVIS SACERDOTEM ſortito capi jubebat: quod apud illos ampliſſimum ſacerdotium putatur. Vid. Clariſſim. Havercampum ad Parutae numos p. 308. A Syracuſanis hoc ſacerdotium in Melitam inſulam tranſiiſſe credibile fit. Nam Prudens ΠΡΩΤΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ ΑΡΞΑΣ ΚΑΙ ΑΜΦΙΠΟΛΕΥΣΑΣ ΘΕΩ ΑΥΓΟΥΣΤΩ in Gruteri Theſ. pag. 388, 4. & Reineſii Cl. V, 7. ex ſimili ſacerdotum genere fuit, ſicuti Ignat. Georgius Inſpect. Anticrit. de S. Pauli naufragio IV, Diatrib. 1. p. 181 erudite oſtendit. P. Wess.

48. Ἔτη πλείω τῶν τριακοσίων] Conveniunt anni. Debent coloniae jus Imp. Auguſto. Vid. ſupra C. 7. & ad L. XIII, 35. P. Wess.

51. Τὰς ἐπὶ Θρᾴκης πόλεις] Ἐπὶ Θρᾴκης, ut Demoſthen. Or. de Cherſon. p. 63., ubi harum urbium & Cerſobleptae, in ordinem a Philippo redacti, comminiſcit, & Aeſchines Or. περὶ Παραπρ.

Olymp. CIX. II. videbatur conditis, protervam Thracum audaciam repreſſit. Quare Graeci nominis civitates, metu liberae, cupidiſſime in Philippi regis ſocietatem tranſierunt. Quod ad ſcriptores, Theopompus Chius, hiſtoriae ſuae de geſtis Philippi tres libros, qui res Siculas complectuntur, intexuit. Exorſus autem a Dionyſii Senioris dominatu L. annorum tempus recenſens, in exſilio Dionyſii junioris deſinit. Hi tres libri a quadrageſimo primo ad quadrageſimum tertium uſque numerantur.

Olymp. CIX. III. 72. Cum vero Archontis praetura Athenis eſſet penes Soſigenem, & Romanae urbis conſulatus adminiſtraretur a M. Valerio, & C. Poetilio, Arymbas rex Moloſſorum, poſt decimum regni ſui annum, vita decedit, filio poſt ſe relicto Aeacida, qui Pyrrhum genuit. Sed in defuncti locum, adjutante Philippo Macedone, Alexander Olympiadis germanus ſufficitur. In Sicilia Timoleon adverſus Leontinos, ad quos numeroſa cum manu Hicetas ſe receperat, arma ſumſit, & primo quidem conatu novam, quam vocant, urbem oppugnabat. Sed cum magna vis militum inibi concluſa de moenibus ſubeuntes facile propulſaret, obſidionem re infecta ſolvit. Engyumque, Leptinis tyrannide preſſam, aggreſſus, continuis urbem oppugnationibus fatigabat, omnes in id nervos intendens, ut expulſo tyranno Engyinis libertatem redderet. Dum his Timoleon occupatur, Hicetas, omnibus e Leontinis copiis eductis, Syracuſas oppugnatum venit. Sed cum ingens ſui militis damnum faceret, ad Leontinos confeſtim retrocedit. Interea Leptinem, terrore ad deditionem perculſum, Timoleon data incolumitatis fide, in Peloponneſum dimittit, tyrannorum a ſe bello fractorum exſilia Graecis ſuis oſtentans. Et quia Leptinis dominatum Apolloniatae etiam ſuſtinuerant, Apolloniam ſimul in fidem accipit, & tam his, quam Engyinis juriſdictionem ſuam reddit.

73. Sed cum rei nummariae difficultate premeretur, nec eſſet unde militi ſtipendium numeraret, CIↃ. armatos cum ducibus ſpectatiſſimis in provincias Carthaginenſes excurrere jubet. Hi terras illorum longe lateque populati, praedam, quam inde luculentiſſimam retulerant, Timoleonti tradunt.

λευς, ἔπαυσε τοῦ θράσους τοὺς Θρᾷκας. διόπερ αἱ τῶν Ἑλλήνων πόλεις, ἀπολυθεῖσαι τῶν φόβων, εἰς τὴν συμμαχίαν τοῦ Φιλίππου προθυμότατα κατετάχθησαν. Τῶν δὲ συγγραφέων Θεόπομπος ὁ Χῖος ἐν τῇ τῶν Φιλιππικῶν ἱστορίᾳ κατέταξε τρεῖς βίβλους περιεχούσας Σικελικὰς πράξεις. ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ τῆς Διονυσίου τοῦ πρεσβυτέρου τυραννίδος, διῆλθε χρόνον ἐτῶν πεντήκοντα, καὶ κατέστρεψεν εἰς τὴν ἔκπτωσιν Διονυσίου τοῦ νεωτέρου. εἰσὶ δὲ αἱ βίβλοι τρεῖς, ἀπὸ τῆς μιᾶς τεσσαρακοστῆς ἄχρι τῆς τρίτης καὶ τεσσαρακοστῆς. 465.

Ἐπ᾽ ἄρχοντος δ᾽ Ἀθήνησι Σωσιγένους, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Οὐαλέριον καὶ [f] Μάρκον Πόπλιον· ἐπὶ δὲ τούτων, Ἀρύμβας ὁ τῶν Μολοττῶν βασιλεὺς ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη δέκα, ἀπολιπὼν υἱὸν τὸν Πύρρου πατέρα Αἰακίδην. τὴν δ᾽ ἀρχὴν διεδέξατο Ἀλέξανδρος ὁ ἀδελφὸς Ὀλυμπιάδος, συνεργήσαντος Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος. Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Τιμολέων μὲν ἐστράτευσεν ἐπὶ Λεοντίνους. εἰς ταύτην γὰρ τὴν πόλιν Ἱκέτας καταπεφεύγει μετὰ δυνάμεως ἀξιολόγου. τὸ μὲν οὖν πρῶτον προσέβαλε τῇ νέᾳ καλουμένῃ πόλει· μετὰ δὲ ταῦτα πολλῶν στρατιωτῶν ἐν τῇ πόλει συγκεκλεισμένων, καὶ ῥᾳδίως ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀμυνομένων, ἄπρακτος γενόμενος, ἔλυσε τὴν πολιορκίαν. παρελθὼν δὲ πρὸς πόλιν [g] Ἔγγυον, τυραννουμένην ὑπὸ Λεπτίνου, προσβολὰς συνεχεῖς ἐποιεῖτο, βουλόμενος τὸν μὲν Λεπτίνην ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς πόλεως, τοῖς δ᾽ Ἐγγυίνοις τὴν ἐλευθερίαν ἀποδοῦναι. περὶ ταῦτα δὲ τοῦ Τιμολέοντος ὄντος, Ἱκέτας πανδημεὶ στρατεύσας ἐκ τῶν Λεοντίνων, ἐπολιόρκει τὰς Συρακούσας· πολλοὺς δὲ τῶν στρατιωτῶν ἀποβαλών, ταχέως ἐπανῆλθεν εἰς τοὺς Λεοντίνους. ὁ δὲ Τιμολέων καταπληξάμενος τὸν Λεπτίνην, τοῦτον μὲν ὑπόσπονδον ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Πελοπόννησον, ἐνδεικνύμενος τοῖς Ἕλλησι τὰς τῶν καταπολεμηθέντων τυράννων ἐκπτώσεις· οὔσης δὲ καὶ τῆς τῶν Ἀπολλωνιατῶν πόλεως ὑπὸ τὸν Λεπτίνην, παραλαβὼν τὴν Ἀπολλωνίαν, ταύτῃ τε καὶ τῇ τῶν Ἐγγυίνων ἀπέδωκε τὴν αὐτονομίαν.

Ἀπορούμενος δὲ χρημάτων εἰς τὰς τῶν ξένων [h] μισθοδοσίας, ἐξαπέστειλε στρατιώτας χιλίους μετὰ τῶν ἀξιολογωτάτων ἡγεμόνων εἰς τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν. οὗτοι δὲ πολλὴν χώραν πορθήσαντες, καὶ λαφύρων πλῆθος κομίσαντες, παρέδωκαν τῷ Τιμολέοντι. ὁ δέ, λαφυροπωλήσας τὴν λείαν,

f Γναῖον margo *Steph.* Μάρκον Γναῖον Πόπλιον *Venet.* M. Pompilium *Cæſar.* g Ἔγγυον & mox Ἐγγυίνοις *Venet.* Vulgo Ἐγγυηνοῖς. h Μισθαποδοσίας *Reg.* 1. & *Steph.* ora. Paullo ante ὑπὸ Λεπτ. ſine articulo *Reg.* 2. *Baſil.*

ςαντ. p. 29. & in Cteſiphont. p. 63., tum rex *Philippus* Epiſt. ad Athenienſes apud *Demoſth.* p. 93. P. Wess.

69. Διῆλθε χρόνον ἐτῶν πεντήκοντα] Haec vera eſſe non poterunt, ſi Theopompus cum ipſo tyrannidis Dionyſianae principio exorſus fuerit: incidit ea in annum tertium Olymp. XCIII., a qua ad hunc annum abierunt plus ſexaginta. Vidit & hoc diligentiſſimus *Jonſius* de Script. Hiſt. Philoſoph. L. I, 9, 3. Porro XLI. XLII. XLIII. libri Hiſt. Philipp. Theopompi ex Noſtri teſtimonio res Siculas complectebantur, & tamen ex L. XXI. & L. XXXIX. ac XL. talia citat *Athenaeus* L. VI. p. 261. A. tum L. X. p. 435. F., quae Dionyſium majorem ejuſque familiam praecipue tangunt. P. Wess.

71. Ἄχρι τῆς τρίτης καὶ τεσσαρακοστῆς] Ad hiſtoriae complementum & ad hujus anni geſta addi poteſt ex *Demoſthene* in oratione contra Olympiodorum (p. 652.) οἱ δὲ Ἀθηναῖοι στρατιὰν [illegible] Ἀκαρνανίαν [illegible] ὑπὸ [illegible]. Jac. Palm.

74. Μάρκον Πόπλιον] Conſulem alterum ex Tab. Capitolinis reſtitue Γάιον Πετήλιον. L. Rhod.

Μάρκον Πόπλιον] Πετήλιον ſine dubio verum erat, quod citra aliquam librorum auctoritatem refingere non ſuſtineo. *Li-vium* adi L. VII, 27. P. Wess.

75. Ἀρύμβας ὁ τῶν Μολ. βασιλεὺς ἐτελεύτησεν] Varie ſcribunt regis nomen. *Pauſaniae* L. I, 11. modo Ἀρύββας, modo Ἀρύμβας eſt. Apud *Plut.* princ. Vit. Pyrrh. Ἀρύβας, in *Juſtino* L. VIII, 6. *Arrybas. Demoſthenes* Olynth. I. p. 5., eumque ſecuti *Ulpianus* & *Harpocration* Ἀρύββαν, ſicuti *Diodorus*, adpellant. Mortuo ſucceſſiſſe Alexandrum negat *Juſtinus*, ſed regni poſſeſſione a Philippo dejecto. P. Wess.

87. Πρὸς πόλιν Ἔγγυον] Vid. not. ad L. IV, 79. & de Leptine, urbis tyranno, *Plut.* Timol. p. 247. F. P. Wess.

90. Τοῖς Ἐγγυίνοις] Praeivit corrigenti *Venet.*, ſed parum adjutus. Τὸ γὰρ ἐθνικὸν Ἐγγυῖνος, ὡς Γυγγυῖνος apud *Stephanum*: propterea *Engyini* in *Ciceronis* Verrin. L. IV, 44. Conf. *Ph. Cluverii* Sic. Antiq. L. II, 11. p. 365. P. Wess.

96. Ἐνδεικνύμενος τοῖς Ἕλλησι &c.] Non diſſimilia de hoc Timoleontis ſtudio *Plut.* Timol. p. 248. A. P. Wess.

2. Πρὸς τὰς τῶν ξένων μισθοδοσίας] Elegans aeque eſt πρὸς τὰς τῶν ξένων μισθαποδοσίας. Utitur, etſi alia ſententia, divinus Auctor Epiſt. ad *Hebr.* C. II, 2. & XI, 26. Nil tamen mutare volui, quod μισθοδοσίᾳ *Noſter* atque alii ſaepe de mercede & ſtipendio adhibeant. Utar ſolo *Philone Jud.*, ut auxilium illi, quo eget, feram. Μισθοδοτοῦντας τοὺς ἀλειφοβίους καὶ φωνομαχεῖν εἰωθότας, οἳ τὰς καταβοήσεις ὥσπερ ἐπ᾽ ἀγορᾶς πιπράσκουσι ſcribit de Iſidoro lib. in Flacc. p. 985. A. At qui tandem illi ἀλειφόβιοι καὶ φωνομαχεῖν εἰωθότες, vertunt, *conducta opera hominum aliena quadra viventium.* Haec equidem intelligo, non item Graeca. Scripſeris τοὺς ἀλειφοβίους καὶ φωνασκεῖν εἰωθότας, *conducta eorum opera, qui ſe alioſque inflammant & clamorem exercent*, neque ad ſententiam quidquam deſiderabitur. Firmat ipſe *Philo* ἀλειφεῖν & ἀλειφόβιον hoc uſu terens, ut L. I. Vit. Moſ. p. 648. & in Flacc. p. 966. A. tum Leg. ad Caj. p. 997. E., & praeter cetera vetus liber, quem *Canterus* adhibuit. Atque haec,

λείαν, καὶ χρημάτων πλῆθος ἀθροίσας, ἔδωκε τοῖς μισθοφόροις εἰς πλείω χρόνον τοὺς μισθούς. ἐκράτησε δὲ καὶ τῆς Εντέλλης, καὶ τοὺς τὰ Καρχηδονίων μάλιστα φρονοῦντας πεντεκαίδεκα θανατώσας, τοῖς
466. ἄλλοις ἀπένειμε τὴν ἐλευθερίαν. τῷ δὲ Τιμολέοντι αὐξομένῳ τῇ τε δυνάμει καὶ τῇ κατὰ τὴν στρατηγίαν δόξῃ, αἱ μὲν Ἑλληνίδες πόλεις αἱ κατὰ τὴν Σικελίαν ἅπασαι προθύμως ὑπετάγησαν τῷ Τιμολέοντι, διὰ τὸ πάσαις τὰς αὐτονομίας ἀποδιδόναι· τῶν δὲ Σικελῶν καὶ Σικανῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὑπὸ τοὺς Καρχηδονίους τεταγμένων πολλαὶ διεπρεσβεύοντο [i] σπεύδουσαι [k] προσληφθῆναι [l] πρὸς τὴν συμμαχίαν. Καρχηδόνιοι δὲ τοὺς κατὰ τὴν Σικελίαν στρατηγοὺς ὁρῶντες ἀγεννῶς τὸν πόλεμον διοικοῦντας, ἔκριναν ἑτέρους ἀποστέλλειν μετὰ [m] δυνάμεως μεγάλης. εὐθὺς οὖν τῶν πολιτῶν κατέλεγον τοὺς ἀρίστους εἰς τὴν στρατείαν, καὶ τῶν Λιβύων τοὺς εὐθέτους ἐστρατολόγουν. χωρὶς δὲ τούτων, προχειρισάμενοι χρημάτων πλῆθος, μισθοφόρους ἐξενολόγουν Ἴβηρας καὶ Κελτοὺς καὶ Λίγυας. ἐναυπηγοῦντο δὲ καὶ ναῦς μακράς, καὶ φορτηγοὺς πολλὰς ἤθροιζον, καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν ἀπεριβλέπτως ἐποιοῦντο.

Ἐπ᾽ ἄρχοντος δ᾽ Ἀθήνησι Νικομάχου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Γάϊον Μάρκιον καὶ Τίτον Μάλλιον Τορκουᾶτον· ἐπὶ δὲ τούτων, Φωκίων μὲν ὁ Ἀθηναῖος κατεπολέμησε Κλείταρχον τὸν Ἐρετρίας τύραννον, καθεσταμένον ὑπὸ Φιλίππου. κατὰ δὲ τὴν Καρίαν, [n] Πιξώδαρος ὁ νεώτερος τῶν ἀδελφῶν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς δυναστείας Ἄδαν, καὶ ἐδυνάστευσεν ἔτη πέντε, ἕως ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου διαβάσεως εἰς τὴν Ἀσίαν. Φίλιππος δὲ ἀεὶ μᾶλλον αὐξόμενος, ἐπὶ τὴν Πέρινθον ἐστράτευσεν, ἐναντιουμένην μὲν [o] αὐτῷ, πρὸς δὲ Ἀθηναίους ἀποκλίνουσαν. συστησάμενος δὲ πολιορκίαν, καὶ μηχανὰς προσάγων τῇ πόλει καθ᾽ ἡμέραν ἐκ διαδοχῆς προσέβαλε τοῖς τείχεσιν. ὀγδοηκονταπήχεις [p] δὲ πύργους κατασκευάσας, ὑπεραίροντας πολὺ τοὺς κατὰ τὴν Πέρινθον πύργους, ἐξ ὑπεροχῆς κατεπόνει τοὺς πολιορκουμένους. ὁμοίως δὲ καὶ διὰ τῶν κριῶν σαλεύων τὰ τείχη, καὶ διὰ τῆς μεταλλείας ὑπορύττων ἐπὶ πολύ, μέρος τοῦ τείχους κατέβαλεν. ἀμυνομένων δὲ τῶν Περινθίων εὐρώστως, καὶ ταχὺ τεῖχος ἕτερον ἀντοικοδομησάντων, ἀγῶνες [q] ἕτεροι θαυμαστοὶ καὶ τειχομαχίαι συνίσταντο. μεγάλης δὲ φιλοτιμίας ἐξ ἀμφοτέρων συνισταμένης, ὁ μὲν βασιλεύς, πολλοὺς ἐ-

Qua ſub haſta venundata, cum pecuniarum vim magnam coegiſſet, ad prolixum inde tempus ſtipendia conductitiis perſolvit. Mox Entella quoque potitus, & XV. ex civium numero, qui Carthaginenſium partibus maxime addicti fuerant, capite multatis, caeteros in libertatem vindicavit. Olymp. cix. iii.
Cumque viribus & rei militaris gloria magis ac magis creſceret Timoleon, quotquot erant per Siciliam Graecarum gentium urbes, propenſis ſe animis cunctae Timoleonti ſubmiſere, quod ſingulis, uti legibus ſuis viverent, concedebat. Quin etiam multae Sicanorum Siculorumque & aliorum Carthaginenſibus ſubjectorum civitates, mature per legatos, uti in ſociale ab ipſo foedus reciperentur, contendebant. At Carthaginenſes, ignaviter bellum a praefectis ſuis adminiſtrari videntes, alios cum inſtructis militum copiis mittendos decreverunt. Propterea e popularibus optimum quemque, & Afrorum quos bello aptos judicarent, ad hanc militiam delegerunt. Praeter haec magna aeris copia collecta conductitiis Hiſpanorum, Gallorum & Ligurum copiis ſe inſtruxerunt. Naves inſuper tam longas, quam actuarias non exiguo numero cogebant, de caetero quoque apparatu ita ſoliciti, ut nihil uberius confici poſſet.

74. Archonte Athenis Nicomacho, & Coſſ. Romae C. Marcio, & T. Manlio Torquato, Olymp. cix. iv.
Phocion Athenienſis Clitarchum Eretriae tyrannum, a Philippo civitati praefectum, bello fregit. 549.
Tum in Caria Pixodarus fratrum aetate minimus Adam regno expulit, & per annos V. ad Alexandri in Aſiam expeditionem uſque principatum tenuit. Philippus autem ſubinde potentior factus, in Perinthum arma movit, quae in Athenienſes prona, conatibus ejus adverſabatur. Obſidionem igitur intentans, in dies ſingulos machinis urbi admotis, per vices ita, ut ſemper integri feſſis ſuccederent, moenia quaſſat. Turribus praeterea LXXX. cubitorum, quae turres Perinthiorum longe ſupereminerent, excitatis, ex ſuperiori loco circumſeſſos fatigat; Arietumque incurſu muros verberans, horumque fundamenta ſuffoſſionibus longe productis labefactans, magnam eorum partem demolitur. Sed cum Perinthii ſtrenue ſe defenderent, aliumque brevi murum exſtruxiſſent, mirificae pro moenibus concertationes & pugnae gerebantur. Interim dum magno utriusque ardore conflictatur, rex catapul-

i Stigma addidit *Steph.* voci πόλεις ante σπεύδουσαι. k Etiam τοῦ πάλιν quod σπεύδουσαι ſequebatur, quoniam ſchedis vetuſtis deeſſet. Utrumque delevi. l Πρὸς τὴν *Vat. Reg.* uterque, *Baſil.* m Δυνάμεως μεγάλης ora *Steph.* n Πιξώδαρος marg. *Steph. Vener.* Πηξώδαρος *Edd.* o Αὐτῷ *Vat. Reg.* amb. *Baſil.* In *Edd.* ἑαυτῷ. p Πύργους δὲ *Baſil. Reg.* 2., majore diſtinctione poſt πύργους poſita. * q *Steph.* notam defectus addidit, & mallem abeſſet.

haec, etſi extrinſecus, non tamen intempeſtive videor hoc loco monuiſſe. P. WESS.

18. Πολλαὶ διεπ. πόλεις σπεύδουσαι πάλιν προσληφθῆναι.] Aufer πόλεις & πάλιν. L. RHOD.

21. Ἀγεννῶς τὸν πόλεμον διοικοῦντας] Magonem, qui ſibi ipſe mortem conſciverat, in crucem Poeni ob rem peſſime geſtam egerunt, *Plut.* Timol. p. 247. B., ſuffeceruntque ejus in locum Aſdrubalem & Hamilcarem ibid. p. 248. B. P. WESS.

31. Γάϊος Μάρκιος &c.] *Livius* L. VII, 28. ſuperioris anni conſulibus ſucceſſores dat M. Fabium & Ser. Sulpicium, quos Auctor ante hos quatuor annos urbi impoſuit C. 67., neſcio quos Faſtos ſecutus. P. WESS.

33. Κατεπολέμησε Κλείταρχον] Putes ex *Plut.* Phocion. pag. 746. F. Πλούταρχον eſſe legendum: hunc enim Phocion auxilio arceſſitus Eretria & tyrannidis poſſeſſione evertit. Sed ſalva res eſt. Meminit ejus expeditionis *Demoſthen.* Or. de Pac. p. 40., quam Archia Archonte recitavit. Itaque prior eſt hoc anno, & plane alia. In Plutarchi locum ſuffectus deinde Philippi opera eſt Clitarchus, docente eodem Philipp. III. p. 72. & Or. de Coron. p. 147., contra quem Phocion cum maxime copias duxit. P. WESS.

35. Πιξώδαρος] Ab *Arriano* (L. I, 24.) non Πιξώδαρος, nec Πηξώδαρος hic nominatur, ſed Πιξώδαρος. Scribit enim, Πιξώδαρος δὲ τὴν μὲν ἐκβάλλει τῆς ἀρχῆς, αὐτὸς δὲ κατεῖχε τὰ πράγματα. Intellige autem per τὴν ipſam Adam. H. STEPH.

Πιξώδαρος ὁ νεώτερος τῶν ἀδελφῶν] Videtur ex hoc loco emergere dubium, ſi cum alio *Diodori* loco conferatur infra p. 574. (Lib. XVII. 24.) Nam ibi Creſicle Archonte Adam ab Alexandro reſtitutam fuiſſe ait. Sed videtur hic Pexodorus ſic annos ſeptem dominatum Cariae tenuiſſe, non quinque, ut hic ponitur. Sed ſolvit dubium *Strabo* L. XIV. p. 970. & *Arrianus* L. I, 24., ex illis enim diſcimus poſt mortem Pexodori quendam Perſam Satrapam rerum potitum fuiſſe neglecta Ada. Ceterum alii Πιξώδαρον, ut *Plutarchus* & *Strabo*, alii Πηξώδαρον, ut *Arrianus*, vocant hunc Carem. JAC. PALM.

Πιξώδαρος ὁ νεώτερος τῶν ἀδελφῶν] Sic ſcripſi ex veſtigiis diſcrepantium *Codd.*, ob ΠΙΞΩΔΑΡΟΥ hujus numos in Theſ. Brandenb. T. III. pag. 15. & *Ez. Spanhem.* Diſſert. VIII, de Numiſm. pag. 529. Fratrum Mauſoli & Idriei natu erat minimus, quod praeter *Diodorum* teſtatur *Strabo.* Vide *Beger.* & *Gronov.* in *Arrian.* L. I, 24. P. WESS.

44. Ὑπεραίροντας πολὺ τῶν κατὰ &c.] Mallet fortaſſe quis τοὺς κατὰ Πέρινθον πύργους, ut plerumque ſolent Graeci. Sed intercedit Auctor C. 84. ἄκρος — τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ἔργων ὑπεραίρων τῷ μεγέθει. Et L. XX, 29. ὄλεθρον, ὑπεραίροντα πολὺ τῷ μεγέθει τῶν πρὸ αὐτῆς γεγενημένων. P. WESS.

47. Ὑπορύττων ἐπὶ πολύ, μέρος &c. κατέβαλεν] Non admodum placet ἐπὶ, quod ſi cum ipſa diſtinctione procul abiret,

 non

Olymp. CIX. IV. tapultarum copia abundans propugnantes e pinnis hoſtes conficit. Quo factum, ut Perinthii multis quotidie ſuorum amiſſis, ſubſidiis teliſque & catapultis e Byzantio miſſis ſeſe confirmarent. Jamque viribus hoſti pares animos reſumunt, & diſcrimina pro ſalute patriae fortiter ſubeunt. Nihil tamen interim rex a ſtudio remittit, ſed diviſo in plures cohortes exercitu, corona urbem cingit, aliosque aliis per vices ſufficiens continenter interdiu noctuque moenia oppugnat. Cumque XXX. ſub ſignis millia, telorumque & machinarum tum diruendis moenibus aptarum, tum caeterarum multitudinem infinitam prope haberet, obſeſſos valde premebat.

75. Jamque propter moram obſidionis longius protractam, crebraſque oppidanorum caedes & vulnera & neceſſariorum inopiam periculum erat, ne urbs propediem in hoſtium manus veniret; cum fortuna periclitantium ſaluti deeſſe nolens, auxilium nec opinatum eis conciliavit. Divulgatis enim per Aſiam potentiae Macedonum incrementis, Perſarum rex, cui tantae Philippi vires ſuſpectae eſſe coeperunt, regionum maritimarum Satrapis per literas demandat, ut quanto poſſint robore Perinthiis ſubveniant. Hi ergo conjunctis animis & opibus, numeroſas mercenariorum catervas, aeris ſignati vim magnam, largamque frumenti & telorum copiam, aliaque cuncta ad belli uſum neceſſaria, ſubminiſtrant. Sic & Byzantii ducum & militum ſuorum optimos illuc mittunt. Jam aequatis utrinque viribus, belloque redintegrato tanta rurſus contentione oppugnari defendique urbs coepit, ut majore non poſſet. Nam Philippus aſſiduo arietum incuſſu partem aliquam muri proſternere, & miſſilibus ferratis a propugnaculis urbicos depellens, qua per ruinas muri cum denſo militum globo irrumpere, qua ſcalis nudatas defenſoribus pinnas conſcendere. Ideo cum gladiis res cominus gereretur, alii occumbere, alii multis vulneribus confici. Siquidem praemia victoriae dimicantium utrinque virtutem excitabant. Macedones enim, dum opulentam ſe urbem direpturos, muneraque a Philippo honorifica conſecuturos perſuaſum habent, emolumentorum ſpes ad quaevis adverſa fortiter ſuſtinendum accendit. Obſeſſi, dum oculis quaſi ſubjectas habent calamitates, quae expugnationem comitantur, generoſis animis nihil diſcriminis pro incolumitate ſua, patriaeque ſubterfugiunt.

76. Plurimum obſidione preſſis ad totius belli victoriam contulit natura loci. Ad mare enim Perinthus ſita eſt, in edito Peninſulae jugo ad ſtadii
550. longitudinem porrecto. Aedes inter ſe confertas & altitudine conſpicuas habet. Nam aliae identidem alias pro acclivitate collis ſupereminent, for-

χῶν καὶ παντοδαπῶν ὀξυβελῶν, διὰ τούτων τοὺς ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων ʳ διαγωνιζομένους διέφθειρεν. οἱ δὲ Περίνθιοι, πολλοὺς καθ' ἡμέραν ἀποβάλλοντες, συμμαχίαν καὶ βέλη ˢ καὶ καταπέλτας παρὰ τῶν Βυζαντίων προσελάβοντο. ἐξισωθέντες οὖν πάλιν τοῖς 467.
πολεμίοις, ἀνεθάρρησαν, καὶ ᵗ τετολμηκότως τοὺς ὑπὲρ τῆς πατρίδος κινδύνους ὑπέμενον. οὐ μὴν ὁ βασιλεὺς ἔληγε τῆς φιλοτιμίας, ἀλλὰ διελόμενος τὰς δυνάμεις εἰς πλείω μέρη, συνεχῶς ἐκ διαδοχῆς ἐτειχομάχει καὶ καθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ. τρισμυρίους δ' ἔχων στρατιώτας καὶ βελῶν καὶ μηχανῶν πολιορκητικῶν πλῆθος, ἔτι δὲ τὰς ἄλλας μηχανὰς ἀνυπερβλήτους, κατεπόνει τοὺς πολιορκουμένους.

Τῆς δὲ πολιορκίας πολυχρονίου γενομένης, ᵘ καὶ τῶν κατὰ τὴν πόλιν πολλῶν μὲν ἀναιρουμένων, οὐκ ὀλίγων δὲ τραυματιζομένων, τῶν δ' ἐπιτηδείων ᵛ ἐκλιπόντων, προσδόκιμος ἦν ἡ τῆς πόλεως ἅλωσις. οὐ μὴν ἡ τύχη γε περιεῖδε τὴν τῶν κινδυνευόντων σωτηρίαν, ἀλλὰ παράδοξον αὐτοῖς κατεσκεύασε βοήθειαν. τῆς γὰρ τοῦ βασιλέως αὐξήσεως διαβεβοημένης κατὰ τὴν Ἀσίαν, ὁ βασιλεὺς, ὑφορώμενος τὴν τοῦ Φιλίππου δύναμιν, ἔγραψε πρὸς τοὺς ἐπὶ θαλάττῃ σατράπας βοηθεῖν Περινθίοις παντὶ σθένει. διόπερ οἱ σατράπαι συμφρονήσαντες ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Πέρινθον μισθοφόρων πλῆθος, καὶ χρήματα δαψιλῆ, καὶ σῖτον ἱκανὸν, καὶ τἆλλα πάντα πρὸς τὰς τοῦ πολέμου χρείας. ὁμοίως δὲ καὶ Βυζάντιοι τοὺς ἀρίστους τῶν παρ' ἑαυτοῖς ἡγεμόνων καὶ στρατιωτῶν ἐξαπέστειλαν. ἐφαμίλλων δὲ τῶν δυνάμεων γενομένων, καὶ τοῦ πολέμου χειροποιηθέντος, πάλιν ἡ πολιορκία φιλοτιμίαν ἐλάμβανεν ἀνυπέρβλητον. ὁ μὲν γὰρ Φίλιππος τοῖς κριοῖς τύπτων τὰ τείχη συνεχῶς κατέβαλλε, καὶ διὰ τῶν ὀξυβελῶν ἀνείργων τοὺς ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων, ἅμα μὲν διὰ τῶν πεπτωκότων τειχῶν ἀθρόοις τοῖς στρατιώταις εἰσέπιπτεν, ἅμα δὲ διὰ τῶν κλιμάκων πρὸς τὰ γεγυμνωμένα τῶν τειχῶν προσέβαινε. διὸ καὶ τῆς μάχης ἐκ χειρὸς οὔσης, οἱ μὲν ἀπέθνησκον, οἱ δὲ τραύμασι πολλοῖς περιέπιπτον. τὰ δὲ τῆς νίκης ἔπαθλα προεκαλεῖτο τὰς τῶν ἀγωνιζομένων ἀνδραγαθίας. οἱ μὲν γὰρ Μακεδόνες, ἐλπίζοντες εὐδαίμονα πόλιν διαρπάσειν, καὶ δωρεαῖς ὑπὸ τοῦ Φιλίππου τιμηθήσεσθαι, διὰ τὴν τοῦ λυσιτελοῦς ἐλπίδα τοῖς δεινοῖς ἐνεκαρτέρουν· οἱ δὲ πολιορκούμενοι, τὰ τῆς ἁλώσεως δεινὰ ˣ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, ὑπέμενον εὐψύχως τὸν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας κίνδυνον.

Συνεβάλλετο δὲ τοῖς πολιορκουμένοις ἡ φύσις τῆς πόλεως πολλὰ πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν ὅλων νίκην. ἡ γὰρ Πέρινθος κεῖται μὲν παρὰ θάλατταν ἐπί τινος αὐχένος ὑψηλοῦ χερρονήσου, σταδιαῖον ἐχούσης τὸν αὐχένα· τὰς δ' οἰκίας ἔχει πεπυκνωμένας, καὶ τοῖς ὕψεσι διαφερούσας. αὗται δὲ ταῖς οἰκοδο- 468.
μαῖς

r Ἐπαγωνιζομένους Reg. 1. s Καταπέλτας ora Steph. Jaculatores Coſm. u In Edd. καὶ πελταστάς. t Τετολμηκότως Steph. marg. Reg. ambo, Baſ. Vat. Τετολμηκότες vulgo. v Ἐκλιπ. Reg. 1. Baſil. Cett. ἐκλειπ. x Πρὸς Baſil. προφθ. Reg. 2. male.

non equidem indignarer. Quiſque intelligit, quorſum ὑπερέτων ſpectet, ut C. 76. τοῖς κριοῖς τύπτων τὰ τείχη συνεχῶς κατέβαλλεν. P. Wess.

56. Καὶ καταπέλτας] Reddidi Diodoro ex libro, quem Stephanus vidit. Nam poſt συμμαχίαν quid opus erat καὶ πελταστὰς adjungere? Tela & catapultae ſocia ſunt. P. Wess.

74. Ὁ βασιλεὺς, ὑφορώμενος] Perſam intelligi apertiſſimum eſt. Meminit auxilii, ab Ocho Perinthiis ipſo in tempore ſubmiſſi Demoſth. Or. ad Philippi Epiſt. p. 89. & Arrian. L. II, 14. P. Wess.

80. Ὁμοίως δὲ καὶ Βυζάντιοι] Tum tua res agitur paries cum proximus ardet. Hoc movit Byzantios. Acceſſit artiſſimum foedus, quo συγγενῶς ipſi mutuo συμπολιτείας jure gaudebant. Vid. Polyb. L. XVII, 2. & Demoſthen. pro Coron. p. 151. P. Wess.

86. Καὶ διὰ τῶν ὀξυβελῶν ἀνείργων τοὺς &c.] Et miſſilibus ferratis urbicos depellens Interpres. Ego, etſi ὀξυβελῆ tela grandiora ſubinde dici norim, catapultis mallem. Solet Auctor ὀξυβελεῖς καταπέλτας & ſaepiſſime ὀξυβελεῖς vocare, quemadmodum & Joſephus Belli Jud. L. II, 19, 9. Prius dabit etiam Philo in Belopoic. p. 89., & ὀξυβελεῖς ὀργάνων p. 56. P. Wess.

3. Ἐπί τινος αὐχένος ὑψηλοῦ χερρονήσου] Conf. Plin. L. IV, 11. & Ammian. L. XXII, 8. & quae adſcripta ſunt Itiner. Antonin. p. 323. P. Wess.

9. Διαφερούσας [illegible]] Not. in L. XIII, 56. adi. Sequentia verterat Interpres, ſuperiores ſubinde domos loco muri inſidebant, neſcio quid ſecutus: nam Steph. margo & Venet. illi non favent. Ego in vulgato acquieſco. P. Wess.

20. Αὖθις [illegible] τῷ Βυζαντίῳ] Sumtum in Byzantios Archonte Nicomacho bellum a Philippo fuiſſe Demoſth. Philipp. IV. p. 86., quam hoc anno peroravit, & Dionyſ. Epiſt. ad Amm. p. 123. oſtendunt. De eo Juſtinus L. IX, 1. P. Wess.

29. Ἀρ-

μαῖς [y] ἀεὶ κατὰ τὴν εἰς τὸν λόφον ἀνάβασιν ἀλλήλων ὑπερέχουσι, καὶ τὸ σχῆμα τῆς ὅλης πόλεως θεατροειδὲς ἀποτελοῦσι. διόπερ τῶν τειχῶν συνεχῶς καταβαλλομένων, οὐδὲν ἠλαττοῦντο. ἀνοικοδομοῦντες γὰρ τοὺς [z] στενωποὺς, ταῖς ἀεὶ κατωτάταις οἰκίαις ὥσπερ ὀχυροῖς τισι τείχεσιν ἐχρῶντο. διόπερ ὁ Φίλιππος μετὰ πολλῶν πόνων καὶ κινδύνων τοῦ τείχους κρατήσας, ἰσχυρότερον εὕρισκε τὸ τεῖχος, τὸ διὰ τῶν οἰκιῶν αὐτομάτως ἡτοιμασμένον. πρὸς δὲ τούτοις, ἐκ τοῦ Βυζαντίου πάντων τῶν πρὸς τὸν πόλεμον χρησίμων ἑτοίμως χορηγουμένων, ἐμέρισε τὰς δυνάμεις εἰς δύο μέρη, καὶ τοὺς μὲν ἡμίσεις τῶν στρατιωτῶν ἀπέλιπεν ἐπὶ τῆς πολιορκίας, ἐπιστήσας αὐτοῖς τοὺς ἀρίστους ἡγεμόνας· τοὺς δ' ἄλλους παραλαβὼν αὐτὸς προσέπεσεν ἄφνω τῷ Βυζαντίῳ, καὶ πολιορκίαν ἰσχυρὰν συνεστήσατο. οἱ δὲ Βυζάντιοι, τῶν τε στρατιωτῶν καὶ τῶν βελῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν χρησίμων παρὰ τοῖς Περινθίοις ὄντων, εἰς πολλὴν ἐνέπιπτον ἀμηχανίαν. καὶ τὰ μὲν περὶ Περινθίους καὶ Βυζαντίους ἐν τούτοις ἦν. Τῶν δὲ συγγραφέων Ἔφορος μὲν ὁ Κυμαῖος τὴν ἱστορίαν ἐνθάδε κατέστροφεν εἰς τὴν Περίνθου πολιορκίαν· [a] περιείληφε δὲ τῇ γραφῇ πράξεις τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου. χρόνον δὲ περιέλαβε σχεδὸν ἐτῶν ἑπτακοσίων καὶ πεντήκοντα, καὶ βίβλους γέγραφε τριάκοντα, προοίμιον ἑκάστῃ [b] προθείς. Δίυλλος δ' ὁ Ἀθηναῖος τῆς δευτέρας συντάξεως ἀρχὴν πεποίηται τῆς Ἐφόρου ἱστορίας τὴν τελευτὴν, καὶ τὰς ἑξῆς πράξεις συνείρει, τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν Βαρβάρων, μέχρι τῆς Φιλίππου τελευτῆς.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Θεοφράστου, Ῥωμαῖοι μὲν ὑπάτους κατέστησαν Μάρκον Οὐαλέριον καὶ Αὖλον Κορνήλιον, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη δεκάτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἀντικλῆς ὁ Ἀθηναῖος· ἐπὶ δὲ τούτων, Φιλίππου Βυζάντιον πολιορκοῦντος, Ἀθηναῖοι μὲν ἔκριναν τὸν Φίλιππον λελυκέναι τὴν πρὸς αὐτοὺς συντεθεῖσαν εἰρήνην, εὐθὺς δὲ καὶ δύναμιν ναυτικὴν ἀξιόλογον ἐξέπεμψαν, [c] βοηθήσουσαν τοῖς Βυζαντίοις. ὁμοίως δὲ τούτοις Χῖοι [d] καὶ Κῷοι καὶ Ῥόδιοι καί τινες ἕτεροι τῶν Ἑλλήνων συμμαχίαν ἐξέπεμψαν τοῖς Βυζαντίοις. διόπερ [e] Φίλιππος καταπλαγεὶς τὴν συνδρομὴν τῶν Ἑλλήνων, τὴν πολιορκίαν τῶν πόλεων ἔλυσε, καὶ πρὸς Ἀθηναίους καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας τοὺς ἐναντιουμένους συνέθετο τὴν εἰρήνην. Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν, Καρχηδόνιοι μὲν μεγάλας παρασκευὰς εἰς τὸν πόλεμον πεποιημένοι, διεβίβασαν τὰς δυνάμεις εἰς
469. τὴν Σικελίαν. εἶχον δὲ σύμπαντες, σὺν τοῖς προϋπάρχουσιν ἐν τῇ νήσῳ, πεζοὺς μὲν πλείους τῶν ἑπτακισμυρίων, ἱππεῖς δὲ καὶ ἅρματα καὶ συνωρίδας οὐκ ἐλάττους τῶν μυρίων· ναῦς δὲ μακρὰς μὲν [f] διακο-

maque urbis quandam theatri ſimilitudinem refert. Olymp. CIX. IV.
Idcirco licet moenia longo tractu dejicerentur, non multum tamen munimentis ipſorum decedebat. Angiportis enim obſtructis, inferiores ſubinde domos loco muri inſidebant. Philippus itaque poſt varios labores & caſus periculoſiſſimos muro ſuperato, alium quem aedificiorum ſitus effecerat longe firmiorem invenit. At enimvero, cum omnia bello conducibilia prompte & affatim e Byzantio ſuppeditarentur, exercitum in duo partitus, dimidium ad oppugnationem continuandam, ſub optimorum ducum imperio reliquit; cum caeteris raptim ductis ipſe Byzantium invadit, idque acerrime oppugnare coepit. Oppidani, qui militem, tela, caeteraque bellis commoda Perinthiis commodaverant, in magnam perplexitatem conjiciuntur. Haec tum ad Perinthum & Byzantium gerebantur. Hic Ephorus, ſcriptorum unus, hiſtoriae ſuae opus cum obſidione Perinthi concludit. Monimentis autem ſuis res a Graecis & Barbaris ab Heraclidarum reditu per IↃ. CCL. annorum decurſum geſtas, & in XXX. volumina, quorum ſingulis praefatio adhaeret, diſtributas comprehendit. Hinc ubi hiſtoriam finit Ephorus, alterum opus exorditur Diyllus Athenienſis, Graecorum & Barbarorum geſta ad Philippi uſque obitum contexens.

77. Cum Athenis Theophraſtus Archon, & Olymp. CX. I.
Romae M. Valerius, cum A. Cornelio Conſul eſſet, decimaque ſupra centeſimam Olympias iniiſſet, qua victoriam e ſtadio Anticles referebat Athenienſis, ibi Philippo Byzantium obſidente Senatus populuſque Athenienſis pacem, quam cum eo firmaverant, violatam arbitrati, extemplo numeroſas contra ipſum copias navales ſubſidio Byzantinis mittunt. Quos Chii, & cum his Coi Rhodiique, & Graecorum alii quidam ſecuti, auxiliares eodem copias mittunt. Eo Graecorum concurſu Philippus territatus, obſidione intermiſſa, pacem cum Athenienſibus caeteriſque Graecis, quos adverſos habebat, conſtituit. In Siciliam interea Carthaginenſes poſt magnos belli apparatus, copias trajiciebant: quarum numerus in univerſum LXX. peditum millia, cum iis, quos jam in Sicilia habebant, exceſſit. Equites vero curruſque, cum bigis non pauciores CCIↃↃ. erant. Naves denique longas CC. & onerarias, equos, inſtrumenta,

y 'Ἀεὶ Reg. 1. Baſil. & mox iterum. z Στενωποὺς τοὺς ὑποκάτω, ταῖς οἰκίαις ora Steph. & Venet. a Περιείληφε Reg. 1. Baſil. b Προθεὶς Baſil. c Βοηθήσασαν Reg. 1. Baſil. d Steph. nota defectus inſſit, & deſunt haec duo in Baſil. Reg. amb. ſine cauſſa tamen. e 'Ο Φιλ. Reg. 2. Baſil. f 'Εβδομήκοντα ora Steph.

29. Ἀρξάμενος, ἀπὸ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου] Vide L. IV, 1. & Ger. Jo. Voſſium de Hiſt. Graec. L. I, 7. P. Wess.

35. Μέχρι τῆς Φιλίππου τελευτῆς] Diſputavimus hac de re ad hujus lib. C. 14. P. Wess.

40. Ἀντικλῆς ὁ Ἀθηναῖος] Reddi victor hic debet Euſebii Catalogo, unde excidit. De conſulibus hujus anni Livius L. VII, 28. P. Wess.

42. Ἀθηναῖοι μὲν ἔκριναν Φίλιππον &c.] Theophraſto Archonte, pacem, quae Philippum inter & Athenienſes poſt Olynthum captam coaluerat, diſſociatam fuiſſe, Philochorus itidem docet in Dionyſii Epiſt. ad. Amm. pag. 124. Signifer & fax Demoſthenes erat, qua re ſeſe jactat Or. pro Coron. pag. 151. Adde Plut. in Demoſth. p. 853. D. P. Wess.

44. Δύναμιν ναυτικὴν ἀξιόλογον ἐξέπεμψαν] Claſſi praefectus fuit Phocion, ut ex Plut. Phoc. pag. 748. A. conſtat, qui navibus CXX. Byzantios & Perinthios periculo, quod urgebat, expedivit. Ipſi propterea in decreto, quo gratum animum Athenienſibus profitentur, βοηθήσας (ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων) πλοίοισι ἑκατὸν καὶ εἴκοσι, καὶ σίτῳ, καὶ βέλεσι, καὶ ὁπλίταις, ἐξείλετο ἁμὲ ἐκ τῶν μεγάλων κινδύνων in Demoſthen. Or. pro Coron. pag. 151. P. Wess.

49. Καὶ πρὸς Ἀθηναίους &c. συνέθετο τὴν εἰρήνην.] De hac pace licet dubitare: nam & Demoſthen. Or. in Philippi Epiſt., quam cum maxime dixit, cives ſuos bello accendit, utque ceteros Graecorum incitent, cohortatur, & Philochorus in Dionyſii ad Amm. Epiſt. p. 124. locuples teſtis eſt, hoc & ſequenti anno continuatum fuiſſe bellum. Itaque ſi ea coaluit, quod Auctor adfirmat & Demoſthenes innuit Or. pro Cor. p. 170, paucorum fuit menſium, quorum ſpatio Scythas Philippus invaſit & adflixit, docente Juſtino L. IX, 2. P. Wess.

57. Ναῦς μακρὰς μὲν διακοσίας] Sic optime. Vid. Plutarchum Timol. p. 248. B. P. Wess.

Olymp. CX. 1. ta, commeatum, & id genus reliqua, vehentium plus quam cIↃ. Nec vero, de tanta hoſtilis exercitus magnitudine certior factus, Timoleon expavit, licet militum ejus numerus in arctum reſtrictus eſſet. Sed cum bellum ipſi intercederet cum Hiceta, id componit, militumque ejus acceſſione non parum vires exercitus ſui auget.

78. Commodiſſimum vero duxit, ſi bellum cum Poenis gerendum in Carthaginenſium territoria transferret, ut agros ſociorum hoc pacto inviolatos conſervaret, hoſticoſque e regione damnis adficeret. Extemplo igitur mercenariis & Syracuſanis cum reliquis ſociis in unum congregatis, concionem publicam inſtituit; ubi accommodatis ad praeſens negocium verbis, ad certamen de ſumma rerum fidenter adeundum multitudinem exhortatur. Quam orationem cum aſſenſu & laetis acclamationibus cuncti exciperent, & ſe quam ocyſſime in hoſtem duci juberent: ſigna promovit, non plures omnino quam ccIↃↃ. cIↃ. cIↃ. ſecum ducens. Jamque in Agrigentinorum fines perventum erat, cum ſubito ingens in caſtris tumultus & ſe-
551. ditio exoritur. Quidam nomine Thraſius ex illorum grege unus, qui ſtipendia facerent, vir temeritate ac confidentia nulli ſecundus; (qui Phocenſium etiam ſocius in templi Delphici exſpoliatione fuerat) conſentaneum prioribus facinus admiſit. Cum enim plerique omnes, qui ſceleris in oraculum patrati conſortes fuerunt, meritis a Numine ſuppliciis (ut paulo ante relatum eſt) affecti eſſent, hic ſolus divinae providentiae ultionem ſubterfugiſſe videri poterat. Et tunc conductitios ad ſeditionem concitare nitebatur. Timoleontem namque mente captum ad certiſſimam milites necem ducere, clamitabat; Sexies (inquit) numeroſior eſt Carthaginenſium exercitus, & ſic omni apparatu inſtructus, ut nemini concedat. Nihilominus ille victoriam pollicetur, quaſi teſſeris de militum ſuorum animis ludat; cum debita per longum tempus ſtipendia, ob inopiam, expedire nequeat. Suadebat igitur, ut Syracuſas regreſſi ſtipendia flagitarent, nec ad profligatam iſtam expeditionem illum ſequerentur.

79. Non ingratus erat hic ſermo conductitiis. Dumque ad innovandum res ſe convertunt, Timoleon multum obſecrando, ampliſſimumque donativum pollicendo, difficulter tandem obtinet, ut a tumultu deſiſtant. Nihilominus tamen Thraſio cIↃ. adhaerent, quorum caſtigationem in aliud tempus prorogat. Interim Syracuſanos amicos per literas monet, ut deſertoribus benigne acceptis, exhibito ſtipendio ſatisfaciant. Ita equidem exortum perturbationis incendium prorſus exſtinguit. Sed contumaces a gloria illuſtris victoriae excludit. Interim reliquis alloquiorum humanitate ad priſti-

σίας, φορτηγοὺς δὲ, τὰς τοὺς ἵππους τε καὶ βέλη καὶ σῖτον καὶ τἆλλα κομιζούσας, πλείους τῶν χιλίων. Τιμολέων δὲ, [g] πυθόμενος τὸ μέγεθος τῆς τῶν πολεμίων δυνάμεως, οὐ κατεπλάγη τοὺς Βαρβάρους, καίπερ εἰς ὀλίγους στρατιώτας συνεσταλμένος· ἔχων δὲ πόλεμον πρὸς Ἱκέταν, διελύσατο πρὸς αὐτὸν, καὶ προσλαβόμενος τοὺς μετ' αὐτοῦ στρατιώτας, οὐ μετρίως ηὔξησε τὴν ἰδίαν δύναμιν.

87. Sunt qui tradant, Philippum cum poſt largam meri ingurgitationem oſtentandae victoriae cauſa laſcivam cum amicis comeſſationem inſtituiſſet, per mediam captivorum turbam inceſſiſſe, verbiſque contumelioſis adverſae fortunae caſum miſeris exprobraſſe. Ubi Demades orator, qui captivorum in grege tunc erat, orationis libertate uſus, verbum coercendae regis petulantiae accommodatum enuntiarit. Ad hunc vero modum locutus fertur: Quando perſonam Agamemnonis fortuna tibi, Rex, induit, Therſitae facta repraeſentare nonne te pudet? Hac increpationis ſolertia motum Philippum uſque adeo totum priorem habitum immutaviſſe, ut non ſolum abjectis corollis, adjuncta comeſſationi petulantiae ſigna procul faceſſere juſſerit, ſed virum etiam, qui liberius ipſum reprehendiſſet, admiratum, e captivitate liberatum honorifico deinceps loco apud ſe habuiſſe. Gratiis ergo Atticis per Demadae familiaritatem delibutus, captivos omnes abſque pretio liberos dimiſit. Ac depoſita tandem, 556.
quae victoriae comes eſt, ſuperbia, miſſis ad populum Athenienſem legatis, amicitiae & ſocietatis foedus cum ipſis renovavit: impoſitoque Thebis praeſidio, pacem Boeotorum genti conceſſit.

88. Hanc cladem paſſi Athenienſes Lyſicli, ſummo belli praefecto, capitale ſupplicium irrogarunt, Lycurgo ipſum accuſante; Qui maximam inter ejus aetatis oratores dignitatem habebat, & vectigalia civitatis XII. annos multa cum laude adminiſtrarat, vitamque cum ſumma virtutis gloria exegerat; ſed acerbiſſimus omnium accuſator. Orationum ejus dignitatem & amaritiem vel ex his verbis, quibus in accuſatione Lyſiclis utitur, conjeceris. „ Belli praetor fuiſti, o Lyſicles; Et „ quanquam civium cIↄ. occubuerint, bis mille „ captivitatem ſubierint, Tropaeum ad urbis hu„ jus ignominiam ſit excitatum, univerſae Grae„ cia jugum ſervitutis injectum; Et haec tandem, „ te duce, te ſummo belli imperatore acciderint; „ vivere tamen audes, ſoliſque jubar intueri ſuſti„ nes, & in forum prodire non erubeſcis, patriae „ tuae dedecoris pudendi, & opprobrii monimen„ tum? Singulare quippiam hac tempeſtate evenit. Quan-

c Θερσίτου *Vat.* prave. *f* Τοσοῦτον *Reg.* 1. *Baſil.* non male, ſi τρόπον ſubaudias. *g* Τῶν τε πολ. ora *Steph.* *h* Ἐστράτηγεις *Baſil.* *i* Τροπαίου *Vat.*

ἀπλῶς τὰς ὅπῃ ἐκείνων ὅπλα ᾑρηκότας. Quae vertit vir doctus: *ille quidem ſtatim poſt pugnam Chaeroneam accedens, Philippum propter Athenienſes graviter objurgavit: (de quibus Heraclides dicebat, armis periiſſe ob arma ſua elatos.)* Mire profecto! An αὐτὸ Χαιρωνείας eſt *ſtatim poſt pugnam Chaeronenſem*, ſic enim ſcribere voluit? Et quis ille Heraclides? Sententia *Philoſtrati* eſt: Diogenem recta Chaeroneam properaſſe, Philippumque ob profligatos Athenienſes corripuiſſe, quod cum Heraclides, ſive *unus ex Herculis poſteris*, dici vellet, eos armis confeceret, qui pro Heraclidis olim arma induerant. Haec ſunt aperta & veteri hiſtoriae congrua. Id addere debeo, περὶ ἀν. per eo loco eſſe incommodam, virumque doctiſſimum videri in eas anguſtias conjeciſſe: mallem equidem abeſſet, aut ejus in ſedem ἐπὶ commigraret; quod tamen abſque librorum patrocinio decernere non tatuo. P. Wess.

35. Ὥστε τοὺς μὲν στεφάνους ἀπορρῖψαι] Vide *Aelian.* Hiſt. Var. L. XIII, 1. cum *Perizonii* nota & *Lamb. Bos.* Exercit. Philol. in Epiſt. *S. Pauli* ad Rom. XIII, 13. Alia de Philippo *Juſtinus* L. IX, 4. P. Wess.

[illegible] Ἄνευ λύτρων] Ipſe *Demades* in Or. fragm. p. 179. δισχιλίους τῶν αἰχμαλώτων ἄνευ λύτρων, καὶ χίλια πολιτῶν σώματα, χωρὶς [illegible], καὶ τὸν Ὠρωπὸν χωρὶς πρεσβείας λαβὼν &c. Liberati Athenienſes cum victores incuſarent, reddique ſibi veſtes & ſtragula poſtularent, οὐ δοκοῦσιν ἡμῖν Ἀθηναῖοι νομίζειν ἐν ἀστραγάλοις ὑφ' ἡμῶν νενικῆσθαι; non ſine riſu Philippus inquiebat in *Plut.* Apophthegm. p. 177. E. P. Wess.

50. Καὶ δώδεκα μὲν ἔτη τὰς προσόδους &c. διοικήσας] Verius erit πεντεκαίδεκα ἔτη. Per continuos enim XV. annos civitatis Atticae quaeſtor fuit. Ταμίας γὰρ ἐγένετο ἐπὶ τρεῖς πενταετηρίδας *Plut.* in Lycurg. p. 841. B.; quo quidem munere quanta integritate & diligentia ſit perfunctus, grati profitentur in Pſephiſmate Athenienſes, δόξας τε πολλὰς καὶ καλὰς ἔδωκε τῇ πατρίδι, καὶ γενόμενος τῆς κοινῆς προσόδου ταμίας τῇ πόλει ἐπὶ [illegible] (leg. ἐπὶ τρεῖς) πενταετηρίδας &c., quae ex *Plut.* p. 852. A. peti debent, & *Pauſan.* L. I, 29., cui ex eo civitatis Atticae decreto clariſſima lux accendi poſſet, ſi id agendi tempus eſſet. P. Wess.

52. Πικρότατος ἦν ἐν τοῖς λόγοις κατήγορος] Vid. *Henr. Valeſium* ad *Ammian. Marcell.* L. XXII, 9., optime docentem, ab hoc Lycurgo oratore viros in adminiſtranda republica & jure dicendo ſeveros *Lycurgeos* & *Lycurgis triſtiores* fuiſſe dictos. P. Wess.

54. Ἐν οἷς τοῦ Λυσικλέους κατηγορῶν] Lycurgi Or. κατὰ Λυσικλέους citat *Harpocration* in Ἐπὶ Δηλίῳ & Ἀνδραποδίζω. Vid. *Jo. Meurſ.* Lect. Attic. L. III, 3. Id paene neglexeram, a *Polyae-*

Olymp. CX. III. Quando enim ad Chaeroneam depugnatum fuit, eadem die ac hora, aliud in Italia certamen inter Tarentinos & Lucanos eſt commiſſum, in quo Archidamus Lacedaemoniorum rex, auxiliarem Tarentinis operam exhibens, oppetivit. Lacedaemoniorum ille regnum per annos XXIII. adminiſtravit. Succeſſit ei filius Agis, novemque annos clavum tenuit. Per id tempus Timotheus Heracleae Ponticae dominus XV. principatus anno vita defungitur; Cui frater Dionyſius ſuccedit, duoſque & XXX. annos dominatum illic obtinet.

Olymp. CX. IV. 89. Archontis magiſtratum Athenis Phrynichus, Conſularem Romae T. Manlius Torquatus & P. Decius inierant, cum Philippus rex ob victoriam ſub Chaeronea partam celſos gerens ſpiritus, poſtquam nobiliſſimis Graeciae urbibus pavorem injecerat, hoc omni connixione agebat, ut totius Graeciae imperator deligeretur. Fama igitur de ſe ſparſa, quod Perſis bellum inferre pro Graecorum emolumentis, & ob admiſſam in templa Deûm impietatem, vindictam de illis ſumere in animo haberet, ſtatim benevolentiam Graecorum ſibi adjunxit. Cumque humanum ac liberalem omnibus privatim ac publice ſe exhiberet, civitatibus tandem ſe de commodis Reipublicae cum ipſis conſultare velle, denunciavit. Publico igitur conventu apud Corinthum indicto, de bello contra Perſas ſuſcipiendo diſſerit, & praeclaram de ſucceſſu rei ſpem faciens, ad belli ſocietatem concilium exhortatur. Ad extremum Graeciae totius imperator cum ſumma poteſtate creatus, magnificos in expeditionem Perſicam apparatus facit, certoque militum auxiliariorum numero ſingulis urbibus indicto, in Macedoniam redit. Atque hoc modo Philippi res conſtitutae erant.

90. In Sicilia vero Timoleon cum Siculorum juxta ac Syracuſanorum rempublicam inſtauraſſet, octavo adminiſtrationis ſuae anno vivere deſiit. Syracuſani igitur, qui in magna hunc virum aeſtimatione habuerant, ob virtutem & benefactorum magnitudinem magnificum ei funus adornant; Quod cum efferretur multitudine convocata, hoc pſephiſma a Syracuſano populo promulgatur, ut ducentarum ſumtu minarum Timoleonti funus peragatur, & parentatione inſtituta anniverſaria, certaminibus Muſicis equeſtribus & gymnicis memoria illius in omne tempus honeſtetur; quod debellatis barbaris maximas Graecorum in Sicilia urbes deductis coloniis frequen-

περὶ τὴν Χαιρώνειαν ἐγίνετο μάχη, ἑτέρα παράταξις συνέστη κατὰ τὴν Ἰταλίαν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ, διαπολεμούντων μὲν Ταραντίνων πρὸς Λευκανούς, συναγωνιζομένου δὲ τοῖς Ταραντίνοις Ἀρχιδάμου τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως, ὅτε συνέβη καὶ αὐτὸν ἀναιρεθῆναι τὸν Ἀρχίδαμον. οὗτος μὲν οὖν ἦρξε τῶν Λακεδαιμονίων ἔτη τρία καὶ εἴκοσι· Τὴν δὲ βασιλείαν διαδεξάμενος ὁ υἱὸς Ἆγις ἦρξεν ἔτη ἐννέα. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Τιμόθεος ὁ τῆς Ἡρακλείας 478. τῆς ἐν τῷ Πόντῳ τύραννος ἐτελεύτησε, δυναστεύσας ἔτη πεντεκαίδεκα· τὴν δὲ τυραννίδα διαδεξάμενος [k] ὁ ἀδελφὸς Διονύσιος, ἦρξεν ἔτη δυσὶ πλείω τῶν τριάκοντα.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Φρυνίχου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Τίτον Μάλλιον Τορκουᾶτον καὶ Πόπλιον Δέκιον· ἐπὶ δὲ τούτων, Φίλιππος ὁ βασιλεὺς, πεφρονηματισμένος τῇ περὶ Χαιρώνειαν νίκῃ, καὶ τὰς ἐπιφανεστάτας πόλεις καταπεπληγμένος, ἐφιλοτιμεῖτο γενέσθαι πάσης τῆς Ἑλλάδος ἡγεμών. διαδοὺς δὲ λόγον ὅτι βούλεται πρὸς Πέρσας ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων πόλεμον ἄρασθαι, καὶ λαβεῖν παρ' αὐτῶν δίκας ὑπὲρ τῆς εἰς τὰ ἱερὰ γενομένης παρανομίας, ἰδίους τοὺς Ἕλληνας ταῖς εὐνοίαις ἐποιήσατο. [l] Φιλοφρονούμενός τε πρὸς ἅπαντας καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ, ταῖς πόλεσιν ἀπεφαίνετο βούλεσθαι διαλεχθῆναι περὶ τῶν συμφερόντων. διόπερ ἐν Κορίνθῳ τοῦ κοινοῦ συνεδρίου συναχθέντος, διαλεχθεὶς περὶ τοῦ πρὸς Πέρσας πολέμου, καὶ μεγάλας ἐλπίδας ὑποθεὶς, προετρέψατο τοὺς συνέδρους εἰς πόλεμον. τέλος δὲ τῶν Ἑλλήνων ἑλομένων αὐτὸν στρατηγὸν αὐτοκράτορα τῆς Ἑλλάδος, μεγάλας παρασκευὰς ἐποιεῖτο πρὸς τὴν ἐπὶ τοὺς Πέρσας στρατείαν. διατάξας δ' ἑκάστῃ πόλει τὸ πλῆθος τῶν εἰς συμμαχίαν στρατιωτῶν, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Μακεδονίαν. καὶ τὰ μὲν περὶ Φίλιππον ἐν τούτοις ἦν.

Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν, Τιμολέων ὁ Κορίνθιος, ἅπαντα τοῖς Συρακουσίοις καὶ τοῖς Σικελιώταις κατωρθωκὼς, ἐτελεύτησε, στρατηγήσας ἔτη ὀκτώ. οἱ δὲ Συρακούσιοι μεγάλως ἀποδεδεγμένοι τὸν ἄνδρα, διά τε τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν, μεγαλοπρεπῶς ἔθαψαν αὐτὸν, καὶ κατὰ τὴν ἐκφορὰν ἀθροισθέντος τοῦ πλήθους, τόδε τὸ ψήφισμα ἀνηγόρευσεν ὁ δῆμος τῶν Συρακουσίων, Τιμολέοντα τιμᾶν ἐτήσιον, τοῦτον δὲ θάπτειν ἀπὸ διακοσίων μνῶν, τιμᾶσθαι δὲ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀγῶσι μουσικοῖς καὶ ἱππικοῖς καὶ γυμνικοῖς, ὅτι τοὺς βαρβάρους καταπολεμήσας, καὶ τὰς μεγίστας τῶν Ἑλληνίδων πόλεων [m] οἰκίσας, αἴτιος ἐγενήθη τῆς ἐλευθε-

k Ὁ υἱὸς Διον. *Baſil. Vat. Reg.* 1. *Coſpur.* l Φιλοφρονούμενός τε πρὸς *Reg.* 1., quod commodius. Cett. δὲ πρός. m Ἐνοικήσας *Baſil.* οἰκίσας ora *Steph.* Vulgo ἐνοικίσας.

no copiarum Atticarum in Chaeronenſi praelio ducem adpellari *Strateclem* L. IV, 2, 2., quo etſi nomine civem ſibique aequalem memoret *Aeſchin.* Or. περὶ τῆς Παραπρ. p. 30., erroris tamen *Polyaenum* haud abſolvo. P. Wess.

68. Ὅτε συνέβη καὶ αὐτὸν ἀναιρεθῆναι τὸν Ἀρχίδαμον] Id veriſſimum. Addere potuiſſet, Archidamum ſepulturae honore caruiſſe; petentibus enim Tarentinis & bene multam pecuniam offerentibus interfecti corpus Lucani negarunt, apud *Athen.* L. XII. p. 536. D. referente *Theopompo.* Conſentit *Pauſanias*, eam illi poenam ab Apolline ob ſacrilegii cum Phocenſibus ſocietatem impoſitam fuiſſe ſignificans L. III, 10. pag. 230. & L. VI, 4. P. Wess.

71. Ἦρξεν ἔτη ἐννέα] Vid. ad hujus lib. cap. 64. P. Wess.

75. Ὁ ἀδελφὸς Διονύσιος] Pro ἀδελφὸς legitur etiam ὁ υἱὸς, quam lectionem nec in margine nec in textu poſui, quod falſam eſſe ex *Memnone* compererim; cujus haec ſunt verba in iis, quae a me excuſa ſunt ex ejus hiſtoria fragmentis (cap. 4.) ὁ δὲ Τιμόθεος παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, οὕτω ταύτην &c. Paullo poſt ἐφ' οἷς καὶ τὸν ἀδελφὸν Διονύσιον τά τε ἄλλα πατρικῶς ὑπῆλθε καὶ κοινωνὸν μὲν εὐθὺς ἐποίησε τῆς ἀρχῆς, ἐχειροτόνησε δὲ καὶ διάδοχον. H. Steph.

Ὁ ἀδελφὸς Διονύσιος] Dionyſium Timothei fuiſſe fratrem, Clearchi filium, *Nymphis* apud *Athen.* L. XII. p. 549. A. confirmat. De tyrannidis annis non convenit *Memnoni* cum *Diodoro*: dat illi XXX., Noſter ἔτη δυσὶ πλείω τῶν τριάκοντα, quod dictum videtur ut ἔτη λείποντα δυοῖν τῶν τριάκοντα L. I, 5. P. Wess.

85. Ὑπὲρ τῆς εἰς τὰ ἱερὰ γενομένης παρανομίας] Vid. ad lib. XI, 29. & *B. Briſſon.* de Reg. Perſ. L. II, 30. p. 363. P. Wess.

89. Διόπερ ἐν Κορίνθῳ] Non diſſimilia *Juſtin.* L. IX, 5. P. Wess.

7. Τιμολέοντα τιμᾶν ἐτήσιον.] Haec ſequentibus non reſpondent, & flagitioſe ſunt corrupta. Fuiſſe puto Τιμολέοντα Τιμαινέτου υἱὸν, Κορίνθιον τόνδε, θάπτειν, aut, ſi hoc nimium putetur, τοῦτον δὲ θάπτειν. Auctorem do *Plut.* extrema Vit. Timol., ubi Syracuſanorum decretum editur: Ὁ δῆμος τῶν Συρακοσίων Τιμολέοντα Τιμοδήμου, Κορίνθιον τόνδε, θάπτει μὲν ἀπὸ διακοσίων μνῶν, ἐτίμησε δὲ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀγῶσι μουσικοῖς, ἱππικοῖς, γυμνικοῖς, ὅτι τοὺς τυράννους καταλύσας καὶ τοὺς βαρβάρους καταπολεμήσας, καὶ τὰς μεγίστας τῶν ἀναστάτων πόλεων οἰκίσας, ἀπέδωκε τοὺς νόμους τοῖς Σικελιώταις. Ex quibus cuivis apertum arbitror, ipſa Pſephiſmatis verba adumbraſſe *Diodorum*. Scripſi autem Τιμαινέτου υἱὸν quod utriuſque ſint veſtigia in verbis ΤΙΜΑΙΝ ΕΤήσιον, & Auctor Timoleontem Timaeneti F., non Timodemi, ut *Plutarchus*, perhibeat C. 66. P. Wess.

11. Ὁ-

θερίας τοῖς Σικελιώταις. Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Ἀριοβαρζάνης μὲν ἐτελεύτησε, [n] βασιλεύσας ἔτη εἴκοσι καὶ ἕξ· τὴν δὲ βασιλείαν διαδεξάμενος Μιθριδάτης, ἦρξεν ἔτη πέντε πρὸς τοῖς τριάκοντα. Ῥωμαῖοι δὲ πρὸς Λατίνους καὶ Καμπανοὺς παραταξάμενοι περὶ πόλιν Σύεσσαν, ἐνίκησαν, καὶ τῶν ἡττηθέντων μέρος τῆς χώρας [o] ἀφείλοντο. ὁ δὲ
479. κατορθώσας τὴν μάχην Μάλλιος ὁ ὕπατος ἐθριάμβευσεν.

Ἐπ᾽ ἄρχοντος δ᾽ Ἀθήνησι Πυθοδώρου Ῥωμαῖοι μὲν κατέστησαν ὑπάτους Κόϊντον Πόπλιον καὶ Τιβέριον Αἰμίλιον Μάμερκον, Ὀλυμπιὰς δ᾽ ἤχθη πρώτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν καὶ δέκα, καθ᾽ ἣν ἐνίκα στάδιον Κλεόμαντις [p] Κλειτόριος. ἐπὶ δὲ τούτων, Φίλιππος ὁ βασιλεὺς, ἡγεμὼν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων καθεσταμένος, καὶ τὸν πρὸς Πέρσας πόλεμον [q] ἐστησάμενος, Ἄτταλον μὲν καὶ Παρμενίωνα προαπέστειλεν εἰς τὴν Ἀσίαν, μέρος τῆς δυνάμεως δοὺς καὶ προστάξας ἐλευθεροῦν τὰς Ἑλληνίδας πόλεις· αὐτὸς δὲ σπεύδων μετὰ τῆς τῶν θεῶν γνώμης ἐπανελέσθαι τὸν πόλεμον, ἐπηρώτησε τὴν Πυθίαν, εἰ κρατήσει τοῦ βασιλέως τῶν Περσῶν· ἡ δὲ ἔχρησεν αὐτῷ τόνδε τὸν χρησμόν,

Ἔστεπται μὲν ὁ ταῦρος, ἔχει τέλος, ἔστιν ὁ θύσων.

ὁ μὲν οὖν Φίλιππος, σκολιῶς ἔχοντος τοῦ χρησμοῦ, πρὸς τὸ ἴδιον συμφέρον ἐξεδέχετο τὸ λόγιον, ὡς τοῦ μαντείου προλέγοντος τὸν Πέρσην ἱερείου τρόπον [r] τυθήσεσθαι. τὸ δ᾽ ἀληθὲς οὐχ οὕτως εἶχεν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐσήμαινεν, ἐν πανηγύρει καὶ θεῶν θυσίαις τὸν Φίλιππον ὥσπερ τὸν ταῦρον ἐστεμμένον σφαγιασθήσεσθαι. οὐ μὴν ἀλλὰ δόξας [s] συμμαχεῖν αὐτῷ τοὺς θεοὺς, περιχαρὴς ἦν, ὡς τῆς Ἀσίας ὑπὸ Μακεδόνας ἐσομένης αἰχμαλώτου. εὐθὺς οὖν θυσίας μεγαλοπρεπεῖς ἐπετέλει τοῖς θεοῖς, καὶ τῆς θυγατρὸς Κλεοπάτρας τῆς ἐξ Ὀλυμπιάδος συνετέλει γάμους. καὶ ταύτην μὲν Ἀλεξάνδρῳ συνῴκισε τῷ βασιλεῖ τῶν Ἠπειρωτῶν, ἀδελφῷ δὲ ὄντι γνησίῳ τῆς Ὀλυμπιάδος. ἅμα δὲ ταῖς τῶν θεῶν τιμαῖς βουλόμενος ὡς πλείστους τῶν Ἑλλήνων μετασχεῖν τῆς εὐωχίας, ἀγῶνάς τε μουσικοὺς καὶ μεγαλοπρεπεῖς ἐποίει, καὶ λαμπρὰς ἑστιάσεις τῶν φίλων καὶ ξένων. διόπερ ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος μετεπέμπετο τοὺς ἰδιοξένους, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ φίλοις παρήγγειλε παραλαμβάνειν τῶν [t] ἀπὸ τῆς ξένης γνωρίμων ὡς πλείστους. σφόδρα γὰρ ἐφιλοτιμεῖτο φιλοφρονεῖσθαι πρὸς τοὺς Ἕλληνας, καὶ διὰ τὰς δεδομένας αὐτῷ τῆς ὅλης ἡγεμονίας τιμὰς, προσηκούσαις ὁμιλίαις ἀμείβεσθαι.

taſſet, & libertatis Siculorum vindex exſtitiſſet. Per idem tempus Ariobarzanes diem ſuum obiit, regni ſui anno vigeſimo ſexto. Quem Mithridates in regno conſecutus v. & xxx. annos regnavit. Tum Romani, infeſta acie cum Latinis & Campanis ad urbem Sueſſam congreſſi, victores abeunt, & parte agrorum victos multant. Manlius autem Cos., cujus auſpiciis res hoc praelio bene geſta fuerat, triumphum egit. Olymp. cx. iv. 557.

91. Cum Pythodorus Athenienſis reipublicae princeps eſſet, Romaeque conſulatu fungerentur Q. Publilius & Tiberius Aemilius Mamercus, Olympias undecima ſupra centeſimam agebatur; qua Cleomantis Clitorius e ſtadio palmam retulit. Hoc anno Philippus, belli dux a Graecis factus, bellum Perſicum inchoavit, ac ſtatim Attalum & Parmenionem, cum parte copiarum & mandatis, ut urbes ibi Graecas liberarent, in Aſiam praemiſit. Ipſe Deorum conſenſu bellum ſuſcipere maturans, an victoriam de rege Perſarum adepturus eſſet, Pythiam interrogavit. Quae hujuſmodi oraculum ipſi cecinit. Olymp. cxi. 1.

Serta gerit Taurus, jamque adſtat, qui immolet illum.

Id ambigue dictum ad ſuam Philippus utilitatem detorquebat, quaſi Perſam victimae inſtar jugulatum iri, fatidico carmine praediceretur, ſed rei veritas longe aliter ſe habebat, quod ex adverſo ſignificaretur, fore nimirum, ut Philippus in frequenti hominum conventu, ſacroque Deûm epulo, veluti taurus coronis redimitus, mactandus eſſet. Interim Deos ſibi viſus auxiliares habere, plurimum laetabatur, ac ſi jam jam Aſiae captivitatis jugum Macedones impoſituri eſſent. Continuo igitur magnificum Diis ſacrificium inſtituens, Cleopatrae, ex Olympiade ſibi editae, nuptias celebravit. Hanc Alexandro Epirotarum regi, qui germanus Olympiadis frater erat, in matrimonium dabat. Inter Deûm vero honores, cum etiam convivio nuptiali, quamplurimos Graecorum intereſſe cuperet, certamina Muſica, conviviaque amicis & hoſpitibus excipiendis magnifico cum apparatu & ſplendore adornavit. Ex univerſa igitur Graecia ſuos ſibi hoſpites evocat, & familiaribus ſuis injungit, ut quamplurimos eis notos ex peregrinis locis arceſſant. In hoc enim maxime operam dabat, ut ſuam Graecis benevolentiam luculente teſtatam faceret, & pro delatis ſummi imperii honoribus per benignos hoſce congreſſus gratiam illis retribueret.

92. Un-

[n] Ἔτη βασιλ. Reg. 1. [o] Ἀφείλοντο idem. [p] Κλειτόριος Baſil. Reg. 1. [q] Ἐστησάμενος Venet. [r] Τεθύσεσθαι marg. Baſil. [s] Συμμαχήσειν Venet. [t] Ἀπὸ τῆς ξένης Reg. 1. Baſil. quos laudo. Aberat Edd. articulus.

11. Οἰκήσας] Sic ex *Stephani* veteri libro praeſtat ob *Plutarchum*. Ἐνοικίζω aliud atque eorum eſt, qui in aedes immigrant, unde ἐνοίκιον penſio, quae pro aedium uſu debetur. Vide elegantem incerti ſcriptoris locum in *Stobaei* Serm. 1. pag. 19. P. WESS.

14. Ἀριοβαρζάνης μὲν ἐτελεύτησε] Conf. ſupra L. xv, 90. Phrygiae imperabat & parti Myſiae & Cappadociae. Res ejus geſtas recenſet in regum Ponti Hiſtoria *Jo. Vaillantius*, ſed multa aliena admiſcens, p. 37. &c. P. WESS.

16. Μιθριδάτης ἦρξεν ἔτη πέντε πρὸς τοῖς τριάκοντα] Eadem L. xx, 111. & recte. Quod enim hos numeros vitii arguit *P. Vaillantius* Hiſt. reg. Pont. p. 32. ..id illi, male calculos ſubducenti, in opinionem venit: ait ab anno 4. Olymp. cx. novem integras Olymp. abiiſſe ad Olymp. cxix. annum tertium, qua vita depulſus eſt Mithritades: regnaſſe ergo per ſolidos xxx. annos. Sed non advertit, utriuſque termini habendam fuiſſe rationem & trium etiam annorum, qui Olymp. cxix. excedunt. Ego vero vix dubito, quin hic ſit Mithridates, Ariobarzanis filius, cujus dolo Datames interfectus periit apud *Nepot. Cornel.* in Datame C. 10. Aetas non obſtat, quam longiſſime in annum uſque LXXXIV. prorogavit, *Luciano* in Macrob. C. 13. teſte. P. WESS.

18. Περὶ πόλιν Σύεσσαν] *Ad Triſanum, inter Sinueſſam & Minturnas is locus eſt*. Ita *Livius* L. VIII, 11. ubi *Car. Sigonius* Σινόεσσαν huic loco reddendam admonet. Similem mendam ex *Ptolemaeo* eluit *Ph. Cluverius* Ital. Antiq. L. III. pag. 1079. P. WESS.

22. Πυθοδήμου] Ab *Arriano* (Ἀναβ. Ἀλεξ. L. 1, 1.) vocatur Πυθόδημος qui hic Πυθόδωρος. H. STEPH.

Πυθοδήμου] *Arriano* conſentit *Dionyſius* in Dinarcho pag. 116. cum *Sylburgii* nota. Stat a *Noſtri* partibus *Demoſthenes* Or. in Olympiodor. p. 652., ſi *Jo. Meurſium* de Archont. L. IV, 12. audis. Sed cave faxis. Alius eſt, ut res ibidem memoratae oſtendunt, neque ab eo diverſus, quem vidimus Athenis ſummo magiſtratu functum hujus lib. C. 71. P. WESS.

23. Κόϊντον Πόπλιον] *Rhodomannus* ſcribit Πετίλιον quod vitioſius expreſſum, in not. *correct*. Πουπίλιον eſſe jubet. Credo properantius pro Πουβλίλιον, hoc enim nomine fuit. Collegam ejus cognomine *Mamercinum* ex hoc *Diodori* loco citat *Car. Sigon.* ad *Livii* L. VIII, 12., ſatis ex vero. Noſtri *Codd.* nil movent. P. WESS.

34. Ἡ δὲ ἔχρησεν αὐτῷ τόνδε τὸν χρησμόν] Habet idem oraculi reſponſum *Pauſan.* L. VIII, 7. pag. 612. De tauris coronatis multa viri docti ad *S. Lucae* A. A. C. XIV, 13., ſed tu Illuſt. *Grotium* adi. P. WESS.

55. Μετεπέμπετο τοὺς ἰδιοξένους] Interp. *eximios amicos & hoſpi-*

tes

Olymp. CXI. 1. 92. Undique ergo ingens multitudo ad ſolennitatem illam confluxit; Duraque nuptiae inſigni certaminum magnificentia Aegis Macedoniae peraguntur, non tantum pro ſeſe nobiliſſimi quique, ſed etiam magni nominis urbes pleraeque aureis coronis Philippum munerantur. In urbium numero Athenienſes ſimul erant. Ibi dum coronam a populo miſſam praeco voce clara commendat, ad finem annectit, ſi quis poſt ſtructas Philippo inſidias Athenis receptum quaerat, eum ſine cunctatione deditum iri. Per hanc vocem fortuito prolatam, divina quadam providentia inſidiarum jam jam imminens periculum Deus Philippo denunciavit. Id genus etiam aliae ceu divino quodam afflatu voces edebantur, quibus
358. vitae exitus regi portenderetur. Interfuit tunc convivio Neoptolemus Tragoedus, magnitudine vocis & nominis celebritate facile primus. Hunc carminum a ſe injunctorum, inprimis vero expeditioni Perſicae convenientium, aliquot recitare juſſerat. Artifex ergo poema quoddam ad tranſitum Philippi in Aſiam (ut putabat) accommodum, quo felicitatem regis Perſarum, quantumvis magnam, & toto orbe decantatam, a fortuna tamen peſſum aliquando dandam perſtringeret, his verbis exorditur;

Vos celſiores animos aethere habentes,
Cupitis ſpatia ampla terrae;
Aedes ſupra aedes ſtruitis tumore inani,
Stolideque curriculum vitae extrahitis.
Sed ecce graſſans celeri pede heu tenebras
operi objicit, brevi ſpes
Tacitusque morte longas
Reſecat, labore ſuis cumulatus, Orcus.

Alia etiam his connexa adjicit, quae ad eandem omnia ſententiam tendebant. Sed Philippus laetus in his, quae recitabantur, totus erat, & cogitatione ſua prorſus ad regis Perſarum everſionem ferebatur. Simul etiam redditum e tripode ſibi effatum animo revolvens, quod cum Tragoedi verbis plane conſentiret. Soluto tandem convivio, cum ludi in diem proximum redintegrandi eſſent, ingens turba, durante adhuc nocte, in theatrum concurrit. Ubi cum caetero apparatu ſumtuoſiſſimo XII. imagines Deorum prae-

Τέλος δὲ πολλῶν πανταχόθεν πρὸς τὴν πανήγυριν συρρεόντων, καὶ τῶν ἀγώνων καὶ γάμων συντελουμένων ἐν [v] Αἰγαῖς τῆς Μακεδονίας, οὐ μόνον κατ' ἄνδρα τῶν ἐπιφανῶν ἐστεφάνωσαν αὐτὸν χρυσοῖς στεφάνοις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀξιολόγων πόλεων αἱ πλείους, ἐν αἷς ἦν καὶ ἡ τῶν [x] Ἀθηναίων. ἀναγορευομένου δὲ τοῦ στεφάνου τούτου διὰ τοῦ κήρυκος, τὸ τελευταῖον εἶπεν, ἄν τις ἐπιβουλεύσας Φιλίππῳ τῷ βασιλεῖ καταφύγῃ πρὸς Ἀθηναίους, παραδόσιμον εἶναι τοῦτον. Διὰ δὲ τῆς αὐτοματιζούσης φήμης, ὥσπερ θείᾳ τινὶ προνοίᾳ, διεσήμαινε τὸ δαιμόνιον τὴν ἐσομένην ἐπιβουλὴν αὐτοῦ τῷ Φιλίππῳ. ἀκολούθως δὲ τούτοις καὶ ἕτεραί τινες ὥσπερ ἐνθεάζουσαι ἐγένοντο φωναί, προδηλοῦσαι τὴν τοῦ βασιλέως καταστροφήν. ἐν γὰρ τῷ βασιλικῷ πότῳ Νεοπτόλεμος ὁ τραγῳδός, προέχων τῇ μεγαλοφωνίᾳ καὶ τῇ δόξῃ, προστάξαντος αὐτῷ τοῦ Φιλίππου προενέγκασθαι τῶν [y] ἐπιτεταγμένων ποιημάτων, καὶ μάλιστα τῶν ἀνηκόντων πρὸς τὴν κατὰ τῶν Περσῶν στρατείαν, ὁ μὲν τεχνίτης κρίνας οἰκεῖον ὑποληφθήσεσθαι τὸ ποίημα τῇ διαβάσει τοῦ Φιλίππου, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπιπλῆξαι βουλόμενος τοῦ Περσῶν βασιλέως, καίπερ οὖσαν μεγάλην καὶ περιβόητον, ὅπως [z] μεταπέσοι ποτὲ εἰς τοὐναντίον ὑπὸ τῆς τύχης, ἤρξατο λέγειν τόδε τὸ ποίημα,

„ Φρονεῖτε νῦν αἰθέρος ὑψηλότερον καὶ μεγάλων
„ πεδίων ἀρούρας. Φρονεῖτε ὑπερβαλλόμενοι δόμων
„ δόμους, ἀφροσύνᾳ πρόσω βιοτὰν τεκμαιρόμενοι. ὁ
„ δ' ἀμφιβάλλει ταχύπουν κέλευθον ἕρπων σκοτίαν,
„ ἄφνω δ' ἄφαντος προσβὰς, μακρὰς ἀφαιρού-
„ μενος ἐλπίδας, θανάτοις πολύμοχθος ἅι-
„ δας.

Καὶ τὰ τούτων [a] ἑξῆς συνείρε, πάντα πρὸς τὴν ὁμοίαν φερόμενα διάνοιαν. ὁ δὲ Φίλιππος ἡσθεὶς ἐπὶ τοῖς ἀπηγγελμένοις ὅλος ἦν, καὶ τελέως φερόμενος τῇ διανοίᾳ πρὸς τὴν τοῦ Περσῶν βασιλέως καταστροφήν, ἅμα δὲ καὶ τὸν πυθόχρηστον χρησμὸν ἀνελογίζετο, παραπλησίαν ἔχοντα διάνοιαν ταῖς ὑπὸ τοῦ τραγῳδοῦ ῥηθείσαις. τέλος δὲ τοῦ πότου διαλυθέντος, καὶ τῶν ἀγώνων κατὰ τὴν ὑστεραίαν τὴν ἀρχὴν λαμβανόντων, τὸ μὲν πλῆθος ἔτι νυκτὸς οὔσης συνέτρεχεν εἰς τὸ θέατρον, ἅμα δ' ἡμέρᾳ τῆς πομπῆς γινομένης σὺν ταῖς ἄλλαις ταῖς 480.

v Αἰγίαις ora *Steph.* x Ἀθηνῶν Reg. 1. y Ἐπιτελουμένων ora *Steph.* Reg. 1. z Μεταπέσῃ Reg. 1. a Ἑξῆς ἐπᾷδει tum προσεπεῖν Reg. 1.

tas ſingulares verterat. Tu vide ad L. XIII, 5. P. Wess.

66. Ἀναγορευομένου δὲ τοῦ στεφάνου] Sollemne hac in re, ſicuti & ἀνακηρύττεσθαι, verbum. Conf. *Sam. Petitum* LL. Attic. L. III. Tit. 6. pag. 378. & quae dixi Diatrib. de Jud. Archont. C. 2. Vide vero mobilitatem vulgi Attici: proclamant παραδόσιμον εἶναι inſidiarum in Philippum auctorem, ubi vero inaudiverunt, Pauſaniae manibus occubuiſſe, θυσίας ἔθυσαν εὐαγγέλια καὶ στεφάνου ἐψηφίσαντο Παυσανίᾳ in *Plut.* Demoſthene pag. 855. E. Nimirum ὁ δῆμος ἐστιν ὄχλος, ἀσταθμητότατον πρᾶγμα τῶν ἁπάντων καὶ ἀσυνθετώτατον, ut Demoſthenes dicere ſolebat. *Aeſchines*, ne id negligam, omnem ejus mutatae voluntatis culpam in Demoſthenem confert Or. in Cteſiph. p. 76. P. Wess.

70. Διὰ τῆς — φήμης] Omen intelligitur. Id enim ſaepe, φήμη, ut in ſuperioribus oſtendere memini. Vid. L. XVII, 10. Athenis Φήμη propter haec omina Dea cenſebatur, teſte *Aeſchine* Or. in Timarch. p. 18. & de Leg. fals. p. 47., quamquam is occaſione alias ad alia vertit. P. Wess.

75. Νεοπτόλεμος ὁ Τραγῳδὸς] Omnia, quae hunc Neoptolemum illuminare poſſunt, diligentiſſime in unum conduxit vir eximius *P. Leopardus* Emend. L. 12, 15., atque ejus ex copiis, etſi diſſimulat, *Torrentius* ad *Sueton.* Calig. C. 57. P. Wess.

78. Τῶν ἐπιτεταγμένων] Hoc ferri poteſt, ſi Philippus Neoptolemo fabulam recitandam imperaverit. Alioqui praeferrem τῶν ἐπιτετευγμένων, ut carmen ſit egregie ſcriptum, quodque actoris opera, ut *Terentius* loquitur, ſtetiſſet. Non admodum diverſo ulu τῶν ἐπιτετευγμένων μύθων dixit princ. L. 1. Deeſſe vero ad pleniorem ſtructuram pronomen, non eſt ut admoneam. P. Wess.

79. Ὁ μὲν τεχνίτης] Vid. not. in L. IV, 5. Fabulam quam ſcenicus artifex Neoptolemus egit, *Cinyras* erat: nam Mneſter pantomimus illam tragoediam eo die, quo Caligula confectus occubuit, ſaltavit, quam Neoptolemus tragoedus olim ludis, quibus Philippus Macedonum rex occiſus eſt, egerat, *Suetonio* in Calig. C. 57. auctore. Atqui Mneſter, uti *Joſephus* L. XIX, 1, 13. teſtatur, *Cinyram* ſaltavit. Debentur haec doctiſſimo *Sam. Petito*, quem vide Comment. in LL. Attic. L. III. Tit. 2. p. 331. P. Wess.

87. Φρονεῖτε νῦν αἰθέρος] Verſus Anapaeſticos ſic in ordinem redigo & emendo: de quo tamen eruditus lector judicet:

Φρονεῖτε νῦν αἰθέρος ὑψηλότερον καὶ
Μεγάλων πεδίων ἀρούρας.
Φρονεῖθ', ὑπερβαλλόμενοι δόμων δόμους ἀ-
φροσύνᾳ πρόσω βιοτὰν τεκμαιρόμενοι.
Ὁ δ' ἀμφιβάλλει ταχύπουν κέλευθον ἕρπων
Σκοτίαν ἄφνω δ' ἄφαντος
Προσβὰς, μακρὰς δ' ἀφαιρού-
μενος ἐλπίδας θανάτοις πολύμοχθος ᾅδας.

L. Rhod.

Φρονεῖτε νῦν αἰθέρος &c.] Laudo *Rhodomannum*: quae mutat levia ſunt & neceſſaria. Θανάτοις correxit quoque *Th. Gataker.* ad *Antonini* L. XI. pag. 321. Convenit ἀπο τῶν φρονημάτων in omnes, qui agros domoſque continuant, & habendi cupidine ἀγρὸν ἀγρῷ,

ταῖς μεγαλοπρεπέσι κατασκευαῖς, εἴδωλα τῶν δώδεκα θεῶν ἐπόμπευε, ταῖς τε δημιουργίαις b περιττῶς εἰργασμένα, καὶ τῇ λαμπρότητι τοῦ πλούτου θαυμαστῶς κεκοσμημένα. σὺν δὲ τούτοις, αὐτοῦ τοῦ Φιλίππου τρισκαιδέκατον ἐπόμπευε c θεοπρεπὲς εἴδωλον, σύνθρονον ἑαυτὸν ἀποδεικνύντος τοῦ βασιλέως τοῖς δώδεκα θεοῖς.

Τοῦ δὲ θεάτρου πληρωθέντος, αὐτὸς ὁ Φίλιππος ᾔει λευκὸν ἔχων ἱμάτιον, καὶ προστεταχὼς τοὺς δορυφόρους μακρὰν ἀφεστῶτας ἀφ' ἑαυτοῦ συνακολουθεῖν· ἐνεδείκνυτο γὰρ πᾶσιν ὅτι τηρούμενος τῇ κοινῇ τῶν Ἑλλήνων εὐνοίᾳ, τῆς τῶν δορυφόρων φυλακῆς οὐκ d ἔχει χρείαν. τηλικαύτης δ' οὔσης περὶ αὐτὸν ὑπεροχῆς, καὶ πάντων ἐπαινούντων ἅμα καὶ μακαριζόντων τὸν ἄνδρα, παραδόξως καὶ παντελῶς
481. e ἀνέλπιστος ἐφάνη κατὰ τοῦ βασιλέως ἐπιβουλὴ καὶ θάνατος. ἵνα δὲ σαφὴς ὁ περὶ τούτων γένηται λόγος, προεκθησόμεθα τὰς αἰτίας τῆς ἐπιβουλῆς. Παυσανίας ἦν τὸ μὲν γένος Μακεδὼν, ἐκ τῆς Ὀρεστίδος καλουμένης, τοῦ δὲ βασιλέως σωματοφύλαξ, καὶ διὰ τὸ κάλλος φίλος γεγονὼς τοῦ Φιλίππου. οὗτος ὁρῶν ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀγαπώμενον ἕτερον Παυσανίαν ὁμώνυμον f ἑαυτῷ, ὀνειδιστικοῖς πρὸς αὐτὸν ἐχρήσατο λόγοις, φήσας ἀνδρόγυνον εἶναι, καὶ τοὺς τῶν βουλομένων ἔρωτας ἑτοίμως προσδέχεσθαι. ὁ δὲ τὴν ἐκ τῆς λοιδορίας ὕβριν οὐκ ἐνέγκας, τὸ μὲν παρὸν κατεσιώπησεν, Ἀττάλῳ δέ τινι τῶν φίλων ἀνακοινωσάμενος περὶ τῶν μελλόντων πράττεσθαι, ἑκουσίως καὶ παραδόξως ἑαυτὸν ἐκ τοῦ ζῆν μετέστησε. μετ' ὀλίγας γὰρ ἡμέρας τοῦ Φιλίππου πρὸς Πλευρίαν τὸν τῶν Ἰλλυριῶν βασιλέα διαγωνιζομένου, πρὸ τοῦ βασιλέως στὰς, ἁπάσας τὰς φερομένας ἐπ' αὐτὸν πληγὰς ἀνεδέξατο τῷ ἰδίῳ σώματι, καὶ μετήλλαξε. διαδοθείσης δὲ τῆς πράξεως, ὁ μὲν Ἄτταλος, εἷς ὢν τῶν ἐξ αὐλῆς καὶ πολὺ δυναμένων παρὰ τῷ βασιλεῖ, ἐκάλεσεν ἐπὶ δεῖπνον τὸν Παυσανίαν, καὶ πολὺν ἐμφορήσας ἄκρατον, παρέδωκεν αὐτοῦ τὸ σῶμα τοῖς g ὀρεωκόμοις εἰς ὕβριν καὶ παροινίαν ἑταιρικήν. ὁ δὲ ἀνανήψας ἐκ τῆς μέθης, καὶ τῇ τοῦ σώματος ὕβρει περιαλγὴς γενόμενος, τοῦ Ἀττάλου κατηγόρησεν ἐπὶ τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ Φίλιππος h παρωξύνθη μὲν ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ τῆς πράξεως, διὰ δὲ τὴν πρὸς Ἄτταλον οἰκειότητα, καὶ τὴν εἰς τὸ παρὸν αὐτοῦ χρείαν, οὐκ ἐβούλετο μισοπονηρεῖν. ἦν γὰρ ὁ Ἄτταλος τῆς μὲν ἐπιγαμη-

feruntur, quam artificioſiſſime confectae, & ſplendidiſſimo rerum pretioſarum cultu mirifice exornatae. Inter has decimum tertium Philippi ſimulacrum, divino per omnia habitu, oſtentatur. Quo conſeſſus in Deorum ſenatu majeſtatem ſibi rex arrogabat. Olymp. CXI. 1.

93. Pleno jam theatro ipſe candidam indutus ſtolam prodit, ſatellitibus, ut per longum ſe intervallum ſequerentur, juſſis; oſtendere enim cunctis volebat, quod benevolentia Graecorum munitus, ſatellitum praeſidio neutiquam indigeret. Ad hoc igitur majeſtatis culmen elatum, dum omnes laetis acclamationibus, magnisque laudibus proſequuntur, virumque beatiſſimum praedicant, ex inopinato & praeter omnium exſpectationem inſidiarum vis, & ruina vitae regem occupat. Ut autem narratio ſit clarior, cauſas inſidiarum prius exponemus. Pauſanias patria erat Macedo, ſed e gente Oreſtide oriundus, corporis regii cuſtodum unus, & propter elegantiam Philippo carus; Is alium quendam ejuſdem nominis adoleſcentem, ut a rege amari vidit, probroſis verbis inceſſit, ſemivirum eſſe, qui amores quorumlibet ultro acceptaret, dictitans. Ille contumeliam indigne ferens ad tempus ſilentio tegit. Poſt cum Attalo, quid faciendum ſit, communicans, voluntariam ſibi mortem opinione citius conſciſcit. Cum enim poſt dies non multos contra Pleurium Illyriorum regem Philipppus acie dimicaret, Pauſanias pro rege propugnans, quotquot in eum tela jacerentur, corpore ſuo excipit, atque vitam ita finit. Divulgata ejus morte Attalus, ex purpuratis unus, multumque apud regem pollens, ad convivium Pauſaniam alterum vocat, largoque mero gravati corpus, ceu ſcorti cujuſdam, contumelioſa protervitate ſubagitandum mulionibus proſtituit. Ille a temulentia ad ſobriam mentem reverſus, cum tantam injuriae atrocitatem graviſſime doleret, Attalum coram rege accuſat. Qui, licet non parum ſceleſtiſſimo hoc facto commoveretur, tamen ob neceſſitudinem cum Attalo, & quia operam ejus praeſens rerum uſus exigeret, animadvertere in flagitium noluit. Fuit enim

b Περὶ τὰ Baſil. Voluit περιττῶς. c Διαπρεπὲς ora Steph. d Ἔχει eadem. e Ἄπιστ⟨ο⟩ς ora Steph. Reg. 1. f Ἑαυτῷ Reg. 2. ἑαυτῷ Lad. g Ὀρεωκόμοις Reg. 1. ὀρεωκόμοις Baſil. h Παρωξ. Baſil.

ἀργὸν, χρυσῷ χρυσὸν, σκιὰν σκιᾶσαι, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις προστιθέντας, ut Libanius ait Paneg. Julian. p. 254. P. Wess.

97. Ἐπὶ τοῖς — ἐλθὼν] Polybius L. v, 58, πρὸς τοῖς — [illegible] & L. III, 94 de quo genere plura Steph. Bergler. ad Alciphron. L. I. Ep. 13. & Jensius in Lucian. Hermotim. C. 2. P. Wess.

6. Εἴδωλα τῶν δώδεκα θεῶν ἐπόμπευε] Inter pompae fercula geſtata ſunt. Mox αὐτοῦ τοῦ Φιλίππου — ἐπόμπευε — εἴδωλον. Strabo L. XV. p. 1066. A. καὶ ξόανον τοῦ Ὁμήρου πομπεῦον. Et L. VII. p. 448. A. ἐπόμπευον δὲ καὶ λίθοις τῶν [illegible]. Sic enim ſcripti libri: quod cur tantopere ſperneret Ph. Cluverius Germ. Ant. L. I, 24. p. 211., nihil erat; nam quae ſequuntur continuo καὶ ἄλλα δὲ σώματα ἐπομπεύετο [illegible], ea ad ſuperiora pertinent, captivos &c. in triumpho Germanici ductos declarantia. Sed haec ab inſtituto nos avellerent longius. Philippus rebus tot feliciſſime geſtis eo inſolentiae pervenit, ut τρισκαιδέκατος θεὸς cenſeri vellet: cujus tamen ſuperbiae brevi poenas perſolvit. Quare vere & graviter Neoptolemus tragoedus, cum ex eo quaereretur, ecquid tandem ab Aeſchylo, Sophocle, Euripide ſcriptorum praecipue admiraretur. Οὐδὲν μὲν τούτων εἶπεν, ὃ δὲ αὐτὸς ἐθεάσατο ἐπὶ μείζονος σκηνῆς Φίλιππον ἐν τοῖς τῆς θυγατρὸς Κλεοπάτρας γάμοις ΠΟΜΠΕΥΣΑΝΤΑ καὶ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ ΘΕΟΝ ἐπικληθέντα, τῇ ἐξῆς ἐπισφαγέντα ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ ἐῤῥιμμένον apud Jo. Stobaeum Tit. XCVI. p. 534. P. Wess.

16. Τηρούμενος τῇ κοινῇ τῶν Ἑλλήνων εὐνοίᾳ] Nullum firmius praeſidium civium benivolentia. Iſocrat. Laud. Hellen. p. 312.

de Theſeo οὐχ ὑπὸ ξένων [illegible] τὴν ἀρχὴν διαφυλάττων, ἀλλὰ τῇ τῶν πολιτῶν εὐνοίᾳ δορυφορούμενος. Imitatur Libanius T. II. p. 104. D. ἀλλὰ τὴν τε ἄλλην χώραν καὶ τῶν ἀρχομένων εὐνοίας ἐδορυφορεῖτο. P. Wess.

28. Ὁμώνυμον ἑαυτῷ] Quia in veteri libro hoc ſeſe obtulit, non repudio. Diodor. L. XIII, 108. παρὰ τῆς πόλεως ὁμώνυμον τῇ πόλει, Lycurgus in Leocrat. p. 151. ὡς τὴν χώραν ἐπώνυμον ὁμώνυμον αὐτῇ. Sed diſcrimen leve & ex ſcribentis arbitrio pendens. P. Wess.

41. Παρέδωκεν αὐτοῦ τὸ σῶμα &c.] Conf. Juſtin. L. IX, 6. P. Wess.

46. Κατηγόρησεν ἐπὶ τοῦ βασιλέως] Rege praeſente. Antiphon. Or. IV. p. 119. οὐ γὰρ ἐπὶ μαρτύρων ἀλλὰ [illegible] πράττεται ταῦτα. Aelian. de Animal. II, 42. καὶ συνέρχονται δὲ ἐπὶ μαρτύρων, [illegible]. Galenus Meth. Therap. L. XIII. p. 179. ἐπὶ πολλῶν θεατῶν ἐπιδείξας ἀπαλλαττομένους τῆς φλεγμονῆς &c. P. Wess.

49. Οὐκ ἐβούλετο μισοπονηρεῖν] Sic L. XX, 33. ὁ μὲν ἐν [illegible] —— —— ἐμισοπονήρει. Et L. XX, 33. [illegible] μισοπονηρότατος. Odium exprimit, quo admiſſa flagitia proſequimur. P. Wess.

50. Τῆς μὲν ἐπιγαμηθείσης] De noverca, quae liberis mater imponitur. L. IV, 68. Plut. T. II. p. 480. D., Andocides de Myſt. p. 16., Euripides Alceſt. v. 305. Juſtinus cum Cleopatram hanc facit Attali ſororem L. IX, 5., errat, deceptus Graeci ſcriptoris verbis, quibus ἀδελφὴ loco ἀδελφιδῆς Attalus ei adpellabatur, ut bene Bongarſius. Ipſemet Auctor L. XVII, 2. Ἄτταλον τὸν ἀδελφὸν τῆς Κλεοπάτρας vocat, ſimili vitio foedatus.

Olymp. CXI. 1. nim Attalus Cleopatrae, poſt alteram uxorem a rege in matrimonium acceptae, patruelis, & praemiſſi in Aſiam exercitus imperator deſignatus, vir in certaminibus bellicis perquam ſtrenuus. Quamobrem ut animum Pauſaniae, ob injuriam ſibi factam acerbiſſimo dolore accenſum, mitigaret, eximiis affectum muneribus ad honeſtiorem inter corporis ſui cuſtodes locum provexit.

559. 94. At Pauſanias iram fovens implacabilem non injuriae ſolummodo auctorem, ſed poenae irrogandae etiam neglectorem, ulciſci decrevit. In propoſito autem maxime illum confirmavit Hermocrates ſophiſta. Huic enim cum operam daret Pauſanias, & in diſputatione quadam ſcholaſtica percunctaretur, quonam pacto illuſtriſſimum ſibi nomen aliquis comparare poſſet? Si, qui maximas res geſſiſſet, virum interficeret, ſophiſta reſpondit, cum hujus enim mentione iſtius ſimul memoriam conjunctam fore, qui caedem perpetrarit. Hunc ſermonem ad irae ſuae cupiditatem accommodans Pauſanias, & propter animi commotionem nullam ſententiae dilationem intervenire ſinens, per eos ipſos ludorum dies inſidias compoſuit hoc equidem modo. Equis ad portas urbis diſpoſitis, ad oſtia theatri regreditur Gallico, quem occultum habebat, gladio accinctus. Philippus tunc amicos, a quibus eo deductus fuerat, praeire ſe in Theatrum jubebat, ſtipatoribus per intervallum aliquod inde remotis. Ibi dum ſolum eſſe regem videt, accurrit, & tranſverſarium per latera vulnus inferens, mortuum humi proſternit, ipſeque feſtinanter ad praeparatos ſibi juxta portas equos, fugam intendit. E veſtigio ſatellitum alii ad corpus regis properant; alii ad ſicarium perſequendum effunduntur: inter quos Leonnatus, Perdiccas & Attalus erant. Et ſane Pauſanias in fuga illa praegreſſus conſcenſo properanter equo antevertiſſet, niſi calceamento viti cuidam implexo detentus procidiſſet. Tum Perdiccas cum ſociis jam reſurgere conantem opprimunt, & multis ictibus confoſſum trucidant.

95. Hunc itaque Philippus, qui potentiſſimus inter omnes ſuae aetatis reges in Europa evaſit, & XII. ſe Diis velut ejuſdem majeſtatis conſortem, ob imperii magnitudinem annumeraverat, vitae exitum eſt ſortitus; Poſtquam XX. & IV. annos imperaſſet. Rex iſte a tenuiſſimis regni adjumentis exorſus, ampliſſimam inter Graecos monarchiam ſibi comparaſſe, & imperium non tam armis ſtrenue gerendis, quam ſermonis comitate in congreſſu, & benignae voluntatis erga homines declaratione auxiſſe, judicatur. Ipſum utique Philippum magis de imperatoria arte, & conciliatis dextre benigno ſermone hominum animis, quam auxiliarium viri-

θείσης γυναικὸς ὑπὸ τοῦ βασιλέως Κλεοπάτρας ἀδελφιδοῦς, ἐπὶ δὲ τῆς προαπεσταλμένης δυνάμεως εἰς τὴν Ἀσίαν στρατηγὸς προκεχειρισμένος, ἔτι δὲ τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσιν ἀνδρεῖος. διόπερ ὁ βασιλεὺς πραῦναι βουλόμενος τοῦ Παυσανίου τὴν ἐπὶ τῷ πάθει [i] γεγενημένην δικαίαν ὀργὴν, δωρεὰς ἀξιολόγους ἀπένειμεν αὐτῷ, καὶ κατὰ τὴν σωματοφυλακίαν προῆγεν αὐτὸν ἐντίμως.

Ὁ δὲ Παυσανίας ἀμετάθετον φυλάττων τὴν ὀργὴν, ἔσπευδε μὴ μόνον παρὰ τοῦ πράξαντος λαβεῖν τιμωρίαν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ μὴ τιμωρήσαντος αὐτῷ. συνεπελάβετο δὲ ταύτης τῆς προαιρέσεως μάλιστα ὁ σοφιστὴς Ἑρμοκράτης. τούτῳ γὰρ Παυσανίου σχολάζοντος αὐτῷ, καὶ κατὰ τὴν διατριβὴν πυθομένου πῶς ἄν τις γένοιτο ἐπιφανέστατος; ὁ σοφιστὴς ἀπεκρίθη, εἰ τὸν τὰ μέγιστα πράξαντα ἀνέλοι, τῇ γὰρ περὶ τούτου μνήμῃ [k] συμπεριληφθήσεσθαι καὶ τὸν 482. τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ ποιησάμενον. ἀνενέγκας δὲ πρὸς τὴν ἰδίαν ὀργὴν τὸν λόγον, καὶ διὰ τὸν θυμὸν οὐδεμίαν τῆς γνώμης ὑπέρθεσιν ποιησάμενος, ἐν αὐτοῖς τοῖς ὑποκειμένοις ἀγῶσι τὴν ἐπιβουλὴν συνεστήσατο τοιῷδέ τινι τρόπῳ. ἵππους παρασκευασάμενος ταῖς πύλαις, παρῆλθε πρὸς τὰς εἰς τὸ θέατρον εἰσόδους, ἔχων κεκρυμμένην Κελτικὴν μάχαιραν. τοῦ δὲ Φιλίππου τοὺς παρακολουθοῦντας φίλους κελεύσαντος [l] προεισελθεῖν εἰς τὸ θέατρον, καὶ τῶν δορυφόρων διεστώτων, ὁρῶν τὸν βασιλέα μεμονωμένον, προσέδραμε, καὶ διὰ τῶν πλευρῶν διαμπαΐαν ἐνέγκας πληγὴν, τὸν μὲν βασιλέα νεκρὸν ἐξέτεινεν, αὐτὸς δ' ἐπὶ τὰς πύλας καὶ τοὺς ἡτοιμασμένους πρὸς τὴν φυγὴν [m] ἔθεεν ἵππους. εὐθὺς δὲ τῶν σωματοφυλάκων οἱ μὲν πρὸς τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως ὥρμησαν, οἱ δὲ ἐπὶ τὸν τοῦ [n] σφαγέως διωγμὸν [o] ἐξεχύθησαν, ἐν οἷς ὑπῆρχον Λεόννατος καὶ Περδίκκας καὶ Ἄτταλος. ὁ δὲ Παυσανίας προλαβὼν τῆς διώξεως, ἔφθασεν ἂν ἐπὶ τὸν ἵππον ἀναπηδήσας, εἰ μὴ τῆς ὑποδέσεως περὶ ἄμπελόν τινα [p] περιπλακείσης ἔπεσεν. οἱ δὲ περὶ τὸν Περδίκκαν, καταλαβόντες αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς ἀνιστάμενον, καὶ συγκεντήσαντες, ἀνεῖλον.

Φίλιππος μὲν οὖν μέγιστος γενόμενος τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς Εὐρώπης βασιλέων, καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς ἑαυτὸν τοῖς δώδεκα θεοῖς σύνθρονον καταριθμήσας, τοιαύτης ἔτυχε τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς, ἄρξας ἔτη τέτταρα πρὸς τοῖς εἴκοσι. δοκεῖ δ' οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐλαχίστας μὲν εἰς τὴν μοναρχίαν ἀφορμὰς παρειληφέναι, μεγίστην δὲ τῶν παρ' Ἕλλησι μοναρχιῶν κατακτήσασθαι. ηὐξηκέναι δὲ τὴν ἡγεμονίαν οὐχ οὕτω διὰ τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις ἀνδραγαθίας, ὡς διὰ τῆς ἐν τοῖς λόγοις ὁμιλίας καὶ φιλοφροσύνης. φασὶ δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Φίλιππον σεμνύνεσθαι μᾶλλον ἐπὶ τῇ στρατηγικῇ συνέσει καὶ τοῖς διὰ τῆς ὁμιλίας ἐπιτεύγμασιν, ἤπερ ἐπὶ τῇ

κατ'

i Omittitur a *Reg.* 1. k Συμπεριληφθήσεται *idem.* l Προσελθεῖν *Reg.* 1. m Ἔθεεν ambo *Reg.* & *Baſil.* n Σφαγέως *Vat.* *Baſil.* o Ἐπεχύθησαν ora *Steph.* p Περιπλακεὶς *Baſil.* *Vat.* Mox ἔπεσε, διότι ἐν τῷ marg. *Steph.*

tus. Quod autem *Rhodomannus* vertit *avunculum*, id ortum inde, quod poſtremo loco *μητράδελφον* correxerit. Ego *patruelem* malui. P. Wess.

62. *Μάλιστα ὁ σοφιστὴς Ἑρμοκράτης*] Alii omittunt hominem, in crimen incitati in parricidium Pauſaniae rapientes Olympiadem. Vid. *Plut.* Alex. pag. 669. F. & *Juſtin.* L. IX, 7. P. Wess.

79. *Τὸν μὲν βασιλέα νεκρὸν ἐξέτεινε*] Efficax hoc atque elegans, Regem indicat interfectum atque ut mortui adſolent, porrectis membris jacuiſſe. Convenit *Lucani* L. V, 80. — *adhuc rudibus Paean Pythona ſagittis Explicuit.* Et L. IV, 629. — *&* *omnem Explicuit per membra virum*, ubi vide Clariſſ. *Oudendorpium.* *Διαμπαΐαν πληγὴν* de adverſo & penetrante vulnere dabit etiam *Suidas* in voc. P. Wess.

85. *Προλαβὼν τῆς διώξεως*] *Προλαμβάνειν τοῦ χρόνου Dio Chryſoſtom.* Or. VI. p. 88. D., *προλαμβάνειν τοῦ χειμῶνος Theophraſtus.* Itaque ſalvum manere poteſt. In *Polyaeno* tamen L. VII, 29, 2. *Μαθόντες δὲ πολλῷ τῷ δέει προλαβεῖν ἀπιέναι ἔφθη*, praeſtiterit *πολὺν τῆς* &c. P. Wess.

93. *Ἑαυτὸν τοῖς δώδεκα θεοῖς σύνθρονον καταριθμήσας*] Sic C. 92. *σύνθρονον ἑαυτὸν ἀποδεικνύντος τοῖς δώδεκα θεοῖς.* Ut videlicet adſeſſor XII. Deorum & conſeſſorum particeps ac majeſtatis cenſeretur; quo modo Sibylla Peregrinum

Σύνθρονον Ἡφαίστῳ καὶ Ἡρακλεῖ ἄνακτι

futurum canit apud *Lucian.* mort. Peregr. C. 29. Sed vide Cl. *Salmaſ.* ad *Spartiani* Hadr. C. 14., *Ezech. Spanhem.* Diſſ. XI. de Num. Praeſtant. p. 334., & *G. Arnaldum* de Dis Paredr. C. 15., qui de Philippi ſtulta hac ambitione & ſimilium aliorum

κατὰ τὰς συμμαχίας ἀνδρείᾳ. τῶν μὲν γὰρ κατὰ τοὺς ἀγῶνας κατορθωμάτων μετέχειν ἅπαντας τοὺς στρατευομένους, τῶν δὲ διὰ τῆς ὁμιλίας γινομένων ἐπιτευγμάτων αὐτὸν μόνον λαμβάνειν τὴν ἐπιγραφήν. ἡμεῖς δ' ἐπειδὴ πάρεσμεν ἐπὶ τὴν Φιλίππου τελευτήν, ταύτην μὲν τὴν βίβλον αὐτοῦ [q] περιγράφομεν, κατὰ τὴν ἐν ἀρχῇ πρόθεσιν. τῆς δ' ἐχομένης [r] τὴν ἀρχήν, τὴν Ἀλεξάνδρου παράληψιν τῆς βασιλείας ποιησάμενοι, πειρασόμεθα περιλαβεῖν ἁπάσας αὐτοῦ τὰς πράξεις ἐν μιᾷ βίβλῳ.

bus & ſtrenuitate gloriari ſolitum perhibent. Pugnarum enim ſucceſſus, univerſis ejuſdem militiae ſociis eſſe communes, quae vero affabilitate & benignis ſermonibus effeciſſet, horum laudem ſibi uni adſcribendam, dictitabat. Jam poſtquam regis hujus exitum attigimus, hîc, ut initio propoſitum, libro quoque finem imponemus. Sequentem ab Alexandri in regnum paternum ſucceſſione exorſi, omnes ejus res geſtas ut uno comprehendamus libro, operam dabimus enixe. Olymp. CXI. 1.

q Παραγγ. *Vat. Baſil.* Vid. L. I, 41. r Ἀρχῆς *iidem*, prave.

rum plura condaxerunt. P. Wess.

4. Τῶν μὲν γὰρ κατὰ τοὺς ἀγῶνας &c.] Locum iſtum eloquentia *Tullii* explicat oratione pro M. Marcello C. 2. L. Rhod.

Τῶν μὲν γὰρ κατὰ τοὺς ἀγῶνας &c.] Omnia eadem de Philippo *Polyaenus* Strateg. L. IV, 2, 9., ut paene putem haec Noſtri ſcriptoris aemulatum fuiſſe aut certe eodem ex fonte, unde *Auctor*, ſumſiſſe. Adde *Juſtini* de Philippo judicium L. IX, 8. & *Pauſaniae* L. VIII. 7. Ceterum ἔτῃ ἐπὶ τῇ κατὰ συμμαχίας ἀνδρείᾳ rectius verteris, *quam ſtrenuitate in pugnas conſociatione*. P. Wess.

[a] ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ

ΕΝ Τῌ ΕΠΤΑΚΑΙΔΕΚΑΤῌ ΤΩΝ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΒΙΒΛΩΝ, ΕΙΣ ΔΥΟ ΒΙΒΛΟΥΣ ΔΙΗΡΗΜΕΝῌ,

ΕΝ Τῌ ΠΡΩΤῌ ΒΙΒΛῼ, Η Τῼ ΠΡΩΤῼ ΤΜΗΜΑΤΙ.

DECIMUS SEPTIMUS DIODORI SICULI LIBER,

IN DUAS PARTES DIVISUS, HAEC IN SESE COMPLECTITUR.

IN PRIMO VOLUMINE, VEL SECTIONE PRIMA HAEC SUNT CAPITA.

483. [b] ΩΣ Ἀλέξανδρος διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν, κατέστησε τὰ κατὰ τὴν ἀρχήν.	UT Alexander in regno paterno ſucceſſor res imperii ſui conſtituerit.
Ὡς τὰ νεωτερίζοντα τῶν ἐθνῶν ἀνεκτήσατο.	Ut gentes, quae res novas moliebantur, ad officium reduxerit.
Ὡς Θήβας κατασκάψας, καὶ φόβον ἐπιστήσας τοῖς Ἕλλησι, στρατηγὸς αὐτοκράτωρ τῆς Ἑλλάδος ᾑρέθη.	Ut excidio Thebanorum terrore Graecis injecto, imperator Graecorum cum plena poteſtate ſit creatus.
Ὡς διαβὰς εἰς τὴν Ἀσίαν, τοὺς σατράπας ἐνίκησε [c] περὶ τὸν ἐν Φρυγίᾳ Γρανικὸν ποταμόν.	Ut trajectis in Aſiam copiis, Satrapas ad Granicum Phrygiae amnem devicerit.
Ὡς Μίλητον καὶ [d] Ἁλικαρνασσὸν ἐξεπολιόρκησε.	Ut Miletum & Halicarnaſſum expugnarit.
Μάχη Δαρείου πρὸς Ἀλέξανδρον ἐν Ἰσσῷ τῆς Κιλικίας, καὶ νίκη Ἀλεξάνδρου.	Pugna Darii cum Alexandro ad Iſſum Ciliciae, & Alexandri victoria.
Τύρου πολιορκία, καὶ Αἰγύπτου παράληψις, καὶ πάροδος εἰς Ἄμμωνα τοῦ βασιλέως.	Ut rex Tyrum oppugnarit, Aegyptum ſubegerit, & Hammonis oraculum acceſſerit. 560.
Παράταξις ἐν Ἀρβήλοις Ἀλεξάνδρου πρὸς Δαρεῖον, καὶ νίκη Ἀλεξάνδρου.	Alexander in Arbelis cum Dario collata acie pugnat, & victor evadit.
Μάχη Ἀντιπάτρου πρὸς Λακεδαιμονίους, καὶ νίκη Ἀντιπάτρου.	Praelium Antipatri cum Lacedamoniis, & victoria Antipatri.

[e] ΕΝ Τῌ ΔΕΥΤΕΡᾼ ΒΙΒΛῼ, Η Τῼ ΔΕΥΤΕΡῼ ΤΜΗΜΑΤΙ.	IN VOLUMINE SECUNDO VEL TOMO ALTERO.
Ἀρβήλων ἅλωσις ὑπ' Ἀλεξάνδρου, καὶ κατάληψις πολλῶν χρημάτων.	Arbela in poteſtatem Alexandri, cum magna vi opum rediguntur.

Ἀπό-

[a] Τῶν Διοδώρου βίβλων ἡ ἑπτακαιδεκάτη εἰς δύο διῃρημένη, ἡ πρώτη περιέχει τάδε sic Baſil. Reg. 2. & Venet., ſed qui vitioſe τὴν πέμπτην καὶ δεκάτην. [b] Singula capita in Reg. 1. notantur literis A, B, &c. [c] Περὶ τὸν — Γρανικὸν ποταμὸν Reg. 1. [d] Ἁλικαρνασὸν idem. [e] Ἡ δευτέρα περιέχει τάδε Venet. Reg. 2. Baſil.

Ἀνάληψις τῆς δυνάμεως ἐν Βαβυλῶνι, καὶ δωρεαὶ τοῖς ἀνδραγαθήσασι.	Exercitus Babylone recreatur, & praemia iis, qui ſtrenuos ſe viros geſſerant, exhibentur.
Παρουσία τῶν ἀποσταλέντων μισθοφόρων καὶ συμμάχων.	Ut conductitiorum & auxiliarium ſociorum agmen Alexandro miſſum advenerit.
Διάταξις καὶ κατασκευὴ τῆς δυνάμεως.	copias porro ordinarit & inſtruxerit.
Ὡς Ἀλέξανδρος παρέλαβε Σοῦσα καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ θησαυρούς.	Alexander Suſis & theſauris ibi reconditis potitur.
Ὡς τῆς παρόδου ἐγκρατὴς ἐγένετο, καὶ τῶν ὀνομαζομένων πυλῶν ἐκράτησεν.	Ut tranſitus locorum & portas, quas vocant, poteſtatis ſuae fecerit.
Ὡς τοὺς ἀκρωτηριασθέντας Ἕλληνας εὐεργέτησε, καὶ τὴν Περσέπολιν παραλαβὼν διήρπασεν.	Ut Graecos a Perſis mutilatos benigne tractarit, & Perſepolim a ſe captam direptioni tradiderit.
Ὡς κωμάσας ἐνέπρησε τὰ βασίλεια.	Ut per comeſſationem regiam incenderit.
Δαρείου θάνατος ὑπὸ Βήσσου.	De Dario a Beſſo trucidato.
Ἀλεξάνδρου στρατεία εἰς τὴν Ὑρκανίαν, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ φυομένων παραδόξων ἀπαγγελία.	Alexandri in Hyrcaniam expeditio, & rerum, quae non vulgariter ibi naſcuntur, commemoratio.
Ὡς Ἀλέξανδρος ἐπὶ Μάρδους στρατεύσας, κατεπολέμησε τὸ ἔθνος.	Ut ducto in Mardos exercitu Alexander gentem debellarit.
484. Ὡς Θάληστρις ἡ τῶν Ἀμαζονίδων βασίλισσα συνέμιξεν Ἀλεξάνδρῳ.	Ut Thaleſtris Amazonum regina cum Alexandro congreſſa fuerit.
Ὡς ὁ βασιλεὺς ἀνίκητον [f] ἑαυτὸν εἶναι νομίσας, ἐζήλωσε τὴν τῶν Περσῶν τρυφήν.	Ut Alexander invictum ſe eſſe arbitratus, Perſarum delicias imitari coeperit.
Στρατεία Ἀλεξάνδρου πρὸς τοὺς ἀφεστηκότας [g] Ἀρείους, καὶ ἅλωσις τῆς Πέτρας.	Militia Alexandri adverſus rebelles Arianos, & Petrae expugnatio.
Ἐπιβουλὴ τοῦ βασιλέως, καὶ κόλασις τῶν ἐπιθεμένων, ὧν οἱ ἐπιφανέστατοι Παρμενίων καὶ Φιλώτας.	De inſidiis regi ſtructis: & ſuppliciis auctorum, quorum nobiliſſimi Parmenio & Philotas.
Στρατεία Ἀλεξάνδρου εἰς τοὺς [h] Παροπαμισάδας, καὶ τὰ πραχθέντα κατ' [i] αὐτούς.	Expeditio Alexandri in Paropamiſadas, & res contra illos geſtae.
Ἡ γενομένη [k] ἐν Ἀρείοις μονομαχία, καὶ παράληψις τοῦ ἔθνους.	De ſingulari quadam inter Arios pugna, & gentis hujus ſubactione.
Βήσσου τοῦ ἀνελόντος Δαρεῖον θάνατος.	Beſſus, Darii parricida, ſupplicio adficitur.
Ὡς Ἀλέξανδρος διὰ τῆς ἀνύδρου πορευθεὶς πολλοὺς ἀπέβαλε τῶν στρατιωτῶν.	Ut Alexander, dum terram aquis deſtitutam peragrat, militum non paucos amiſerit.
Ὡς τοὺς Βραγχίδας, τὸ παλαιὸν ὑπὸ Περσῶν μετοικισθέντας εἰς τὰ ἔσχατα τῆς βασιλείας, ὡς προδότας τῶν Ἑλλήνων ἀνεῖλεν Ἀλέξανδρος.	Branchidas, olim a Perſis ad extremos regni fines collocatos, ut Graecorum proditores, Alexander morte adficit.
Ὡς ὁ βασιλεὺς ἐπὶ Σογδιανοὺς καὶ Σκύθας ἐστράτευσεν.	Rex Sogdianis & Scythis bellum infert.
Ὡς οἱ πρωτεύοντες Σογδιανῶν ἀπαγόμενοι [l] πρὸς θάνατον παραδόξως ἐσώθησαν.	Ut primores Sogdianorum, jam ad capitale ſupplicium abducti, praeter exſpectationem ſervati fuerint.
Ὡς [m] Ἀλέξανδρος ἀποστάντας τοὺς Σογδιανοὺς καταπολεμήσας, καὶ κατέσφαξεν [n] αὐτῶν πλείους τῶν δώδεκα μυριάδων.	Alexander Sogdianos perduelles armis ſubigit, & plures quam CCCIↃↃↃ. CCIↃↃ. CCIↃↃ. capitali ſupplicio multat.
Ὡς Βακτριανοὺς ἐκόλασε, καὶ Σογδιανοὺς τὸ δεύτερον ἐχειρώσατο, καὶ πόλεις ἔκτισεν εὐθέτως πρὸς τὰς τῶν ἀφισταμένων κολάσεις.	Ut Bactrianos punierit, & Sogdianos iterum ſubegerit, urbeſque ad caſtigationem rebellium opportunas condiderit.
Ἀπόστασις τρίτη Σογδιανῶν, καὶ ἅλωσις τῶν εἰς τὴν πέτραν καταφυγόντων.	Tertia Sogdianorum defectio, & expugnatio illorum, qui fuga in Petram ſibi conſuluerant.
Περὶ τοῦ ἐν Βασίστοις κυνηγίου, καὶ τοῦ πλήθους τῶν ἐν αὐτῷ θηρίων.	De venatione in Baſiſtis, & ferarum inibi multitudine.
Περὶ τῆς εἰς τὸν Διόνυσον ἁμαρτίας, καὶ τῆς παρὰ τὸν πότον ἀναιρέσεως [o] Κλείτου.	De impietate in Bacchum & Cliti inter compotandum trucidatione.
Περὶ τῆς Καλλισθένους τελευτῆς.	De Calliſthenis interitu.
Στρατεία τοῦ βασιλέως εἰς τοὺς καλουμένους Ναύτακας, καὶ φθορὰ τῆς δυνάμεως ὑπὸ πολλῆς χιόνος.	Expeditionem contra Nantacas, ut vocantur, rex facit, & magna pars copiarum nivis exuberantia enecatur.
Ὡς Ἀλέξανδρος ἐρασθεὶς Ῥωξάνης τῆς Ὀξυάρτου,	Alexander Roxanen, Oxyartis filiam amat, & uxorem 561.

f [illegible] Reg. 1. g Ἀρείους Reg. 1. Ἀσσίους Edd. h Παροπανισάδας Vat. Παροπαμισάδας Baſil. i Αὐτῶν cum Steph. Reg. 1. k Ἐν Ἀρείοις Reg. 1. Ἀσσίοις vulgo. l Πρὸς τὸν Reg. 1. m Praeteritur a Reg. 1. n Et hoc quoque. o Κλείτου Reg. 1.

30. Παρέλαβε Σοῦσα] Τὰ Σοῦσα habes & L. XVII, 107. Alias τὴν Σοῦσαν, & melius. P. Wess.

32. Τῶν ὀνομαζομένων πυλῶν] Suſidas Pylas vocant, V. L. XVII, 68. P. Wess.

46. Πρὸς τοὺς ἀφεστηκότας Ἀρείους] Sic bene Reg. 1. Confer. L. XVII, 81. P. Wess.

50. Καὶ τὰ πραχθέντα κατ' αὐτούς] Interp. verſione expreſſit κατ' αὐτῶν. Ego a vulgato, in quo enallage, non illi admodum diſſimilis, qua L. XII, 60. ἀπέστησαν ἐπὶ τὸν Ἀθηναίων καὶ πολλὰς αὐτῶν κώμας ἐπόρθησαν, non recedo. Vid. L. XVII, 82. P. Wess.

55. Ὡς Ἀλέξανδρος &c.] Omnia haec uſque in ὡς τὴν ἄορνον καλουμένην Πέτραν &c. in Diodori L. XVII, 84. deſunt. Unde Auctorem horum capitum integro codice fuiſſe uſum adparet. P. Wess.

72. Τοῦ ἐν Βασίστοις κυνηγίου] Regio, quae appellatur Bazaria apud Curtium L. VIII, 1., qui plura de nobilium ferarum gregibus, magnis ejus loci nemoribus & ſaltibus clauſis. P. Wess.

77. Εἰς τοὺς καλουμένους Ναύτακας] Videntur e Sogdianis fuiſſe,

rem ducit, & multis amicorum, ut nobilium barbarorum natas ſibi matrimonio jungant, perſuadet.

ἔγημεν αὐτὴν, καὶ τῶν φίλων πολλοὺς ἔπεισε γῆμαι ᵖ τὰς τῶν ἐπισήμων Βαρβάρων θυγατέρας.

Apparatus militiae contra Nautacas Indos.

Παρασκευὴ τῆς ἐπὶ ᵠ Ναύτακας τοὺς Ἰνδοὺς στρατείας.

Impreſſio in Indiam, & primae gentis internecio ad terrorem aliorum.

Ἐμβολὴ εἰς τὴν Ἰνδικὴν, καὶ ἀναίρεσις ἄρδην τοῦ πρώτου ἔθνους, πρὸς κατάπληξιν τῶν ἄλλων.

Ut Nyſiam, quam vocant, urbem propter cognationem ſibi cum Baccho intercedentem, meritis honeſtarit.

Ὡς τὴν Νυσίαν ὀνομαζομένην πόλιν εὐεργέτησε, διὰ τὴν ἀπὸ Διονύσου συγγένειαν.

Ut poſt expugnatam urbem munitiſſimam Maſſaca, mercenarios univerſos, egregie praeliatos, confecerit.

Ὡς Μάσσακα πόλιν ὀχυρὰν ʳ ἐκπορθήσας, τοὺς μισθοφόρους ἅπαντας λαμπρῶς ἀγωνισαμένους κατέκοψεν.

Ut Petram, quam Aornum dicunt, nunquam hactenus captam, expugnarit.

Ὡς ˢ τὴν Ἄορνον καλουμένην πέτραν, ἀνάλωτον ἀεὶ γεγενημένην, ἐξεπολιόρκησεν. 485.

Ut Taxilem Indorum regem ſibi adjunxerit, Poroque ingenti pugna ſuperato & capto, regnum propter fortitudinem reſtituerit.

Ὡς Ταξίλην μὲν τὸν βασιλέα τῶν Ἰνδῶν προσηγάγετο, Πῶρον δὲ μεγάλῃ παρατάξει νικήσας, καὶ τοῦ σώματος κρατήσας, ἀπέδωκε τὴν βασιλείαν ᵗ αὐτῷ δι᾽ ἀνδραγαθίαν.

Narratio de ſerpentibus regionis illius & fructibus admirandis.

Ἀπαγγελία τῶν κατὰ τὴν χώραν παραδόξων ὄφεών τε καὶ τῶν φυομένων καρπῶν.

Ut finitimas gentes partim in fidem acceperit, partim debellarit.

Ὡς τὰ πλησιόχωρα τῶν ἐθνῶν τὰ μὲν προσηγάγετο, τὰ δὲ κατεπολέμησεν.

Ut Provinciam Sopithae in poteſtatem redegerit.

Ὡς τὴν ὑπὸ ᵘ Σωπείθην τεταγμένην ἐχειρώσατο.

De optimarum legum inſtitutis in provinciae hujus oppidis.

Περὶ τῆς εὐνομίας τῶν ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ πόλεων.

De Canum Alexandro donatorum praeſtantia.

Περὶ τῆς ἀρετῆς τῶν δωρηθέντων Ἀλεξάνδρῳ κυνῶν.

De regis Indorum narratione.

Περὶ τῆς ἀφηγήσεως τοῦ Ἰνδῶν βασιλέως.

Quod, cum Alexandro Gandaridis bellum illaturus, Gangem flumen tranſire in animo haberet, Macedones ſequi noluerint.

Ὡς τοῦ Ἀλεξάνδρου βουλομένου διαβῆναι τὸν Γάγγην ποταμὸν, καὶ στρατεύειν ἐπὶ τοὺς ˣ Γανδαρίδας ὀνομαζομένους, οἱ Μακεδόνες οὐχ ὑπήκουσαν.

Quod poſitis militiae ſuae terminis, reliquos Indiae populos Rex acceſſerit, & a ſagittae ictu in magnum vitae periculum devolutus ſit.

Ὡς ὅρια θέμενος τῆς στρατείας ὁ βασιλεὺς, ἐπῆλθε τὰ λοιπὰ τῶν Ἰνδῶν, καὶ τοξευθεὶς ἐκινδύνευσεν.

Ut per Indum fluvium in Oceanum Auſtralem denavigarit.

Ὡς διὰ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ κατέπλευσεν ἐπὶ τὸν ʸ κατὰ μεσημβρίαν Ὠκεανόν.

De ſingulari quadam pugna ex provocatione inita.

Περὶ τῆς γενομένης μονομαχίας ἐκ προκλήσεως.

De Indis in utraque fluvii ora ad Oceanum uſque ſubactis.

Περὶ τῶν καταπολεμηθέντων Ἰνδῶν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τοῦ ποταμοῦ, μέχρι τοῦ Ὠκεανοῦ.

De inſtitutis per traditionem acceptis, & legibus indigenarum, populiſque belluinam vitam agentibus.

Περὶ τῶν παραδοσίμων καὶ νομίμων παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις, καὶ ᶻ τῶν θηριώδη βίον ἐχόντων.

Qui Oceanum intrarant, cum Alexandro iterum ſe conjungunt juxta mare ſtativa habenti, & quae per navigationem obtigerint, recenſent.

Ὡς οἱ τὸν ὠκεανὸν πλεύσαντες συνέμιξαν Ἀλεξάνδρῳ παρὰ θάλατταν ἐστρατοπεδευκότι, καὶ τὰ κατὰ τὸν πλοῦν ἀπήγγειλαν.

Ut excurſibus denuo factis, magnos orae maritimae tractus praeternavigarint.

Ὡς πάλιν ἐκπλεύσαντες πολλὴν τῆς ᵃ παραθαλαττίας χώρας παρέπλευσαν.

Alexander tricies mille juvenes ex Perſis delectos diſciplinis bellicis imbuit, eorumque agmine, Phalangis Macedonicae loco, ſeſe munit.

Ὡς τῶν Περσῶν τρισμυρίους νεανίσκους ἐπιλέξας, καὶ παιδεύσας τὰ πολεμικὰ τῶν ἔργων, ἀντίταγμα κατεσκεύασε τῇ Μακεδονικῇ φάλαγγι.

Ut Harpalus, ob vitae mollitiem, & enormem pecuniarum profuſionem male audiens, Babylone profugerit, & ad populum Athenienſem ſupplex ſe contulerit.

Ὡς Ἅρπαλος διὰ τὴν τρυφὴν καὶ τὰς ὑπερβολὰς τῶν δαπανημάτων διαβληθεὶς, ἔφυγεν ἐκ Βαβυλῶνος, καὶ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων ἱκέτης ἐγένετο.

Ut fuga ex Attica elapſus, cruenta morte perierit, & talentis IↃCC. *apud Athenienſes depoſitis* CIↃ. CIↃ. CIↃ. CIↃ. *& mercenarios* IↃↃ. CIↃ. CIↃ. CIↃ. *circa Taenarum Laconiae reliquerit.*

Ὡς διαδρὰς ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀνῃρέθη, καὶ τῶν χρημάτων ἑπτακόσια μὲν τάλαντα παρέθετο τοῖς Ἀθηναίοις, τετρακισχίλια δὲ καὶ μισθοφόρους ὀκτακισχιλίους περὶ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς ἀπέλιπεν.

Ὡς

p Τὰς τῶν ἐπισ. ambo Reg. Baſil., quos ſequor. Deerat alter articulus. q Ναύτακας τοὺς omittunt Venet. Baſil., quare Steph. aſteriſcum adpoſuit. r Ἐκπολιορκήσας marg. Steph. Reg. 1. s Τὸν Ἄορνον Reg. 1. non male. t Omittunt Reg. 2. Baſil. mox δι᾽ ἀνδραγαθίαν Reg. 1. u Σωπείθου Venet. Reg. 2. Σωπείθου Baſil. Σωπείθην Reg. 2. male omnes. x Γαγγαρ. Baſil. y Κατὰ μὲν Reg. 1. vulgo ἐπὶ. z Τὸν Baſil. a Παραθαλαττίου Reg. 1. non male.

ſc, quorum urbs Ναύτακα apud *Arrian.* Ἀναβ. L. III, 28. pag. 146. P. Wess.

84. Ἐπὶ Ναύτακας τοὺς Ἰνδοὺς] Media duo mihi ſuſpecta ſunt: tum quod Nautacae alibi locorum fuerint, tum ob *Venet. Baſil.*, qui omittunt. P. Wess.

90. Ὡς Μάσσακα] Sic & *Arrian.* Indic. C. 1., at Exp. Alex. L. IV, 26. Μάσσαγα. *Blancardus* poſterius praefert ad *Arrian.* ſui L. IV. p. 290. & hic reſtituendum decernit, confidentior *Freinshemio* ad *Curtii* L. VIII, 10, 22. Ἐκπολιορκήσας ſi cum eodem *Blancardo* malueris, non pugnabo, quamquam diſcrimen exiguum eſt. P. Wess.

93. Ὡς τὴν Ἄορνον — πέτραν] Utroque modo Ἄορνον & Ἄορνος Petram hanc adpellant. Vid. *Cellar.* ad *Curtii* L. VIII, 11, 2. P. Wess.

26. Ἀντίταγμα κατεσκεύασε &c.] Vid. L. XVII, 108. P. Wess.

34. Ὀκτακισχιλίους] Rectius τετρακισχιλίους, ut L. XVII, 108. Vidit librariorum peccatum *Blancardus* ad *Arrianum* ſuum Exped. L. VII. p. 467. *Ed. Amſtel.* P. Wess.

49. Τὴν

Ὡς Ἀλέξανδρος τοὺς γεγηρακότας τῶν Μακεδό-
486. νων χρεωλυτήσας, καὶ καταναλώσας μύρια τά-
λαντα, ἀπέλυσεν εἰς τὰς πατρίδας.

Ut Alexander Macedones ſenio confectos, aere ipſorum alieno ccIↃↃ. talentûm impendio, prius diſſoluto, in ſuam quoſque patriam dimiſerit.

Ὡς στασιαζόντων τῶν Μακεδόνων ἐκόλασε τοὺς αἰτίους.

Ut exorta Macedonum ſeditione, auctores puniverit.

Ὡς Πευκέστης ἤγαγε πρὸς Ἀλέξανδρον ἐκ τῶν Περσῶν ἐπιλέξας τοξότας καὶ σφενδονήτας μυρίους.

Peuceſtes ccIↃↃ. ſagittarios & funditores ex Perſarum delectu Alexandro adducit.

Ὡς τὰς τάξεις ὁ βασιλεὺς ἐποίησεν, ἀναμίξας τοῖς Μακεδόσι [b] τοὺς Πέρσας.

Ut ordines rex inſtruxerit, ita ut Macedones Perſis eſſent permixti.

Ὡς τοῖς ἐπιγόνοις παισὶ, μυρίοις οὖσι, τὰς δαπάνας καὶ παιδείας [c] μισθοὺς ἅπασιν ἐχορήγει.

Ut Macedonum filiis educationis ſumtus & diſciplinae mercedem, univerſis ccIↃↃ. numero, liberaliter ſuppeditarit.

Ὡς Λεωσθένης ἤρξατο κινεῖν τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους πόλεμον.

Ut Leoſthenes bellum Macedonibus movere coeperit.

Ὡς Ἀλέξανδρος ἐπὶ Κοσσαίους ἐστράτευσεν.

Expeditio Alexandri in Coſſaeos.

Ὡς πορευομένου τοῦ βασιλέως εἰς Βαβυλῶνα, προεῖπον οἱ Χαλδαῖοι [d] τῷ Ἀλεξάνδρῳ τελευτήσειν αὐτὸν, ἐὰν εἰς τὴν Βαβυλῶνα εἰσέλθῃ.

Ut regi Babylonem petenti Chaldaei praedixerint, fo- 562.
re, ut urbem illam ingreſſus fato concederet.

Ὡς ὁ βασιλεὺς ἐν ἀρχῇ μὲν καταπλαγεὶς, παρήλλαξε τὴν Βαβυλῶνα· ὕστερον δὲ ὑπὸ τῶν Ἑλληνικῶν Φιλοσόφων πεισθεὶς, κατήντησεν εἰς τὴν πόλιν.

Ut Alexander initio abſterritus Babylonem declinarit. Sed poſt a Philoſophis Graecis perſuaſus urbem introierit.

Περὶ τοῦ πλήθους τῶν παραγενομένων [e] πρεσβειῶν.

Quanta legatorum multitudo ad ipſum venerit.

Περὶ τῆς Ἡφαιστίωνος ταφῆς, καὶ τοῦ πλήθους τῶν εἰς αὐτὴν δαπανηθέντων χρημάτων.

De funere Hephaeſtionis, & ſumtuum magnificentia in illud factorum.

Περὶ τῶν σημείων τῶν [f] γεγενημένων Ἀλεξάνδρῳ, καὶ τῆς τελευτῆς [g] αὐτοῦ.

De prodigiis Alexandro exhibitis, ejuſque morte.

b Articulum praetereunt ambo Reg. c Omittunt Reg. 2. Baſil. d Deſunt duo haec in Reg. 2. Baſil. Mox τὴν Βαβυλῶνα iidem. e Πρεσβειῶν Reg. 1. f Γενομένων Reg. 2. g Negligitur ab eodem.

49. Τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους] Debuerat τὸν πρὸς Μακεδόνας, ut bene Interpres. Vid. L. XVII, 111. P. Weſs.

51. Προεῖπον οἱ Χαλδαῖοι] Vid. L. XVII, 112. P. Weſs.

58. Πρεσβειῶν] Non multum refert hoc retineas an πρέσβεων refingas. Vid. L. XVI, 113. P. Weſs.

ΔΙΟ-

[a] ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΚΗΣ ΒΙΒΛΟΣ ΕΠΤΑΚΑΙΔΕΚΑΤΗ.

DIODORI SICULI BIBLIOTHECAE

HISTORICAE LIBER XVII.

Ἡ Μὲν πρὸ ταύτης βίβλος, οὖσα τῆς ὅλης συντάξεως ἐκκαιδεκάτη, τὴν ἀρχὴν ἔσχεν ἀπὸ τῆς Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου βασιλείας· περιειλήφασι δ' ἐν αὐτῇ πράξεις, αἱ μὲν τοῦ Φιλίππου πᾶσαι μέχρι τῆς τελευτῆς, αἱ δὲ τῶν ἄλλων βασιλέων τε καὶ ἐθνῶν καὶ πόλεων, ὅσαι γεγόνασι κατὰ τοὺς τῆς βασιλείας ταύτης χρόνους, ὄντας ἐτῶν εἴκοσι καὶ τεσσάρων. ἐν ταύτῃ δὲ τὰς συνεχεῖς πράξεις ἀναγράφοντες, ἀρξόμεθα μὲν ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας· περιλαβόντες δὲ τὰ τούτῳ βασιλεῖ πραχθέντα μέχρι τῆς τελευτῆς, συναναγράψομεν καὶ τὰ ἅμα τούτοις συντελεσθέντα ἐν τοῖς γνωριζομένοις μέρεσι [b] τῆς οἰκουμένης. οὕτω γὰρ
487. μάλιστα ὑπολαμβάνομεν τάς τε πράξεις εὐμνημονεύτους ἔσεσθαι, κεφαλαιωδῶς τεθείσας, καὶ συνεχεῖς ἐχούσας ταῖς ἀρχαῖς τὸ τέλος. Ἐν ὀλίγῳ δὲ χρόνῳ μεγάλας πράξεις οὗτος ὁ βασιλεὺς κατεργασάμενος, καὶ διὰ τὴν ἰδίαν σύνεσίν τε καὶ ἀνδρείαν ὑπερβαλέσθαι τῷ μεγέθει τῶν ἔργων πάντας τοὺς ἐξ αἰῶνος [c] τῇ μνήμῃ παραδεδομένους βασιλεῖς. ἐν ἔτεσι γὰρ δώδεκα καταστρεψάμενος τῆς μὲν Εὐρώπης οὐκ ὀλίγα, τῆς δὲ Ἀσίας σχεδὸν ἅπασαν, εἰκότως περιβόητον ἔσχε τὴν δόξαν, καὶ τοῖς παλαιοῖς ἥρωσι καὶ ἡμιθέοις ἰσάζουσαν. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐν τῷ προοιμίῳ προλαμβάνειν τι τῶν κατωρθωμένων τούτῳ τῷ βασιλεῖ. αὐταὶ γὰρ αἱ κατὰ μέρος πράξεις ἱκανῶς μηνύσουσι τὸ μέγεθος τῆς δόξης. [d] αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἦν γεγονὼς κατὰ πατέρα μὲν ἀφ' Ἡρακλέους, κατὰ δὲ μητέρα τῶν Αἰακιδῶν, οἰκείαν ἔσχε τὴν φύσιν καὶ τὴν ἀρετὴν

Antecedens hunc liber, qui operis noſtri ſextus eſt & decimus, ab initiis regni Philippi, Amynta patre geniti, exorſus, tum omnes Philippi res ad obitum uſque geſtas, tum quae alii quoque reges, nationes & civitates per regni illius tempus, quod XXIV. annorum fuit, peregerunt, comprehendit. In hoc quae ſequuntur expoſituri, initium inde ſumemus, ubi Alexander regnare coepit. Simul etiam, dum principis hujus facta ad finem uſque recenſemus, ab aliis per notiſſimas orbis partes geſta complectemur. Sic enim res facilius memoria retineri arbitramur, cum in certa digeſtae capita connexum principio finem habent. Brevi autem temporis intervallo res maximas hic rex confecit, operumque ſuorum magnitudine, quae propria ingenii ſolertia & virtute deſignavit, reges omnes, quotquot ab omnium ſeculorum memoria celebrantur, ſuperavit. Nam intra annos XII. non exiguam Europae partem, totamque fere Aſiam ſubegit, ac tantam hinc nominis celebritatem merito conſecutus eſt, ut priſcos heroes & ſemideos gloria exaequarit. Verum ut anticipemus in praefatione quippiam laudabiliter ab hoc rege factorum, non opus eſſe ducimus. Nam res ipſae ſingulatim enarratae gloriae ejus majeſtatem ſatis indicabunt. Alexander ergo paternum genus ab Hercule, maternum ab Aeacidis trahens, naturam Olymp. CXI. 1.

ſ

a Titulum non habet Reg. 1. *Διοδώρου Ἱστοριῶν ιζʹ. Vat.*, addit Σικελιώτου *Baſil.*, alioqui conſentiens. *b Τῆς οἰκουμένης Reg.* 1. *c Τῇ μνήμῃ παραδ.* Reg. 1. Cett. τῇ μνήμῃ τῶν ἔργων. *d Αὐτὸς Idem.*

16. *Τάς τε πράξεις εὐμνημονεύτους ἔσεσθαι*] *Diodorum* magis veriſimile γε quam τε hic ſcripſiſſe, aut certe quod illi τε reſponderet ſubjeciſſe. H. Steph.

22. *Τῇ μνήμῃ παραδεδομένους βασιλεῖς*] Hoc recepi ex *Reg.* 1. voces τῶν ἔργων ex praecedentibus temere huc ingeſſae erant. P. Wess.

38. *Ταῖς Μαίδων*] Corrige *Μαιῶν*. L. Rhod.

Ταῖς Μαίδων] Ita praeſtat: nec longe abeunt ſcripti libri, *Μαίων* praeferentes. Scripſi quoque *Θρᾳκῶν*, tum quod *Auctor* ita ſoleat & res ipſa poſtulet, tum ob *Sigonium*, qui ſuo in *Codice* id ſe reperiſſe indicat ad *Livii* L. VIII, 13. P. Wess.

50. *Τὴν ἀδελφὴν Κλεοπάτρας*] Scribe τὴν μητράδελφον. Nam *Plutarchus* in Alexandri vita θεῖον appellat, quod *avunculum* interpretantur. L. Rhod.

Τὴν ἀδελφὴν Κλεοπάτρας] Superiore libro Cap. 93. Attalus Cleopatrae ἀδελφιδοῦς vocatur. Itaque & hic ἀδελφιδῆν praeferrem: quae voces confunduntur ſaepiſſime a ſcribis. Vid. *Jac. Perizon.* Animadv. Hiſt. C. 10. p. 436. At contra venit *Plut.* Alexand. p. 669., ubi θεῖος γὰρ ἦν αὐτῆς (Cleopatrae) *Ἄτταλος.* Nec minus *Athen.* L. XIII. p. 557. D. qui Cleopatram Ἱπποστράτου

τῆς τῶν προγόνων εὐδοξίας. ἡμεῖς δὲ τοὺς ἁρμόττοντας τῇ γραφῇ χρόνους προεκθέντες, ἐπὶ τὰς οἰκείας τῆς ὑποκειμένης ἱστορίας πράξεις τρεψόμεθα.

Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησιν Εὐαινέτου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Λεύκιον Φούριον καὶ Γάιον [e] Μάινον. ἐπὶ δὲ τούτων, Ἀλέξανδρος διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν, πρῶτον μὲν τοὺς φονεῖς τοῦ πατρὸς τῆς ἁρμοζούσης τιμωρίας ἠξίωσε· μετὰ δὲ ταῦτα τῆς ταφῆς τοῦ γονέως [f] τὴν ἐνδεχομένην ἐπιμέλειαν ποιησάμενος, κατέστησε τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν πολὺ κάλλιον ἢ πάντες προσεδόκησαν. νέος γὰρ ὢν παντελῶς, καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν ὑπό τινων καταφρονούμενος, [g] πρῶτον μὲν τὰ πλήθη οἰκείοις λόγοις παρεστήσατο πρὸς εὔνοιαν. ἔφη γὰρ ὄνομα μόνον ἠλλάχθαι βασιλέως, τὰς δὲ πράξεις χειρισθήσεσθαι μηδὲν καταδεέστερον τῆς [h] ἐπὶ τοῦ πατρὸς γενομένης οἰκονομίας. ἔπειτα ταῖς πρεσβείαις χρηματίσας φιλανθρώπως, [i] παρεκάλει τοὺς Ἕλληνας τηρεῖν τὴν πρὸς αὐτὸν πατροπαράδοτον εὔνοιαν. τῶν δὲ στρατιωτῶν συνεχεῖς ποιούμενος ἐξοπλασίας, μελέτας τε καὶ γυμνασίας πολεμικάς, εὐπειθῆ κατεσκεύασε τὴν δύναμιν. εἶχε δὲ τῆς βασιλείας ἔφεδρον Ἄτταλον τὸν ἀδελφὸν Κλεοπάτρας τῆς ἐπιγαμηθείσης ὑπὸ Φιλίππου, τοῦτον ἔκρινεν ἐκ τοῦ ζῆν μεταστῆσαι· καὶ γὰρ ἐτύγχανε παιδίον ἐκ τῆς Κλεοπάτρας γεγονὸς τῷ Φιλίππῳ, τῆς τελευτῆς τοῦ βασιλέως ὀλίγαις πρότερον ἡμέραις. ὁ δ' Ἄτταλος προαπεσταλμένος ἦν εἰς τὴν Ἀσίαν στρατηγὸς τῆς δυνάμεως μετὰ Παρμενίωνος. εὐεργετικὸς δὲ ὤν, καὶ ταῖς ὁμιλίαις ἐκθεραπεύων τοὺς στρατιώτας,
488. μεγάλης ἐτύγχανεν ἀποδοχῆς ἐν τῷ στρατοπέδῳ. εὐλόγως οὖν τοῦτον εὐλαβεῖτο, μήποτε τῆς ἀρχῆς ἀντιποιήσηται, συνεργοὺς λαβὼν τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἐναντιουμένους [k] αὐτῷ. διόπερ τῶν φίλων προχειρισάμενος Ἑκαταῖον, ἐξαπέστειλεν εἰς τὴν Ἀσίαν μετὰ τῶν ἱκανῶν στρατιωτῶν, δοὺς ἐντολὰς μάλιστα μὲν ἀγαγεῖν ζῶντα τὸν Ἄτταλον, ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ δύνηται κατεργάσασθαι, δολοφονῆσαι τὸν ἄνδρα τὴν ταχίστην. οὗτος μὲν οὖν διαβὰς εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ συμμίξας τοῖς περὶ τὸν Παρμενίωνα καὶ Ἄτταλον, ἐπετήρει τὸν καιρὸν τῆς προκεχειρισμένης πράξεως.

[l] Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, πυθόμενος πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων μετεώρους εἶναι πρὸς καινοτομίαν, εἰς πολλὴν ἀγωνίαν ἐνέπιπτεν. Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ, Δημοσθένους δημαγωγοῦντος κατὰ τῶν Μακεδόνων, τήν τε Φιλίππου τελευτὴν ἀσμένως ἤκουσαν, καὶ τῆς ἡγεμονίας τῶν Ἑλλήνων οὐκ ἐξεχώρουν τοῖς Μακεδόσι, διαπρεσβευσάμενοι δὲ πρὸς Ἄτταλον, [m] ἐν ἀπορρήτοις συνετίθεντο κοινοπραγίαν, καὶ πολλὰς τῶν πόλεων προετρέποντο τῆς ἐλευθερίας ἀντέχεσθαι. Αἰτωλοὶ δὲ κατάγειν τοὺς ἐξ Ἀκαρνανίας φυγάδας ἐψηφίσαντο, διὰ Φίλιππον πεῖραν εἰληφότας τῆς φυγῆς. Ἀμβρακιῶται δὲ, πεισθέντες Ἀριστάρχῳ, τὴν μὲν ὑπὸ Φιλίππου κατασταθεῖσαν φρουρὰν ἐξέβα-

& virtutem majorum gloriae conſentaneam habuit. Olymp. CXI. 1.
Nunc tempore, quod narrationi huic congruit, indicato, ad inſtitutae hiſtoriae materiam nos convertemus.

2. Cum Archon Athenis Evaenetus, Romae Olymp. CXI. II.
Coſſ. eſſent L. Furius, & C. Maenius, Alexander gubernaculis regni ſuſceptis, juſtas ante omnia poenas caedis paternae auctoribus inflixit. Hinc ubi quam potuit ſepulturae patris diligentiam impenderat, negotia regni longe melius, quam quisquam putaſſet, conſtituit. Quamvis enim juvenis admodum eſſet, & ob paucitatem annorum contemneretur, primo vulgus in benevolentiam ſuam plenis humanitate alloquiis pellexit. Inter alia, nomen regis dumtaxat mutatum eſſe, res vero non deterius, quam vivo adhuc parente, adminiſtratum iri dixit. Legationes etiam benigne audiens, ad tuendam Graecos benevolentiam, quam a patre velut haereditariam accepiſſet, adhortatur. Tum cre- 563.
bra armorum expeditione ſtudiisque bellicis militem exercens, morigerum ad omnia exercitum ſibi reddit. Inſidias autem regno ipſius nectebat Attalus, Cleopatrae, quam alteram Philippus uxorem duxerat, patruelis. Hunc igitur e medio ſubmovendum ſtatuit. Nam & paucis ante regis obitum diebus puer e Cleopatra Philippo natus erat. Legatus paulo ante in Aſiam cum exercitu Parmenione collega tranſmiſerat Attalus. Ibique, cum & beneficiis & ſermonis illecebra milites demulceret, gratiam non mediocrem apud exercitum inivetat. Non igitur ſine cauſa rex ab eo cavendum ſibi exiſtimavit; ne quando, adjutantibus Graecis regi adverſis, regnum ſibi vindicaret. Ex familiarium proinde numero Hecataeum deligit; cumque cum manu armatorum non exigua in Aſiam mittit, hoc potiſſimum injungens, ut vivum ſibi Attalum ſiſtat; ſin effici hoc nequeat, ut dolo hominem cum prima occaſione interficiendum curet. Ille in Aſiam tranſvectus, ſociata cum Parmenione & Attalo familiaritate, negotii ſibi demandati tempus commodum exſpectabat.

3. Interea Alexander, multos Graecorum ad res novas arrectis eſſe animis certior factus, in magna conſilii perplexitate haerebat. Nam Athenienſes, Demoſthene in Macedones populum concitante, laetis Philippi interitum auribus exceperant, deque principatu Graeciae Macedonibus neutiquam cedendum arbitrabantur. Jamque tranſmiſſis ad Attalum legatis, ſecreto totius negotii adminiſtrationem cum eo communicaverant, multaſque civitates ad libertatem aſſerendam inſtigabant. Aetoli de reducendis Acarnanum exſulibus, quos Philippus extorres egerat, tum fecerant decretum. Ambraciotae, ſuadente Ariſtarcho, praeſidium inibi collocatum ejecerant, & reipublicae adminiſtrandae poteſta-

e Μάινιον Reg. 2. Vat. In Edd. Μάνλιον & Φούριον. f Τὴν ἐνδεχ. Reg. 1. Vulgo μὲν interponitur. g Πρῶτον τὰ πλήθη ſine μὲν, quod alii interſerunt, idem haud abſurde. h Ἐπὶ Reg. 1. i Παρεκάλεσε Idem. k Ἑαυτῷ Reg. 1., itaque αὐτῷ praetuli. Legebatur αὐτῷ. l Abeſt articulus Reg. 2. m Ἐν ἀποῤῥήτῳ Reg. 1.

ἐστὶν ἢ ἀδελφός, Ἄτταλον δὲ ἀδελφιδοῦν vocat: Et Pauſanias L. VIII, 7. ubi itidem Ἀττάλου ἀδελφιδοῦ, e quorum verbis Attalus aut avunculus aut patruus certe Cleopatrae habendus erit, ut bene Freinſhem. in Curtii L. VI, 9, 17. Quid fiet ergo Diodoro? Servarine ἀδελφὸς hic debet? Sic idem ille vir doctus, pertendens ἀδελφοῦ vocabulum late poſſe protendi; quod equidem de ſacris N. T. ſcriptoribus haud gravate conceſſero. At alios Graecorum ἀδελφὸν patruum aut avunculum dixiſſe, id vero erat exemplis firmandum. An μητράδελφον cum Rhodomano ſcribendum? Sic quidem utcunque conſentiet Plutarcho, Pauſaniae & Athenaeo: verum longius id a veteri ſcriptura abit, neque plane ſe viro probavit praeſtanti. Ita enim in not. Curtii. „ Ἀδελφὸν, ſupra nominavit ἀδελφιδοῦν quod proprie „ nepotem ex fratre aut ſorore ſignificat". Ne longum faciam, ἀδελφιδοῦν retineo, ut ſibi conſtet Auctor: tum quoque ob Juſtinum, cui Attalus Cleopatrae frater ex Graeco ſcriptore, in quo ἀδελφὸς, ut hic, loco ἀδελφιδοῦ. Nam a Plutarcho, Athenaeo & Pauſania potuit Diodorus, ut ſaepe, diſſentire. Viderint tamen doctiores. P. Wess.

58. Καὶ γὰρ ἐτύγχανε παιδίον ἐκ Κλεοπάτρας &c.] Miſerabilem pueri matriſque necem tangit Pauſan. L. VIII, 7. & Juſtin. L. IX, 7., in quo filium recte corrigunt. P. Wess.

77. Δημοσθένους δημαγωγοῦντος κατὰ τῶν Μακ.] Vid. Aeſchinem Or. in Cteſiphont. pag. 76. & Plut. Demoſth. pag. 857.

Olymp. CXI. II. teſtatem populo reſtituerant. Eodem modo Thebani pellendum e Cadmea praeſidium, Alexandroque imperium Graeciae non concedendum, publice ſciverant. Arcades ut ſoli Philippum Graeciae principem facere abnuerant, ita nec Alexandro addicti eſſe volebant. Peloponneſii caeteri, ut Argivi, Elei, Lacedaemonii & quidam alii, jurisdictioni propriae totis ſeſe animis dederant. Gentes denique non paucae, quae ultra Macedoniam incolebant, ad defectionem ſpectabant, & magnus inter barbaros illic motus erat. Quae licet ita ſe haberent, tantis regno negotiis, & tot undique terroribus occupato, quantumvis adoleſcens, omnes principatus difficultates, brevi tempore, praeter omnium exiſtimationem, expeditas fecit: dum hos colloquiorum blanditiis, iſtos metu in viam reducit. Nonnullos etiam vi domitos imperata facere cogit.

4. Primos itaque Theſſalos cognationis antiquae ab Hercule uſque admonitos tum ſermonum humanitate, tum amplitudine promiſſorum excitatos, induxit, ut imperium Graeciae a patre ſibi haereditarie traditum, publico Theſſaliae decreto ipſi deferrent. Quo impetrato, conterminas etiam gentes in eundem favorem adduxit, & ad Pylas tranſgreſſus, convocato Amphictyonum ſenatu, ut communi omnium decreto ſummus Graeciae dux crearetur, effecit. Ambraciotis legatione & oratione humaniſſima hoc perſuaſit, libertatem, quam ipſi paulo ante vindicarint, propenſo in eos favore, ſe illis redditurum fuiſſe. Ut vero dicto minus audientes perterrefaceret, copias Macedonum ad terrorem inſtructas, citatis itineribus in Boeotiam traduxit: Et caſtris juxta Cadmeam poſitis, civitati Theba-
564. norum metum incuſſit. Sub quod tempus Athenienſes tranſitu regis in Boeotiam explorato, flocci pendere illum deſinunt. Celeritas enim juvenis, & in rebus efficiendis gravitas, diſſidentes ab illo magnopere percellebat. Athenienſes igitur de comportandis, quas rure habebant, rebus, & moenibus pro facultate muniendis, decretum faciunt; miſſiſque legatis orant Alexandrum, ut veniam ipſis tribuat, quod imperium non citius illi permiſiſſent. Cum legatis etiam Demoſthenes ire juſſus fuerat. Sed is cum caeteris ad Alexandrum non pervenit. Nam ex Cithaerone Athenas repetebat. Vel quod, ob orationes publice contra Macedones habitas, ſibi timeret, vel ut inculpatum regi Perſarum ſe reſervaret. Magnam enim pecuniarum vim a Perſis, ut Macedonum cauſam in dicendis ſententiis

λον, τὴν δὲ πόλιν ἐποίησαν δημοκρατεῖσθαι· ὁμοίως δὲ τούτοις Θηβαῖοι τὴν μὲν ἐν τῇ Καδμείᾳ φρουρὰν ἐκβαλεῖν ἐψηφίσαντο, τῷ δὲ Ἀλεξάνδρῳ μὴ συγχωρεῖν τὴν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίαν· Ἀρκάδες δὲ οὔτε Φιλίππῳ συνεχώρησαν τὴν ἡγεμονίαν μόνοι τῶν Ἑλλήνων, οὔτ' Ἀλεξάνδρῳ προσεῖχον· τῶν δ' ἄλλων Πελοποννησίων [n] Ἀργεῖοι μὲν καὶ Ἠλεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι καί τινες ἕτεροι πρὸς τὴν αὐτονομίαν ὁρμήσαν· τῶν δὲ ὑπερκειμένων τῆς Μακεδονίας ἐθνῶν οὐκ ὀλίγα πρὸς ἀπόστασιν ὥρμα, καὶ πολλὴ ταραχὴ κατεῖχε τοὺς τῇδε κατοικοῦντας βαρβάρους. [o] ἀλλ' ὅμως τηλικούτων πραγμάτων καὶ τοσούτων φόβων κατεχόντων τὴν βασιλείαν, Ἀλέξανδρος, νέος ὢν παντελῶς, ἅπαντα τὰ κατὰ [p] τὴν ἀρχὴν δυσχερῆ παραδόξως καὶ συντόμως κατεστήσατο. οὓς μὲν γὰρ πειθοῖ διὰ τῆς ὁμιλίας προσηγάγετο, οὓς δὲ φόβῳ διωρθώσατο· τινὰς δὲ βίᾳ [q] χειρωσάμενος, ὑπηκόους ἐποιήσατο.

Πρώτους δὲ Θετταλοὺς ὑπομνήσας τῆς ἀρχαίας ἀφ' Ἡρακλέους συγγενείας, καὶ λόγοις φιλανθρώποις, ἔτι δὲ μεγάλαις ἐπαγγελίαις μετεωρίσας, ἔπεισε τὴν πατροπαράδοτον ἡγεμονίαν τῆς Ἑλλάδος [r] αὐτῷ συγχωρῆσαι, κοινῷ τῆς Θετταλίας δόγματι. 489. μετὰ δὲ τούτους, τοὺς συνορίζοντας τῶν ἐθνῶν εἰς τὴν ὁμοίαν εὔνοιαν προσαγαγόμενος, παρῆλθεν εἰς Πύλας, καὶ τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον συναγαγών, ἔπεισε κοινῷ δόγματι δοθῆναι τὴν τῆς Ἑλλάδος ἡγεμονίαν. τοῖς δ' Ἀμβρακιώταις διαπρεσβευσάμενος, καὶ φιλανθρώπως ὁμιλήσας, ἔπεισεν αὐτοὺς βραχὺ προειληφέναι τὴν μέλλουσαν ὑπ' αὐτοῦ δίδοσθαι μετὰ προθυμίας αὐτονομίαν. πρὸς δὲ τὴν κατάπληξιν τῶν ἀπειθούντων ἦγε τὴν δύναμιν τῶν Μακεδόνων κεκοσμημένην καταπληκτικῶς. ὀξείαις δὲ ταῖς ὁδοιπορίαις χρησάμενος, ἧκεν εἰς τὴν Βοιωτίαν, καὶ πλησίον τῆς Καδμείας [s] καταστρατοπεδεύσας, ἐπέστησε τὸν φόβον τῇ πόλει τῶν Θηβαίων. καθ' ὃν δὴ χρόνον Ἀθηναῖοι, πυθόμενοι τὴν εἰς Βοιωτίαν πάροδον τοῦ βασιλέως, τῆς προϋπαρχούσης καταφρονήσεως ἀπέστησαν. ἡ γὰρ ὀξύτης τοῦ νεανίσκου καὶ ἡ διὰ τῶν πράξεων ἐνέργεια τοὺς ἀλλοτριοφρονοῦντας μεγάλως ἐξέπληττε. διόπερ Ἀθηναῖοι τὰ μὲν ἀπὸ τῆς χώρας ἐψηφίσαντο κατακομίζειν, τῶν δὲ τειχῶν [t] τὴν ἐνδεχομένην ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, πρὸς δὲ τὸν Ἀλέξανδρον πρέσβεις ἐξαπέστειλαν, ἀξιοῦντες συγγνώμην ἔχειν, εἰ τὴν ἡγεμονίαν μὴ ταχέως συγχωροῦσιν. ἐν δὲ τοῖς πρέσβεσι καὶ Δημοσθένης ἐξεπέμφθη, ὃς οὐ συνῆλθε μετὰ τῶν ἄλλων [v] πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, ἀλλ' ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος ἀνέκαμψεν εἰς τὰς Ἀθήνας· εἴτε διὰ τὰ πεπολιτευμένα κατὰ Μακεδόνων φοβηθείς, εἴτε βουλόμενος τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν ἄμεμπτον αὐτὸν διαφυλάττειν. πολλὰ γὰρ

n Ἀργεῖοι μὲν καὶ *Reg.* 1., aberat μὲν *Edd.* o Ἀλλ' ὅμως μετὰ τηλ. *Reg.* tum κατέχοντα *idem.* p Exulat Articulus ex *Reg.* 1. q Χειρωσάμενος, ὅτι, ambo *Reg. Baſil.*, vulgo καὶ αὐτοὺς ὑπηκ., quibus ſolitariam defectus notam adſcripſit *Steph.* r Κοινῷ *Reg.* 1., in *Edd.* αὐτῷ. s Καταστρατοπεδευσάμενος *Venet.* t Ἐπιμ. τὴν ἐνδεχ. *Reg.* 1. v Εἰς τὸν *idem.*

857. E. P. Wess.

91. Ἀρκάδες δὲ οὔτε Φιλίππῳ &c.] De Arcadibus adſtipulari videtur *Pauſanias* L. VIII, 6. At quod ſequitur, ſolos eos Graecorum nec Philippo nec Alexandro Graeciae principatum permiſiſſe, id aegrius ferent Lacedaemonii, qui quidem ſoli & regem Philippum & legem pacis, quam univerſae Graeciae ſtatuerat, contempſerant, ſervitutem non pacem rati, *Juſtino* L. IX, 5. & XII, 1. teſte. Junge *Arrian.* Ἀναβ. L. I, 1. P. Wess.

98. Ἀλλ' ὅμως τηλικούτων πραγμάτων &c.] Etſi fortaſſe reperientur, quibus ſcriptura *Reg.* 1. blandietur, ego in vulgato acquieſco. Poſt pauca voces καὶ αὐτοὺς, a ſcriptis ſpretas, itidem ſperno, quippe ſupervacaneas. P. Wess.

11. Τοὺς συνορίζοντας τῶν ἐθνῶν] Alibi τὰ συνεχῆ τῶν ἐθνῶν hujus lib. C. 17., τὰ συνορίζοντα τῶν ἐθνῶν cap. 76. & 96. tum L. XVIII, 3. Hoc per enallagen quandam poſitum eſt, ut τὰ στενὰ τῶν ὁδῶν L. XIII, 18. *angusta & lubrica viarum* apud *Tacitum* Hiſtor. III, 82., aliaque. P. Wess.

15. Διαπρεσβευσάμενος] Melius διαπρεσβευσάμενος conveniet cum ὁμιλήσας. H. Steph.

35. Ἀλλ' ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος ἀνέκαμψεν] Sic *Aeſchines* de inimico ſuo Or. in Cteſiphont. p. 76., nec praeterit *Plut.* Demoſthen. p. 856. D., in eo a *Diodoro* diſſentiens, quod altera in Thebanos expeditione Alexandri legationem Oratori impoſitam refert. P. Wess.

42. Τὸν ἀνάξιον ἐπικαλοῦσι &c.] In uno codice mendoſe ἐπικαλοῦσι legitur pro ἐπικαλοῦσι, quod mendum tamen & in vulgata editione *Diodori* remanſit, & vulgatas etiam editiones orationis *Aeſchinis* occupavit, atque adeo ipſos quoque ejus interpretes in errorem induxit. Ut autem ceteros omittam, is, qui ultimus & poſt alios omnes orationem illam Latine vertit, *Joachimus Perionius* Benedictinus Cormoeriacenus monachus (quod poſtremum honoris cauſſa non addo) ἐπικαλοῦσι legit & interpretatur *nominavit.* Adeo ut cum alios multos in tota

γὰρ χρήματά φασιν αὐτὸν εἰληφέναι παρὰ Περσῶν, ἵνα πολιτεύηται κατὰ Μακεδόνων· περὶ ὧν καὶ τὸν Αἰσχίνην φασὶν, ὀνειδίζοντα τῷ Δημοσθένει κατά τινα λόγον τὴν δωροδοκίαν, εἰπεῖν, „Νῦν μέντοι τὴν δαπάνην ἐπικέκλυκεν αὐτοῦ τὸ βασιλικὸν χρυσίον. „ [x] ἔσται δὲ οὐδὲ τοῦτο ἱκανόν. οὐδεὶς γὰρ πώποτε „ πλοῦτος τρόπου πονηροῦ περιεγένετο." ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, τοῖς πρέσβεσι τῶν Ἀθηναίων φιλανθρώπους ἀποκρίσεις δοὺς, ἀπέλυσε τοῦ πολλοῦ φόβου τὸν δῆμον. τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου παραγγείλαντος εἰς Κόρινθον ἀπαντᾶν τάς τε πρεσβείας καὶ τοὺς συνέδρους, ἐπειδὴ συνῆλθον οἱ συνεδρεύειν εἰωθότες, διαλεχθεὶς ὁ βασιλεὺς καὶ λόγοις ἐπιεικέσι χρησάμενος, ἔπεισε τοὺς Ἕλληνας ψηφίσασθαι στρατηγὸν αὐτοκράτορα τῆς Ἑλλάδος εἶναι τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ συστρατεύειν ἐπὶ τοὺς Πέρσας ὑπὲρ ὧν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήμαρτον. τυχὼν δὲ ταύτης τῆς τιμῆς ὁ βασιλεὺς ἐπανῆλθε [y] μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Μακεδονίαν.

490\. Ἡμεῖς δ' ἐπεὶ τὰ κατὰ τὴν Ἑλλάδα διήλθομεν, [z] μεταβιβάσομεν τὸν λόγον ἐπὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν πράξεις. Μετὰ γὰρ τὴν Φιλίππου τελευτὴν, Ἄτταλος τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρει νεωτερίζειν, καὶ πρὸς Ἀθηναίους συνέθετο κοινοπραγίαν κατ' Ἀλεξάνδρου, ὕστερον δὲ μετανοήσας, τὴν μὲν ἀποδοθεῖσαν αὐτῷ παρὰ Δημοσθένους ἐπιστολὴν τηρήσας, ἀπέστειλε πρὸς Ἀλέξανδρον, καὶ λόγοις φιλανθρώποις ἐπειρᾶτο τὰς καθ' ἑαυτοῦ διαβολὰς [a] ἀποτρίβεσθαι. τοῦ δ' Ἑκαταίου κατὰ τὰς τοῦ βασιλέως ἐντολὰς δολοφονήσαντος τὸν Ἄτταλον, ἡ μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν τῶν Μακεδόνων δύναμις ἐπαύσατο τοῦ μετεωρίζεσθαι πρὸς ἀπόστασιν, τοῦ μὲν Ἀττάλου πεφονευμένου, τοῦ δὲ Παρμενίωνος οἰκειότατα διακειμένου [b] πρὸς Ἀλέξανδρον. περὶ δὲ τῆς τῶν Περσῶν βασιλείας μέλλοντας ἡμᾶς ἀναγράφειν ἀναγκαῖόν ἐστι βραχὺ τοῖς χρόνοις προαναλαβεῖν τὴν ἱστορίαν. Φιλίππου γὰρ ἔτι βασιλεύοντος, ἦρχε τῶν Περσῶν Ὦχος, καὶ προσεφέρετο τοῖς ὑποτεταγμένοις ὠμῶς καὶ βιαίως. μισουμένου δ' αὐτοῦ διὰ τὴν χαλεπότητα τῶν τρόπων, Βαγώας ὁ χιλίαρχος, εὐνοῦχος μὲν ὢν τὴν ἕξιν, πονηρὸς δὲ καὶ πολεμικὸς τὴν φύσιν, ἀνεῖλε φαρμάκῳ τὸν Ὦχον διά τινος ἰατροῦ, τὸν δὲ νεώτατον τῶν υἱῶν τοῦ βασιλέως Ἀρσὴν εἰσήγαγεν εἰς τὴν βασιλείαν. ἀνεῖλε δὲ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς τοῦ βασιλέως, ὄντας νέους παντελῶς, ὅπως μονωθεὶς ὁ νεανίσκος μᾶλλον ὑπήκοος αὐτῷ γένηται. τοῦ δὲ μειρακίου ταῖς γενομέναις παρανομίαις προσκόπτοντος, καὶ φανεροῦ καθεστῶτος ὅτι τιμωρήσεται τὸν αὐθέντην τῶν ἀνομημάτων, [c] φθάσας αὐτοῦ τὰς ἐπιβολὰς ὁ Βαγώας, ἀνεῖλε τὸν Ἀρσὴν μετὰ τῶν τέκνων, τρίτον ἔτος ἤδη βασιλεύοντα. ἐρήμου δ' ὄντος τοῦ βασι-

oppugnaret, hunc accepiſſe fama eſt. Quod Aeſchinem quoque in oratione quadam, ubi munerum captationem Demoſthéni exprobrat, his verbis notaſſe dicunt. „ Nunc regium quidem aurum abun„ de ſumtus illi ſubminiſtrat. Verum nec hoc diu „ ſufficiet. Nullae enim uſquam divitiae improbis „ moribus ſat grandes eſſe poſſunt". Porro cum Legatis Athenienſium perhumaniter reſpondiſſet Alexander, ingenti populum metu liberavit. Legationes inde ac ſenatores concilii ad Corinthum ſibi occurrere jubet. Quo cum veniſſent, qui conſiliis publicis praeeſſe ſolebant, perbenigna rex oratione diſſerens eo Graecos permovit, ut ſummum Graeciae imperatorem Alexandrum deſignarent, & auxilia contra Perſas, ob maleficia in Graecos ulciſcendos, ei ſciſcerent. Hos conſecutus honores in Macedoniam rex exercitu remeavit. Olymp. CXI. II.

5\. Jam memoratis Graeciae rebus, ad alia per Aſiam geſta ſtylum transferemus. Nam a Philippi interitu Attalus ſtatim ad res novandas ſe convertit, jamque foedus cum Athenienſibus, ad oppugnandum communi opera Alexandrum, inierat. Sed mutato poſt conſilio, epiſtolam a Demoſthene ſibi redditam & aſſervatam tranſmittit Alexandro, verborum blandimentis ingeſta ſibi crimina diluere conatus. Sed cum Hecataeus Attalum juſſu regis per dolum obtruncaſſet, Aſiaticus Macedonum exercitus ad defectionem propendere deſiit: quod & Attalus jam exſtinctus, & Parmenio erga Alexandrum optime affectus erat. Sed cum de Perſarum regno jam ſcripturi ſimus, hiſtoriae tempus, ut paulo altius repetamus, neceſſum eſt. Regnante pridem Philippo, Ochus Perſis imperabat, crudelemque & violentum erga ſubditos ſeſe gerens, ob aſperitatem morum in odio cunctorum erat. Bagoas ergo militum tribunus, conditione Eunuchus, ſed natura ſceleratus & bellicoſus, veneno regem tollit, medici ad hoc opera uſus: filiumque ejus natu minimum Arſen nomine, in regnum collocavit. Simul etiam fratribus novi regis (quorum tenerior adhuc aetas erat) necem intulit: ut deſertus hoc modo rex tanto plus obſequii illi praeſtaret. Cum vero ſceleribus iſtis offenſus adoleſcens, quod poenas de auctore ſumturus eſſet, manifeſtis argumentis declararet, inſidiis occupatis, Bagoas Arſen cum liberis, tertio imperii anno e vita tollit. Regia domo ſic

x Ἔσται δὲ οὐδὲ τοῦτο [illegible] Reg. 2. Baſil. δὲ ἔτι τὸ ἱκ. Reg. 1. In Edd. ἔσται δὲ τοῦτο οὐδὲ &c., ſed τοῦτο adſcriptam habet Steph. notam, paullo ante ἐπικέκλυκεν Baſil. y Μετὰ τῆς δυν. Reg. 1., unde articulum addidi. z Τρέψομεν πάλιν ἐπὶ Reg. 1., forſan ex ſcholio. a Ἀποτρίψασθαι Idem. b Πρὸς τὸν Reg. 1. c Φθάσας ora Steph. Vat. Venet. Reg. uterque. Cett. φωράσας.

tota illi oratione, ſicut & in Demoſthenica, perverſiſſime interpretatus ſit locos, ut oſtendam aliquando, Deo favente, tum vero hunc vel maxime. Ita enim verba reddidit, quae a *Diodoro* ex oratione illa citantur: *Modo quidem regni aurum ſumptum ſuum nominavit.* Atqui ſonant illa: *Nunc autem regis aurum ſumptibus ejus affluxit.* vel: *Nunc regii auri affluentia ſumptibus ejus ſubvenit.* vel: *Nunc rex ſumptibus ejus affluenter aurum ſuppeditavit*, ſeu *ſubminiſtravit*. H. STEPH.

Τὴν δαπάνην ἐπικέκλυκεν αὐτοῦ &c.] Non admodum diverſum hoc apud *Suidam* in Ἐπικλύσασα incerti ſcriptoris: Ἡ δὲ Κλεοπάτρα καὶ τοὺς Ἠλείους ἐπικλύσασα πολλῷ χρυσίῳ ἐπικλύσασα &c. Et ſupr. L. III, 47. καὶ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ πλείους ἐπικεκλυκότες παῤ αὐτοῖς. Tum *Syneſii* Or. de Regno p. 9. C. ἐπικλύζειν μὲν ἀγαθοῖς ἅπασι τὰς πόλεις, καθαρεύειν δὲ εὐδαιμονίᾳ. *Lycophronis* enim Alex. v. 228. τοσόνδε κῦμ' ἐπικλύσει κακῶν ad primam dictionis originem propius accedit. Porro leguntur haec *Aeſchinis* Orat. in Cteſiphont. p. 78., levi tamen diſcrimine: namque ibi ἔτι δὲ καὶ νῦν ἱκανόν. Itaque non injuria τοῦτο, cui ante οὐδὲ locus erat, ſuſtuliſſe videor. P. WESS.

78\. Βαγώας ὁ χιλίαρχος] Vide de Chiliarchi in aula Perſica dignitate L. XVIII, 48. P. WESS.

79\. Ἀνεῖλε φαρμάκῳ τὸν Ὦχον] Necem Ochi, ut felibus ſit objectus, atque ex oſſibus ejus gladiorum manubria fabricari Bagoas juſſerit, exponit *Aelian*. Hiſt. Var. L. VI, 8. P. WESS.

86\. Ὅτι τιμωρήσεται τὸν αὐθέντην τῶν ἀνομημάτων] Sic L. XVI, 61. αὐθέντας τῆς ἱεροσυλίας *ſacrilegii auctores* dixit. *Baſilius Magnus* Epiſt. 51. p. 143. D. αὐτοὺς κατέχουσι οἱ αὐθένται τῶν τολμημάτων. Veteri Graeciae αὐθέντας longe alios fuiſſe, non addo: id ſolum, ſcripſiſſe me priſcorum auctoritate librorum φθάσας. De Arſe, quem corruptius, ut dudum viri docti monuerunt, Νάρσην *Strabo* L. XV. p. 1069., *Plutarchus* Ὀάρσην de Alex. Fort. Or. II. pag. 336. D. vocant, Illuſt. *Scaliger* in *Euſeb.* Chron. ad ann.

Olymp. CXI. II. ſic ad ſolitudinem redacta, cum nemo ex ea gente ſupereſſet, qui ſucceſſionem in regno ſibi vendicaret, Darium, ex amicis quendam adoptatum, in regni poſſeſſionem collocat. Hic Arſanum Oſtanis F. qui Artaxerxis Perſarum regis frater erat, parentem habebat. Bagoae autem ſingulare quid-
565. dam & memoratu dignum evenit. Sanguinaria enim crudelitate, cui hactenus adſueverat, inductus, medicata potione etiam Darium necare inſtituit. Sed inſidiis per indicium patefactis, rex Bagoae comiter advocato, poculum tradit, & ad ebibendum illud vi hominem adigit.

6. Dignus regno propterea habitus eſt, quod virtute Perſis omnibus anteire crederetur. Cum enim Artaxerxes rex bellum aliquando cum Caduſiis gereret, & quidam ex hoſtium numero, vir corporis & animi firmitate nobilis, aliquem ex Perſis, cuicunque animus tam praeſens, ſingulare ad certamen provocaret, nemine ſe obviam dare auſo, Darius ſolus adiit periculum, & provocatorem interemit. Ob quod magnificis a rege praemiis honeſtatus, primam virtutis gloriam inter Perſas retulit. Ob hoc itaque viri ſtrenui facinus dignus qui regno praeeſſet judicatus, imperium accepit, ſub idem tempus, quo defuncto Philippo Alexander ſucceſſit. Talem virum cum virtuti Alexandri fortuna dediſſet adverſarium, ut plura inter eos certamina de principatu committerentur, evenit. Verum iſta res illorum ſingulatim explicatae clariora deinceps facient. Jam ad hiſtoriae ſeriem nos referemus.

7. Darius itaque, jam ante Philippi mortem ad regni culmen evectus, ut futurum inde bellum in Macedoniam averteret, ſtudioſe contenderat. Sed poſtquam ille vivere deſiit, metu ſolutus, juventutem Alexandri non magni faciendam exiſtimavit. Poſtquam vero ſtrenuitas rerum gerendarum & celeritas effecerat, ut imperator totius Graeciae crearetur, jamque virtus adoleſcentis ubique praedicaretur: ad meliora demum conſilia revocatus a re ipſa, multum cogendis exercitibus diligentiae advertit, & comparata magna triremium claſſe, numeroſaque militum vi contracta, duces omnium o-

λίας οἰκίας, καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ κατὰ γένος διαδεξομένου τὴν ἀρχὴν, προχειρισάμενος ἕνα τῶν φίλων Δαρεῖον ὄνομα, τούτῳ συγκατεσκεύασε τὴν βασιλείαν. οὗτος δ' ἦν υἱὸς μὲν Ἀρσάνου [d] τοῦ Ὀστάνου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἀρταξέρξου τοῦ Περσῶν βασιλεύσαντος. ἴδιον δέ τι συνέβη περὶ τὸν Βαγώαν γενέσθαι, καὶ μνήμης ἄξιον. χρώμενος γὰρ τῇ συνήθει μιαιφονίᾳ, τὸν Δαρεῖον ἐπεβάλετο διὰ φαρμακείας ἀνελεῖν. μηνυθείσης δὲ τῆς ἐπιβουλῆς, ὁ βασιλεὺς ὡς ἐπί τινι φιλανθρωπίᾳ προσκαλεσάμενος τὸν Βαγώαν, καὶ δοὺς τὸ ποτήριον, ἠνάγκασε πιεῖν τὸ φάρμακον.

Ἠξιώθη δὲ τῆς βασιλείας Δαρεῖος, δοκῶν πολὺ προέχειν ἀνδρείᾳ Περσῶν. Ἀρταξέρξου γάρ ποτε τοῦ βασιλέως πολεμοῦντος πρὸς Καδουσίους, καί τινος τῶν Καδουσίων ἐπ' ἀλκῇ καὶ ἀνδρείᾳ διαβεβοημένου, καὶ [e] προκαλεσαμένου τὸν βουλόμενον Περσῶν μονομαχῆσαι, ἄλλος μὲν οὐδεὶς ἐτόλμησεν [f] ὑπακοῦσαι, μόνος δὲ Δαρεῖος, ὑποστὰς τὸν κίνδυνον, τὸν προκαλεσάμενον ἀπέκτεινε καὶ ὑπὸ μὲν τοῦ βασιλέως μεγάλαις ἐτιμήθη δωρεαῖς, παρὰ δὲ τοῖς Πέρσαις τὸ πρωτεῖον τῆς ἀνδρείας ἀπηνέγκατο. διὰ ταύτην δὴ τὴν ἀνδραγαθίαν ἄξιος τῆς βασιλείας νομισθεὶς, παρέλαβε τὴν ἀρχὴν, περὶ τούτους τοὺς χρόνους ἐν οἷς, Φιλίππου τελευτήσαντος, διεδέξατο τὴν βασιλείαν Ἀλέξανδρος. τοιοῦτον δ' ἄνδρα τῆς τύχης παραδούσης ἀντίπαλον τῇ κατ' Ἀλέξανδρον ἀρετῇ, συνέβη πολλοὺς καὶ μεγάλους ἀγῶνας συστῆναι περὶ τῶν πρωτείων. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων αἱ κατὰ μέρος πράξεις ἕκαστα δηλώσουσιν. ἡμεῖς δ' ἐπὶ τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας τρεψόμεθα.

Δαρεῖος γὰρ παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, πρὸ μὲν τῆς Φιλίππου τελευτῆς ἐφιλοτιμεῖτο τὸν μέλλοντα πόλεμον εἰς τὴν Μακεδονίαν ἀποστρέψαι· ἐκείνου δὲ τελευτήσαντος, ἀπελύθη τῆς ἀγωνίας, καταφρονήσας τῆς Ἀλεξάνδρου νεότητος. ἐπεὶ δ' ἡ τῆς πράξεων ἐνέργεια καὶ ὀξύτης ἐποίησε μὲν αὐτὸν τὴν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίαν πᾶσαν ἀναλαβεῖν, καὶ τὴν ἀρετὴν τοῦ νεανίσκου γενέσθαι περιβόητον, τότε δὴ νουθετηθεὶς τοῖς ἔργοις ὁ Δαρεῖος ἐπιμέλειαν [g] μεγάλην ἐποιεῖτο τῆς δυνάμεως, [h] τριήρεις τε πολλὰς κατασκευαζόμενος, καὶ πολλὰς δυνάμεις ἀξιολόγους συνιστάμενος, ἡγεμόνας τε τοὺς ἀρίστους προκρίνων, ἐν οἷς ὑπῆρ- 491.

[d] Stigma impoſuit vocibus τοῦ Ὀστάνου Steph., quae in Vratt. & Baſil. & Coſpo deſunt. Υἱὸς μὲν Ὀστάνου, ὃς Reg. 2. [e] Προσκαλ. Reg. 1. [f] Ἐπακ. idem. [g] Deeſt Reg. 1. & Baſil. μὲν ante μεγάλην. [h] Τριήρεις τε Reg. 1. quem ſequi placuit. Vulgo ἐπιμέλειαν μὲν — τριήρεις δέ.

ann. MDCCLXXVIII. P. Wess.

90. Καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ κατὰ γένος διαδεξ.] Atqui ſupererat Biſthanes Ochi filius. *Arrianus* Exp. Alex. L. III, 19. ἐνταῦθα ἀπαντᾷ αὐτῷ (Alexandro) Βισθάνης ὁ Ὤχου παῖς, τοῦ πρὸ Δαρείου βασιλεύσαντος Περσῶν. Quem locum *Diodoro* non injuria obmovit *Nic. Blancardus*. P. Wess.

93. Υἱὸς μὲν Ἀρσάνου τοῦ Ὀστάνου] Voces τοῦ Ὀστάνου conſulto, ut minime huc pertinentes, tranſilio: ac prorſus delendas arbitror. Ἀρσάμης autem Darii parens a *Plutarcho* in Artoxerxe (p. 1026.) nominatur: qui Siſygambrim ſororem in matrimonio habuit, unde Darius ultimus ſuſceptus eſt, ut *Arrianus*, *Curtius* & *Oroſius* teſtantur. L. Rhod.

Υἱὸς μὲν Ἀρσάνου] *Rhodomani* opinioni accedit *Simſon*. Chron. ad ann. 3669. At contra eum venit *Nic. Blancardus* ad *Arrian.* L. II, 14., erroris interpretem arguens. Fuiſſe enim Oſtanem Artaxerxis fratrem, genuiſſeque Arſanen, Darii Codomani patrem. Par *Freinſhemii* Supplem. *Curtii* L. II, 1. ſententia: *quippe Oſtanes Ochi patruus*, inquit, *Arſanen genuerat*, *Arſanes Codomanum*. Quibus quidem egregie favet vulgata hujus loci ſcriptura, & Artaxerxis, quem ſuperiora ab Ocho diſtinguere videntur, addita mentio. Favet etiam *Plut.* Artoxerx. pag. 1022. A., Darii Nothi filium, Artaxerxis Mnemonis fratrem natu minorem *Oſtanem* memorans. Id ſane veriſſimum eſt, *Arſamen* Artaxerxis Mnemonis ex concubina filium ab eodem *Plut.* ibid. p. 1026. memorari, Dariumque hunc Ἀρσάμου υἱὸν, *Arſami F.* ab *Euſebio* & *Hieronymo* nominari. Sed cum Arſamen cum occiderit Ochus, quod impenſius a patre amaretur regnoque deſtinaretur ſucceſſor, credemuſne ſuſpicacem & crudelem principem filio ejus Dario parcere & imperia mandare voluiſſe? praeſertim cum regiam cognatorum caede & ſtrage principum regni principio repleverit, nulla non ſanguinis, non ſexus, non aetatis miſericordia permotus, uti *Juſtinus* L. X, 3. ſcribit. Mihi omnia reputanti vero id non fit ſimile, placetque adeo vulgatum retinere. Non poſſum quidem diſſiteri, veteres quaſdam ſchedas alia o[illegible] velle: ſed inter eas nulla intercedit concordia, & ſolent antiquarii in barbaris nominibus multa admittere: ne nunc addam, voces τοῦ Ὀστάνου non videri incuria quadam progenitas. P. Wess.

1. Ἠνάγκασε πιεῖν τὸ φάρμακον] Vid. *Curtium* L. VI, 4, 10, & *Jac. Gronov.* in *Arriani* L. II, 14. p. 85., *Blancardum* recte in ordinem cogentem. P. Wess.

8. Μόνος δὲ Δαρεῖος ὑποστὰς τὸν κίνδυνον] Rem geſtam attingit *Juſtinus* L. X, 3. P. Wess.

35. Μακεδόνας πεντακισχιλίους] Corrigit *Freinſhem.* in Indice *Curtii* voce *Memnon* πεντακισμυρίους, quod tantum ad expeditionem numerus quinque millium ſit admodum parvus. Cogitaſſet vir eruditus, non deſcribi univerſum exercitum, qui ad rem gerendam Memnonis Rodii imperio fuit traditus, ſed ſolos aere regis conductos, & temerariam correctionem ſpongia deleſſet. P. Wess.

40. Ἀπὸ τῆς Μελισσέως Ἴδης] Cretenſium regem Meliſſea, cujus filiae Adraſtea & Ida Jovis fuerint nutrices, memorat *Apollodor.* Bibl. L. I, 1, 3., bene a *Galeo* correctus: memorant eundem alii, a *Jo. Meurſio* Cret. L. III, 1. excitati. Sic Ida Cre-

ὑπῆρχε καὶ Μέμνων ὁ Ῥόδιος, διαφέρων ἀνδρείᾳ καὶ συνέσει στρατηγικῇ. τούτῳ δὲ δοὺς ὁ βασιλεὺς μισθοφόρους πεντακισχιλίους, προσέταξε παρελθεῖν ἐπὶ πόλιν Κύζικον, καὶ πειρασθῆναι ταύτην χειρώσασθαι. οὗτος μὲν οὖν μετὰ τοσούτων στρατιωτῶν προῆγε διὰ τῆς Ἴδης. [i] τὸ δ' ὄρος τοῦτο μυθολογοῦσί τινες τυχεῖν ταύτης τῆς προσηγορίας ἀπὸ τῆς Μελισσέως Ἴδης. μέγιστον δὲ ὑπάρχον τῶν κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον, ἔχει κατὰ τὸ μέσον ἄντρον θεοπρεπὲς, ἐν ᾧ φασι κριθῆναι τὰς θεὰς ὑπ' Ἀλεξάνδρου. γενέσθαι δ' ἐν τούτῳ λέγεται καὶ τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους, οὓς σίδηρον ἐργάσασθαι πρώτους, μαθόντας τὴν ἐργασίαν παρὰ τῆς τῶν θεῶν μητρός. ἴδιον δέ τι καὶ παράδοξον συμβαίνει [k] γίνεσθαι περὶ τοῦτο τὸ ὄρος. κατὰ γὰρ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν ἐπ' ἄκρας τῆς κορυφῆς, διὰ τὴν ἠρεμίαν τοῦ περιέχοντος ἀέρος, ὑπερπετῆ γίνεσθαι τὴν ἄκραν τῆς τῶν ἀνέμων πνοῆς. ὁρᾶσθαι δὲ τὸν ἥλιον ἔτι τῆς νυκτὸς οὔσης ἀνα-
492. τέλλοντα τὰς ἀκτῖνας, οὐκ ἐν κυκλοτερεῖ σχήματι [l] περιγεγραμμένον, ἀλλὰ τὴν φλόγα κατὰ πολλοὺς τόπους ἔχοντα διεσπαρμένην, ὥστε δοκεῖν πυρὰ πλείω θιγγάνειν τοῦ τῆς γῆς ὁρίζοντος. μετ' ὀλίγον δὲ συνάγεται ταῦτα πρὸς ἓν μέγεθος, ἕως ἂν γένηται [m] τρίπλεθρον διάστημα· καὶ τότε, ἤδη τῆς ἡμέρας ἐπιλαβούσης, τὸ φαινόμενον τοῦ ἡλίου μέγεθος πληρωθὲν τὴν τῆς ἡμέρας διάθεσιν κατασκευάζει. ὁ δ' οὖν Μέμνων διελθὼν τὴν ὀρεινὴν ἄφνω τῇ πόλει τῶν Κυζικηνῶν [n] προσέπεσε, καὶ παρ' ὀλίγον αὐτῆς ἐκυρίευσεν. ἀποπεσὼν δὲ τῆς ἐπιβολῆς, τὴν χώραν αὐτῶν ἐπόρθησε, καὶ πολλῶν λαφύρων ἐκυρίευσεν. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Παρμενίων Γρύνιον μὲν πόλιν ἑλὼν κατὰ κράτος, [o] ἐξηνδραποδίσατο· Πιτάνην δὲ πολιορκοῦντος αὐτοῦ, Μέμνων ἐπιφανεὶς, καὶ καταπληξάμενος τοὺς Μακεδόνας, ἔλυσε τὴν πολιορκίαν. μετὰ δὲ ταῦτα Κάλλας μὲν ἔχων Μακεδόνας καὶ μισθοφόρους στρατιώτας, ἐν τῇ Τρῳάδι συνῆψε μάχην πρὸς τοὺς Πέρσας, ὄντας πολλαπλασίους, καὶ λειφθεὶς ἀπεχώρησεν εἰς τὸ Ῥοίτειον. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν.

Ἀλέξανδρος δὲ, τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα ταραχὰς καταπαύσας, ἐστράτευσεν ἐπὶ τὴν Θρᾴκην, καὶ πολλὰ μὲν ἔθνη Θρᾴκια ταραττόμενα [p] καταπληξάμενος, ὑποταγῆναι κατηνάγκασεν. ἐπῆλθε δὲ

Olymp. CXI. II.

ptimos delegit; Inter quos etiam Memnon Rhodius erat, virtute ac peritia rerum militarium excellens. Hunc V. conductitiorum millibus attributis rex jusserat, ut Cyzicum profectus, subigendae urbis periculum faceret. Is hanc manum per Idam ducebat. Montem illum ab Ida Melissei nomen traxisse fabulantur. Et altitudine ceteros ad Hellespontum exsuperans in medio sui specum Diis aptum habet, ubi Deas Alexandri judicium subiisse perhibent. Idaeos quoque Dactylos in eo fuisse fama est; Qui principes a Deorum matre artem edocti, ferrum cudere coeperunt. Res admiranda loco huic accidit. Nam circa ortum caniculae in montis vertice tanta aëris circumfusi est tranquillitas, ut juga illa ventorum flatus supereminean. Et sol profunda etiamnum nocte ita oriri videtur, ut radios non in circuli figuram conversos habeat, sed flammam per multos hinc illinc tractus dispergat, unde fit, ut finitorem terrae ignes plurimi contingere videantur. Qui paulo post in unam coarctantur magnitudinem, donec plethri tergemini spacium existat. Tunc, luce jam appetente, solis corpus veluti jam completum sese exhibens, usitatam diei lucem reddit. Porro Memnon supergressus eum montem, impressione subita, Cyzicenorum urbem invadit, nec multum aberat, quin in potestatem suam redegisset. Conatis tamen excidens agrum populatur & ingenti cum praeda redit. Inter haec Parmenio Grynium vi capit, ac cives sub corona vendit. Hinc Pitanen oppugnat, sed Memnon superveniens, incusso Macedonibus terrore, obsidionem solvit. Post haec Callas cum Macedonum & conductitiorum agmine in Troade cum Persis, numero longe superioribus, confligit; sed victus Rhoeteum sese recipit. Atque is tum Asiae status erat. 566.

8. Alexander vero compositis Graeciae motibus arma in Thraciam expedit, gentesque multas ibi tumultuantes perterrefaciens, ad imperata faciendum cogit. Tunc & Poeoniam Illyridemque & con-

i Ἣ δὴ, μεγίστη ὑπάρχει τῶν κατὰ τὴν Ἴδην, ἔχει &c. sic Reg. 1. k Γίνεσθαι περὶ τοῦτο idem. l Μόνον Reg. 1. m Τρίπλεθρον idem. n Ἐδόκησε, καὶ προσπεσὼν αὐτῇ παρ' ὀλίγον Venet. & Reg. 1., qui & προσπεσὼν ἐκυρίευσεν καὶ ... absunt. In Steph. Edd. notam defectus habent voces τῇ πόλει. Mox ἀποτυχὼν δὲ τῆς Venet. o Ἐξηνδραπόδισε Reg. 1. p Καταπληξάμενος idem.

Cretae ab ea Nympha nomen habebit. Sed alteram agri Trojani Idam cum Cretensi saepe veteres confundunt & quae illius sunt, huic tribuunt. Certe a Melissei, sive Melissi, Ida montis Trojani nomen derivat clarissime Ethnicographus in Ἀδράστειαν. P. Wess.

43. Ἐν ᾧ φασι κριθῆναι τὰς θεὰς] Montem, in quo Paris inter Deas Judex sedisse ferebatur, *Alexandream* vocabant, *Strabone* auctore L. XIII. p. 904. A. Sed vide egregiam *T. Hemsterhusii* hoc de antro animadversionem in *Lucian.* Deor. D. XX, 1., & satis tibi factum dices. P. Wess.

44. Γενέσθαι — λέγεται καὶ τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους] Alii in Cretae Ida collocant. Conf. not. in L. V, 64. P. Wess.

51. Ἔτι νυκτὸς οὔσης ἀνατέλλοντα τὰς ἀκτῖνας &c.] Si interpungendum sit post ἀκτῖνας, ut in Editis omnibus, conveniet verborum structurae in *S. Matth.* Evang. C. V, 45. ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει, idemque notabit, quod *Heliodorus* illis indicat versibus, quos exhibet *Galenus* L. II. de Antidot. p. 445., non una macula adspersos:

Ὃν μὲν τὸ ἐν Τρώεσσι πρωὶ θεῖον, ὃ μὲν τὸν ὕψι
Ἠέλιον στείχοντα θεοῖς φαεσίμβροτον αὐγήν.

Sic lege. mecumque adverte hoc sancti vatis *Psalm.* XCVII, 11. אור זרע לצדיק, pro quo Alexandrini, φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, culte profecto. Expresserunt divini poetae non adeo verba quam sententiam: neque enim opus est, ut legisse eos אור זרח cum quibusdam arbitremur. Sol στείχει τὴν αὐγὴν sive τὸ φῶς cum oritur: non aliud proinde φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ ac φῶς ἐσπαρμένον ἐστὶ τῷ δικαίῳ, quod Hebraea indicant. Id vero si *lucem seminatam* esse verteris, ut fieri solet, manifesta erit μετάβασις εἰς ἄλλο γένος. Hoc praeter viam. Malim ego ἔτι — ἀνατέλλοντα, τὰς ἀκτῖνας οὐκ ἐν — τετραμμένον, distinguere cum Interprete. Ceterum *Pomponius Mela* hunc *Diodori* locum aemulatur L. I, 18. *Ipse mons (Ida) veteri divorum certamine & judicio Paridis memoratus, orientem solem aliter quam in aliis terris solet adspici, ostentat. Namque ex summo vertice ejus speculantibus paene a media nocte sparsi ignes passimque micare, &, ut lux appropinquat, ita coire ac se conjungere videntur, donec magis magisque collecti, pauciores subinde & una ad postremum flamma ardeant* &c. Est tamen *Melam* inter & *Diodorum* quaedam discordia, quam *Is. Vossius*, totum hoc Idae montis miraculum dextre exponens, intactam non praeteriit. *Solino* Polyhist. C. 11. Cretensium Idae illud attribuenti usu venit quod multis aliis, hunc montem cum Cretensi permiscentibus. P. Wess.

62. Ἀποπεσὼν δὲ τῆς ἐπιβολῆς] Sic L. XIII, 84. ὥστε μὴ τῆς ἀναγκαιοτάτης ἀποπίπτειν. Glossam ergo scribae obtrudit nobis *Venetus*. P. Wess.

65. Γρύνιον] Oppidi prope Myrinam meminit *Strabo* L. XIII. p. 923. B., cujus male verba excerpentem *Stephanum* redarguit *Holstenius*. De Pitana Aeolidis idem *Strabo* & Schol. *Pindari* in Od. VI, 46. Olympion. P. Wess.

68. Μετὰ δὲ ταῦτα Κάλλας &c.] *Curtio* L. III, 1, 24. & *Arriano* L. I, 15. & L. II, 4. Κάλας ὁ Ἁρπάλου. Auctor alte-

rum

Olymp. CXI, II. conterminus hiſce terras invadit, & incolarum plurimis, qui a fide regis deſciverant, ſubactis, Barbaros illos finitimos imperio ſuo adjungit. His dum occupatur, quidam nunciatum adveniunt, multos Graecorum rebus novis intentos eſſe, nec paucas Graeciae civitates, inprimis vero Thebanos, imperio ejus renunciaſſe. His vehementer exacerbatus, in Macedoniam retro tendit, turbas in Graecia ſedare quamprimum maturans. Jamque praeſidium Macedonum e Cadmea expellere Thebani properantes arcem obſidebant, cum illico rex ſuperveniens juxta urbem, cum toto exercitu conſedit. Thebani jam ante regis adventum foſſis profundis, denſaque vallorum ſerie, Cadmeam ita cinxerant, ut nec auxilia, nec commeatus intromitti poſſent. Ad Arcades praeterea, & Argivos Eleoſque miſerant, qui de auxiliis ſolicitarent. Per legatos etiam Athenienſes, ut praeſto ſibi eſſent, rogitarant, magnamque vim armorum gratis a Demoſthene acceperant, qua turbam inermem inſtruxerant. Ex illis ergo, quorum auxilia Thebani imploraverant, Peloponneſii copias ad Iſthmum praemiſerunt, quas ad regis uſque adventum, qui in exſpectatione erat, moras nectere jubebant. Athenienſes, licet Demoſthenis ſuaſu auxilia Thebanis decreviſſent, copiarum tamen nihil miſerunt, cum quo belli momenta inclinatura eſſent, obſervarent. Interea & dux praeſidii intra Cadmeam, Thebanos magno in oppugnationem apparatu incumbere videns, magnam firmandis moenibus diligentiam impendebat, telorumque omne genus maximo numero ſibi comparaverat.

9. Poſtquam vero cum univerſis copiis ex improviſo rex e Thracia veniſſet, incertaque Thebanis eſſet ſociorum acceſſio; interim tamen longe majores hoſtium vires manifeſtiſſime conſpicerent, coacto ducum ſenatu, de belli ratione conſilia cepere, placuitque omnibus, ut pro Reipublicae ſuae libertate decertarent. Quam ſententiam cum etiam vulgus comprobaret, omnes magna ſeſe animorum promtitudine ad pugnae diſcrimen accingebant. Sed rex ad tempus ſuos continens, mutandi conſilii ſpacium illis permiſit, nequaquam fore exiſtimans, ut una civitas tantas contra vires in aciem deſcenderet. Nam ultra XXX. millia peditum, nec infra III. millia equitum Alexander tunc temporis habebat, omneſque in bellicis conflictibus exercitatiſſimi erant, & Philippi commilitones in omnibus ferme pugnis invicti manſerant,

14. Εἰς δὲ τὴν ἀκρόπολιν &c.] Diſſentire videtur *Arrianus* L. I, 24. αὐτῶν δὲ οἱ μὲν, inquiens, ἐς τὴν ἄκραν τὴν ἐν τῇ νήσῳ ἀποκεχωρήκεσαν, οἱ δὲ ἐς τὴν Σαλμακίδα ἄκραν οὕτω καλουμένην. Inſula enim, in cujus arcem conceſſerunt, propter ipſam urbem erat, ut, quae apud eum continuo ſuccedunt, declarant: ea vero Arconneſus, ut pulcre vidit *Jac. Gronov.*, non Cos. Sed nihil ea in re inſolens. Neglexit *Arrianus* quid reliqua multitudine & pecunia factum ſit addere. Rectum autem eſt εἰς τὴν Κῶν, ut in *Plut.* T. II. p. 304. C. & S. *Lucas* A. A. XXI, 1., etſi & ibi εἰς τὴν Κῶ ſcripti quidam *Codd.*, quomodo *Ariſtides* T. I. p. 77. [illegible] εἰς τὴν Κῶ. P. Wess.

24. Διατρέψαντες τοὺς στρατιώτας] Lego διέθρεψαν. H. Steph. & L. Rhod.

32. Τῆς γὰρ Λυκίας περὶ τὰς ἐσχατιὰς] Vid. *Tib. Hemſterhuſium* Atticorum ἐσχατιὰς optime deſignantem ad *Luciani* Timon. C. 30. *Diodoro* ultimi regionis fines ἐσχατιαί cujuſmodi αἱ τῆς (Ἀραβίας) ἐσχατιαὶ L. II, 49. & cap. 53. αἱ τῆς Συρίας ἐσχατιαί, tum ἐσχατιαὶ τῆς οἰκουμένης L. III, 39. P. Wess.

33. Οἱ Μαρμαρεῖς ὀνομαζόμενοι] Hos legere alibi non memini. Forſan [illegible] illud φρούριον [illegible] χώρᾳ πρὸς Πισιδίᾳ, de quo *Arrian.* L. I, 25., inſederant: ſed non bene omnia congruunt. P. Wess.

51. Διὰ μέσων τῶν πολεμίων διεκφυγεῖν] Διαπεσεῖν e Reg. ſchedis ſi malis, *Auctor* non obſtabit. Vid. mox & ad L. XII, 56. *Polyaen.* L. IV, 2, 14. [illegible] ubi tamen [illegible] ex linguae genio praeſtiterit. P. Wess.

58. Τὰς δ' οἰκίας ἐνέπρησαν &c.] De Xanthiis non multo diverſa memoriae mandaverunt *Philo Jud.* Quod omn. prob. liber ſit pag. 883. & *Appian.* Bell. Civil. L. IV. pag. 1017. P. Wess.

66. Νικοκράτης] Secundum *Arrianum* (L. II, 11.) non Νικοκράτης

δὲ τῶν νέων, καὶ προσταξάντων κατ' οἰκίαν ἑκάστους μετὰ τῆς συγγενείας, ἀπολαύσαντας τῶν προσηνεστάτων βρωτῶν τε καὶ ποτῶν, ἀπομεῖναι τὸ δεινόν· ἔδοξε τοῖς νέοις οὖσιν ὡς ἑξακοσίοις τοῦ μὲν φονεύειν τοὺς προσήκοντας [m] ἀπέχεσθαι, τὰς δ' οἰκίας ἐμπρῆσαι, καὶ διὰ τῶν πυλῶν [n] ἐκχυθέντας εἰς τὴν ὀρεινὴν ἀποχωρῆσαι. ὅτε μὲν οὖν τὰ δεδογμένα συντελέσαντες, ταῖς ἰδίαις ἑστίαις ἑκάστους ἐποίησαν ἐνταφῆναι· αὐτοὶ δὲ διὰ [o] μέσων τῶν περιεστρατοπεδευκότων ἔτι νυκτὸς οὔσης διεκπεσόντες, ἔφυγον εἰς τὴν πλησίον ὀρεινήν. ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Νικοκράτους, ἐν Ῥώμῃ τὴν ὕπατον ἀρχὴν [p] διεδέξατο Καίσων [q] Οὐαλέριος καὶ Λεύκιος Παπίριος. ἐπὶ δὲ τούτων, Δαρεῖος χρημάτων πλῆθος ἐξέπεμψε τῷ Μέμνονι, καὶ τοῦ πολέμου παντὸς ἀπέδειξε στρατηγόν. ὁ δὲ μισθοφόρων πλῆθος ἀθροίσας, καὶ τριακοσίας ναῦς πληρώσας, ἐνεργῶς διῴκει τὰ κατὰ τὸν πόλεμον. Χίον μὲν οὖν προσηγάγετο· πλεύσας δ' ἐπὶ Λέσβον, Ἄντισσαν μὲν καὶ Μήθυμναν καὶ Πύρραν καὶ Ἔρεσσον ῥᾳδίως ἐχειρώσατο· τὴν δὲ Μιτυλήνην [r] καὶ Λέσβον, μεγάλην οὖσαν, καὶ παρασκευαῖς μεγάλαις καὶ πλήθει τῶν ἀμυνομένων ἀνδρῶν κεχορηγημένην, πολλὰς ἡμέρας πολιορκήσας, καὶ πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀποβαλών, μόλις εἷλε [s] κατὰ κράτος. εὐθὺς δὲ τῆς περὶ τὸν στρατηγὸν ἐνεργείας διαβοηθείσης, αἱ πλεῖσται τῶν Κυκλάδων νήσων διεπρεσβεύοντο. προσπεσούσης δὲ φήμης εἰς τὴν Ἑλλάδα, διότι Μέμνων μετὰ τοῦ στόλου μέλλει πλεῖν ἐπ' Εὐβοίας, αἱ μὲν κατὰ τὴν νῆσον ταύτην πόλεις περίφοβοι καθειστήκεισαν· οἱ δὲ τὰ τῶν Περσῶν αἱρούμενοι τῶν Ἑλλήνων (ἐν οἷς ὑπῆρχον καὶ Σπαρτιᾶται) μετέωροι ταῖς ἐλπίσιν ἐγίγνοντο πρὸς καινοτομίαν. ὁ δὲ Μέμνων χρήμασι διαφθείρων πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων, ἔπεισε κοινωνεῖν τῶν Περσικῶν ἐλπίδων. οὐ μὴν ἡ τύχη εἴασεν ἐπὶ πλεῖον [t] προελθεῖν τὴν τἀνδρὸς ἀρετήν. ὁ γὰρ Μέμνων περιπεσὼν ἀρρωστίᾳ, καὶ πάθει περιβόλῳ συσχεθεὶς μετήλλαξε, καὶ τῇ τούτου τελευτῇ συνετρίβη καὶ τὰ τοῦ Δαρείου πράγματα. προσεδόκησε μὲν γὰρ ὁ βασιλεὺς μεταθήσεσθαι τὸν πάντα πόλεμον ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην.

510. Ὡς δ' ἤκουσε τὴν Μέμνονος τελευτήν, συνήγαγε τὸ τῶν φίλων συνέδριον, καὶ προέθηκε βουλήν, πότερον δεῖ στρατηγοὺς καὶ στρατιὰν καταπέμπειν [v] ἐπὶ θάλατταν, ἢ τὸν βασιλέα μετὰ πάσης [x] δυνάμεως καταβάντα διαγωνίζεσθαι τοῖς Μακεδόσιν. ἔνιοι μὲν οὖν ἔφασαν δεῖν αὐτὸν τὸν βασιλέα παρατάττεσθαι, καὶ τὸ πλῆθος τῶν Περσῶν [y] ἀπεφαίνοντο προθυμότερον ἀγωνιεῖσθαι. Χαρίδημος δ' Ἀθηναῖος, ἀνὴρ θαυμαζόμενος ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ δεινότητι στρατηγίας (συνεστρατεύσατο μὲν Φιλίππῳ τῷ βασιλεῖ, καὶ

ut unuſquiſque domi ſuae, una cum genere propinquis, delicatiſſimo cibo potuque refectus, extremum illud malum ſuſtineant. Sed honeſtius quibusdam ex juvenum coetu (erant autem circiter Dc.) viſum eſt, a caede cognatorum abſtinere, & poſt incenſas domos eruptione extra portas facta, in montanis quaerere receptum. Mox quod decretum erat peragitur, & per hos, ut cuique ſuus pro ſepulcro focus ſit, effectum datur. Ipſi per media circumſidentium caſtra noctu elapſi, in montes prope ſitos aufugerunt. Haec quidem illo anno geſta ſunt. Olymp. CXI. III.

29. Sed in ſequente, quo Nicocrates Athenis Archon fuit, & Romae in conſulari magiſtratu ſucceſſerunt, Caeſo Duilius, & L. Papirius. Darius grandem pecuniae vim Memnoni tranſmiſit, eumque totius belli imperatorem declaravit. Is numeroſis mercenariorum catervis undique contractis, & ccc. navium claſſe cum omni apparatu inſtructa, in belli adminiſtrationem gnaviter incumbit. Chium itaque ſibi adjungit. Et Lesbum cum claſſe petens, Antiſſam, Methymnam, Pyrrham & Ereſſum non magno negotio, capit. Sed Mitylenen & Lesbum, quia major erat, magnoque apparatu & propugnatorum multitudine probe inſtructa, per multos dies oppugnatam, poſt magnam ſuorum jacturam difficulter tandem expugnat. Cujus ſtrenuitatis fama, cum ſubito percrebuiſſet, Cycladum Inſularum pleraeque de pactionibus legationes miſerunt. Rumor tunc allapſus erat Graeciae, Memnonem tota cum claſſe Euboeam invaſurum, unde factum, ut magno Inſulae civitates metu perculſae eſſent, & Graecorum nonnulli Perſarum ſocietatem amplexi, in quibus Spartani, animos rerum novarum ſpe arrectos haberent. Huc acceſſit, quod Memnon Graecorum non paucis largitione corruptis, ut ſuas ad Perſarum ſpes aggregatas vellent, perſuaſerat. At viri hujus virtutem ad ampliora progredi fortuna non permiſit. Cum enim in valetudinem adverſam incidiſſet, periculoſo quodam morbo correptus, e vita deceſſit. Ejuſque morte res Darii labefactatae ſunt. Rex enim totam belli molem ex Aſia in Europam tranſlatum iri ſperaverat. Olymp. CXI. IV. 577.

30. Sed ubi de Memnonis obitu cognovit, amicorum ſenatu convocato, deliberationem proponit, utrum legati cum exercitu, an vero ipſe rex cum univerſis copiis eo profectus, cum Macedonibus fortunam certaminis experiri debeat. Tunc, ut rex ipſe in aciem deſcendat, (hoc enim modo promtiorem ad certamen fore multitudinem Perſarum) a nonnullis ſuadetur. Sed Charidemus Athenienſis, qui ob virtutem, & imperatoriae artis praeſtantiam, in magna erat admiratione, (ſub Philippo

m Ἀπέχεσθαι idem cum *Venet.* Paullo ante βρωτῶν *Baſil.* n Ἐκχυθέντες Reg. 1. o Μέσων Reg. 1. p Διεδέξατο Reg. 2. *Baſil.* q Οὐαλλέριος iidem. r Duo haec negligit *Coſpus.* s Κατακράτος *Baſil.* t Ἐλθεῖν Reg. 1. v Ἐπὶ θαλάττης Reg. 1. non male. x Τῆς δυν. idem. y Ἀπέφαινον Reg. 1.

κράτης ſed Νικοκράτης. H. Steph.

Νικοκράτης] *Diodoro* in Archontis nomine adſtipulatur *Dionyſius* in Dinarcho pag. 116. Vid. *Jo. Meurſium* de Archontib. L. iv, 12. P. Wess.

67. Καίσων Οὐαλέριος] Reſtitue Δουίλιος. L. Rhod.

Καίσων Οὐαλέριος] In Οὐαλερίου nomine procul dubio mendum eſt. Adpellabatur Papirii collega *Kaeſo Duillius.* Proinde juſta *Rhodomani* medela eſt. Quo vero modo ex Δουίλιος naſci ſcribendi negligentia Οὐαλέριος potuerit, nondum perſpicio. Forte cum Δουιλ vocabulum vitio eſſet depravatum, alterum ex ſequenti anno adſcitum eſt. De conſulibus his *Livius* L. viii, 16. P. Wess.

75. Καὶ Λέσβον] Sunt haec pluſquam inepta. Non negavero, olim in inſula eo nomine urbem fuiſſe, illamque titulum ſuum cum ea communicaſſe. Hoc volunt, quae *Euſtathius* in *Homer.* p. 741. & *Heſychius* voc. Λέσβος adferunt. At omnia, quae continue ab Auctore ſubjiciuntur, ſolam ſpectant Mitylenen, quae ampla urbs erat & egregio in bellum adparatu inſtructa, non *Lesbus* illa, *Diodoro* ab imperitis librariis obtruſa atque haud dubie ex ſuperioribus inculcata. Suadet & *Coſpi* liber, in quo καὶ Λέσβον defuiſſe, Latina manifeſto declarant. Igitur *N. Blancardum*, cui amanuenſium hoc delictum ad princip. L. ii *Arriani* ſuboluit, laudo impenſe. P. Wess.

86. Ἐν οἷς ὑπῆρχον καὶ Σπαρτιᾶται] Vid. infra C. 63. P. Wess.

6. Καὶ πάθει — ἀρχηγὸς καὶ στρατηγὸς γεγονὼς ἦν] Mirum mihi quidem hoc accidit. Alexander Charidemum, ſibi Macedonibusque maximopere infeſtum, Athenis in exilium ire juſſit, *Arrian.* Anab. L. i, 10. Ipſi Athenienſes accepta ad Cha-

Olymp. CXI. IV. lippo enim meruerat, in adminiſtrandis ejus negotiis princeps & conſultor optimus) Darium praemonet, ne regni fortunam aleae temere committat, ſed ut imperium Aſiae rerumque ſummam ipſe quidem in poteſtate retineret, ad bellum vero legatum, qui virtutis ſuae experimenta dediſſet, mittat. Centum quoque millia, quorum tertiam partem e Graecia mercede conducat, ad expeditionem iſtam ſufficere confirmans, ſe, quod coeptum foret, probe confecturum, diſerte pollicetur. Aſſenſum initio verbis ejus rex praebebat. Sed cum obſtinatius refragarentur amici, & Charidemum in ſuſpicionem raperent, quaſi ſummam belli adminiſtrationem ideo affectaret, ut Perſarum imperium Macedonibus traderet, tantam Charidemus iram concepit, ut ignaviam Perſis exprobraret. Quibus verbis exulceratum regis animum multo gravius offendit; Dumque ira, quid expediat, proſpicere non ſinit; Charidemum baltheo apprehenſum ex lege Perſarum, Darius ad necem abripiendum ſatellitibus tradit. Qui dum ad ſupplicium trahitur, brevi futurum, ut poenitudine hujus facti rex ducatur, & everſionem regni intuitus, poenas ſupplicii tam iniqui expendat, vociferatur. Hunc vitae exitum Charidemus, magna ſpe dejectus, ob intempeſtivam oris libertatem, conſecutus eſt. Regem vero ſimul ac ira animum dimiſit, ſtatim poenitentia ſubiit, ſeque ipſum, ut qui peccatum atrociſſimum commiſiſſet, incuſavit. Sed regia poteſtas, quod factum erat, infectum reddere nequa-
578. quam potuit. Quanta igitur Macedonum virtus eſſet conjectans, & Alexandri ſtrenuitatem ob oculos ſibi ponens, idoneum Memnoni ſucceſſorem, cui ſummam belli commendaret, inquiſivit. Sed cum nullum reperiret, ipſe tandem in praelii diſcrimen pro regni ſalute deſcendere cogitur.

31. Ex omnibus igitur locis confeſtim milites evocat, & Babylonem convenire jubet. Tum ex amicis & cognatis idoneos ſibi viſos deligit, quorum aliis imperia, quae ſingulis convenirent, diſpartitur; alios in hoſtem ſecum ire jubet. Quamprimum ergo definitum expeditionis tempus advenit, omnes Babylone congregantur. Peditum numerus cccc. millia, equitum millia centum exceſſit. Cum tam validis copiis Babylonem egreſſus Ciliciam verſus movit, uxorem & liberos, filium nempe & duas filias, matremque in comitatu ha-

πάντων τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀρχηγὸς καὶ σύμβουλος γεγονὼς ἦν) συνεβούλευέ τι τῷ Δαρείῳ μὴ προπετῶς ἀποκινδυνεῦσαι περὶ τῆς βασιλείας, ἀλλ' αὐτὸν μὲν τὸ βάρος καὶ τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν συνέχειν, ἐπὶ δὲ τὸν πόλεμον ἀποστέλλειν στρατηγὸν, πεῖραν δεδωκότα τῆς ἰδίας ἀρχῆς. δύναμιν δ' ἱκανὴν [z] εἶναι δέκα μυριάδων, ἧς τὸ τρίτον Ἕλληνας ὑπάρξαι μισθοφόρους· καὶ δι' ἐμφάσεως αὐτὸς ἀνεδέχετο [a] κατορθώσειν τὴν ἐπιβολὴν ταύτην. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὁ βασιλεὺς συγκατετίθετο τοῖς λεγομένοις, μετὰ δὲ ταῦτα, τῶν φίλων γενναιότερον ἀντιπιπτόντων, καὶ τὸν Χαρίδημον εἰς ὑποψίαν ἀγόντων, ὅτι τῆς στρατηγίας ὀρέγεται τυχεῖν, ὅπως τοῖς Μακεδόσι προδῷ τὴν Περσῶν ἡγεμονίαν, ὁ μὲν Χαρίδημος παροργισθεὶς, καὶ προχειρότερον ὀνειδίσας τὴν Περσῶν ἀνανδρίαν, ἐποίησεν ἐπὶ πλεῖον προσκόψαι τὸν βασιλέα τοῖς λόγοις. [b] τῷ δὲ θυμῷ τὸ συμφέρον ἀφαιρούμενος, ὁ μὲν Δαρεῖος, ἐπιλαβόμενος τῆς τοῦ Χαριδήμου ζώνης, κατὰ τὸν τῶν Περσῶν νόμον, παρέδωκε τοῖς ὑπηρέταις, καὶ προσέταξεν ἀποκτεῖναι. ὁ δὲ Χαρίδημος ἀπαγόμενος ἐπὶ τὸν θάνατον, ἀνεβόησε μεταμελήσειν ταῦτα ταχὺ τῷ βασιλεῖ, καὶ τῆς [c] ἀδίκου τιμωρίας αὐτῷ σύντομον ἕξειν τὴν κόλασιν, ἐπιδόντα τὴν κατάλυσιν τῆς βασιλείας. Χαρίδημος μὲν οὖν μεγάλων ἐλπίδων ἐκπεσὼν, διὰ παρρησίαν ἄκαιρον τοιαύτην ἔσχε [d] τὴν τοῦ βίου καταστροφήν· ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀνέντος τοῦ θυμοῦ τῆς ψυχῆς, εὐθὺς μετενόησε, καὶ κατεμέμψατο [e] ἑαυτὸν ὡς τὰ μέγιστα ἡμαρτηκότα. ἀλλ' οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν τὸ γεγονὸς διὰ τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας [f] ἀγένητον κατασκευάσαι. διόπερ ὀνειροπολούμενος τὰς Μακεδόνων ἀρετὰς, καὶ τὴν ἐνέργειαν τὴν Ἀλεξάνδρου πρὸ ὀφθαλμῶν λαμβάνων, ἐζήτει στρατηγὸν ἀξιόχρεων, τὸν διαδεξόμενον τὴν τοῦ Μέμνονος ἡγεμονίαν· οὐ δυνάμενος δ' εὑρεῖν, αὐτὸς ἠναγκάζετο καταβαίνειν εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς βασιλείας κίνδυνον.

Εὐθὺς οὖν μετεπέμπετο τὰς πανταχόθεν δυνάμεις, 511. καὶ προσέταξεν ἀπαντᾶν εἰς Βαβυλῶνα· καὶ τῶν φίλων καὶ τῶν συγγενῶν ἐπελέγετο τοὺς εὐθέτους, ὧν τοῖς μὲν τὰς ἁρμοζούσας ἡγεμονίας κατεμέριζε, τοὺς δὲ [g] μεθ' ἑαυτοῦ κινδυνεύειν προσέταττεν. ὡς δ' ὁ τῆς στρατείας ἀφωρισμένος χρόνος προσεγένετο, κατήντησαν ἅπαντες εἰς τὴν Βαβυλῶνα. ὁ δ' ἀριθμὸς ἦν τῶν στρατιωτῶν, πεζοὶ μὲν πλείους τῶν τετταράκοντα μυριάδων, ἱππεῖς δὲ οὐκ ἐλάττους τῶν δέκα μυριάδων. Δαρεῖος μὲν οὖν μετὰ τοσαύτης δυνάμεως ἀναζεύξας ἐκ Βαβυλῶνος, προῆγεν ἐπὶ Κιλικίας, ἔχων [h] μεθ' ἑαυτοῦ τήν τε γυναῖκα καὶ [i] τὰ τέκνα, υἱὸν καὶ δύο θυγατέρας, καὶ τὴν μητέρα.

z Τῶν δέκα μυρ. idem. Paullo ante Coſpus cujus prudentia explorata. a Κατορθῶσαι Reg. 1. b Τῷ θυμῷ δὲ Reg. ambo. c Ἀδίκου τιμωρ. Reg. 1. mox ἀπιδόντα Baſil. d Deeſt articulus hic in Reg. 1. e Ἑαυτὸν — ἡμαρτηκότα idem. f Ἀγένητον Baſil. g Μεθ' αὐτοῦ Regii ambo, μεθ' ἑαυτοῦ Baſil. h Μεθ' αὐτοῦ Reg. 1. i Duo haec non legit Reg. 1. & Coſpus vertendo praeteriit: neque admodum ſunt neceſſaria.

Chaeroneam clade unum Charidemum, quem Philippo opponerent, dignum cenſebant apud *Plut.* Phocion. p. 748. E. Et Charidemus tamen dux & auctor conſiliorum Philippi fuit omnium? *Dinarchus* Or. in Demoſthen. p. 94. hominem laudibus effert, quod eo ad Perſas conſilio abierit, ut Athenienſibus ceteriſque Graecis ſuo periculo ſalutem procuraret. P. Wess.

11. Πεῖραν — τῆς ἰδίας ἀρχῆς] Vitioſe pro ἀρετῆς. L. Rhod.
Πεῖραν — τῆς ἰδίας ἀρχῆς] Praevideo, quid pro vulgata diſputaturi ſint quidam. Facio tamen cum *Rhodomano*, cujus Correctionem *Coſpus* ſua verſione ratam eſſe jubet. P. Wess.

24. Ἐπιλαβόμενος τῆς τοῦ Χαριδήμου ζώνης] Perſicum morem illuſtrant B. *Briſſon.* de Regn. Perſ. L. I. 130. & *Jo. Freinſhem.* ad Curtii L. III, 2. verbis *Xenophontis* Anab. L. I. p. 205. μετὰ ταῦτα κελεύοντος Κύρου ἔλαβον τῆς ζώνης τὸν Ὀρόντην ἐπὶ θανάτῳ. Addo a Medis, ut multa, ad Perſas videri tranſiiſſe: Artaeus enim rex Medorum nuncio imperavit, εἰ μὴ [illegible] τὸν Παρσώνδην (de quo Auctor L. II, 33) [illegible] τῆς ζώνης ἄγειν αὐτὸν ἐπὶ θανάτῳ in Excerpt. *Nic. Damaſceni* pag. 533. P. Wess.

35. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν &c.] Vide *Curtium* L. III, 2. Nollem vero hinc concluſione quadam confeciſſet diligentiſſimus *Briſſonius*, latam de capite ſententiam ne regi quidem Perſarum revocare retractareque licuiſſe. Nihil horum verba prae ſe ferunt; ſed Charidemum regia poteſtate ex inferis non potuiſſe excitari. Verius advocaſſet *S. Danielis* oracula C. VI, 16. P. Wess.

37. Ὀνειροπολούμενος τὰς Μακεδόνων ἀρετὰς] *Quanta Macedonum virtus eſſet conjectans* Interpres. Ego vero, *inquietudine virtutis Macedonicae agitatus; aut in ſomniis exercitus.* Reſpicit enim eas rerum imminentium ſpecies, quae Darium anxium de inſtantibus curis etiam per ſomnum agitabant apud *Curtium* L. III, 2. Noſter Excerpt. *Vales.* pag. 305. ὁ δὲ Φίλιππος [illegible] ὀνειροπολούμενος. Apertius *Philo Jud.* de Contempl. Vit. p. 893. C. πολλοὶ οὖν καὶ ἐκλαλοῦσι ἐν ὕπνοις ὀνειροπολούμενοι τὰ τῆς ἱερᾶς φιλοσοφίας ἀοίδιμα δόγματα. Aliud & longe diver-

ξαι. Ἀλέξανδρος δὲ πρὸ μὲν τῆς Μέμνονος τελευτῆς πυνθανόμενος Χίον καὶ τὰς ἐν Λέσβῳ πόλεις κεχειρῶσθαι, τὴν δὲ Μιτυλήνην κατὰ κράτος ἡλωκυῖαν, πρὸς δὲ τούτοις, τὸν Μέμνονα τριακοσίαις τριήρεσι καὶ πεζῇ δυνάμει μέλλοντα στρατεύειν ἐπὶ Μακεδονίαν, τῶν δ᾽ Ἑλλήνων [k] τοὺς πλείους ἑτοίμους εἶναι πρὸς ἀπόστασιν, οὐ μετρίως ἠγωνία. ὡς δ᾽ ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες [l] τὴν τοῦ Μέμνονος τελευτήν, ἀπελύθη τῆς πολλῆς ἀγωνίας. μετ᾽ ὀλίγον δὲ εἰς ἀρρωστίαν βαρυτέραν ἐμπεσών, καὶ χαλεπῷ πάθει συνεχόμενος, συνεκάλεσε τοὺς ἰατρούς. τῶν μὲν οὖν ἄλλων ἕκαστος δυσχερῶς εἶχε πρὸς τὴν θεραπείαν, Φίλιππος δ᾽ Ἀκαρνὰν τὸ γένος παραβόλοις καὶ συνήθεσι [m] θεραπείαις χρώμενος, ἐπηγγείλατο διὰ φαρμακείας [n] λύσειν τὴν νόσον. ἀσμένως δὲ τοῦ βασιλέως ὑπακούσαντος, διὰ τὸ λέγεσθαι Δαρεῖον μετὰ τῆς δυνάμεως ἐκ Βαβυλῶνος ὡρμηκέναι, ὁ μὲν ἰατρὸς δοὺς φάρμακον [o] πιεῖν, καὶ συνεργὸν λαβὼν τὴν φύσιν τοῦ κάμνοντος, καὶ τὴν [p] τύχην, εὐθὺς ἀπήλλαξε τῆς νόσου τὸν Ἀλέξανδρον. [q] οὗτος μὲν οὖν παραδόξως ἐκφυγὼν τὸν κίνδυνον, καὶ τὸν ἰατρὸν τιμήσας μεγαλοπρεπῶς, κατέταξεν αὐτὸν εἰς τοὺς εὐνουστάτους τῶν φίλων.

Ἡ δὲ μήτηρ τοῦ βασιλέως ἔγραψε πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον τά τε ἄλλα τῶν χρησίμων, καὶ διότι φυλάξασθαι προσήκει τὸν [r] Λυγκιστὴν Ἀλέξανδρον. οὗτος δ᾽ ὢν ἀνδρείᾳ [s] διάφορος καὶ φρονήματος πλήρης, καὶ συμπαρακολουθῶν τῷ βασιλεῖ μετὰ τῶν ἄλλων φίλων, ἐπιστεύετο. πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων [t] εὐλόγων συνδραμόντων πρὸς ταύτην τὴν διαβολήν, συλληφθεὶς καὶ δεθεὶς εἰς φυλακὴν παρεδόθη, ὡς τευξόμενος δικαστηρίου. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, πυθόμενος τὸν Δαρεῖον ὀλίγων ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέχειν, Παρμενίωνα μὲν μετὰ τῆς δυνάμεως ἀπέστειλε προ-
512. καταληψόμενον τὰς παρόδους καὶ τὰς ὀνομαζομένας πύλας· οὗτος δ᾽ ἐπιβαλὼν τοῖς τόποις, καὶ τοὺς προκατειληφότας τὰς δυσχωρίας Βαρβάρους βιασάμενος, κύριος ἐγένετο τῆς παρόδου. Δαρεῖος δὲ βουλόμενος εὔζωνον ποιῆσαι τὴν δύναμιν, τὰ μὲν σκευοφόρα καὶ τὸν περιττὸν ὄχλον εἰς Δαμασκὸν τῆς Συρίας ἀπέθετο· τὸν δ᾽ Ἀλέξανδρον πυθόμενος τὰς δυσχωρίας [u] προκατειληφέναι, καὶ νομίσας αὐτὸν μὴ τολμᾶν ἐν τῷ πεδίῳ διαγωνίζεσθαι, προῆγεν ἐπ᾽ αὐτόν, σύντομον τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος. οἱ δ᾽ ἐγχώριοι, τὴν μὲν τῶν Μακεδόνων ὀλιγότητα καταφρονήσαντες, τὸ δὲ πλῆθος τῆς τῶν Περσῶν στρατιᾶς καταπεπληγμένοι, καταλιπόντες τὸν Ἀλέξανδρον προσέθεντο τῷ Δαρείῳ, καὶ τάς τε τροφὰς καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν μετὰ πολλῆς προθυμίας ἐχορή-

bens. Inter haec Alexander, priuſquam Memnon obiiſſet, ubi Chium urbeſque Lesbi occupatas, & Mitylenen vi captam, Memnonem inſuper ccc. triremibus Macedoniam invaſurum, & Graecorum plurimos ad defectionem paratos, intellexit, non mediocriter erat perturbatus. Sed quamprimum de Memnonis obitu nuncium accepit, angore illo ſuperſedit. Sed brevi poſt morbo graviſſimo laborare coepit. Quo periculoſe decumbens, medicos arceſſit. Ac caeterorum quidem unuſquiſque ad deſperatam medicationem difficilem ſe praebebat. Unus tantum Philippus Acarnan genere, qui ſubita quadam, audacique medendi ratione uti ſolebat, medicata potione vim morbi ſe levaturum promiſit. Cui rex libenter obſequitur, quod Darius jam Babylone moviſſe nunciaretur. Medicus igitur per exhibitum illud medicamentum, dum & naturam aegrotantis, & artem ſuam adjutricem habet, morbo Alexandrum continuo liberavit. Qui cum praeter ſpem tantum vitae periculum evaſiſſet, donis magnificentiſſimis medicum adfecit, & in fidiſſimorum ordinem amicorum recepit. Olymp. CXI. IV.

32. Per idem tempus mater regis, tum de aliis, quae commodo fore putabat, tum quod Alexandrum Lynceſten cavere operae pretium foret, per literas eum admonuit. Erat is fortitudine praeſtans, animique generoſi plenus, & inter caeteros amicos Alexandrum comitantes fidei non poſtremae. Cum igitur multa etiam alia criminationi non diſſentanea concurrerent, captus ille & conſtrictus, donec quaeſtio ſuper eo habeatur, cuſtodiae traditus fuit. Poſthaec Darium paucorum itinere dierum abeſſe edoctus Alexander, Parmenionem cum exercitu ad tranſitum & portas, quas vocant, occupandum praemittit. Qui ſtatim illuc profectus, Barbaris, qui loca iſta prius inſederant, dejectis, tranſitu potitur. Darius autem, ut exercitum haberet minus impeditum, impedimenta turbamque bellis inutilem Damaſci, quae Syriae urbs eſt, depoſuit. Hinc Alexandrum difficultates locorum praeoccupaſſe, cognito, quod in apertis decertare campis ipſum non auſurum conjectaret, magnis itineribus in eum duxit. Locorum vero, per quae Alexander ibat, homines, tum paucitatem Macedonum adſpernati, tum multitudine ingruentis Perſarum exercitus territati, poſthabito Alexandro, Darii in partes concedunt, alimoniam praeterea, caeteraque neceſſaria magna animo-

k Τοὺς πλείστους idem Reg. l Τὴν τοῦ M., unde articulum addidi. m Ἰατρικαῖς ora Steph. Reg. 1. n Λύειν Reg. 2. Venet. Baſil. o Τοῦ πιεῖν Reg. 1. p Τύχην Steph. margo cum Venet. Vat. Reg. 1. q Οὕτως Reg. 1. r Λυγκιστὴν in Steph. ora & Reg. amb. Venet. Vat. Coiſ. Vulgo Λυγκίστην. s Διαφέρων Reg. 1. t Λόγων margo Steph. & Baſil. cum Vat. Venet. Coiſ. Mox ἀληθῶν Baſil. u Καταλαφέναι Venet. Baſil.

diverſum eſt ὑπερεκπλῆσαι τὸν ἰσθμὸν in ejuſdem Leg. ad Caj. p. 1039. A. & τὰ λοιπὰ καὶ μυριάδας ὑπερεκπλῆσαι καὶ ἀγρὸς ὅλους καὶ συνοικίας apud Lucian. Merc. Conduct. C. 20. & in Gall. C. 32. cum nota Reitzii. P. Wess.

42. Ἠναγκάζετο καταβαίνειν εἰς τὸν — κίνδυνον] Sic παρακινδυνεύσαντα πρὸς τὸν κίνδυνον & διατάσσειν τὴν δύναμιν εἰς τὸν κίνδυνον L. XIX, 25. & 26. Quibus in locis, ſicuti & hic, praelium indicari citra dubium eſt. Interpres paullo obſcurius in diſcrimen ſe dimittere: cui tamen ut N. Blancardus ad princip. L. II. Arriani propterea inſultaret, non erat cauſſa gravis. P. Wess.

51. Πλείους τῶν τετταράκοντα μυριάδων] Convenit numerus. Diodorus ad Arbela dimidio majorem fuiſſe exercitum, quam fuerat ad Iſſum profitetur L. XVII, 39. Erat autem octingentorum peditum & ducentorum millium equitum. Adde C. 33. Aliter Plut. Alex. p. 674. C. & Arrianus L. II, 10., ad quem Gronov. vide, numerum ineunt. P. Wess.

69. Παραβόλοις καὶ συνήθεσι θεραπείαις χρώμενος] Vide Plut. Alex. pag. 675. B. Ἰατρικαῖς ut Auctori obtruderetur, nihil erat neceſſe. P. Wess.

75. Καὶ τὴν τύχην] Etſi ſaepe numero in medicis verum ſit, quod de rebus humanis poeta,

Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ᾽, οὐκ εὐβουλία,

injuriam tamen Philippo Acarnani ſcribae inſignem inferunt, cum fortunae magis praeſidio, quam arti hanc Alexandri curationem tribuunt. Sibi ergo habeant τὴν τύχην, ego τὴν τέχνην medico non detraho. P. Wess.

82. Λυγκιστὴν Ἀλέξανδρον] Litera auctius eſſe juſſi idem Alexandri hujus nomen. Sic ipſemet Auctor L. XVII, 57. & Cap. 80., ſic Strabo L. VII. p. 503. A. & Stephanus: quamquam, ſedulo ut dicam, Λυγκηστὴς praeſtaret, quomodo Thucydides, Ptolemaeus & Latini. Vid. Cel. Dukerum ad Thucydid. L. II, 99. P. Wess.

91. Καὶ τὰς ὀνομαζομένας πύλας] Cilicias Pylas intelligi, quisque videt. De illis Auctor L. XIV, 20. P. Wess.

1. Σύντομον τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος] Si compendiaria via fuiſſet uſus, ferri poſſet. Sed Darius pleno gradu in Macedones perrexit, ut ex Curtio L. III, 8. conſtat. Lego σύντονον τὴν ὁδοι-

Olymp. CXI. IV. nimorum propenſione Perſis ſubminiſtrant; ſuis denique praejudiciis victoriam Barbaris deſpondent. Interim Alexander Iſſum, Ciliciae urbem non ignobilem formidine perculſam, occuparat.

33. Per exploratores inde certior factus XXX. tantum ſtadiis abeſſe, jamque cum acie terribilem ad modum inſtructa appropinquare Darium, benigno Deûm favore occaſionem ſibi datam exiſtimavit, ut unius praelii victoria toti Perſarum imperio ruinam acceleraret.
572. Oratione igitur ad praeſens negotium accommodata, militum ſuorum animos ad certamen de ſumma rerum hortando accendebat. Peditumque ordines, & equitum turmas, prout loci ejus ratio exigere viſa eſt, diſponens, equites ante totam aciem conſtituebat, peditatu a tergis illorum, in ſubſidiis, manere juſſo. Ipſe dextrum agens cornu, cum equitum fortiſſimi hoſti obviam procedit. Cornu laevum equites Theſſali, fortitudine bellandique peritia caeteros longe exſuperantes, obtinebant. Jamque intra teli jactum pervenerum erat; ubi tantus miſſilium velut imber effunditur, ut prae denſiſſima illorum copia ex mutuo inter ſe concurſu ictus infirmiores redderentur. Mox cum bellicum utrinque tubarum clangore intonuiſſet, Macedones primi, excitato barritu, clamorem ingentem edunt: dumque a Barbaris ex adverſo reſponſatur, omnis regio montana in propinquo mugitum retorquet; Sed craſſitudo hujus vociferationis priorem longe ſuperabat, quippe quam millia hominum quingenta ſimul extulerant. Tunc Alexander, oculis per omnia circumverſis, Darium ſicubi videret, inveſtigabat. Quem ſimul ut in conſpectum accepit, illico cum equitum circa ſe delectu in eum invehitur, non tam Perſas ſuperare, quam victoriam ſuo Marte conciliare, properans. Interim etiam reliquus univerſus equitatus conflictum init, fitque prolixa caedes. Sed dimicantium virtus ambiguum victoriae exitum, dum huc illuc propter alternam ſubinde mutationem fluctuat, ad tempus faciebat: Neque enim jaculantis, neque ferientis otioſus aut irritus cujuſquam ictus erat, quod certus in tanta multitudine ubique ſcopus eſſet. Ideo quam plurimi vulneribus adverſis confici. Alii ad extremum uſque halitum iratis animis praeliantes, vitam prius quam virtutem relinquere.

34. At ordinum ductores pro ſuis manipularibus propugnantes, ſuae virtutis exemplo gregarios etiam milites ad fortitudinem excitare. Propterea multas tunc vulnerum ſpecies, variaſque & ingentes pro victoria contentiones, cernere erat. Oxathres Per-

γῶν τοῖς Πέρσαις, καὶ διὰ τῆς ἰδίας κρίσεως προσσημαίνων τοῖς Βαρβάροις τὴν νίκην. ὁ δ' Ἀλέξανδρος τὴν μὲν Ἰσσὸν πόλιν ἀξιόλογον καταπληξάμενος ἐχειρώσατο.

Τῶν δὲ κατασκόπων ἀπαγγειλάντων αὐτῷ τριάκοντα σταδίους ἀπέχειν τὸν Δαρεῖον, καὶ συντεταγμένῃ τῇ δυνάμει προσιέναι καταπληκτικῶς, ὑπολαβὼν παρὰ τῶν θεῶν αὐτῷ δεδόσθαι τὸν καιρὸν, ὥστε μιᾷ παρατάξει νικήσαντα καταλῦσαι τὴν Περσῶν ἡγεμονίαν, τοὺς μὲν στρατιώτας τοῖς οἰκείοις λόγοις παρακαλέσας ἐπὶ τὸν περὶ τῶν ὅλων ἀγῶνα· τὰ δὲ τάγματα τῶν στρατιωτῶν καὶ τὰς τῶν ἱππέων [x] ἴλας οἰκείως τοῖς ὑποκειμένοις τόποις διατάξας, τοὺς μὲν ἱππεῖς ἐπέστησε πρὸ πάσης τῆς στρατιᾶς, τὴν δὲ τῶν πεζῶν φάλαγγα κατόπιν ἐφεδρεύειν προσέταξεν· αὐτὸς δὲ προηγούμενος τοῦ δεξιοῦ μέρους ἀπήντα τοῖς πολεμίοις, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τοὺς κρατίστους τῶν ἱππέων. τὸ δ' εὐώνυμον μέρος ἐπεῖχον οἱ τῶν Θετταλῶν ἱππεῖς, πολὺ τῶν ἄλλων διαφέροντες ταῖς τε ἀνδραγαθίαις καὶ ταῖς ἐμπειρίαις. ὡς δ' αἱ δυνάμεις ἐντὸς βέλους ἐγένοντο, τοῖς μὲν περὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐπέρριψαν οἱ Βάρβαροι τοσοῦτον πλῆθος βελῶν, ὥστε διὰ τὴν πυκνότητα τῶν βαλλομένων ἀλλήλοις συγκρουόντων, ἀσθενεστέρας γίνεσθαι τὰς πληγάς. τῶν δὲ [y] σαλπιγκτῶν παρ' ἀμφοτέροις τὸ πολεμικὸν σημαινόντων, οἱ Μακεδόνες πρῶτοι συναλαλάξαντες [z] βοὴν ἐξαίσιον ἐποίησαν· μετὰ δὲ ταῦτα τῶν Βαρβάρων ἀντιφθεγξαμένων, συνήχησε μὲν ἡ σύνεγγυς ὀρεινὴ πᾶσα, τὸ δὲ μέγεθος τῆς βοῆς ὑπερῆρε τὴν προγεγενημένην κραυγὴν, ὡς ἂν πεντήκοντα μυριάδων μιᾷ φωνῇ συνηχησάντων. ὁ δ' Ἀλέξανδρος πάντῃ τὴν ὄψιν βάλ- 513.
λων, καὶ σπεύδων κατιδεῖν τὸν Δαρεῖον, ἅμα τῷ κατανοῆσαι, παραχρῆμα μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ἱππέων ἐπ' αὐτὸν ἐφέρετο τὸν βασιλέα, σπεύδων οὐχ οὕτω [a] καταπροτερῆσαι τῶν Περσῶν, ὡς τὸ δι' αὑτοῦ περιποιήσασθαι τὴν νίκην. ἅμα δὲ τούτῳ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἱππέων συμπεσόντων ἀλλήλοις, καὶ πολλοῦ φόνου [b] γενομένου, ἡ μὲν μάχη, διὰ τὰς τῶν ἀγωνιζομένων ἀρετὰς, ἀμφίδοξον εἶχε τὴν τῶν ὅλων κρίσιν· ἐταλαντεύετο γὰρ δεῦρο κἀκεῖσε, τῆς τροπῆς ἐναλλὰξ γινομένης. οὔτε γὰρ ἀκοντίσας, οὔτε πατάξας οὐδεὶς ἄπρακτον εἶχε τὴν πληγὴν, ὡς ἂν διὰ τὸ πλῆθος ἑτοίμου τοῦ σκοποῦ κειμένου. διὸ καὶ πολλοῖς τραύμασιν ἐναντίοις περιτυγχάνοντες ἔπιπτον· [c] οἱ δὲ, καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς θυμομαχοῦντες, τὸ ζῆν πρότερον ἢ τὴν ἀρετὴν ἐξέλειπον.

Οἱ δὲ ἑκάστης τάξεως ἡγεμόνες, τῶν ὑποτεταγμένων προαγωνιζόμενοι, διὰ τῆς ἰδίας ἀρετῆς τοὺς πολλοὺς ἀνδραγαθεῖν [d] προετρέποντο. διὸ καὶ παρῆν ὁρᾶν πολλὰς μὲν διαθέσεις τραυμάτων γινομένας, ποικίλους δὲ καὶ μεγάλους ἀγῶνας συνισταμένους ὑπὲρ τῆς νίκης. Ὀξάθρης δ' ὁ Πέρσης, ἀδελφὸς μὲν ὢν

x Ἴλας Baſil. Sed ex correctione, at plane ita Reg. 1., ſed & ἐν οἰκείοις τοῖς &c. Vulgo εἴλας. y Σαλπίγγων σημαινόντων καὶ παρ' ἀμφ. Venet. In Reg. 1. σαλπιγκτῶν. z Βελῶν abſurde Baſil. a Προτερῆσαι Baſil. b Γινομένου Reg. 1. Γινομ. Ead. c Duo haec omittit Venet. d Προετρέψαντο Reg. 2. Baſil. Vat.

[illegible], ut L. XIX, 26. [illegible] & ejuſdem libri cap. 32. [illegible] — [illegible]. Vitium frequens & alibi a nobis deterſum. Conf. L. Kuſter. ad Ariſtoph. Plut. v. 257. P. Wess.

19. Καὶ τὰς τῶν ἱππέων ἴλας] Hoc malui, etſi non ignorem apud Herodotum I, 172. & 202. & Joſeph. Ant. L. XIV, 13, 3. atque alibi εἴλας & εἰλαδὸν praeferri. Variatum in vocis fuit ſcriptura, his εἴλας, illis ἴλας eligentibus. Audiamus Euſtathium in Il. B. p. 179 [illegible] quem quidem Grammatici locum non neglexit Jo. Henr. Boeclerus in Lect. Polybian. p. 113., eumdem ex Polybii ſchedis ſcribendi varietatem enotans. P. Wess.

21. Τὴν δὲ τῶν πεζῶν φάλαγγα &c.] Aciei ordinem aliter diſponunt Curtius L. III, 9. & Arrian. L. II, 9., quos vide. P. Wess.

30 Ὥστε διὰ τὴν πυκνότητα τῶν βαλλομένων &c.] Imitatur Curtius L. III, 11, 4 de Macedonibus haec ipſa in pugna, *ſed conferti*, inquit, *& quaſi cohaerentes, tela vibrare non poterant: ſimul emiſſa, in eodem concurrentia implicabantur, leviaque & vana ictu pauca in hoſtem, plura in humum innoxia cadebant.* ubi Acidalius & Raderus non ſunt negligendi. Συναλαλάξαντες, quod ſuccedit, & ululandi ante pugnam morem explicitum ſi deſideres, cumulatiſſime ſatisfacient Ezech. Spanhem. ad Juliani Or.

ὢν Δαρείου, κατὰ δὲ τὴν ἀνδρείαν ἐπαινούμενος, ὡς εἶδε τὸν Ἀλέξανδρον ἀκαταχέτως ἱέμενον ἐπὶ τὸν Δαρεῖον, ἐφιλοτιμήθη τῆς αὐτῆς τύχης κοινωνῆσαι τἀδελφῷ. ἀναλαβὼν οὖν τοὺς ἀρίστους τῶν ἱππέων τῶν μεθ' ἑαυτοῦ τεταγμένων, μετὰ τούτων ἐπέρραξε τοῖς περὶ τὸν Ἀλέξανδρον· καὶ νομίσας τὸ φιλάδελφον τῆς ψυχῆς οἴσειν αὐτῷ περιβόητον παρὰ Πέρσαις δόξαν, προεμάχετο τοῦ Δαρείου τεθρίππου, καὶ μετ' ἐμπειρίας εὐτόλμως τοῖς πολεμίοις συμπλεκόμενος, πολλοὺς ἀπέκτεινε. τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον ὑπερβαλλομένων ταῖς ἀνδραγαθίαις, περὶ μὲν [e] τὸ τοῦ Δαρείου τέθριππον ταχὺ νεκρῶν ἐσωρεύθη πλῆθος. πάντες γὰρ ἐφιέμενοι τοῦ βασιλέως ψαῦσαι, πρὸς ἀλλήλους ἐκθυμότατα διηγωνίζοντο, καὶ τοῦ ζῆν οὐδεμίαν ἐποιοῦντο φειδώ. ἔπεσον δ' [f] ἐν κινδύνῳ τούτῳ πολλοὶ τῶν παρὰ Πέρσαις ἐπιφανῶν ἡγεμόνων, ἐν οἷς ὑπῆρχον Ἀτιζύης καὶ [g] Ῥεομίθρης, καὶ ὁ τῆς Αἰγύπτου σατράπης [h] Τασιάκης. ὁμοίως δὲ πολλῶν καὶ παρὰ τοῖς Μακεδόσι πεσόντων, συνέβη καὶ αὐτὸν τὸν Ἀλέξανδρον τρωθῆναι τὸν μηρόν, περιχυθέντων αὐτῷ τῶν πολεμίων. οἱ δὲ τοῦ Δαρείου τεθρίππου ζυγὸν ἐπέχοντες ἵπποι, τραυματιζόμενοι πυκνῶς, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν περὶ αὐτοὺς σωρευομένων νεκρῶν πτυρόμενοι, τὰ μὲν
514. χαλινὰ διεσείοντο, παρ' ὀλίγον δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Δαρεῖον εἰς τοὺς πολεμίους ἐξήνεγκαν. διὸ καὶ κινδυνεύων ἐσχάτως ὁ βασιλεὺς αὐτὸς ἥρπασε τοὺς ῥυτῆρας, συναναγκαζόμενος λῦσαι τὴν σεμνότητα τῆς προστασίας, καὶ τὸν παρὰ Πέρσαις τοῖς βασιλεῦσι κείμενον νόμον παραβῆναι. προσήχθη δὲ καὶ τέθριππον ἕτερον ὑπὸ τῶν ὑπηρετῶν τῷ Δαρείῳ, καὶ κατὰ τὴν εἰς τοῦτο μετάβασιν ταραχῆς γενομένης, ὁ μὲν Δαρεῖος, ἐπικειμένων τῶν πολεμίων, εἰς ἔκπληξιν καὶ δέος ὑπέπιπτεν· οἱ δὲ Πέρσαι, τὸν βασιλέα καταvοήσαντες ταραττόμενον, εἰς φυγὴν ὥρμησαν. τὸ δ' αὐτὸ καὶ τῶν ἐχομένων ἱππέων ποιησάντων, ταχὺ πάντες ἐτράπησαν. τῆς δὲ φυγῆς οὔσης ἐν τόποις στενοῖς καὶ τραχέσι, συμπίπτοντες ἀλλήλους [i] συγκατεπάτουν, καὶ πολλοὶ χωρὶς πολεμίας πληγῆς ἀπέθνησκον. ἔκειντο γὰρ ὁμοῦ σωρευθέντες, οἱ μὲν, ἄνευ τῶν ὅπλων, οἱ δὲ, τηροῦντες τὰς πανοπλίας. τινὲς δὲ γεγυμνωμένα τὰ ξίφη διαφυλάξαντες, τοὺς περὶ ταῦτα [k] ἀναπειρομένους ἀνῄρουν. οἱ δὲ πλεῖστοι εἰς τὰ πεδία διεκπεσόντες, διὰ τούτων ἀπὸ κράτους ἐλαύνοντες τοὺς ἵππους, εἰς τὰς συμμαχίδας πόλεις κατέφευγον. ἡ δὲ τῶν Μακεδόνων φάλαγξ, καὶ τὸ τῶν Περσῶν πεζὸν στράτευμα, βραχὺν χρόνον ἐν τῇ μάχῃ διέμεινε. προηττημένων γὰρ τῶν ἱππέων, οἱονεί τις προαγὼν ἐγεγόνει τῆς ὅλης νίκης. πάντων δὲ τῶν βαρβάρων ταχὺ τραπέντων, καὶ τοσούτων μυριάδων ἐν στενοῖς τόποις τὴν φυγὴν ποιουμένων, ταχὺ πᾶς ὁ συνεχὴς τόπος νεκρῶν ἐπληρώθη.

ſa, Darii frater, magnam fortitudinis laudem promeritus, ut Alexandrum pervicaci in Darium ſtudio tendere conſpexit, ejuſdem fortunae periculum cum fratre communicare ſtatuit. Cum praeſtantiſſimis igitur equitum, quos e turmis ſuis delegerat, in Alexandri globum impreſſionem facit; Et quia pietatem erga fratrem gloriae ſibi omnium illuſtriſſimae conciliatricem fore ſperabat, pro Darii quadrigis propugnare inſiſtit, tamque ſcienter quam audacter cum hoſtibus congreſſus, multos ad terram profligat. Quod vero Macedones circa Alexandrum nullis ſtrenuitate concederent, ingens cito ſtrues cadaverum circa Darii currum excitatur. Dum enim quiſque regi manus injicere cupit, animoſiſſime ultro citroque dimicatur. In hoc conflictu multi ex nobiliſſimis Perſarum ducibus ceciderant. Inter quos Atizyes & Rheomitres, Aegyptique Satrapes erat Taſiaces. Cumque multi ex Macedonum etiam parte occumberent, ut ipſe quoque Alexander circumfuſis undique hoſtibus in femine ſauciaretur, evenit. Tunc equi Darii jugales, qui currum ejus trahebant, multis vulneribus adfecti, & cadaverum in orbem coacervatorum multitudine conſternati, fraenis excuſſis, regem in medios ferme hoſtes abripuiſſent; niſi in extremo verſans periculo habenas apprehendiſſet, principatus ſui majeſtatem, & legem Perſarum regibus praeſcriptam hoc modo tranſgredi coactus. Interim alium ei currum 580. miniſtri adducunt. In quem dum tranſcendit, perturbatio oritur; Et Darius ipſe, hoſte pertinaciter incumbente, ſtupore metuque corripitur. Mox Perſae, regem ſuum trepidantem ut videre, fugam omnes capeſſunt, equitibus caeteros ſequentibus. Sed cum fuga inter anguſtias locorum & aſpreta fieret, mutuo ſemet concurſu proculcant, multique citra hoſtilem ictum emoriuntur. Acervatim etiam alii prorſus inermes, alii ſuis adhuc armis inſtructi jacebant. Quidam nudos eo uſque gladios retinuerant, dum commilitones his tranſfixi interimerentur. Plurimi tamen, in patentiores campos elapſi, concitatiſſimo equorum curſu in amicas huc illuc urbes profugerunt. Inter haec Macedonum phalanx, & pedeſtre Perſarum agmen ad exiguum tempus in acie ſtabat. Fuſo enim equitatu, jam veluti praeludium victoriae factum erat. Omnes itaque Barbari ſtatim terga vertunt, Dumque per fauces anguſtas tot millia fugam capeſſunt, brevi totae illic convalles cadaverum ſtrage opplentur.

Olymp. CXI. IV.

35. Sed

e Τὸν — τέθριππον Edd. ſolus Reg. 1. τό. f Ἐν τῷ κινδύνῳ Venet. g Arrheomithres Coſpus. Ἀτιζύης omnes. h Σπασιάκης Reg. 1. i Συνεπάτουν Reg. 2. Baſil. k Ἀναπειρομένους Reg. 1. Baſil.

Or. 1. pag. 233. & Car. Du Freſne ad Joinvill. Diſſert. xi. & xii. pag. 204. &c. P. Wess.

43. Καταπρήσεται τῶν Περσῶν] Quod Baſileae expreſſerunt περιτρέψαντες, frequentiſſimo in his libris uſu munitum eſt: nec ſequor tamen. Alterius ſe patronum profitetur Polyb. L. 1. 47. & Excerpt. p. 1413. P. Wess.

54. Συμμαχίδας] Vide Illuſt. Grotium in S. Lucae A. A. C. xii, 20. & Raphelii Annot. ex Polyb. ad eundem locum. Paullo ante ſi cum Rhodomano ſcripſeris διὸ καὶ πολλοὶ τραυματίαι, non aberrabis. P. Wess.

72. Περὶ μὲν τὸ τοῦ Δ. τέθριππον] Sic correxit Rhodomanus in not. Addend., addicentibus ſcriptis Codd. Conf. ad L. v, 23., & de Oxathre Curtium L. iii, 11, 8. P. Wess.

78. Ἀτιζύης καὶ Ῥεομίθρης &c.] Arrianus (Ἀναβ. L. 1, 11.) τῶν δὲ Περσῶν ἀπέθανον μὲν Ἀρσάμης καὶ Ῥεομίθρης καὶ Ἀτιζύης, τῶν ἐπὶ Γρανικῷ ἡγεμόνων τοῦ ἱππικοῦ. H. Steph.

Ἀτιζύης] Sic Perſae hujus nomen inſtauravi. Cauſſam dedi ad hujus libri Cap. 21. Aegypti ſatrapa, qui & hoc praelio cecidit, Arriano eſt Σαβάκης, unde Curtio L. iii, 11, 10. & L. iv, 1, 28. idem nomen, cum ſcriptae ejus ſchedae mire variant, a viris doctis reſtitutum eſt. P. Wess.

89. Λῦσαι τὴν σεμνότητα τῆς προστασίας] Negligere tanti regis majeſtatem, ſeu, ut Salluſtius Jugurth. C. 33., contra decus regium facere. Paullo aliter Polyb. Excerpt. Leg. pag. 1173. καὶ περισταθεὶς ὑπὸ τοῦ φιλοπράγμονος ἅμα τὴν δύναμιν καὶ τὴν προστασίαν καταλελοιπὼς τῶν Ῥωμαίων. Potentiam indicat, qualis eorum eſſe ſolet, qui multis clientelis nituntur, ut bene magnus Caſaubon. ad Polybii L. 1. p. 131. Ed. Gronov., quem vide, ſicuti de Perſico hoc more B. Briſſon. de Perſ. Regn. L. iii, 37. P. Wess.

4. Τοὺς περὶ ταῦτα ἀναπειρομένους &c.] Idem eſt ac περιπειρομένους apud Lucian. Zeux. C. 10. & ſupra L. xvi, 81. Opportune

tune

Olymp. CXI. IV. 35. Sed noctis interventu adjuti Perſae in varia paſſim loca facile dilabuntur. Macedones vero perſecutione intermiſſa, ad praedae direptionem ſe convertunt, praecipuum vero ipſis negotium eſt, circa tabernacula regis, quod pretioſiſſimarum ibi rerum dives eſſet copia. Unde conſecutum, ut magna argenti, nec exigua auri veſtiumque pretioſarum vis regia e gaza efferretur. Haud ſecus amicorum regis & ſanguine conjunctorum, ducumque caeterorum opes non modicae diſtrahebantur. Non enim ex regia tantum domo, ſed etiam propinquorum & neceſſariorum familiis, ſexus foemineus in vehiculis inauratis, patrio quodam more Perſarum, comitabantur. Unaquaeque illarum pro divitiarum amplitudine, ac conſuetudine deliciarum ſumtuoſiſſimi apparatus, mundique muliebris copiam ſecum circumferebat. Perquam vero miſerabilis tum erat captivarum ſtatus. Nam quae prius in pilentis magnificis vix commode ſatis invectae, nullam corporis partem nudam conſpici ſinebant, tunica vix ſimplici amictae, veſtitumque lacerantes cum lamentis e papilionibus tunc proſiliebant, & implorata Deorum commiſeratione ac ope, victorum ſe genubus advolvebant. Nonnullae manibus tremulis corporis ſibi ornatum detrahere, paſſiſque crinibus per aſpera ſe loca proripere, & concurſu inter ſe facto, opitulatrices implorare illas, quae ipſae aliorum ope indigebant. Alii capillis arreptas abſtrahebant: alii diſcerptis veſtibus nudis corporibus manus injecerant, & ima haſtilium parte miſellas verberabant: Omneque contumeliae genus in res Perſarum, honoratiſſimas & ubique celebratas, fortunae indultu, exercebatur.

36. Macedonum tamen moderatiores, illam fortunae mutationem intuentes, condolentia quadam infeliciſſimorum hominum ſortem miſerabantur: a quibus res intimae & omnium cariſſimae jam longiſſime eſſent remotae; peregrinae autem & omnium inimiciſſimae quam proxime adeſſent; ſors denique ad infeliciſſimam probroſamque captivitatem deveniſſet. Maxime vero ad lacrymas & miſericordiam adſtantes provocavit Darii mater, cumque ea regis uxor, duaeque natae jam nuptiis habiles, & filius adhuc puer. Fortunae enim circa illas mutatio, & ſubitarum calamitatum magnitudo oculis ſubjecta, ut vicem illarum infeliciſſimam dolerent, intuentes non ab re permovebat.
581. De Dario enim utrum adhuc ſuperſtes viveret, an vero in communi aliorum ſtrage & ipſe periiſ-

Νυκτὸς δ' ἐπιλαβούσης, οἱ μὲν Πέρσαι ῥᾳδίως διεσπάρησαν εἰς πολλοὺς τόπους, οἱ δὲ Μακεδόνες παυσάμενοι τοῦ διωγμοῦ, πρὸς ἁρπαγὴν ὥρμησαν, καὶ μάλιστα περὶ τὰς βασιλικὰς σκηνὰς, διὰ τὸ πλῆθος τῆς πολυτελείας, ἠσχολοῦντο. διόπερ πολὺς μὲν ἄργυρος, οὐκ ὀλίγος δὲ χρυσὸς, παμπληθεῖς δὲ καὶ πολυτελεῖς ἐσθῆτες ἐκ τῆς βασιλικῆς [l] γάζης διεφορεῖτο. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν τοῦ βασιλέως φίλων καὶ συγγενῶν καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων οὐκ ὀλίγος διηρπάγη πλοῦτος. οὐ μόνον γὰρ αἱ τῆς βασιλικῆς οἰκίας, [m] ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν συγγενῶν καὶ φίλων γυναῖκες, ἐφ' ἁρμάτων ὀχούμεναι καταχρύσων, συνηκολούθουν κατά τι πάτριον ἔθος τῶν Περσῶν. ἑκάστη δὲ τούτων, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πλούτου καὶ τῆς τρυφῆς, περιήγετο πλῆθος πολυδαπάνου κατασκευῆς καὶ γυναικείου κόσμου. πάθος δ' ἦν δεινότατον περὶ τὰς αἰχμαλωτιζομένας γυναῖκας. αἱ γὰρ πρότερον διὰ τρυφὴν [n] ἐπ' ἀπήναις πολυτελέσι μόγις κατακομιζόμεναι, καὶ γυμνὸν μέρος τοῦ σώματος οὐδὲν φαίνουσαι, τότε μονοχίτωνες, καὶ τὰς ἐσθῆτας περιερρηχυῖαι, μετ' ὀδυρμῶν ἐκ τῶν σκηνῶν ἐξεπήδων, ἐπιβοώμεναι θεοὺς, καὶ προσπίπτουσαι τοῖς τῶν κρατούντων γόνασι. Περιαιρούμεναι δὲ ταῖς χερσὶ τρεμούσαις τὸν τοῦ σώματος κόσμον, καὶ τὰς κόμας [o] ἀνειμέναι, διὰ τόπων τραχέων ἔθεον, καὶ πρὸς ἀλλήλας συντρέχουσαι, βοηθοὺς ἐπεκαλοῦντο τὰς παρ' ἑτέρων ἐπικουρίας δεομένας. ἦγον δ' [p] αὐτὰς, οἱ μὲν ἀπὸ τῆς κόμης ἐπισπώμενοι τὰς ἠτυχηκυίας, οἱ δὲ τὰς ἐσθῆτας περιρρηγνύντες, καὶ γυμνοῖς τοῖς σώμασιν ἐπιβάλλοντες τὰς χεῖρας, καὶ ταῖς στάθμαις τῶν δοράτων τύπτοντες, καὶ τὰ τιμιώτατα καὶ περιβόητα τῶν βαρβάρων ταῖς τῆς τύχης δωρεαῖς ὑβρίζοντες. 515.

Οἱ δὲ ἐπιεικέστατοι τῶν Μακεδόνων τὴν μεταβολὴν τῆς τύχης ὁρῶντες, συμπαθεῖς ἐγίνοντο, καὶ τὰς τῶν ἀκληρούντων συμφορὰς ἠλέουν, αἷς τὰ μὲν προσήκοντα καὶ μεγάλα μακρὰν ἀπήρτητο, τὰ δ' ἀλλόφυλα καὶ πολέμια πάρην σύνεγγυς, καὶ πρὸς ἀτυχῆ καὶ ἐπονείδιστον αἰχμαλωσίαν παρώρμητο. μάλιστα δὲ τοὺς παρόντας εἰς δάκρυα καὶ συμπάθειαν ἤγαγεν ἡ Δαρείου μήτηρ, καὶ γυνὴ, καὶ δύο θυγατέρες ἐπίγαμοι, καὶ υἱὸς παῖς τὴν ἡλικίαν. ἐπὶ γὰρ τούτων ἡ μεταβολὴ τῆς τύχης καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἀνελπίστων ἀκληρημάτων ἐν ὄψει κείμενον, εὐλόγως τοὺς ὁρῶντας ἐποίει συμπάσχειν τοῖς ἠτυχηκόσι. περὶ μὲν γὰρ Δαρείου, πότερον ζῇ καὶ περίεστιν, ἢ καὶ μετὰ τῆς τῶν ἄλλων φθορᾶς ἀπόλωλεν, οὐκ ἐγί-

l Γάζης in ora *Steph.* & *Reg.* utroque. Vulgo σκηνῆς. *m* Ἀλλὰ καὶ αἱ *Reg.* 1., unde articulum reſtituo. *n* Ἐν marg. *Steph.* & *Reg.* 1. *o* Ἀνειμ. *Reg.* 2. *p* Deſit *Reg.* 2. & *Baſil.*

tunc ſcriptor L. II. Maccab. C. XII, 22. ὥςτε πολλάκις ὑπὸ τῶν ἰδίων βλάπτεσθαι καὶ ταῖς τῶν ξιφῶν ἀκμαῖς ἀναπείρεσθαι. *Philo Jud.* Leg. Special. p. 799. D. ſaepe de tauro cornupeta ἐὰν τινα ταῦρος ἀναπείρας ἀποκτείνῃ. P. Wess.

21. Ἐκ τῆς βασιλικῆς σκηνῆς διεφορεῖτο] Cum ea lectione (γάζης) quae eſt in margine, videntur facere cum alii loci, tum hi pag. 596. οὐκ ὀλίγην δὲ κόσμον καὶ γάζαν βασιλικὴν, ἀργυρίου δὲ ταλάντων τρισχίλια, pag. 610. initio, καὶ πολλὰ τῆς γάζης ἀναπιεσθείσης [illegible] καταλαμβάνει. unde & verbum γαζοφυλακεῖν, pag. 601. ἅμα δὲ τῇ διώξει τοῦ Δαρείου πολλῶν χρημάτων κεκυριευκὼς, παρὰ μὲν τῶν γαζοφυλακησάντων παρέλαβεν ἑξακισχιλίων ταλάντων ἀριθμόν. Praeterea quum modo dixiſſet βασιλικὰς σκηνὰς numero multitudinis, cur ſubjiceret βασιλικῆς σκηνῆς numero unitatis? Haec faciunt, ut margini adſcriptam lectionem, ei, quae in contextum recepta eſt, praeferendam cenſeam. H. Steph.

Ἐκ τῆς βασιλικῆς γάζης διεφορεῖτο] Idem & ego probo. Tum ob ea quae vir doctiſſimus produxit, tum quod regium tabernaculum milites intactum omiſerunt, *Curtio* teſte L. III, 11, 23. & Noſtro C. 36. Video equidem *Freinshemium* monere, *Diodorum* parum caute hoc & inſecuto capite regis tabernaculum a Macedonibus direptum prodidiſſe: *Blancardum* praeterea τὸ σκηνῆς contra *Stephanum* profiteri patrocinium ad *Arrian.* L. II. pag. 110. Fruſtra uterque. Nam cum paullo ante ſcribit περὶ τὰς βασιλικὰς σκηνὰς Macedones colligenda praeda occupatos fuiſſe, non neceſſario indicatur, regium tentorium fuiſſe a militibus adparatu vacuefactum: plura propter illud erant alia; quae in praedam verſa ſunt; quorum e numero & illud, in quo mater, uxor liberique Darii, ut cap. 36. dicetur, tendebant. Illis ergo deſpoliatis haud pauca regiae gazae egeſta direptaque ſunt a militibus. P. Wess.

26. Ἐφ' ἁρμάτων ὀχούμ. καταχρύσων] *Armamaxas* Graecorum exemplo vocat *Curtius* L. III, 3, 23., ubi poſt diligentem *B. Briſſonii* operam multa viri docti. P. Wess.

35. Καὶ τὰς ἐσθῆτας περιερρηχυῖαι] *Philo Jud.* Joſeph. p. 528. D. καὶ τὰς ἐσθῆτας περιρρηξάμενος. *Plut.* Anton. p. 951. F. Cleopatra περιερρήξατο τοὺς πέπλους ἐπ' αὐτῷ. *Dio Caſſius* L. XLVIII. p. 433. E. καὶ τὰς ἐσθῆτας περιερρήγνυντο. Aliud eſt περιρρῆξαι τὰς ἐσθῆτας, quod alteri eam violente deripere exprimit. *S. Lucas* A. A. XVI, 22. οἱ στρατηγοὶ περιρρήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια. *Plut.* Poplic. p. 99. F. lictores περιρρηγνύουσι τὰ ἱμάτια. Mox *Auctor* ipſe, οἱ δὲ τὰς ἐσθῆτας περιρρηγνύντες. Saepeque alii, a *Berglero* ad *Alciphron.* pag. 130. exciti. Quod quidem diſcrimen, ipſa ſermonis indole ſtabilitum, *Diodorus* pluresque e recentioribus neglexerunt. En tibi *Philon. Jud.* Joſeph. p. 557. E. ὡς ἴδοντας — ἀνοιμώξαι καὶ τὰς ἐσθῆτας διαρρήξαντες ἐκτραγῳδεῖν. *Appian.* L. I. Bel. Civil. p. 656. ταῦτα εἰπὼν (Merula) — τήν τε ἐσθῆτα κατέρρηξε. & quos conduxit, diſcrepantem verborum uſum optime expediens, vir praeclarus ad *Xenophont.* *Epheſ.* Miſcellan. Obſ.

ἐγίνωσκον. ἑώρων δὲ τὴν σκηνὴν διαρπάζοντας ^q ἐνόπλους πολεμίους ἄνδρας, ἀγνοοῦντας μὲν τὰς ἡλικίας, καὶ πολλὰ δὲ διὰ τὴν ἄγνοιαν ἀπρεπῆ πράττοντας, καὶ τὸ σύνολον ὅλην τὴν Ἀσίαν αἰχμάλωτον μετ' ἑαυτῶν γεγενημένην. καὶ ταῖς μὲν τῶν σατραπῶν γυναιξὶ προσπιπτούσαις καὶ δεομέναις βοηθεῖν οὐχ ^r οἷον συνεπιλαβέσθαι τινὸς ἴσχυον, ἀλλὰ καὶ αὐταὶ ταύτας ἠξίουν ^s συνεπικουρῆσαι τοῖς ἑαυτῶν ἀκληρήμασιν. οἱ δὲ τοῦ βασιλέως παῖδες, καταλαβόμενοι τὴν τοῦ Δαρείου σκηνὴν, τάχιστα λουτρὰ καὶ δεῖπνα παρεσκεύαζον, καὶ λαμπάδων πολλὴν πυρὰν ἅψαντες, προσεδέχοντο τὸν Ἀλέξανδρον, ὅπως ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ γενόμενος, καὶ καταλαβὼν ἑτοίμην πᾶσαν τὴν παρασκευὴν τοῦ Δαρείου, οἰωνίσηται τὴν ὅλης τῆς Ἀσίας ἡγεμονίαν. κατὰ δὲ τὴν μάχην ἐτελεύτησαν τῶν βαρβάρων πεζοὶ μὲν πλείους τῶν ^t δέκα μυριάδων, ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους τῶν μυρίων· τῶν δὲ Μακεδόνων πεζοὶ μὲν εἰς τριακοσίους, ἱππεῖς δὲ περὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. ἡ μὲν οὖν ἐν Ἰσσῷ τῆς Κιλικίας μάχη τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος.

516. Τῶν δὲ βασιλέων, Δαρεῖος μὲν κατὰ κράτος ἡττώμενος, εἰς φυγὴν ὥρμησε, καὶ μεταλαμβάνων ἄλλον ἐξ ἄλλου τῶν κρατίστων ἵππων, ἀπὸ κράτους ἤλαυνε, διαφυγεῖν σπεύδων τὰς Ἀλεξάνδρου χεῖρας, καὶ τῶν ἄνω σατραπειῶν ἅψασθαι προαιρούμενος. Ἀλέξανδρος δὲ μετὰ τῆς ἑταιρικῆς ἵππου καὶ τῶν ἄλλων κρατίστων ἱππέων ἐποιεῖτο τὸν διωγμὸν, σπεύδων ἐγκρατὴς γενέσθαι τοῦ Δαρείου. διανύσας δὲ σταδίους διακοσίους, ἀνέκαμψεν εἰς τὴν παρεμβολὴν ^v περὶ μέσας νύκτας, τοῖς δὲ λουτροῖς θεραπεύσας τὸν ^x ἐκ τῆς κακοπαθείας κόπον, ἐτρέπετο πρὸς ἄνεσιν καὶ δειπνοποιΐαν. πρὸς δὲ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν μητέρα τοῦ Δαρείου προσελθών τις ἀπήγγειλεν, ὅτι πάρεστιν Ἀλέξανδρος ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ, τὸν Δαρεῖον ἐσκυλευκώς. ἔνθα δὴ κραυγῆς μεγάλης καὶ κλαυθμοῦ περὶ τὰς γυναῖκας γενομένης, καὶ τοῦ πλήθους τῶν αἰχμαλώτων διὰ τὴν ^y ἀπαγγελίαν συμπενθοῦντος καὶ πολὺν ὀδυρμὸν προϊεμένου, πυθόμενος ὁ βασιλεὺς τὸ περὶ τὰς γυναῖκας πάθος, ἐξέπεμψεν ἕνα τῶν φίλων ^z Λεωνάτον, καταπαύσοντα τὴν ταραχὴν, καὶ παραμυθησόμενον τὰς περὶ τὴν Σισύγγαμβριν· καὶ δηλώσοντα διότι Δαρεῖος μὲν ζῇ, ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἐπιμέλειαν αὐτῶν ποιήσεται τὴν προσήκουσαν, καὶ διότι πρωῒ βούλεται προσαγορεῦσαί τε αὐτὰς καὶ διὰ τῶν ἔργων ἀποδείξασθαι τὴν ἰδίαν φιλανθρωπίαν. αἱ μὲν οὖν αἰχμαλωτίδες, προσπεσούσης αὐταῖς παραδόξου καὶ

ſet, nihil conſtabat. Interim a viris armatis, qui, quas caperent, ignorarent, & multa per ignorantiam indecora facerent, Praetorium diripi, totamque denique Aſiam una ſecum haſtae velut ſubjici, videbant. Satraparum uxoribus ad genua illarum provolutis, & ſubſidium petentibus, non modo nihil opis adferre poterant, verum ut ſuam ipſarum calamitatem ſublevarent, precibus contendebant. Tum regis miniſtri, occupato Darii tabernaculo, balneas & menſas, quibus ille uſus fuerat, apparabant, accenſisque taedis bene multis regem exſpectabant, ut ab inſectatione reverſus, omnem Darii apparatum occuparet, Aſiaeque totius imperium felici hoc augurio praeſumeret. Porro in acie ceciderant ad c. millia peditum, equitumque haud minus cIↃↃ. Ex Macedonum autem peditatu ccc. & cl. equites. Pugna igitur ad Iſſum hujusmodi exitum ſortita eſt Olymp. CXI. IV.

37. Sed ut ad reges ipſos revertar, Darius cum omni exercitu profligatus, fugam intendit, & equos longe optimos ſubinde mutans, quanta curſus vi poterat, ſe longius inde proripuit, dum Alexandri manus evadere properat, ac Satrapias attingere ſuperiores habet propoſitum. Alexander vero cum familiarium & optimorum equitum turma veſtigiis fugientis inſtans, magno aſſequendi illius ſtudio flagrabat. Et cc. ſtadia emenſus circa mediam noctem in caſtra redit, ubi poſtquam corpus multo labore vexatum balneis recreaſſet, ad quietem & ad coenam inde ſe convertit. Interim ad matrem Darii quiſpiam veniens, Alexandrum a perſequendo Darium, cui opima ſpolia detraxiſſet, reverſum nunciarat. Hic ingens mulierum gemitus ejulatuſque oritur. Et multitudine captivarum in communem cum regina luctum ob triſtem nuncium effuſa, lamentis omnia replentur. Rex igitur, quid foeminis accidiſſet, intellecto, Leonnatum, ex purpuratis familiaribus unum, eo miſit, qui & vanum illis pavorem eximeret, & Siſygambrin (Darii matrem) hac denunciatione, vivere adhuc Darium, & Alexandrum convenientem priſtinae dignitati rationem ipſarum habiturum, & cras ad humanitatem ſuam factis declarandam, eas allocuturum eſſe, conſolaretur. Captivae igitur, quod tum improviſa & prorſus inſperata ſibi felici-

q Ἐν ὅπλοις Reg. 1. r Οὔτε idem. s Ἐπικουρῆσαι Reg. 1. t Δέκα idem. Vulgo δώδεκα. v Κατὰ Reg. 1. x Διὰ τὸν idem. y Ἐπαγγ. Baſil., ἀγγελίας Reg. 1. z Λεοννάτον Baſil. Reg. 1. Coſput. Vulgo Λεωνάτον.

Obſ. Vol. v. T. iii. p. 64. Porro ſollemne in Perſis etiam inter feminas fuiſſe, ut luctu miſeriisque preſſae veſtes lacerarent, docuerunt *Stanleius* ad *Aeſchyli* Perſ. v. 124. & 199. & *Cellar.* in *Curtii* L. iii, 11, 25. P. Wess.

42. Ἦγον δ' αὐτὰς, εἰ μὴ &c.] Ita interpungo. Alioqui pronomen redundaret, neglectum propterea *Baſileae* atque in *Reg. ſec.*; quod etſi *Diodoro* non praeter morem, praeſtat tamen iſtud. P. Wess.

51. Τὰ — μεγάλα φαλαρῶν ἀπέστιλβε] Vide ad L. iii, 67. p. 237. At quae μεγάλα ea? contra quae ſtatim ponuntur τὰ πολέμια. Scio omne *admirabile* & *memorandum* μέγα poſſe dici & quae a viro amiciſſimo adſcripta ſunt *Luciani* Nigrin. C. 1., praeferrem tamen μάλιστα aut μαλιστ..., ſi libri addicerent. Mox σαύρωτας τῶν δοράτων Lexica de capulis accipiunt. Melius Interpres. Vide *Heſychium* in Σαυρωτήρ. P. Wess.

66. Καὶ ταῖς — γυναιξὶ προσπιπτούσαις &c.] Exſpectaſſes καὶ τῶν — γυναικῶν προσπιπτουσῶν &c. οὐχ οἷον συνεπιλαβέσθαι τινὸς, aut certe abſentiam τοῦ τινὸς. Sed optimis talia excidunt. Vide haec *Herodoti* L. vi, 11. καὶ δὴ καὶ πεσόντων φρίξας ἀρξάμενος — καὶ διδάξαντες, ... *Xenoph.* Ageſ. p. 13. *Ed. Lond.* ... αἰχμαλώτους, προσέταξεν ἐπιμελεῖσθαι αὐτῶν. *Joſeph.* Ant. L. xv, 2, 2. ... Φραάτης — ἐν πολλῇ ἐπιμελείᾳ προσενεχθείς. *Pauſan.* L. 1, 17. pag. 64. ... ἐπιτεταμέναις. Et *Diodori* L. xv, 75. Φλιασίοις δὲ πολεμουμένοις ὑπ' Ἀργείων, Χάρης ὁ Ἀθηναῖος πεμφθεὶς &c. ἐβοήθησε τοῖς Φλιασίοις. Quibus quidem in locis ſi caſum patrium viri praeſtantes & bene patrio in ſermone callentes collocaſſent, a Grammaticorum non diſſenſiſſent decretis. P. Wess.

71. Καταλαβόμενοι τὴν τοῦ Δαρείου σκηνὴν] Vide mihi *Curtium* L. iii, 11, 23. & *Plut.* Alex. p. 676. A. P. Wess.

23. Ἐπιστήσας ἐπὶ τοὺς πετροβόλους καταπέλτας] Vir doctus cum catapultas ſuper balliſtas ſtatuiſſet: quae equidem non intelligo. An catapultae balliſtis fuerunt impoſitae? Cras fortaſſe credam, hodie non placet. Tu verte, cum catapultas contra balliſtas (Tyriorum) collocaſſet. Id erat ex uſu rei militaris, ut ex Philone ibid. p. 100, Leon. Imp. Tactic. xv, 41. & hujus lib. cap. 85. videbis, neque ignorant noſtri mechanici, etſi alio nunc machinarum genere abutantur. P. Wess.

29. Μαρμαρίνους τροχοὺς] Haud ſcio an ſint περιελλόμενοι τροχοί, quorum uſum Philo Poliorcet. p. 100. ad infringendam arietum aliorumque telorum vim commendat. Diſtinguit certe quidem τοὺς ἀφιεμένους τροχούς, quos alibi pag. 94. καὶ τροχοὺς [illegible] ἔχοντας adpellaverat, atque in hoſtem, ex acclivi loco moenia ſubeuntem, devolvi oportere, edocuerat. P. Wess.

34. Καὶ διπλᾶς διφθέρας πεφυκωμένας καταρράπτοντες] [illegible] hujus lib. cap. 43. Alibi [illegible] L. xx, 91. Mechanicis μαλάγματα, ut Philoni Poliorc. p. 92. & 95. Quid vero διφθέρας πεφυκωμένας; Fuco oblitas vertit Rhodomanus, nihil addens de fuco pigmentoque ejus, quod profecto magnum operae pretium fuerat, ut ſciretur, curnam eo infectae pelles balliſtarum ictibus frangendis fuerint habiliores. Juſt. Lipſius Poliorcet. L. v, 9., haud dubie fuco oblitas pelles improbans, ſubſtituit madefactas, uti πεφυρμένας, quod ſibi dein in cogitationem veniſſe Jo. Freinſhemius, ratum habente Berneggero, ad Curtii L. iv, 3. 25. teſtatur, legendum cenſuiſſet. Poſt eos omnes venit N. Blancardus, obmovens Interpreti Vitruvium L. x, 20., qui pertundi coriis duplicibus conſutis, fartis alga, aut

τῆς πολιορκίας δόξης, καὶ τῶν φίλων ἕνα μόνον ὁμογνω-
524 μονοῦντα λαβὼν, Ἀμύνταν τὸν Ἀνδρομένους, πάλιν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἐτρέπετο.

Παρακαλέσας δὲ τοὺς Μακεδόνας ἑαυτοῦ μὴ λειφθῆναι κατ' ἀνδρείαν, ἁπάσας τὰς ναῦς πολεμικῶς καταςκευάσας, [r] προσέβαλλε τοῖς τείχεσιν ἐκθύμως κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλατταν. κατανοήσας δὲ περὶ τὰ νεώρια τὸ τεῖχος ἀσθενέστερον [s] ὑπάρχειν, τούτῳ προσήγαγε τὰς τριήρεις ἐζευγμένας, καὶ φερούσας τὰς ἀξιολογωτάτας μηχανάς. ἐν ταύταις δὲ [t] ἐτόλμησεν ἐπιτελέσασθαι πρᾶξιν οὐδὲ αὐτοῖς τοῖς ὁρῶσι πιστευομένην· ἐπιβάθραν γὰρ ἀπὸ τοῦ ξυλίνου πύργου τοῖς τῆς πόλεως τείχεσιν [u] ἐπιβαλὼν, διὰ ταύτης μόνος ἐπέβη τοῦ τείχους, οὔτε τὸν ἀπὸ τῆς τύχης φθόνον εὐλαβηθεὶς, οὔτε τὴν τῶν Τυρίων δεινότητα καταπλαγεὶς· ἀλλὰ τὴν καταγωνισαμένην τοὺς Πέρσας δύναμιν ἔχων θεωρὸν τῆς ἰδίας ἀνδραγαθίας, τοῖς μὲν ἄλλοις Μακεδόσιν ἀκολουθεῖν προσέταξεν, αὐτὸς δὲ καθηγούμενος τῶν εἰς χεῖρας βιαζομένων, τοὺς μὲν τῷ δόρατι, τοὺς δὲ τῇ μαχαίρᾳ τύπτων ἀπέκτεινεν· ἐνίους δ' αὐτῇ τῇ περιφερείᾳ τῆς ἀσπίδος ἀνατρέπων, ἐπέσχε τὴν πολλὴν θρασύτητα τῶν πολεμίων. ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, καθ' ἕτερον μέρος ὁ κριὸς τύπτων κατέβαλε πολὺ μέρος τοῦ τείχους· διὰ δὲ τοῦ πτώματος εἰσπεσόντων τῶν Μακεδόνων, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἀλέξανδρον διὰ τῆς ἐπιβάθρας διαβάντων ἐπὶ τὸ τεῖχος, ἡ μὲν πόλις κατείληπτο. οἱ δὲ Τύριοι πρὸς ἀλκὴν τραπέντες, καὶ παρακαλέσαντες ἀλλήλους, ἐνέφραξαν τοὺς στενωποὺς, καὶ μαχόμενοι πλὴν ὀλίγων ἅπαντες κατεκόπησαν, ὄντες πλείους τῶν ἑπτακισχιλίων. ὁ δὲ βασιλεὺς τέκνα μὲν καὶ γυναῖκας ἐξηνδραποδίσατο, τοὺς δὲ νέους [x] πάντας, ὄντας οὐκ ἐλάττους τῶν δισχιλίων, ἐκρέμασε. σώματα δ' αἰχμάλωτα τοσαῦτα τὸ πλῆθος εὑρέθη, ὥστε τῶν πλείστων εἰς Καρχηδόνα κεκομισμένων, τὰ ὑπολειφθέντα γενέσθαι πλείω τῶν μυρίων καὶ τρισχιλίων. Τύριοι μὲν οὖν, γενναιότερον μᾶλλον ἢ φρονιμώτερον ὑποστάντες τὴν πολιορκίαν, τοιαύταις περιέπεσον συμφοραῖς, πολιορκηθέντες μῆνας ἑπτά. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦ μὲν Ἀπόλλωνος τὰς χρυσᾶς σειρὰς καὶ τὰ δεσμὰ περιελόμενος, παρήγγειλεν ὀνομάζειν τὸν θεὸν τοῦτον Ἀπόλλωνα Φιλαλέξανδρον· τῷ δὲ Ἡρακλεῖ μεγαλοπρεπεῖς θυσίας συντελέσας, καὶ τοὺς ἀνδραγαθήσαντας τιμήσας, ἔτι δὲ τοὺς τετελευτηκότας μεγαλοπρεπῶς θάψας, [y] τῆς μὲν Τυρίων πόλεως
525 κατέστησε βασιλέα τὸν ὀνομαζόμενον Βαλλώνυμον,

quamvis unum ſolummodo ex amicis, nempe A- Olymp.
myntam Andromenis ſententiae approbatorem ha- CXII.
beret: ad oppugnationem iterum ſe convertit. 1.

46. Macedones igitur, ne fortitudine ipſo deteriores ſe exhiberent cohortatus, ubi claſſem univerſam neceſſariis ad bellum inſtruxiſſet, terra ſimul marique urbem aggreditur. Animadvertens autem eam muri partem, ubi navalia erant, non ita firmum eſſe, triremes, quae machinis ſelectiſſimas vehebant, ceu jugo inter ſe connexas, illuc adigit. Ibi facinus, quod nec ſpectantes facile crediderint, peragere auſus fuit. Namque pontem ex lignea turri cum urbis moenibus adjeciſſet, ſolus per illum in murum tranſcendit, nihil fortunae invidiam reveritus, nec vehementiſſimo Tyriorum impetu abſterritus: Sed copias, quae Perſis in certamine ſuperiores extiterant, virtutis ſpectatrices habens, caeteros quidem Macedones ſubſequi ſe juſſit, ipſe vero princeps eorum, qui vim cominus inferebant, alios haſta, alios enſe feriens obtruncat: nonnullos etiam clypei umbone ſubvertens, nimiam hoſtis audaciam compeſcit. Dum haec vero geruntur, alia in parte aries vaſtam moenium ruinam effecerat. Quare cum & per nudata urbis latera Macedones irruerent, & Alexander cum ſuis in murum tranſiiſſet, urbs jam capta erat. Nec tamen oppidani virtutis ſuae immemores erant: Sed cohortati ſe mutuo viarum anguſtias munire, & pugnam eo uſque continuare, dum omnes conciderentur, quorum numerus VII. M. exſuperabat. Rex vero imbellem aetatem foemineumque ſexum ſervituti addicit, juvenesque omnes, quorum numerus non infra CIↃ. CIↃ. erat, ſuſpendio adficit. Atqui tanta captivorum turba 587.
inventa fuit, ut quamvis maxima pars Carthaginem deportata eſſet, reliquorum tamen ultra XIII. M. numerarentur. In tantas ergo calamitates Tyrii majori ſtrenuitate quam prudentia obſidionem tolerare auſi, poſt VII. menſium oppugnationem, inciderunt. Tum aureas Apollini catenas & vincula Rex detraxit, & Deum hunc deinceps Apollinem Phil-Alexandrum (quod eſt ſingularem Alexandri amicum) vocari juſſit. Cumque magnifica Herculi ſacra peregiſſet, & honore affectis militibus, qui ſtrenuam in oppugnatione operam navarant, defunctos honeſtiſſime tumulaſſet, Tyriorum urbi regem praefecit cui Ballonymo nomen: ejus

r Προσέβαλλε idem. s Ὑπάρχειν non male Reg. 1. t Ἐτόλμησεν — ἐπὶ αὐτοῖς τοῖς Vat. Reg. 1., αὐτοῖς, etiam Baſil. Vulgo ἐτόλμα — ἐπὶ τοῖς &c. u Ἐπιβάλλων Reg. 1. x Ἅπαντας, idem. y Τῆς μὲν — πόλεως Baſil.

aut paleis in aceto maceratis machinas obtegi contra baliſtarum plagas & impetus incendiorum monet, ad *Arriani* ſui L. II. p. 142.: rectum proinde videri [illegible] διφθέραις, vertendumque *pelles alga fartas*. Addidiſſem Plautinum eugepae! Si *Freinſhemii*, productis *Vitruvii* verbis τὰ [illegible] defendi & exponi poſſe indicantis, oblitus non fuiſſet. Vera tamen certaque res eſt. Utebantur ad lapidum ictus incendiorumque progreſſus impediendos modo pellibus madefactis, [illegible] *Apollodoro* Poliorcet. p. 15., ſubinde pellibus alga farctis, [illegible] *Diodoro*, aut [illegible] *Philoni* Poliorcet. p. 99., vel etiam [illegible] ibid. pag. 100. Adde *Leonem* Imp. Tactic. XV, 48., ejuſque declarantem verba *Iſ. Caſaubon.* ad Aeneam pag. 1794. Ed. Gronov. P. Wess.

50. Τελευτήσαντος [illegible] —— [illegible]] Elegantiae ſpeciem praefert, quod Reg. 1. dat. Id tu adopta, ſi lubet: mihi non diſplicet vulgatum. De Admeti morte aliter *Arrian.* II, 23. Καὶ [illegible]] Adi *Curt.* L. IV, 4, 2. P. Wess.

60. Ἀμύνταν τὸν Ἀνδρομένους] *Andromenis fratrem* vir doctus, non ſine errore, quem *Freinſhem.* in Indice Curtiano operis, deceptis nota F., imputat, me non obloquente. Filius Andromenis erat. Vid. *Curt.* VII, 1, 10. & *Arrian.* III, 19. P. Wess.

79. Ἐνίους δ' αὐτῇ τῇ περιφερείᾳ τῆς ἀσπίδος &c.] Conf. *Lipſium* de Milit. Rom. L. III, 2. Alexandri temeritatem hanc & audaciam *Arrian.* III, 24. & *Curtius* L. IV, 4, 11., in pleriſque *Diodori* non conſentanei, attigerunt. P. Wess.

90. Πλείους τῶν ἑπτακισχιλίων] *Arrian.* L. III, 24. ἐς ὀκτακισχιλίους. *Curtius* L. IV, 4, 16. *intra munimenta urbis ſex millia armatorum trucidati ſunt*, prave, opinor: Praeſertim cum ſcripti *Codd.* non conſpirent. P. Wess.

96. Πλείω τῶν μυρίων καὶ τρισχιλίων] Numerum captivorum vehementer auget *Arrian.* dict. loco, [illegible] fuiſſe perhibens. Uter verum prodiderit, quis certo nunc decernet? P. Wess.

99. Μῆνας ἑπτά] Vid. *Plut.* Alexandr. p. 679. & quae diſputavimus ad L. XIII, 108. P. Wess.

6. Ὀνομαζόμενον Βαλλώνυμον] In regali nomine inſignis eſt diſcordia. *Curtio* in editis recentioribus *Abdalonimus* dicitur & *Juſtino*, 'Αλύνομος *Plutarcho*: Scripti Curtiani *Abdalonimum* aut *Abdalonymum* praeferunt, quod verius arbitror, & hic quoque olim lectitatum. Adde enim primam voci literam, & ΑΒΔΑΛΩΝΥΜΟΝ in ΑΒΔΑΛΑΩΝΥΜΟΝ a librario ſocorde facile converti potuiſſe videbis. Phoenices ſcripſiſſe credibile eſt עבר עבים

Olymp. CXII. 1. ejus hiſtoriam accuratiorem poſthabere, ob tam admirabilem ſortis converſionem, indignum fuerit.

47. Poſtquam enim rex ſuperior, ob amicitiam cum Dario, imperio exutus fuerat, Alexander Hephaeſtioni poteſtatem dedit, ut, quem hoſpitum ſuorum vellet, regem Tyro deſignaret. Hic benevolentiam ſuam hoſpiti, ad quem ex animi ſententia diverterat, teſtatam faciens, urbis principem illum renunciare conſtituit. Is vero, licet opibus & dignitate cives anteiret, tamen cum nulla reges cognatione attingeret, oblatum munus non accepit. Permiſſum igitur ab Hephaeſtione, ut aliquem e regia ſtirpe delectum nominaret. Ibi quendam e regia familia ſupereſſe indicat, virum quidem prudentem & bonum, ſed extrema paupertate afflictum. Huic cum principatum Hephaeſtio conceſſiſſet, negotii hujus procurator ſtatim ad deſignatum contendens, in horto quodam ipſum offendit mercede aquas haurientem, lacernaque viliſſima amictum. Quem, mutatione fortunae indicata, regia ſtola indutum, caeteriſque ornamentis decentibus inſtructum, in forum perduxit, ac Tyriorum regem declaravit. Idque populo, tam inexſpectatum eventum demiranti, fuit quam accepꝉiſſimum. Sic ille amiciſſimus deinceps Alexandro regnum obtinuit, exemplum his (evidentiſſimum) qui ſubitam fortunae variationem nondum cognoverunt. Jam recenſitis Alexandri factis, narrationem alio convertemus.

48. In Europa Agis Lacedaemoniorum rex, mercenariorum VIII. M. qui ex praelio ad Iſſum evaſerant, adſcitis, novas res in Darii gratiam agitare coepit. Nam claſſe ab hoc, magnaque pecuniarum vi accepta, in Cretam inſulam tranſmiſit, & pleraque illic oppida in poteſtatem redacta, Perſarum ſequi partes coëgit. Amyntas vero, qui e Macedonia exſul ad Darium confugerat, pro Perſis in Cilicia ſteterat, & ex acie ad Iſſum cum IV. M. conductitiorum elapſus, cum ante Alexandri adventum, Tripolin Phoenices trajeciſſet, ex omni claſſe, quantum ſatis eſſet militibus ſuis navium, delegit, reliquis incenſis. Cum his in Cyprum tranſgreſſus, & militibus navibusque pluribus inſtructus, ad Peluſium tranſmiſit,

περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος οὐκ ἄξιον παραλιπεῖν, διὰ τὸ τῆς περιπετείας παράδοξον.

Τοῦ γὰρ προϋπάρχοντος βασιλέως Στράτωνος διὰ τὴν πρὸς Δαρεῖον φιλίαν ἐκπεσόντος ἐκ τῆς ἀρχῆς, ὁ Ἀλέξανδρος ἔδωκεν ἐξουσίαν Ἡφαιστίωνι καταστῆσαι βασιλέα τῆς Τύρου τὸν ἰδιόξενον, ὃν ἂν προαιρῆται. τὸ μὲν οὖν πρῶτον οὗτος εὐδοκήσας τῷ ξένῳ, παρ' ᾧ τὴν ἐπιδημίαν ἐπεποίητο [z] κεχαρισμένως, τοῦτον ἐπεβάλετο κύριον ἀναγορεῦσαι τῆς πόλεως· ὁ δὲ, πλούτῳ μὲν καὶ δόξῃ διαφέρων τῶν πολιτῶν, οὐδεμίαν δὲ συγγένειαν ἔχων πρὸς τοὺς γεγονότας βασιλεῖς, οὐκ ἐδέξατο τὴν δωρεάν. τοῦ δὲ Ἡφαιστίωνος ἐπιτρέψαντος αὐτῷ τὴν ἐκλογὴν ποιήσασθαι ἐκ τοῦ γένους τῶν βασιλέων, ἔφησεν εἶναί τινα τῆς βασιλικῆς οἰκίας ἀπόγονον, τὰ μὲν ἄλλα σώφρονα καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα, πενίᾳ δὲ καθ' ὑπερβολήν. συγχωρήσαντος δὲ τοῦ Ἡφαιστίωνος τούτῳ τὴν δυναστείαν, ὁ λαβὼν τὴν ἐπιτροπὴν κατήντησεν ἐπὶ τὸν ὠνομασμένον μετὰ βασιλικῆς ἐσθῆτος, καὶ κατέλαβεν αὐτὸν ἔν τινι κήπῳ μισθοῦ μὲν ἀντλοῦντα, ῥάκεσι δὲ τοῖς τυχοῦσιν ἐσθῆτι χρώμενον. δηλώσας δὲ τὴν περιπέτειαν, καὶ περιθεὶς τὴν βασιλικὴν στολὴν καὶ τὸν ἄλλον τὸν ἁρμόζοντα κόσμον, ἀνήγαγεν αὐτὸν εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ ἀπέδειξε βασιλέα τῶν Τυρίων. ἀσμένως δὲ τοῦ πλήθους προσδεξαμένου, καὶ τὸ παράδοξον τῆς τύχης θαυμάσαντος, οὗτος μὲν φίλος γενόμενος Ἀλεξάνδρου, τὴν βασιλείαν εἶχε παράδειγμα τοῖς ἀγνοοῦσι τὴν τῆς τύχης παράδοξον μεταβολήν. ἡμεῖς δὲ ἐπεὶ τὰ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον διήλθομεν, μεταληψόμεθα τὴν διήγησιν.

Κατὰ γὰρ τὴν Εὐρώπην Ἆγις μὲν ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, τῶν ἐκ τῆς ἐν Ἰσσῷ μάχης διασωθέντων μισθοφόρων ἀναλαβὼν ὀκτακισχιλίους, νεωτέρων πραγμάτων ἀντείχετο, χαριζόμενος Δαρείῳ. προσλαβὼν δὲ παρὰ τούτου καὶ ναῦς καὶ χρημάτων πλῆθος, ἔπλευσεν εἰς Κρήτην, καὶ τῶν πόλεων τὰς πλείους χειρωσάμενος, ἠνάγκασε τὰ Περσῶν αἱρεῖσθαι. Ἀμύντας δὲ [a] φυγὼν ἐκ Μακεδονίας, καὶ πρὸς Δαρεῖον ἀναβὰς, συνηγωνίσατο μὲν τοῖς Πέρσαις ἐν τῇ Κιλικίᾳ, διασωθεὶς δ' ἐκ τῆς ἐν Ἰσσῷ παρατάξεως μετὰ [b] τετρακισχιλίων μισθοφόρων, καὶ πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου παρουσίας διανύσας εἰς Τρίπολιν τῆς Φοινίκης, [c] ἐπέλεξεν ἐκ τοῦ παντὸς στόλου τὰς ἀρκούσας ναῦς εἰς τὸ πλεῖν τοῖς ἰδίοις στρατιώταις, τὰς δ' ἄλλας ἐνέπρησε. διαπλεύσας δ' εἰς τὴν Κύπρον, καὶ προσλαβόμενος 526. στρατιώτας καὶ ναῦς, διέπλευσεν εἰς τὸ Πηλούσιον. τῶν

δὲ

z. Κεχαρισμένος Baſil. prave, idem mox ἐπέβαλε. a Ὁ φυγὼν Reg. 1. b Τετρακισχιλίων margo Steph. Venet. c Ἐξέλεξεν Reg. 1.

אל ענים. i. e ſervum dei praedatoris ſive Martis; quae poſtremi vocabuli poteſtas durat in Arabum ſermone, ſuntque ejus veſtigia in dei ענמלך nomine 2. Reg. xvii, 31. Sed hoc in conjecturam deputo. Succedit alia controverſia, expeditu longe difficilior. *Curtius* & *Juſtinus* Abdalonymum ſufficiunt in Stratonis Sidoniorum regis locum. Dices, quod in mentem venit diligentiſſimo *Simſon.* Chron. ad ann. 3673., occupatae dein Tyro eumdem ab Alexandro impoſitum, atque ea ratione in concordiam ſcriptores redire. At obſtat rei ſeries, *Diodorus* nihil de Sidone, prope Tyrum in horto repertum Abdalonymum, in Tyriorum forum deductum, regemque multitudini ab Alexandro datum ait. Qui vero illi Tyrii? quorum urbem rex evertit, incolaſque ſub corona vendidit omnes? Hoc amplius, Tyrii regem cum maxime habebant *Azelmicum*, cui Alexander urbe capta ignovit, teſte *Arriano* Ἀναβ. ii, 24. Mitto alia quae a viris doctiſſimis *Freinſhemio* & *Loccenio* ſcriptori noſtro, ut eum erroris manifeſtum oſtenderent, ſunt objecta ad *Curtii* L. iv, 1, 16., neque enim ejus abſolvi poteſt. P. Wess.

15. Εὐδοκήσας τῷ ξένῳ] Factum illi volens, ſeu bene cupiens. Supr. L. xiv, 61. [illegible] — [illegible] Καρχηδονίοις, & ibid. C. 110. εἰ μὴ ἐν Λακεδαιμονίοις τούτοις [illegible]. Sacri noſtri ſcriptores praepoſitionem addunt. Auctor Epiſt. ad Hebr. x, 38. οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. Mox [illegible] non aliud eſt, ac ἐπισταθμεύειν *Plut.* Demet. pag. 899. C. aut [illegible] *Herodoti* L. vii, 119. Σταθμοὶ enim & ἐπισταθμίαι *manſiones* & *diverſoria* in Excerpt. *Valeſ.* p. 374. & [illegible] apud *Heſychium* & *Symmachum* Exod. iii, 22. Conf. adſcripta ad Itiner. Hieroſolym. p. 551. P. Wess.

43. Ἔπλευσεν εἰς Κρήτην] Non diſſimilia *Curtius* L. iv, 1, 40., addens inſuper; *Cretenſes has aut illas partes ſecuti, nunc Spartanorum, nunc Macedonum praeſidiis occupabantur*, quae quidem verba demiror oblitum eſſe *Modium*, cum ejuſdem haec L. iv, 8, 15. ſic conſtituit; *Amphoterus deinde — ad liberandam Cretam miſſus; namque & Perſarum & piratarum armis pleraque ejus inſulas obſidebantur.* Scripti libri *Parthorum*, *Spartanorum armis.* Audiendus ergo *Freinſhemius* in recentatis editionibus fuerat. P. Wess.

45. Ἀμύντας] Antiochi F. apud *Arrian.* ii, 13., qui illi viri millia contribuit conductitiorum militum. *Diodoro* accedit *Curtius* L. iv, 1, 27. P. Wess.

60. Παρατεταγμένοις τοῖς ἐγχωρίοις] Παρατεταγμένος legendum opinor. Alioqui dandi caſus in accuſativum eſſet mutandus. L. Rhod.

Παρατεταγμένος τοῖς ἐγχωρίοις] Optime *Rhodomanus*, cujus opinionem ſtabilit *Reg.* liber. Gemina *Curtius* de Amynta, ſed verbis doctorum hariolationibus & varia medicina notabilibus. Mihi, quid enim vetat conjecturam perdere? mihi, inquam, ſcrip-

δὲ πόλεως ἐγκρατὴς γενόμενος, ἀπέφαινεν ἑαυτὸν ὑπὸ Δαρείου τοῦ βασιλέως ἀπεστάλθαι στρατηγὸν, διὰ τὸ τὸν ἡγούμενον τῆς Αἰγύπτου σατράπην συναγωνιζόμενον ἐν Ἰσσῷ τῆς Κιλικίας τετελευτηκέναι. [d] ἀναπλεύσας δ' εἰς Μέμφιν, τὸ μὲν πρῶτον πρὸ τῆς πόλεως [e] παραταξάμενος τοῖς ἐγχωρίοις, ἐνίκησε. μετὰ δὲ ταῦτα, πρὸς ἁρπαγὴν τῶν στρατιωτῶν τραπέντων, ἐπεξελθόντες ἐκ τῆς πόλεως ἐπέθεντο τοῖς ἀτάκτως διαρπάζουσι τὰς ἐπὶ τῆς χώρας κτήσεις, καὶ τόν τε Ἀμύνταν ἀπέκτειναν, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πάντας ἄρδην ἀνεῖλον. Ἀμύντας μὲν οὖν μεγάλαις ἐπιβολαῖς [f] ἐγχειρήσας, καὶ παρ' ἐλπίδα σφαλεὶς, τοιοῦτον ἔσχε τοῦ βίου τὸ τέλος. ὁμοίως δὲ τούτῳ καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων καὶ στρατηγῶν τινες ἐκ τῆς ἐν Ἰσσῷ μάχης μετὰ στρατιωτῶν διασωθέντες ἀντείχοντο τῶν Περσικῶν ἐλπίδων. οἱ μὲν γὰρ, πόλεις ἐπικαίρους καταλαμβανόμενοι, διεφύλαττον [g] ταύτας τῷ Δαρείῳ· οἱ δ' ἔθνη προσαγόμενοι, καὶ δυνάμεις περὶ [h] αὑτοὺς κατασκευαζόμενοι, τὰς ἁρμοζούσας χρείας τοῖς ὑποκειμένοις καιροῖς παρείχοντο. οἱ δὲ σύνεδροι τῶν Ἑλλήνων ἐψηφίσαντο πέμψαι πρέσβεις πεντεκαίδεκα, στέφανον φέροντας χρυσοῦν παρὰ τῆς Ἑλλάδος ἀριστεῖον Ἀλεξάνδρῳ, καὶ συνησθησομένους τῇ κατὰ Κιλικίαν νίκῃ. Ἀλέξανδρος δὲ στρατεύσας ἐπὶ Γάζαν φρουρουμένην ὑπὸ Περσῶν, καὶ δίμηνον προσεδρεύσας, εἷλε κατὰ κράτος τὴν πόλιν.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἀριστοφάνους, ἐν Ῥώμῃ κατεστάθησαν ὕπατοι Σπόριος [i] Ποστούμιος καὶ Τίτος Οὐετούριος· ἐπὶ δὲ τούτων, Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς τὰ περὶ τὴν Γάζαν [k] διοικήσας, Ἀμύνταν μὲν μετὰ δέκα νεῶν εἰς Μακεδονίαν ἐξέπεμψε, προστάξας τῶν νέων τοὺς εὐθέτους ἐπιλέξαι [l] πρὸς στρατείαν· αὐτὸς δὲ μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως παρῆλθεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ παρέλαβε πάσας τὰς ἐν αὐτῇ πόλεις χωρὶς κινδύνου. οἱ γὰρ Αἰγύπτιοι, τῶν Περσῶν ἠσεβηκότων εἰς τὰ ἱερὰ καὶ βιαίως ἀρχόντων, ἄσμενοι προσεδέξαντο τοὺς Μακεδόνας. καταστήσας δὲ τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον, προῆλθεν εἰς Ἄμμωνος, βουλόμενος χρήσασθαι τῷ θεῷ. κατὰ μέσην δὲ τὴν ὁδὸν ἀπήντησαν αὐτῷ πρέσβεις παρὰ Κυρηναίων, στέφανον κομίζοντες καὶ μεγαλοπρεπῆ δῶρα, ἐν οἷς ἦσαν ἵπποι πολεμισταὶ τριακόσιοι καὶ τέθριππα πέντε τὰ κράτιστα. Ὁ δὲ τούτους μὲν ἀποδεξάμενος, φιλίαν καὶ συμμαχίαν συνέθετο πρὸς αὐτούς. αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν [m] συναποδημούντων, προῆγεν ἐπὶ τὸ ἱερόν· καὶ διανύσας ἐπὶ τὴν ἐρη-

& potitus urbe, a Dario ſe miſſum ductorem, Olymp. CXII. 1.
prae ſe tulit: quod Satrapes, Aegypti provinciam adminiſtrans, in Cilicia ad Iſſum Perſis militans occubuiſſet. Inde Memphin ſubvectus, loci incolas ante urbem conſerta acie devicit. Qui non multo poſt, milite ad praedas dilapſo, ex oppido egreſſi, & ſolutis ordinibus res ex agris agentes & ferentes adorti, & ipſum Amyntam & omnes ejus ductum ſecutos, ad internecionem cecidére. Hunc ad modum Amyntas res arduas 588.
quidem molitus, ſed praeter ſpem conatibus excidens, vitam abſolvit. Sic & alii praefecti, exercituumque ductores, a pugna ad Iſſum ſuperſtites, Perſicae fortunae ſpebus adhuc una cum militibus innitebantur. Alii enim urbes opportunas Dario aſſervabant. Alii nationes in fidem ſuam pertractas ad comparandos exercitus, alioſque uſus tempori convenientes, accommodabant. Interea Senatus Graecorum XV. legatos cum aurea corona, quae rei bene geſtae praemium foret, gratulatum Alexandro de victoria prope Iſſum, mittere decreverant. Is tum Gazam, Perſarum praeſidiis defenſam, admotis copiis, oppugnabat; Et poſt bimeſtrem obſidionem vi urbem cepit.

49. Jam Archon Athenis erat Ariſtophanes, & Olymp. CXII. II.
Romae conſulatum gerebant Sp. Poſtumius, & T. Veturius: tum Alexander res ad Gazam executus, Amyntam X. navium claſſe inſtructum in Macedoniam miſit, cum mandato, ut qui inter juvenes eximii haberentur ad militiam deligeret. Interea cum exercitu ipſe toto Aegyptum petit, urbeſque ejus abſque Martis diſcrimine in fidem accipit. Nam quod Perſae multa nefarie in ſacra commiſerant, & violenter imperitarant, animo lubente Macedones recepere. Rebus autem in Aegypto conſtitutis, ad conſulendum Hammonis oraculum profectionem ſuſcepit. Jam itineris dimidium exegerat, cum Cyrenenſium legati occurrunt, coronam afferentes cum donis magnificis, inter quae ter centum equi ad bella condocefacti, & V. erant quadrigae de praeſtantiſſimis. Quibus acceptis, amicitiam & ſocietatem cum illis junxit, atque inde cum comitatu ad fanum Dei perrexit. Ad ſolitudines cum eſſet perventum; & ſolum pror-

d Ἀνακάμψας in *Steph.* ora & *Reg.* 1., quod non placet. e Παραταξάμενος, ἐνίκησε τοὺς ἐγχωρίους *Venet.* προπαραταξάμενος *Reg.* 1. bene. In *Edd.* προπαραταξάμενος. f Ἐγχειρήσας, καὶ παρ' ἐλπίδας *Reg.* 1. non inepte poſterius. Vid. Cl. *Ducker.* in *Thucyd.* VIII, 81. g Αὐτὰς *idem.* h Αὐτοὺς *Reg. pr.* i Πόστουμος *Reg.* 2. *Vat. Baſil.* k Διοικησάμενος *Reg.* 1. l Πρὸς τὴν *idem.* m Συνόντων, *Reg.* 1.

ſcripſiſſe ad hunc videtur modum: *Sed res Amyntas proelio ſuperatus in urbem compulit; caſtriſque poſitis, victores ad populandos agros, velut in medio poſitis divitiis hoſtium cunctis, agebat.* Hoc poſtulant melioris fidei *Codd.*, in quibus *ad populandos agros velut in medio poſitis his hoſtium cunctis agebat.* Hoc res ipſa. *In medio poſitae divitiae*, quae obviae erant & levi opera parabiles, ut *res in medio poſita* apud *Feſtum* in *Sus Minervam.* & [illegible] in *Muſonii* fragmento, quod *Jo. Stobaeus* nobis ſervavit Serm. LXXXIII. p. 489. Explicandus & hinc eſt *Trebellius Pollio* in Trig. Tyrann. C. 31. *Stultiſſe*, inquiens, *in medio feminas poſui ad ludibrium Gallieni.* Nam quod vir ſummus hinc conficit, alio olim loco *Trebellium* Zenobiae & Victorinae collocaſſe vitas, quae hodie omnibus in libris agmen XXX. tyrannorum claudunt, id ſecus habet: tantum indicat, publicaſſe ſe Victorinae vitam & omnium oculis expoſuiſſe ad Gallieni ludibrium. Aemulatur *Jo. Sariſberienſis* L. II. de Nug. Curial. C. 5. *Age itaque quiſquis Joſephi Hiſtoriarum liber ponatur in medio, ex quo omnis eorum luctuoſa tragoedia perſcrutatur.* Simili quoque ex cauſſa *in medio poſitos* Philoſophos *Seneca* vocat, qui a turba remoti non ſunt Epiſt. LXXIII. Alia *N. Abramus* ad *Ciceron.* pro Coel. C. 20., quem vide: ego ad inſtitutum redeo. P. Wess.

75. Οἱ δὲ σύνεδροι — ἐψηφίσαντο πέμψαι πρέσβεις πεντεκαίδεκα] Praeclare & prorſus ad *Diodori* mentem *Curtius* IV, 5, 11. *Iiſdem fere diebus ſollemne erat ludicrum Iſthmiorum, quod conventu totius Graeciae celebratur. In eo concilio, ut ſunt Graecorum temporaria ingenia, decernunt, ut* XV. (ſic lege e MSſ.) *legarentur ad regem, qui ob res pro ſalute Graeciae ac libertate geſtas, coronam auream donum victoriae ferrent.* Intelligitur ibi Iſthmiorum id ludicrum, quod initiis annorum Olympicorum reſpondebat: concurrit enim cum Olymp. CXII. anno primo, firmatque adeo *Henr. Dodwelli* ſententiam Diſſert. de Cycl. VI, 2. p. 282. P. Wess.

80. Καὶ δίμηνον προσεδρεύσας] Nimis tenuiter hac obſidione defungitur. Uberius *Arrian.* extremo lib. ſecundo & *Curtius* L. IV, 6. P. Wess.

82. Ἀριστοφάνους] Sic & *Arrian.* L. III, 15. Conf. *Jo. Meurs.* de Archont. IV, 13. P. Wess.

91. Περσῶν ἠσεβηκότων εἰς τὰ ἱερὰ] Vid. L. I, 46. & XVI, 51. In more Perſis fuiſſe, Deorum templa compilare atque exurere, nota res eſt. P. Wess.

94. Κατὰ μέσην δὲ τὴν ὁδὸν &c.] *Ad Mareotim paludem*, ſic *Curtius* L. IV, 7, 9., longe a *Diodoro* recedens. Offerunt regi

Olymp. CXII. II.

prorſus aridum, ſumtis aquis, regionem altiſſimis ſabuli cumulis obrutam peragrabat. Sed quatriduo exacto, ubi aqua, quam (jumenta) devexerant, jam defeciſſet, cum ſumma tandem penuria conflictabantur. Dumque in magna perturbatione & conſilii inopia verſantur, ecce derepente coelo praecipitatus imber praeſentem humoris defectum inexſpectato correxit. Eventum igitur hoc, contra quam ſperaverant ſervati, Deorum providentiae acceptum referebant. Tunc aquis e valle quadam hauſtis, quantum in dies IV. ſufficeret ad levandam ſitim, quatridui deinceps itinere torridam illam ſolitudinem pertranſierunt. At cum de via, propter arenarum multitudinem, ipſis non conſtaret, qui praeibant, regi nunciant, corvos a dextra crocitantes ſemitam recta ad oraculum praemonſtrare. Rex igitur quod evenerat pro felici augurio acceptans, adventumque ſuum Deo gratum eſſe interpretans, majori alacritate progreditur. Ac primum ad amaram (ut nominant) paludem devenit. Inde ſtadia centum emenſus, urbes Hammonis nomine celebres praeterit. Hinc unius diei itinere peracto, conſecratum Deo lucum attingit.

50. Regionem fano circumjectam arenae vaſtae ac ſiticuloſae includunt, omni humaniore cultu deſtitutae. Haec tamen ad L. ſtadia tam in latitudinem quam longitudinem porrecta, fontibus amoeniſſimis & paſſim manantibus irrigatur, arborumque omne genus maximam partem fructus gignentium copioſe alit. Coeli autem temperies verno tempori ſimilis eſt. Et licet aeſtuoſis torridisque locis undique ambiatur: ſalubritatis tamen mirificae temperiem ſola ibi degentibus ſubminiſtrat. Templum equidem a Danao Aegyptio conditum eſſe memorant. Caeterum terram hanc Deo ſacram verſus meridiem & occaſum Aethiopes: ad
389. ſeptentriones Nomadum ritu vivens Libyum natio: tractum in mediterranea excurrentem gens Naſamonum, quae vocatur, incolit. Hammonii vicatim habitant. In medio territorii arx exſiſtit triplici muro firmata. Munitio prima vetuſtorum principum regiam continet. Altera Gynaeceum, liberorum ſcilicet conjugumque & propinquorum habitationes, adeoque totius loci propugnacula, templum denique Dei, & ſacrum fontem, unde quae Deo offeruntur, luſtrationem accipiunt, com-

μον καὶ ἄνυδρον, ὑδρευσάμενος διῄει τὴν χώραν ἔχουσαν ἄμμου μεγάλου ἀέρας. ἐν ἡμέραις δὲ τέτταρ- 527.
σιν ἐξαναλωθέντων τῶν κομιζομένων ὑδάτων, εἰς δεινὴν σπάνιν παρεγενήθη. εἰς ἀθυμίαν δὲ πάντων [m] ἐμπεσόντων, ἄφνω πολὺς ὄμβρος ἐξ οὐρανοῦ καταρραγείς, [n] τὴν ὑπάρχουσαν τῆς ὑγρᾶς ἔνδειαν παραδόξως διωρθώσατο. διὸ καὶ τὸ συμβὰν ἔδοξεν ἀνελπίστως σωθεῖσι θεῶν προνοίᾳ γεγονέναι. ὑδρευσάμενοι δ' ἔκ τινος κοιλάδος, ἐπὶ τέτταρας ἡμέρας ἐχούσης ἀρκοῦσαν τὴν βοήθειαν, καὶ διελθόντες ἡμέρας τέτταρας, [o] διεξέπεσον τὴν ἄνυδρον. ἀδήλου δὲ τῆς ὁδοῦ καθεστώσης διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἄμμου, οἱ καθηγούμενοι τῆς ὁδοῦ προσήγγειλαν τῷ βασιλεῖ, διότι κόρακες δεξιοὶ κλάζοντες τῆς τρίβου τῆς ἐπὶ τὸ ἱερὸν φερούσης ἀτραποῦ προσημαίνουσι. οἰωνισάμενος δὲ τὸ συμβαῖνον ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ διαλαβὼν δέχεσθαι τὸν θεὸν ἀσμένως τὴν παρουσίαν αὐτοῦ, προῆγε κατὰ σπουδήν, καὶ τὸ μὲν πρῶτον κατήντησεν ἐπὶ πικρὰν καλουμένην λίμνην, μετὰ δὲ ταῦτα προελθὼν σταδίους ἑκατόν, παρήλλαξε τὰς [p] ἐπικαλουμένας Ἄμμωνος πόλεις· ἐντεῦθεν δὲ ὁδοιπορήσας μίαν ἡμέραν, συνήγγισε τῷ τεμένει.

Ἡ δὲ περὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο χώρα περιέχεται ὑπὸ ἐρήμου καὶ ἀνύδρου [q] τῆς ἄμμου, πάσης φιλανθρωπίας ἐστερημένη. αὕτη [r] δ' ἐστὶ μῆκος καὶ πλάτος ἐπὶ σταδίους πεντήκοντα παρήκουσα, πολλοῖς μὲν καὶ καλοῖς ὕδασι ναματιαίοις διαρρεῖται, δένδρων δὲ παντοδαπῶν καὶ μάλιστα καρπίμων [s] πληθύει· καὶ τὸν μὲν ἀέρα τῇ κράσει παραπλήσιον ἔχει ταῖς ἐαριναῖς ὥραις, τόποις δὲ καυματώδεσι περιεχομένη, μόνη παρηλλαγμένην παρέχεται τοῖς ἐνδιατρίβουσι τὴν εὐκρασίαν. τὸ μὲν οὖν τέμενος φασὶν ἱδρύσασθαι Δαναὸν τὸν Αἰγύπτιον· τὴν δὲ ἱερὰν τοῦ θεοῦ χώραν περιοικοῦσι κατὰ μὲν τὴν μεσημβρίαν καὶ δύσιν Αἰθίοπες, κατὰ δὲ τὴν [t] ἄρκτον Λιβύων νομαδικὸν ἔθνος, καὶ τὸ πρὸς τὴν [u] μεσόγειον ἀνῆκον τὸ τῶν Νασαμώνων [x] ὀνομαζόμενον ἔθνος. τὴν δ' Ἀμμωνίων κωμηδὸν οἰκοῦσι, κατὰ μέσην [y] αὐτῶν τῆς χώρας ἀκρόπολις ὑπάρχει τριπλοῖς ὠχυρωμένη τοῖς τείχεσι· καὶ ταύτης ὁ μὲν πρῶτος περίβολος ἔχει τὰ τῶν ἀρχαίων δυναστῶν βασίλεια, ὁ δ' ἕτερος τὴν γυναικωνῖτιν αὐλὴν καὶ τὰς τῶν τέκνων καὶ γυναικῶν καὶ συγγενῶν οἰκήσεις, καὶ φυλακτήρια τῶν τόπων, ἔτι δὲ τὸν τοῦ θεοῦ σηκὸν, καὶ τὴν ἱερὰν κρήνην, ἀφ' ἧς τὰ τῷ θεῷ προσφερόμενα τυγχάνει 528.

n Καὶ τὴν — διωρθώσατο Reg. pr. o Διεξέπεσαν Reg. 2. Baſil. p Ὀνομαζομένας ex gloſſa Reg. 1. q Τῆς ἀμμώδους Reg. 1. r Δ' ἐστὶ Reg. idem. s Πληθύει idem. t Ἄρκτον μεσημβρίαν τε καὶ δύσιν Ald., repetitis inconſiderate ſuperioribus vocabulis, Reg. 1. u Μεσογείου idem. Paullo ante τὸ deſit Baſil. x Ὀνομαζόμενον Reg. 1. Νασαμώνων Baſil. y Αὐτῶν idem. Reg.

gi Cyrenenſes equos & quadrigas, quibus, praeter cetera excellebant. Pindaro εὔιππος Κυράνα & εὐάρματος πόλις ἐν ἀργινόεντι μαστῷ propterea Pythion. Od. IV. P. Weſs.

12. Διεξέπεσον τὴν ἄνυδρον] Alias praepoſitionem aut certe ſecundum caſum adſtruunt. Philoſtratus Heroic. X, 7. διεξέπεσε τῆς ὑμετέρας γνώμης τὸ ξίφος. Noſtri ſtructura robur habet ex Onoſandro Strateg. C. 21. ἀλλὰ διεκπεσεῖν μόνους καὶ τοῦτο γίγνεσθαι τῆς θαλάσσης, neque enim aliud eſt ac διὰ μέσου. P. Weſs.

14. Διότι κόρακες δεξιοὶ κλάζοντες] De corvis nihil diſſentiunt Ariſtobulus, Calliſthenes, Plutarchus, Curtius, ad cujus L. IV, 7, 15., vide viros doctos. P. Weſs.

20. Ἐπὶ πικρὰν καλουμένην λίμνην] Obſcurior ejus & vix obvia mentio: nam αἱ πικραὶ καλούμεναι λίμναι Strabonis L. XVII. p. 1156., quas vir magnus cum hac palude contendit, longe lateque hinc aberant. P. Weſs.

31. Καὶ τὸν μὲν ἀέρα τῇ κράσει &c.] Fabuloſa haec viſa ſunt doctiſſimo Jo. Clerico Art. Critic. P. III. ſect. 3. cap. 2., & his conſimilia Curtii IV, 7, 17. Non enim interiore in Libya tantam temperiem coeli ſolique reperiri: cui ſuppetias ire videtur Athanaſius Apol. ad Conſtant. p. 317. & Hiſtor. Arian. p. 387., utrobique ſiccam eam regionem & Epiſcoporum exiliis propterea ſuo tempore frequentatam deſcribens. Quae quidem ſpecie veri etſi deſtituta non ſint, habent tamen Diodorus & Curtius quo ſe tueantur. Utuntur exemplo tractus finitimi. Proxima Ammoniacae regioni Oaſis erat magna, interiorem in Libyam vergens, arida & arenis fervens: & tamen ſuos ſibi fontes habebat, quibus agri rigabantur, ſuos incolas, qui ad eos conſederant, coeli non iniqui habitu allectos, ut Diodorus Tarſenſis ſignificat L. IV. contra Fatum in Photii Biblioth. Cod. CCXXIII. His adde, quae Jac. Perizonius erudite pro Diodoro & Curtio diſputavit Curt. Vindic. p. 144. &c. P. Weſs.

35. Δαναὸν τὸν Αἰγύπτιον] Alia de templi oraculique origine reperies extremo libro tertio. Adde Herodot. II, 55. P. Weſs.

38. Καὶ πρὸς τὴν μεσόγειον ἀνῆκον &c.] Haec minus accurata ibid. Jo. Clericus adfirmat. Reſcripſit Jac. Perizonius „ Meſogeum a Diodoro non refertur hic ad Hammonis ſedem, ut „ credidit Vir Cl., ſed ad Naſamonum initia, quorum ſedes „ incipiebat ad ſeptemtrionem fere Hammonis a Syrtibus, ſe„ que extendebat ad meridiem in interiora terrae, ut adeo re„ vera etiam ſecundum Diodorum non tantum ad ſeptemtrio„ nem templi Hammonis conſederint, ſed & ſaltem ex par„ te aliqua ad occaſum, dum a ſeptemtrione occidentali per „ flexum quendam circa Hammonem ſe porrigebant ſatis „ longo tractu in meridiem, ſeu dum longius recedebant a „ littorali tractu ad mediterranea. Senſum hunc & nexum „ Vir Cl. non perſpexit: ceteroquin verſione minus accurate „ expreſſit. Vertenda enim erant poſtrema: ad ſeptemtrionem, „ ſcil.

τῆς ἀγνείας· ὁ δὲ τρίτος τὰς τῶν δορυφόρων καταλύσεις, καὶ τὰ φυλακτήρια τῶν τοῦ τυράννου δορυφορούντων. καθίδρυται δὲ τῆς ἀκροπόλεως ἐκτὸς οὐ μακρὰν ἕτερος ναὸς Ἄμμωνος, πολλοῖς καὶ μεγάλοις [z] δένδρεσι σύσκιος. τούτου δὲ πλησίον ὑπάρχει κρήνη, διὰ τὸ συμβεβηκὸς ὀνομαζομένη Ἡλίου κρήνη· αὕτη δὲ τὸ ὕδωρ ἔχει συμμεταβαλλόμενον ἀεὶ [a] ταῖς ὥραις παραδόξως. ἅμ' ἡμέρᾳ γὰρ ἐξίησι τῆς πηγῆς [b] χλιαρὰν, προϊούσης δὲ τῆς ἡμέρας, τῇ προσθέσει τῶν ὡρῶν ἀνάλογον καταψύχεται, τῇ μεσημβρίᾳ δὲ καυματώδει ἀκμάζει τῇ ψυχρότητι· πάλιν δὲ ἀνάλογον ἀπολήγει πρὸς τὴν ἑσπέραν, καὶ τῆς νυκτὸς ἐπιλαβούσης ἀναθερμαίνεται μέχρι [c] μέσων νυκτῶν, καὶ τὸ λοιπὸν ἀπολήγει, μέχρις ἂν ἅμα τῷ φωτὶ πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀποκατασταθῇ τάξιν. τὸ δὲ τοῦ θεοῦ ξόανον ἐκ σμαράγδων καὶ τινων ἄλλων περιέχεται, καὶ τὴν μαντείαν ἰδιάζουσαν παντελῶς ποιεῖται. ἐπὶ νεὼς γὰρ περιφέρεται χρυσῆς [d] ὑπὸ ἱερέων ὀγδοήκοντα. οὗτοι δ' ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντες τὸν θεὸν, προάγουσιν αὐτομάτως ὅπου ποτ' ἂν [e] ἄγῃ τὸ τοῦ θεοῦ νεῦμα τὴν πορείαν. συνακολουθεῖ δὲ πλῆθος παρθένων καὶ γυναικῶν Παιᾶνας ᾀδόντων κατὰ πᾶσαν τὴν ὁδὸν, καὶ πατρίῳ καθυμνούντων ᾠδῇ τὸν θεόν.

Τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου διὰ τῶν ἱερέων εἰσαχθέντος εἰς τὸν νεὼν, καὶ τὸν θεὸν κατανοήσαντος, ὁ μὲν προφητεύων ἀνὴρ πρεσβύτερος τὴν ἡλικίαν προσελθὼν αὐτῷ, χαῖρε, εἶπεν, ὦ παῖ. καὶ ταύτην παρὰ τοῦ θεοῦ ἔχε τὴν πρόσρησιν. ὁ δ' ὑπολαβὼν, [f] δέχομαι, φησὶν, ὦ πάτερ, καὶ τὸ λοιπὸν κεκλήσομαι σὸς, ἀλλ' εἴ μοι δίδως τὴν ἁπάσης γῆς ἀρχήν; τοῦ δ' ἱερέως προσελθόντος τῷ σηκῷ, καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν αἰρόντων τὸν θεὸν κινηθέντων τεταγμένοις τισὶ τῆς φωνῆς συμβόλοις, ὁ μὲν ἀνεῖπε, βεβαίως αὐτῷ δώσειν τὸν θεὸν τὴν αἴτησιν. ὁ δ' Ἀλέξανδρος ὑπολαβὼν, τὸ λοιπὸν, εἶπεν, ὦ δαῖμον, ἀπόφηναί μοι τὸ ζητούμενον, εἰ πάντας ἤδη μετελήλυθα τοὺς γενομένους φονεῖς τοῦ πατρὸς, ἤ τινες διαλελήθασιν; ὁ δὲ προφήτης ἀνεβόησεν, εὐφήμει· οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων ὑπάρχειν τῶν δυνησομένων ἐπιβουλεῦσαι [g] τῷ γεννήσαντι αὐτόν. τοὺς δὲ τοῦ Φιλίππου φονεῖς ἅπαντας τετευχέναι τιμωρίας. τεκμήριον δ' ἔσεσθαι τῆς ἐκ τοῦ θεοῦ γενέσεως τὸ μέγεθος τῶν ἐν ταῖς πράξεσι κατορθωμάτων· καὶ γὰρ πρότερον ἀητ-

plexa eſt. In tertia ſatellitum diverſoria, & excubiae illorum, qui principem armati comitari ſolent, habentur. Haud procul arce extrinſecus alterum Hammonis fanum jacet, quod multae arbores procerae inumbrant. Et fons proximus eſt, quem Solis, ab eo quod accidit, nuncupant. Aquam enim habet, cum horis diei miris ſubinde vicibus ſe variantem. Nam ſub lucis ortum tepidam emittit. Die hinc progrediente, pro horarum ſuccedentium ratione, frigeſcit. Sub aeſtum vero meridianum frigedo ejus ſumma eſt. Quae rurſus parili modo remittit uſque ad veſperam. Tunc appetente nocte rurſus incaleſcit, ad medium uſque noctem, ubi exaeſtuit: Exinde calor ſenſim deficit: donec una cum exorta luce priſtinam temporis vicem recuperarit. Simulacrum Dei e ſmaragdis & quibusdam aliis eſt coagmentatum: & peculiari novoque plane vaticinandi genere, oracula edit. In aurea enim navi a ſacerdotibus LXXX. circumfertur: qui humeris Deum geſtantes eo tendunt, quo forte fortuna Dei nutus illos agit. Sequitur ingens matronarum virginumque turba, per totum iter Paeanas canentium, Deumque hymno patrio celebrantium.

51. Porro cum introductus in templum Alexander a ſacerdotibus Deum intueretur, vates natu grandior ad illum accedens, ſalve, inquit, fili; & hanc a Deo appellationem habe. Cui reſpondens ille, accipio pater, ait, tuuſque deinceps nuncupabor: Si tamen orbis totius imperium mihi conceſſeris? Sacerdos ergo delubrum adit; Cumque viri, qui Deum (pro ritus more) ſublevant, ad deſtinata quaedam vocis ſigna ſe moviſſent, ille (ex adyto) reſpondet. Deum quod peteret, certiſſime effectum dare. Excipiens eum Alexander; Quod quaerendum ex te reſtat, ô numen, ait, mihi quaeſo, referas; Utrum omnes parentis mei interfectores ultione adfecerim: an vero aliqui ſubterfugerint? Quin meliora profers! vates exclamat; Nemo enim mortalium parenti tuo inſidias ſtruxerit. At qui Philippum interemerunt, ſupplicium luerunt omnes. Quod autem ex Deo natus ſit, magnitudinem ſucceſſuum in rebus feliciter gerendis certiſſimum fore argumentum, adjecit. Nam ut hactenus a nemine fuerit ſuperatus, ita per-

Olymp. CXII. 1.

z Δένδρεσι Reg. 1. a Ταῖς τῶν ὡρῶν om. Steph. Reg. & c. b Χλιαρὸν Reg. 1. c Μεσονυκτίου Steph. margo. d Ὑπὸ ἱερέων Reg. 1. & Baſil. In Edd. ἱερῶν. e Ἄγῃ Reg. 1., mox τὸ πρόσταγμα idem. quod etsi ſententiam det commodam, non praeſtat vulgato. f Δέχομαι καὶ Reg. 1. g Τῷ γεννήσαντι Reg. 1.

„ Scil. templi, *habitat Libyum genus, quod Nomadum more vivit, „ & genus quod dicitur Naſamonum, quae ad mediterraneum A- „ fricae tractum pertinent*" Curt. Vind. p. 153., quibus nihil addo: abunde enim ſupeditiora quae videntur, declarant. P. WESS.

49. Καὶ τὰ φυλακτήρια τῶν τοῦ] Expreſſit totum hunc locum *Curtius* L. IV, 7, 21. Φυλακτήρια munimenta ſunt atque arces, e quibus tempore valet & praeſidium. In *Aeſchines* de Leg. *fals.* p. 45. φυλακτήρια vocat eas urbes, quibus ad Thermopylas Graecia erat munitior, *Joſephus* Antiq. Jud. L. XV, 7, 8. φυλακτήρια arcem prope Hieroſolymitanum templum, & brevi poſt *Auctor* ipſe φυλακτήρια τῶν δορυφόρων, munitiones, in quibus ſatellites excubabant, prorſus ut *Philoſophus* Polit. L. VII, 12. & *Liban.* T. II. p. 133. D. P. WESS.

50. Πλησίον δὲ τῆς κρήνης &c.] Fontis miraculum ſine numero ſcriptores ſtrigerunt. Conf. Interpret. ad *Curtii* L. IV, 7, 22. Quod hic vero πρώτης δὲ ἡμέρας id Hiſtoricorum parenti *Herodoto* L. IV, 181. ὄρθρος δὲ πλάθοντι i. e. horis aliquot ante meridiem, ut docetur a *Deſ. Heraldo* Adverſ. L. I, 10. P. WESS.

61. Μέχρι μέσων νυκτῶν] *Magiſter Thomas* hoc Atticis ſolis, ut legitimum, inſiſtit, μεσονύκτιον poetis relinquens: cui nunc quidem nihil repono. Nam *Stephani* μεσονύκτιον debili auctoritatis tibicine ſuffultum eſt. Vide inferius L. XX, 49. P. WESS.

63. Ἐκ σμαράγδων καὶ τινων ἄλλων] *Smaragdo & gemmis coagmentatus* apud *Curtium*: quod cum ob oculos haberet *N. Blancardus*, non dubitavit καὶ λίθων ἄλλων & hic refingere ad *Arrian.* ſuum p. 162. Mihi nondum perſuaſit. Quae enim neceſſitas vocem ſcriptori ingerere, quam ipſe intelligendam lectori reliquit? Ἐκ σμαράγδων καὶ τινων ἄλλων *ex ſmaragdis & quibusdam aliis*, lapillis ſcilicet ejuſdem dignitatis. Mox ὑπὸ ἱερέων ex Reg. 1. & *Baſil.* citra dubium juſtum eſt. P. WESS.

70. Παρθένων καὶ γυναικῶν — ᾀδόντων &c.] *Curtius* iterum, *ſequuntur matronae virginesque patrio more inconditum quoddam carmen canentes.* Lege vero ᾀδουσῶν — καὶ — καθυμνουσῶν ᾠδῇ τὸν θεόν. Probe quidem novi quae de generis enallage ex Atticorum uſu ad *Homer.* p. 723. commentatus eſt *Euſtathius*, ſed nihil ea juvant, neque haec *Sophoclis* Ajac. v. 170. — ὅτ' ἂν ἀπαν ἀγέλαι Μέγαν αἰγυπιὸν ὑποδείσαντες, quippe aliter expedienda, ut veteres Critici docuerunt. P. WESS.

74. Ὁ μὲν προφητεύων ἀνὴρ] Ὁ προφήτης *Plut.* Alex. pag. 680. D., quo de egregie Celeb. *T. Hemſterhuſius* ad *Luciani* D. Mort. XIII, 1. p. 391. Mox ἔχε τὸ πρόσταγμα optime *Joſeph. Scaliger* & *Iſ. Voſſius* in libri ſui margine. P. WESS.

79. Ἀλλ' εἴ μοι δίδως τὴν ἁπάσης &c.] Eadem *Curtius* IV, 7, 26, aliique plures. Unus *Maximus Tyrius* Diſſert. XLI, 1. Alexandrum, poſtquam filii nomine ab Ammone eſſet adpellatus, ſciſcitatum ait de Nilo, quibuſque e fontibus in Aegyptum deferatur, ἀφεὶς αὐτῷ τῶν ἄλλων καλῶς ἐρέσθαι. Tu vide *Daceſii* animadverſionem p. 640. P. WESS.

82. Ὁ μὲν ἀνεῖπε] Formulam reſpicit, quam reſponſa daturus

Olymp. CXII. II. perpetuo invictum etiam deinceps futurum. Reſponſis hiſce oblectatus Alexander, cum magnificis Deum honoraſſet muneribus, in Aegyptum retro movit.

52. In qua magnam condere urbem ſtatuit. Negotio igitur huic praefectis injunxit, ut locum inter paludem & mare complexi, aedificationi operam darent. Ipſe locum metatus, cum urbem ſolerter in vicos tribuiſſet, Alexandriam de nomine ſuo appellavit, ſitu ad vicinum Phari portum maxime opportuno. In vicorum diſpoſitione prudenter hoc conſideratum erat, ut Eteſiae venti urbem perflarent. Hi enim dum ex pelago vaſtiſſimo urbis aërem refrigerant, cum benigna temperie
590. multum ſalubritatis habitatoribus conciliant. Eum porro ambitum murorum fecit, qui & amplitudine excelleret, & firmitatem haberet admirandam. Cum enim hinc lacus, illinc mare mediam complectatur, duos tantum aditus a terra, eosque anguſtos & facillimo praeſidio tutandos, habet: Formamque urbis chlamydi ſimilem efficit. Quam medium fere platea ſecat, magnitudine & elegantia admirabilis. In longitudinem enim, qua a porta ad portam excurrit, quadraginta ſtadia, in latitudinem pedes centum habet: totaque domuum & templorum ſtructuris magnificentiſſimis exornata eſt. Juſſit praeterea Alexander, ut regia, tum loci amplitudine, tum operum magnificentia admirabilis, fieret. Nec tamen Alexander ſolummodo, verum etiam qui ſucceſſerunt illi Aegypti reges uſque ad noſtram aetatem, operibus impendioſiſſi-

τητον γεγονέναι, καὶ μετὰ ταῦτ' ἔσεσθαι διὰ παντὸς ἀνίκητον. ὁ δ' Ἀλέξανδρος, [h] ἡσθεὶς τοῖς κε- 529.
95 χρησμῳδημένοις, καὶ τὸν θεὸν μεγαλοπρεπέσιν ἀναθήμασι τιμήσας, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Αἴγυπτον.

Κρίνας δ' [i] ἐν ταύτῃ πόλιν μεγάλην κτίσαι, προσέταξε τοῖς ἐπὶ τὴν ἐπιμέλειαν ταύτην [k] καταλειπομένοις, ἀναμέσον τῆς τε λίμνης καὶ τῆς θαλάσσης οἰκίσαι τὴν πόλιν. διαμετρήσας δὲ τὸν τόπον, καὶ ῥυμοτομήσας φιλοτέχνως τὴν πόλιν, ἀφ' ἑαυτοῦ προσηγόρευσεν Ἀλεξάνδρειαν, εὐκαιρότατα μὲν κειμένην πλησίον τοῦ Φάρου λιμένος, [l] εὐστοχίᾳ δὲ τῆς ῥυμοτομίας ποιήσας διαπνεῖσθαι τὴν πόλιν τοῖς ἐτησίοις ἀνέμοις· καὶ τούτων πνεόντων μὲν διὰ τοῦ μεγίστου πελάγους, καταψυχόντων δὲ τὸν κατὰ τὴν πόλιν ἀέρα, πολλὴν τοῖς κατοικοῦσιν εὐκρασίαν καὶ [m] ὑγίειαν κατεσκεύασε. καὶ τὸν μὲν περίβολον αὐτῆς ὑπεστήσατο τῷ τε μεγέθει διαφέροντα καὶ κατὰ τὴν ὀχυρότητα θαυμάσιον. ἀνὰ μέσον γὰρ [n] ὢν μεγάλης λίμνης καὶ τῆς θαλάττης, δύο μόνον ἀπὸ τῆς γῆς [o] ὁδοὺς στενὰς ἔχει, καὶ παντελῶς εὐφυλάκτους. τὸν δὲ τύπον ἀποτελῶν χλαμύδι παραπλήσιον, ἔχει πλατεῖαν, μέσην σχεδὸν τὴν πόλιν τέμνουσαν, καὶ τῷ τε μεγέθει καὶ [p] πλάτει θαυμαστήν. ἀπὸ γὰρ πύλης ἐπὶ πύλην διήκουσα, τετταράκοντα μὲν σταδίων ἔχει τὸ μῆκος, πλέθρου δὲ τὸ πλάτος, οἰκιῶν δὲ καὶ ἱερῶν πολυτελέσι κατασκευαῖς πᾶσα κεκόσμηται. προσέταξε δ' ὁ Ἀλέξανδρος καὶ βασίλεια κατασκευάσαι θαυμαστὰ κατὰ τὸ μέγεθος καὶ βάρος τῶν ἔργων. οὐ μόνον δ' ὁ Ἀλέξανδρος, ἀλλὰ καὶ [q] οἱ μετ' αὐτὸν βασιλεύσαντες Αἰγύπτου μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου, σχεδὸν ἅπαντες πολυτελέσι

h Ἡσθεὶς ἐπὶ τοῖς Vat. Reg. 1. non male. i Ἐνταῦθα Reg. 1. k Παραμελλεκαταλειπομένοις duobus Codd. ſcripturis conjunctis unam in vocem Reg. 1. l Τῇ δ' εὐστοχίᾳ τῆς idem, ſatis commode. m Ὑγείαν Reg. pr. n Ὡς τῆς τε λίμνης Reg. 1 & ora Steph. o Ἔχει στενὰς ὁδοὺς Reg. 1. quod recipi poſſet. p Κάλλει Baſil. Reg. 1. Vat. Coiſl. q Οἱ μετὰ ταῦτα Reg. 1.

rus adhibebat, τάδε λέγει Ἄμμων, Plato Alcibid. II. pag. 149. B., Arrian. Ἀναβ. VII. p. 305., quorum verba annotatus eſt Hemſterh. dicto loco. Mihi dubium non eſt, quin veteratores illi, ut multa ex Judaeorum Sacris, aemulati ſint ſollemnem ſanctiſſimis vatibus dictionem כה אמר יהוה, τάδε λέγει ὁ κύριος. P. Weſs.

2. Καὶ ῥυμοτομήσας.] Illuſt. Spanhem. vide ad Joſeph. B. Jud. L. III, 5, 2. & Callimach. H. Del. v. 88. Strabo Geogr. XII. p. 249. A. ἔστι δὲ ἡ τετράπλευρος ἐν πεδίῳ κειμένη, ἐῤῥυμοτομημένη πρὸς ὀρθὰς γωνίας. & L. XIV. p. 956. B. ἔστι δὲ ἡ ῥυμοτομία διάφορος &c. P. Weſs.

4. Καὶ τούτων πνεόντων μὲν &c.] Opportune Strabo XVII. pag. 1142. C. ἡ δ' εὐκαιρία (urbis Alexandriae) πολύτροπος· ἀμφίκλυστόν τε γάρ ἐστι τὸ χωρίον δυσὶ πελάγεσι, τῷ μὲν ἀπὸ τῶν ἄρκτων, τῷ Αἰγυπτίῳ λεγομένῳ, τῷ δ' ἀπὸ μεσημβρίας, τῷ τῆς λίμνης τῆς Μαρείας, ἣ καὶ Μαρεῶτις λέγεται. Quam aëris in urbe & vicinia εὐκρασίαν ex auris tenuioribus e mari, & craſſioribus e vicina palude Marea in dies ſpirantibus natam, praedicat etiam Philo Jud. de Contempl. Vit. p. 892. E. P. Weſs.

12. Τὸν δὲ — ἀποτελῶν] Forte ἀποτελοῦσα in not. Correct. Rhodomanus, quod ſi probaveris, recipiendum itidem erit ἀνὰ μέσον γὰρ οὖσα. Ego nihil moveo: pendet utrumque ex τὸν περίβολον, cui paullo ante ſuus erat locus. Fuiſſe vero formam ambitumque urbis χλαμυδοειδῆ, ſive, ut Plinius ait L. V, 10., ad effigiem Macedonicae chlamydis, orbe gyrato laciniosam, dextra laevaque anguloſo procurſu, teſtantur etiam Strabo & Plutarchus. Sed quae figura chlamydis? Viri docti Theſſalicas chlamydes quadratas, ceterorum Graecorum rotundas faciunt. Etymologus, Χλαμὺς δὲ τὸ περιφερὲς καὶ κυκλικόν. At plane rotundas fuiſſe non injuria dubites: tum quod terrae Geographi veteres χλαμυδοειδὲς σχῆμα tribuerunt, quam tamen utrimque anguſtiis in partes contrahi adfirmabant, ut Strabo L. II. pag. 179. C. tum etiam ex Alexandriae ſitu & forma, cujus τὸ ἀνὰ μέσον ſive imma pars quodam modo rotundabatur gyrato orbe, extremae vero in anguloſos procurſus deſinebant, ſive iſthmos, ſeptem octove ſtadiorum, uti apud Strabon. eſt L. XVII. pag. 1143. B. Ut adeo Alexandriae forma non multum ab ovata ſpecie deflexerit, quod egregie commonſtrat Illuſt. Cuperus in Homeri Apotheoſ. p. 158., chlamydis figuram Alexandrinaeque urbis repraeſentans. Tetigit & hanc rem in nupera Aegypti deſcriptione Maillet. p. 122., ſed Macedonicam chlamydem & muliebre induſium lepido errore pro eadem veſte arbitratus. P. Weſs.

14. Καὶ πλάτει] Scribe κάλλει. L. Rhod.

Καὶ πλάτει] Ego non muto. Fuit ſine controverſia latitudine ſpectabilis platea, plethrum aut paullo amplius aequiparans. Vide Strabon. XVII. p. 1143. Κάλλει, quod Codd. quidam praeferunt, ex ſequentibus adſcitum videtur. Urbem ipſam ſecabant duae viae, ceteris & ampliores & celebriores, quarum in ſtadia quadraginta porrecta a porta Canopica pertinebat uſque ad eam, unde aditus ex Africa venientibus; hanc mediam dividebat altera, a lacu Mareotico Solisque porta in portam uſque Lunae & mare Aegyptium extenſa, ut Achilles Tatius princip. L. V. de Amorib. Leucipp. declarat. Ceterum de urbis viaeque longitudine Diodoro non adſentitur Strabo XVII. pag. 1143., nec Joſephus B. Jud. II, 16. pag. 190., eam XXX. ſtadiis metientes. At Stephanus in Ἀλεξάνδρεια ſtadiis XXXIV., quae in numeris diſcrepantia etſi falce critica finiri queat facile, citra tamen temeritatis culpam id adminiſtraretur, ſi haec in tempora Callixeni Rhodii περὶ Ἀλεξανδρείας commentarius, ab Athenaeo haud uno loco citatus, duraret. Porro de anno Alexandriae conditae longe a Diodoro abit Livius L. VIII, 24., nec ſine erroris tamen culpa, docente praeter alios H. Dodwello de Cycl. Diſſ. 2, 73. P. Weſs.

20. Ἀλλὰ καὶ οἱ μετ' αὐτὸν &c.] Gemina his Strabo L. XVII. pag. 1143. Regia, ambitu ſuo celebre illud Muſeum & regum Mauſoleum, cui Σῆμα, ſic enim bene Caſaubonus in Strabone correxit, nomen, complexa, eam urbis partem occupabat, cui Bruchio nomen, docente ad Ammian. XXII, 16. pag. 374. H. Valeſio. P. Weſs.

25. Ὄντα — πρώτην ἀριθμουμένην] Supra πρώτην ἢ δευτέραν ἀριθμοῦσθαι circumſpectius dixit L. I, 50, ubi vide. P. Weſs.

31. Καθ' ὃν γὰρ δὴ καιρὸν ἡμεῖς &c.] Olymp. CLXXX., regnante Ptolemaeo Auleta. Vid. L. I, 44. P. Weſs.

34. Πλείους τῶν τριάκοντα μυριάδων] Summa immanis, quae ſi ſervitia accedant, fidem paene ſuperabit. Fac Alexandriae convenire poſſe, quod de Athenis prodidit Cteſicles apud Athen. L. VI. p. 272. C., cenſu, Demetrii Phalerei aetate inſtituto, repertos eſſe cives Ἀθηναίους πρὸς τοῖς δισμυρίοις χιλίους, μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τετταράκοντα, quantus ſervorum numerus exſurget? Nec aequabit tamen cenſa civium Romanorum ſub idem id tempus capita, ut ex Lipſii Elect. L. I, 27. & de Magnit. Rom. L. I, 7. videbis. Junge & Excerpt. Legat. Urſini ex Diodoro XXXII. p. 329. P. Weſs.

36. Πλείω τῶν ἑξακισχιλίων ταλάντων] At Strabo XVII. p. 1149. B. ex Ciceronis quadam oratione obſervat Ptolemaeum Auleten φόρον ταλάντων μυρίων καὶ δισχιλίων πεντακοσίων ex Aegypto in aerarium intuliſſe, longe a Diodoro diſſentiens: quae quidem diſcordia diſſipabitur, ſi Noſter talenta Alexandrina intellexerit, quae XII. millium erant drachmarum, atque adeo Atticis duplo majora. Hanc concordiae viam muniverunt Lipſius Admirand. L. II, 3. & 5. Petitus Obſervat. L. I, 4., quanquam hic turpis erroris culpam excuſare non poteſt. Dederant operae in Rhodomani ἐκδόσει, labante πλείω τῶν φόρων ἑξακισχιλίων ταλάντων. Rho-

λέσι καλασκευαῖς ηὔξησαν αὐτὰ τὰ βασίλεια. καθόλου δὲ ἡ πόλις τοσαύτην ἐπίδοσιν ἔλαβεν ἐν τοῖς ὕστερον χρόνοις, ὥστε παρὰ πολλοῖς [r] αὐτὴν πρώτην ἀριθμεῖσθαι τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην. καὶ γὰρ κάλλει καὶ μεγέθει, * καὶ προσόδων πλήθει καὶ τῶν πρὸς [s] τρυφὴν ἀνηκόντων πολὺ διαφέρει τῶν ἄλλων. [t] τὸ δὲ τῶν καλοικούντων οἰκητόρων αὐτὴν πλῆθος ὑπερβάλλει τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν οἰκήτορας. καθ' ὃν γὰρ [u] δὴ χρόνον ἡμεῖς παρεβάλομεν εἰς Αἴγυπτον, ἔφασαν οἱ τὰς ἀναγραφὰς ἔχοντες τῶν καλοικούντων, εἶναι τοὺς ἐν αὐτῇ διατρίβοντας ἐλευθέρους, πλείους τῶν τριάκοντα μυριάδων, [x] ἔκ τε τῶν προσόδων τῶν κατ' Αἴγυπτον λαμβάνειν τὸν βασιλέα πλείω τῶν ἑξακισχιλίων ταλάντων. ὁ δ' οὖν βασιλεὺς Ἀλέξανδρος ἐπιστήσας τινὰς τῶν φίλων ἐπὶ καλασκευὴν τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ διοικήσας ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον, ἐπανῆλθε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Συρίαν.

530. Δαρεῖος δὲ πυθόμενος αὐτοῦ τὴν παρουσίαν, συνήθροιζε μὲν τὰς πανταχόθεν δυνάμεις, καὶ πάντα τὰ πρὸς τὴν παράταξιν χρήσιμα καλεσκευάζετο. τὰ μὲν γὰρ ξίφη καὶ ξυστὰ πολὺ μείζω τῶν προγεγενημένων ἐποίησε, διὰ τὸ δοκεῖν διὰ τούτων πολλὰ τὸν Ἀλέξανδρον ἐν τῇ περὶ Κιλικίαν μάχῃ [y] πεπλεονεκτηκέναι. καλεσκεύασε δὲ καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα διακόσια, πρὸς καλάπληξιν καὶ φόβον τῶν πολεμίων εὐθέτως ἐπινενοημένα. τούτων γὰρ ἑκάστου παρ' ἑκάτερον τῶν [z] σειραφόρων ἵππων ἐξῆλθε προσηλωμένα τῷ ζυγῷ ξυστὰ παραμήκη τρισπίθαμα, τὴν ἐπιστροφὴν τῶν ἀκμῶν ἐ-

Olymp. CXII. II.

mis plerique omnes regiam adauxerunt. Urbs denique temporibus inſecutis tantum incrementi acceptit, ut a multis inter primas urbium per orbem terrarum numeretur. Magnitudine enim elegantiaque, & redituum ubertate, adde etiam commodis ad victum pertinentibus, aliis multum praeſtat. Multitudo praeterea incolarum habitantes in aliis civitatibus longe ſuperat. Nam quo tempore nos in Aegyptum appulimus, ultra CCC. M. eſſe liberorum capitum in illa degentium, regemque ex Aegypti vectigalibus plus quam ſex millia talentûm accipere, qui incolarum deſcriptiones habent, nobis retulere. Ubi vero Alexander quosdam ex amicis novae urbis aedificationi praefecerat, omnesque Aegypti res diſpoſuerat, in Syriam cum exercitu regreditur.

53. De adventu ejus ut nuncius venit Dario, copias undique contrahit, & quae ad pugnam cum eo conſerendam utilia eſſent, praeparat omnia. Enſes enim ac haſtilia longe majora, quam antea fuiſſent, reddidit, ſiquidem haec ad victoriam in Cilicia multum Alexandro commodaſſe videbantur. Quadrigas etiam falcatas numero CC. ad terrore percellendum hoſtes opportune inventas, conſtruxit. Ex ſingulis enim juxta utrumque funalem equum, ſpicula jugo affixa trium ſpithamarum longitudine prominebant, mucronibus in ad-

r Omittit *idem*. s Τρυφὴν *Reg. prim.* non male, citra neceſſitatem tamen. t Τὸ, et καλοικούντων πλῆθος οἰκητ. *Reg.* 1. u Duo, quae ſequuntur abſunt *Reg.* 2. *Baſil. Venet. Par.*, qui ſtatim χρόνον addunt poſt παρεβάλομεν pari ſententia. x Ἐκ δὲ *Reg.* 1. y Νενικηκέναι *Reg.* 1. ex gloſſa: qui & paullo ante χρησίμως pro χρήσιμα. z Σειραφ. *Baſil.* tum ἵππων *idem* & *Reg.* 2.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἀριστοφῶντος, ἐν Ῥώμῃ διεδέξαντο τὴν ὑπατικὴν ἀρχὴν Γάϊος [g] Δομίτιος καὶ Αὖλος Κορνήλιος· ἐπὶ δὲ τούτων, εἰς τὴν Ἑλλάδα τῆς περὶ Ἄρβηλα μάχης διαδοθείσης, πολλαὶ τῶν πόλεων, ὑφορώμεναι τὴν αὔξησιν τῶν Μακεδόνων, ἔγνωσαν, ἕως ἔτι τὰ Περσῶν πράγματα [h] διαμένειν, τῆς ἐλευθερίας ἀντέχεσθαι. βοηθήσειν γὰρ αὐτοῖς Δαρεῖον, καὶ χρημάτων τε πλῆθος [i] χορηγήσειν πρὸς τὸ δύνασθαι ξενικὰς μεγάλας δυνάμεις συστήσασθαι· καὶ τὸν Ἀλέξανδρον μὴ δυνήσεσθαι διαιρεῖν τὰς δυνάμεις. εἰ δὲ περιόψονται τοὺς Πέρσας καταπολεμηθέντας, [k] μονωθήσεσθαι τοὺς Ἕλληνας, καὶ μηκέτι δυνήσεσθαι φροντίσαι τῆς ἑαυτῶν ἐλευθερίας. προεκαλέσατο δὲ πρὸς τὴν ἀπόστασιν τοὺς Ἕλληνας καὶ ὁ περὶ τὴν Θρᾴκην νεωτερισμὸς κατὰ τοὺς ὑποκειμένους χρόνους γενόμενος. Μέμνων γὰρ ὁ καθεσταμένος στρατηγὸς τῆς Θρᾴκης, ἔχων δύναμιν, καὶ φρονήματος ὢν πλήρης, ἀνέσειε μὲν τοὺς βαρβάρους· ἀποστάτης δὲ γενόμενος τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ ταχὺ μεγάλης δυνάμεως κυριεύσας, φανερῶς ἀπεκαλύψατο πρὸς τὸν πόλεμον. διόπερ Ἀντίπατρος πᾶσαν ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, προῆλθε διὰ Μακεδονίας εἰς Θρᾴκην, καὶ διεπολέμει πρὸς τὸν Μέμνονα. τούτου δὲ περὶ ταῦτ' ὄντος, οἱ Λακεδαιμόνιοι καιρὸν ἔχειν ὑπολαβόντες τοῦ παρασκευάσασθαι τὰ πρὸς τὸν πόλεμον, παρεκάλουν τοὺς Ἕλληνας συμφρονῆσαι περὶ τῆς ἐλευθερίας. Ἀθηναῖοι μὲν οὖν, παρὰ πάντας τοὺς [l] ἄλλους Ἕλληνας ὑπ' Ἀλεξάνδρου προτιμώμενοι, τὴν ἡσυχίαν ἦγον. Πελοποννησίων δ' οἱ πλείους, καί τινες τῶν ἄλλων συμφρονήσαντες, ἀπεγράψαντο πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ κατὰ δύναμιν τῶν πόλεων καταγραψάμενοι τῶν νέων τοὺς ἀρίστους, κατέλεξαν στρατιώτας πεζοὺς μὲν οὐκ ἐλάττους τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δὲ περὶ δισχιλίους. τὴν δ' ἡγεμονίαν ἔχοντες Λακεδαιμόνιοι, πανδημεὶ πρὸς τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων κίνδυνον ὥρμησαν, Ἄγιδος τοῦ βασιλέως τῶν πάντων ἔχοντος ἡγεμονίαν.

Ἀντίπατρος δὲ πυθόμενος τὴν τῶν Ἑλλήνων συνδρομὴν, τὸν μὲν ἐν τῇ Θρᾴκῃ πόλεμον, ὡς ποτ' ἦν δυνατὸν, [m] διέλυσεν, εἰς δὲ τὴν Πελοπόννησον ἧκε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως. προσλαβόμενος δὲ καὶ παρὰ τῶν συμμαχούντων Ἑλλήνων στρατιώτας, ἤθροισε τοὺς ἅπαντας οὐκ ἐλάττους τῶν τετρακισμυρίων. γενομένης δὲ παρατάξεως μεγάλης, ὁ μὲν Ἆγις μαχόμενος ἔπεσεν· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι πολὺν μὲν ἐκθύμως χρόνον ἀγωνιζόμενοι διεκαρτέρουν, τῶν δὲ συμμάχων βιασθέντων, καὶ αὐτοὶ τὴν ἀναχώρησιν εἰς τὴν Σπάρτην ἐποιήσαντο. ἀνῃρέθησαν δ' ἐν τῇ μάχῃ τῶν μὲν Λακεδαιμονίων καὶ τῶν συμμάχων πλείους τῶν πεντα-

[f] Τέλος ora Steph. & Reg. 1. [g] Domitius Coſpus. Vulgo Δομέτιος. [h] Διαμένοι Reg. 1. [i] Παρεξειν idem. [k] Μονωθέντας τοὺς Ἕλληνας, καὶ μόνους ὄντας ora Steph. & Reg. 1. In Edd. μονωθήσεσθαι μὴ δυνήσεσθαι. Basil. μὴ δυνασθαι ſicuti & Vat. [l] Omittit Reg. 1., neque male. [m] Κατέλυσεν Reg. 2. Vat.

Sed viciſſim Μενίδας marginis lectio melior ea eſt, quae in contextu, ſi eadem ſequimur. Ita enim apud eum legitur: καὶ τιτρώσκει Ἡφαιστίων τε αὐτὸς καὶ Κοῖνος, καὶ Μενίδας. H. STEPH.

Κοῖνος, ἔτι δὲ Μενίδας] Dedi utrique, ut ſuo ſibi nomine adpellarentur. Κοῖνον Auctor ſupra vocavit, atque ita ceteri. Curtius extremo cap. 16. Lib. IV. Hephaeſtionis brachium haſta ictum eſt. Perdiccas, ac Coenus, & Menidas ſagittis prope occiſi. Tetigit & haec nomina correxitque N. Blancardus ad Arriani ſui L. III. p. 196. P. WESS.

62. Ἀριστοφῶντος] Secundum Arrianum (L. III, 15.) non Ἀριστοφῶντος, ſed Ἀριστοφάνους. H. STEPH.

Ἀριστοφῶντος] Errat Stephanus. Ariſtophanem ſuperior annus, quo ad Arbela depugnatum fuit, Archontem habuit, idque eo loco Arrianus teſtatur: Ariſtophontem hic annus. Non negat idem Arrianus, quum Darium Ariſtophonte Archonte mortuum profitetur III. III. 22., nedum Dionyſius, qui de Demoſthenis Oratione pro Corona Epiſt. ad Ammi. p. 124. tempus praeclare ſignans, [illegible] μετὰ τὸν πόλεμον ἐπ' Ἀριστοφῶντος ἄρχοντος [illegible] τὸν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, [illegible] τὸν Φιλίππου τελευτὴν, καθ' ὃν χρόνον Ἀλέξανδρος τὴν ἐν Ἀρβήλοις [illegible] μάχην. Sic enim optime luxata ejus verba ordinavit Jo. Meurſius de Archont. L. IV, 13. Nam quod de praelio ad Arbela additur, factum propterea, quod paullo ante adminiſtratum id fuerit. Conf. Iſ. Caſaubonum ad Theophraſti Charact. C. 8. P. WESS.

63. Γάϊος Δομίτιος] Lege Γναῖος Δομίτιος cum Sigonio. L. RHOD.

Γάϊος Δομίτιος] Sine dubio Δομίτιος, quod & Coſpus expreſſit, verum eſt. Praenomine utrum Cajus an Cnaeus fuerit, non ad modum certum ob diſcordiam ſcriptorum Livii L. VIII, 17. librorum. Conf. Pighium in Faſt. ad ann. CDXXI, & Drakenborch. P. WESS.

73. Μονωθήσεσθαι τοὺς Ἕλληνας &c.] Hoc mihi volgato praeſtare viſum ſemper eſt. Non moveor enallage generis, qua nihil in hoc aliiſque Graecis frequentius, ſed rei ſerie, quae hac ratione

τακισχιλίων καὶ τριακοσίων, τῶν δὲ μετ' Ἀντιπάτρου
538. τρισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι. ἴδιον δέ τι συνέβη καὶ περὶ τὴν τοῦ Ἄγιδος τελευτὴν γενέσθαι. ἀγωνισάμενος γὰρ λαμπρῶς, καὶ πολλοῖς τραύμασιν ἐναντίοις περιπεσών, ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν εἰς τὴν Σπάρτην [u] ἀπεκομίζετο· περικαταλαμβανόμενος δὲ γινόμενος, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀπογνούς, τοῖς μὲν ἄλλοις στρατιώταις προσέταξεν ἀπιέναι τὴν ταχίστην, καὶ διασώζειν [o] αὑτοὺς εἰς τὰς τῆς πατρίδος χρείας· αὐτὸς δὲ καθοπλισθεὶς καὶ εἰς γόνυ διαναστάς, ἠμύνετο τοὺς πολεμίους, καί τινας καταβαλὼν καὶ συνακοντισθεὶς, κατέστρεψε τὸν βίον, ἄρξας ἔτη ἐννέα. ἡμεῖς δὲ διεληλυθότες τὰ πραχθέντα κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐν μέρει τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν συντελεσθέντα διέξιμεν.

ccc. De Antipatri militibus III. M. Iↄ. Circa Agidis vero interitum ſingulare quippiam evenit. Cum praeclare dimicans multa in adverſo corpore vulnera accepiſſet, a militibus in patriam referendus portabatur. Sed ab hoſte circumventus, ubi nullam ſuae incolumitatis ſpem videt reliquam, ſuos quam citiſſime abire, ſeque neceſſariis patriae uſibus reſervare jubet; Ipſe armis ſuis inſtructus genuque ſubnixus hoſtes arcet, & caeſis aliquot, tandem confoſſus mortem oppetit, cum regno praefuiſſet annos IX. At nos Europae res exſecuti, ad ea quae in Aſia ſunt geſta, ſingulatim explicanda revertemur. Olymp. CXII. III.

ΤΗΣ ΕΠΤΑΚΑΙΔΕΚΑΤΗΣ ΤΩΝ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΒΙΒΛΩΝ [p] Η ΔΕΥΤΕΡΑ ΒΙΒΛΟΣ, Η ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΤΜΗΜΑ.

DECIMI SEPTIMI DIODORI LIBRI PARS ALTERA, SIVE TOMUS SECUNDUS. 596

ΔΑΡΕΙΟΣ [q] μὲν γὰρ ἡττηθεὶς ἐν τῇ περὶ Ἄρβηλα παρατάξει, τὴν φυγὴν ἐπὶ τὰς ἄνω σατραπείας ἐποιήσατο, σπεύδων τῷ διαστήματι τῶν τόπων λαβεῖν ἀναστροφήν, καὶ χρόνον ἱκανὸν εἰς παρασκευὴν δυνάμεως. τὸ μὲν οὖν πρῶτον εἰς Ἐκβάτανα τῆς Μηδίας διανύσας, ἐνταῦθα διέτριβε· καὶ τοὺς μὲν ἐκ τῆς φυγῆς ἀνασωζομένους ἀνελάμβανε, τοὺς δὲ ἀνόπλους καθώπλιζε. μετεπέμπετο δὲ καὶ στρατιώτας ἐκ τῶν πλησιοχώρων [r] ἐθνῶν, καὶ πρὸς τοὺς ἐν Βάκτροις καὶ ταῖς ἄνω σατραπείαις σατράπας καὶ στρατηγοὺς διεπέμπετο, παρακαλῶν διαφυλάττειν τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν. Ἀλέξανδρος δὲ, μετὰ τὴν νίκην θάψας τοὺς τετελευτηκότας, ἐπέβαλε τοῖς Ἀρβήλοις, καὶ πολλὴν μὲν εὗρεν ἀφθονίαν τῆς τροφῆς, οὐκ ὀλίγον δὲ κόσμον καὶ γάζαν βαρβαρικήν, ἀργυρίου δὲ τάλαντα τρισχίλια. συλλογισάμενος δὲ τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι φθορὰν τῷ περιέχοντι ἀέρι, διὰ τὸ πλῆθος τῶν νεκρῶν, εὐθὺς ἀνέζευξε, καὶ κατήντησε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως εἰς Βαβυλῶνα. τῶν δ' ἐγχωρίων προθύμως ὑποδεξαμένων αὐτόν, καὶ κατὰ τὰς [s] ἐπισταθμίας λαμπρῶς ἑστιώντων τοὺς Μακεδόνας, ἀνέλαβε τὴν δύναμιν ἐκ τῆς προγεγενημένης ταλαιπωρίας. πλείους δὲ τῶν τριάκοντα ἡμερῶν ἐνδιέτριψε τῇ πόλει, διά τε τὴν δαψίλειαν τῶν ἐπιτηδείων, καὶ τὴν φιλοξενίαν τῶν ἐγχωρίων. μετὰ δὲ ταῦτα τὴν μὲν ἄκραν παρέδωκε τηρεῖν Ἀγάθωνι τῷ Πυδναίῳ, συστήσας αὐτῷ Μα-
539. κεδόνας στρατιώτας ἑπτακοσίους· Ἀπολλόδωρον δὲ τὸν Ἀμφιπολίτην, καὶ Μένητα τὸν Πελλαῖον ἀπέδειξε στρατηγοὺς τῆς τε [t] Βαβυλῶνος καὶ τῶν σατραπειῶν

DARIUS praelio ad Arbela victus, fugam ad provincias ſuperiores intendit, ut ſeſe per locorum diſtantiam recolligeret, tum, ut ſat temporis ad reparandum exercitum haberet, ſtudioſe laborans. Primus igitur curſus Ecbatana illum tulit, ubi aliquandiu ſubſiſtens, relictos a fuga milites ad ſe recepit, armiſque nuditos rurſum inſtruxit. A finitimis etiam gentibus militem evocavit, Satrapaſque ac duces in Bactris & praefecturis ſuperioribus per nuncios eo miſſos, ut in benevolentia & fide erga ſe perſiſterent, admonuit. Interea Alexander, funeratis poſt victoriam, qui in acie occubuerant, Arbela ingreditur: magnamque deliciarum, ornatuſque regii & gazae barbaricae copiam, quippe ter mille argenti pondo (talenta) invenit. Sed cum vicinum aeris tractum ex tanta cadaverum ſtrage infectum iri, facile colligeret, tranſlatis ſtatim caſtris, cum omnibus inde copiis Babylonem pervenit, ubi cum ab incolis benigne exciperetur: & lauta Macedonibus hoſpitia praeberentur: ab aerumnis eo uſque exantlatis exercitum recreavit. Ultraque dies XXX. commodorum abundantia, & civium hoſpitalitate ſic illum attinente, in urbe commoratur. Tum Agathonem Pydnaeum, cum Iↄcc. Macedonum praeſidio, cuſtodiae arcis praefecit; Apollodoro vero Amphipolitae, & Meneti Pellaeo, Babylonis & Satrapiarum ad Ciliciam uſque adminiſtrationem com-

u Ἀπεκομίζετο Reg. 1., ἀπεκομίσθη Baſil. o Αὐτοὺς Reg. 1. p Ἐκ δύο βιβλίων τὸ δεύτερον Baſil. & Reg. 1. q Aſteriſcum habent haec duo in edito Steph., omittunturque a Reg. 1. Baſil. & Venet. r Non eſt in Reg. 1. s Τῇ ἐπιμελείᾳ Venet. t Βαβυλῶνος Reg. 1. in quo σατραπειῶν poſt Μακεδόνας paullo ante deſit.

tione melius procedit multo. P. WESS.

77. Μένωνα γὰρ ὁ καθεσταμένος &c.] *Freinſhem.* in ſupplementis L. VI. *Curtii* hominem *Menonem*, incertum quo Auctore, adpellat. Invenio quidem Menonem Theſſalum, qui cum Graecis bello Lamiaco in Macedonas ſtrenuam operam navaverit L. XVIII, 15., quem tamen eumdem eſſe, decernere non ſuſtineo. Apud *Curtium* L. IX, 3, 21. Memnon ex Thracia ſupplementum adducit Alexandro, qui noſter eſſe poterit, ſi eum in gratiam cum Alexandro rediiſſe conſtaret. P. WESS.

90. Πελοποννησίων δὲ οἱ πλείους &c.] Peloponneſiorum & ceterorum e Graecia concurſum optime omnium deſcribit *Dinarchus*, Demoſthenem perſtringens, tanquam reipublicae nullo tempore utilem, οὐκ ἐπ' Ἄγιδος ἐγένετο, ὅτε Λακεδαιμόνιοι μὲν ἀτυχήσαντες ἐξητάζοντο, Ἀχαιοὶ δὲ καὶ Ἠλεῖοι τῶν πραγμάτων κεκοινωνηκότες, ὑπῆρχον εἰς ξένα μέρη, Ἀλέξανδρος δὲ, ὡς οἱ λέγοντες, ἐν Ἰνδοῖς ἦν, ἡ δὲ Ἑλλὰς ἅπασα, διὰ τὰς ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων προδοσίας, ἀχθομένη τοῖς παροῦσι πράγμασιν, ἀσμένη μεταβολήν τινα τῶν κακῶν τῶν κατεσχηκότων Orat. in Demoſth. p. 94. Scripſi vero ἐπ' Ἄγιδος in his *Dinarchi* verbis, quod alioqui ſententia & abſurda & rebus geſtis foret contraria: nam ἐπ' Ἀργὸς, quod *Stephanus* expreſſit, nihili eſt, ut quiſque videt. Conferre & ea operae fuerit pretium, quae *Aeſchines* in Demoſthenem jecit Orat. in Cteſiph. p. 77. P. WESS.

10. Πλείους τῶν πεντακισχιλίων &c.] Totidem fere memorat *Curtius* L. VI, 1, 16., in caeſis Macedonibus non conſentiens: quae tamen diſcordia librariis magis debetur, quam quidem ipſi ſcriptori. Vide doctiſſimos ejus Interpretes. P. WESS.

19. Ἀγιδι δὲ καθοπλισθεὶς &c.] Vid. eumdem *Curt.* L. VI, 1, 14. & *Pauſan.* L. I, 13. pag. 32. & L. III, 10. pag. 230. P. WESS.

45. Ἀργυρίου δὲ τάλαντα τρισχίλια] *Curtius* hunc locum aemulatur, ſed quatuor millia talentûm, forſan non ſine amanuenſium delicto, annumerans L. V, 1. 10. P. WESS.

60. Στρατηγοὺς τῆς τε Βαβυλῶνος &c.] Non abſurdum eſt Βαβυλωνίας. *Curtius* ibid. §. 43. *Praetoris, qui regioni Babyloniae & civitati praeeſſent, Menetem & Apollodorum reliquit.* Sic editus: ſcripti

Olymp. CXII. III. commiſit: traditiſque cIↄ. talentis argenti, ut quantas poſſent militum copias conducerent, mandavit. Mithrinae, qui Sardium arcem prodiderat, Armeniam conceſſit. De pecuniis denique, quibus illic potitus erat, minas equiti ſenas, auxiliaribus quinas, ex phalange Macedonibus binas, & peregrino militi honoris cauſa bimeſtre ſtipendium donavit.

65. Jamque promotis Babylone caſtris, in itinere rex erat: cum Iↄ. ex Macedonia equites, & VI. cIↄ. peditum; Adhaec Iↄc. equites e Thracia, & Tallienſium cIↄ. cIↄ. cIↄ. Iↄ; E Peloponneſo inſuper cIↄ. cIↄ. cIↄ. cIↄ. peditum, ac cIↄ. ferme equites, ab Antipatro in ſupplementum miſſi, advenere. Hos L. amicorum regis e Macedonia filii, ad cuſtodiam regii corporis a parentibus deſtinati, comitabantur. Quibus receptis, in profectione inſtituta perrexit, ſextiſque caſtris in Sittacenam praefecturam devenit. Et quia haec regio quicquid ad uſum vitae neceſſarium eſſet large ſuppeditabat, complures in ea dies ſubſtitit, tum quod exercitum ab itineris moleſtia reficere ſtuderet, tum quod ordinum militarium accuratiorem ſuſcipere curam, & praefecturas ad gradus altiores extollere, exercitumque numero militum, & ſtrenuitate ducum validiorem efficere, in animo haberet. Nec mora, quae decreverat perfecit: initaque de optimis quibuſque cenſura quam diligentiſſime, cum multos ab amplis magiſteriis ad ſublimiorem poteſtatis gradum promoviſſet, hac ratione factum eſt, ut omnes tandem praefectos ad majorem dignitatem, & amorem ſimul erga ſe firmiſſimum, proveheret. Gregarii quoque militis rectius ordinandi, curam ſuſcepit, multiſque ad commodiorem uſum inventis, etiam hunc ad meliorem ſtatum redegit. Cum denique effeciſſet, ut exercitus totus benevolentia eximia imperatorem complecteretur, & imperiis quam obſequentiſſimum ſe praeberet, fortitudine etiam nullis cederet, ad quae reſtabant certamina deinceps, contendit. In Suſianam cum perveniſſet, regiam toto orbe celeberrimam occupat Suſis, Abulete urbem
597. ſponte ſua tradente. Literis a quibuſdam eſt proditum, juſſiſſe hoc Darium illos, quorum fides ei ſpectata erat. Idque in hunc finem a rege Perſa-

μέχρι Κιλικίας. δοὺς δὲ αὐτοῖς ἀργυρίου τάλαντα χίλια, προσέταξε ξενολογεῖν στρατιώτας ὡς πλείστους. [v] Μιθρίνῃ δὲ τῷ παραδόντι τὴν ἐν Σάρδεσιν ἄκραν, Ἀρμενίαν ἔδωκεν. ἐκ δὲ τῶν ληφθέντων χρημάτων τῶν μὲν ἱππέων ἑκάστῳ ἓξ μνᾶς ἐδωρήσατο, τῶν δὲ συμμάχων, πέντε· τῶν δ' ἐκ τῆς φάλαγγος Μακεδόνων, δύο· τοὺς δὲ ξένους [x] διμήνοις μισθοφοραῖς ἐτίμησε πάντας.

Τοῦ δὲ βασιλέως ἀναζεύξαντος ἐκ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ κατὰ τὴν πορείαν ὄντος, ἧκον πρὸς αὐτὸν παρὰ μὲν Ἀντιπάτρου πεμφθέντες ἱππεῖς μὲν Μακεδόνες πεντακόσιοι, πεζοὶ δὲ ἑξακισχίλιοι· ἐκ δὲ Θρᾴκης ἱππεῖς μὲν ἑξακόσιοι, Τραλλεῖς δὲ τρισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι· ἐκ δὲ Πελοποννήσου πεζοὶ μὲν τετρακισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ βραχὺ λείποντες τῶν χιλίων· ἐκ δὲ τῆς Μακεδονίας, τῶν φίλων τοῦ βασιλέως [y] υἱοὶ πεντήκοντα, πρὸς τὴν σωματοφυλακίαν ὑπὸ τῶν πατέρων ἀπεσταλμένοι. ὁ δὲ βασιλεὺς τούτους παραλαβών, προῆγε, καὶ κατήντησεν ἑκταῖος εἰς τὴν [z] Σιττακηνὴν ἐπαρχίαν· τῆς δὲ χώρας ταύτης πολλὴν ἀφθονίαν ἐχούσης τῶν ἐπιτηδείων πάντων, ἐν ταύτῃ πλείους ἡμέρας ἔμεινεν, ἅμα μὲν σπεύδων ἐκ τῆς κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ταλαιπωρίας ἀναλαβεῖν τὴν δύναμιν, ἅμα δὲ τῆς στρατιωτικῆς τάξεως διανοούμενος ἐπιμεληθῆναι, καὶ τὰς ἡγεμονίας ἀναβιβάσαι, καὶ τὴν δύναμιν ἰσχυροποιῆσαι τῷ τε πλήθει καὶ ταῖς ἀρεταῖς τῶν ἡγεμόνων. συντελέσας δὲ τὰ διεγνωσμένα, καὶ μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας περὶ τῶν [a] ἀρίστων κρίσιν ποιησάμενος, καὶ πολλοὺς ἀπὸ τῆς μεγάλης ἡγεμονίας [b] ἐπὶ μεγάλας ἐξουσίας ἀναβιβάσας, πάντας τοὺς ἡγεμόνας εἰς ἀξίωμα μεῖζον καὶ στοργὴν ἰσχυρὰν πρὸς ἑαυτὸν προήγαγεν. ἐπεμελήθη δὲ καὶ τῆς ἰδιωτικῆς τῶν στρατιωτῶν διατάξεως, καὶ πολλὰ πρὸς τὴν εὐχρηστίαν [c] ἐπινοησάμενος, ἐπὶ τὸ κρεῖττον διωρθώσατο. κατασκευάσας δὲ πᾶσαν τὴν στρατιὰν [d] εὐνοίᾳ τε πρὸς τὸν ἡγούμενον διαφέρουσαν, καὶ πρὸς τὰ παραγγελλόμενα πειθαρχοῦσαν, ἔτι δὲ ταῖς ἀνδραγαθίαις ὑπερβάλλουσαν, ἐπὶ τοὺς ὑπολειπομένους ἀγῶνας ὥρμησεν. Εἰς δὲ τὴν Σουσιανὴν καταντήσας, ἀκινδύνως παρέλαβε τὰ διαβόητα ἐν Σούσοις βασίλεια, ἑκουσίως [e] Ἀβουλήτου τοῦ σατράπου παραδόντος αὐτῷ τὴν πόλιν, ὡς μέν τινες γεγράφασι, προστάξαντος Δαρείου τοῖς πεπιστευμένοις ὑπ' αὐτοῦ. τοῦτο δὲ πρᾶξαι τὸν βασιλέα τῶν Περσῶν ὅπως ὁ μὲν Ἀλέξαν-

v Μιθρήνῃ Reg. 1. Mithrinnem Cuſpin. x Διμηναίοις Reg. 1., διμήνου Vat. y [illegible] Reg. 1. z Σιτ̓ακ. Reg. pr. Vulgo Σιτακηνήν. a Ἀρίστων ora Steph. Reg. 1. b Haec uſque ad μεῖζον deſunt Veneto. c Ἐπινοήσας marg. Steph. tum καὶ πρὸς τὰ κρ. d Εὐνοίας τε Reg. 1. e Ἀβουλήτου in ora Steph. Vat. Venet. Baſil. Cuſp.

ſcripti magno numero ac Ciliciae, quod pro rejiculo non eſſe putandum, nota Freinſhemii declarabit. P. Wess.

65. Τῶν μὲν ἱππέων ἑκάστῳ ἓξ μνᾶς ἐδωρήσατο &c.] Curtius iterum, ex pecunia deinde Babylonica Macedonibus equitibus ſexceni denarii tributi; peregrinus eques quingenos accepit. Ducenis pedeſtrium ſtipendium menſum eſt. Non ille quidem male, quamquam ſuſpicio non deſit, pauca in illis deſiderari. Cur enim negligitur peregrinorum peditum ſtipendium? cur menſum ſine poſtrema voce in ſchedis vetuſtioribus? Poſſes, niſi audacius videretur, duceni pedeſtrium, peregrinorum ſtipendium duum menſium. Ego equidem nihil decerno, conjectura contentus. P. Wess.

73. Τραλλεῖς δὲ τρισχίλιοι] Rectius Τράλλεις. Heſychius Τράλλεις, ἔθνος ἐκ Ἰλλυριῶν μεταφερόμενοι Θρᾳκὸς τῆς Βισαλτίας, οἱ τὰς φονικὰς χρείας πληροῦσι. Cui Thraciae gentibus Tralles annumeranti conſentit Plut. Ageſil. pag. 604. D., non item Stephanus in Τραλλία. Sed vide L. Kuſter. ad Jamblichum Vit. Pyth. pag. 146., & praeter ceteros H. Valeſium ad Dionis Excerpt. pag. 90. P. Wess.

80. Εἰς τὴν Σιττακηνὴν] Hoc malui, tam ob geminatam illam literam L. XVIII, 6., tum quod Σιττάκη, uti apud Aelian. de Animal. L. XVI, 42. & Plinium L. VII, 27. ſcribitur, format Σιττακηνὴν χώραν, nunquam Σιτακηνήν. Situm regionis ſignat Strabo L. XVII. p. 1079. B. & Curtius L. V, 1., ſed in vocis ſcriptura mire pravus, ſicuti Cellarius docuit. P. Wess.

85. Καὶ τὰς ἡγεμονίας ἀναβιβάσαι] Ab humili ordine ad ampliorem gradum promovere, ut Curtius loqui amat, ſive, ut mox Noſter, ἀπὸ τῆς μεγάλης ἡγεμονίας ἐπὶ μεγάλας ἐξουσίας ἀναβιβάσας, quo in genere non inſolens id verbum. Demades Orat. fragm. p. 179. καὶ πάλιν μὲν οἱ τὴν Ἑλλάδα καθαιροῦντες Ἀλέξανδρον ἀπὸ τῶν ἡγεμονιῶν ἀναβιβάζειν. Philo Belopoic. p. 97. καὶ τὸν μὲν δοῦλον, ἐλεύθερον ἀναφῆναι, τὸν δὲ στρατιώτην ἀναβιβάζειν. Contrarium hoc Syneſii de Ageſilao Or. de Regn. p. 20. C. καὶ ἐγγὺς ἦλθεν καταβιβάσαι (Perſarum regem) τῆς ἀρχῆς. ὁ μὲν γὰρ φρονήματος ἀπεβίβασε. P. Wess.

88. Περὶ τῶν ἀρίστων] Ἀρετῶν ſi praetuleris, ſuccurret Curtius, haec Diodori imitatus, L. V, 2, 3. P. Wess.

3. Ἀβουλήτου σατράπου παραδόντος] Ἀβουλίτου Arrian. L. III, 16. & Curtius V, 2, 8., Noſtrum Latine iterum exprimens, vocant, & verius, ut ego quidem ſuſpicor. P. Wess.

13. Πλείω τῶν τετρακισμυρίων ταλάντων] Totidem Plut. Alex. p. 686. C., ſed pecuniae ſignatae. Curtius & Arrianus talentûm quinquaginta millia. P. Wess.

17. Χαρακτῆρα Δαρεικὸν ἔχοντα] Darici aequabant Atticas argenteas drachmas XX., auctore Harpocratione in Δαρεικὸς & ſchol. ad Ariſtoph. Eccleſiaz. v. 598., habebantque Darii principis inſculptam imaginem, ſi non fallit B. Briſſonius, χαρακτῆρα Δαρεικὸν huc trahens, L. II. de Perſ. Regno p. 610. Adde Jo. Fr. Gronov. de Pec. Veter. L. III, 7. P. Wess.

22. Ἀπολείπεσθαι πολὺ τῆς κατὰ τὸν θρόνον ὑποβάθρα] Ὑπόθημα τὸ ὑπὸ τοῖς ποσὶν Pauſanias, qui Athenis θρανίον eſſe addit L. V. p. 402., Hebraeis הדם רגלים. ὑποπόδιον τῶν ποδῶν. In Aſiae regum

540. ἀλέξανδρος εἰς περισπασμοὺς ἀξιολόγους καὶ περιλήψεις ἐπιφανεστάτας τῶν πόλεων καὶ θησαυρῶν μεγάλων ἐμπεσὼν, ἐν ἀσχολίαις ὑπάρχῃ· ὁ δὲ Δαρεῖος τῇ φυγῇ λαμβάνῃ χρόνον εἰς τὴν τοῦ πολέμου παρασκευήν.

Ὁ δ' Ἀλέξανδρος, παραλαβὼν τὴν πόλιν καὶ τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις θησαυροὺς, εὗρεν ἀσήμου χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πλείω τῶν τετρακισμυρίων ταλάντων. ταῦτα δὲ ἐκ πολλῶν χρόνων οἱ βασιλεῖς ἄθικτα διετήρησαν, πρὸς τὰ παράλογα τῆς τύχης [f] ἀπολιπόντες αὑτοῖς καταφυγάς. χωρὶς δὲ τούτων ὑπῆρχεν ἐνακισχίλια τάλαντα χρυσοῦ, χαρακτῆρα Δαρεικὸν ἔχοντα. ἴδιον δέ τι συνέβη γενέσθαι τῷ βασιλεῖ κατὰ τὴν παράληψιν τῶν χρημάτων. [g] καθίσαντος γὰρ αὐτοῦ ἐπὶ τὸν βασιλικὸν θρόνον, καὶ τούτου μείζονος ὄντος ἢ κατὰ τὴν συμμετρίαν τοῦ σώματος, τῶν παίδων τις ἰδὼν τοὺς πόδας ἀπολείποντας πολὺ τοῦ κατὰ τὸν θρόνον ὑποβάθρου, βαστάσας τὴν Δαρείου τράπεζαν, ὑπέθηκε τοῖς ποσὶν [h] αἰωρουμένοις. ἁρμοστῆς δὲ γενομένης, ὁ μὲν βασιλεὺς ἀπεδέξατο τὴν τοῦ πράξαντος εὐστοχίαν· τῶν δὲ παρεστώτων τις τῷ θρόνῳ εὐνοῦχος, κινηθεὶς τὴν ψυχὴν τῇ μεταβολῇ τῆς τύχης, ἐδάκρυσεν. ὃν ἰδὼν ὁ Ἀλέξανδρος ἤρετο, τί κακὸν ἰδὼν γεγονὸς κλαίεις; ὁ δὲ εὐνοῦχος ἔφησε, νῦν μὲν σός εἰμι δοῦλος, πρότερον δὲ Δαρείου· καὶ φύσει φιλοδέσποτος ὢν, ἤλγηκα ἰδὼν τὸ [i] παρ' ἐκείνῳ μάλιστα τιμώμενον, νῦν ἄτιμον γεγονὸς σκεῦος. ὁ δὲ βασιλεὺς διὰ τῆς ἀποκρίσεως λαβὼν ἔννοιαν τῆς ὅλης κατὰ τὴν Περσικὴν βασιλείαν μεταβολῆς, ὑπέλαβεν ἑαυτὸν ὑπερήφανόν τι πεποιηκέναι, καὶ τῆς πρὸς τὰς αἰχμαλώτιδας ἐπιεικείας ἀλλοτριώτατον. Διόπερ προσκαλεσάμενος τὸν θέντα τὴν τράπεζαν, ἐπέταξεν ἆραι πάλιν. ἐνταῦθα παρεστὼς Φιλώτας, ἀλλ' οὐχ ὕβρις ἐστὶν, εἶπε, τὸ μὴ ὑπὸ σοῦ προσταχθὲν, ἀλλὰ δαίμονός τινος ἀγαθοῦ προνοίᾳ καὶ βουλήσει. ὁ δὲ βασιλεὺς, οἰωνισάμενος τὸ ῥηθὲν, προσέταξεν ἐᾶν κειμένην ὑπὸ τῷ θρόνῳ τὴν τράπεζαν.

Μετὰ δὲ ταῦτα τὴν μὲν Δαρείου μητέρα καὶ τὰς θυγατέρας καὶ τὸν υἱὸν ἀπέλιπεν ἐν Σούσοις, καὶ παρακατέστησε τοὺς διδάξοντας τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον· αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας, τεταρταῖος ἐπὶ τὸν Τίγριν ποταμὸν ἀφίκετο. ὃς ῥέων

rum eſſe factum, ut rebus arduis diſtricto Alexandro dum urbes clariſſimas theſauroſque maximos recipit, otium ſubtraheretur, Dariuſque interim ad inſtaurandum bellum ſat in fuga temporis haberet. Olymp. CXII. III.

66. Alexander itaque oppido & theſauris in regia potitus, auri & argenti forma non ſignati plus XL. M. talentûm invenit. Has opes longa aetate intactas conſervarant reges, ut ad inopinatos fortunae caſus, quo refugerent, in promtu foret. Praeter haec etiam IX. M. talentûm auri, Darico ſigno notati, aderant. In hac opum recenſione novum quiddam regi accidit. In regia is ſella conſederat, quae cum excelſior, quam pro habitu corporis eſſet, unus ex regiis pueris pedes imum ſolii gradum non contingere videns, allatam Darii menſam pedibus ita ſuſpenſis ſubdidit. Haec ubi quam aptiſſime convenit, Rex quidem facti ſolertiam probat: Sed ex Eunuchis ſellae adſtantibus quidam, hac ſortis mutatione vehementius animo commotus, lacrymas profundit. Id animadvertens Alexander, quid mihi accidere vidiſti, ut ita fleas? rogat. Cui ille; Nunc tuus quidem ſervus ſum, ut antea Darii. Sed quia naturali quadam propenſione Dominum amo, menſam, ab eo ſummo in honore habitam, nunc eo contemtus dejectam, abſque ſingulari moeſtitia intueri haud poſſum. Hoc reſponſo ad conſiderationem, quanta imperium Perſicum mutatio excepiſſet, rex adactus, inſolens a ſe facinus commiſſum, & ab humanitate, qua erga captivas uſus fuerat, alienum, reputare coepit. Advocatum ergo qui menſam collocarat, removere illam jubet, ſed aſtans illi Philotas; Non inſolentiae hoc eſt, ô rex, ait, injuſſu tuo factum: ſed boni cujuſdam genii providentia & voluntate id evenit. Quod pro dextro omine rex accipiens, menſam, regiae ſellae ſuppoſitam loco permanere juſſit.

67. Poſt haec Darii matrem & filias natumque Suſis reliquit: ſed magiſtris, qui Graecam eos linguam edocerent, adhibitis. Ipſe vero cum copiis inde movens, quartis caſtris ad Tigrim fluvium deve-

f Ἀπολιπόντες αὐτοῖς Reg. 1. g Καθίσαντος Reg. 2. Baſil. h Ἐωρουμ. iidem. i Παρ' ἐκείνου Reg. 1.

regum palatiis ſolia erant celſiora, quibus conmode inſidere non poterant abſque ὑποβάθρου fulcimento. Agit de illis *Briſſon.* de Reg. Perſ. L. I. p. 103. *Curtius* veſte Latina haec induens L. V, 2, 13., σκεῦος ἄτιμον γεγονὸς quod ſequitur, *menſam ad ludibrium recidentem* vertit. Tu contende Paullinum σκεῦος εἰς ἀτιμίαν Ep. ad Rom. IX, 21. P. WESS.

36. Τῆς πρὸς τὰς αἰχμαλώτιδας &c.] Interpres *qua erga captivos utendum eſſet.* Ergone αἰχμαλώτους legit? quod profecto conmodius foret. Si tamen vertas, ut factum ejuſdem conſilio vides, ſententia tolerabilis erit. P. WESS.

40. Ἀλλ' οὐχ ὕβρις ἐστὶν, εἶπε] Geminum *Ariſtoph. Plut.* v. 887. Ἆρ' οὐχ ὕβρις πολλὴ ταῦτ' ἐστί; ſed diverſum tamen: Atticum illud eſt, gravem indignationem continens, & Terentiano ſimile, *quid eſt, ſi hoc non contumelia eſt!* in Andr. I, 5, 2. Conf. *T. Hemſterh.* ad *Luciani* D. Mort. II, 2. P. WESS.

49. Ἐπὶ τὸν Τίγριν] Pro Τίγριν *Arrianus* habet Πασιτίγρην. ſcribit enim (L. III. 17.) καὶ διαβὰς τὸν Πασιτίγρην ποταμὸν, ἐμβάλλει εἰς τὴν Οὐξίων γῆν. Habebimus autem infra (L. XIX, 21.) Πασίτιγριν itidem apud hunc Scriptorem. H. STEPH.

Ἐπὶ τὸν Τίγριν] Quae ſequuntur, arguunt hunc locum falſi. Nam Tigris fluvius non tranſit per Uxiorum fines, & multo majus ſpatium terrarum oberrat, quam hoc loco tranſire dicitur. Nam mille ſexcenta ſtadia tantum ab origine ſua ad mare uſque emetitur ſecundum hunc locum: at Tigris decuplicem ſpatii habet decurſum. Sed ex *Arriano* patet quomodo legendum ſit L. III. p. 128. ἄρας δὲ ἐκ Σούσων καὶ διαβὰς τὸν Πασιτίγρην ποταμὸν, ἐμβάλλει εἰς τὴν Οὐξίων γῆν. Ergo & apud *Diodorum* hoc loco lego confidenter ἐπὶ τὸν Πασίτιγριν ποταμόν. JAC. PALM.

Ἐπὶ τὸν Τίγριν ποταμὸν ἀφίκετο] *Curtius* L. V, 3, 1. *Rex quartis caſtris pervenit ad fluvium, Paſitigrim incolae vocant: oritur ex montibus Uxiorum, & per L. ſtadia ſilveſtribus ripis praeceps inter ſaxa devolvitur. Accipiunt deinde eum campi, quos clementiore alveo praeterit, jam navium patiens. DC. ſtadia ſunt molioris ſoli, per quod leni tractu aquarum Perſico mari ſe inſinuat.* Quae unde ſint ſumpta, cum videat quiſque, non dubium eſt, quin *Curtius* hic Πασιτίγριν invenerit. Idem mihi ceteri ſcriptores, *Strabo*, *Plutarchus*, *Arrianus*, perſuadent, hoe ex Uxiorum montibus devolvens flumen Paſitigrim adpellantes, itaque primis Auctor ipſemet, ter quaterque L. XIX. *Paſitigrim* vero nomine nuncupans. Itaque deſcribentium peccatum eſſe, non *Diodori*, bene decernit *Cellarius* ad *Curtii* excerptum locum. At infra L. XIX, 17. unius diei itinere Suſis eum amnem abeſſe ait, ad quem quartis caſtris Alexander Suſis profectus perveniſſe dicitur: quae quidem difficultas diſſipabitur, ſi illic de expedito viatore, hic de itinere gravis & inpedimentis onuſti exercitus agi cogitaveris. Verum additur *ibid.*, καὶ φερόμενος μὲν ἀπὸ τῆς ὁρμῆς ἐπὶ σταδίους ἑπτακοσίους εἰς τὴν ἐρυθρὰν ἐξερεύγεται θάλασσαν, quod ſi cum illis, quae ſub manu ſunt, contenderis, inſignis adparebit diſcordia. Totus fluvii, quam longus eſt, curſus ſeptingentis ibi ſtadiis abſolvitur: hic per mille ſtadia praeceps inter ſaxa lapſus ſexcenta adhuc alia prius conficit, quam in mare evolvitur. *Cl. Salmaſius*, ut Auctor ſecum ipſe & cum *Curtio* conſentiat, illa ἐπὶ σταδίους χιλίους in quinquaginta aut centum circiter conmutanda arbitratur ad *Solin.* p. 494., opera expedita, ſed & audaci. Namque in *Curtio* ſchedae quaedam veteres *per mille ſtadia*, prorſus, ut hic, praeferunt, *Modio* probante: poſſunt praeterea ἀπὸ τῆς ὁρμῆς ἐπὶ στα-

Olymp. CXII. 1. devenit. Is e montibus Uxiorum ortus, primo per regionem aſperam, magniſque interciſam voraginibus, ad ꟾↄ. ſtadia defertur. Hinc a campis exceptus, clementiore ſubinde alveo eos percurrit: Et ꟾↄc. inde ſtadia emenſus, in Perſicum mare ſe inſinuat. Amne ſuperato Alexander terram Uxiorum petit fertiliſſimam. Nam aquis largiſſimis perrigata fructus omnis generis copioſiſſime producit. Ex his tempeſtive per autumnum deſiccatis omnis generis condimenta ad uſum & voluptatem hominum mercatores per Tigrim in Babyloniam devehunt. Omnes vero aditus a Madete, qui propinqua cognatione Darium attingebat, & validiſſimo exercitu inſtructus erat, praeſidiis munitos offendit. Dumque locorum firmitatem diligentius explorat, & nullum per rupes tranſitum patere cernit: indigenarum quidam e gente Uxiorum, & locorum peritus, Alexandro pollicetur, ſe per anguſtam quandam perdifficilemque ſemitam eo uſque ducturum milites, ut ſupra capita hoſtium evadant. Probato rex ſermone, non mediocrem duci manum adjungit. Ipſe interea, ut quantum ejus fieri poſſit, tranſitum ſibi aperiat obſidentes aditum invadit, acrique praelio, dum integri feſſis ſubmittuntur, commiſſo, & Barbaris certamine diſtractis, ex improviſo, qui miſſi fuerant, ſe tranſitum cuſtodientibus loco ſuperiori o-
598. ſtendunt. Perculſis rei novitate Barbaris & in fugam dilapſis, rex tranſitu potitur, & ſubito cunctas per Uxianam urbes in ditionem redigit.

68. Motis inde caſtris, Perſiam verſus progreditur, & die quinto Suſiades, quas vocant, petras ingreditur. Has jam ante inſederat Ariobarzanes cum peditum XXV. M. & equitibus CCC. Rex autem portam illam vi ſe occupaturum exiſtimans, per anguſta impeditaque loca, nemine moleſtiam faceſſente, cum agmine contendit. Barbarique ad tempus tranſitum permittunt. Simulac vero ad medias loci difficultates & anguſtias perventum, illico vires ſuas expediunt, crebraque ingenti pondere ſaxa devolvunt: quae in Macedones praecipitata magnam ſtragem faciunt. Nec exigua illorum pars, jaculis rem deſuper e rupibus agere, ſemperque in turba conferta ubicunque tela intenderent, aliquos ferire. Alii, miſſis e manu lapidibus, Macedones, vi perrumpere conantes, retropellere. Et quia locorum aſperitate adjuti praevalebant, magnum numerum occidere, nec minorem ſauciare. Alexander ergo cum tantae cladis atrocitati obſiſtere non poſſet, videretque ex ho-

ἀπὸ τῆς Ουξίων ὀρεινῆς, τὸ μὲν πρῶτον φέρεται διὰ χώρας τραχείας καὶ χαράδραις μεγάλαις διειλημμένης, ἐπὶ σταδίους χιλίους. ἔπειτα διαῤῥεῖ χώραν πεδιάδα, πραϋνόμενος ἀεὶ μᾶλλον καὶ διελθὼν σταδίους ἑξακοσίους, ἐξίησιν εἰς τὴν κατὰ Πέρσας θάλασσαν. διαβὰς δὲ τὸν Τίγριν, προῆγεν ἐπὶ τὴν 541.
Ουξίων χώραν, οὖσαν πάμφορον καὶ δαψιλέσιν ὕδασι διαῤῥεομένην, καὶ πολλοὺς καὶ παντοδαποὺς ἐκφέρουσαν καρπούς. διὸ καὶ τῆς ὡρίμου ξηραινομένης ὀπώρας παντοδαπὰ [k] πλάσματα χρήσιμα πρὸς ἀπόλαυσιν οἱ τὸν Τίγριν πλέοντες ἔμποροι κατάγουσιν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν. καταλαβὼν δὲ τὰς παρόδους φυλαττομένας ὑπὸ [l] Μαδέτου, συγγενοῦς μὲν ὄντος Δαρείου, δύναμιν δὲ ἔχοντος ἀξιόλογον, κατεσκέψατο τὴν ὀχυρότητα [m] τῶν τόπων. ἀπαροδεύτων δ' ὄντων κρημνῶν, τῶν ἐγχωρίων τις ἀνὴρ, Ουξιος μὲν τὸ γένος, ἔμπειρος δὲ τῶν τόπων, ἐπηγγείλατο τῷ βασιλεῖ διά τινος στενῆς ἀτραποῦ καὶ παραβόλου ἄξειν τοὺς στρατιώτας, ὥστε ὑπερδεξίους γενέσθαι τῶν πολεμίων. ὁ δ' Ἀλέξανδρος, προσδεξάμενος τοὺς λόγους, τούτῳ μὲν συναπέστειλε τοὺς ἱκανοὺς στρατιώτας· αὐτὸς δὲ τὴν δίοδον κατασκευάσας, ἐφ' ὧν ἦν ἐνδεχόμενον, προσέβαλε [n] τοῖς ἐπὶ τῶν παρόδων ἐφεστηκόσιν. ἐκ διαδοχῆς δὲ ἐνεργῶς τοῦ κινδύνου συνεστῶτος, καὶ τῶν Βαρβάρων περισπωμένων περὶ τὸν ἀγῶνα, παραδόξως οἱ πεμφθέντες ἐφάνησαν ὑπερδέξιοι τοῖς τὴν πάροδον φυλάττουσι. καταπλαγέντων δὲ τῶν Βαρβάρων, καὶ πρὸς φυγὴν ὁρμησάντων, ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς διεξόδου, καὶ ταχέως πασῶν τῶν κατὰ τὴν Ουξιανὴν πόλεων.

[o] Ἐντεῦθεν δ' ἀναζεύξας προῆγεν ἐπὶ τὴν Περσίδα, καὶ πεμπταῖος ἧκεν ἐπὶ τὰς Σουσιάδας καλουμένας πέτρας. ταύτας δὲ προκατειληφὼς ἦν ὁ Ἀριοβαρζάνης, μετὰ στρατιωτῶν πεζῶν μὲν δισμυρίων καὶ πεντακισχιλίων, ἱππέων δὲ τριακοσίων. ὁ δὲ βασιλεὺς, δόξας τῇ βίᾳ κρατήσειν τῆς πύλης, προῆγε διὰ τόπων στενῶν καὶ τραχέων, οὐδενὸς παρενοχλοῦντος. οἱ δὲ Βάρβαροι μέχρι μέν τινος εἴων αὐτὸν διαπορεύεσθαι τὰς παρόδους, ἐπεὶ δὲ εἰς μέσας τὰς δυσχωρίας ἧκον, ἄφνω τὴν ἐπίθεσιν ἐποιοῦντο, καὶ πολλοὺς μὲν ἁμαξιαίους [p] λίθους ἐπεκύλιον, οἳ προσπίπτοντες ἄφνω τοῖς Μακεδόσι, πολλοὺς διέφθειρον· οὐκ ὀλίγοι δ' ἀπὸ [q] τῶν κρημνῶν ἀκοντίζοντες εἰς πεπυκνωμένους, οὐκ ἀπετύγχανον τῶν σκοπῶν· ἄλλοι δ' ἐκ χειρὸς τοῖς λίθοις βάλλοντες τοὺς βιαζομένους τῶν Μακεδόνων ἀνέστελλον. πολλὰ δ' αὐτοῖς τῆς δυσχωρίας συνεργούσης, ἐπλεονέκτουν, καὶ συχνοὺς μὲν ἀπέκτεινον, οὐκ ὀλίγους δὲ κατετίτρωσκον. ὁ δ' Ἀλέξανδρος [r] τῇ δεινότητι τοῦ πάθους ἀδυνατῶν βοηθεῖν, καὶ θεωρῶν

k In *Baſil.* *ματα* tantum, omiſſa ſyllaba priore. *l* *Μαδου* ora *Steph.* & *Reg.* 1. Madete *Coſpus*. In *Edd.* *Μιτου*. *m* *Τοῦ τόπου* marg. *Steph.* *n* *Ἐπὶ τοῖς τῶν* *Reg. pr.* tum *ἐναργῶς* *idem*. *o* Non leguntur in *Reg.* 2. & *Baſil.* binae hae voces, propterea a *Steph.* aſteriſco notatae. *p* *Λίθους ἐπεκύλιον* ſine interpoſitis vocibus *τοῖς μεγέθεσιν*, quas & *Steph.* nota inuſſit, *Baſil.* & *Reg.* 2. *q* *Τοῦ κρημνοῦ* ora *Steph.* Paullo ante *τοῖς Μακεδόσι ἀθρόοι* ſatis eleganter *Reg.* 1. *r* *Τὴν δεινότητα* *idem*.

σταδίους ἑπτακοσίους Lib. XIX, 17. ſtadia eſſe mollioris ſoli, per quod, ubi ſeſe montibus explicuit, leni tractu in Perſicum ſinum decurrit. Itaque in dubio apud me eſt, utri ſe loco vitium inſinuarit. *Blancardus* quidem hunc ipſum in mendo cubare atque ex L. XVII, 17. reſtigendum eſſe, niſi ſi *ἁμάρτημα μνημονικὸν* ſcriptoris ſit, haud dubitat ad *Arrian.* L. III. p. 199. Vellem & *Salmaſii* conmeminiſſet, cui ea debet. P. Wess.

59. *Παντοδαπὰ πλάσματα*] Non placent *condimenta* Interpretis, *figuras* praefero. Solebant ficus, pruna aliaque id genus, ubi ſiccaverant, in maſſam ſingula denſare variiſque formis inſtruere: *παλάθας* vocant. *Hieronymus* in Oſeae C. I. *Eſt autem* (*παλάθη*) *maſſa pinguium caricarum, quas in morem laterum figurantes ut diu illaeſae permaneant, calcant atque conpingunt.* Unde *Amyntas* de aërio melle in ejuſmodi maſſam ſtipato *εἰς παλάθ; Συριακῆς τρόπον* ΠΛΑΤΤΟΝΤΕΣ apud *Athen.* L. X. pag. 500. C., & *Theophraſtus* de prunis Aegyptiis ſiccatis *καὶ τὴν πυρῆνα ἐξαιροῦντες κόπτουσι καὶ ποιοῦσι παλάθας* Hiſt. plant. L. IV, 3 Quo ex genere *prunorum globus atque cottanorum* celebratur a *Statio*, & *Palathion Caryotarum*, ut optime *Salmaſius*, a *Martiale* Epig. 24. Xenior., ubi *Scriverium* inſpice. P. Wess.

62. *Ὑπὸ Μαδέτου*] Hoc tantiſper ex *Coſpo* adſciſcendum duxi, donec meliores ſchedae verum homini nomen reddant: ſcripti *Codd.* non longe abeunt. *Curtio* *Madates* eſt, e quo *Freinſhem.* *Μιτου* ſive *Μαδου* hoc nomen reſingebat, L. V, 3, 4. P. Wess.

71. *Ἐφ' ὧν ἦν ἐνδεχόμενον*] Fuiſſe opinor *ἀφ' ὧν*. Alibi *ἐκ τῶν ἐνδεχομένων*, uti in *Stobaei* Serm. I. p. 14. *Archytas*, & ſupra L. I, 54. *Diodorus*. P. Wess.

78. *Καὶ ταχέως πασῶν — πόλεων*] Voces *ἐγκρατὴς ὑπῆρξε*, quae artiſſime his adhaerebant, imperio *Codd.* induxi; conſtat ſine illis ſententia. N. *Blancardi* eadem quidem ad *Arrian.* L. III. p. 200. mens, ſed verborum ſeriem citra cauſſam mutat. P. Wess.

81. *Ἐπὶ τὰς Σουσιάδας — πέτρας*] *Polyaen.* IV, 3, 27. & *Cur-*

ρῶν μηδένα τῶν πολεμίων μήτε τεθνηκότα [s] μήτε ὅλως τετρωμένον, τῶν δὲ ἰδίων ἀπολωλότας μὲν
542. πολλούς, κατατετρωμένους δὲ σχεδὸν ἅπαντας τοὺς [t] προσβαλόντας, ἀνεκαλέσατο τῇ σάλπιγγι τοὺς στρατιώτας ἀπὸ τῆς μάχης. [v] ἀναχωρήσας δὲ ἀπὸ τῶν παρόδων σταδίους τριακοσίους, κατεστρατοπέδευσε, καὶ παρὰ τῶν ἐγχωρίων ἐπυνθάνετο μή τις ἑτέρα ἐστὶ διεκβολή. πάντων δ' ἀποφαινομένων δίοδον μὲν μηδεμίαν ἄλλην ὑπάρχειν, περίοδον δὲ εἶναι πολλῶν ἡμερῶν· αἰσχρὸν εἶναι νομίσας ἀτάφους ἀπολιπεῖν τοὺς τετελευτηκότας, καὶ τὴν αἴτησιν τῶν νεκρῶν οὖσαν [x] ὁρῶν ἀσχήμονα καὶ περιέχουσαν ἥττης ὁμολόγησιν, προσέταξεν [y] ἀπαγαγεῖν ἅπαντας τοὺς αἰχμαλώτους. ἐν δὲ τούτοις ἧκεν ἀπαγόμενος ἀνὴρ δίγλωττος, εἰδὼς τὴν Περσικὴν διάλεκτον· οὗτος δὲ ἑαυτὸν ἀπεφαίνετο [z] Λύκιον μὲν εἶναι τὸ γένος, αἰχμάλωτον δὲ γενόμενον ποιμαίνειν κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὀρεινὴν ἔτη πλείω· δι' ἣν αἰτίαν ἔμπειρον γενέσθαι τῆς χώρας, καὶ δύνασθαι τὴν δύναμιν ἀγαγεῖν διὰ τῆς καταδένδρου, καὶ κατόπιν ποιῆσαι τῶν τηρούντων τὰς παρόδους. ὁ δὲ βασιλεύς, μεγάλαις δωρεαῖς τιμήσειν [a] ἐπαγγειλάμενος τὸν ἄνδρα, τούτου καθηγουμένου διῆλθεν ἐπιπόνως τὴν ὀρεινὴν νυκτός, πολλὴν μὲν πατήσας χιόνα, πᾶσαν δὲ κρημνώδη χώραν περάσας, χαράδραις βαθείαις καὶ πολλαῖς φάραγξι διειλημμένην. ἐπιφανεὶς δὲ ταῖς προφυλακαῖς τῶν πολεμίων, τοὺς μὲν πρώτους κατέκοψε, τοὺς δ' ἐπὶ τῆς δευτέρας φυλακῆς τεταγμένους ἐζώγρησε· τοὺς δὲ τρίτους τρεψάμενος, ἐκράτησε τῶν παρόδων, καὶ τοὺς [b] πλείστους τῶν περὶ τὸν Ἀριοβαρζάνην ἀπέκτεινε.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τὴν Περσέπολιν [c] προάγων, κατὰ τὴν ὁδὸν ἐπιστολὴν ἐκομίσατο παρὰ τοῦ κυριεύοντος τῆς πόλεως Τηριδάτου. ἐν ταύτῃ δ' ἦν γεγραμμένον, ἐὰν παραγενόμενος φθάσῃ τοὺς ἐπιβαλλομένους διατηρῆσαι Δαρείῳ τὴν Περσέπολιν, [d] κύριος ἔσται ταύτης ὑπ' αὐτοῦ παραδοθείσης. διόπερ ὁ Ἀλέξανδρος κατὰ σπουδὴν ἦγε τὴν δύναμιν, καὶ τὸν Ἀράξην ποταμὸν ζεύξας, διεβίβασε τοὺς στρατιώτας. Προάγοντος δὲ τοῦ βασιλέως, θέαμα παράδοξον καὶ δεινὸν ὤφθη, μισοπονηρίαν μὲν περιέχον κατὰ τῶν πραξάντων, ἔλεον δὲ καὶ συμπάθειαν ἐπιφέρον πρὸς τοὺς ἀνήκεστα πεπονθότας. ἀπήντησαν γὰρ αὐτῷ μεθ' ἱκετηριῶν Ἕλληνες ὑπὸ τῶν [e] πρότερον βασιλέων ἀνάστατοι γεγονότες, ὀκτακόσιοι μὲν σχεδὸν τὸν ἀριθμὸν ὄντες, ταῖς δ' ἡλικίαις οἱ πλεῖστοι μὲν γεγηρακότες, ἠκρωτηριασμένοι δὲ [f] πάντες, οἱ μὲν χεῖρας, οἱ δὲ πόδας, οἱ δὲ ὦτα καὶ ῥῖνας· τῶν δ' ἐπιστήμας ἢ τέχνας εἰδότων, καὶ ἐν παιδείᾳ
543. προκεκοφότων τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἀκρωτηρίων ἀπέκο-

Olymp. CXII. III.

ſtibus non modo non cadere quenquam, ſed nec vulnerari: de ſuis vero plurimos interire, ac ferme omnes in prima acie vulneribus confectos, tuba receptui ſignum dedit. Et e faucibus illis retrogreſſus ad ccc. ſtadia, caſtris locum delegit. Tum ex incolis ſciſcitatus, num qua alius foret tranſitus, omnes reſpondent, nuſquam alibi patere iter; multorum tamen dierum circuitu intrari poſſe. At rex turpe ſibi ducens, ſi militum cadavera inſepulta relinqueret, eaque ad ſepulturam expetere, ignominioſum ſibi, ac manifeſtam victoriae conceſſionem fore, animadvertens, quotquot tum captivi adeſſent, ut ad ſe adducerentur, imperavit. Inter hos quidam erat duas callens linguas, Perſicam videlicet & Graecam. Qui natione Lycium ſe eſſe, & captum aliquando in bello, nunc annos complures in vicinis montibus gregum paſturae adhibitum eſſe, indicavit. Regionis itaque notitiam ſe conſecutum, per tractus illos nemoroſos exercitum deducere, ut a tergo excubiis aditum tuentibus immineret, ſe poſſe confirmavit. Rex, ingentia viro praemia pollicitus, duce illo, per noctem montium juga, quamvis magno cum labore, ſuperat. Ingens enim copia nivium calcanda venit, & per regionem ſaxis praeruptis, voraginibuſque profundis, & crebris vallibus interruptam, tranſeundum fuit. Hanc emenſus ſimul ac primis hoſtium ſtationibus in conſpectum venit, illas ſtatim concidit: In proximis autem excubiis collocatos cepit. Tertiiſque in fugam conjectis, aditus omnes in poteſtatem redegit. Et militum Ariobarzanis partem maximam caecidit.

69. Hinc ad Perſepolin ducens, literas in itinere a Teridate urbis praefecto accipit. His ſignificabatur: Si adventu ſubito opprimeret eos, qui urbem Dario integram conſervare niterentur, urbem ſe traditam in fidem accepturum. Citatis igitur itineribus cum exercitu pergit. Et Araxe ponte juncto, milites tranſmittit. In hoc copiarum progreſſu inſolens dirumque ſpectaculum occurrit, quod in auctores facinoris odium, erga irreparabili damno affectos miſerationem, & communem doloris affectionem, merito excitavit. Nam ſupplicantium ritu obviam illi procedunt Graeci quidam, quos ſuperiores Perſarum reges in ſervitutem abſtraxerant: circiter Iↄccc. numero erant, jam ſe-
nes plerique. Omnes autem mutilati: ita ut aliis 599.
manus, aliis pedes, nonnullis aures & nares amputata eſſent. Si qui ſcientiam aut artem aliquam callerent, inque diſciplina progreſſus fecerant, caeteris

s Μὴθ' ὅλως *idem.* t Προσβαλόντας *Reg. pr.*, quod amplector. Προσβάλλοντας *Edd.* v Ἀποχωρήσας & τετρακοσίους *Reg.* 1. x Deſit in *Reg. eodem* ὁρῶν. y Ἀναγαγεῖν *idem.* z Μὲν *Aux. Vat.* a Ἐπαγγελλόμενος *Reg.* 1. b Πλείους *idem.* c Προαγαγὼν *Reg.* 1. d Κύριος ἔσεσθαι *idem.* e Πρότερον *Reg.* 1., ſive cauſſa. f Ἅπαντες *idem.*

Curtius v, 3, 17. Σουσίδας πύλας *Suſidas Pylas* vocant: quare πύλας in *Diodoro* praeoptabat *Freinſhemius*; cui non adſtipulor: rupes abruptae, ὄρη στενὰ καὶ ὑψηλὰ, *Polyaeno*, has portas efficiebant, quas πέτρας propterea Auctor adpellat, *Strabo* στενὰ δυσπάροδα L. xv. p. 1059. Ceterum a *Polyaeno* Pylis his inponitur *Phraſaortes*, manifeſto errore. Phraſaortes enim jam tunc in amicis erat Alexandri, ut ex *Arriano* L. III, 18. conficias. P. Wess.

90. Ἁμαξιαίους λίθους ἐπικύλιον] Additam gloſſam librariis reddidi: quiſque enim videt ἁμαξιαίους lapides ingentis fuiſſe molis. *Demoſthenes* Or. in Callicl. pag. 697. εἰ Καλλικλῆς μὲν εἰς τὸ χωρίον --- ἁμαξιαίους λίθους προσκομίσας ἀπῳκοδόμησεν. P. Wess.

5. Σταδίους τριακοσίους] *Curtius* extremo cap. 3. lib. v. *retro evadere ex anguſtiis rex jubet.* XXX. *ſtadia fuere, quae remenſi ſunt.* Ἀπὸ τριάκοντα σταδίων χάρακα ἐβάλετο *Polyaen.* IV, 3, 27., rectius haud dubie. Proinde accedo *Loccenio* σταδίους τριάκοντα XXX. *ſtadia* & hic reponenti ad *Curtium.* P. Wess.

12. Προσέταξεν ἀπαγαγεῖν] Lege ἐπαγαγεῖν. L. Rhod.

Προσέταξεν ἀπαγαγεῖν] *Curtius* vertit, *captivos, quos nuper ceperat, vocari jubet.* Cui non male convenire ἐπαγαγεῖν, ſeu potius ἐπάγεσθαι, ex *Kuhnii* nota ad *Pauſan.* L. I, 9. cognoſces. Id vero ſi receperis, etiam mox ἐπαγόμενος reſingendum erit. Neutrum placet. Ἀπαγαγεῖν poſitum videtur loco ἀπαγαγεῖν πρὸς ἑαυτὸν, alioqui *Reg. pr.* ἀναγαγεῖν non abſurdum foret. Conf. *Th. Bezam* ad A. A. XII, 19. P. Wess.

33. Τηριδάτου] *Tiridates*, & rectius, *Curtio*, a cujus ſcriptura non diſſidet editus *Baſil.* Cap. 81. Mox ἔσται retineri poteſt, etſi non minus cultum ἔσεσθαι *Reg. pr.* P. Wess.

38. Καὶ τὸν Ἀράξην ποταμὸν ζεύξας] Alius hic Araxes atque Armeniae ejuſdem nominis fluvius. Soli ſcriptores, qui res Alexandri memoriae prodiderunt, hunc memorarunt, e quibus *Strabo* L. xv. p. 1061. ceterique hauſerunt. De eo diligenter *Salmaſius* in *Solin.* p. 846. P. Wess.

43. Ὑπὸ τῶν πρότερον βασιλέων] Noli mutare. Librariorum inventum eſt τῶν προτέρων, qui & *Aelian.* V. H. lib. III, 18. τῶν μὲν ἄλλων τῶν πρότερον ἐπιθυμιῶν παύει idem obtrudere ſunt conati.

Olymp. CXII. III.

teris membrorum extremorum reſectis, ea tantum reliquerant, quae ad exercendam artem facerent. Omnes igitur, qui & provectae aetatis dignitatem & corporum ſupplicia intuebantur, afflictiſſimorum hominum animas miſericordia proſequebantur. Maxime vero Alexander vicem miſerorum doluit, ut nec lacrymas continere potuerit. Hi una quaſi voce omnes exclamant, & Alexandrum, ut calamitatibus hiſce ſuccurrat, obſecrant. Rex ergo primoribus ad ſe accitis, ſe rationem illorum accurate habiturum, & prout magnificentia ſua dignum foret, honoratis reditum in patriam curaturum, promittit. At illi inter ſe congreſſi, habito conſilio, illic permanere ſatius eſſe, quam in patriam reverti, judicant. Reſtitutos enim ſe, huc illuc diſperſum, & quamdiu ſuperfuerint, ignominioſis ob hanc fortunae iniquitatem ludibriis affectum iri. At ſi in communi verſantes calamitate ſimul degant, ex ſimilitudine alieni infortunii ſuae miſeriae percepturos ſolatium, arbitrantur. Denuo ergo regem adeunt, & quid decretum habeant, exponunt, utque conveniens huic propoſito adjumentum exhibeat, deprecantur. Is decretis ipſorum comprobatis, ter millenas unicuique drachmas, quinasque ſtolas viriles, & totidem foemineas, bina inſuper boum paria, & oves quinquagenas, totidemque medimnos tritici, donat. Immunes etiam ab omnibus tributis Regi perſolvendis facit, ac curatoribus mandat, ut ne a quoquam injuria afficiantur, diligenter provideant. Hac beneficentia Alexander, prout liberali ejus indole dignum erat, infeliciſſimorum hominum calamitatem ſublevavit.

70. Tum Macedonibus demonſtravit, Perſepolin, regni Perſarum caput, omnium Aſiae urbium infeſtiſſimam hactenus fuiſſe. Ideo diripiendam militibus eam, regia tantum excepta, conceſſit. Urbs haec omnium ſub ſole ditiſſima erat, privatis quoque domibus per multas aetates omni felicitatis genere refertis. Incurſu ergo in illam facto Macedones, viros omnes trucidant, & facultates copia redundantes, & varia ſupellectili ornamentiſque refertas, diripiunt. Ibi magna vis argenti, nec minor auri huc illuc diſtrahi; precioſiſſimae veſtes, aliae marina purpura infectae, aliae texturis aureis variegatae, ingenti numero victoribus in praemium cedere; Et magna, totoque orbe famigerata Perſarum regia ludibrio, & extremae vaſtationi exponi. Macedones autem, tametſi praeda undique circumfluerent, cupiditatem tamen, ſubinde pluribus inhiantem, explere non poterant. Et eo uſ-

πτον, αὐτὰ δὲ μόνα τὰ συνεργοῦντα πρὸς τὰς ἐπιστήμας ἀπελέλειπτο· ὥστε πάντας ὁρῶντας τὰ τῆς ἡλικίας ἀξιώματα, καὶ τὰς περιεχούσας τὰ σώματα συμφορὰς, ἐλεεῖν τὰς ψυχὰς τῶν ἀκληρούντων· μάλιστα δὲ αὐτὸν τὸν Ἀλέξανδρον συμπαθῆ γενέσθαι τοῖς ἠτυχηκόσι, καὶ μὴ δύνασθαι κατασχεῖν τὰ δάκρυα. ἀναβοησάντων δὲ [g] ἅμ' ἁπάντων, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἀξιούντων ἀμῦναι ταῖς ἰδίαις συμφοραῖς, ὁ μὲν βασιλεὺς προσκαλεσάμενος τοὺς προεστηκότας, ἐπηγγείλατο πολλὴν πρόνοιαν ποιήσασθαι, καὶ τῆς αὐτοῦ μεγαλοψυχίας ἀξίως τιμήσας, φροντίδα [h] ποιήσασθαι τῆς ἐπ' οἶκον ἀνακομιδῆς. οἱ δὲ, συνελθόντες καὶ βουλευσάμενοι, προέκριναν τὴν αὐτόθι μονὴν τῆς εἰς οἶκον ἀνακομιδῆς. ἀνασωθέντας μὲν γὰρ αὐτοὺς διασπαρήσεσθαι κατ' ὀλίγους, καὶ περιόντας ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπονείδιστον μὲν ἕξειν τὴν ἐκ τῆς τύχης ἐπήρειαν· μετ' ἀλλήλων δὲ βιοῦντας, τὴν ὁμοίαν συμφορὰν ἔχοντας, παραμύθιον ἕξειν τῆς ἰδίας ἀκληρίας τὴν τῶν ἄλλων τῆς ἀκληρίας ὁμοιότητα. διὸ καὶ πάλιν ἐντυχόντες τῷ βασιλεῖ, καὶ τὴν ἰδίαν κρίσιν δηλώσαντες, ἐδέοντο πρὸς ταύτην τὴν ὑπόστασιν οἰκείαν παρέχεσθαι [i] τὴν βοήθειαν. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος [k] συγκαταθέμενος τοῖς δεδογμένοις, τρισχιλίας μὲν ἑκάστῳ δραχμὰς ἐδωρήσατο, καὶ στολὰς ἀνδρείας πέντε, καὶ γυναικείας ἴσας, ζεύγη δὲ βοϊκὰ δύο, καὶ πρόβατα πεντήκοντα, καὶ πυρῶν μεδίμνους πεντήκοντα. ἐποίησε δὲ καὶ ἀτελεῖς αὐτοὺς παντὸς βασιλικοῦ φόρου, καὶ τοῖς ἐπιστάταις προσέταξε φροντίζειν, ὅπως μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἀδικῶνται. Ἀλέξανδρος μὲν οὖν, ἀκολούθως τῇ [l] καθ' αὑτὸν ἐπιεικείᾳ, τοιαύταις εὐεργεσίαις τὰς τῶν ἠτυχηκότων συμφορὰς διωρθώσατο.

Τὴν δὲ Περσέπολιν, μητρόπολιν οὖσαν τῆς Περσῶν βασιλείας, ἀπέδειξε τοῖς Μακεδόσι πολεμιωτάτην τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεων, καὶ τοῖς στρατιώταις ἔδωκεν εἰς διαρπαγὴν, χωρὶς τῶν βασιλείων. πλουσιωτάτης δ' οὔσης τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον, καὶ τῶν ἰδιωτικῶν οἴκων πεπληρωμένων ἐκ πολλῶν χρόνων παντοίας εὐδαιμονίας, οἱ Μακεδόνες ἐπῄεσαν, τοὺς μὲν ἄνδρας πάντας φονεύοντες, τὰς δὲ κτήσεις διαρπάζοντες, πολλὰς μὲν τοῖς πλήθεσιν ὑπαρχούσας, κατασκευῆς δὲ καὶ κόσμου παντοίου γεμούσας. ἔνθα δὴ πολὺς μὲν ἄργυρος διεφορεῖτο, οὐκ ὀλίγος δὲ χρυσὸς διηρπάζετο, πολλαὶ δὲ καὶ πολυτελεῖς ἐσθῆτες, αἱ μὲν θαλασσίαις πορφύραις, αἱ δὲ χρυσοῖς ἐνυφάσμασι πεποικιλμέναι, τοῖς κρατοῦσιν 544. ἔπαθλα καθίσταντο. τὰ δὲ μεγάλα καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην περιβόητα βασίλεια πρὸς ὕβριν καὶ παντελῆ φθορὰν ἀπεδέδεικτο. οἱ δὲ Μακεδόνες ἐνημερεύσαντες ταῖς ἁρπαγαῖς, τὴν ἄπληστον τοῦ πλείονος ἐπιθυμίαν οὐκ ἐδύναντο πληρῶσαι. τοσαύ-

g Ἅμα πάντων Reg. pr. & ſec. h Ποιῆσαι Vat. i Articulus deſit Reg. ambob. k Συνθέμενος Reg. 1. l Καθ' ἑαυτὸν Reg. 1., quod praeſtat. Καθ' αὐτὸν vulgo.

conati, neque ferre potuerunt in *Ariſtoph.* Equit. v. 1352., ſicuti ex *Suida* in Αἰσχύνομαι conſtat. Τοὺς πρότερον στρατηγοὺς habes L. XIII, 77. De numero mutilatorum nihil *Juſtinus* L. XI, 14., nihil *Suidas* in Ἀλέξανδρος diſſentiunt. *Curtius* ad quatuor millia fere edit. L. V, 5, 6. P. WESS.

65. Καὶ περιόντας] Lego περιϊόντας. H. STEPH.

Καὶ περιόντας] Blanditur vehementer *Stephani* conjectura: quia tamen vulgatum commodam, quam Interpres expreſſit, ſententiam dat, in eo, donec membranae prohibeant, acquieſcam. P. WESS.

73. Τρισχιλίας μὲν ἑκάστῳ δραχμὰς ἐδωρήσατο] His gemina *Curtius* extremo cap. 5. libri quinti. P. WESS.

94. Αἱ μὲν θαλασσίαις πορφύραις] Conf. not. in L. III, 68. *Plut. Alex.* p. 686. D. πορφύραν Ἑρμιονικὴν vocat ab Hermione ad ſinum Argolicum, quae πορφύρα Ἑρμιονῖτις *Alciphroni* L. III. p. 376. P. WESS.

98. Ἐνημερεύσαντες] Magis placet εὐημερήσαντες. L. RHOD.

Ἐνημερεύσαντες] Credo εὐημερήσαντας *Rhodomanum* ſcribere voluiſſe, quod de felici ſucceſſu nec Auctor ſpernit L. XII, 12. 14. & XIII, 16., nec *Plut.* Sympos. IX, 5. οὐ πάνυ γὰρ εὐημερήσειν ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν inquiens. Quid ſi tamen ἐνημερεύσαντες retineatur? Deeſt, fateor, exemplum, quo fulciri poſſit: utuntur praeterea τῷ διημερεύειν ſimili ſignificatione. Neque haec tamen efficient, ut verbum κακοῦ κόμματος ſit cenſendum, cui analogia conſtat. Ἐνημερεύειν ταῖς ἁρπαγαῖς *totum diem rapinis abſumere*, ut διημερεύειν ἐν τῇ μάχῃ, διημερεύειν ἐν τῷ κινδύνῳ aliaque de hoc genere. Utere tamen viri docti auxilio, ſi ſtet ſententia. P. WESS.

10. Τὴν αἰχμαλωσίαν &c.] Rectius fortaſſe εἰς τὴν αἰχμαλ. H. STEPH.

Τὴν αἰχμαλωσίαν δημαγωγήσαντες] Non audeo diſtricte inprobare, memor Paullini in Epiſt. ad *Epheſ.* C. IV, 8. ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, & ſcriptoris L. I. Hiſt. Maccab. IX, 72. καὶ ἀπέδωκεν αὐτῷ τὴν αἰχμαλωσίαν, ἣν ᾐχμαλώτευσεν τὸ πρότερον ἐκ γῆς Ἰούδα. Utrobique αἰχμαλωσία captivos ipſos, ut hoc in loco, complectitur. P. WESS.

19. Δι-

σαύτη γὰρ ἦν ἡ πλεονεξίας ὑπερβολὴ κατὰ τὰς τούτων ἁρπαγάς, ὥστε καὶ πρὸς ἀλλήλους διαμάχεσθαι, καὶ πολλοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν τὰ πολλὰ τῆς ἁρπαγῆς ἐξιδιοποιουμένων· τινὰς δὲ τὰ [m] πολυτελέστερα τῶν εὑρισκομένων τοῖς ξίφεσι διακόπτοντες, τὰς ἰδίας ἀπεκόμιζον μερίδας. ἔνιοι δὲ τὰς τῶν ἐπιβαλλόντων τοῖς [n] ἀμφισβητουμένοις χεῖρας ἀπέκοπτον, συνεκφερόμενοι τοῖς θυμοῖς. τὰς δὲ γυναῖκας σὺν αὐτοῖς τοῖς κόσμοις πρὸς βίαν ἀπῆγον, τὴν [o] αἰχμαλωσίαν δουλαγωγοῦντες. ἡ μὲν οὖν Περσέπολις, ὅσῳ τῶν ἄλλων πόλεων ὑπερεῖχεν εὐδαιμονίᾳ, τοσοῦτον [p] ὑπερεβάλλετο τὰς ἄλλας τοῖς ἀτυχήμασιν.

80. Hi multis in utramque partem diſputatis, Philotam caeteroſque reos capite multandos eſſe cenſent. Inter hos fuit etiam Parmenio, qui inter primos regis amicos cenſebatur. Etiamſi vero tunc non aderat, filii tamen opera inſidias has tentaſſe, erat ſuſpicio. Philotas igitur, cum per tormenta inſidiarum confeſſio extorta eſſet, cum aliis damnationi obnoxiis patrio Macedonum ritu ſupplicium capitale ſubivit. Quo etiam affectus eſt Alexander Lynceſtes, conſpirationis in regem accuſatus. Is jam triennium cuſtodia detentus fuerat. Nam huc uſque propter neceſſitudinem, quae cum Antigono ipſi intercedebat, cognitio erat prorogata. Tunc vero ad judicium Senatus Macedonici eductus, cum verbis ad ſui defenſionem deſtitueretur, trucidatus fuit. Per dromadarios inde Camelos quoſdam miſit Alexander, quorum opera, famam de Philotae ſupplicio antevertens, Parmenionem, inſidioſe circumventum, necavit. Mediae is praefectus erat, Regiſque theſauros, qui centum & LXXX. millia talentûm continebant, fidei ſuae concreditos habebat.
605. Sub haec a Macedonum exercitu ſecrevit eos, qui voces in regem aſperiores emiſiſſent, necemque Parmenionis indigne ferrent: & qui datis in Macedoniam literis de rebus ad regem ſpectantibus quaedam non ſatis aequa ad ſuos perſcripſiſſent. Hos in unam cohortem, quam extraordinariam nominabat, ſeparatos collegit, ne vocibus intempeſtivis, & immoderata ſermonis libertate reliquam Macedonum turbam ſimul corrumperent.

81. His expeditis, cum per Dranginen agenda conſtituiſſet: Exercitum in Arimaſpos duxit; Hoc quidem olim nomen illis erat: ſed nunc Evergetae vocitantur: Nominis ratio haec eſt. Cyrus, qui primus a Medis imperium ad Perſas tranſtulit, in expeditione quadam, cum propter victus penuriam in locis incultis ad extremum redactus eſſet diſcrimen, adeo quidem, ut miles militis carne famem mitigare cogeretur, tum Arimaſpi CCIƆƆ. CCIƆƆ. CCIƆƆ. plauſtris frumentum advexe-

διότι τὸν Κεβαλῖνον παρ' ἑαυτῷ φυλάττει. ὁ δὲ βασιλεὺς καταπλαγεὶς, εὐθὺς τόν τε Δίμνον συνέλαβε, καὶ μαθὼν ἅπαντα, μετεπέμψατο τόν τε Κεβαλῖνον καὶ τὸν Φιλώταν. ἀνακρινομένων δ' ἁπάντων, καὶ τῆς πράξεως ἐξεταζομένης, ὁ μὲν Δίμνος ἑαυτὸν κατέσφαξε, τοῦ δὲ Φιλώτου ῥᾳθυμίαν μὲν ἑαυτοῦ προσομολογήσαντος, τὴν δ' ἐπιβουλὴν ἀπαρνουμένου, τὴν κρίσιν [d] ὑπὲρ τούτου τοῖς Μακεδόσιν ἐπέτρεψε.

Πολλῶν δὲ ῥηθέντων λόγων, οἱ Μακεδόνες κατέγνωσαν τοῦ Φιλώτου καὶ τῶν καταιτιαθέντων θάνατον. ἐν οἷς ὑπῆρχε Παρμενίων, ὁ πρῶτος εἶναι δοκῶν τῶν Ἀλεξάνδρου φίλων, τότε δὲ οὐ παρὼν, ἀλλὰ δόξας διὰ τοῦ ἰδίου υἱοῦ Φιλώτου πεποιῆσθαι τὴν ἐπιβουλήν. ὁ μὲν οὖν Φιλώτας, βασανισθεὶς πρότερον, καὶ ὁμολογήσας τὴν ἐπιβουλὴν, κατὰ τὸ τῶν Μακεδόνων ἔθος μετὰ τῶν συγκαταγνωσθέντων ἐθανατώθη. ὁμοίως δὲ τούτῳ καὶ ὁ Λυγκιστὴς Ἀλέξανδρος, αἰτίαν ἔχων ἐπιβεβουλευκέναι τῷ βασιλεῖ, τριετῆ μὲν οὖν χρόνον ἐν φυλακῇ τηρούμενος διετέλεσε, διὰ τὴν πρὸς Ἀντίγονον οἰκειότητα τετευχὼς ἀναβολῆς· τότε δ' εἰς τὴν τῶν Μακεδόνων κρίσιν παραχθεὶς, καὶ κατὰ τὴν ἀπολογίαν ἀπορηθεὶς λόγων, ἐθανατώθη. ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἐκπέμψας τινὰς ἐπὶ δρομάδων καμήλων, καὶ φθάσας τὴν φήμην τῆς περὶ 552.
τὸν Φιλώταν τιμωρίας, τὸν πατέρα τοῦ Φιλώτου Παρμενίωνα ἐδολοφόνησε, τεταγμένον μὲν τῆς Μηδίας ἄρχοντα, πεπιστευμένον δὲ τοὺς [e] βασιλέως θησαυροὺς ἐν Ἐκβατάνοις, ἔχοντας ταλάντων ὀκτωκαίδεκα [f] μυριάδας. ὁ δ' Ἀλέξανδρος, ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν Μακεδόνων τοὺς ἀλλοτρίας κατ' αὐτοῦ προϊεμένους φωνὰς, καὶ τοὺς ἠγανακτηκότας ἐπὶ τῷ τοῦ Παρμενίωνος θανάτῳ, πρὸς δὲ τούτοις, τοὺς ἐν ταῖς ἀποσταλείσαις εἰς Μακεδονίαν ἐπιστολαῖς ἀλλότριόν τι γεγραφότας τοῖς οἰκείοις περὶ τῶν τῷ βασιλεῖ συμφερόντων, εἰς ἓν κατέλεξε σύστημα, καὶ προσηγόρευσεν ἀτάκτων τάγμα, ὅπως μὴ διὰ τὰς τούτων ἀκαίρους φωνὰς καὶ παρρησίας τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν Μακεδόνων συνδιαφθείρηται.

Ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενος, καὶ τὰ κατὰ τὴν Δραγγινὴν καταστήσας, ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τοὺς πρότερον μὲν Ἀριμασποὺς, νῦν δ' Εὐεργέτας ὀνομαζομένους, διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας. Κῦρος ὁ τὴν Μήδων ἀρχὴν μεταστήσας εἰς Πέρσας, ἔν τινι στρατείᾳ περιληφθεὶς ἐν ἐρήμῳ χώρᾳ καὶ πάσῃ σπάνει τῶν ἀναγκαίων, ἦλθε μὲν [g] ἐπὶ τοὺς ἐσχάτους κινδύνους, διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς τροφῆς ἀναγκαζομένων τῶν στρατιωτῶν ἀλλήλους σαρκοφαγεῖν· τῶν δ' Ἀριμασπῶν τρισμυρίας ἁμάξας σίτου γεμούσας παρακομισάν-

d Ὑπὲρ τούτου Reg. 1. melius. Edd. τούτων, quod mutavi. e Βασιλικοὺς Vat. Reg. 1. ſatis bene. f Μυριάδων Baſil. Vat. g Καὶ τοὺς ἐσχ. — κινδ. διὰ Reg. 1., quae gloſſam olent.

nomen, ſuper armamentarium poſito, quare & Cebalinum in armamentario abſcondit, apud Curtium dict. loco ſect. 23. P. Wess.

56. Τὴν κρίσιν ὑπὲρ τούτου — ἐπέτρεψε] Hoc juſtum eſſe ex Curtio cognoſcitur L. VI, 8, 24. & 9. 33. P. Wess.

64. Κατὰ τὸ τῶν Μακεδόνων ἔθος — ἐθανατώθη] Putes agi de Macedonum lege, qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui regi inſidiati erant, cum ipſis necarentur, obiter indicata a Philone Jud. de Leg. Special. p. 802. D., plenius a Curtio VI, 11, 20. Sed non ita eſt: innuit eum morem, quo, dato ſigno, ſaxis obruebantur a Macedonibus apud Curt. ibid. ſect. 39. P. Wess.

69. Διὰ τὴν πρὸς Ἀντίγονον οἰκειότητα &c.] Nuſquam de Alexandri Lynceſtae & Antigoni neceſſitudine memoratur, contra ei ſaepe de Antipatri, cujus Alexander ille gener erat, apud Juſtin. L. XII, 14. & Curt. VII, 1, 7. Quare διὰ τὴν πρὸς Ἀντίπατρον οἰκειότητα refingit Freinſhemius ad eum Curtii locum, conjectura eleganti, ſed dubia. Agitur hic de familiaritate, quae Alexandrum inter & Antigonum interceſſerit, quaeque juſtam regis iram morata fuerit: de Antipatri & Alexandri Lynceſtae adfinitate nihil. Sequar tamen ubi Codd. addixerint. P. Wess.

72. Ἐπὶ δρομάδων καμήλων] Conf. L. XIX, 37. P. Wess.

84. Καὶ προσηγόρευσεν ἀτάκτων τάγμα] Fortaſſe quod ſeorſum cohortem hanc a ceteris tendere ignominiae cauſſa rex juſſerit, ut Curt. VII. 2, 37. prodidit, quodque ἀτακτεῖν, ſicuti L. XVIII, 17. loquitur Auctor, fuiſſent ſoliti. P. Wess.

89. Ἐπὶ τοὺς Ἀριμασποὺς] Sic Strabo XV. p. 1055. A. & Stephanus in Εὐεργέται. Apud Curtium L. VII, 3, 1. in Agriaſpas, quamquam quidam libri in Armaſpos: unde Arimaſpos non injuria feceris. In Arriano III, 27. ἐς Ἀγριάσπας aut Ἀριάσπας, pro quo Ἀριμασπὰς, utroque enim modo dicebantur, reſtituendos eſſe, non dubium eſt L. Holſtenio ad Stephanum. P. Wess.

4. Τῶν ὁμόρων τῆς — Καδρωσίων] Ita gentem ſolet Auctor & regionem Καδρωσίαν adpellare. Vid. inf. Cap. 104. & L. XVIII, 3., nec diſſentit Alexander Polyhiſtor apud Stephan., quod is fruſtra mendum fuiſſe exemplaris ſuſpicatur in Γεδρωσία. Ceteri fere Γεδρωσίαν & Γεδρωσίους vocant, uti Strabo, qui Drangis finitimos perhibet, L. XV. p. 1054. & Aelian. de Animal. L. XVII, 6. Junge H. Valeſ. ad Ammian. L. XXIII, 6. p. 400. P. Wess.

14. Ἐπὶ

μισάντων, [h] εὐθὺς παραδόξως ἀτελείαις τε καὶ ἄλλαις δωρεαῖς [i] ἐτίμησε τὸ ἔθνος, καὶ τὴν προϋπάρχουσαν προσηγορίαν ἀφελόμενος, προσηγόρευσεν Εὐεργέτας. τότε δὲ Ἀλέξανδρος εἰς τὴν τούτων χώραν [k] στρατοπεδεύσας, καὶ τῶν ἐγχωρίων φιλοφρόνως αὐτὸν προσδεξαμένων, ἐτίμησε τὸ ἔθνος ταῖς ἁρμοζούσαις δωρεαῖς. τὸ δ' αὐτὸ καὶ τῶν ὁμόρων τῶν ὀνομαζομένων Κεδρωσίων ποιησάντων, καὶ τούτους ταῖς πρεπούσαις χάρισιν ἠμείψατο. ἀμφοτέρων δὲ τῶν εἰρημένων ἐθνῶν τὴν στρατηγίαν [l] Τηριδάτῃ παρέδωκε. περὶ ταῦτα δ' αὐτοῦ διατρίβοντος, ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες ὅτι Σατιβαρζάνης ἐκ τῆς Βακτριανῆς μετὰ δυνάμεως πολλῆς ἱππικῆς παραγενόμενος εἰς τὸ τῶν Ἀρείων ἔθνος, ἀπέστησε τοὺς ἐγχωρίους ἀπ' Ἀλεξάνδρου. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκούσας τὸ γεγονός, ἀπέστειλεν ἐπ' αὐτὸν μέρος τῆς δυνάμεως, στρατηγοὺς [m] ἐπιστήσας Ἐριγυιὸν καὶ Στασάνορα· αὐτὸς δὲ τὴν [n] Ἀραχωσίαν καταστρεψάμενος ὀλίγαις ἡμέραις, ὑπηκόους ἐποίησε.

Τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχεν Εὐθύκριτος, ἐν Ῥώμῃ δὲ τὴν ὑπατικὴν ἀρχὴν διεδέξαντο Λεύκιος [o] Πλώτιος καὶ Λεύκιος Παπίριος, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη τρίτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν δέκα· ἐπὶ δὲ τούτων, Ἀλέξανδρος ἐστράτευσεν ἐπὶ τοὺς ὀνομαζομένους [p] Παραπαμισάδας. ἡ δὲ τούτων χώρα κεῖται μὲν ὑπ' αὐτὰς τὰς ἄρκτους, χιονόβλητος δὲ πᾶσα, καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι δυσεπίβατος διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ψύχους. ἡ πλείστη δὲ, πεδιὰς οὖσα καὶ ἄξυλος, πολλαῖς κώμαις [q] διείληπται. αὗται δὲ τὰς τῶν οἰκιῶν στέγας ἔχουσιν, ἐκ πλίνθων εἰς ὀξὺ [r] συνηγμένων ἐχούσας καμάραν· κατὰ δὲ μέσην τὴν ὀροφὴν ἀπολελειμμένης διαυγείας, διὰ ταύτης ὁ καπνὸς ἐκφέρεται, [s] καὶ πανταχόθεν τῆς οἰκοδομίας περιεχούσης, οἱ κατοικοῦντες πολλῆς σκέπης τυγχάνουσιν. οἱ δ' ἐγχώριοι, διὰ τὸ πλῆθος τῆς χιόνος, τὸ πλεῖον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ ταῖς οἰκίαις ἐνδιατρίβουσι, παρεσκευασμένας ἔχοντες τὰς ἰδίας τροφάς· τὰς δ' ἀμπέλους καὶ τὰ καρποφόρα τῶν δένδρων περιχώσαντες, καὶ τὴν τοῦ χειμῶνος ὥραν ἐάσαντες, πάλιν ἀναστέλλουσι τὴν γῆν κατὰ τὸν τῆς βλαστοῦ χρόνον. ἅπασα δ' ἡ τῆς χώρας φύσις οὔτε χλωρὰν οὔθ' ἥμερον ἔχει πρόσοψιν, ἀλλὰ λευκὴν καὶ ἀνταυγῆ τῆς χιόνος καὶ τοῦ ἐν αὐτῇ πηγνυμένου κρυστάλλου. διόπερ, οὔτ' ὀρνέου προσκαθίζοντος, οὔτε θηρίου διοδεύοντος, ἄξενα καὶ ἀνεπίβατα πάντα τὰ μέρη [t] τῆς χώρας ὑπῆρχεν. ἀλλ' ὅμως ὁ βασιλεύς, τούτων ἁπάντων ἀντιπραττόντων τῇ στρατιᾷ, τῇ συνήθει τόλμῃ καὶ καρτερίᾳ τῶν Μακεδόνων περιεγίνετο τῆς τοπικῆς δυστραπελείας. διὸ δὴ πολλοὶ

553

re. Rex itaque cum ſecus quam ſperaverat periculum evaſiſſet, non vectigalibus modo gentem exſolvit: ſed aliis inſuper muneribus affecit, priſtinoque nomine abrogato, Evergetas nuncupavit. In horum itaque regionem cum exercitum duxiſſet Alexander, humaniter ab incolis & amice exceptus, donis, prout magnificentia ſua dignum erat, gentem remuneravit. Cum id a finitimis etiam Gedroſiis fieret, meritam quoque his gratiam retulit. Duabus his gentibus Teridaten Praetorem dedit. Interea dum hoc accurat, nunciatum venerunt quidam, Satibarzanem cum magna equitum manu e Bactrianis in Areorum nationem progreſſum, adduxiſſe incolas, ut a fide Alexandri deficiſcerent. De quo certior factus rex, partem exercitus, Erigyii & Staſanoris ductu, contra illum miſit. Suo interim ductu Arachoſiam ſubegit, utque imperio ſuo obſequentes eſſent, effecit. — Olymp. CXII. IV.

82. Annus ille praeterierat: cum Euthycritus reipublicae Athenienſis Archon, Romae Coſſ. erant L. Plotius, & L. Papirius. Olympias autem poſt centeſimam decima tertia agebatur. Tum Alexander in Paropamiſadis exercitum duxit. Regio horum, ſub axe Septentrionum poſita, nivibus tota oppletur. Et ob rigorem haud tolerandum ab aliis gentibus adiri nequit: Maxima ejus pars plana eſt, arboribuſque caret, ac multos hic illic vicos diſperſos habet. In his domorum tecta e laterculis, cum teſtudine in acutum faſtigium exeuntibus, confecta ſunt. In medio foramen luci excipiundae eſt relictum, per quod & fumus emittitur. Et quia aedium parietes omni ex parte bene coagmentati ſunt, affatim contra frigus incolae muniuntur. Qui propter nivis redundantiam, pleroque anni tempore, intra domos ſe continent: ubi quae ſuo conducant victui praeparata habent. Vites & arbores foecundas aggeſta tellure operiunt, perque hybernam tempeſtatem ita relictas, ubi germinandi vices appetunt, regeſta terra iterum nudant. Natura hic tractus per omnia ſic comparatus eſt, ut neque viridis neque amoeni quicquam in eo conſpiciatur. Sed nix candida & reſplendens cum glacie congelata obtegit omnia. Nihil praeterea avium hic nidulatur, nihil ferarum ſylvas percurrit. Unde fit, ut per omnes terrae partes, neque hoſpitium neque acceſſus advenis praebeatur. Nihilominus tamen rex, licet haec omnia exercitui obſtarent, ſolita provectus audacia, & tolerantia Macedonum adjutus, hanc locorum difficultatem ſuperavit. Hinc tamen evenit, ut militum — Olymp. CXIII. I.

h Εὐθὺς παραδ. vulgo idem. i Ἐτίμησεν idem Reg. k Στρατεύσας Reg. 1., non abſurde. l Τηρ. Baſ. & Caſaub. m Non eſt in Venet. n Ἀραχωσίαν Vat. inepte. o Πλώτιος ora Steph. Reg. 1. Venet. p Παροπανισάδας Reg. 2. Venet. q Διαλαβ. αὗται δὲ τὰς τῶν Reg. 1. r Συνηγμένας Vat. Mox ἐχούσας καμάρας κατὰ δὲ τὴν &c. Reg. 1. s Πανταχόθεν δὲ τῆς idem. t Τῆς γῆς ὁμοίως ora Steph. & Reg. 1.

14. Ἐριγυιὸν καὶ Στασάνορα] Hujus loco Erigyio Caranum & alios adjungunt Curt. VII, 3, 2. & Arrianus III, 28. P. Wess.

20. Πρὸς ταῖς ἑκατὸν δέκα] Deeſt ejus nomen, qui ſtadio hac Olympiade victor fuerat renuntiatus, quod ex Euſebii Chronico ita reſtitue καθ' ἣν ἐνίκα ſτάδιον Κλίτων ὁ Μακεδών. P. Wess.

22. Παραπαμισάδας] Ut montem Παροπάνισον veterum plures ſcripſerunt, ita accolas Παροπανισάδας, Ptolemaeus, Ammianus Marcellinus, Marcianus Heracleotes atque alii. Hinc illa in membranis diſcordia & mox Cap. 83. Vide Theoph. Sigefr. Bayerum, Hiſt. Regn. Bactr. p. 10., montis etiam nomen ex Indorum ſermone explicantem. P. Wess.

24. Χιονόβλητος δὲ πᾶσα &c.] Non diſſimilia Strabo L. XV. p. 1055. & Plut. de Alex. Fort. p. 340. E., & Curtius in primis L. VII, 3. Quin haec in tempora Indi quendam Paropamiſi verticem ſuo ſermone, Bayero dict. loco teſte, montem hominum perniciem appellant, quia nivibus oppletus, ſaepenumero iter facientes praecipiti earum mole opprimit. Male ergo Philoſtratus de Vit. Apoll. L. II, 18. nivem omnem a Paropamiſo, ſive, ut vocare maluit, Caucaſo, longiſſime amolitur: nec melius inſtituit doctiſſimus Jo. Clericus, in Curtio ob has nives taxando aſperior, cujus criminationes ſi diligentiſſime retuſas deſideres, conſule Jac. Perizonium ad Aelian. Var. Hiſt. L. XII, 37. & in Curt. Vind. pag. 120. ſeqq. P. Wess.

28. Ἐκ πλίνθων —— ἐχούσας καμάραν] Mecum ita ſi interpunxeris, nulla innovatione opus erit. Curtius, Noſtrum aemulatus, *tuguria*, inquit, *latere primo ſtruunt, & quia ſterilis eſt terra materiae, in nudo etiam montis dorſo uſque ad ſummum aedificiorum faſtigium eodem laterculo utuntur. Ceterum ſtructura latior ab imo, paullatim incremento operis in artius cogitur, ad ultimum in carinae maxime modum coit: ibi foramine relicto ſuperne lumen accipiunt ad medium.* Quae cultiſſima tuguriorum deſcriptio nihil admodum diſcrepat ab aedificiis, in quae Samogethae Tartarique cum maxime ſeſe abdunt, cum cura delineatis a Matth. Michovio Sarmat. L. II, 2. & Corn. de Bruin Itin. Part. II. p. 90. P. Wess.

53. Ἐλάμ-

Olymp. litum & eorum, qui extra ordinem ſequebantur,
CXIII. plurimi viribus deſtituti relinquerentur. Nonnullis
1.
606. fulgor nivis cum rigore, in oculis ipſorum refractus, perniciem afferebat. Nihil ex intervallo perſpicue videri poterat; Niſi quod fumus tantum pagos indicabat. Quod pro ſigno adſtantium foco incolarum Macedones accipiebant. Hoc itaque modo pagis illis occupatis, abundantia commeatuum milites ex aerumnis ſibi reſtituuntur. Et brevi, quicquid hominum ibi fuit, in ditionem regis concedit.

83. Poſthaec ad Caucaſum progreſſus caſtra poſuit. A quibuſdam mons ille Paropamiſus nuncupatur. Hunc, qua latitudo ejus tenditur, intra dies XVI. tranſgreſſus, urbem condidit ad portam, qua in Mediam via aperitur, quam Alexandriam nominavit. In medio Caucaſi petra eſt X. ſtadiorum ambitu, & altitudine IV. ubi etiam Promethei ſpelaeum, & aquilae nidus, compedumque ac minicarum ſigna ab accolis monſtrabantur. Alias etiam urbes Alexander condidit, per unius ab Alexandria iter diei remotas. In has VII. Barbarorum & III. extra ordines ſequentium millia, ac ſtipendiantium quotquot vellent, collocavit. Hinc expeditis iterum copiis in Bactrianam movit. Beſſum enim diadema ſumſiſſe, magnumque colligere exercitum audiverat. Et haec quidem Alexander gerebat. Interea miſſi in Aream duces, defectionis autores cum inſtructiſſimo, quem collegerant, exercitu inveniunt. Imperator horum erat Satibarzanes, vir rei militaris ſcientia & virtute bellica eximius. Caſtriſque juxta hoſtes poſitis, crebrae velitationes exiſtunt: & inter paucos ad tempus aliquod leviores pugnae committuntur. Hinc ventum ad juſtam aciem: ubi cum aequum praelii diſcrimen Barbari effeciſſent: dux ipſe rebellium Satibarzanes, galea ſuis manibus e capite detracta, quis eſſet oſtentat, & ſi quis viritim ſecum dimicare vellet, e ducibus provocat. Huic provocanti Erigyjus occurrit, & Heroico certamine inito, victoria cedit Erigyio. Tunc Barbari praetoris ſui morte perterriti, fide accepta, ſe cum armis regi tradiderunt. Interea Beſſus, qui regem ſe nominaverat, Diis facto ſacrificio, amicos convivio excipiebat. Inter pocula

τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ἐκτὸς τῆς τάξεως συνακολουθούντων ἐξαδυνατοῦντες ἀπελείποντο· ἔνιοι δὲ διὰ τὴν χιόνος ἀνταύγειαν, καὶ τὸ πληκτικὸν τῆς ἀναβαλλομένης ἀνακλάσεως, ἐφθείροντο. σαφὲς δ' οὐδὲν ἐκ διαστήματος ἦν ἰδεῖν, ἀλλὰ μόνον τοῦ καπνοῦ δηλουμένου τὰς κώμας, ἐλάμβανον οἱ Μακεδόνες, οὗ κατοικοῦσιν ἐφιστάμενοι. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον τῶν κωμῶν ἁλισκομένων, καὶ τῶν στρατιωτῶν τῷ πλήθει τῆς ὠφελείας διορθουμένων τὴν κακοπάθειαν, ταχὺ πάντων τῶν ἐγχωρίων ὁ βασιλεὺς ἐκυρίευσε.

Μετὰ δὲ ταῦτα παρελθὼν πλησίον τοῦ Καυκάσου, κατεστρατοπέδευσεν, ὃ τινὲς [v] Παροπάμισον ὄρος προσαγορεύουσι. τὸ δ' ὄρος τοῦτο κατὰ πλάτος διελθὼν ἐν ἡμέραις ἑκκαίδεκα, πόλιν ἔκτισε κατὰ τὴν εἰσβολὴν τὴν φέρουσαν εἰς τὴν Μηδικήν, ἣν ὠνόμασεν Ἀλεξάνδρειαν. κατὰ δὲ μέσον τὸν Καύκασον ἔστι πέτρα δέκα σταδίων ἔχουσα τὴν περίμετρον, τεττάρων δὲ σταδίων τὸ ὕψος, ἐν ᾗ καὶ τὸ Προμηθέως σπήλαιον ἐδείκνυτο ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, καὶ ἡ τοῦ μυθολογηθέντος ἀετοῦ κοίτη, καὶ τὰ τῶν δεσμῶν σημεῖα. ὁ δ' Ἀλέξανδρος καὶ [x] ἄλλας πό- 554
λεις ἔκτισεν, ἡμέρας ὁδὸν ἀπεχούσας τῆς Ἀλεξανδρείας· κατῴκισε δ' [y] εἰς αὐτὰς τῶν μὲν βαρβάρων ἑπτακισχιλίους, τῶν δ' ἐκτὸς [z] τάξεων συνακολουθούντων τρισχιλίους, καὶ τῶν μισθοφόρων τοὺς βουλομένους. αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, προῆγεν εἰς τὴν [a] Βακτριανήν, ἀκούων τὸν Βῆσσον διάδημά τε ἀνειληφέναι, καὶ δυνάμεις ἀθροίζειν. καὶ τὰ μὲν περὶ Ἀλέξανδρον ἐν τούτοις ἦν. Οἱ δ' εἰς τὴν Ἀρείαν ἀπεσταλμένοι στρατηγοί, καταλαβόντες τοὺς ἀφεστηκότας δυνάμεις ἀξιολόγους ἠθροικότας, καὶ στρατηγὸν ἔχοντας Σατιβαρζάνην, ἄνδρα [b] στρατηγικόν, καὶ ἀνδρείᾳ διαφέροντα, κατεστρατοπέδευσαν πλησίον τῶν πολεμίων. γινομένων δὲ πολλάκις ἀκροβολισμῶν, μέχρι μέν τινος μάχαι κατ' ὀλίγους ἐγίνοντο, μετὰ δὲ ταῦτα παρατάξεως [c] γενομένης, καὶ τῶν βαρβάρων ἰσόμαχον ποιούντων τὸν κίνδυνον, ὁ τῶν ἀποστατῶν στρατηγὸς Σατιβαρζάνης, ἀφελὼν ταῖς χερσὶ τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν κράνος, καὶ δείξας [d] αὐτὸν ὃς ἦν, προεκαλέσατο τὸν βουλόμενον τῶν στρατηγῶν μονομαχῆσαι. ὑπακούσαντος δὲ τοῦ Ἐριγυίου, καὶ γενομένης μάχης ἡρωικῆς, συνέβη νικῆσαι τὸν Ἐριγύιον. οἱ δὲ βάρβαροι, διὰ τὸν τοῦ στρατηγοῦ θάνατον καταπλαγέντες, καὶ λαβόντες τὴν ἀσφάλειαν, παρέδωκαν ἑαυτοὺς τῷ βασιλεῖ. Βῆσσος δὲ ἑαυτὸν ἀναδεδειχὼς βασιλέα τοῖς θεοῖς ἔθυσε, καὶ τοὺς φίλους παραλαβὼν εἰς τὴν εὐωχίαν, κατὰ τὸν πότον δι-

v Παραπάμισον Vulc. Reg. 2. x Ἄλλην πόλιν — ἀπέχουσαν Reg. 1. y Εἰς ταύτας idem. z Τάξεως Reg. 1. ut cap. ſuperiore. a Βακτρίαν, τὴν ἐν αὐ. idem. b Στρατηγίᾳ καὶ margo Steph. & Reg. 1. non male. c Γινομένης Reg. 1. d Αὐτὸν idem.

53. Ἐλάμβανον οἱ Μακεδόνες] *Conjiciebant atque arbitrabantur*, quemadmodum ἔτυχε λαβὼν pro ἀνέτυχε, explicantibus Criticis, in *Thucydide* L. III, 20. & ſupra L. XIII, 24. Quod ſuccedit ἐφιστάμενοι, vereor ut viri docti verſionem admittat. Semperne ergo foco adſtabant? Crat fortaſſe mihi perſuaderi patiar: nunc quidem certe ἀνιστάμενοι malucro, ut Macedones, ex fumo, ut arbitrati fuerant, ubi Paropamiſadae degant, cognoſcentes ſpecter. Ceterum haec Curtiana contendere operae fuerit pretium L. VII, 3, 12. 19. *obſcura coeli verius umbra, quam lux, nulli ſimilis premit terram: vix ut quae prope ſunt, conſpici poſſint.* Tum, *ſed tanta caligo erat, ut aedificia nulla alia res quam fumus oſtenderet.* Quae ex male intellectis his Diodoreis quin ſint progenita, vix quidquam addubito. Nihil hic de Cimmeriis tenebris. Id duntaxat ſignificatur, ex continuo per nivem itinere oculorum aciem hebere coepiſſe, nec proſpici adeo longius remota potuiſſe accurate. At *Curtius* verba σαφὲς δ' οὐδὲν ἐκ διαστήματος ἦν ἰδεῖν &c. in eam accepit ſententiam, quaſi tenebras obſcuramque coeli umbram deſcriberent, errore manifeſto. P. Wess.

61. Ἣν ὠνόμασεν Ἀλεξάνδρειαν] Ea eſt, quam XVII. hujus nominis ἐν Στεφάνῳ παρὰ Παροπαμισάδαις *Stephanus*, etſi non ſine errore, indicato a *L. Holſtenio*, collocat. Vid. *Arrian.* L. III, 28. & IV, 22. P. Wess.

63. Κατὰ δὲ μέσον τὸν Καύκασον ἔστι πέτρα] Caucaſus hic merum κόμπασμα aſſentatorum eſt Macedonum, ſpretum jure optimo a *Strabone* L. XI. p. 771. & L. XV. p. 1009. ceteriſque, a *Stanleio* ad Argum. Promethei Aeſchylei conductis. Fieri quidem potuit, ut voce Indorum *Khoo* vel *Khan*, montem indicante, quae *Bayeri* de Reg. Bactrian. p. 8. ſuſpicio, in errorem inducerentur, auxit tamen eum militum ſcriptorumque vanitas, ne qua parte Alexander Herculi, gentis ſuae principi, concederet. De antro, in quo Promethei peracta fabula, praeter *Strabon.* dict. loc. *Lucianus* Prometh. C. 4. cum *T. Hemſterhuſii* nota. P. Wess.

68. Καὶ ἄλλας πόλεις ἔκτισεν &c.] Non de nihilo videtur *Reg. pr.* καὶ ἄλλην πόλιν — ἀπέχουσαν. Quis enim crediderit in tam brevi locorum intercapedine regem plures extruxiſſe urbes? Nec obeſt εἰς αὐτὰς, quod continuo conſequitur, quippe & hanc & Alexandriam complectens. *Curtius* certe ad Alexandriam retulit L. VII, 3, 23. *condendae in radicibus montis urbi ſedes electa. VII. millibus ſeniorum, & Macedonum praeterea militibus, quorum opera uti deſiſſet, permiſſum in novam urbem conſidere.* Sic ea lege, ut ex parte quadam vidit *Freinſhemius*, cui quidem *Schefferus* obloqui recuſaſſet, ſi haec *Diodori*, unde ſua *Curtius*, in numerato habuiſſet. *Seniores* adpellat *Curtius*, qui hic βαρβάρους, *milites quorum opera uti deſiſſet*, τοὺς ἐκτὸς τάξεως συνα-

διηνέχθη πρός τινα τῶν ἑταίρων, ὄνομα Βαγωδάραν. τῆς δὲ φιλονεικίας ἐπὶ [e] πλεῖον προελθούσης, ὁ μὲν Βῆσσος [f] παροξυνθεὶς ἐπεβάλλετο τὸν Βαγωδάραν ἀνελεῖν, καὶ ὑπὸ τῶν φίλων πεισθεὶς μετενόησεν. ὁ δὲ τὸν κίνδυνον ἐκφυγὼν, νυκτὸς ἔφυγε πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, τῇ δὲ τούτου σωτηρίᾳ καὶ ταῖς δοθησομέναις ὑπ' Ἀλεξάνδρου δωρεαῖς προκληθέντες οἱ μέγιστοι τῶν ἡγεμόνων, συνεφρόνησαν, καὶ συλλαβόντες τὸν Βῆσσον, ἀπήγαγον πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον. ὁ δὲ βασιλεὺς τούτους μὲν ἐτίμησεν ἀξιολόγοις [g] δωρεαῖς, τὸν δὲ Βῆσσον παρέδωκε τῷ ἀδελφῷ τοῦ Δαρείου καὶ τοῖς ἄλλοις συγγενέσιν εἰς τιμωρίαν. οἱ δὲ πᾶσαν ὕβριν καὶ αἰκίαν προσενεγκάμενοι, καὶ τὸ σῶμα κατὰ λεπτὸν συγκόψαντες, τὰ μέλη [h] διεσφενδόνησαν. * * * * *

Ἐπὶ δὲ τούτοις γενομένων τῶν ὅρκων, ἡ μὲν βασίλισσα τὴν μεγαλοψυχίαν τοῦ Ἀλεξάνδρου θαυμάσασα, δῶρά τε κράτιστα ἐξέπεμψε, καὶ πᾶν τὸ προσταττόμενον ποιήσειν ἐπηγγείλατο. * * * * * * *

555 Οἱ δὲ μισθοφόροι παραχρῆμα κατὰ τὰς ὁμολογίας ἐκ τῆς πόλεως ἀπελθόντες, καὶ σταδίους [i] ὀγδοήκοντα προελθόντες, ἀπαρακωλύτως κατεστρατοπέδευσαν, οὐδεμίαν ἔννοιαν λαμβάνοντες τοῦ μέλλοντος. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, ἀμετάθετον ἔχων τὴν πρὸς τοὺς μισθοφόρους ἀλλοτριότητα, διεσκευασμένην ἔχων τὴν δύναμιν, ἐπηκολούθησε τοῖς βαρβάροις καὶ προσπεσὼν αὐτοῖς ἄφνω, πολὺν ἐποίει φόνον. οἱ δὲ μισθοφόροι τὸ μὲν πρῶτον ἐβόων, παρὰ τοὺς ὅρκους [k] αὐτοὺς πολεμεῖσθαι, καὶ τοὺς ἀσεβουμένους ὑπ' αὐτοῦ θεοὺς ἐπεκαλοῦντο· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος μεγάλῃ τῇ φωνῇ πρὸς αὐτοὺς ἀνεβόησεν, ὅτι συνεχώρησεν αὐτοῖς ἐκ τῆς πόλεως ἀπελθεῖν, οὐ φίλους εἶναι διὰ παντὸς Μακεδόνων. οἱ δὲ μισθοφόροι, τὸ μέγεθος τοῦ κινδύνου οὐ καταπλαγέντες, συνεφράξαντο, καὶ τὴν ὅλην τάξιν ποιήσαντες κυκλοτερῆ, τά τε τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας εἰς μέσον ἀπέλαβον, ὥστε πανταχόθεν τοῖς [l] μαχομένοις ἀσφαλῶς ἀντιτάττεσθαι. Ἀπονενοημένων δ' αὐτῶν, καὶ διὰ τὴν τόλμαν καὶ διὰ τὴν ἐν τοῖς ἀγῶσι ἐμπειρίαν ἰσχυρὰν μάχην συστησαμένων, καὶ τῶν Μακεδόνων φιλοτιμουμένων μὴ λειφθῆναι τῆς τῶν βαρβάρων ἀνδραγαθίας, μεγάλην κατάπληξιν εἶχεν ὁ κίνδυνος. ἐκ χειρὸς γὰρ τῆς μάχης οὔσης, καὶ συμπλεκομένων τῶν ἀγωνιζομένων ἀλλήλοις, πολλαὶ καὶ ποικίλαι διαθέσεις θανάτων καὶ τραυμάτων ἐγίγνοντο. οἱ γὰρ Μακεδόνες ταῖς σαρίσαις ἀναρρήξαντες τὰς τῶν βαρβάρων πέλτας,

cum quodam e familiaribus (Bagodorae nomen e- Olymp.
rat) diſſidere cepit, quem & aucta contentione, CXIII.
cum vehementer exarſiſſet, interimere ſtatuebat, 1.
niſi amicorum ſuaſu conſilium mutaſſet. At ille, ex mortis periculo elapſus, noctu ad Alexandrum perfugit. Hujus ſalute, ac ſpe munerum ab Alexandro referendorum invitati Ducum primores, inter ſe conſpirant, Beſſumque captum ad Alexandrum perducunt. Rex magnificis eos donis excepit. Beſſum vero Darii fratri, caeteriſque propinquis ad ſupplicium, illorum arbitratu de eo ſumendum, conceſſit. Hi omni contumeliae & cruciatus genere in hominem graſſati, corpore tandem minutatim conciſo, particulas huc illuc fundis disjecerunt. * * * * *

84. His conditionibus dato acceptoque jurejurando, Regina magnitudinem in Alexandro cum admiratione ſuſpiciens, munera quam precioſiſſima tranſmiſit, & quicquid imperaſſet facturam ſe, pollicita eſt. * * * * * * * Tunc Mercenarii prout convenerant, ſtatim ex urbe diſcedunt, & octoginta ſtadia progreſſi, nullo prohibente caſtra locant. Nihil enim de eventuris paulo poſt in mentem venerat. Alexander vero, implacabili eos o- 607.
dio proſequens, inſtructo Barbaros agmine perſequitur, ſubitaque impreſſione adortus, magnam illorum caedem peragit. Ibi conductitius primo miles vociferari, contra quam juratum eſſet, hoſtiliter ſe invadi, Deoſque impietatis regiae in eos perpetratae ultores implorare. Sed intenſa rex voce illis acclamans: Se quidem, ut ex urbe excederent, permiſiſſe: non uti perpetuo deinceps Macedonum amici forent, reſpondent. Illi ergo periculorum magnitudine haud perterrefacti, conjunctis ordinibus ſeſe muniunt, totaque acie in orbem coacta, liberos & foeminas in medium recipiunt: ut omni ex parte oppugnanti ſe hoſti, minore cum periculo obſiſtatur. Cum igitur omnem vitae ſpem abjeciſſent, praeſenti animorum fiducia, & tot certaminibus ſpectata virtute animati, validiſſima hoſtem pugna excipiunt. Ex adverſo, dum ut Barbaris nulla in parte deteriores ſint, enituntur Macedones; Magno cum metu ac terrore conjunctus erat conflictus. Dum enim cominus pugnatur, & vir virum implicat, vulnera neceſque variis modis inferuntur. Nam Macedones diruptis ſariſſarum impetu Barbarorum peltis, ferri aciem ipſis

[e] Πλεῖον Reg. 1. [f] Παρωξυμμένος ora Steph. Reg. pr. [g] Δωρεαῖς in eodem. [h] Nulla poſt hanc vocem defectus nota in Codd. neque editio Baſil., ut nec brevi poſt. [i] Ὀγδοήκοντα Venet. Reg. ambo, Baſil., Coſmus Ὀκτακοσίους in Edd. [k] Ἀυτοὺς Reg. 1. [l] Προμαχομένοις marg. Steph. Reg. 1.

συνακολουθοῦντας. Nihil clarius. P. Wess.

79. Ἄνδρα στρατηγικὸν] Saepe numero Diodorus στρατηγίαν viris, uſu militiae probatis, adtribuit, unde στρατηγία καὶ &c. ex membranis reſtitui poſſet, ſi quae neceſſitas illi fuiſſet impoſita, ut eodem ſemper modo loqueretur. P. Wess.

95. Ὄνομα Βαγωδάραν] Cobares, natione Medus in Curt. L. vii, 4. 8., quem vide. P. Wess.

6. Οἱ δὲ πᾶσαν ὕβριν καὶ αἰκίαν &c.] Diſſentiunt in ſupplicii, quod Beſſo irrogatum, genere Arrian. L. iv. 7. & Curtius L. vii, 5. 40. P. Wess.

8. Διεσφενδόνησαν ***] Hic vaſta eſt lacuna, quae incipit ſtatim a διεσφενδόνησαν. Maſſacorum autem hic reginam intelligi ut exiſtimem, Index Graecus capitum poſterior, qui huic libro praemiſſus, facit. Beſſi equidem uxorem, ut Coſmus Bononienſis ἐπεξηγεῖται, hoc titulo dignam minime judicatam eſſe, facile conſirmaverim. Sedecim autem Indicis capita oſtendunt enormem hic multarum narrationum jacturam eſſe factam. Nam quae de tranſitu Alexandri per regionem ſiticuloſam, Scythis, ac Sogdianorum itemque Bactrianorum defectione; de venatione in Baſiſtis, de impietate in Bacchum, de Cliti & Calliſthenis interitu, de bello cum Nautacis, de nuptiis cum Roxane, de Nyſa & expugnatione urbis Maſſacorum κεφαλαιωδῶς ibi annotantur, in exemplari noſtro, praeter fragmentum de mercenariis Maſſacenis, omnia deſiderantur. Ex Arriani tamen L. iv. & Curtii vii. & viii. defectus hic ſuppleri poterit. L. Rhod.

Διεσφενδόνησαν **] Hiatus, qui in hac pagina conſpicitur, continebat unius anni geſta Negemone Archonte, quae recenſet Arrianus in Alexandri geſtis L. iv. Jac. Palm.

Διεσφενδόνησαν **] Haec & quae mox conſpicitur, lacuna ingens eſt, ſed illa tamen paucorum verborum, ut ex rerum ſerie conficitur. Inquiſivi per amicos diligenter in Italia, Galliis & Germania ecqua ex membranis expleri poſſet, at fruſtra. Quare carendum illis perpetuo fuerit, niſi aliunde integriores Codd., quam qui in meam venerunt notitiam, felici quodam caſu eruantur. P. Wess.

10. Ἡ μὲν βασίλισσα &c.] Coſmus reginam hanc Beſſi fecit uxorem, non animadverſo, qui locum hunc a ſuperioribus diſtraxit, hiatu. Intelligitur regina Cleophis, de qua Curtius L. viii, 10, 34. & Juſtinus L. xii, 7. Mox deſiderantur Cleophidis & Alexandri amores, natuſque inde filius, quem Alexandrum adpellavit: tum quoque conditiones, quibus aere conducti a regina milites abeundi facultatem impetraverant. P. Wess.

15. Καὶ σταδίους ὀγδοήκοντα] Sic fide ſchedarum veterum reſtitui. Octingenta ſtadia nimia erant. Ex urbe enim egreſſi vicino in colle caſtra ſunt metati, docente Arriano, ſed perfidiam Alexandri diſſimulante, L. iv, 27. p. 190. Melius Plut. Alex.

Olymp. CXIII. 1. ipſis pulmonibus infigunt. Mercenarii lanceis in confertam hoſtium turbam projectis, dum prope, qui petuntur, expoſitos habent, ictu non aberrant. Sed cum magna pars ſauciaretur, nec minor occumberet, foeminae indutis caeſorum armis, operam ſuam in conflictu viris adjungunt. Extremum quippe diſcrimen, & rei quae tum gerebatur, magnitudo, ut ad ſtrenuam defenſionem accingerentur, ipſas adegit. Pars igitur armata clypeorum objectu maritos adjuvabat: pars ſine armis impreſſione facta prehenſiſque hoſtium clypeis, magnum eis impedimentum afferebant. Ad extremum omnes cum uxoribus ſtrenue dimicantes, dum glorioſam mortem vitae cum dedecore traſigendae praeferunt, multitudine ſuperati occubuere. Inutilem vero inermemque turbam Alexander inde abductam cum foeminis adhuc reliquis equitibus conceſſit.

85. Complures etiam alias urbes expugnavit, & opponere ſe auſos interemit. Atque hinc ad petram, quam Aornon vocitant, perrexit: In hanc enim, quod munitiſſima eſſet, qui ſuperfuerant de incolis, confugerant. Hanc, uti fama eſt, Hercules ille priſcus oppugnare aggreſſus, propter ingentes terrae motus interim obortos, aliaque Deum prodigia, re infecta abſceſſerat. Quod cum inaudiſſet Alexander, tanto majori expugnandi caſtelli deſiderio, ut videlicet cum Deo gloriae ſtudio certaret, exarſit. Ambitus petrae ſtadiorum fuit centum, altitudo XVI. Superficies autem plana, & ex omni parte rotunda erat. Radices ad meridiem Indus, fluviorum per Indiam maximus, alluebat. Partes alias praealtae voragines, & inviae rupes cinxerant. Loci difficultatem ſpeculatus Alexander, ubi ſe vi expugnare illum non poſſe intellexit: Senior quidam cum duobus filiis eum adiit. Qui cum extrema paupertate conflictatus, diu in locis illis vitam toleraverat, domiciliumque in ſpecu quodam, ubi tres lectuli erant, petrae inciſi, habebat. Hic dum ſenex cum filiis commoratur, locorum peritiam ſibi comparaverat. Is itaque cum ad regem progreſſus, de conditione ſua illum edocuiſſet, per invias & abruptas loci anguſtias ſe ducem fore, & ut barbaris rupem inſidentibus ſuperior evadat effecturum, pollicetur. Hoc igitur ductore, cui ingens operae precium promiſerat, Alexander uſus, primo aditum, qui unicus in ſaxi ducebat verticem, occupavit; Et, quia nuſquam exitus alibi patebat, Barbaros obſidione concluſit,
608. ut auxilii nihil ſupereſſet. Hinc infinita agge-

τὰς ἀκμὰς τοῦ σιδήρου τοῖς [m] πνεύμοσιν ἐνήρειδον· οἱ δὲ μισθοφόροι τὰς λόγχας ἀκοντίζοντες εἰς ἀθρόους τοὺς πολεμίους, οὐχ ἡμάρτανον, σύνεγγυς κειμένου τοῦ σκοποῦ. διὸ καὶ πολλῶν μὲν τραυματιζομένων, οὐκ ὀλίγων δὲ τελευτώντων, αἱ γυναῖκες τὰ τῶν πεσόντων ὅπλα λαμβάνουσαι, [n] συνηγωνίζοντο τοῖς ἀνδράσιν. ἡ γὰρ ὀξύτης τοῦ κινδύνου, καὶ τὸ τῆς ἐνεργείας δεινὸν ἠνάγκαζεν αὐτὰς παρὰ φύσιν τρέπεσθαι πρὸς ἀλκήν. διὸ καί τινες μὲν αὐτῶν καθοπλισθεῖσαι συνησπίζον τοῖς ἰδίοις ἀνδράσι, τινὲς δὲ ἄνευ ὅπλων ἐμπίπτουσαι, τῶν ἀσπίδων ἐπελαμβάνοντο, καὶ πολλὰ τοὺς πολεμίους ἐνεπόδιζον. τέλος δὲ πάντες μετὰ τῶν γυναικῶν ἀγωνισάμενοι, καὶ κατακοπέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους, τὸν ἔνδοξον θάνατον τῆς ἀγεννοῦς φιλοζωΐας ἠλλάξαντο. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος τόν τε ἀχρεῖον καὶ ἄνοπλον ὄχλον, καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ὑπολειφθείσας ἀπάγων, τοὺς ἱππεῖς συνεπέστησε.

Πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας πόλεις ἐκπολιορκήσας, καὶ τοὺς ἀντιταττομένους ἀνελὼν, προῆγεν ἐπὶ τὴν 556.
πέτραν τὴν [o] Ἄορνον καλουμένην. εἰς γὰρ ταύτην οἱ περιλειφθέντες τῶν ἐγχωρίων, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὀχυρότητος, καταπεφεύγεισαν. λέγεται γὰρ τὸν παλαιὸν Ἡρακλέα, ταύτην τὴν πέτραν ἐπιβαλλόμενον πολιορκεῖν, ἀποστῆναι διά τινας ἐπιγινομένους μεγάλους σεισμοὺς καὶ διοσημείας. ὁ δ' Ἀλέξανδρος πυθόμενος περὶ τούτων, ἔτι μᾶλλον παρωξύνθη πολιορκῆσαι τὸ ὀχύρωμα, καὶ διαμιλληθῆναι τῇ τοῦ θεοῦ δόξῃ. ἡ δὲ πέτρα τὸν μὲν περίβολον εἶχε σταδίων ἑκατὸν, τὸ δ' ὕψος ἑκκαίδεκα, τὴν δ' ἐπιφάνειαν ὁμαλὴν καὶ πάντῃ περιφερῆ. καὶ τὸ μὲν πρὸς μεσημβρίαν μέρος αὐτῆς προσέκλυζεν ὁ Ἰνδὸς ποταμὸς, μέγιστος ὢν τῶν κατὰ τὴν Ἰνδικὴν, τὰ δ' ἄλλα μέρη περιείχετο φάραγξι βαθείαις, καὶ κρημνοῖς ἀπροσίτοις. τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου κατασκεψαμένου τὴν δυσχωρίαν, καὶ τὴν ἐκ βίας ἅλωσιν ἀπογνόντος, ἧκέ τις πρὸς αὐτὸν πρεσβύτης μετὰ [p] δυοῖν υἱῶν. οὗτος δ' ὢν πένης παντελῶς, καὶ πολὺν χρόνον ἐντεθραμμένος τοῖς τόποις, κατῴκει [q] μὲν ἔν τινι σπηλαίῳ τρεῖς στιβάδας ἔχοντι κατὰ τὴν πέτραν ἐντετμημένας· ἐν αἷς ὁ γέρων μετὰ τῶν υἱῶν ἐπαυλιζόμενος, ἐμπειρίαν [r] περιπεποίητο τῶν τόπων. οὗτος οὖν προσελθὼν τῷ βασιλεῖ, καὶ τὰ περὶ ἑαυτὸν δηλώσας, ἐπηγγείλατο καθηγήσεσθαι διὰ τῆς δυσχωρίας, καὶ ποιήσειν αὐτὸν ὑπερδέξιον γενέσθαι τῶν κατειλημμένων τὴν πέτραν βαρβάρων. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, ἐπαγγειλάμενος μεγάλας δωρεὰς δώσειν, καὶ τῷ πρεσβύτῃ χρησάμενος ὁδηγῷ, πρῶτον μὲν τὴν πάροδον τὴν εἰς τὴν πέτραν φέρουσαν [s] κατελάβετο, καὶ, μηδεμιᾶς οὔσης ἄλλης [t] ἐξόδου, συνέκλεισε τοὺς βαρβάρους εἰς ἀβοήθητον πολιορκίαν· ἔπειτα τῇ πο-

[m] Πνεύμοσι Venet. ſolus. πνεύμασι Cett. Paullo ante pro σαρίσσαις Reg. 2. ex gloſſa μακροῖς δόρασι. [n] Συνεσπίζοντο vel Venet., in quo multa hic confuſa. [o] Ἄορνον ora Steph. Baſil. Reg. 1. [p] Δυοῖν Reg. ſec. & Reg. 1. in quo οὗτος δ' ὤν. [q] Δὲ ἐν ταῖς [illegible]. [r] Περιπεποίητο Reg. 1. quod praeſtat Edd. περιεποίητο. [s] Κατέλαβε idem. [t] Διεξόδου Reg. 1.

Alex. p. 698. C. & Polyaen. Strat. L. IV, 3, 10. P. Wess.

41. Τοῖς πνεύμασιν] Forte πνεύμοσιν vel σώμασιν, quod praetulerim. L. Rhod.

Τοῖς πνεύμοσιν ἐνήρειδον] Accipio libens, quod Venetus liber obtulit, alioqui σώμασιν, quod ſede ſua a πνεύμασιν ſaepe everſum oſtendit Cotel. T. II. Mon. Graec. p. 609., ex Rhodom. conjectura praeſtitiſſet. Poeta Aen. IX, 701. & fixo ferrum in pulmone tepeſcit. & X, 387. atque enſem tumido in pulmone recondit. Quem quidem locum & haec Diodori cum exſcripſiſſet N. Blancardus ad Arriani ſui L. IV. pag. 303. „ ſervo tamen, inquit, cum libris τοῖς πνεύμασιν, & interpretor locum, eorum praecordia & vitalia ferri acie transfigebant. Idem Maro

——— abditaque intus
Spiramenta animae lethali vulnere rumpit.

„ Vides abſque mutatione parilem ſenſum exire". Video equidem & miror. Quis enim Graecorum τὰς ἀκμὰς τοῦ σιδήρου τοῖς πνεύμασιν ἐνερείδειν dixit? Fontem, unde areolas ſuas rigavit, ſi qua veſtiges, reperies in Stephani Theſ. T. III. p. 406. P. Wess.

57. Τοὺς ἱππεῖς συνεπέστησε] Interpretis equitibus conceſſit non laudo. Vult Diodorus praeter alios abducendae huic multitudini impoſitos fuiſſe equites. Haec enim voci poteſtas. P. Wess.

61. Τὴν Ἄορνον καλουμένην] Sic & hujus lib. Cap. 96. ſi tamen Ἄορνιν malueris, utere Luciano D. Mort. XIV, 6. & quae ibi viri docti. P. Wess.

63. Τὸν παλαιὸν Ἡρακλέα] Mallem τὸ παλαιὸν adverbialiter, pro antiquitus. H. Steph.

Τὸν παλαιὸν] Non equidem intercedo. Vide adſcripta L. I, 92. p. 103. Praeclare vero Strabo L. XV. p. 1008. Ἄορνον δέ τινα πέτραν, ἧς τὰς ῥίζας ὁ Ἰνδὸς ὑπορρεῖ πλησίον τῶν πηγῶν, Ἀλεξάνδρου κατὰ μίαν προσβολὴν ἑλόντος, σεμνύνοντες (aſſentatores Macedones) ἔφα-

πολυχειρίᾳ χώσας τὴν φάραγγα καὶ τὴν ῥίζαν τῆς πέτρας, προσελθὼν ἐνεργῆ πολιορκίαν συνεστήσατο, συνεχῶν [v] ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ καὶ τὰς ἴσας νύκτας ἐκ διαδοχῆς τὰς προσβολὰς ποιούμενος. τὸ μὲν οὖν πρῶτον οἱ βάρβαροι διὰ τὰς τῶν τόπων ὑπεροχὰς [x] ἐπροτέρουν, καὶ πολλοὺς ἀνῄρουν τῶν προπετῶς βιαζομένων· τοῦ δὲ χώματος συντελεσθέντος, καὶ τῶν ὀξυβελῶν καταπελτῶν καὶ τῶν ἄλλων ὀργάνων ἐπισταθέντων, πρὸς δὲ τούτοις τοῦ βασιλέως φανεροῦ καθεστῶτος ὡς οὐκ ἀποστήσεται τῆς πολιορκίας, οἱ μὲν Ἰνδοὶ καταπλάγησαν· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, ἐμφρόνως προϊδόμενος τὸ μέλλον, ἐξέλιπε τὴν ἐν τῇ παρόδῳ καταλελειμμένην φυλακήν, διδοὺς ἔξοδον τοῖς βουλομένοις ἐκ τῆς πέτρας ἀναχωρεῖν. οἱ δὲ βάρβαροι, φοβηθέντες τάς τε τῶν Μακεδόνων ἀρετὰς καὶ τὴν τοῦ
557 βασιλέως φιλοτιμίαν, νυκτὸς ἐξέλιπον τὴν πέτραν.

Ὁ δ' Ἀλέξανδρος τοῖς [y] κενοῖς τοῦ πολέμου καταστρατηγήσας τοὺς Ἰνδούς, χωρὶς κινδύνου ἐκυρίευσε τῆς πέτρας. καὶ τῷ μὲν ὁδηγήσαντι τὰς ὁμολογημένας δωρεὰς ἀπέδωκεν, αὐτὸς δὲ ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως. καθ' ὃν καιρὸν [z] Ἀφρίκης τις Ἰνδός, ἔχων μὲν στρατιώτας δισμυρίους, ἐλέφαντας δὲ [a] πεντεκαίδεκα, διέτριβε περὶ τὸν τόπον. τοῦτον δέ τινες ἀνελόντες, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐνέγκαντες, διὰ ταύτης τῆς εὐεργεσίας περιεποιήσαντο τὰς ἰδίας σωτηρίας. ὁ δὲ βασιλεὺς τούτους τε προσηγάγετο, καὶ τῶν ἐλεφάντων πλανωμένων κατὰ τὴν χώραν ἐκυρίευσε. αὐτὸς δὲ παρελθὼν ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμόν, καὶ καταλαβὼν τάς τε τριακοντόρους κατεσκευασμένας, καὶ τὸν πόρον ἐζευγμένον, τριάκοντα μὲν ἡμέρας ἀνέλαβε τὴν δύναμιν, καὶ τοῖς θεοῖς μεγαλοπρεπεῖς συντελέσας θυσίας, διεβίβασε τὴν στρατιάν, καὶ περιέπεσε παραδόξῳ περιπετείᾳ. Ταξίλου γὰρ τοῦ βασιλέως προτετελευτηκότος, υἱὸς αὐτοῦ Μῶφις, διαδεξάμενος τὴν ἀρχήν, διεπέμψατο μὲν καὶ πρότερον πρὸς Ἀλέξανδρον ἐν τῇ Σογδιανῇ διατρίβοντα, ἐπαγγελλόμενος αὐτῷ συστρατεύσειν ἐπὶ τοὺς ἀντιταττομένους τῶν Ἰνδῶν, καὶ τότε πρέσβεις ἀποστείλας, ἔφησεν αὐτῷ παραδιδόναι τὴν βασιλείαν. ἀπέχοντος δὲ τεσσαράκοντα σταδίους τοῦ βασιλέως, ἐκτάξας τὴν δύναμιν ὡς εἰς πόλεμον, καὶ τοὺς ἐλέφαντας κοσμήσας, ἀπήντα μετὰ τῶν φίλων. ὁ δ' Ἀλέξανδρος ὁρῶν προσιοῦσαν μεγάλην δύναμιν ἐκτεταγμένην πολεμικῶς, καὶ δόξας [b] τὸν Ἰνδὸν ἐπιβουλῆς πεποιῆσθαι τὰς ἐπαγγελίας, ὅπως ἀπαρασκεύοις τοῖς Μακεδόσιν ἐπίθηται, τοῖς μὲν σαλπιγκταῖς παρεκελεύσατο σημαίνειν τὸ πολεμικόν· τοὺς δὲ στρατιώτας ἐκτάξας, ἀπήντα τοῖς Ἰνδοῖς. ὁ δὲ Μῶφις ὁρῶν τὴν ταραχὴν τῶν Μακεδόνων, καὶ τὸ γεγονὸς συλλογιζόμενος, τὴν μὲν δύναμιν κατέλιπεν, αὐτὸς δὲ

rentium opera effecit, ut vallis & radix petrae explerentur: & de propinquo cum hoſte rem gerens, oppugnationem acerrimam inſtituit. Quae aſſiduis nec interruptis per VII. dies totidemque noctes conflictibus duravit. Ac initio quidem Barbari, quod locorum celſitate adjuvarentur, ſuperiores erant, multoſque incaute ſe ingerentium neci dabant. Sed aggere tandem perfecto, & catapultis caeteriſque machinis jam adactis, cum & regem ab incepto non deſtiturum liquido conſtaret, ingens obſeſſos terror inceſſit. Tum Alexander, qui, quid eventurum eſſet, ſagaciter proſpiceret, praeſidium in aditu relictum dimiſit, ut liberum quicunque vellent abeundi ſpacium haberent. Barbari itaque tum Macedonum virtute, tum regis conſtantia, perterriti, noctu Petra exceſſere. Olymp. CXIII. 1.

86. Hoc vano belli terriculamento Indos ludificatus Alexander, abſque detrimento rupem in poteſtatem accepit, & dono, quod conſtituerat, ducem remuneratus, ad ultiora copias promovit. Eo tempore Indus quidam Aphrices, cum ccIↃↃ. ccIↃↃ. exercitu, & XV. Elephantibus, illis in locis ſubſiſtebat. Hunc quidam interemere, atque interemti capite ad Alexandrum delato, incolumitatem ſibi munere iſto compararunt. His igitur in fidem acceptis, Elephantis etiam, qui paſſim in regione illa vagabantur, rex potitur. Hinc ad Indum progreſſus, naves (quas a XXX. remorum uſu Triacontoros vocant) conſtructas, & fluvium ponte junctum invenit. Ibique ſtativis per XXX. dies ad recreandum exercitum habitis: magnifica Diis ſacra peregit. Traductis inde copiis res inſolens nec inopinata illi contigit. Taxili, qui illic locorum regnaverat, pridem defuncto, Mophis filius in regnum ſucceſſerat. Is jam antea legatione ad Alexandrum in Sogdiana haerentem miſſa, contra Indos regi obſtaturos armorum ſocietatem obtulerat. Sed & tunc per legatos regnum ſe ipſi traditurum ſpopondit. Jamque XXX. ſtadia rex aberat: cum ille exercitu ad bellum inſtructo, elephantiſque velut ad pugnam adornatis, amicos ſimul adducens, regi occurrit. Quare tam numeroſum adventare exercitum inſtructa acie ubi vidit Alexander, fraudem pollicitis Indum ſubtexere credens, nempe ut imparatos hoc pacto Macedones opprimeret, pugnae ſignum tubicines dare jubet: explicitaque acie obviam Indis procedit. At Mophis repentina Macedonum commotione intellecta, cum quid rei eſſet facile ratiocinari poſſet, juſſis ſubſiſtere copiis, cum paucis concitato equo

v Ἐφ' ἡμέρας idem. x Ἐπροτέρουν Baſil. Vulgo προτέρουν. y Καινοῖς Baſil. z Aphices Coſpus. a Ἐπτακαίδεκα Reg. 1. tredecim Coſp. b Τὸν αὐθέντα Baſil.

ὕψωσαν τὸν Ἡρακλέα τρὶς μὲν προσβαλεῖν τῇ πέτρᾳ ταύτῃ, τρὶς δ' ἀποκρουσθῆναι. Adjunge Curt. VIII, 11. & Philoſtrat. Vit. Apollon. L. II, 10., qui XV. ſtadiorum altitudinem rupi tribuit & fabulas ſolito ſibi more auget. P. Wess.

93. Συνεχῶν ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ &c.] Eadem Curtius, in petrae hujus oppugnatione deſcribenda copioſus, L. VIII, 11, 9., a quo Noſtroque in pleriſque abit Arrian. IV, 29. & ſeqq. P. Wess.

5. Τοῖς κενοῖς τοῦ πολέμου] Poſui κενοῖς τοῦ πολέμου, non καινοῖς, ut habet vulgata editio. Cicero ad Att. lib. V, 20. Interim (ſcis enim quaedam κενὰ dici, item τὰ κενὰ τοῦ πολέμου) rumore adventus noſtri & Caſſio, qui Antiochiae tenebatur, animus acceſſit & Parthis timor injectus eſt. Ipſe item Diodorus infra (XX, 30., ὅτι ἀληθὲς εἶναι τὸ λεγόμενον, ὅτι πολλὰ τὰ κενὰ τοῦ πολέμου. Itidem Polybius ἔστιν ἀληθὲς ἐκεῖ τὸ παροιμιαζόμενον, ὅτι πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. Rurſum Diodorus infra (XX, 68.) [illegible] μίαν, τοῖς κενοῖς τοῦ πολέμου. H. Steph.

Τοῖς κενοῖς τοῦ πολέμου] Stephani ſententiam vetuſti libri adfirmant. Differentia librariis accepta referenda eſt, qui & in Thucydide L. III, 30. τὸ καινὸν τοῦ πολέμου, ſcholiaſte tum hoc, tum τὸ κενὸν, quod prorſus opportunum, explicante, ut pulcre monet vir doctus Miſcellan. Obſerv. Vol. III. p. 302., & in Suida πολλὰ καινὰ τοῦ πολέμου, fragmentoque Polybii, de quo H. Stephanus, dederunt. Rectum eſt in Noſtri Ecloga 2. Lib. XXI., & Diogeniani Proverb. VII, 80. P. Wess.

13. Ἀφρίκης τις Ἰνδὸς] Eryzem adpellat Curtius VIII, 12, 1., in ſequentibus Noſtri verba Latine exprimens. P. Wess.

27. Μῶφις] Permutatis duabus prioribus literis Omphis eſt Curtio, eadem de adſcito Taxilae nomine regioque inſigni, Alexandri permiſſu, proferenti dict. loc. ſect. 14.; adde Strabon. L. XV. p. 1022. P. Wess.

36. Ἀπαρασκεύοις] Lego ἀπαρασκεύοις, non ἀπαρασκεύως. H. Steph.

Olymp. CXIII. I. equo excurrit, omnemque Macedonibus errorem exemit: dum ſe & exercitum (regni vires) regis in fidem tradit. Laetus hoc Barbari facto Alexander, regnum illi reſtituit, eumque deinceps amicum & ſocium conſtantem Taxilem cognominatum, fuit expertus. Annus ergo ſuperior his rebus geſtis inclaruit.

Olymp. CXIII. II. 87. Cum Archon deinceps Athenis eſſet Chremes, & Romae Coſſ. P. Cornelius, & Aulus Poſtumius, Alexander in Taxilis provincia recreato prius exercitu, vim belli in Porum, finitimos Indos ſub imperio tenentem, convertit. Is ultra quinquaginta peditum millia, & cIↃ. cIↃ. cIↃ. equitum, pluresque quam cIↃ. currus, Elephantes autem CXXX. habebat; Et, ad belli ſocietatem etiam alium in vicinia regem, nomine Embiſarum, vi militum Poro non inferiorem, adſciverat. Hunc igitur ubi vix CCCC. abeſſe ſtadiis cognoviſſet Alexander, ſigna cum Poro ante illius adventum con-
609. ferre ſtatuit. Propius igitur ad Indos acceſſit, quem ſimul ac imminere ſenſit Porus, ordines ita explicavit, ut equitatum in cornua diſtribueret: Elephantes autem, ad terrorem hoſtium inſtructos, in fronte paribus intervallis, collocaret, interque ipſos gravis armaturae militibus locum aſſignaret. His, ut beluas tutarentur, & miſſilium a latere jactus prohiberent, imperatum fuit. Tota igitur acies urbis ſpeciem exhibebat. Nam Elephantorum ſtatio turribus, & militum inter hos ordines extenti muris inter turres erant aſſimiles. Qua hoſtici exercitus ordinatione conſiderata Alexander, ſuas contra, ut res expoſcere videbatur, copias diſponit.

88. Conflictu ergo ab equitibus primum inito, ſtatim currus Indorum fere omnes fracti pereunt. Poſt eum mole corporum & roboris impetu Elephantes in loco uterentur, Macedonum alii beluarum incurſu obtriti, una cum armis ſimul contuſis pereunt. Alii manibus (quas proboſcides vocant) correpti, inque altum elevati, ſolo rurſum alliduntur, indignamque mortem oppetunt; Multi etiam inflictu dentium per totum corpus ſauciati illico vitae jacturam faciunt. Interim tamen Macedones ingenti robore praelii difficultates tolerant, & interjectos beluis milites ſariſſis conficiunt: unde aequatum pugnae diſcrimen. Verum non multo poſt, cum jaculis undique inceſſerentur ferae, nec dolores ex crebritate vulnerum ſuſtinerent, Indi etiam rectores obnixibus illorum impares erant. Averſae enim rapido in ſuorum ordines impetu ruebant, ut pluri-

μετ' ὀλίγων προϊππεύσας, καὶ τὴν ἄγνοιαν τῶν Μακεδόνων διορθωσάμενος, παρέδωκεν ἑαυτόν τε καὶ τὴν δύναμιν τῷ βασιλεῖ. ἡσθεὶς δὲ ὁ Ἀλέξανδρος, τήν τε βασιλείαν ἀπέδωκεν αὐτῷ, καὶ τὸ λοιπὸν διετέλει τούτῳ φίλῳ καὶ συμμάχῳ χρώμενος, καὶ μετωνόμασεν αὐτὸν Ταξίλην. ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Χρέμητος, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Πόπλιον Κορνήλιον καὶ Αὖλον Ποστούμιον. ἐπὶ δὲ τούτων Ἀλέξανδρος ἐν τῇ Ταξίλου χώρᾳ προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν, ἐστράτευσεν ἐπὶ Πῶρον τὸν τῶν πλησιοχώρων Ἰνδῶν βασιλέα. οὗτος 558. δ' εἶχε πεζοὺς μὲν πλείους τῶν πεντακισμυρίων, ἱππεῖς δὲ περὶ τρισχιλίους, ἅρματα δὲ πλείω τῶν χιλίων, ἐλέφαντας δὲ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα. ἐπεποίητο δὲ καὶ ἕτερον τῶν πλησιοχώρων βασιλέα σύμμαχον, ὃς ὠνομάζετο [c] Ἐμβίσαρος, εἶχε δὲ δύναμιν οὐ πολὺ λειπομένην τῆς τοῦ Πώρου. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, ἀκούσας τοῦτον τὸν βασιλέα τετρακοσίους ἀπέχειν σταδίους, ἔκρινε πρὸ τῆς τούτου παρουσίας ἐπιβαλεῖν τῷ Πώρῳ. ἐγγίσαντος δὲ αὐτοῦ τοῖς Ἰνδοῖς, ὁ Πῶρος πυθόμενος πλησίον εἶναι τοὺς πολεμίους, εὐθὺς ἐξέταξε τὴν δύναμιν, καὶ τοὺς μὲν ἱππεῖς ἐπὶ τὰ κέρατα διεμέρισε, τοὺς δ' ἐλέφαντας καταπληκτικῶς κεκοσμημένους, κατὰ μέτωπον ἐν ἴσοις διαστήμασιν ἔστησεν. ἀνὰ μέσον δὲ τῶν θηρίων τοὺς λοιποὺς ὁπλίτας ἔταξεν· οἷς συντεταγμένον ἦν παραβοηθεῖν τοῖς θηρίοις, καὶ διακωλύειν ἐκ τῶν πλαγίων εἰσακοντίζειν. ἡ μὲν οὖν ὅλη σύνταξις αὐτῶν ὑπῆρχε πόλει παραπλήσιος τὴν πρόσοψιν. ἡ μὲν γὰρ τῶν ἐλεφάντων στάσις τοῖς πύργοις, οἱ δὲ ἀνὰ μέσον τούτων στρατιῶται τοῖς μεσοπυργίοις ὡμοίωντο. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος κατανοήσας τὴν τῶν πολεμίων τάξιν, πρὸς ταύτην τὴν διακόσμησιν οἰκείως ἐξέταξε τὴν δύναμιν.

Γενομένης δὲ μάχης τὸ μὲν πρῶτον τοῖς ἱππεῦσιν, ἅπαντα σχεδὸν τὰ ἅρματα τῶν Ἰνδῶν διεφθάρη· μετὰ δὲ ταῦτα τῶν ἐλεφάντων ταῖς τε τῶν σωμάτων ὑπεροχαῖς καὶ ταῖς ἀλκαῖς δεόντως χρωμένων, οἱ μὲν ὑπὸ τῶν θηρίων συμπατούμενοι μετὰ τῶν ὅπλων θραυομένων τῶν ὀστῶν ἀπώλλυντο, οἱ δὲ, ταῖς [d] προνομαίαις περιλαμβανόμενοι, καὶ πρὸς ὕψος [e] ἐξαρθέντες, πάλιν πρὸς τὴν γῆν ἠράττοντο, καὶ δεινοῖς θανάτοις περιέπιπτον, πολλοὶ δὲ τοῖς ὀδοῦσι συγκεντούμενοι, καὶ δι' ὅλων τῶν σωμάτων τιτρωσκόμενοι, παραχρῆμα τοῦ ζῆν ἐστερίσκοντο. τῶν δὲ Μακεδόνων εὐρώστως ὑπομενόντων τὸ δεινὸν, καὶ τοὺς ἀνὰ μέσον τῶν θηρίων ταῖς σαρίσαις ἀναιρούντων, ἰσόρροπος ἦν ἡ μάχη. μετὰ δὲ ταῦτα, τῶν θηρίων συνακοντιζομένων, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν τραυμάτων περιωδύνων γινομένων, οἱ μὲν [f] περιβεβηκότες αὐτοῖς Ἰνδοὶ κρατεῖν τῆς ὁρμῆς τῶν ζῴων οὐκ [g] ἴσχυον. ἐκκλίνοντα γὰρ εἰς τοὺς ἰδίους ταῖς ὁρμαῖς ἀκατασχέτοις ἐπε-

c Sabiſarus *Coſpus.* d Προνομαῖς *Reg. amb.* e Ἐπαρθέντες *Reg. 1.* f Περιβεβληκότες *idem.* g Ἀπέσχον *Reg. pr.*

52. Αὖλον Ποστούμιον] Pro hoc *Livius* edit Πόπλιον Πλαύτιον, Faſtique adſtipulantur. L. Rhod.

Αὖλον Ποστούμιον] Videtur aliis ex Faſtis *A. Poſtumius* tranſſumptus. Conf. *Livium* L. VIII, 22. & *Pigh.* Ann. ad ann. CDXXV. p. 337. P. Wess.

54. Προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν] Legi etiam poteſt προαναλαβὼν, ſed mutata ſignificatione. L. Rhod.

Προσαναλαβὼν] Nihil mutatione opus eſſe, antea dixi. Auctor hujus lib. Cap. 110. ἐνταῦθα δὲ μείνας ἡμέρας ἑπτὰ καὶ προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν. Saepeque alias. P. Wess.

56. Πεζοὺς μὲν πλείους τῶν πεντακισμυρίων &c.] In Pori exercitu deſcribendo finiendoque peditum, curruum & elephantorum numero diſcordia eſt. Vid. *Curt.* VIII, 13. 7. & *Arrian.* L. V, 15. P. Wess.

60. Ὃς ὠνομάζετο Ἐμβίσαρος] Mox cap. 90. ejus in nomine mire variatur, ſicuti & *Strabonis*, *Curtii*, *Arriani* aliorumque in libris. Conf. *Rader.* & *Freinſhem.* in *Curt.* VIII, 13. 1. Ἀμβίσαρος *Arriani* L. V, 8. quamquam neque is ſibi conſtat, ſola pronuntiatione ab *Embiſare* diſcrepat. P. Wess.

72. Ἡ μὲν οὖν ὅλη σύνταξις αὐτῶν &c.] *Polyaenus* ὡς ἦν τὸ σχῆμα τείχει μεγάλῳ παραπλήσιον· οἱ μὲν ἐλέφαντες ἐῴκεσαν πύργοις, οἱ δὲ πεζοὶ μεσοπυργίοις L. IV, 3, 22. Quae ſimili ex fonte, unde Auctor aquatum iit, eſſe hauſta adparet. Recte ergo *belluas afferentes moenium ſpeciem* apud *Curt.* IX, 2, 15. his Diodoreis tuetur *Cellarius.* P. Wess.

79. Γενομένης δὲ μάχης, τὸ μὲν πρῶτον &c.] Comma poſt μάχης reducendum eſſe locandumque, poſt ἱππεῦσιν bene monuit *Rhodomanus*, cui hac in re nolle obſequi inconſultum eſt. P. Wess.

84. Οἱ δὲ ταῖς προνομαίαις περιλαμβανόμενοι] Hoc retineo, tametſi προνομαῖς minime pravum. *Philo Jud.* de Mund. non Corrump. p. 991. A. καὶ τῇ προνομαίᾳ τὴν πλεονεξίαν τέλειος. *Philoſtrat.* de Apollon. Vit. II, 12, καὶ αὐτὰ τὰ θηρία χρῆσθαι τῇ προνομαίᾳ ἐγχειρεῖν. Unde Latinis elephanti proboſcis *manus* ſaepe-

ἐφθάσθο, καὶ τοὺς φίλους [h] συνεπάτει. ταραχῆς δὲ πολλῆς γινομένης, ὁ Πῶρος συνιδὼν τὸ [i] γινόμενον, καὶ τεταγμένος ἐπὶ τοῦ κρατίστου τῶν ἐλεφάντων, ἤθροισε περὶ αὐτὸν τεσσαράκοντα τῶν θηρίων τὰ μὴ τεταραγμένα, καὶ τῷ βάρει τῶν ἐλεφάντων ἐπιβαλὼν τοῖς πολεμίοις, πολὺν ἐποίει φόνον, ἔτι καὶ τῇ ῥώμῃ τοῦ σώματος πολὺ προέχων τῶν συστρατευομένων. τὸ γὰρ μῆκος ἦν πηχῶν πέντε, τὸ δ' 559. εὖρος ὑπῆρχεν ὁ θώραξ αὐτοῦ διπλάσιον τῶν ἄλλων, τῶν εὐρωστίᾳ διαφερόντων. διόπερ τὰ βαλλόμενα σαυνία τοιαύτην εἶχε δύναμιν, ὥστε μὴ πολὺ λείπεσθαι τῶν καταπελτικῶν βελῶν. τῶν δ' ἀντιτεταγμένων Μακεδόνων καταπεπληγμένων τὴν ἀνδραγαθίαν τοῦ Πώρου, ὁ Ἀλέξανδρος, μεταπεμψάμενος τοὺς τοξότας καὶ τὰ [k] ψιλικὰ τῶν ταγμάτων, προσέταξεν ἅπαντας βάλλειν ἐπὶ τὸν Πῶρον. ταχὺ δὲ τῶν στρατιωτῶν πραξάντων τὸ παραγγελθὲν, καὶ βελῶν ἅμα πολλῶν ἐνεχθέντων ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν, καὶ πάντων ἐπιτυγχανόντων, διὰ τὸ μέγεθος τοῦ σκοποῦ, ὁ μὲν Πῶρος ἡρωϊκῶς ἀγωνισάμενος, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν τραυμάτων γενόμενος ἔξαιμος, [l] ἐλειποψύχησε, καὶ περικλασθεὶς περὶ τὸ [m] θηρίον, πρὸς τὴν γῆν κατηνέχθη. διαδοθείσης δὲ φήμης ὅτι τετελεύτηκεν ὁ βασιλεὺς, τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν Ἰνδῶν πρὸς φυγὴν ὥρμησεν, ἐν τῇ φυγῇ πολλοῦ φόνου γινομένου.

Ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ἐπιφανεῖ μάχῃ νικήσας, ἀνεκαλέσατο τῇ σάλπιγγι τοὺς στρατιώτας. ἔπεσον δ' ἐν τῇ μάχῃ τῶν Ἰνδῶν πλείους τῶν μυρίων καὶ δισχιλίων, ἐν οἷς ὑπῆρχον καὶ δύο υἱοὶ τοῦ Πώρου, καὶ οἱ στρατηγοὶ, καὶ οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν ἡγεμόνων. ζῶντες δὲ ἄνδρες ἑάλωσαν ὑπὲρ τοὺς ἐνακισχιλίους, ἐλέφαντες δὲ ὀγδοήκοντα· αὐτὸς δὲ ὁ Πῶρος ἔμπνους ὢν παρεδόθη τοῖς Ἰνδοῖς πρὸς τὴν θεραπείαν. τῶν δὲ Μακεδόνων ἔπεσον μὲν ἱππεῖς διακόσιοι καὶ ὀγδοήκοντα, πεζοὶ δὲ πλείους τῶν ἑπτακοσίων. ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς μὲν τετελευτηκότας ἔθαψε, τοὺς δὲ ἀνδραγαθήσαντας κατὰ τὴν ἀξίαν ἐτίμησεν. αὐτὸς δὲ Ἡλίῳ ἔθυσεν, ὡς δεδωκότι τὰ πρὸς ἀνατολὴν μέρη καταστρέψασθαι. τῆς δὲ πλησίον ὀρεινῆς ἐχούσης πολλὴν μὲν ἐλάτην εὔτροφον, οὐκ ὀλίγην δὲ κέδρον καὶ πεύκην, ἔτι δὲ τῆς ἄλλης ὕλης ναυπηγησίμου πλῆθος ἄφθονον, κατεσκεύασε ναῦς ἱκανάς. διενοεῖτο γὰρ, ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς Ἰνδικῆς παραγενόμενος, καὶ πάντας τοὺς ἐγχωρίους καταστρεψάμενος, διὰ [n] τοῦ ποταμοῦ καταπλεῖν εἰς τὸν ὠκεανόν. ἔκτισε δὲ δύο πόλεις, τὴν μὲν πέραν τοῦ ποταμοῦ, καθ' ὃν τόπον αὐτὸς διέβη· τὴν δ' ἄλλην, ἐν ᾧ τόπῳ τὸν Πῶρον ἐνίκησε. ταχὺ δὲ τῶν ἔργων κατασκευασθέντων διὰ τὴν πολυχειρίαν, τὸν μὲν Πῶρον θεραπευθέντα, βασιλέα κατέστησε, διὰ τὴν ἀρετὴν, ἧς πρότερον ἦρχε χώρας· τὴν δὲ δύναμιν ἐπὶ τριάκοντα ἡμέρας ἀνέλαβε, πολλῆς ἀφθονίας οὔσης τῶν ἐπιτηδείων.

mi obtererentur. Magna hinc perturbatione exorta, Porus, cum quo loco res forent, animadverteret, Elephantum praeſtantiſſimo inſidens, de beluis xL. nondum conſternatas circum ſe conſiſtere jubet. Et hoc agmine impreſſione in hoſtem facta, prolixam edit caedem, eo potiſſimum, quod viribus corporis omnes ſecum militantes ſuperabat. Nam cubitos v. longus erat, craſſitudine autem tanta, ut thorax ejus duplo excederet loricas aliorum, qui robore excellerent. Quamobrem verutis ab eo projectis tanta vis inerat, ut non multum citra catapultae jactum ſubſiſterent. Haec virtutis in Poro eminentia Macedonibus, contra illum in acie ſtantibus, nonnihil terroris injecerat. Sagittariis igitur & levis armaturae ordinibus accitis, Alexander edicit, ut omnes ipſum Porum telis inceſſant. Hi quod juſſi erant peragunt. Ergo dum crebra in Indum miſſilia congeruntur, nec, quod tam craſſa ictibus moles expoſita eſſet, aberrant: Porus tandem, cum heroice depugnaſſet, prae multitudine vulnerum exſanguis, animo deficit, & viribus infractis e belua ad terram delabitur. Mox divulgato rumore, quod rex oppetiiſſet, reliqua Indorum multitudo fugam arripuit: in qua non exigua ſtrages facta.

Olymp. CXIII. II.

89. Tum Alexander, praelio tam illuſtri victor, tuba receptus ſignum dedit. Occubuerunt autem hac pugna Indorum plures quam cIↃↃ. cIↃ. cIↃ. Inter quos duo Pori filii, ſummique exercitus praefecti, & ducum clariſſimi fuere. Vivi autem in victoris manus plus quam IↃↃ. cIↃ. cIↃ. cIↃ. cIↃ. & xxc. Elephanti, venerunt. Et quia ſpiritus adhuc compos erat Porus, curandi illius negotium Indis mandatur. Ex Macedonibus autem equites ccc. peditesque ultra IↃ. cc, cecidere. Quibus rex juſta peragenda curat. Superſtites autem, qui bonos in pugnando viros ſe exhibuerant, pro merito praemiis cohoneſtat. Solem praeterea, cujus beneficio partes Orientis ſubegiſſet, ſacrificio veneratur. Multum vicini montes abjectis procerae, nec parum cedri ac piceae, adeoque largam materiae navibus conſtruendis idoneae copiam ſufficiebant. Hinc quantum ſatis eſſet navium compaginavit. Nam ſimul ac terminos Indiae attigiſſet, ſubactis illic gentibus, per flumen ipſum intrare Oceanum animo conceperat. Interim duas illic urbes condit; Unam in ripa fluminis ulteriore, ubi tranſmiſerat: alteram ubi Porum acie vicerat. Et quia multorum manibus hic opera conferebatur, utrumque opus cito perficitur. Porum autem viribus reſtitutum in regni, quod tenuerat, poſſeſſionem propter virtutem collocat. Exercitui etiam, quia ſumma illic erat commeatus abundantia, triginta dierum quietem ad reficienda corpora indulget. 610.

90. In

[h] Συνεπάτει Reg. 1. [i] Γιγνόμενον Vat. [k] Ψιλὰ τῶν τεταγμένων Reg. 1. quo non indigemus. [l] Ἐλιποψ. Baſil., tum περικλασθεὶς γὰρ περὶ ora Steph. copula neglecta. [m] Θωράκιον Reg. 2., ſed vulgatum in margine; θηρίον θωράκιον Varic. utraque lectione conjuncta. [n] Τῶν ποταμῶν Vat. Reg. 1. ora Steph.

penumero. *Curtius* L. VIII, 14, 27. *praecipue terribilis illa facies erat, quum MANU arma virisque corriperent, & ſuper ſe regentibus traderent.* De iiſdem *Lucian.* Zeuxid. C. 10. καὶ συναναβιβάζοντας ἐς ὕψος τοὺς προμαχομένους, quem vide quoque in Muſc. Encom. C. 3. P. WESS.

4. Τὸ γὰρ μῆκος ἦν πηχῶν πέντε] Abunde illuſtravit *Freinſhem.* in *Curt.* L. VIII, 14, 13. P. WESS.

18. Καὶ περικλασθεὶς περὶ τὸ θηρίον] Quis controverſiam his moviſſet, niſi veteres membranae anſam praeberent? Θωράκιον, quod oſtentant, non plane incongruum eſt. Machina erat, beluae tergo impoſita, unde in hoſtes abs bellatoribus ſpicula torquebantur. Ne temere dixiſſe videar, en *Aeliani* verba ex L. XIII. de Animal. Cap. 9. ὁ δὲ στρατιώτης ἐλέφας ἐπὶ τοῦ καλουμένου ΘΩΡΑΚΙΟΥ, ἢ καὶ νὴ Δία τοῦ νώτου γυμνοῦ καὶ ἐλευθέρου (φέρει) πολεμιστὰς μὲν τρεῖς &c. & Auctoris Hiſtor. Maccab., qui θώρακα vocat, ἐν τῷ θηρίῳ τεθωρακισμένῳ θώρακι βασιλικῷ Lib. 1. cap. 6, 43. Itaque id ſi reliquit Auctor, indicabitur, Porum infracto & vulneribus lacero corpore ex ea machina in teſtam verſum corruiſſe. Nihil tamen decerno, quod & vulgatum tueri ſe poſſit. Alia de Poro *Curt.* L. VIII, 14, 35. & *Arrian.* Ἀναβ. L. V, 18., e quo & hoc diſcimus, ſuperiore anno praelium hoc fuiſſe adminiſtratum, ſed ejus fine. Quae quidem cauſſa cur Chremetis Archontis magiſtratui *Diodorus* ſuo more id contribuat. P. WESS.

43. Τὴν μὲν πέραν τοῦ ποταμοῦ] De urbibus hiſce diſtinctius Cap. 95. P. WESS.

54. Ὀr-

Olymp. CXIII. 2.

90. In montibus autem, qui caſtris imminebant, ſingulare quippiam exſtitit. Alebat haec regio praeter materiam navibus ſtruendis idoneam mirae vaſtitatis ſerpentes, ad XVI. videlicet cubitorum longitudinem porrectos. Ad haec ſimiarum genera tum numero, tum magnitudine corporum inſolenti. Quarum venationis artem beſtia ipſa docuit. Eſt haec cujusvis actionis imitatrix. Sed propter corporis robur, animique ſagacitatem haud facile capitur. Ideo venatorum pars melle oculos perungit: pars in conſpectu ferarum perones induit. Sunt etiam, qui ſpecula capiti ſuo applicent. Tum calceamenta cum adhibitis vinculis relinquunt. Pro melle autem viſcum ſupponunt, & ſpeculis innectunt laqueos. Cum igitur beſtiae, quae viderunt, etiam ipſae peragere ceptant, conatu fruſtrantur. Palpebrae enim agglutinantur, pedes revincti haerent, & corpora illaqueata detinentur; Unde facillime ſubactae capiuntur. Dehinc Embiſarum, qui auxilium Poro ferendum procraſtinaverat, Alexander terrore incuſſo, ad imperata faciendum adegit, & tranſmiſſo cum copiis amne, per regionem eximie fertilem perrexit. Nam inſoliti hic generis arbores erant, ad LXX. cubitos in altum editae, & craſſitie tanta, ut difficulter IV. illas viri complecterentur. Umbram vero ad tria plethra de ſe projectabant. In hoc etiam tractu magna vis ſerpentum erat: qui ſpecie quidem exiles, ſed varietate corporum inſignes erant. Nam alii virgas aenei coloris ſpecie ſua exhibebant: Alii denſam, piliſque hirſutam, arrigebant criſtam; Tanta morſus efficacitate, ut mors extemplo ſequeretur. Si quis ictus eſſet, horrendis torquebatur doloribus, & cruentus per totum corpus ſudor profluebat. Macedones igitur aegre contra hanc peſtem ſe tutantes, lectos ex arboribus habentes ſuſpenſos majorem noctis partem inſomnem ducebant: donec ab incolis de remedio veneni radice quadam edocti, malo iſto liberati ſunt.

91. Poſtquam caſtra inde moverat Alexander nuncii quidam adtulerunt, Porum finitimorum regem, Pori nuper debellati ex fratre nepotem, re-

Ἴδιον δέ τι καὶ κατὰ τὴν ὀρεινὴν τὴν πλησίον ὑπῆρχε. Χωρὶς γὰρ τῆς πρὸς ναυπηγίαν ὕλης, εἶχεν ἡ χώρα πολλοὺς καὶ παρηλλαγμένους τοῖς μεγέθεσιν 560.
ὄφεις, ὄντας ἑκκαιδεκαπήχεις· πιθήκων τε γένη πολλῶν, καὶ τοῖς μεγέθεσι [o] διαλλαττόντων· ὧν τὴν τέχνην τῆς θήρας αὐτὸ τὸ ζῶον ὑφηγεῖτο. μιμητικὸν γὰρ ὑπάρχον πάσης πράξεως, βίᾳ μὲν οὐ ῥᾳδίως χειροῦται, διά τε τὴν ἰσχὺν τοῦ σώματος καὶ διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀγχίνοιαν· τῶν δὲ κυνηγῶν οἱ μὲν μέλιτι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀλείφονται, οἱ δὲ βλεπόντων τῶν θηρίων ὑποδοῦνται, τινὲς δὲ ταῖς κεφαλαῖς κάτοπτρα περιτιθέασι καὶ τοῖς μὲν ὑποδήμασι περιθέντες δεσμοὺς ἀπολείπουσιν, ἀντὶ δὲ τοῦ μέλιτος ἰξὸν ὑποβάλλουσι, τοῖς δὲ κατόπτροις [p] ἐπίσπαστρα καθάπτουσι. διόπερ ὅταν βούλωνται τὰ ζῶα τὰς πράξεις τῶν ὁραθέντων ἐπιτελεῖν, ἀδυνατεῖ, τῶν μὲν βλεφάρων κεκολλημένων, τῶν δὲ ποδῶν δεδεμένων, τῶν δὲ σωμάτων κατεχομένων. [q] ὅθεν εὐχείρωτα πρὸς τὴν θήραν γίνεται. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος τὸν ὑστερηκότα τῆς τοῦ Πώρου συμμαχίας βασιλέα ὄνομα [r] Ἐμβίσαρον καταπληξάμενος, ἠνάγκασε ποιεῖν τὸ προσταττόμενον· αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως περάσας τὸν ποταμόν, προῆγε διὰ χώρας ἀρετῇ διαφερούσης. δένδρων γὰρ εἶχε γένη διαλλάττοντα, καὶ τὸ μὲν ὕψος ἔχοντα πηχῶν ἑβδομήκοντα, τὸ δὲ πάχος μόγις ὑπὸ τεττάρων ἀνδρῶν [s] περιλαμβανόμενα, τριῶν δὲ πλέθρων σκιὰν ποιοῦντα. Εἶχε δὲ καὶ ἡ χώρα ὄφεων πλῆθος, μικρῶν μὲν τοῖς μεγέθεσι, ταῖς δὲ ποικιλίαις ἐξηλλαγμένων. οἱ μὲν γὰρ χαλκοειδεῖς ῥάβδους [t] ἐπέφαινον, οἱ δὲ τὴν λόφην δασεῖαν εἶχον τριχώδη, [u] διά τε τῶν δηγμάτων ὀξεῖς θανάτους ἀπειργάζοντο. τὸν δὲ πληγέντα πόνοι δεινοὶ συνεῖχον, καὶ ῥύσις ἱδρῶτος αἱματώδους κατεῖχε. διόπερ οἱ Μακεδόνες δεινῶς [x] ὑπὸ τῶν δηγμάτων ἀπαλλάττοντες, τὰς κλίνας [y] ἀπὸ τῶν δένδρων ἐξήρτων, καὶ τὸ πλεῖστον τῆς νυκτὸς διηγρύπνουν. μετὰ δὲ ταῦτα παρὰ τῶν ἐγχωρίων μαθόντες τὴν ἀντιφάρμακον ῥίζαν, ἀπελύθησαν τῶν δεινῶν.

Προϊόντος δὲ αὐτοῦ μετὰ τῆς δυνάμεως, ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες ὅτι Πῶρος ὁ βασιλεὺς, ἀνεψιὸς ὢν τοῦ καταπεπολεμημένου Πώρου, τὴν βασιλείαν

o Διαλλάττοντα *Reg.* 1. p Ἐπίσπαστα *idem.* q Sex quae conſequuntur deſunt vocabula *Ven. Reg.* 2. *Baſil.* & *Coſp.* r Σαβισάρον & Σαβαρσάρον in *Steph.* margine, quorum poſterius dat *Reg.* 1., prius *Baſil.* & *Coſp.*, Σαραβισάρον *Vat.*, Σαραβισάρον *Reg.* 2. Vid. ſupra Cap. 87. s Περιλαμβανόμενα ora *Steph.* mox ποιοῦσιν *Reg.* 2. *Baſil.* t Ἐπέφαινον οἱ δὲ *Venet. Reg.* 2. *Baſil.*, ſine inſerto ἐξηλλαγμένων, quod & aſteriſcum habet a *Steph.* & a me deletum eſt. u Διὰ δὲ τῶν *Reg.* 1. x Tria quae ſequuntur, omittunt *Venet. Reg.* 2. *Baſil.* y Ὑπὸ τῶν *Reg.* 1.

54. Ὄντας ἑκκαιδεκαπήχεις] Ex *Clitarcho* ſumpta ſunt, quem teſtem XVI. cubitorum ſerpentibus excitat *Aelian.* Hiſt. Anim. XVII, 2. Mox γένη πολλὰ καὶ τοῖς μεγέθεσι διαλλάττοντα exſcriptor *Reg. pr.* voluiſſe videtur, ſicuti πιθήκων γένη παμπολλα τὸ χρῶμα, μεγέθει δὲ μεγίστων *Clitarchus* apud *Aelian.* in ſimiarum hac venatione. P. Wess.

59. Τῶν δὲ κυνηγῶν οἱ μὲν μέλιτι τοὺς ὀφθαλμοὺς &c.] Demiror, cur melle oculos leverint, cum aqua ei rei & aptior multo & paratior eſſet? *Strabo* aquam praetulit L. XV. p. 1023. eadem in hiſtoria [illegible] ἀλείφειν ἐξ αὐτοῦ. Unde ergo id mel? Paucis expediam. Error videtur aut ipſius ſcriptoris aut amanuenſium. *Clitarchus*, unde haec excerpta, μίλτῳ ἀλείφειν, *rubrica pingunt*, ſcripſerat, quod, in veteri exemplari corruptius exaratum, *mel* tandem progenuit. Accipe ipſa *Clitarchi*, ſicuti ab *Aeliano* de Anim. L. XVII, 25. adumbrata ſunt, verba: [illegible] (ſimia) [illegible] MIATHI, καὶ [illegible]. Vides ovum ovo non eſſe ſimilius. Jam ut rubricae minique in pingendis oculis & ſuperciliis uſum veteri aevo valuiſſe, multis oſtendam, in re cognita neceſſe non arbitror. P. Wess.

65. Ἐπίσπαστρα καθάπτουσι] *Aelian.* eodem loc. [illegible], καὶ τοιαῦτά ἐστι. Vertunt *& laqueum ſubtus validum addunt*, mentem ſcriptoris aſſecuti, non verba. Lege mecum καὶ [illegible]. Namque [illegible] huic loco non conveniunt, aliud indicantia, ut vel ejuſdem L. XIV, 24. cognoſcitur. Quod vero continuo ſequitur ὅταν βούλωνται τὰ ζῶα id neminem Graeci moris callentem morabitur. Conf. ad L. V, 8. P. Wess.

76. Τὸ δὲ πάχος μόγις ὑπὸ τεττάρων — περιλαμβ.] Ex *Onesicrito* μεγέθει δένδρων, ὥστε ΠΕΝΤΕ ἀνθρώποις δυσπεριληπτα [illegible] *Strabo* L. XV. p. 1017. P. Wess.

80. Οἱ μὲν γὰρ — ἐξηλλαγμένων] Ultimum longiſſime exterminandum. L. Rhod.

Οἱ μὲν γὰρ — ἐπέφαινον, οἱ δὲ &c.] Recte vir eruditus, cujus opinioni veteres libri auctoritatem conciliant. Sumpſit & hos ex *Clitarcho* ſerpentes *Diodorus*: ſic enim ille [illegible] — [illegible]. τοὺς μὲν γὰρ ΧΑΛΚΟΕΙΔΕΙΣ ΤΑΙΝΙΑΣ ἔχειν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς [illegible] apud *Aelian.* Hiſt. Anim. L. XVII, 2. Nam quas ille ταινίας, Noſter pari ſententia ῥάβδους vocat. De criſtis ſerpentum draconumque viri praeclari *S. Bochartus* Hierozoic. P. II. Lib. III, 14. p. 432. & *Ez. Spanhem.* de Num. Praeſt. Differt. IV. p. 221. P. Wess.

83. Καὶ ῥύσις ἱδρῶτος αἱματώδους κατεῖχε] *Ariſtobulus* de iiſdem [illegible] in *Strabon.* L. XV. pag. 1033. A. Quae mihi in memoriam redigunt Tullum, ab haemorrhoide admorſum & per ejuſmodi mortis imaginem pereuntem in *Lucani* L. IX, 809.

——— ——— *Omnia membra*
Emiſere ſimul rutilum pro ſanguine virus.
Sanguis erant lacrymae: quaecumque foramina novit
Humor, ab his largus manat cruor: ora redundant,
Et patulae nares: ſudor rubet: omnia plenis
Membra fluunt venis: totum eſt pro vulnere corpus.

Adde

λείαν ἀπολιπὼν πέφευγεν εἰς τὸ τῶν [a] Γανδαριδῶν ἔθνος. ὁ δ' Ἀλέξανδρος παροξυνθεὶς Ἡφαιστίωνα μὲν ἐξέπεμψεν εἰς τὴν τούτου χώραν μετὰ δυνάμεως, καὶ προσέταξε τὴν βασιλείαν παραδοῦναι τῷ μεθ' ἑαυτοῦ Πώρῳ. αὐτὸς δ' εἰς τὸ τῶν [a] Ἀδρηστῶν καλουμένων ἔθνος στρατεύσας, καὶ τῶν πόλεων ἃς μὲν βίᾳ χειρωσάμενος, ἃς δὲ πειθοῖ προσαγαγόμενος,
561. εἰς τὴν τῶν [b] Καθαίων χώραν παρεγένετο. παρὰ δὲ τούτοις νόμιμον ἦν τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσι συγκατακαίεσθαι. τοῦτο δ' ἐκυρώθη τὸ δόγμα παρὰ τοῖς βαρβάροις, διὰ μίαν γυναῖκα φαρμάκοις ἀπολέσασαν τὸν ἄνδρα. ὁ δ' οὖν βασιλεὺς τὴν μεγίστην καὶ ὀχυρωτάτην πόλιν μετὰ πολλῶν κινδύνων ἐκπολιορκήσας ἐνέπρησεν. ἄλλην δ' ἀξιόλογον πολιορκοῦντος αὐτοῦ, καὶ μεθ' ἱκετηριῶν δεηθέντων τῶν Ἰνδῶν, ἀπέλυσε τῶν κινδύνων αὐτούς. Μετὰ δὲ ταῦτ' ἐστράτευσεν ἐπὶ τὰς ὑπὸ Σωπείθην τεταγμένας πόλεις, εὐνομουμένας καθ' ὑπερβολήν. τά τε γὰρ ἄλλα πρὸς δόξαν πολιτεύονται, καὶ τὸ κάλλος παρ' αὐτοῖς τιμιώτατον νενόμισται. διόπερ ἐκ νηπίου παρ' αὐτοῖς τὰ βρέφη διακρίνεται, καὶ τὰ μὲν ἄρτια, καὶ τὴν φύσιν ἔχοντα πρὸς εὐπρέπειαν καὶ ἰσχὺν εὔθετον, τρέφεται· τὰ δὲ κατάδηλα τοῖς σώμασιν, ἀνάξια τροφῆς ἡγούμενοι, διαφθείρουσιν. ἀκολούθως δὲ τούτοις καὶ τοὺς γάμους ποιοῦνται, προικὸς μὲν καὶ τῆς ἄλλης πολυτελείας ἀφροντιστοῦντες, κάλλους δὲ καὶ τῆς τοῦ σώματος ὑπεροχῆς μόνον φροντίζοντες. διόπερ οἱ πλεῖστοι τῶν ἐν ταύταις ταῖς πόλεσι κατοικούντων διαφέρουσι τῶν ἄλλων ἀξιώμασι. παρὰ δὲ πάντας ὁ βασιλεὺς Σωπείθης περίβλεπτος ὢν ἐπὶ τῷ κάλλει, καὶ τῷ μήκει τοὺς τέτταρας πήχεις ὑπεράγων, [c] προῆλθε μὲν ἐκ τῆς πόλεως τῆς ἐχούσης τὰ βασίλεια· παραδοὺς δ' αὑτὸν καὶ τὴν βασιλείαν Ἀλεξάνδρῳ, πάλιν ταύτην ἀπέλαβε, διὰ τὴν τοῦ κρατοῦντος ἐπιείκειαν. ὁ δὲ Σωπείθης μετὰ πολλῆς προθυμίας τὴν μὲν δύναμιν ἅπασαν ἐπί τινας ἡμέρας λαμπρῶς εἱστίασε.

Τῷ δ' Ἀλεξάνδρῳ πολλὰ καὶ μεγάλα δῶρα παραστήσας, κύνας ἔδωκεν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, τοῖς μεγέθεσι καὶ ταῖς ἀλκαῖς καὶ τοῖς ἄλλοις προ-

guo per fugam deſerto, ad Gangaridarum ſe nationem proripuiſſe. Qua re non parum commotus Alexander Hephaeſtionem cum armatorum manu in ditionem ejus tendere, regnumque in provinciae formam redactum, amico ſuo Poro tradere jubet. Interea expeditione in Adreſtarum gentem ſuſcepta, urbium alias vi, alias deditione, ſubjungit. Hinc ad Cathaeorum nationem perventum: ubi lege receptum erat, ut uxores cum viris concremarentur. Id communi gentis decreto ſancitum fuerat, propter foeminae unius perfidiam & ſcelus, quae veneno maritum ſuſtulerat. Ibi maximum & prae aliis munitum rex oppidum, multis periculis vix tandem expugnatum, incendit. Aliud deinde oppugnare aggreſſus, cum ſupplicum habitu cives deprecarentur, impunitatem illis conceſſit. Hinc ad urbes, Sopithae addictas, exercitum traduxit. Quae cum legibus optime conſtitutis regantur, inter alia reipublicae inſtituta etiam hoc obſervant, ut formae honeſtatem inter precioſiſſima aeſtiment. Ideoque ab incunabulis, qui ſit infantum habitus, dijudicant. Qui membris ſunt integris & recte compoſitis, naturamque habent ad formae decorem ac robur idoneam, hos educant: at mancos & corporis habitudine infirmos, ceu indignos educatione, ex vita tollunt. Conſimili ratione matrimonia etiam contrahunt. Poſthabita enim dote, caeteroque magni precii apparatu, ad pulcritudinem & proceritatem corporis unicum habent reſpectum. Hinc fit, ut qui in urbibus illis habitant, plerique aliis dignitate formae ſint conſpectiores. Prae omnibus autem Sopithes rex formae elegantia & corporis majeſtate conſpicuus erat. IV. enim cubitos excedebat. Is ex urbe, (in qua tunc regia erat) progreſſus, ſe & regnum Alexandro dedidit, illudque benignitate victoris poſtliminio recepit. Idcirco totum exercitum ad dies aliquot epulo magnifico excepit.

Olymp. CXIII. II.

611.

92. Et poſt varia magnique impendii munera Alexandro exhibita, CL. etiam canes obtulit, magnitudine, viribus, aliisque naturae donis mirifice prae-

a Γανδαριτῶν Reg. 2. Γαγγαριδῶν Baſil. Coſput. a Ἀδρηστῶν Reg. pr. Vulgo Edd. Ἀνδρεστῶν. b Omnes Καθαρῶν prave. c Προῆγε μὲν Reg. 1. quod ferri poſſet.

Adde *Dioſcorid.* Theriac. cap. 12. Porro διαῦς ἐπὶ τῶν δογμάτων ἀπαλλάττεσθαι prave mutantur in ſchedis quibuſdam. Conf. ad Lib. III. 21. P. Wess.

91. Ἀντίψυχος ὢν — Πώρῳ] Regem hunc ἀνεψιὸν τοῦ ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἁλόντος *Strabo* XV. pag. 1024. A, Πώρου τοῦ ἑτέρου τοῦ κακοῦ *Arrian.* adpellat Ἀναβ. V, 21., ubi *N. Blancardus* in carpendo *Rhodomano* ob *nepotem ex fratre* multus eſt: indignum id eſſe Romanis auribus vertendumque fuiſſe aut *conſobrinum* aut *patruelem*. Bene quidem, ſi Interpreti conſtitutum fuiſſet, Ciceronis dictionem ubique aemulari. Tu de *nepotibus ex fratre* vide *Caſaubon.* ad *Spartian*, Hadr. C. 2. P. Wess.

93. Τῶν Γανδαριδῶν ἔθνος] In *Plut.* Alex. p. 699. E., prorſus ut *Reg. ſec.*, Γανδαριτῶν, Sed vide ſupra L. II, 37. P. Wess.

97. Εἰς τὸ τῶν Ἀδρηστῶν] Hoc ex *Reg.* 1, fideliore ſcriptura adſciſcendum duxi: prope abſunt Ἀδραισταὶ *Arriani* L. V, 22., & *Oroſii* Adreſtae ſive Adraeſtae, ut vidit accuratiſſimus *Franc. Fabricius*. Statim καλουμένων ex *Steph.* correctione recipi poterit. P. Wess.

1. Εἰς τὴν τῶν Καθαίων χώραν] Correxi Καθαρῶν vocabulum ex *Arrian.* L. V, 22. *Stephano*, e ſcriptis *Codd.* adjuto ab *Holſten.*, & *Oroſio* III, 19., ubi *Fabricius* id fieri oportere dudum admonuerat. Vitiatum gentis nomen erat in *Polyaeno* Strat. IV, 3, 30. *Strabone* quoque L. XV. p. 1024., cui utrique medicinam fecerunt viri eruditione praeſtantes. Satis itaque excuſabor eorum patrocinio. Reſtat de regionis ſitu controverſia, cui originem dediſſe *N. Trigautium* Exped. Sinic. L. IV, 3., *Cathaiam* non aliam ac *Sinam* videri pertendentem, adfirmat *And. Mullerus*: traxiſſe enim in partes *Mart. Martinium*, *Athan. Kircherum*, *Jac. Golium* pluresque alios; ſecus tamen rem habere: nunquam Alexandrum victricia arma in id regnum intuliſſe: neque in *Sinam* bene congruere, quae veteres mediique aevi ſcriptores, *M. Paullus Venetus*, *Haitonus*, & hoc de genere alii prodiderunt: contra ea in Tartariam, cujus *Cambalu* metropolis, optime. Haec ille in Diſquiſ. Hiſtor. & Geograph. de Chataia p. 80. & ſeqq. In quibus de Alexandro quae aſſeverat, haud dubie vera ſunt: cetera non ejuſdem valoris. Nam quae *M. P. Venetus* L. II, 25. de Region. Orient. & *Haitonus* de Tartar. C. 1., ea ſeptemtrionalem Sinam, a Tartaris jam tum domitam, clariſſime deſcribunt: cujus praecipuam urbem *Cambalu* ſive *Chan-Balek*, Sinis eſſe *Pekin*, dubitare prohibent obſervata doctiſſimi *Joſeph. Simon. Aſſemani* Diſſert. de Syris Neſtorian. p. 513. Neque officere huic ſententiae poterit Alexandri tranſitus εἰς τὴν Καθαίων χώραν, modo obſervetur, latius olim id nomen patuiſſe, complexum Aſiae eam partem, quae ultra Imaum montem latiſſime in ſeptemtrionem ipſamque Tartariam porrigitur, quod *N. Trigautius* non negat & *Athan. Kircherus* defendit Prodrom. Copt. C. 4. P. Wess.

2. Τοῦτο δ' ἐκυρώθη δόγμα &c.] Conf. *Strabon.* L. XV. pag. 1024. C. & quae infra leguntur L. XIX, 33. P. Wess.

4. Ὁ δ' οὖν βασιλεὺς τὴν μεγίστην &c.] Hac de urbe & ſequente uberius *Curtius* L. IX, 1, 14. & *Polyaen.* Strat. IV, 3, 30. P. Wess.

13. Διόπερ ἐκ νηπίου παρ' αὐτοῖς τὰ βρέφη &c.] *Curtius* ſic Latine dedit: *genitos liberos non parentum arbitrio tollunt aluntque; ſed eorum quibus ſpectandi infantium habitum cura mandata eſt. Si quos inſignes aut aliqua membrorum parte inutiles notaverunt, necari jubent.* quibus gemina *Oneſicritus* apud *Strabon.* dict. loco, de nuptiis, non genere & nobilitate, ſed electa corporum ſpecie conjunctis, itidem conſentiens. Qui quidem mos durâſſe illis diutiſſime videtur. *Viri quando uxores ducere volunt*, verba *M. Paulli Veneti* ſunt de Cathacis L. 1, 62. de Region. Orient., *quaerunt magis pulcras quam nobiles ac divites. Unde ſaepe fit, ut vir nobilis & magnus pauperem ducat uxorem, ſed formoſam, matri illius ditem aſſignans.* P. Wess.

34. Οὗς

Olymp. CXIII. 2. praeſtantes. Hos ex commixtione cum Tigribus ortos, fama erat. Ut autem ex re praeſenti periculum virtutis horum faceret Alexander, in circum *eximiae magnitudinis leonem adduxit, eique duos ex donatorum numero, ſed infirmiſſimos objecit: Qui cum beluae impares eſſent, alios duos immiſit. Leone igitur a IV. canibus profligato, quidam a Sopithe cum gladio miſſus dextrum crus unius amputare cepit: Cum vero ſatellites, exclamante rege, accurrerent, & prehenſatum Indi brachium inhiberent: Sopithes tres pro uno ſe redditurum pollicetur. Miniſter ergo venationis crus canis denuo comprehenſum, ſenſim ac paulatim caedit. Qui interim nec ululatum nec ſtridorem edit, ſed infixis leoni dentibus inhaeret, donec exanguis ſuper leone exſpirat.

93. Interea Hephaeſtio cum agmine pridem ſecum miſſo, revertitur: poſtquam magnam Indiae portionem longe lateque ſubegiſſet. Huic rex meritam ſtrenuitatis laudem retribuit. Et proximum inde Phegei regnum invadit: ubi cum incolis acceptus eſſet Macedonum adventus, & Phegeus ipſe multis cum muneribus obviam procederet, ut beneficio ſuo regnum obtineret, conceſſit, & biduum cum exercitu ſplendide ab illo tractatus, ad Hypanin fluvium promovit. Hic VII. ſtadia latus eſt & VI. orgyias altus, curſu vehementer concitato, & tranſitu perquam difficili. Tum e Phegeo cognoſcit, quod trans Indum regio XII. dierum itinere per vaſtas ſolitudines excurrat. Quam Ganges fluvius excipiat, latitudine ſtadiorum XXXII. ac profunditate tanta, ut omnia per Indiam flumina ſuperet. Ulteriores autem ripas Praeſiorum & Gandaridarum gentes colere, regemque horum eſſe Xandramen, viginti equitum & ducentis peditum millibus, curribus inſuper bis mille, & quater mille Elephantis, ad bellum adornatis, inſtructum. Incredibilia haec regi viſa. Ideo Porum ad ſe arceſſitum percunctatur, an vera ſint, quae renuncientur. Is caetera quidem ita certo ſe habere confirmat: At qui regnum inter Gandaridas teneat, infimae ſortis hominem & obſcurum eſſe, ut qui pro tonſoris filio habeatur.

τεθαυμασμένους, ὡς ἔφασαν ταῖς τίγρισιν ἐπιμεμῖχθαι. βουλόμενος δὲ τὸν Ἀλέξανδρον διὰ τῶν ἔργων λαβεῖν πεῖραν τῆς τῶν κυνῶν ἀρετῆς, εἰσήγαγεν εἴς τι περίφραγμα λέοντα τέλειον, καὶ τῶν δοθέντων κυνῶν δύο τοὺς εὐτελεστάτους [d] προσέβαλε τῷ λέοντι· τούτων δὲ καταγωνιζομένων ὑπὸ τοῦ θηρίου, δύο ἑτέρους ἀφῆκε. τῶν δὲ τεττάρων [e] περιγινομένων τοῦ λέοντος, πεμφθείς τις ὑπ' αὐτοῦ μετὰ μαχαίρας, ἀφῄρει τὸ δεξιὸν σκέλος ἑνὸς τῶν κυνῶν. τοῦ δὲ βασιλέως ἀναβοήσαντος, καὶ τῶν σωματοφυλάκων προσδραμόντων καὶ τῆς τοῦ Ἰνδοῦ χειρὸς ἐπιλαβομένων, ὁ μὲν Σωπείθης τρεῖς ἀντὶ τούτου δώσειν ἐπηγγείλατο. ὁ δὲ κυνηγὸς ἐπιλαβόμενος τοῦ σκέλους, [f] ἔτεμνεν ἡσυχῇ κατ' ὀλίγον. ὁ δὲ κύων οὔτε κλαγγὴν οὔτε μυγμὸν προϊέμενος, ἀλλὰ τοὺς ὀδόντας ἐμπεπηχώς, ἔμεινεν ἕως ὅτου γενόμενος ἔξαιμος ἀπέθανε τῷ θηρίῳ. 562.

Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, ἧκεν Ἡφαιστίων μετὰ τῆς συναπεσταλμένης δυνάμεως, πολλὴν τῆς Ἰνδικῆς καταπεπολεμηκώς. τοῦτον μὲν οὖν διὰ τὰς ἀνδραγαθίας ἐπῄνεσεν· αὐτὸς δὲ εἰς τὴν Φηγέως δυναστείαν ἐμβαλών, καὶ τῶν ἐγχωρίων ἀσμένως τὴν τῶν Μακεδόνων παρουσίαν προσδεξαμένων, καὶ τοῦ Φηγέως μετὰ δώρων πολλῶν ἀπαντήσαντος, τήν τε βασιλείαν ἔχειν συνεχώρησε, καὶ ξενωθεὶς μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ δύο ἡμέρας λαμπρῶς, [g] ἐπὶ τὸν Ὕπανιν ποταμὸν προῆγεν, [h] οὗ τὸ μὲν πλάτος ἦν σταδίων ἑπτά, τὸ δὲ βάθος ἓξ ὀργυιῶν, τὸ δὲ ῥεῦμα σφοδρὸν καὶ δυσδιάβατον. ἀκούσας δὲ τοῦ Φηγέως περὶ τῆς πέραν τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ χώρας, ὅτι δώδεκα μὲν ἡμερῶν ἔχει δίοδον ἔρημον, μετὰ δὲ ταύτην εἶναι ποταμὸν τὸν ὀνομαζόμενον Γάγγην, τὸ μὲν πλάτος τριάκοντα καὶ δυοῖν σταδίων, τὸ δὲ βάθος μέγιστον τῶν κατὰ τὴν Ἰνδικήν· πέραν δὲ τούτου [i] κατοικεῖν τό, τε [k] τῶν Πρασίων καὶ Γανδαριδῶν ἔθνος, τούτων δὲ βασιλεύειν Ξανδράμην, ἔχοντα δισμυρίους μὲν ἱππεῖς, πεζῶν δὲ εἴκοσι μυριάδας, ἅρματα δὲ δισχίλια, ἐλέφαντας δὲ πολεμικῶς κεκοσμημένους τετρακισχιλίους· ἀπιστήσας δὲ τοῖς λεγομένοις, προσεκαλέσατο τὸν Πῶρον, καὶ περὶ τῶν προσαγγελλομένων τἀκριβὲς διεπυνθάνετο. ὁ δὲ [l] τἄλλα μὲν ὑπάρχειν ἅπαντα ἀληθῆ διεβεβαιώσατο, τὸν δὲ βασιλέα τῶν Γανδαριδῶν ἔφησεν εὐτελῆ παντελῶς εἶναι καὶ ἄδοξον, ὡς ἂν κουρέως υἱὸν νομιζόμενον εἶναι.

d Προσέβαλλε idem. e Περιγενομένων Reg. pr. f Ἔτεμνε idem. g Ἐπὶ τὸν Ὕπανιν Reg. 1. Cett. Ὕφασιν. h Οὗ τὸ μὲν πλάτος ἦν Reg. 1. i Κατοικεῖν ex ſcripturae compendio Vat. k Τῶν Πρασίων Reg. 1. Vulgo Ταβραισίων. Mox Γανδαρ. Baſil. & Coſpus & quidem ſemper. l Τἄλλα μὲν ἅπαντα ὑπάρχειν Reg. 1.

34. Οὓς ἔφασαν ταῖς τίγρισιν ἐπιμεμῖχθαι] Hybridam hanc Indicorum canum originem expoſuerant *Ariſtoteles* Hiſt. Anim. L. VIII, 29., *Aelian.* de Animal. L. IV, 19. & L. VIII, 1. *Gratius* Cyneget. v. 165., quoſque ibi *Jan. Vlitius* teſtimonium dicere juſſit. P. Wess.

45. Ὁ μὲν Σωπείθης τρεῖς — ἐπηγγείλατο] Apud *Strabon.* XV. p. 1025. B. & *Aelian.* Hiſt. An. VIII, 1. non τρεῖς ſed τέτταρας. Mox ἡσυχῇ καὶ κατ' ὀλίγον fuiſſe olim videtur, copula a ſequenti voce abſorpta, quo mendi genere nihil tritius eſſe ſolet. Exempla ſi deſideres, *Jo. B. Cotel.* T. II. Mon. Graec. p. 589. inſpice. P. Wess.

48. Ἀλλὰ τοὺς ὀδόντας ἐμπεπηκώς] Libris ſuis viri ſpectatae eruditionis *Joſ. Scaliger* & *Iſ. Voſſius* ἐμβεβρυχὼς alleverant, quorum etſi firmare poſſet conjecturam τὸ ἔβρυχεν τοὺς ὀδόντας in *S. Lucae* A. A. cap. VII, 54. & Lacaena mulier ὀδόντι Ὀξὺ ἐπιβρύχουσα Epigrammatis Antholog. L. III. p. 293. inque alio *Antipatri*, nuper edito, ἀφριόεν ἐπιβρύχουσα γένειον, nihil ego mutaverim. Vetat vulgatiſſimum πηγνύναι τοὺς ὀδόντας, praeter alios a *Libanio* T. II. p. 18. C. uſurpatum, nec intellectum tamen a *Morello*, & hoc Noſtri, quanquam paullo diverſius, Excerpt. *Valeſ.* p. 253. ὁ Ζήνων τὰ τε ὀδόντας πηγνύμενος ... τοῖς ὀδοῦσι. Atque haec ad ſcriptoris defenſionem abunde ſatis videntur. Addamus Epigramma, quod innuimus, poſt *Lucubration. Heſychian.* p. 336. vulgatum, quodque expicare ſe poſſe vir doctus negavit:

Αὐτά τοι τρέσσαντι παρὰ ξίφος ἄντασε μάτηρ
Βαιθαμίνα κοίλης ἐντὸς Ἄρη λαγόνος
Μάτηρ, ἅ σ' ἔτικτε, Δαμάτριε. φῦ δὲ σίδαρον
Παιδὸς ἐπὶ φυγάδαν ματρὶ ἔχουσα φόνον,
Ἀφριόεν κοπίδεσιν ἐπιβρύχουσα γένειον,
Δερκομένα λοξαῖς, οἷα Λάκαινα, κόραις.
Λεῖπε τὸν Εὐρώταν, ἴθι Τάρταρον, ὁππόκα δειλὰς
Ἦθεα· οὔ τ' ἄλλας ἄτ' ἐμᾶς, οὔτε Λάκων.

Ita legendum. Mater Spartana filium Demetrium, quod metu fugam turpiter fuiſſet ingreſſus, interfecerat: gladiumque, filii ſanguine madidum, manu tenens & dentibus infrendens peremto inſultaverat; quippe nec ſe, nec Eurota, neque Sparta digno, ſed Tartaro. Haec mens cultiſſimi Epigrammatis. P. Wess.

54. Εἰς τὴν Φηγέως δυναστείαν ἐμβαλών] In quibuſdam *Curtii* libris *Phegelis* & dein quarto caſu *Phegela*; quae res *Jan. Rutgerſium* impulit, ut Var. Lect. lib. VI, 14. in *Curtio* legeret *Phegel, is erat gentis proximae rex*, atque hoc loco Φηγέλου a recto Φηγέλ: quod merito diſplicuit *Freinshemio*, eoque magis, quoniam ſcripti Curtiani *Codd.* manifeſto *Phegea* praeferunt. Non diſſimilia ad *Arrian.* ſui L. V. p. 365. *N. Blancardus* commentatus eſt, ſed *Freinshemii* prorſus oblitus. P. Wess.

59. Ἐπὶ τὸν Ὕπανιν] Hoc elegi ob L. II, 37., tametſi non ignorem in fluvii ejus nomine variatum olim fuiſſe. Conf. *Cl. Salmaſium* in *Solin.* p. 556. P. Wess.

63. Ὅτι δώδεκα μὲν ἡμερῶν ἔχει δίοδον] *Undecim dierum ultra flumen per vaſtas ſolitudines iter eſſe* apud *Curt.*, qui haec *Diodori*

ται. [m] εὐπρεπῆ γὰρ ὄντα τὸν τούτου πατέρα, μεγάλως ὑπὸ τῆς βασιλίσσης ἀγαπηθῆναι· καὶ τοῦ βασιλέως διὰ τῆς γυναικὸς δολοφονηθέντος, εἰς τοῦτον περιστῆναι τὴν βασιλείαν. ὁ δ' Ἀλέξανδρος, καίπερ ὁρῶν δυσεπιτεύκτον τὴν ἐπὶ τοὺς Γανδαρίδας στρατείαν οὖσαν, ὅμως οὐκ ἀφίστατο τῆς φιλοτιμίας· ἀλλὰ [n] πεποιθὼς ταῖς τῶν Μακεδόνων ἀρεταῖς καὶ τοῖς χρησμοῖς, ἐλπίδας εἶχε κρατήσειν τῶν Βαρβάρων· τὴν μὲν γὰρ Πυθίαν ἀνίκητον αὐτὸν ἀνομακέναι, τὸν δ' Ἄμμωνα συγκεχωρηκέναι τὴν ἁπάσης τῆς γῆς ἐξουσίαν.

Ὁρῶν δὲ τοὺς στρατιώτας ταῖς συνεχέσι [o] στρατείαις καταπεπονημένους, καὶ σχεδὸν ὀκταετῆ χρόνον ἐν πόνοις καὶ κινδύνοις τεταλαιπωρηκότας, ὑπέλαβεν ἀναγκαῖον εἶναι τὰ πλήθη τοῖς ἁρμόζουσι λόγοις προτρέψασθαι πρὸς τὴν ἐπὶ τοὺς Γανδαρίδας στρατείαν. πολλὴ μὲν γὰρ φθορὰ τῶν στρατιωτῶν ἐγε-
563 γόνει, καὶ λύσις οὐδεμία τῶν πολέμων ἠλπίζετο· κατὰ τῶν μὲν ἵππων, διὰ τὴν συνέχειαν τῆς ὁδοιπορίας, τὰς ὁπλὰς κατατετρῖφθαι συνέβαινε, τῶν δὲ ὅπλων τὰ πλεῖστα κατεξάνθαι· καὶ τὸν μὲν Ἑλληνικὸν ἱματισμὸν ἐκλελοιπέναι, συναναγκάζεσθαι δὲ βαρβαρικοῖς ὑφάσμασι χρῆσθαι, συντεμόντας τὰ τῶν Ἰνδῶν περιβλήματα. κατὰ τύχην δὲ καὶ χειμῶνες ἄγριοι κατερράγησαν ἐφ' ἡμέρας ἑβδομήκοντα, καὶ βρονταὶ συνεχεῖς καὶ κεραυνοὶ κατέσκηπτον. ἃ δὴ λογιζόμενος ἐναντιοῦσθαι ταῖς ἰδίαις ἐπιβολαῖς, μίαν εἶχεν ἐλπίδα τῆς ἐπιθυμίας, εἰ τοὺς στρατιώτας [p] διὰ τῆς εὐεργεσίας εἰς εὔνοιαν μεγάλην προσαγάγοιτο. διόπερ λεηλατεῖν μὲν αὐτοῖς συνεχώρησε τὴν [q] πολεμίαν χώραν, γέμουσαν παντοίας ὠφελείας. ἐν αἷς δ' ἡμέραις ἡ δύναμις ἐπὶ τὴν προνομὴν ἠσχολεῖτο, συναγαγὼν τὰς γυναῖκας τῶν στρατιωτῶν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γεγονότας παῖδας, ταύταις μὲν συνεστήσατο κατὰ μῆνα διδόναι σῖτον, τοῖς δὲ παισὶν ἐπιφορὰς ταγματικὰς ἀπένειμε, κατὰ τοὺς τῶν πατέρων συλλογισμούς. ὡς δ' ἐπανῆλθον οἱ [r] στρατιῶται, πολλῶν πλῆθος ἀγαθῶν ἐκ τῆς προνομῆς εὑρηκότες, συνῆγε πάντας εἰς ἐκκλησίαν. διελθὼν δὲ λόγον πεφροντισμένον περὶ τῆς ἐπὶ τοὺς Γανδαρίδας στρατείας, καὶ τῶν Μακεδόνων οὐδαμῶς συγκατατιθεμένων, ἀπέστη τῆς ἐπιβολῆς.

Κρίνας δ' ἐπὶ ταύτης τοὺς ὅρους θέσθαι τῆς στρα-

Olymp. CXIII. II. 612.

Patrem enim hujus, ob decorum formae habitum, cordi fuiſſe reginae quam maxime, regeque uxoris dolo perfide necato, regni adminiſtrationem ad hunc fuiſſe devolutam. Quamquam igitur hanc in Gandaridas expeditionem cum ſumma difficultate conjunctam videbat Alexander, a gloriae tamen cupiditate non deſtitit, quin Macedonum virtute Deorumque reſponſis confiſus, victoriae de Barbaris referendae ſpem habebat. A Pythia enim invicti ſibi appellationem tributam, & ab Hammone totius orbis imperium ſibi conceſſum, recordabatur.

94. Militem vero perpetuis expeditionibus defatigatum cernens, (continuos enim IIX. annorum labores cum ſummis periculis aerumnoſe toleraverant) ut multitudinem accommodato ſermone ad ſubeundam hanc ſecum militiam exhortaretur, neceſſarium duxit. Ingens enim jactura militum jam facta erat, nec ullus bellorum finis ſperari poterat. Quid? quod equorum ungulae propter itinera nunquam remiſſa detritae, & armorum pleraque abſumta? Habitus etiam Graecus defecerat, ut veſtes barbarico ritu de conciſis Indorum palliis contextas ſibi adaptare neceſſum haberent. Et tum forte fortuna accidit, ut ad dies LXX. horridi ex coelo imbres, tonitruis & fulminibus continenter admixtis, praecipitarent. Quae licet contraria molitionibus ſuis eſſe colligeret, unam tamen adhuc cupiditatis explendae ſpem reliquam habebat, ſi munificentia animos militum, ad reddendam eximie benevolentiam obſtringeret. Idcirco liberam eis per hoſticos agros, omni bonorum genere exuberantes, praedandi poteſtatem conceſſit. Per dies interim illos, dum in populatione occupatur exercitus, uxores militum, puerosque ex illis natos convocat, & illis quidem menſtruum ut exhiberetur frumentum: his vero ut pro ratione ejus quod patres acciperent, ſuum etiam ſtipendium numeraretur, conſtituit. Ubi vero magnam bonorum ubertatem conſecuti milites in caſtra redierunt, omnes in concionem advocavit. Ibi probe meditato ſermone ad illos diſſeruit, ut promti & alacres Gandaridis ſecum arma inferrent, ſed cum nullo Macedones pacto ad voluntatem ejus ſe accommodarent, ab incepto deſtitit.

95. Atque ibi terminum expeditionis ſuae facere

m Ἐκπρεπῆ idem. n Confiſus Coſp. o Στρατιωτικαῖς Reg. 1. p Διὰ τῆς εὐεργεσίας Reg. pr. διὰ τὰς Edd. q Παραποταμίαν ora Steph. Reg. 2. r Στρατιωτῶν Steph. cum eodem Reg.

ὄντι verbo tenus expreſſit L. IX, 2, 2., forſan non ſine menda in dierum numero. De Gangis amplitudine vide etiam L. II, 37. P. Wess.

68. Καὶ ἑκατὸν τε, τὸ τῶν Πραισίων — ἔθνος] Gentis nomen ex Reg. pr., ſed parum adjuto, inſtauravi: potueram Βρασίων aut Βρασίων, quod Ab. Ortelio in opinionem venit: ſed Πραισίων ἔθνος praetuli, tum quod Plut. Alex. pag. 699. E. & Aelian. Hiſt. An. XIII, 8. XV, 7. XVI, 9. Πραισίους eos vocent, paeneque conſentiant Juſtin. XII, 8. & Oroſius L. III, 19., ubi conſentaneum habeo Fr. Fabricium, tum vero ob reliquorum Codd. Ταπραισίων, a quibus haec via quam proxime deflectitur. In Strabone, Plinio, Stephano Πράσιοι non magno diſcrimine: atque hos ſi malueris, optio enim eſt in ea ſcriptorum diſcordia, conſule N. Blancardum ad Arrian. L. V, pag. 365. & Harduinum in Plinii L. VI, 19. P. Wess.

71. Ἐλέφαντας τετρακισχιλίους] Curtius elephantos trium millium numerum explere L. IX, 2, 4., ubi rex Aggrammes nuncupatur. Vide ſupra L. II, 37. P. Wess.

77. Ὡς ἂν κυρίως ἐκεῖ νομιζόμενον] Rex Porus in Curtii dict. cap., qui regnaret, inquit, non modo ignobilem eſſe, ſed etiam ultimae ſortis: quippe patrem ejus tonſorem, vix diurno quaeſtu propulſantem famem, propter habitum haud indecorum cordi fuiſſe reginae &c. Quae quis non miretur a Poro eum in regem criminoſe congeri? a Poro, inquam, ad omnem fortunae contumeliam projecto, tonſoriſque itidem filio? Accipe Helladii Beſantinoi in Χρηστομαθείαις apud Photium Biblioth. p. 1579. verba, Πῶρος δ' ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰνδῶν ΚΟΥΡΕΩΣ ἦν υἱός. & haec Libanii T. II. 632. A. ἀλλὰ Πῶρος οὐκ ἐκ ΚΟΥΡΕΩΣ μὲν ἦν, Ἰνδῶν δ' ἐπῆρξεν. Sic ea legi debent ex certiſſima H. Valeſii emendatione ad Excerpt. Diodor. pag. 346. Haec enim ſi a vero nihil diſſentiant, utique excuſare inpudentiam Porus haud poterit. Ego vero haud ſcio, an injuria ita rex ille deprimatur, arguendique iſti ſint ſcriptores, qui Poro contribuerunt, quod Xandramae, Indo quoque & Indorum regi, proprium erat. Porum quidem certe, cui victo ob virtutem Alexander ignovit, regio genere fuiſſe proſeminatum regeſque habuiſſe cognatos, ex illis, quae in ſuperioribus Diodorus, quaeque Plut. Arrianus & Curt. literis prodiderunt, conſtat abunde. P. Wess.

84. Ἀλλὰ πρώτευον &c.] Rectius πεισθείς. L. Rhod.

Ἀλλὰ πεποιθὼς ταῖς — ἀρεταῖς] Videtur Coſpus πεισθεὶς ſuo in codice reperiſſe, eſtque id huic loco multo aptius. P. Wess.

97. Τὰς ὁπλὰς κατατετρῖφθαι συνέβαινε] Ignotus erat ſolearum ferrearum, quibus ungulae equorum contra aſpera & ſcrupoſa loca muniuntur, uſus. Scio Iſ. Voſſium ad Catull. pag. 48. ex Xenophonte eas eruere atque hinc Χαλκόποδας Homeri equos illuminare conatum eſſe, ſed irrita opera, ut nuper vir eruditiſſimus in Lexico Ruſtico, Rei Ruſt. ſcriptoribus adpoſito, egregie declaravit. Refer huc potius ἵππους χελωνίδας ἐξ ΥΠΟΤΡΙΒΗΣ ex Appiani Mithridat. p. 371. P. Wess.

7. Τὴν πολεμίαν χώραν] Induci non poſſum, ut hoc damnem. Παραποταμίαν tamen ſi qui maluerint, quod res ad Hypanim flumen ſit geſta, fruantur arbitrio ſuo. Mox περὶ τῶν προνομὴν ἠσχολεῖτο non ſpernerem, modo Codd. addicerent. Sic ipſemet Auctor L. II, 40. P. Wess.

12. Τοῖς δὲ παισὶν ἐπιφορὰς ταγματικὰς ἀπένειμε] Pollucis III, 94. ἐπιφορά, τὸ τῷ μισθῷ προστιθέμενον, ὡς Θουκυδίδης haec illuſtrant, & Thucydidis, quem innuit, locus L. VI, 31. Ἀπεφαίνον, ne cui in cogitationem veniat ea vox, aliud indicare,

Olymp. CXIII. II.

re ſtatuit. Ante omnia igitur XII. Diis aras L. cubitorum erexit; Hinc caſtra triplo majore, quam prior fuerat, ambitu complexus, foſſam pedes L. latam & XL. altam duxit. Terra autem intra foſſam accumulata, murum non contemnendum exſtruxit. Pedites etiam juſſit, ut in tabernaculo quisque ſuo duo cubilia quinûm cubitorum exſtrueret. Equites autem, ut illis duo etiam praeſepia, altero tanto uſitatis ampliora, adderent. Eademque ratione caeterorum quoque poſt ſe relinquendorum magnitudines extenderent. Haec eo conſilio peragenda curabat, tum ut Heroicam feciſſe expeditionem memoraretur: tum ut virorum praegrandium veſtigia, & roboris uſitatum excedentis modum, argumenta incolis relinqueret. His perſunctus, cum univerſis copiis, eodem quo venerat itinere, ad Aceſinem fluvium regreditur. Ibi naves, quas conſtructas invenerat, abſolvit, aliisque fabricandis operam adhibet. Sub id vero tempus nova ex Graecia ſupplementa, tum auxiliariorum, tum ſtipendiis militantium ductu imperatorum adventant, XXX. amplius peditum millia & ſex millia ferme equitum. Arma ſimul eleganter fabricata in CCIƆƆ. CCIƆƆ. IƆƆ. pedites, & medicamentorum C. talenta, tunc advecta. Haec ergo

613. militibus diſtribuit. Claſſe vero cum armamentis perfecta (adornatae autem fuerant naves apertae CC. & actuariae IƆ. CCC.) Urbium ad flumen conditarum unam a victoria illic parta, Nicaeam, alteram ab equo, in conflictu cum Poro, ibi interemto, Bucephalam, nuncupavit.

96. Tandem cum amicis naves ingreſſus, amne ſecundo in Oceanum, qui verſus meridiem eſt, navigationem intendit. Sed bona exercitus pars juxta in fluminis ripa, Crateri & Hephaeſtionis ductu, iter faciebat. Perventum erat in regionem, ubi Hydaſpes Aceſinae committitur. Hîc expoſitis militibus, Siborum ad fines procedit. Hos ex poſteritate illorum eſſe memorant, qui cum Hercule petram Aornon oppugnaverant, & poſt irritum conatum, in regione illa, Herois auſpicio, collocati erant. Tum caſtris non obſcuri nominis urbi admotis, quorum praecipua erat auctoritas, exeunt, inque colloquium regis admiſſi, neceſſitudinis antiquae memoriam renovant, & cupide omnia ſe facturos, quomodo cognatos de-

τελείας, πρῶτον μὲν τῶν δώδεκα θεῶν βωμοὺς πεντήκοντα πηχῶν οἰκοδόμησεν, ἔπειτα τριπλασίαν τῆς προϋπαρχούσης στρατοπεδείαν περιβαλόμενος, ὤρυξε τάφρον τὸ μὲν πλάτος πεντήκοντα ποδῶν, τὸ δὲ βάθος τετταράκοντα· τὴν δ' ἀναβολὴν ἐντὸς τῆς τάφρου σωρεύσας, τεῖχος ἀξιόλογον ᾠκοδόμησε. Προσέταξε δὲ τοῖς μὲν πεζοῖς κατασκηνώσεις ἑκάστῳ δύο στιβάδας πενταπήχεις οἰκοδομῆσαι, τοῖς δ' ἱππεῦσι πρὸς ταύταις καὶ δύο φάτνας τῶν εἰθισμένων διπλασίας· ἀκολούθως δὲ καὶ τἄλλα τὰ καταλείπεσθαι μέλλοντα τοῖς μεγέθεσιν αὐξῆσαι. ταῦτα δὲ πράττειν ἤμελλεν, ἅμα μὲν ἡρωϊκὴν βουλόμενος ποιήσασθαι στρατοπεδείαν, ἅμα δὲ τοῖς ἐγχωρίοις ἀπολιπεῖν σημεῖα μεγάλων ἀνδρῶν, ἀποφαίνοντα [s] ῥώμας σωμάτων ὑπερφυεῖς. ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενος, μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως [t] ταῖς αὐταῖς ὁδοῖς πορευθεὶς ἀνέκαμψεν ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμόν· καταλαβὼν δὲ τὰ σκάφη νεναυπηγημένα, καὶ ταῦτα [v] καταρτίσας, ἕτερα προσεναυπηγήσατο. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ἧκον ἐκ τῆς Ἑλλάδας σύμμαχοι καὶ μισθοφόροι διὰ τῶν στρατηγῶν ἡγμένοι, πεζοὶ μὲν πλείους τρισμυρίων, ἱππεῖς δ' οὐ πολὺ λείποντες τῶν ἑξακισχιλίων. ἐκομίσθησαν δὲ καὶ πανοπλίαι διαπρεπεῖς, πεζοῖς μὲν δισμυρίοις καὶ πεντακισχιλίοις, φαρμάκων δ' ἰατρικῶν ἑκατὸν τάλαντα. ταῦτα μὲν οὖν διέδωκε τοῖς στρατιώταις· τῆς δὲ ναυτικῆς παρασκευῆς συντελεσθείσης, καὶ διακοσίων μὲν ἀφράκτων ἡτοιμασμένων, ὀκτακοσίων δὲ ὑπηρετικῶν, τὰς μὲν παρὰ τὸν ποταμὸν κτισθείσας πόλεις ὠνόμασε, τὴν μὲν, [x] διὰ τὸ τῷ πολέμῳ κρατῆσαι, Νίκαιαν· τὴν δ' ἀπὸ τοῦ τελευτήσαντος ἵππου κατὰ τὴν πρὸς Πῶρον μάχην, Βουκεφάλαν. 564

552 Αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν φίλων ἐμβὰς εἰς τὰς ναῦς, τὸν διὰ τοῦ ποταμοῦ πλοῦν ἐπὶ τὸν ὠκεανὸν τὸν κατὰ μεσημβρίαν ἐποιεῖτο. τὸ δὲ πολὺ μέρος τῆς δυνάμεως παρὰ τὸν ποταμὸν [y] ὡδοιπόρει, προηγουμένων Κρατεροῦ καὶ Ἡφαιστίωνος. ὡς δ' ἦλθον ἐπὶ τὴν Ἀκεσίνου καὶ Ὑδάσπου συμβολὴν, ἐκβιβάσας τοὺς στρατιώτας, προῆγεν ἐπὶ τοὺς ὀνομαζομένους [z] Σίβους. τούτους δέ φασιν ἀπογόνους εἶναι τῶν μεθ' Ἡρακλέους ἐπὶ [a] τὴν Ἄορνον πέτραν στρατευσάντων, καὶ τῆς μὲν πολιορκίας ἀποτυχόντων, ἐν τούτῳ δὲ τῷ τόπῳ κατοικισθέντων ὑφ' Ἡρακλέους. τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου καταστρατοπεδεύσαντος πλησίον ἐπιφανεστάτης πόλεως, προῆλθον οἱ τῇ δόξῃ πρωτεύοντες τῶν πολιτῶν· ἐντυχόντες δὲ τῷ βασιλεῖ, καὶ τὴν συγγένειαν ἀνανεωσάμενοι, πάντα ποιήσειν ἔφασαν μετὰ προ-

s Ῥώμας σωμάτων ὑπερφυεῖς *Baſil. Reg.* 2. *Vat.*, ῥώμην — ὑπερφυῆς *Reg.* 1. ſequor priores. Ῥώμην — ὑπερφυῆ vulgo. t Ταῖς αὐταῖς ὁδοιπορίαις ἄνω, *Reg.* 1. haud male. v Καταρτίσας *Idem.* x Διὰ τὸ τῷ ſolus *Reg.* 1., unde priorem articulum reſtitui. y Ὡδοιπόρει *Reg.* 1. z Omnes Ἴβους. a Τὴν Ἄορνον *Reg.* 1.

Henr. Valeſius in not. *Mauſſaci* ad *Harpocrat.* docebit. P. Wess.

21. Δώδεκα θεῶν βωμοὺς &c.] Conf. *Arrian.* extremo libro quinto, deque aris his, monumento & termino Alexandreae expeditionis, copioſiſſime diſputantes viros praeſtantiſſimos Cl. *Salmaſium* in *Solin.* p. 556., *Freinſhem* ad Curt. L. IX, 3, 19. & *H. Cannegiterum* Diſſert. de Brittenburgo C. 9. pag. 105. P. Wess.

34. Ἀποφαίνοντα ῥώμας — ὑπερφυεῖς] Viſum hoc eſt praeſtabilius ob meliorum librorum concordiam. Adde quae apud *Plutarchum* Alex. pag. 700., de vaniſſimo hoc regis inſtituto leguntur. P. Wess.

37. Ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμόν] Recte id quidem & vere. Sed quae ſtatim ſuccedunt, argumento eſſe videntur, naves eodem in fluvio eſſe exſtructas, regemque ſecundo iſto amne Oceanum verſus defluxiſſe: quod falſum & ceterorum teſtimoniis contrarium eſt. Moliti enim naves in Hydaſpe Macedones ſunt, eodemque fluvio ad mare Alexander deſcendit. Itaque aut addi intelligive debet, καὶ ταύτας διαβὰς, ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην, *eoque transmiſſo, ad Hydaſpem*, quae *Freinſhemii* conjectura ad *Curt.* IX, 3, 24., aut erravit Auctor. *Curtium* certe in errorem induit, haec brevius expoſita ita accipientem, quaſi Aceſini unice omnia congruerent. Vid. *Freinſhem.* P. Wess.

42. Πεζοὶ μὲν πλείους τῶν τρισμυρίων] Longe infra hunc numerum *Curtius* eſt L. IX, 3, 21., tametſi haec *Diodori* clare imitetur. P. Wess.

47. Καὶ διακοσίων μὲν ἀφράκτων &c.] In diverſa abit *Arrianus* Ἀναβ. VI, 2. at *Curtius* hinc ſumpſit *mille navigia*, quibus Oceanum aditurus Alexander erat. P. Wess.

49. Τὰς μὲν παρὰ τὸν ποταμὸν κτισθείσας &c.] Vere, modo Hydaſpem intelligas fluvium cum *Strabone* L. XV. pag. 1023., aliter tamen *Curtius*, a Noſtro in fraudem impulſus. De urbium nominibus quid multa? *Nicaeae* citra dubium eſt. In altero *Bucephalae* variatur, quod equum Bucephalum & Bucephalam promiſcue dixerint. Vid. *Daviſium* ad *Maxim. Tyr.* Diſſert. XIV. p. 549. Hinc urbs *Bucephalus*, *Bucephala*; etiam Βουκεφαλία in *Plut.* de Alex. Fort. p. 328. F. pro Βουκεφάλεια, quo modo in *Strabone* ex *Stephano* vir ſummus refingit. Τὰ Βουκέφαλα *Aelian.* Hiſt. An. L. XVI, 3. His adde, quae *Freinshemius* conduxit ad extremum cap. 3. Curtiani libri noni. P. Wess.

60. Τοὺς ὀνομαζομένους Σίβους] Juſtum hoc gentis nomen videtur, niſi ſi Σίβους praetuleris. Ἴβους progenuit praecedentes vocis ſibilus, huic ſumma injuria ablatus. Certe *Sibos* adpellat *Oroſius* L. III, 19., Σίβας *Strabo* XV. p. 1008. & p. 1026. atque ex

ἐπιθυμίας, ὡς ἂν συγγενεῖς ὄντες, καὶ δῶρα προσεκόμισαν μεγαλοπρεπῆ. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, ἀποδεξάμενος αὐτῶν τὴν εὔνοιαν, καὶ τὰς πόλεις ἀποδείξας ἐλευθέρας, προῆγεν ἐπὶ τὰ συνορίζοντα τῶν ἐθνῶν· καταλαβὼν δὲ τοὺς ὀνομαζομένους Ἀγαλασσεῖς ἠθροικότας πεζοὺς μὲν τετρακισμυρίους, ἱππεῖς δὲ τρισχιλίους, συνάψας αὐτοῖς μάχην καὶ νικήσας, τοὺς μὲν πλείστους κατέκοψε, τοὺς δὲ λοιποὺς, συμφυγόντας [b] εἰς τὰς πλησίον πόλεις, ἐκπολιορκήσας ἐξηνδραποδίσατο. τῶν δὲ ἄλλων ἐγχωρίων συναθροισθέντων, δισμυρίους μὲν καταφυγόντας εἰς πόλιν μεγάλην κατὰ κράτος εἷλε· τῶν δ' Ἰνδῶν διαφραξάντων τοὺς στενωποὺς, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκιῶν μαχομένων εὐρώστως, βιαζόμενος ἀπέβαλε τῶν Μακεδόνων οὐκ ὀλίγους. διὸ δὲ τὴν ὀργὴν ἐμπρήσας τὴν πόλιν, συγκατέκαυσε τοὺς πλείστους. Τῶν δ' ἐγχωρίων τῶν ὑπολειπομένων εἰς τρισχιλίους, συμφυγόντας εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ μεθ' ἱκετηριῶν δεηθέντας, ἀπέλυσεν.

Olymp. CXIII. II.

Gratiam, pollicentur. Quod & munerum haud vulgarium exhibitione testatum faciunt. Grata horum benevolentia regi accidit; Ideoque omnes illorum civitates liberas esse jubet. Inde conterminas ad gentes ſe convertit. Inter has Agalaſſenſes quadraginta peditum, & tria equitum millia coëgiſſe reperit. Committitur pugna, & vincit Alexander, ubi plerique conciduntur; ſuperſtites in vicina oppida refugiunt; quibus expugnatis, ſervituti mancipantur. De caeteris etiam incolis, qui ad arma concurſaverant, ccIↃↃ. ccIↃↃ. in magna quadam urbe, tutandi ſui cauſa, congregatos, vi expugnit. Sed cum obſeptis viarum anguſtiis fortiter e tectis propugnarent, vi ſumma uſus Macedonum haud paucos amittit. Oppido igitur per iram ſuccenſo, maximam illorum partem ſimul comburit. Ad ter mille adhuc ſuperfuerant. Hos in arcem elapſos, cum ſupplices veniam rogarent, impune dimittit.

565. Αὐτὸς δὲ πάλιν μετὰ τῶν φίλων ἐμβὰς εἰς τὰς ναῦς, κατὰ τὸν ποταμὸν τὸν πλοῦν ἐποιεῖτο μέχρι τῆς συμβολῆς τῶν προειρημένων ποταμῶν καὶ τοῦ Ἰνδοῦ. μεγάλων δὲ ῥείθρων εἰς ἕνα τόπον συμπεσόντων, ἴλιγγες πολλαὶ καὶ φοβεραὶ συνίσταντο, καὶ τὰ σκάφη [c] συστρέφουσαι διέφθειρον. τῆς δὲ τοῦ ῥεύματος βίας ὀξείας καὶ σφοδρᾶς οὔσης, καὶ τῆς τῶν κυβερνητῶν τέχνης καταισχυνομένης, δύο μὲν μακραὶ νῆες κατέδυσαν, τῶν δὲ ἄλλων πλοίων οὐκ ὀλίγα πρὸς τὴν γῆν ἐξέπεσε. τῆς δὲ ναυαρχίδος καταῤῥάκτῃ μεγάλῳ περιπεσούσης, ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν ἔσχατον ἦλθε [d] κίνδυνον. διὸ καὶ τοῦ θανάτου πρὸ ὀφθαλμῶν ὄντος, ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ἀποθέμενος τὴν ἐσθῆτα, [e] γυμνῷ τῷ σώματι τῆς ἐνδεχομένης ἀντείχετο βοηθείας· οἱ δὲ φίλοι παρενήχοντο, σπεύδοντες [f] ὑποδέξασθαι περιτρεπομένης τῆς νεὼς τὸν βασιλέα. πολλῆς δὲ ταραχῆς περὶ τὴν ναῦν οὔσης, καὶ τῶν μὲν ἀνθρώπων ἀντιταττομένων τῇ τοῦ ῥεύματος βίᾳ, τοῦ δὲ ποταμοῦ κατισχύοντος πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἐπίνοιάν τε καὶ δύναμιν, [g] μόγις ὁ Ἀλέξανδρος μετὰ τῶν νεῶν εἰς τὴν γῆν ἐξέπεσε. σωθεὶς δὲ παραδόξως, τοῖς θεοῖς ἔθυσεν, ὡς μεγίστους ἐκπεφευγὼς κινδύνους, καὶ πρὸς ποταμὸν ὁμοίως Ἀχιλλεῖ διαγωνισάμενος.

97. Tum denuo cum amicis navigio per amnem decurrit uſque ad fluviorum, quos diximus, & Indi confluentem. Sed cum magna flumina cum impetu in unum locum concurſent, vortices multi horrore maximo exſiſtunt. Hi tum naves in vertiginem actas peſſumdabant. Tantaque fluxus concitati vis erat ac vehementia, ut ars gubernatorum ſuccumberet: Duae itaque naves longae ſubmerguntur; & caeterarum pleraeque in ripam expelluntur. Praetoria etiam in vaſtum abrepta vorticem, rex ultimum vitae periculum adit. Quare praeſentem ſibi mortem intentari videns, depoſitis veſtibus, nudo corpore, quod tum dabatur, ſubſidium, prehenſat; Jamque haud procul natant amici, ſummo hoc nixu agentes, ut navi ſubverſa regem excipiant. Ibi ingens circa navem perturbatio oritur: dum violentiae curſus viri ſe opponunt: at fluvius omnem hominum ſolertiam & facultatem ſuperat. Atque vix tandem cum navibus Alexander in terram evadit. Inſperato igitur ſervatus, Diis ſacrum fecit, quod & extremum diſcrimen evaſiſſet, & velut alter Achilles cum fluvio depugnaſſet.

Μετὰ δὲ ταῦτα στρατεύσας ἐπὶ [h] Συρακούσας, καὶ τοὺς ὀνομαζομένους Μαλλοὺς, ἔθνη πολυάνθρωπα καὶ μάχιμα, κατέλαβε τοὺς ἐγχωρίους ἠθροικότας πεζοὺς μὲν πλείους τῶν ὀκτακισμυρίων, ἱππεῖς δὲ μυρίους, ἅρματα δὲ ἑπτακόσια. οὗτοι πρὸ μὲν τῆς Α-

98. Hinc in Oxydracas & Mallos, populoſiſſimas Indiae gentes & pugnaces, ducto exercitu, ita paratos offendit incolas, ut plus quam xxc. millia peditum & ccIↃↃ. equitum, cum IↃ. cc. curribus, ſub ſignis haberent. Hi ante regis adven-

b Τὰς τὰς πλησίον πόλεις ambo Reg. Baſil. Coſpus, unde verba εἰς πόλιν καὶ εἰς, quibus ante τὰς πόλεις in Edd. locus erat, Steph. ſtigmate notavit. Ego delevi. c Συστρέφουσαι Reg. 1. d Κατέδυσαν idem. e Γυμνῷ idem, ſine cauſſa. f Δέξασθαι Reg. 2. Baſil. g Μόλις frequenti diſcrepantia Reg. 1. h Συρακούσας Idem. Oxydracas Coſpus.

ex Dionyſio Stephanus, vetus etiam epigramma, Herculis labores complexum, in Reineſii Inſcriptionum Claſ. IV. XII. pag. 347. & Donii Claſ. I. p. 34. ΕΠΙ ΤΟΝ ΙΝΔΟΝ ΗΛΘΕ ΠΟΤΑΜΟΝ ΚΑΙ ΠΟΛΙΝ Ἡρακλέων ΤΑΝ ΕΝ ΣΙΒΑΙΣ ΟΙΚΙΖΕΙ. Ita hiatus recte expletur. Heraclea indicatur, quam in Indiae finibus Stephanus ſitam fuiſſe prodidit, & ante eum Plinius L. VI, 16. Porro vitium, quod gentis nomen maculaverat, detergere adgreſſi ſunt feliciter Fr. Fabricius ad Oroſium loco dict., Salmaſ. in Solin. p. 700., Freinſhem. not. ad Curt. IX, 4, 2. ut mirum omnino accidat, Th. Reineſium, perſpicaciſſimi virum ingenii, ΕΝ ΣΙΒΑΙΣ antiqui marmoris tolerare noluiſſe. P. Wess.

Εἰς δὲ τὴν τῶν [r] Ὠριτῶν χώραν διὰ τῶν παρόδων παρεισελθὼν, ταχέως ἅπασαν ὑπήκοον ἐποιήσατο. οἱ δὲ Ὠρῖται τὰ μὲν ἄλλα παραπλήσια τοῖς Ἰνδοῖς ἔχουσιν, ἓν δὲ ἐξηλλαγμένον καὶ παντελῶς ἄπιστον. τῶν γὰρ τελευτησάντων παρ' αὐτοῖς τὰ σώματα φέρουσιν οἱ συγγενεῖς γυμνοί, λόγχας ἔχοντες. εἰς δὲ τοὺς ἐπὶ τῆς χώρας δρυμοὺς θέντες τὸ σῶμα, τὸν μὲν περικείμενον τῷ νεκρῷ κόσμον περιαιροῦνται, τὸ δὲ σῶμα τοῦ τετελευτηκότος [s] καταλείπουσι βορὰν τοῖς θηρίοις· τὰς δ' ἐσθῆτας διελόμενοι θύουσι τοῖς κατὰ γῆν ἥρωσι, καὶ τῶν οἰκείων [t] ὑποδοχὴν ποιοῦνται. Μετὰ δὲ ταῦθ' ὁ Ἀλέξανδρος προῆγεν ἐπὶ τὴν Κεδρωσίαν, παρὰ θάλατταν τὴν πορείαν ποιούμενος· καὶ κατήντησεν εἰς ἔθνος ἄξενον καὶ παντελῶς θηριῶδες. 572. τούς τε γὰρ ὄνυχας οἱ τῇδε κατοικοῦντες ἐκ γενετῆς αὔξουσι μέχρι γήρως, καὶ τὸ τρίχωμα πεπιλωμένον [v] ἐῶσι, τὸ δὲ χρῶμα διὰ τὴν τοῦ ἡλίου θερμότητα κατακεκαυμένον ἔχουσι, καὶ δορὰς περιβέβληνται θηρίων. σιτοῦνται δὲ τὰ ἐκβαλλόμενα κήτη σαρκοφαγοῦντες, καὶ τὰς οἰκήσεις κατασκευάζουσι, τοὺς μὲν τοίχους ἀνοικοδομοῦντες, [x] τὰς δ' ὀροφὰς ἐκ τῶν τοῦ κήτους πλευρῶν, ἐξ ὧν ὀκτωκαιδεκαπήχεις δοκοὶ κατηρτίζοντο. ἀντὶ δὲ τοῦ κεράμου ταῖς φολίσι τῶν ζώων τὰς στέγας κατεκάλυπτον. ὁ δ' Ἀλέξανδρος διελθὼν τοῦτο τὸ ἔθνος ἐπιπόνως, διὰ σπάνιν τροφῆς, ἐνέβαλεν εἰς χώραν ἔρημον καὶ πάντων τῶν εἰς τὸ ζῆν χρησίμων σπανίζουσαν. [y] τῶν πολλῶν δὲ διὰ τὴν ἔνδειαν διαφθειρομένων, ἥ τε δύναμις τῶν Μακεδόνων [z] ἠθύμησε, καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἐνέπεσεν οὐκ εἰς τὴν τυχοῦσαν λύπην τε καὶ φροντίδα. δεινὸν γὰρ ἐφαίνετο τοὺς ἀρετῇ καὶ τοῖς ὅπλοις ἅπαντας [a] ὑπερβαλομένους, ἐν ἐρήμῳ χώρᾳ πάντων σπανίζοντας ἀκλεῶς ἀπόλλυσθαι. διόπερ εὐζώνους ἄνδρας ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Παρθυαίαν καὶ Δραγγινὴν καὶ Ἀρίαν, καὶ τὰς ἄλλας τὰς πλησιοχώρους τῇ ἐρήμῳ, προστάξας ταχέως ἀγαγεῖν ἐπὶ τὰς ἐμβολὰς τῆς Καρμανίας δρομάδας καμήλους καὶ τὰ νωτοφορεῖν εἰωθότα τῶν φορτίων, γεμισάντας σίτου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων. οὗτοι μὲν οὖν ὀξέως διανύσαντες πρὸς τοὺς Σατράπας τούτων τῶν ἐπαρχιῶν, ἐποίησαν παρακομι-

q Ἀλεξανδρείας *Venet.* r Oritarum *Cuſpin.* Νεωριτῶν *Reg.* 1. & mox Νεωρῖται *Cett.* Νεωριτῶν & Νεωρῖται. s Καταλείπουσι βορὰν *Reg.* ambo & *Baſil.* ſine τοῖς, quod & ſtigmate inutilit *Steph.* t Ἀποδοχὴν margo *Steph.* v Ἐῶσι *Reg.* 1. *Vat. Venet. Cuſpin.* & ora *Steph.*: Cett. ἔχουσι, quamquam in *Baſil.* deſunt. Mox τὸ δὲ τρίχωμα *Var.* & *Reg.* 2. x Τὰς δ' ὀροφὰς *Steph.* ora ex *Venet.* & *Reg.* 1., in quo συνοικοδομοῦντες. y Πολλῶν δὲ *idem. Reg.* z Ἠθύμησεν *Reg.* 1. a Ὑπερβαλλομένους *Reg.* 1.

ſchedarum veterum, ſi & Λειμῶνα praeferrent: quod cum non innovent, neque ego muto. P. Wess.

5. *Λιμένα μὲν εὑρὼν ἄκλυστον*] Vide not. in L. III, 44., ubi his ſimilia *Dionis Chryſoſtomi* ab impetu *H. Valeſii* liberavimus. *Plutarchus* accedat patronus T. II. p. 778. C. *καὶ τοῦ Ἐπικούρου τἀγαθὸν ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς ἡσυχίας, ὥσπερ ἐν ἀκλύστῳ λιμένι καὶ κωφῷ, τιθεμένου.* & incertus ſcriptor Peripli Ponti Euxini pag. 146. *Ed. Gronov.* ... — ... Non diſſimili ſententia ... dixit *Aelian.* de Animal. L. XIII, 18. 19. Ceterum Alexandrea haec *πόλις Νεωριτῶν Stephano Byzantino* pro Ὠριτῶν, recte corrigentibus *Holſtenio* & *Berkelio*. P. Wess.

17. *Καταλείπουσι βορὰν τοῖς θηρίοις*] Praepoſitionem alias in terras exſulatum ire juſſi. ... ipſa Lexica dabunt. Poeta principio Il. A. *αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν Οἰωνοῖσί τε πᾶσι.* Porro non multo diverſum ſepulturae genus Hyrcanis & Bactriis attribuit *Euſebius* Praep. Evangel. L. I, 4. p. 11. D. P. Wess.

16. *Σιτοῦνται δὲ τὰ ἐκβαλλόμενα* &c.] Vide L. III, 15. & ſeqq. tum *Strabon.* L. XV. p. 1050. & gemina memoriae prodentem *Arrian.* Indicor. Cap. 29. &c. P. Wess.

36. *Ἥ τε δύναμις τῶν Μακεδόνων ἠθύμησεν*] Macedonum famem & incommoda, quae hoc itinere ſubierunt, copioſius exſequuntur *Strabo* XV. p. 1051., *Arrian.* Ἀναβ. L. VI, 23. ſeqq. & *Curtius* L. IX, 10, 12. P. Wess.

42. *Καὶ Ἀρίαν*] Sic ſaepe infra: alias *Ἀρείαν* vocare ſolet. *Salmaſ.* in Solin. p. 817. confer. P. Wess.

45. *Καὶ τὰ νωτοφορεῖν εἰωθότα τῶν φορτίων*] Verborum ſeries videbatur requirere τὰ — *εἰωθότα τῶν ζώων*, aut *τῶν φορβάδων*, quod poſterius mihi in cogitationem veniſſe non diffiteor. *Φορβάς* & *φορβάδες* equae ſunt *Baſil. Magno* Epiſtol. 303. & *Gregorio Nazianzeno* in Teſtamento. Itaque τὰ *νωτοφορεῖν εἰωθότα τῶν φορβάδων* equae erunt clitellariae. Ita vero ſi nolis, neque enim pro voce ſerioris Graeciae pugnare conſultum arbitror, ellipſi ſubveniendum ſtructurae eſt. Dixit alibi Auctor τῶν

μισθὸν καὶ πολλὴν ἀγορὰν ἐπὶ τὸν ὡρισμένον τόπον. ὁ δ' Ἀλέξανδρος τὸ μὲν πρῶτον διὰ τὴν ἀβοήθητον ἔνδειαν πολλοὺς ἀπέβαλε τῶν στρατιωτῶν· μετὰ δὲ ταῦτα, κατὰ τὴν πορείαν ὄντος αὐτοῦ, τῶν [b] Ὠρειτῶν τινες ἐπιθέμενοι τοῖς περὶ τὸν Λεοννάτον τεταγμένοις, καὶ συχνοὺς καταβαλόντες, ἀπέφυγον εἰς τὴν ἑαυτῶν χώραν.

Μόγις δὲ περάσας τὴν ἔρημον, ἧκεν εἰς χώραν οἰκουμένην, καὶ πάντων τῶν χρησίμων εὐποροῦσαν. ἐν ταύτῃ δὲ προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν, ἐφ' ἑπτὰ μὲν ἡμέρας προῆγε κεκοσμημένῃ τῇ δυνάμει πανηγυρικῶς, καὶ Διονύσῳ κῶμον ἤγαγεν [c] ἑορτάζων, καὶ μέθῃ καὶ πότοις [d] χρώμενος κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν. ἀπὸ τούτων δὲ γενόμενος, ἀκούσας [e] τε ὅτι πολλοὶ τῶν βιαίως καὶ ὑβριστικῶς κεχρημένων ταῖς ἐξουσίαις παρανενομήκασι, πολλοὺς τῶν τε σατραπῶν καὶ στρατηγῶν τιμωρίας ἠξίωσε. τῆς δ' εἰς τοὺς παρανενομηκότας ἡγεμόνας μισοπονηρίας διαδοθείσης, πολ-
573. λοὶ τῶν στρατηγῶν, συνειδότες ἑαυτοῖς ὕβρεις καὶ παρανομίας, εἰς φόβον ἐνέπιπτον· καί τινες μὲν μισθοφόρους ἔχοντες, ἀφίσταντο τοῦ βασιλέως, τινὲς δὲ χρήματα συσκευασάμενοι, δρασμοὺς ἐποιοῦντο. ταῦτα δὲ πυθόμενος ὁ βασιλεύς, πρὸς πάντας τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν στρατηγοὺς καὶ σατράπας ἔγραψεν, ἐπειδὰν ἀναγνῶσι τὴν ἐπιστολήν, παραχρῆμα πάντας τοὺς μισθοφόρους ἀπολῦσαι. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον τοῦ βασιλέως διατρίβοντος ἔν τινι παραθαλαττίῳ [f] πόλει ὀνομαζομένῃ Σαλμοῦντι, καὶ σκηνικοὺς ἀγῶνας ἐν τῷ θεάτρῳ ποιοῦντος, κατέπλευσαν οἱ διὰ ὠκεανοῦ πλεῖν τὴν παραθαλάττιον ἀπεσταλμένοι, καὶ παραχρῆμα εἰς τὸ θέατρον παρελθόντες, τόν τε Ἀλέξανδρον ἠσπάσαντο, καὶ περὶ τῶν πεπραγμένων ἀπήγγειλαν. οἱ δὲ Μακεδόνες, ἡσθέντες τῇ παρουσίᾳ τῶν ἀνδρῶν, κρότῳ μεγάλῳ τὸ γεγονὸς ἐπεσημήναντο· καὶ πᾶν τὸ θέατρον μεστὸν ἦν χαρᾶς ἀνυπερβλήτου. οἱ δὲ καταπεπλευκότες ἀπήγγελλον, ἀμπώτεις τε καὶ [g] πλήμας παραδόξους γίνεσθαι κατὰ τὸν ὠκεανόν· καὶ κατὰ μὲν τὰς ἀμπώτεις, παραδόξους νήσους τε ὁρᾶσθαι, μεγάλας καὶ πολλὰς [h] ἐπ' ἄκρας τῆς παραθαλαττίου χώρας, κατὰ δὲ τὰς [i] πλήμας ἁπάσας τοὺς προειρημένους τόπους κατακλύζεσθαι, πολλοῦ καὶ βιαίου πνεύματος φερομένου πρὸς τὴν χέρσον, τῆς δ' ἐπιφανείας ἀφρῷ πολλῷ λευκαινομένης· τὸ δὲ παραδοξότατον, κήτεσι πολλοῖς καὶ τὸ μέγεθος ἀπίστοις συγκεκυρηκέναι. ταῦτα δὲ φοβηθέντας αὐτούς, τὸ μὲν πρῶτον ἀπελπίσαι τὸ ζῆν, ὡς αὐτίκα μάλα μετὰ τῶν σκαφῶν διαφθαρησομένους, μετὰ δὲ ταῦτα ἐξ ἁπάντων μιᾶς φωνῆς γινομένης, καὶ διὰ τῶν ὅπλων πολλοῦ συντελουμένου ψόφου, [k] πρὸς

definitum locum deportaretur, effecerunt. Per ex- Olymp. CXIII. II.
tremam hanc inopiam complures ſuorum (quod primum erat incommodum) Alexander deſideravit. Et dum adhuc in itinere eſt, Oritarum quidam Leonnati agmen adorti, numerum haud exiguum proſtravere; (quod detrimentum erat alterum) Et hinc ad ſua ſe receperunt.

106. Tandem cum aegre per ſummas difficultates deſerta illa ſuperaſſent, in regionem incolis frequentem, & commodis omnibus refertam, perveniunt. Ubi reductis ad ſe copiis omnibus, vires recolligendi copiam fecit; cumque illis ad panegyricae ſpeciem pompae exornatis, per dies VII. proceſſit; & feſtam Libero Patri comeſſationem peragens, in medio paſſim itinere compotationes non abſque temulentia, inſtituit. Quibus perfunctus, cum multos Satraparum & ducum per vim & injuriam poteſtate abuſos cognoviſſet, meritas illis poenas irrogavit. Qua regis in duces improbe ſe gerentes ſeveritate divulgata, multi ex praefectis, injuriarum & ſcelerum ſibi conſcii, timere ſibi coeperunt. Ideo nonnulli, qui mercenariis praeerant, a rege deficiunt. Quidam corraſis undique pecuniis fugam intendunt: De quibus Rex certior factus, ad omnes Aſiae praeſides & Satrapas ſcripſit, ut ſimulac literas perlegiſſent, extemplo quicquid conductitii militis eſſet, exauctorarent. Sub quod tempus, dum in maritima quadam urbe, cui Salmunti nomen, permoratur, & ſcenicos in theatro ludos exhibet, cum claſſe ſua appellunt, qui ad littorales Oceani terras inveſtigandum miſſi fuerant. Qui continuo Theatrum ingreſſi, ſalutato rege, quae effeciſſent, renunciant. Gaviſi virorum adventu Macedones, ingenti voluptatem ſuam plauſu conteſtantur, adeo quidem, ut omne theatrum ſumma laetitia perfunderetur. Referebant autem 619.
legati, mirificas in Oceano aquarum reciprocationes & aeſtus exſiſtere; ac per reflexus in extremis maritimae oris Inſulas complures non exiguae magnitudinis ſubito apparere, quae per aeſtuantis maris affluxionem omnes denuo fluctibus ſubmerguntur, dum magna vis flatus cum vehementia inſurgens ad continentem defertur, & magna ſpumae copia fluctus in ſummo albeſcunt; Et quod omnium inſolentiſſimum, multos incredibili mole cetos occurriſſe. Quorum metu perculſi initio ſpem vitae ipſi abjecerint, ut qui ipſo ſtatim momento cum navigiis interituri eſſent: Sed poſtquam omnes ſimul una voce clamorem edidiſſent, colliſiſque armis,

b Ὀριτῶν, Ὠριτῶν *Steph.* in margine, quorum prius in *Baſil. Venet. & Vatic.* Oritas etiam *Coſpus*. In *Edd.* ἐρειῶν, abſurde. c Ἑορτάζων δὲ μέθῃ *Reg.* 1. d Χρώμενος κατὰ ſine ἐν, quod *Steph.* aſteriſco ſignavit, *Reg.* 2. *Baſ.*, quos ſequor. e Deſit vox in *Baſ.* f Πόλει τῇ *Reg.* 1. g Πλημμυρίας idem. & *Steph.* margo, ſed in *Reg.* quoque παραδόξους. h Ἐκ ἄκρας *Baſil.* i Πλημμύρας iterum *Reg.* 1. & *Steph.* margo, nullo diſcrimine. k Πρὸς δὲ πρὸς &c. *Reg.* 1.

τῶν ἐλατῶν κομιδῆς, alio loco κλέπτοντα τῶν ἀνδρῶν, ταῦτα &c. τινὰς reticens. Quod & hic deerit, ſive τῶν φορτίων ſequentibus connectas, ut *Baſil.* permittit, comma nullum interponens, ſive praecedentibus. P. Wess.

52. Τῶν Ὠρειτῶν τινες ἐπιθέμενοι] Haec ipſa eſt *Diodori* manus, quam ἱερέων ſubſtituto vocabulo turpiter foedaverant. Gentem, uti diximus, Ὠρίτας & Ὠρείτας, quorum prius verius, teſte *Euſtathio* in *Dionyſ.* v. 1096., adpellant. Ad eam domandam ab Alexandro relictus erat Leonnatus. Conf. *Arrian.* Indic. C. 23. & *Curtium* L. IX, 10, 19., qui tamen de praelii ſucceſſu paulo aliter. P. Wess.

60. Καὶ μέθῃ καὶ πότοις χρώμενος κατὰ τὴν &c.] Habet hinc *Curtius* dicto loco, nec praeterit *Plut.* Alex. p. 702., nedum *Arrian.* Ἀναβ. L. VI, 28., rem tamen ipſam in tabulis ob ſilentium Ptolemaei & Ariſtobuli deputans. P. Wess.

65. Τῆς δ' εἰς τοὺς — — διαδοθείσης] Conferendus eſt *Curtius* principio libri decimi. P. Wess.

75. Ἐν τινι παραθαλαττίῳ — Σαλμοῦντι] Urbis nomen, quam in Carmania fuiſſe ex *Arriano* conficias L. VI, 28., ab aliis negligitur. Fabulam Satyricam ſub hoc tempus compoſitam & actam dabit *Athenaeus* L. XIII. p. 595. D. P. Wess.

87. Παραδόξους νήσους τε ὁρᾶσθαι &c.] Mallem prius vocabulum aut hinc abeſſet longiſſime, quippe ex praecedentibus temere repetitum, aut certe in παραδόξως, quo modo paulo ante *Reg. pr.*, commutaretur. P. Wess.

95. Τὸ μὲν πρῶτον ἀπελπίσαι τὸ ζῆν] Supra Gelon τὸ ζῆν ἀπελπίσας L. XI, 38., quod & hic recipi poſſet, niſi τὴν σωτηρίαν ἀπελπίζειν *Polybius* II, 34. IV, 69. & ἀπελπίζειν τὰ πράγματα Noſter L. XIX, 36. 49. τὸ ἐπιβολὴν ἀπελπίζειν aliaque ejuſdem formae haberent plura. P. Wess.

98. Πρὸς δὲ τούτοις, τῶν σαλπίγγων ἠχουσῶν] Non utor additamento *Reg.* 1., quod ſatis quidem cultum in *Pauſaniae* L. IV. pag. 298., hic invenuſtum. Σάλπιγγας ἠχούσας, ſurſus utique obvias, ſtabilit *Philo* Belopoic. pag. 98. καὶ θηρίων ποιεῖν ψόφον, καὶ τὰς σάλπιγγας ἠχεῖν κατὰ τὰ ἰσχυρότατα τοῦ τείχους. Sic lego. Edebatur ἀκούειν, quod incongruum. Porro de monſtris

his

Olymp. CXIII. II. mis, & inflatis tubis excitaſſent ſtrepitum: beluas rei novitate conſternatas, profundum ſubiiſſe.

107. Quibus rex auditis, ut ad Euphratem usque provehantur, claſſis praefectis imperat. Ipſe interim multis regionibus cum agmine peragratis, Suſianos tandem fines attingit. Quo tempore Calanus Indus, qui magnos in Philoſophiae ſtudiis progreſſus fecerat, & in honore apud regem erat, mirabili mortis genere vitam terminavit. Cum enim ad LXXIII. annos vitam produxiſſet, nec ullam per id temporis ſenſiſſet corporis infirmitatem, ſe ipſum vita abdicare, quod jam perfectam a natura & fortuna felicitatis menſuram accepiſſet, animum induxit. Invaletudine igitur tentatus, quae indies magis ingraveſcebat, precibus a rege contendit, ut ingentem ſibi rogum conſtrui, eique a ſe conſcenſo ignem a miniſtris ſubjici juberet. Alexander initio quidem hominem ab hoc propoſito avertere conabatur. At cum in ſententia perſiſteret, tandem, quod petiviſſet, effecturum ſe recipit. Res ea ſtatim divulgatur: exſtructoque rogo, ingens hominum multitudo ad inſolens ſpectaculum confluxit. Ubi Calanus, decretis ſuis obſecutus, magna animi fiducia rogum conſcendit, unaque crematus finem vivendi fecit. Inter hos vero qui cum aderant, nonnulli veſaniae id facinus imputabant: Alii vanae fortitudinis oſtentationi tribuebant. Erant tamen, qui animi generoſitatem, mortisque contemtum admirarentur. Illum magnifice ſepeliendum rex curat, Suſamque profectus, Statiram, Darii filiam natu majorem, ſibi matrimonio jungit. Minorem vero Drypetim Hephaeſtioni uxorem tradit. Amicorum etiam nobiliſſimis conjugii novi auctor fuit, & generoſiſſimas Perſarum virgines in matrimonium locavit.

108. Per id tempus XXX. Perſarum millia aetate plane juvenes, & formae decore, viribuſque corporum eximii, Suſa pervenerunt. Hi per tempus bene longum mandato regio conquiſiti, a Praefectis & magiſtris res bellicas didicerant: Omneſque armis Macedonicis magnifice inſtructi ante urbem caſtra poſuere. Ubi cum ſtudii & exercitationis ſuae in armis ſpecimen regi exhibuiſſent, praeclaris ab eo muneribus cohoneſtati ſunt. Quia enim Gangen

δὲ τούτοις, τῶν σαλπίγγων ἐπιμένων, τῷ παραδόξῳ πτοηθῆναι τὰ θηρία, καὶ δῦναι πρὸς βυθόν.

Ὁ δὲ βασιλεὺς περὶ τούτων διακούσας, τοῖς μὲν ἡγουμένοις τοῦ στόλου παρήγγειλεν ἐπὶ τὸν Εὐφράτην καταπλεῦσαι· αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως πολλὴν χώραν διελθὼν, συνῆψε τοῖς Σουσιανοῖς ὅροις. Περὶ δὲ τοὺς καιροὺς τούτους Κάλανος ὁ Ἰνδὸς, ἐν φιλοσοφίᾳ μεγάλην ἔχων προκοπὴν, καὶ τιμώμενος ὑπ᾽ Ἀλεξάνδρου, παράδοξον ἐποιήσατο τὴν τοῦ βίου καταστροφήν. βεβιωκὼς γὰρ ἔτη τρία πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα, καὶ πάντα τὸν χρόνον ἀπείρατος γεγονὼς ἀρρωστίας, ἔκρινεν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ ζῆν μεταστῆναι, ὡς τὸ τέλειον τῆς εὐδαιμονίας παρά τε τῆς φύσεως καὶ τῆς τύχης ἀπειληφώς. καταπειρασθεὶς δ᾽ ὑπ᾽ ἀρρωστίας, καὶ καθ᾽ ἡμέραν ἀεὶ μᾶλλον βαρυνόμενος, 574
ἠξίωσε τὸν βασιλέα πυρὰν αὐτῷ μεγάλην κατασκευάσαι, καὶ προσαναβάντος ἐπὶ ταύτην αὐτοῦ, προστάξαι τοῖς ὑπηρέταις πῦρ ἐνεῖναι. ὁ δ᾽ Ἀλέξανδρος τὸ μὲν πρῶτον αὐτὸν ἀποτρέπειν ἐπειρᾶτο ταύτης τῆς ἐπιβολῆς· ὡς δ᾽ οὐχ ὑπήκουεν, ὡμολόγησε συντελέσειν περὶ ὧν ἠξιωκὼς ἦν. διαγγελθείσης δὲ τῆς πράξεως, ἡ μὲν πυρὰ κατεσκευάσθη, τὸ δὲ πλῆθος κατηντήσεν ἐπὶ τὴν παράδοξον θέαν. ὁ δὲ [l] Κάλανος, ἀκολουθήσας τοῖς ἰδίοις δόγμασι, τεθαρρηκότως ἐπέστη τῇ πυρᾷ, καὶ μετὰ ταύτης καταφλεχθεὶς ἐτελεύτησε. τῶν δὲ παρόντων οἱ μὲν μανίαν αὐτοῦ κατέγνωσαν, οἱ δὲ κενοδοξίαν ἐπὶ καρτερίᾳ, τινὲς δὲ τὴν εὐψυχίαν καὶ τὴν τοῦ θανάτου καταφρόνησιν [m] ἐθαύμασαν. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦτον μὲν ἔθαψε πολυτελῶς, [n] αὐτὸς δὲ παρελθὼν εἰς Σοῦσα, τὴν μὲν πρεσβυτέραν τῶν Δαρείου θυγατέρων Στάτειραν ἔγημε, τὴν δὲ νεωτέραν Ἡφαιστίωνι [o] συνῴκισε Δρύπητιν· ἔπεισε δὲ καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν φίλων γῆμαι, καὶ συνῴκισεν αὐτοῖς τὰς εὐγενεστάτας παρθένους Περσίδας.

Κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἧκον εἰς τὰ Σοῦσα τρισμύριοι τῶν Περσῶν, νέοι μὲν παντελῶς ταῖς ἡλικίαις, ἐπιλελεγμένοι δὲ ταῖς τῶν σωμάτων εὐπρεπείαις τε καὶ ῥώμαις. κατὰ δέ τινας ἐντολὰς τοῦ βασιλέως ἠθροισμένοι χρόνον ἱκανὸν, ἐπιστάτας καὶ διδασκάλους ἐσχηκότες τῶν πολεμικῶν ἔργων· πάντες δὲ Μακεδονικαῖς πανοπλίαις πολυτελῶς κεκοσμημένοι, παρεμβολὴν μὲν ἐποιήσαντο πρὸ τῆς πόλεως. ἐπιδειξάμενοι δὲ τῷ βασιλεῖ τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις ἄσκησιν καὶ μελέτην, ἐτιμήθησαν διαφερόντως. τοῦ

γὰρ

[l] Κάρανος Reg. sec. Vat. [m] Ἐθαύμαζον Reg. 1. [n] Αὐτὸς — εἰς Σοῦσα idem, quod poſterius etiam *Ceſpus* edit. Σούσας vulgo. [o] Συνῴκισε Reg. 1. Paullo ante τῶν Δαρείου θυγατέρων Reg. alter & Vat., ſatis bene. τῶν Δαρ. θυγατέρα vulgo.

his matinis *Arrian.* Indicor. C. 30. & *Strabo* L. XV. pag. 1056. P. WESS.

5. Τοῖς Σουσιανοῖς ὅροις] Lego τοῖς Σουσιανῆς ὅροις. Habemus autem hoc Σουσιανὴ cum alibi, tum pag. 597. initio, εἰς δὲ τὴν Σουσιανὴν καταβάντας. H. STEPH.

Τοῖς Σουσιανοῖς ὅροις] Nolo admodum refragari viro doctiſſimo. Quum tamen Σουσιανὴν χώραν, Σουσιανὸν κόλπον dixerint veteres, *Stephano* auctore, & τὴν Σουσιανὴν γῆν *Arrian.* Ἀναβ. L. VI, 28. p. 270., patrocinium ὅροις Σουσιανοῖς non omnino deſit. P. WESS.

9. Βεβιωκὼς γὰρ ἔτη τρία πρὸς τοῖς &c.] Conf. *Strabon.* L. XV. p. 1045. B. *Arrian.* L. VII, 3. & *Palladium* de Brachmanib. p. 20., de Calano non optime exiſtimantem, tum *Origen.* Φιλοσοφ. Cap. 24. p. 906. *Ed. Pariſ.* P. WESS.

23. Ἀκολουθήσας τοῖς ἰδίοις δόγμασι] Animam cenſebant immortalem & corporis exſolutam vinculis beatiſſimum aevum agere Brachmanes. Cupide proin, ubi ad flammam ſeſe adplicuerant, & ſine gemitu adurebantur. Docent *Lucian.* de Peregrini Morte C. 25. & *Porphyrius* de Abſtin. L. IV, 18. Hinc & Zarmarus Imp. Auguſti aetate ex eadem Gymnoſophiſtarum ſecta Athenis ſe exurit apud *Dionem Caſſium* L. LIV. p. 603. P. WESS.

26. Οἱ μὲν μανίαν αὐτοῦ κατέγνωσαν &c.] Neque illi injuria. Haud ſane virile eſt, ſed ſtolidum, igni corpus abſumendum tradere, ut morbi ſenectutiſve incommodis libereris. Sed Indis aliud viſum. *Cicero* Calanum *barbarum* & *indoctum* vocat, mortis obitae conſtantiam non condemnans Diſput. Tuſcul. L. II, 22. P. WESS.

35. Εἰς Σοῦσα] Fortaſſe rectius Σοῦσα quam Σούσας, ut ſtatim poſt εἰς τὰ Σοῦσα. Nam & hic Auctor in genitivo Σούσων non Σούσης, in dativo Σούσοις non Σούσῃ ſolet dicere: & alii ſcriptores habent quidem & ipſi Σούσας interdum, ſed vix uſquam cum omnium veterum exemplarium conſenſu. ut apud *Plut.* de Alex. Fortuna (p. 326.) legitur, ἐγὼ δ᾽ εἰς Σούσας ὑμᾶς ἀπ᾽ Ἀρβήλων ἀνεβίβασα. Ita, inquam, legitur in vulgatis editionibus: ſed veteres codices habent Σοῦσα. Noluimus tamen in hoc nomine, ſicut nec in multis aliis, ex duplici noſtrorum exemplarium ſcriptura unam facere. H. STEPH.

Εἰς Σοῦσα] Quum *Reg. pr.* Σοῦσα praeferat, cauſſa nulla fuit cur ſperneretur. De nuptiis Alexandri cum Statira, Darii filiarum maxima, *Plut.* Alex. p. 703. E., & *Arrian.* Ἀναβ. VII, 4., ſed qui τῶν Δαρείου θυγατέρων τὴν πρεσβυτάτην Βαρσίνην non ſine errore, qui viros doctos fugere haud potuit, adpellat. P. WESS.

36. Νέοι μὲν παντελῶς ταῖς ἡλικίαις] Alexander eos ἐπιγόνους, de qua voce ſupra L. 1, 3., vocabat apud *Arrian.* L. VII, 4., quem adi. P. WESS.

59. Καταπλεύσαντες] Correcte καταπλεύσαντες. L. RHOD.

Καταπλεύσαντες] Sequor *Rhodomani* ſcriptique codicis judicium. Notiſſima alioqui eſt in hoc & ſimplici verbo formando diſ-

cec-

τῶν Μακεδόνων πρὸς τὴν τοῦ Γάγγου ποταμοῦ διάβασιν ἀντειπόντων, καὶ πολλάκις ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καταβοώντων, καὶ τὴν ἐξ Ἄμμωνος γένεσιν διασυρόντων, [p] τοῦτο τὸ σύστημα κατεσκεύασεν ἐκ μιᾶς μὲν ἡλικίας τῶν Περσῶν καὶ ὁμοίας συνεστώσης, [q] δυνάμενον δὲ ἀντίταγμα γενέσθαι τῇ Μακεδονικῇ φάλαγγι. καὶ τὰ μὲν περὶ Ἀλέξανδρον ἐν τούτοις ἦν. Ἅρπαλος δὲ τὴν ἐν Βαβυλῶνι θησαυρῶν καὶ τῶν προσόδων τὴν φυλακὴν πεπιστευμένος, ἐπειδὰν τάχιστα ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν Ἰνδικὴν ἐστράτευσεν, ἀπογνοὺς τὴν ἐπάνοδον αὐτοῦ, δοὺς δ' ἑαυτὸν εἰς τρυφήν, καὶ πολλῆς χώρας ἀποδεδειγμένος σατράπης, τὸ μὲν πρῶτον εἰς ὕβρεις γυναικῶν καὶ παρανόμους ἔρωτας Βαρβάρων ἐξετράπη, καὶ πολλὰ τῆς γάζης ἀκρατεστάταις ἡδοναῖς [r] κατηνάλωσεν. ἀπὸ δὲ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης πολὺ διάστημα κομίζων
575. ἰχθύων πλῆθος, καὶ δίαιταν πολυδάπανον ἐνστησάμενος, ἐβλασφημεῖτο. μετὰ δὲ ταῦτ' ἐκ τῶν Ἀθηνῶν τὴν ἐπιφανεστάτην τῶν ἑταιρῶν ὄνομα [s] Πυθονίκην μετεπέμψατο, καὶ ζῶσάν τε αὐτὴν βασιλικαῖς δωρεαῖς ἐτίμησε, καὶ μεταλλάξασαν ἔθαψε πολυτελῶς, καὶ τάφον κατὰ τὴν Ἀττικὴν κατεσκεύασε πολυδάπανον. μετὰ δὲ ταῦτα ἄλλην ἑταίραν Ἀττικήν, [t] ὄνομα Γλυκέραν, μεταπεμψάμενος, ἐν ὑπερβαλλούσῃ τρυφῇ καὶ πολυδαπάνῳ διαίτῃ διεξῆγεν· εἰς δὲ τὰ παράλογα τῆς τύχης καταφυγὰς πορίζόμενος, εὐεργέτει τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον. τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου μετὰ τὴν ἐξ Ἰνδῶν ἐπάνοδον πολλοὺς τῶν σατραπῶν κατηγορηθέντας ἀνελόντος, φοβηθεὶς τὴν τιμωρίαν, καὶ [u] συσκευασάμενος ἀργυρίου μὲν τάλαντα πεντακισχίλια, μισθοφόρους δ' ἀθροίσας ἑξακισχιλίους, ἀπῆρεν ἐκ τῆς Ἀσίας, καὶ κατέπλευσεν εἰς τὴν Ἀττικήν. οὐδενὸς δ' αὐτῷ προσέχοντος, τοὺς μὲν μισθοφόρους ἀπέλιπε περὶ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς, αὐτὸς δὲ μέρος τῶν χρημάτων ἀναλαβών, ἱκέτης ἐγένετο τοῦ δήμου. ἐξαιτούμενος δὲ ὑπ' Ἀντιπάτρου καὶ Ὀλυμπιάδος, καὶ πολλὰ χρήματα διαδοὺς τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ δημηγοροῦσι ῥήτορσι, διέδρα καὶ κατῆρεν εἰς Ταίναρον πρὸς τοὺς μισθοφόρους. ἐκεῖθεν δὲ πλεύσας εἰς Κρήτην, ὑπὸ [x] Θίμβρωνος ἑνὸς τῶν φίλων ἐδολοφονήθη. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, τῶν τοῦ Ἁρπάλου χρημάτων λόγον ἀναζητοῦντες, Δημοσθένην καὶ ἄλλους τινὰς τῶν ῥητόρων κατεδίκασαν, ὡς εἰληφότας τῶν Ἁρπάλου χρημάτων.

Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, τῶν Ὀλυμπίων ὄντων, ἐκήρυξεν ἐν Ὀλυμπίᾳ τοὺς φυγάδας πάντας εἰς τὰς

tranſire Macedones detrectarant, & ſubinde in concionibus regi clamore ſuo obſtrepebant, ortumque ex Hammone ſuggillabant: agmen hoc Perſarum ejuſdem pariliſque aetatis, quod Phalangi Macedonicae opponi poſſet, ſibi comparavit. Atque his tum Alexander vacabat. Interea Harpalus, cujus fidei theſauros Babylonis & vectigalium aſſervationem commiſerat Alexander, quamprimum rex Indicam expeditionem ſuſceperat, nunquam reverſurum ſperans, voluptatibus & delitiis ſe dederat. Ampliſſimae namque provinciae ſatrapes erat. Ac primum ad foeminarum ſtupra, nefarioſque cum Barbaris concubitus ſe convertit. Et intemperantiſſimo voluptatum abuſu magnam pecuniae ſibi creditae vim prodegit. A rubro mari per longiſſimum intervallum magnam piſcium copiam ſibi afferendam curabat, tantoſque in quotidianum victum ſumtus profundebat, ut male apud omnes audiret. Ex Athenis inſuper famoſiſſimum ſcortum, cui Pythonices nomen, acciverat. Hanc, & dum vixit, regiis muneribus adfecit, & mortuam impenſis maximis extulit, ac precioſiſſimum in Attica monimentum conſtruxit. Poſt quam aliam ex Attica meretricem, cui Glycerae nomen, arceſſivit, cum qua tam molliter & luxurioſe vixit, ut ad impendiorum exuberantiam nihil faceret reliquum. Ut vero ad inopinatos fortunae caſus aliquid ſibi refugii compararet, populum Athenienſem praecipue ſibi demerendum ſtatuit. Quare cum poſt reditum ſuum ex India Alexander multos ex ſatrapis ad ſe delatos capitis poena multaſſet: Ipſe etiam metu ſupplicii, convaſatis quinque millibus talentûm argenti, & militum VI. millibus ſtipendio conductis, ex Aſia verſus Atticam contendit. At cum nemo ſe ad ipſum inclinaret, relictis ad Taenarum Laconiae militibus, partem aliquam pecuniarum ſecum auferens, ad populum Athenienſem ſupplex confugit. Sed Antipatri & Olympiadis literis efflagitatus grandi pecuniae ſumma in oratores, qui pro ſe ad populum agerent, diſpertita, evaſit, & ad milites in Taenarum navigavit. Illinc profectus in Cretam, a Thimbrone, uno ex amicis, dolo fuit interemtus. Athenienſes vero, quaeſtione de Harpali pecuniis inſtituta, Demoſthenem & oratorum quoſdam alios, ut largitionibus ab Harpalo corruptos, damnaverunt. 620.

Olymp. CXIII. 11.

109. Sub haec Alexander, ubi adeſſent Olympia, praeconum voce publice in Olympia edixit, ut quotquot

p Τοῦτον Reg. 1. q Δυναμένης idem. r Καθηνάλωσεν Reg. 1. Cett. Καταναλώσεν. s Πυθον. Baſil. Coſp. t Ὄνομα Γλυκέραν Reg. 1., quod malo. In Edd. ẞ — Γλυκέρα. u Συσκευασάμενος idem. x Θίβρωνος Baſil. Coſpus.

cordia. *Thomas Magiſt.* Ἀνάλωτα καὶ ἀνάλωμα Ἀττικοί. Τὸ δὲ μεθ' αὐξήσεως ταῦτα λέγειν, οἷον ἀνηλώτα καὶ ἀνήλωσα, κοινόν. Qui quidem de Atticis nimis confidenter decernit, cum utrumque in *Sophocle*, *Demoſthene*, *Ariſtide*, *Libanio* ceteriſque uſu ſit tritum; paret tamen diſcors licentia. Καὶ πολλὰς πόλεις — παραναλώσαντα in *Plut.* in Coriol. p. 234. A., & τὰ δὲ καὶ πόλλα αἱ ἀποδημίαι καταναλώσαντας in *Dionyſii* Rom. A. L. VI. pag. 361. & ſupra Cap. 59. e libro, quem *Steph.* inſpexerat, reperies. Porro Harpalum Alexandro in Indorum finibus commorante deſciviſſe, amoribuſque Pythionices & Glycerae implicatum haeſiſſe, *Diodoro* conſentit *Athenaeus* L. XIII. p. 595. E. P. Wess.

63. Ὄνομα Πυθονίκην] Si meruit haec meretrix, ut verum ejus nomen habeamus, fuit Πυθιονίκη, & bis invenitur apud *Athen.* L. VIII, 5. & L. XIII, 7. Jac. Palm.

Ὄνομα Πυθονίκην] *Athenaeus* ſcortum illud ſemper, iterat autem ejus nomen ſaepius, Πυθιονίκην vocat, nec aliter *Pauſan.* L. I. pag. 90. At *Plut.* Phoc. pag. 751. C. Πυθονίκην, ut *Diodorus.* P. Wess.

66. Καὶ τάφον — κατεσκεύασε πολυδάπανον] *Theopompus* apud *Athen.* XIII. pag. 595. B. ἀπὸ πλειόνων ταλάντων ἢ διακοσίων δύο μνημεῖα κατεσκεύασεν αὐτῇ, alterum Athenis, Babylone alterum. In Atticam impendit XXX. talenta, certe ea expenſa tulit in id opus Charicli, teſte *Plutarcho* dicto loco: ut adeo mirandum non ſit, πάντων ἀρχαίων Ἑλληνικῶν ἀξιοθέατον id monumentum *Pauſaniae* fuiſſe viſum. P. Wess.

67. Ὄνομα Γλυκέραν] Vide quae de inſano Harpali amore & incredibili mulierculae hujus luxu ex *Theopompo* & *Clitarcho* excerpſit *Athen.* L. XIII. p. 586. C. P. Wess.

81. Τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ δημηγοροῦσι ῥήτορσι] Horum e numero Demoſthenes, Metrocles, Demon, Calliſthenes, Hyperides, notati propterea verſibus *Timoclis* Comici apud *Athen.* L. VIII. p. F. Sed latius ſerpſit ea contagio, *Dinarcho* Or. in Demoſthen. p. 96. & 101. indice, inque primis Orationum, quas in plures ille peroravit, titulis περὶ τῶν Ἁρπαλείων apud *Dionyſ.* in Dinarcho pag. 116. P. Wess.

84. Ὑπὸ Θίμβρωνος] Non abſurdum eſſe Θίβρωνος vidimus ad L. XIV, 36. Illum vero Lacedaemonium necis Harpali fuiſſe auctorem repetitur infra L. XVIII, 19., non diſſentientibus *Strabone* L. XVII. pag. 1194. C. & *Arriano* in Biblioth. *Photii* Cod. XCII. p. 218. Confer tamen *Pauſaniam* L. II, 33. diverſa referentem. P. Wess.

87. Δημοσθένην καὶ ἄλλους — κατεδίκασαν] Adeundus eſt *Plut.* Demoſthen. p. 857. E. & T. II. p. 846. C., itemque *Pauſanias* loc. cit., Oratorem abſolvere conatus, & Schol. *Hermogenis* περὶ ἰδεῶν p. 395. ubi prave nunc γράφει ψήφισμα, ζητεῖσθαι τὰ ἐξ Ἀσίας πάντα μεταβολήν, loco βαθέν. P. Wess.

89. Ἐκήρυξεν ἐν Ὀλυμπίᾳ] Hinc hauſit *Curtius* L. X, 2, 4. Res tamen ipſa contigit ſerius, neque enim cum maxime Olympia agebantur. Inſpice L. XVIII, 8, & ſtatim animadvertes ἐκήρυξεν tantundem hic valere ac κηρύξαι ἐκέλευσε, quod minime

Olymp. CXIII. II. quot forent exſules, praeter ſacrilegos & homicidas, in patriam redirent. Ipſe autem habito delectu, ad decies mille circiter aetate maxime provectos militiae ſacramento abſolvit. Multoſque aere alieno obſtrictos eſſe edoctus, id totum uno die x. millibus talentûm, paulo minus, diſſolvit. Cum vero qui remanſerant, contumacius ſe gererent, & ſeditioſis vocibus per conciones tumultuarentur: graviter commotus, magna accuſationis libertate in eos invehitur: Et pavore multitudini injecto, eo proceſſit audaciae, ut de tribunali deſiliens, ſuis ipſe manibus ſeditionis auctores comprehenſos ad poenam traderet apparitoribus. Tandem ubi ſeditionem increbeſcere vidit, e Perſarum, quos delegerat, numero ductores conſtituit, eoſque ad primos honores provexit. Quae res ad poenitentiam Macedones compulit: Et vix multis precibus lachrymiſque, ut reconciliaretur ipſis, Alexandrum permoverunt.

Olymp. CXIII. III. 110. Caeterum cum Archon Athenis eſſet Anticles, & Romae conſules Lucius Cornelius & Q. Publilius, Alexander numerum eorum quos dimiſerat, Perſis explevit, & mille ex ipſis ad cuſtodiam ſui corporis in aula delegit; Et omnino non minus illis quam Macedonibus fidei adhibendum cenſuit. Sub idem tempus etiam Peuceſtes cum vicies mille ſagittariorum & funditorum agmine venit, quos prioribus copiis immiſcuit. Qua mixturae novitate effecit, ut totus exercitus recte temperatus, & inſtituto ejus conveniens eſſet. Nati erant Macedonibus filii ex conſuetudine cum captivis. Horum numerum diligenter inveſtigavit, & ad x. M. invenit; & ſtipendiis, quae liberali illorum educationi ſufficerent, attributis, magiſtros, a quibus in diſciplinis idoneis inſtituerentur, praefecit. Tunc revocatis ad ſigna iterum
621. copiis, e Suſis promovit, Tigrique ſuperato, caſtra ad Pagos, qui Carae vocantur, locavit. Inde, quatridui ſpacio Sittam emenſus, Sambana (quod loci nomen) pervenit. Hic per dies VII. ſubſiſtens, quietem agmini conceſſit. Et tertiis inde caſtris ad eos qui Celonae dicuntur, acceſſit. Quo in loco Boeotorum progenies, Xerxis expeditione e ſedibus patriis emota, ad hoc uſque tempus permanſit; Nec legum patriae immemor

πατρίδας κατιέναι, πλὴν τῶν ἱεροσύλων καὶ φονέων. αὐτὸς δ' ἐπιλέξας τοὺς πρεσβυτάτους τῶν πολιτῶν, ἀπέλυσε τῆς στρατείας, ὄντας ὡς μυρίους. πυνθανόμενος δὲ πολλοὺς αὐτῶν εἶναι καταδανείους, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τὰ δάνεια βραχὺ λείποντα τῶν μυρίων ταλάντων διέλυσε. τῶν δὲ ἀπολειπομένων Μακεδόνων ἀπειθούντων, καὶ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν καταβοώντων, παροξυνθεὶς κατηγόρησεν αὐτῶν τεθαῤῥηκότως. καταπληξάμενος δὲ τὸ πλῆθος, ἐτόλμησεν αὐτὸς καταβὰς ἀπὸ τοῦ βήματος, [y] τοὺς αἰτίους τῆς ταραχῆς ταῖς ἰδίαις χερσὶ παραδοῦναι τοῖς ὑπηρέταις πρὸς τὴν τιμωρίαν. ἐπὶ πολὺ δὲ τῆς διαφορᾶς [z] αὐξανομένης, ὁ μὲν βασιλεὺς ἐκ τῶν ἐκλελεγμένων Περσῶν ἡγεμόνας κατέστησε, καὶ τούτους προῆγεν ἐπὶ τὸ στρατήγιον· οἱ δὲ Μακεδόνες μετανοήσαντες, καὶ πολλὰ μετὰ δακρύων δεηθέντες, μόγις ἔπεισαν τὸν Ἀλέξανδρον αὐτοῖς διαλλαγῆναι.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἀντικλέους, Ῥωμαῖοι 576
κατέστησαν ὑπάτους Λεύκιον Κορνήλιον καὶ Κόιντον [a] Ποπίλλιον· ἐπὶ δὲ τούτων, Ἀλέξανδρος (εἰς) τὸν τῶν ἀπολελυμένων ἀριθμὸν ἀνεπλήρωσεν ἐκ τῶν Περσῶν, καὶ χιλίους αὐτῶν εἰς τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν ἔταξεν ὑπασπιστάς· καὶ τὸ σύνολον [b] οὐχ ἧττον εἰς πίστιν τῶν Μακεδόνων ὑπέλαβεν. ἧκε δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ Πευκέστης, ἄγων Πέρσας τοξότας καὶ σφενδονήτας δισμυρίους· καταμίξας δὲ τούτους τοῖς προϋπάρχουσι στρατιώταις, τῇ καινότητι τῆς καινοτομίας κατεσκεύασε τὴν ὅλην δύναμιν κεκραμένην καὶ ἁρμόζουσαν τῇ ἰδίᾳ προαιρέσει. τῶν δὲ Μακεδόνων ἐκ τῶν αἰχμαλωτίδων γεγεννηκότων υἱοὺς, τὸν ἀριθμὸν τῶν παίδων ἀκριβῶς ἐσκέψατο. ὄντων δ' αὐτῶν σχεδὸν μυρίων, ἅπασι τὰς ἁρμοζούσας πρὸς τροφὴν ἐλευθέριον συντάξεις ἀπομερίσας, [c] τούτοις μὲν παιδευτὰς ἐπέστησε τοὺς διδάξοντας τὴν ἁρμόζουσαν παιδείαν· αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, προῆγεν ἐκ τῶν Σούσων· καὶ διαβὰς τὸν Τίγριν, ἐν ταῖς Κάραις καλουμέναις κώμαις κατεστρατοπέδευσεν. ἐντεῦθεν ἑξῆς δ' ἐν ἡμέραις τέτταρσι τὴν [d] Σίτταν διανύσας, ἧκεν εἰς τὰ καλούμενα Σάμβανα. ἐνταῦθα δὲ μείνας ἡμέρας ἑπτὰ, καὶ προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν, τριταῖος εἰς τὰς Κέλωνας προσαγορευομένας ἧκεν, ἐν ᾧ [e] μέχρι νῦν διαμένει γένος Βοιώτιον, κατὰ μὲν τὴν Ξέρξου στρατείαν ἀνάστατον γεγονὸς, μεμνημένον δ' ἔτι τῶν πατρίων νόμων. ὄντες γὰρ οὗτοι δί-

y Τοὺς αἰτιωτάτους Reg. 1. z Αὐξανούσης Idem. a Πουπίλλιον Reg. 2. Pompilium Coſp. b Εἰς πίστιν οὐχ ἧττον. c Αὐτοῖς Reg. 1. d Σίττακην ora Steph. Σίτακην Reg. 1. In Coſp. deeſt. e Μέχρι τοῦ νῦν Reg. 1.

nime fugit eruditiſſimum *P. Fabrum* Agoniſt. L. 1, 23. pag. 86. P. Wess.

95. Βραχὺ λείποντα τῶν μυρίων ταλ. διέλυσε] De diſſenſu in talentorum numero inter ſcriptores viri docti abunde ad *Curt.* L. x, 2. 10. egerunt. P. Wess.

10. Κόιντον Ποπίλλιον] Pro Ποπίλλιον ſcribe Πουβλίλιον, ut in *Livio* eſt & Capitolinis. L. Rhod.

Κόιντον Ποπίλλιον] Verius omnino eſt Πουβλίλιον aut Πουβλίλλιον nomen. Credo etiam id dediſſe, atque a librariis, ſaepe in Latinis offendere adſuetis, fuiſſe commutatum, uti & L. XVI, 92. Mox praepoſitionem εἰς uncinis circumdedi, quippe imprudenter ex ſequentibus huc ingeſtam. P. Wess.

11. Εἰς τὸν τῶν ἀπολελυμένων ἀριθμὸν ἀνεπλήρωσεν] Poſt Ἀλέξανδρος ſupervacuum eſſe videtur εἰς, aut certe aliquid inter εἰς & τὸν deeſſe. H. Steph.

27. Καὶ διαβὰς τὸν Τίγριν] Hoc rurſus loco legendum Πασιτίγριν: nam licet ſequatur ἐν ταῖς Κάραις καλουμέναις κώμαις, quod quis forte vellet interpretari de Carris Meſopotamiae, non tamen poteſt intelligi de illa Meſopotamiae Carris, quae non longe ab Euphrate: Alexander retro multum receſſiſſet, quod non fecit, ut ex ejus hiſtoria patet: tum ſit poſtea diebus quatuor Sittam eum tranſgreſſum fuiſſe; at Sittacene eſt ad Tigridis orientem, oportuiſſet igitur eum rurſus Tigrin pervadiſſe. Tum non potuiſſet quatuor dierum ſpatio totam fere Meſopotamiam, Tigrin, Aſſyriam & Sittacenen tranſgredi cum exercitu, quod difficulter faceret curſor veredarius expeditus in equo. & Κάρκαι κῶμαι poſtea dicuntur fuiſſe in Babylonia, & ita credo legendum hoc loco. Jac. Palm.

Καὶ διαβὰς τὸν Τίγριν] De Paſitigri fluvio juſta eſt Palmerii animadverſio. Vid. hujus libri Cap. 67. Alter fallitur de vicis Caris, quos fruſtra eoſdem eſſe decernit ac Κάρκαι κῶμαι L. XIX, 12. Namque illi in Meſopotamia erant & Babyloniae finibus cis Tigrin, hi ultra id flumen & Paſitigrin. Melius quadraret ἡ Καρρῶν λεγομένη χώρα in Adiabene apud *Joſeph.* Antiq. L. XX, 2, 3., ut juſta ſuſpicio eſſet ex Chaldaeo קרדון *Kardon* id Καρρῶν vocabulum eſſe depravatum. *Fullerum* vide Miſcellan. L. 1, 4. & *Bochartum* Phal. L. 1, 3. P. Wess.

29. Τὴν Σίτταν διανύσας, ἧκεν &c.] Utrum rectius ſit hoc an Reg. libri Σίτακην non poſſum certo conſtituere. Poteſt Sittacenen indicari, & Σάμβανα eam eſſe urbem, quam *Plinius* in Sittacene *Sabata* vocat L. VI, 27., quod & *Harduino* in opinionem venit. At obſtare videtur ordo itineris, quod rex abſolvit. Sittacene ab occaſu eſt Suſianae, Alexander in ortum pergit. Quae tamen tanti non ſunt, cum longius porrigi potuerint Sittacenes fines, & rex in ſiniſtram curſum flectere. Atque id ſi probaveris, τὴν Σίτταν converte in Σιττακηνὴν. Ego enim non audeo. P. Wess.

31. Εἰς τὰς Κέλωνας] Neque de his quidquam conſtitutum habeo, ut nec de Boeotis, qui a Xerxe in has oras fuerint deportati. Habet Ammian. Marcellinus L. XXIII, 6. in hac Mediae parte *Coronum* montem, longe amoeniſſimum, qui huccine referri poſſit, non recte ſcio. Praeterea Eretrienſes in haec loca a Dario traductos memorant, moriſque patrii & ſermonis ſtudioſos, *Herodotus* L. VI, 119. & *Philoſtratus* Vit. Apoll.

δίφωνοι, τῇ μὲν ἑτέρᾳ διαλέκτῳ ἐξωμοιώθησαν τοῖς ἐγχωρίοις, τῇ δ' ἑτέρᾳ πλείστας τῶν Ἑλληνικῶν λέξεων διέσωζον, καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἔνια διεφύλαττον. τέλος δὲ προσμείνας ἡμέρας ἀνέζευξε, καὶ [f] παρεγκλίνας τῆς ὑποκειμένης ὁδοῦ, θέας ἕνεκεν ἦλθεν εἰς τὴν ὀνομαζομένην Βαγιστάμην, θεοπρεπεστάτην τε χώραν οὖσαν, καὶ πλήρη καρπίμων δένδρων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν ἀνηκόντων. μετὰ δὲ ταῦτα, παρελθὼν εἴς τινα χώραν δυναμένην ἐκτρέφειν ἀγέλας παμπληθεῖς ἵππων (ἐν ᾗ τὸ παλαιὸν ἔφασαν ἑκκαίδεκα μυριάδας ἵππων γεγονέναι φορβάδων, κατὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου παρουσίαν ἓξ μόναι μυριάδες ἠριθμήθησαν) ἐνταῦθα διαμείνας ἡμέρας τριάκοντα, [g] ἑβδομαῖος ἤνυσεν εἰς Ἐκβάτανα τῆς Μηδίας. [h] ταύτης δέ φασι διακοσίων μὲν καὶ πεντήκοντα σταδίων τὴν περίμετρον ὑπάρχειν, βασίλεια δ' ἔχειν τῆς ὅλης Μηδίας, καὶ θησαυροὺς πολλῶν χρημάτων. ἐν-
577. ταῦθα δὴ χρόνον τινὰ τὴν δύναμιν ἀναλαβὼν, ἀγῶνάς τε θυμελικοὺς ἐποίει καὶ πότους [i] συνεχεῖς τῶν φίλων, ἐν οἷς Ἡφαιστίων ἀκαίροις μέθαις χρησάμενος, καὶ περιπεσὼν ἀῤῥωστίᾳ, τὸν βίον ἐξέλιπεν. ὁ δὲ βασιλεὺς χαλεπῶς ἐνέγκας τὸ συμβὰν, τὸ σῶμα τοῦ τετελευτηκότος Περδίκκᾳ παρέδωκεν εἰς Βαβυλῶνα κομίσαι, βουλόμενος ἐπιφανεστάτην αὐτῷ ποιῆσαι τὴν ταφήν.

Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, κατὰ τὴν Ἑλλάδα ταραχαὶ συνίσταντο καὶ πραγμάτων [k] καινῶν κινήσεις· ἐξ ὧν ὁ Λαμιακὸς πόλεμος κληθεὶς ἔλαβε τὴν ἀρχὴν, ἐκ ταύτης τινὸς αἰτίας. τοῦ βασιλέως προστάξαντος τοῖς σατράπαις ἅπασιν, ἀπομίσθους ποιῆσαι τοὺς μισθοφόρους, καὶ τούτων τὸ [l] πρόσταγμα συντελεσάντων, πολλοὶ τῆς στρατείας ἀπολελυμένοι [m] ξένοι διέτρεχον καθ' ὅλην τὴν Ἀσίαν πλανώμενοι, καὶ τὰς ἀναγκαίας τροφὰς ἐκ τῶν προνομῶν ποριζόμενοι. μετὰ δὲ ταῦτα πανταχόθεν [n] ἀπῆραν ἐπὶ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν Περσικῶν σατραπῶν καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων οἱ περιλειφθέντες, χρήματά τε καὶ στρατιώτας ἀθροίζοντες ἔπλεον ἐπὶ Ταίναρον, καὶ κοινὴν δύναμιν ἤθροιζον. τὸ δὲ τελευταῖον [o] Λεωσθένην τὸν Ἀθηναῖον, ἄνδρα ψυχῆς λαμπρότητι διαφέροντα, καὶ μάλιστα ἀντικείμενον τοῖς Ἀλεξάνδρου πράγμασιν, εἵλοντο στρατηγὸν αὐτοκράτορα. οὗτος δὲ τῇ βουλῇ διαλεχθεὶς ἐν ἀπορρήτοις, πεντήκοντα μὲν ἔλαβε τάλαντα πρὸς τὴν μισθοδοσίαν, ὅπλων δὲ πλῆθος ἱ-

eſt. Duplici enim ſermonis genere utuntur. Uno indigenas referunt, in altero complures Graecas voces retinent: ut & inſtituta quaedam conſervant. Inde cum finem diei exſpectaſſet, motis caſtris, a recto itinere deflexit, & perluſtrandi cauſa Bagiſtamen verſus contendit. Regio haec arboribus foecundis & cunctis aliis, quae ad uſum & voluptatem hominum conducant, egregie referta eſt, adeo ut Deorum etiam oblectationi quam maxime convenire videatur. Poſtea regionem ingreditur, quae numeroſiſſimis equorum armentis enutriendis ſufficit. In hac enim CLX. equorum agreſtium millia fuiſſe memorant: Sub Alexandri vero adventum ſexaginta duntaxat millia numerabantur. Ad triginta illic dies ſtativa habuit. Et ſeptimis inde caſtris Ecbatana Mediae attigit. Urbis ambitum CCL. ſtadia complecti, totiuſque Mediae regiam, & maximarum opum theſauros illic eſſe, perhibent. Hic tempus aliquod quieti exercitus tributum. Interim ſcenica certamina, & compotationes cum amicis aſſiduas rex inſtituit. Quibus Hephaeſtio, quod crapulae nimium intempeſtive indulgeret, morbo correptus deceſſit. Quem caſum aegerrime rex ferens, cadaver Perdiccae Babylonem deportandum tradit, quod exſequias illi peragere quam ſplendidiſſimas animum induxiſſet. — Olymp. CXIII. III.

111. Dum haec (in Aſia) geruntur: per Graeciam tumultus, rerumque novarum motus, exorti ſunt, unde bellum, quod Lamiacum vocant, initium ſumſit. Idque per hanc occaſionem. Poſt edictum regis ad ſatrapas perſcriptum, ut quicunque ſtipendia facerent, omnes a ſe dimitterent, cum imperata illi exſequerentur, multi peregrini, ſacramentis militaribus exſoluti, per totam Aſiam huc illuc vagabundi diſcurſitabant, & praedando victum ſibi neceſſarium conquirebant: donec ex omnibus paſſim locis ad Taenarum Laconiae convenerunt. Sic & ſatrapae ducesque Perſarum, quos belli fortuna reliquos fecerat, collecto milite & pecuniis, ad Taenarum profecti, vires ibi conjunxerunt. Denique Leoſthenem Athenienſem, virum ſplendore animi praeſignem, ſummum exercitus imperatorem creant. Hic cum advocato Senatu de belli ratione ſecreto diſſeruiſſet, L. ad ſtipendiorum ſolutionem talenta, & armorum quod ad neceſſarios in praeſens uſus ſufficeret,

f Προσεγκλίνας Reg. 1. g Ἑβδόμη Vatic. ſine cauſſa. h Ταύτην Reg. pr. i Συνεχεῖς τῶν φίλων. ἐν οἷς Ἡφαιστίων ἀκαίροις μέθαις ſic Reg. 1. quod malo. Edd. συνεχεῖς. ἐν οἷς καιρὸς Ἡφ. μέθαις. k Πολλῶν ora Steph. Reg. 1. l Πρόσταγμα Reg. 1. Vulgo σύνταγμα. m Aſteriſco defectus indice, Steph. notavit hanc vocem. n Διῆραν, Reg. 2. Vat. Baſ. l. o Λεωσθένην Reg. 1.

Apoll. L. 1, 24., ubi ſine ulla cauſſa ab erudito interprete quaedam mutari, alias oſtendi. P. Wess.

39. Προσμείνας ἡμέρας ἀνέζευξε] Non habemus hic dierum numerum, quem tamen non dubito, quin inter ἡμέρας & ἀνέζευξε poſuerit. H. Steph.

Προσμείνας ἡμέρας ἀνέζευξε] Coſpus vertit, exſpectavit Alexander veſpertinum crepuſculum, tuncque ex eo loco diſcedens &c, unde opineris ejus in libro fuiſſe ἑσπέρας τὴν δείλην ſive τὸ δειλινὸν, aut certe τέλος ἡμέρας conjunxiſſe, uti factum in Latinis Rhodomani. Quod etſi ſpecie quadam blandiatur, malo conſideratis omnibus arbitrari quaedam hinc deeſſe. P. Wess.

41. Τὴν ὀνομαζομένην Βαγιστάμην] Praeſtat Βαγιστάνην, uti monitum ſupra L. 11, 13. P. Wess.

46. Ἑκκαίδεκα μυριάδας ἵππων γεγ. φορβάδων] De Niſaeis equis vide B. Briſſonium de Regn. Perſ. L. 111, 29. & ſeqq. Fuiſſe eorum olim ad CL. millia, Alexandrum vero haud multo plures quinquaginta millibus repeiiſſe, prodit Arrian. L. VII, 13., a Noſtro diſſentiens. Longius abit Strabo, cum de campo Niſaeo ἐν ᾧ πέντε μυριάδας, inquit, ἵππων θηλειῶν εἰς ἀεὶ φασιν ἐπὶ τῶν Περσῶν L. XI. pag. 796. C. Scripſeris tamen πεντεκαίδεκα μυριάδας, cum Arriano conveniet illi optime. P. Wess.

50. Ταύτης δέ φασι διακοσίων μὲν καὶ &c.] Contende Polybium L. X, 24., de Ecbatanis egregie diſputantem, & quae adſcripſimus Diodori L. 11, 13. p. 127. P. Wess.

55. Καὶ πότους συνεχεῖς τῶν φίλων ἐν οἷς &c.] Cultius hoc viſum eſt & vulgato praeſtantius. Adi Arrian. L. VII, 14. & Plut. Alex. p. 704., Hephaeſtionis mortem ex nimio vini uſu maturatam, & Ecbatanis quidem, itidem ſignificantes. Errat ergo Polyaenus, obiiſſe eum Babylone, cum Alexander occupatus eſſet Coſſaeis oppugnandis, inprudenter prodens Strat. L. IV, 3, 31. P. Wess.

66. Ἀπομίσθους ποιῆσαι τοὺς μισθοφόρους] Hi libro ſequenti cap. 9. οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἀπολυθέντες ὑπὸ σατραπῶν μισθοφόροι. Probum tamen vulgatum: Ἀπόμισθοι, interprete Harpocratione in ea voce, ſunt οἱ μισθὸν μὴ λαμβάνοντες. Xenophon. Hiſt. Gr. L. VI. p. 457. de Mnaſippo καὶ παρὰ τοὺς μισθοφόρους ἀπεμίσθου, καὶ τοὺς μὲν τινας αὐτῶν ἀπομίσθους ἐπεποιήκει. atque ad eum quoque modum Aeneas Tact. C. 5. & Polyaen. L. V, 2, 11., quorum verba, quoniam anteſtatus eſt Valeſius ad Harpocrat. non addo. P. Wess.

71. Ἀπῆραν ἐπὶ Ταίναρον] Non moveo, quamquam ſi διῆραν malueris, auxilio ipſemet Auctor eſſe poſſit L. XX, 58. διῆρεν εἰς τὴν Αἴγυπτον & Polyb. L. IV, 44. οἱ βούλονται διαίρειν εἰς Βυζάντιον. Joſeph. Ant. XVII, 12, 1. διῆρεν ἐπὶ Μήλῳ. Vulgatum aeque opportunum eſſe, nemo ignorat. P. Wess.

76. Τὸ δὲ τελευταῖον Λεωσθένην &c.] Conf. L. XVIII, 9. & ſeqq. P. Wess.

92. Ὀυ-

Olymp. CXIII. III. ceret, accepit. Ad Aetolos inſuper, qui alienatis a rege animis erant, de armorum ſocietate, legatos miſit. Leoſthenes ergo in praeparandis bello neceſſariis, ut qui, quanta ejus magnitudo eſſet futura, proſpiceret, totus occupabatur. Alexander vero in Coſſaeos, qui imperium ejus reſpuebant, expedito agmine movit. Gens iſta, fortitudine praecellens, montanos Mediae tractus incolit. Ideo locorum difficultati, ſuaeque in bellis virtuti confidens, externum principem nunquam admiſerat. Quin etiam per omne dominatus Perſici tempus invicta permanſerat. Et tunc quoque elatis animis virtutem Macedonum nullo dignam metu judicabat. Rex itaque aditus prior occupat, & pleroſque Coſſaeae tractus populatur, perque omnes conflictus victor, multos Barbarorum occidit, longeque plures capit. Tum Coſſaei, quod & ubique ſuccumberent, & multitudinem captivorum aegre ferrent, ſalutem captivorum cum ſervitute commutare adiguntur. Cumque ſe ſuaque omnia arbitratui victoris permiſiſſent, ea conditione pacem impetrant, ut ad imperata regis morigeros ſe praeſtent. Ita Alexander intra dies ad ſummum XL. gente armis perdomita, cum ad difficiliores locorum aditus urbes condidiſſet, exercitum refecit.

Olymp. CXIII. IV. 112. Poſthac Soſicles Archontis munere Athenis fungebatur, & Romae L. Cornelius Lentulus, & Q. Publilius conſulatum gerebant: cum debellata Coſſaeorum gente, movens inde Alexander Babylonem verſus contendit. Transferendis autem caſtris ſubinde moram interpoſuit, & ut recolligere vires agmen poſſet, lento itinere proceſſit. Jamque trecenta circiter ſtadia Babylone aberat: cum, qui Chaldaei nuncupantur, maximam ex Aſtrologiae ſtudio gloriam adepti, dum ex perpetua quadam (ſiderum) obſervatione futura praedicere ſolent, ex ordine ſuo natu maximos, & experientia caeteris praeſtantes, elegerunt. Et quia ex aſtrorum divinatione cognoverant, vitae terminum regi, ubi Babylonem intraſſet, imminere: his injunxerunt, ut periculum ei ſignificarent, & qua poſſent ratione, ne urbem ingrederetur, efficerent. Evadere autem hoc diſcrimen poſſe, ſi Beli ſepulcrum, a Perſis deſtructum, excitaret denuo, & inhibito, quod decreviſſet itinere, urbem praeteriret. Legationis hujus princeps erat Belephantes. Qui prae metu regem convenire ipſe quidem non audebat, ſed unum ex regiis amicis Nearchum privatim accedit, eumque de ſingulis edoctum,

χαλκὸν ^p πρὸς τὰς κατεπειγούσας χρείας, πρὸς δὲ Αἰτωλοὺς, ἀλλοτρίως ἔχοντας πρὸς τὸν βασιλέα, περὶ συμμαχίας διεπρεσβεύσατο, καὶ πάντα τὰ πρὸς τὸν πόλεμον παρεσκευάζετο. Λεωσθένης μὲν οὖν προορώμενος τὸ μέγεθος τοῦ πολέμου, περὶ ταῦτα διέτριβεν. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος, τῶν Κοσσαίων ἀπειθούντων, ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτοὺς εὐζώνῳ τῇ δυνάμει. τοῦτο δὲ τὸ ἔθνος ἀλκῇ διαφέρον κατοικεῖ μὲν τῆς Μηδίας τὴν ὀρεινὴν, πεποιθὸς δὲ τῇ τῶν τόπων δυσχωρίᾳ καὶ ταῖς κατὰ πόλεμον ἀρεταῖς, οὐδέποτε δεσπότην ἔπηλυν προσεδέδεκτο, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν ^q τῆς Περσῶν βασιλείας διέμεινεν ἀνάλωτον· καὶ τότε πεφρονηματισμένον, οὐ κατεπλάγη τὴν τῶν Μακεδόνων ἀρετήν. ὁ δὲ βασιλεὺς, προκαταλαβόμενος τὰς παρόδους, καὶ τῆς Κοσσαίας τὴν πλείστην πορθήσας, καὶ κατὰ πάσας τὰς συμπλοκὰς προτερῶν, πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινε τῶν Βαρβάρων, πολλαπλασίους δ' ἐζώγρησεν. οἱ δὲ Κοσσαῖοι, πάντη νικώμενοι, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἑαλωκότων χαλεπῶς φέροντες, ἠναγκάσθησαν τῆς τῶν αἰχμαλώτων σωτηρίας τὴν δουλείαν ἀλλάξασθαι. διὸ ^r καὶ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέψαντες, ἐτύγχανον εἰρήνης ἐπὶ τῷ ποιεῖν τὸ προσταττόμενον τῷ βασιλεῖ. ὁ δ' ^s Ἀλέξανδρος ἐν ἡμέραις ταῖς πάσαις τεσσαράκοντα καταπολεμήσας τὸ ἔθνος, καὶ πόλεις ἀξιολόγους ἐν ταῖς δυσχωρίαις κτίσας, ἀνελάμβανε τὴν δύναμιν. 578.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι ^t Σωσικλέους, ἐν Ῥώμῃ κατεστάθησαν ὕπατοι Λεύκιος Κορνήλιος Λέντλος καὶ Κόιντος ^u Ποπίλιος. ἐπὶ δὲ τούτων, Ἀλέξανδρος καταπεπολεμηκὼς τὸ τῶν Κοσσαίων ἔθνος, ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ προῆγεν ἐπὶ τῆς Βαβυλῶνος. ἀεὶ δὲ κατὰ τὰς στρατοπεδείας διαλείπων, καὶ τὴν δύναμιν ἀναλαμβάνων, ἡσυχῇ προῆγεν. ἀπέχοντος δὲ αὐτοῦ τριακοσίους σταδίους τῆς Βαβυλῶνος, οἱ Χαλδαῖοι καλούμενοι, μεγίστην μὲν δόξαν ἐν ἀστρολογίᾳ περιπεποιημένοι, διὰ δέ τινος αἰωνίου παρατηρήσεως προλέγειν εἰωθότες τὰ μέλλοντα, προεχειρίσαντο μὲν ἐξ ἑαυτῶν τοὺς πρεσβυτάτους καὶ μεγίστην ἐμπειρίαν ἔχοντας· διὰ δὲ τῆς τῶν ἄστρων μαντείας γνόντες τὴν μέλλουσαν γίγνεσθαι τοῦ βασιλέως τελευτὴν ἐν Βαβυλῶνι, προσέταξαν μηνῦσαι τῷ βασιλεῖ τὸν κίνδυνον, καὶ παρακελεύσασθαι μηδενὶ τρόπῳ τὴν εἰς τὴν πόλιν εἴσοδον ποιήσασθαι. δύνασθαι δὲ αὐτὸν ἐκφυγεῖν τὸν κίνδυνον, ἐὰν ἀναστήσῃ τὸν καθῃρημένον ὑπὸ Περσῶν τοῦ Βήλου τάφον, καὶ τὴν βεβουλευμένην ὁδὸν ἐπιστήσας, παρέλθῃ τὴν πόλιν. τῶν δὲ ἀποσταλέντων Χαλδαίων ὁ προκριθεὶς, ὄνομα Βελεφάντης, τῷ μὲν βασιλεῖ συνελθεῖν εἰς λόγους οὐκ ἐτόλμησε διὰ τὸν φόβον· Νεάρχῳ ^x δ' ἑνὶ τῶν Ἀλεξάνδρου φίλων κατ' ἰδίαν ἐντυχὼν, καὶ τὰ κατὰ μέρος ἀπαγγείλας, ἠξίου δηλῶσαι

^p Ἐς Reg. idem. ^q Omittit Reg. 2. ^r Διὸ καὶ τὰ Reg. 5. ^s Βασιλεὺς Venet. ^t Non eſt in Reg. 2. praetermittiturque a Cuſpo. ^u Πετίλλιος Baſil. Reg. 2. Pompilius Cuſpus. ^x Δὲ τῶν τῆς Reg. 1.

92. Οὐδέποτε δεσπότην ἔπηλυν προσεδέδεκτο] Perſarum reges Coſſaeis dona dividebant, cum aeſtate Ecbatanis peracta in Babyloniam deſcendebant apud *Strab.* L. XI. pag. 795. D. Adjunge *Polyaen.* Strateg. IV, 3, 31. & *Arrian.* L. VII, 15. P. Wess.

2. Καὶ διὰ τὸ — φέροντες] Potuiſſet omittere praepoſitionem, ut ſuperiore capite ὁ δὲ βασιλεὺς χαλεπῶς ἐνέγκας τὸ συμβάν. Quo in genere multa ſibi ſolent indulgere. Clearchus in *Xenophontis* Ἀναβ. L. I. p. 196. μὴ θαυμάζετε, ὅτι χαλεπῶς φέρω τοῖς παροῦσι πράγμασι atque ita apud eum ſcriptorem, *Pauſaniam* & *Joſephum* ſaepe numero. Ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀνάγκη δεῖ χαλεπῶς φέρειν *Iſaeus* princ. Orat. de Cimon. Heredit. & Noſter L. XIV, 61. &c. P. Wess.

9. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Σωσικλέους &c.] In his audaciae ſpecimen apparet, qua uſi ſunt in augenda *Diodori* Bibliotheca confidentiores librarii. Obtrudunt nobis Archontem Atticum, nuſquam lectum, iteratumque conſulatum L. Cornelii Lentuli & Q. Publilii, quo ſuperior annus ſuo jure inſignis erat. Cauſſam habuerunt, quod alioqui Olymp. CXIII. praeter morem tres duntaxat Archontes habitura eſſet. At nimium ſedulos Criticos inſignis hiatus fugit in Capp. 83. & 84., ubi magnam partem ea deficiunt, quae Hegemone Archonte & Coſſ. L. Aemilio & C. Plautio Deciano adminiſtrata fuerunt. Quam quidem jacturam ſi aut veteres illi aut recentiores ad animum revocaſſent, nunquam profecto abſurda haec invito ingeſſiſſent ſcriptori, neque operam perdidiſſent in *Diodoro* cum ceteris rerum Alexandri auctoribus conciliando. Opus enim falce hic eſt critica, ablegandaque omnia ſunt, unde malum pedem intulerunt, deſerta conciliationis via. Vide tamen *Jo. Meurſium* de Archont. L. IV, 14. & *H. Dodwellum* de Cycl. p. 730. Chremetem *Diodori* Archontem & Hegemonem *Dionyſii*, hujuſque Chremetem & Noſtri Anticlem, tum Anticlem *Dionyſii* in Dinarcho p. 116. & intruſum illum Soſiclem inter ſeſe labore fruſtaneo contendentes. P. Wess.

17. Οἱ

λῦσαι τῷ βασιλεῖ. ὁ δ' Ἀλέξανδρος, ἀκούσας παρὰ [z] τοῦ Νεάρχου τὴν τῶν Χαλδαίων πρόῤῥησιν, κατεπλάγη καὶ μᾶλλον ἀεὶ τὴν ἀγχίνοιαν τῶν ἀνδρῶν ἀναλογιζόμενος, ἐταράττετο τὴν ψυχήν. τέλος δὲ τοὺς πολλοὺς τῶν φίλων ἀποστείλας εἰς τὴν πόλιν, αὐτὸς εἰς ἄλλην ἀτραπὸν [y] παρήλλαξε τὴν Βαβυλῶνα· καὶ καταστρατοπεδεύσας ἀπὸ σταδίων διακοσίων, ἡσυχίαν εἶχε. πάντων δὲ θαυμαζόντων, ἧκον πρὸς αὐτὸν ἄλλοι τε πλείους τῶν Ἑλλήνων, καὶ τῶν φιλοσόφων οἱ περὶ τὸν Ἀνάξαρχον. οὗτοι δὲ μαθόντες τὴν αἰτίαν, καὶ τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λόγοις χρησάμενοι ἐναργῶς, τοσοῦτον μετέθηκαν αὐτὸν, ὥστε καταφρονῆσαι μὲν πάσης μαντικῆς, μάλιστα δὲ τῆς [z] παρὰ τοῖς Χαλδαίοις προτιμωμένης. διόπερ ὁ
579. βασιλεὺς, ὡσπερεὶ τετρωμένος τὴν ψυχὴν, καὶ τοῖς τῶν φιλοσόφων λόγοις [a] ὑγιασθεὶς, εἰς τὴν Βαβυλῶνα μετὰ τῆς δυνάμεως εἰσῆλθε. τῶν δὲ ἐγχωρίων, καθάπερ καὶ πρότερον, φιλανθρώπως ἀποδεχομένων τοὺς στρατιώτας, ἅπαντες ὥρμησαν πρὸς ἄνεσιν καὶ τρυφὴν, πολλῆς τῶν ἐπιτηδείων παρεσκευασμένης δαψιλείας. ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

quærerent, numero ſuperarent. Cui hominum generi bellum eſſe pacem, pacemque bellum, Philippus olim dixit. Confeſtim itaque oratores, in unum quaſi corpus aggregatis, qui cum plebe ſentirent, pſephiſma condunt, ut communis Graecorum libertatis curam populus ſuſcipiat, urbesque praeſidiis occupatis liberet. Claſſem etiam triremium XL. & ducentarum quadriremium comparet. Tum quicunque Athenienſium aetatis annum quadrageſimum non exceſſiſſent, nomina in hanc militiam profiteantur. Treſque pro Attica tribus excubent. Reliquae ſeptem ad expeditiones ulteriores ſint praeſto. Legati praeter haec mittantur, qui ad omnes Graeci nominis civitates profecti illas doceant, quod & antea populus, univerſam Graeciam communem Graecorum patriam eſſe judicans, Barbaros ad ſervitutem Graecis inferendam cum exercitu invadentes mari propulſarit, & nunc pro communi Graecorum ſalute, cum corporum, fortunarumque, & claſſis diſcrimine, propugnandum cenſeat. Hoc populi decreto propenſius, quam utilius ſancito, qui Graecorum intelligentia caeteros anteibant, populum Athenienſium, quod ad gloriam, recte quidem conſuluiſſe, verum quod ad utilitatem publicam, tota aberraſſe via, cenſebant. Nam commovere ſe illum ante tempus, & belli fortunam experiri velle cum invictis maximisque copiis, ubi nulla urgeat neceſſitas. Et cum prudentia excellere putetur, ne pervulgatis quidem cladibus Thebanorum admoneri. Sed tamen cum urbes adirent legati, & uſitata cives grandiloquentia ad bellum incitarent, pleraeque ad ſocietatis foedus, aliae nationum, aliae civitatum ſingularum nomine, ſe applicarunt.

Olymp. CXIV. II.

633.

11. De caeteris Graecis pars ad Macedones propendebant, pars nihil movendum ſibi arbitrabantur. Univerſa igitur Aetolorum natio omnium prima, ut dictum eſt, in foedus tranſiit. Et poſt hos Theſſali omnes, praeter Pelinnaeos. Oetaei exceptis Heracleotis. Ex Achaeis Phthiotae abſque Thebanis tamen. Melienſes, demtis Malienſibus. Hinc Dorienſium, Locrorumque & Phocenſium gentes univerſae. Itemque Aenianes, Alyzaei & Dolopes. Et praeter eos, Athamanes, Leucadii & Moloſſi ſub imperio Aryptaei. Qui ſocietatem fucatam iniverat, & per proditionem Macedones poſtea adjuvit. Pars etiam Illyriorum & Thracum non exigua, odio Macedonum, in ſocietatis pactum venit. Ad quod etiam acceſſerant ex Euboea

a Deſunt haec, librarii negligentia, uſque καὶ τρεῖς *Baſil.* b Οἴεται] *idem.* c Ἀπέκλινον *Baſil.* d Μηλιεῖς *Reg.* 1. Vulgo Ἡλιεῖς. e Ἀλυζαῖοι ora *Steph. Leid.* & *Reg.* 1. Vulgo Κλυζαῖοι. f Καὶ οἱ *Leid.*

ce *Arrianus* L. I, 7. Error manavit ex eo, quod nomen Pellenes urbis Achaiae magis celebre fuit, & hoc loco exſcriptores, ut ſemper, notum pro ignoto poſuerunt, quod evenit & apud *Scylacem* & *Aelianum* lib. IV. ubi perperam Παλληναῖοι legitur. J. Palm.

Πλὴν Πελινναίων] De Achaeis ſermo ſi eſſet, uti in his *Aeſchin.* Or. in Cteſiphont. pag. 77. καὶ Ἀχαιοὶ πάντες πλὴν Πελληναίων, nihil mutaſſem. At nulli in Theſſalia, ut bene vir doctiſſimus, *Pellenaei*, ſed ΠΕΛΙΝΝΑ & Πελινναῖοι, velut in nummis Theſ. Britann. T. II. p. 138. Jure ergo id urbis incolarumque nomen inſtauraverunt viri eruditi in *Polyaeno* L. IV, 2, 29. aliiſque veterum. Conf. Cl. *Salmaſium* ad Solin. pag. 607. Mox cives Thebarum Phthiotidos indicari, quiſque intelligit. P. Wess.

14. Ἡλιεῖς δέ, πλὴν Μαλιέων] Lege Μηλιεῖς δέ. J. Palm.

Μηλιεῖς δὲ &c.] Ex *Reg. pr.*, leviter tantum adjuto, ſuum *Diodoro* & genti reddidi, quod fieri oportere pulcre *Palmerius* perſpexerat. Audi copioſius eum diſſerentem. „ Non dubium „ eſt, (haec ſubjicit Auctoris Noſtri verbis) Lector, quin vi„ deas ex ordine recenſionis excidiſſe majuſculam M in voce „ ἡλιεῖς. Nam ibi fuerunt Μηλιεῖς poſt Achaeos Phthiotas, nul„ li vero Ἡλιεῖς. Ait igitur Melienſes omnes exceptis Maleis „ in foedere comprehenſos fuiſſe. Urbs fuit in litore ſinus „ Meliaci, ſeu Maliaci, Malea, quam *Stephanus* terminatione „ Attica Μαλιεύς, quamque dictam dicit ἀπὸ Μάλου τοῦ Ἀμφι„ κτύονος eam urbem, a qua, ut credo, dictus fuit Maliacus „ ſinus & tota regio, excepit expreſſe a generali Melienſium „ conſenſu, ut Pelinnaeos Theſſaliae ab univerſorum Theſſa„ lorum ſocietate. Dico igitur *Diodorum* per Μηλιεῖς intellexiſ„ ſe etiam eos, quos Μαλιεῖς vocat *Scylacis* diſtinctio, quando „ Maleam excipit ab eorum univerſitate". Haec ille praeclare ad *Scylacem* Exercit. p. 278. P. Wess.

15. Καὶ Κλυζαῖοι] In margine adſcriptum fuit Λυζαῖοι vel Ἀλυζοι nihilo melius. Tu vero melius doctus lege Ἀλυζαῖοι ex *Thucydide* lib. VII, 31., ex *Strabone*, qui lib. X. p. 691. ter Ἀλυζίαν ponit, *Plinio* L. IV, 1. *Stephano* & aliis. Ea urbs in tabulis *Halyſſo* notatur. Corrigendus & ea in voce *Scylax*, qui habet Ἀλυνία. Sed pridem id mendum in *Scylace* vidit & correxit eruditus *Voſſius*. J. Palm.

Καὶ Ἀλυζαῖοι] Una litera gentis vocabulum inſtruxi ex *Stephani* Ἀλυζαῖος. Elementorum in ΑΛΥΖΑΙΟΙ ſimilitudo prius eorum, ceu factum fuiſſe in *Stephani* Λυζεία egregie viri eruditi obſervarunt, obliteraverat. Stat & ab his partibus doctiſſimus *Joſ. Waſſe* ad *Thucydid.* V, 51. P. Wess.

16. Ἀθάμαντες — οἱ περὶ Ἀρυπταῖον] Juſto auctius eſt prius vocabulum. Ἀθαμᾶνες adpellat ipſe L. XIV, 82. & L. XVI, 29. paſſimque omnes. *Aryptaeum*, cui Moloſſi parebant, ignoro: nam de *Aryba* cogitare non licet, quippe plures ante annos defuncto. P. Wess.

20. Καὶ Θρᾳκῶν ὀλίγοι] Inſerendum cenſeo οὐκ. L. Rhod.

Olymp. CXIV. II. boea Caryſtii: Et tandem ex Peloponneſiis, Argivi, Sicyonii, Elei, Meſſenii, & qui Acten incolunt. Hi ergo, quos recenſuimus, Graecorum, ſocietatis inter ſe foedus pacti ſunt. Populus autem Leoſtheni auxilio miſit ex civibus IↃↃ. peditum, & equites quingentos: mercede autem conductorum millia duo. Qui cum iter facerent per Boeotiam, infeſtos habuere Boeotos, his de cauſis. Alexander, Thebis ſolo aequatis, finitimis Boeotis agros conceſſerat. Hi forte miſerorum fundos inter ſe partiti, amplos inde reditus percipiebant. Quare cum futurum ſcirent, ut Athenienſes bello ſuperiores Thebanis patriam & agros reſtituerent, Macedonum partibus ſe adjunxerunt. Dumque caſtra ad Plataeas metantur, Leoſthenes cum parte copiarum in Boeotiam venit: & inſtructa civium ſuorum acie, incolas adortus, victor exſtitit, erectoque tropaeo, ad Pylas retro movit. Hic enim poſt aditus a ſe occupatos, dum copias Macedonum exſpectat, ad tempus ſtativa habebat.

12. Antipater vero ſummus Europae dux ab Alexandro relictus, ubi de morte regis in Babylone, & Satrapiarum diviſione, cognovit, ad Craterum miſit in Ciliciam, qui, ut cum prima occaſione auxilium ſibi ferret, exhortarentur. Hic enim jam ante in Ciliciam miſſus, ultra XXX. Macedonum millia, vacationem a militia adeptos, in patriam reducere parabat. Philotam inſuper, qui Phrygiae ad Helleſpontum acceperat Satrapatum, de ſuppetiis ferendis ſollicitat, filiarum una in matrimonium promiſſa. Simulac vero Graecorum adverſus ſe concurſationem audivit, Sippam, qui Macedoniae imperator eſſet interim, cum non mediocri manu reliquit, & ut milites quam plurimos colligeret, juſſit. Ipſe vero Macedonum tredecim millibus, & equitibus IↃc, ſibi adjunctis, (Rarior enim militis ex civibus, propter ſupplementa in Aſiam transmiſſa, tum tem-
634 poris copia erat) ex Macedonia in Theſſaliam tranſit, tota claſſe juxta navigante, quam Alexander, magnam pecuniae vim ex regiis theſauris in Macedoniam allaturam, miſerat. Summa harum in univerſum erat CX. triremium. Theſſali quidem, inter principia ſocietatem Antipatri amplexi, multos fortesque equites illi miſerant. Sed poſtea in aliam ſententiam ab Athenienſibus traducti, ad Leoſthenem cum equitatu ſe contulerunt, & cum

βοίας, τελευταῖοι δὲ τῶν Πελοποννησίων Ἀργεῖοι, Σικυώνιοι, Ἠλεῖοι, Μεσσήνιοι, καὶ οἱ τὴν ἀκτὴν κατοικοῦντες. οἱ μὲν οὖν συμμαχίαν συνθέμενοι τῶν Ἑλλήνων ὑπῆρχον οἱ προειρημένοι. ὁ δὲ δῆμος ἀπέστειλε στρατιώτας τῷ Λεωσθένει βοηθήσοντας, πολιτικοὺς μὲν πεζοὺς πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντακοσίους, μισθοφόρους δὲ δισχιλίους. τούτων δὲ πορευομένων διὰ τῆς Βοιωτίας, ἀλλοτρίους συνέβαινεν εἶναι τοὺς Βοιωτοὺς τοῖς Ἀθηναίοις, διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας· Ἀλέξανδρος Θήβας κατασκάψας, τὴν χώραν τοῖς περιοικοῦσι Βοιωτοῖς ἔδωκεν. οὗτοι δὲ κατακληρουχήσαντες τὰς τῶν ἠτυχηκότων κτήσεις, ἐκ τῆς χώρας μεγάλας ἐλάμβανον προσόδους. διόπερ εἰδότες ὅτι κρατήσαντες Ἀθηναῖοι τῷ πολέμῳ, τοῖς Θηβαίοις ἀποκαταστήσουσι τήν τε πατρίδα καὶ τὴν χώραν, [g] ἀπέκλινον πρὸς τοὺς Μακεδόνας. στρατοπεδευόντων δ' αὐτῶν περὶ τὰς Πλαταιὰς, ὁ Λεωσθένης μέρος τῆς ἰδίας δυνάμεως ἀναλαβὼν, ἧκεν εἰς τὴν Βοιωτίαν. μετὰ δὲ τῶν Ἀθηναίων παραταξάμενος πρὸς τοὺς ἐγχωρίους, μάχῃ τε ἐνίκησε, καὶ τρόπαιον στήσας ταχέως ἐπανῆλθεν εἰς Πύλας· ἐνταῦθα γὰρ διατρίβων χρόνον τινὰ προκατειλήπτο τὰς παρόδους, καὶ τὴν τῶν Μακεδόνων δύναμιν ἀνεδέχετο.

Ἀντίπατρος δ' ἀπολελειμμένος ὑπ' Ἀλεξάνδρου στρατηγὸς τῆς Εὐρώπης, ὡς ἐπύθετο τήν τε τοῦ βασιλέως ἐν Βαβυλῶνι τελευτὴν, τήν τε σατραπειῶν διαίρεσιν, πρὸς μὲν Κρατερὸν εἰς Κιλικίαν διεπέμπετο, παρακαλῶν τὴν ταχίστην βοηθῆσαι (οὗτος γὰρ προαπεσταλμένος εἰς Κιλικίαν, [h] ἤμελλε κατάγειν εἰς Μακεδονίαν τοὺς ἀπολελυμένους τῆς στρατείας Μακεδόνας, ὄντας ὑπὲρ τρισμυρίους) πρὸς δὲ Φιλώταν τὸν εἰληφότα σατραπείαν [i] τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίαν, ὁμοίως ἀξιῶν καὶ τοῦτον βοηθῆσαι, καὶ μίαν τῶν [k] ἑαυτοῦ θυγατέρων συνοικεῖν ἐπαγγελλόμενος. πυθόμενος δὲ τὴν ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων συνδρομὴν ἐπ' αὐτὸν γεγενημένην, τῆς μὲν Μακεδονίας ἀπέλιπε στρατηγὸν [l] Σίππαν, δοὺς στρατιώ- 596
τας τοὺς ἱκανοὺς, καὶ παραγγείλας στρατολογεῖν ὡς πλείστους. αὐτὸς δ' ἀναλαβὼν Μακεδόνας μὲν μυρίους καὶ τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ ἑξακοσίους (ἐσπάνιζε γὰρ ἡ Μακεδονία στρατιωτῶν πολιτικῶν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀπεσταλμένων εἰς τὴν Ἀσίαν ἐπὶ διαδοχὴν τῆς [m] στρατιᾶς) ἀνέζευξεν ἐκ τῆς Μακεδονίας εἰς Θετταλίαν, συμπαραπλέοντος αὐτῷ τοῦ στόλου παντὸς, ὃν ἀπεσταλκὼς ἦν Ἀλέξανδρος [n] παραπέμψοντα πλῆθος χρημάτων ἐκ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν εἰς τὴν Μακεδονίαν, ὄντων πασῶν τῶν τριήρων ἑκατὸν καὶ δέκα. οἱ δὲ Θετταλοὶ τὸ μὲν πρῶτον συμμαχοῦντες τῷ Ἀντιπάτρῳ, πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἱππεῖς ἐξέπεμψαν αὐτῷ· ὕστερον δ' ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων μεταπεισθέντες, ἀφίππευσαν πρὸς Λεωσθένην, καὶ μετὰ τῶν Ἀθηναίων ταχθέντες, διεπολέμουν

g Ἀπέκλινον Reg. 1., quod malo ob praecedentia. Edd. ἀπέκλινεν. h Ἔμελλε Leid. i Non eſt in Baſil. k Αὐτοῦ Idem, tum συνοικεῖν Reg. 1. l Σίππας ora Steph. m Στρατιᾶς Reg. 1. Leid. Σατραπείας Steph. margo, Vat. Baſil. Reg. 2. In Edd. στρατείας. n Παραπέμψοντα Reg. 1., quod non diſplicet. Cett. παραπέμψαντα.

24. Καὶ οἱ τὴν ἀκτὴν κατοικοῦντες] Ἐπιδαύριοι καὶ Τροιζήνιοι, οἱ τὴν Ἀργολίδα ἀκτὴν οἰκοῦντες, uti Pauſaniae dicuntur L. II, 1. p. 130. Conf. ad Noſtri L. XII, 43. Dediſſe vero Epidaurios & Troezenios huic expeditioni in Antipatrum nomina idem Pauſan. L. I, 25. p. 60., ubi conjuratarum gentium ſeriem recenſet, teſtis eſt. P. Wess.

36. Τοῖς Θηβαίοις ἀποκαταστήσουσι τήν τε πατρίδα &c.] Eamdem adfert cauſſam Pauſanias L. I. 25. Partam de Boeotis victoriam tetigit Plut. Phocion. p. 752. B. P. Wess.

54. Ὄντας ὑπὲρ τρισμυρίους] Ferri poteſt, ſi ὑπὲρ τοὺς μυρίους legatur ex hujus libri Cap. 16. Alioqui decem erant millia, ut ſupra C. 4. & L. XVII, 109. ſignificavit. P. Wess.

55. Πρὸς δὲ Φιλώταν —— τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίαν] Atqui Philotae Cilicia obvenerat, Leonnato Phrygia Auctore ipſo Cap. 3., Juſtino L. XIII, 4. & Arriano apud Photium Cod. XCII. pag. 216. teſtibus. Ad haec Antipater auxilium rogavit Leonnatum apud Juſtin. ibid. cap. 6., & per legatum, ut id maturaret, expugnavit, quo de mox cap. 14. Haud ergo injuſta ſuſpicio eſt, in Philotae nomine admiſſum aliquid eſſe. P. Wess.

60. Ἀπέλιπε στρατηγὸν Σίππαν] Hominem hunc alibi legere non memini, manetque adeo apud me in obſcuro, Sippaſne an Siſpas fuerit dictus. P. Wess.

81. Κατέφυγεν εἰς πόλιν Λαμίαν] Λαμίαν τὴν ἐν Θετταλίᾳ Pauſanias vocat L. VI, 4., alibi in Attic. cap. 1. eamdem contra montem Oetam collocans. Ad haec praelium ad hanc urbem modo

λέμου ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας. μεγάλης δὲ δυνάμεως ταύτης τοῖς Ἀθηναίοις προσγεγενημένης, οἱ μὲν Ἕλληνες ἐκράτουν, πολὺ τῶν Μακεδόνων ὑπερέχοντες· ὁ δὲ Ἀντίπατρος μάχῃ λειφθεὶς, καὶ τὸ λοιπὸν οὔτε παρατάξασθαι τολμῶν, οὔτ' εἰς τὴν Μακεδονίαν ἐπανελθεῖν ἀσφαλῶς δυνάμενος, [o] κατέφυγεν εἰς πόλιν Λαμίαν. ἐν ταύτῃ δὲ τὴν δύναμιν συνέχων, καὶ τὰ τείχη [p] κατασκευάζων, ἔτι δὲ παρασκευὰς ὅπλων καὶ καταπελτῶν καὶ σίτου ποιούμενος, ἐκαραδόκει τοὺς ἀπὸ τῆς Ἀσίας συμμάχους.

Λεωσθένης δὲ μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως παρελθὼν πλησίον τῆς Λαμίας, καὶ τὴν παρεμβολὴν ὀχυρωσάμενος τάφρῳ βαθείᾳ καὶ χάρακι, τὸ μὲν πρῶτον ἐκτάξας τὴν δύναμιν [q] προσῆγε τῇ πόλει, καὶ τοὺς Μακεδόνας εἰς μάχην προεκαλεῖτο. μὴ τολμώντων δὲ αὐτῶν διαγωνίσασθαι, προσβολὰς καθ' ἡμέραν τοῖς τείχεσιν ἐκ διαδοχῆς ἐποιεῖτο. ἀμυνομένων δὲ τῶν Μακεδόνων εὐρώστως, πολλοὶ τῶν προπετῶς βιαζομένων Ἑλλήνων ἀπώλλυντο· δυνάμεως γὰρ ἀξιολόγου κατὰ τὴν πόλιν οὔσης, καὶ βελῶν παντοδαπῶν ἀφθονίας, ἔτι δὲ τείχους πολυτελῶς κατεσκευασμένου, ῥᾳδίως οἱ πολιορκούμενοι περιεγίνοντο. ὁ δὲ Λεωσθένης, ἀπογνοὺς τὴν ἐκ βίας ἅλωσιν τῆς πόλεως, τὰς ἀγομένας εἰς αὐτὴν ἀγορὰς παρῃρεῖτο, νομίζων ῥᾳδίως τῇ σιτοδείᾳ καταπολεμήσειν τοὺς ἐγκεκλεισμένους ἐν τῇ πόλει. κατεσκεύαζε δὲ [r] καὶ τεῖχος, καὶ τάφρον ὤρυττε μεγάλην καὶ βαθεῖαν, εἴργων τοὺς πολιορκουμένους ἀπὸ τῆς ἐξόδου. μετὰ δὲ ταῦτα

597 Αἰτωλοὶ μὲν ἀξιώσαντες τὸν Λεωσθένην διά τινας ἐθνικὰς χρείας κατὰ τὸ παρὸν ἀπελθεῖν ἐπ' οἴκου, πάντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν Αἰτωλίαν. οὕτω δὲ τῶν περὶ Ἀντίπατρον καταπονηθέντων, καὶ τῆς πόλεως κινδυνευούσης ἁλῶναι διὰ τὴν προσδοκωμένην σιτοδείαν, ἡ τύχη τὸ παράδοξον ἀπένειμε τοῖς Μακεδόσιν εὐκλήρημα. τοῦ γὰρ Ἀντιπάτρου τοῖς τὰς τάφρους ὀρύττουσιν ἐπιθεμένου, καὶ συμπλοκῆς γενομένης, ὁ μὲν Λεωσθένης παραβοηθῶν τοῖς ἰδίοις, καὶ [s] πληγεὶς εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ, [t] παραχρῆμα ἔπεσε, καὶ λειποψυχήσας εἰς τὴν παρεμβολὴν ἀπεκομίσθη. τῇ τρίτῃ δ' ἡμέρᾳ τελευτήσαντος αὐτοῦ, καὶ ταφέντος ἡρωϊκῶς, διὰ τὴν ἐν τῷ πολέμῳ δόξαν, ὁ μὲν δῆμος τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον εἰπεῖν προσέταξεν Ὑπερείδῃ, τῷ πρωτεύοντι τῶν ῥητόρων τῇ τοῦ λόγου δεινότητι καὶ τῇ κατὰ τῶν Μακεδόνων ἀλλοτριότητι. κατ' ἐκεῖνον γὰρ τὸν καιρὸν ὁ μὲν κορυφαῖος τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων Δημοσθένης ἐπεφεύγει, καταδεδικασμένος ὡς εἰληφὼς τῶν Ἁρπαλείων χρημάτων· ἀντὶ δὲ τοῦ Λεωσθένους κατεστάθη στρατηγὸς Ἀντίφιλος, ἀνὴρ συνέσει στρατηγικῇ καὶ ἀνδρείᾳ διαφέρων. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐν τούτοις ἦν.

Κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν, τῶν μεμερισμένων τὰς Σατραπείας Πτολεμαῖος μὲν ἀκινδύνως παρέλαβε τὴν Αἴγυπτον, καὶ τοῖς μὲν ἐγχωρίοις φιλανθρώπως προσ-

Athenienſibus conjuncti, pro libertate Graecorum belligerabantur. Cum igitur magnum Athenienſibus robur acceſſiſſet, Graeci, longe Macedonibus ſuperiores, praevalebant. Et Antipater praelio victus, quod aciem deinceps opponere non auderet, neque regredi in Macedoniam tuto poſſet, Lamiam perfugit: ubi militem in officio continens, moeniaque inſtaurans, & armorum, catapultarum & frumenti apparatu ſe confirmans, ſuppetias ex Aſia praeſtolabatur. Olymp. CXIV. 2.

13. Leoſthenes vero, cum omnibus copiis quam proxime ad Lamiam accedens, foſſa profunda valloque caſtra munit. Ac primo quidem, cum inſtructo agmine urbi imminens, ad pugnam Macedones laceſſit. Sed cum pugnae ſe periculo committere non auderent: quotidie per vices moenia oppugnat. Dumque ita ſtrenuo Macedones propugnant, multi Graecorum imprudentius hoſtem adorti occumbunt. Nam quia manus non contemnenda, & telorum omnis generis copia in urbe erat: murum inſuper habebant magnis impendiis exſtructum, facile ſuperiores evadebant. Leoſthenes igitur vi oppidum oppugnari haud poſſe intelligens, a commeatu illud interclusit: quod cibariorum inopia ſe facile obſeſſos in urbe debellaturum exiſtimabat. Idcirco murum excitat, magnamque ſub eo foſſam ex profundo educit, hoſtemque exitu prohibet. Poſt hoc Aetoli, venia domum redeundi a Leoſthene petita, quod publica quaedam negotia avocarent, omnes in Aetoliam revertuntur. Atqui dum ita cum ſuis Antipater in ſummis haeret anguſtiis, parumque abeſt, quin urbs, propter imminentem commeatus penuriam, capiatur: repentinam fortuna proſperitatem Macedonibus attribuit. Antipatro enim occupatos in ducendis foſſis invadente, praelium committitur. Ubi dum Leoſthenes ſuis opitulatur, ſaxo in capite ictus, ſtatim corruit, & ſemianimis in caſtra relatus, tertia die poſt vitam claudit, ac propter gloriam bello acquiſitam heroice ſepelitur. Funebrem ejus laudationem populus Athenienſium Hyperidem perorare juſſit. Is primus inter oratores, propter eximiam dicendi facultatem, & odium adverſus Macedones, habebatur. Per illud enim tempus ſummus oratorum Demoſthenes, quaſi pecunias ab Harpalo accepiſſet, condemnatus ſolum verterat. In locum autem Leoſthenis Antiphilus, prudentia imperatoria & fortitudine excellens imperator eſt ſuffectus. Europae igitur ſtatus hunc ad modum ſe tunc habebat.

14. In Aſia vero ex illis qui Satrapias inter ſe partiti fuerant, Ptolemaeus Aegyptum citra periculum adeptus, humanum ſe regionis ejus incolis ex-

o Omittit Reg. 1. p Κατεσκεύαζε idem. q Προσῆγε Reg. 1. r Κατὰ τάχος τεῖχος ſolus Venet. s Πληγεὶς τὴν ſine εἰς Reg. 1., ſatis eleganter. t Παραχρ. μὲν ἔπεσε Vat. mox ἀνεκομίσθη Venet.

modo τὸ περὶ Λαμίαν ἔργον, tum τὸν πρὸς Λάμιον πόλεμον, quamquam hoc haud injuria praeſtantiſſimo *Sylburgio* ſuſpectum fuit, lib. VII, 6. adpellat. Aberat urbs ab amne Sperchio ad ſtadia ferme triginta apud *Strabon.* L. IX. p. 662. P. Wess.

9. Τὸ παράδοξον — εὐκλήρημα] Fortaſſe τι παράδοξον vera eſt lectio. H. Steph.

12. Καὶ πληγεὶς εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ] Praepoſitionem, ſi dictionis elegantiam corrumpere cenſeas, dele. *Juſtinus* XIII, 5. *Interim in obſidione Antipatri Leoſthenes, dux Athenienſium, telo e muris in tranſeuntem jacto occiditur*; levi diſcrimine. De Leoſthenis ſponſa, quae mortuo ſuperſtes eſſe noluit, *Hieronymus* L. I. adv. Jovinian. p. 47. P. Wess.

17. Τὸν ἐπιτάφιον — προσέταξεν Ὑπερείδῃ] Multi hujus meminerunt laudationis, conducti a *Jo. Meurſio* Attic. Lect. L. IV, 4. Puto ejus durare fragmentum inſigne in *Stobaei* Serm. CXXIII. p. 618. Namque id ex *Hyperidis* ἐπιταφίῳ quodam eſſe decerptum, verba ipſa loquuntur. P. Wess.

21. Δημοσθένης ἐπεφεύγει — — ὡς εἰληφὼς τῶν Ἁρπαλείων] In *Dionyſii* Dinarcho p. 116. τῶν Ἁρπαλείων ter quaterque, recte id inprobante *Sylburgio*. Melius περὶ τῶν Ἁρπαλείων *Plut.* T. II. p. 808. A. & Schol. *Hermogen.* p. 394. Afuiſſe vero tum temporis Demoſthenem non negavero, ſcito tamen populi illi reditus jam fuerat decretus, ceu *Plutarch.* Demoſth. p. 858. E. & *Juſtin.* L. XIII, 5. indicarunt. P. Wess.

24. Στρατηγὸς Ἀντίφιλος] De illo *Plut.* Phoc. pag. 752. C. P. Wess.

Olymp. CXIV. II. exhibebat; Et octo millibus talentûm potitus, conductis qui aera mererentur, exercitum comparabat. Complures etiam amice erga illum affecti, propter aequitatem, ad ipſum confluebant. Per legatos autem cum Antipatro ſocietatis foedus inivit, cum certo futurum ſciret, ut Perdiccas Ae-
635. gypti Satrapiam ſibi adimere conaretur. Tum & Lyſimachus in Thraciae quaedam loca irrumpens, Seutham regem cum XX. peditum, & IIX. equitum millibus caſtra metatum offendit. Sed magnitudine copiarum haud perterritus; cum ipſe ad ſummum non plus in pedeſtri agmine quam IV. millia, & duo tantum millia in equitatu, haberet, ſigna cum Barbaris contulit. Ac licet virtute quidem ſuperior, multitudine vero inferior eſſet, pugnam tamen inivit acerrimam, qua magna ſuorum jactura facta, ſed longe majore hoſtium numero caeſo, cum victoria ancipiti in caſtra receſſit. Et tunc quidem digreſſae ex locis illis utrorumque copiae, majores ad diſceptandum de ſumma rerum apparatus faciebant. Inter hoc Leonnatus, cum profectus ad ipſum Hecataeus, ut quam celerrime ſuccurreret Antipatro & Macedonibus, rogaret, auxilia promiſit. In Europam igitur transgreſſus, ut Macedoniam intravit, multos ſibi Macedonum adjunxit. Et plus quam XX. peditum & equitum duobus millibus & quingentis in univerſum coactis, per Theſſaliam in hoſtes duxit.

15. Tum Graeci ſoluta obſidione, caſtriſque incenſis, inutilem pugnae turbam cum impedimentis in urbem Melitiam dimittunt. Ipſi vero expedito & ad pugnam accincto agmine, Leonnati copiis occurrunt prius, quam, Antipatro cum illis conjuncto, uterque exercitus in unum locum conveniret. Totus horum numerus erat XXII. millia peditum; (Nam Aetoli jam ante domum ſe receperant, nec pauci de caeteris Graecis in patriam abſceſſerant) Equitum vero plures quam ter mille ac quingenti una militabant. Inter quos duo millia Theſſalorum erant, virtute praeſtantes; in quibus maxime victoriae ſpem habebant. Equeſtri igitur praelio ad bene longum tempus fortiter diſceptatur: Ubi Theſſalis virtute ſuperantibus, Leonnatus, tametſi praeclare dimicaret, in paluſtrem tamen locum coarctatus, dum etiam armis degravatur, ſuccumbit: Multiſque vulneribus confectus, mortem oppetit, & ſublatus a ſuis ad impedimenta mortuus deportatur. Idcirco Graecis tam ſplendida victoria (ubi Menon Theſſalus ſummus equitum dux fuerat) potitis, Macedonum phalanx, equitatus metu, protinus e campeſtribus ad ſuperiores locorum difficultates abſcedit, eorumque firmitate incolumitatem ſuam tutatur. Theſſali quidem equi-

εφέρετο, παραλαβὼν δὲ ὀκτακισχίλια τάλαντα, μισθοφόρους ἤθροιζε, καὶ δυνάμεις παρεσκευάζετο. συνέτρεχε δὲ καὶ φίλων πλῆθος πρὸς αὐτὸν, διὰ τὴν ἐπιείκειαν· πρὸς δὲ Ἀντίπατρον διαπρεσβευόμενος, κοινοπραγίαν συνέθετο, σαφῶς εἰδὼς, ὅτι Περδίκκας ἐπιβαλεῖται παρελέσθαι τὴν τῆς Αἰγύπτου σατραπείαν. Λυσίμαχος δ' ἐπιβαλὼν τοῖς κατὰ τὴν Θρᾴκην τόποις, καὶ καταλαβὼν Σεύθην τὸν βασιλέα κατεστρατοπεδευκότα πεζοῖς μὲν δισμυρίοις, ἱππεῦσι δ' ὀκτακισχιλίοις, οὐ κατεπλάγη τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως. ἔχων δὲ τοὺς σύμπαντας πεζοὺς μὲν οὐ πλείους τῶν τετρακισχιλίων, ἱππεῖς δὲ δισχιλίους, συνῆψε μάχην τοῖς βαρβάροις. ταῖς μὲν οὖν ἀνδραγαθίαις προεῖχεν αὐτῶν, τοῖς δὲ πλήθεσι λειπόμενος, καρτερὰν μάχην συνεστήσατο, καὶ πολλοὺς μὲν τῶν ἰδίων ἀποβαλὼν, πολλαπλασίους δ' ἀποκτείνας, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν στρατοπεδείαν, ἀμφίδοξον ἔχων τὴν νίκην. τότε μὲν οὖν ἐχωρίσθησαν ἐκ τῶν τόπων αἱ παρ' ἀμφοτέροις δυνάμεις, καὶ παρασκευὰς μείζους ἐποιοῦντο πρὸς τὴν τῶν ὅλων διάθεσιν. Λεοννάτος δὲ, παραγενομένου πρὸς αὐτὸν Ἑκαταίου πρεσβευτοῦ, καὶ δεομένου βοηθῆσαι τὴν ταχίστην Ἀντι- 598.
πάτρῳ καὶ Μακεδόσιν, ἐπηγγείλατο συμμαχήσειν. διαβὰς οὖν εἰς τὴν Εὐρώπην, καὶ καταντήσας εἰς Μακεδονίαν, προσελάβετο πολλοὺς στρατιώτας Μακεδόνας· ἀθροίσας δὲ τοὺς ἅπαντας πεζοὺς μὲν πλείους τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δὲ [v] δισχιλίους καὶ πεντακοσίους, προῆγε διὰ τῆς Θετταλίας ἐπὶ τοὺς πολεμίους.

Οἱ δὲ Ἕλληνες, λύσαντες τὴν πολιορκίαν, καὶ τὴν στρατοπεδείαν ἐμπρήσαντες, τὸν μὲν ἀχρεῖον εἰς παράταξιν ὄχλον καὶ τὰς παρασκευὰς εἰς Μελίτειαν πόλιν ἐξέπεμψαν· αὐτοὶ δ' εὔζωνοι καὶ πρὸς μάχην ὄντες ἕτοιμοι, προῆγον ἀπαντήσοντες τοῖς περὶ Λεοννάτον, πρὸ τοῦ Ἀντίπατρον [x] συμμίξαι, καὶ τὰς δυνάμεις ἀμφοτέρας εἰς ἕνα τόπον συνελθεῖν. εἶχον δὲ τοὺς σύμπαντας, πεζοὺς μὲν δισμυρίους καὶ δισχιλίους (οἱ γὰρ Αἰτωλοὶ πάντες προαπηλλαχότες ἦσαν εἰς τὴν οἰκείαν, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων οὐκ ὀλίγοι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὑπῆρχον εἰς τὰς πατρίδας κεχωρισμένοι) ἱππεῖς δὲ συνεστρατεύοντο πλείους τῶν τρισχιλίων καὶ πεντακοσίων, ὧν ἦσαν Θετταλοὶ δισχίλιοι, διάφοροι ταῖς ἀρεταῖς, ἐν οἷς εἶχον μάλιστα τὰς τῆς νίκης ἐλπίδας. γενομένης δὲ ἱππομαχίας ἰσχυρᾶς ἐπὶ πολὺν χρόνον, καὶ τῶν Θετταλῶν [y] διὰ τὰς ἀρετὰς ἐπικρατούντων, ὁ μὲν Λεοννάτος λαμπρῶς ἀγωνισάμενος, [z] καὶ διακλεισθεὶς εἰς τόπον τελματώδη, τοῖς ὅπλοις ἠλαττοῦτο· πολλοῖς δὲ τραύμασι περιπεσὼν, καὶ τελευτήσας, ὑπὸ τῶν ἰδίων ἤρθη, καὶ πρὸς τὴν ἀποσκευὴν ἀπηνέχθη τετελευτηκώς. τῇ δ' ἱππομαχίᾳ λαμπρῶς τῶν Ἑλλήνων νενικηκότων, Μένωνος ἱππαρχοῦντος τοῦ Θετταλοῦ, εὐθὺς ἡ τῶν Μακεδόνων φάλαγξ, φοβουμένη τοὺς ἱππεῖς, ἀπεχώρησεν ἐκ τοῦ πεδίου πρὸς τὰς ὑπερκειμένας δυσχωρίας, καὶ [a] τῇ τῶν τόπων ὀχυρότητι τὴν ἀσφάλειαν περιεποίη-

v Χιλίους *Vat. Reg.* 2. *Baſil.* tum προῆγε *Reg.* 1. x Deeſt *Reg.* 1. Paullo ante Μελίτειαν *Reg.* 2. Cett. Μελίταιαν. y Ταῖς ἀρεταῖς ἐπικρ. ora *Steph.* & *Reg.* 1. *Leid.* z Non habet *Leid.* mox τελματώδη *Baſil.* a Omittit *Baſil.*

46. Ἐπανῆλθεν — ἀμφίδοξον ἔχων τὴν νίκην] *Arrianus* hoc praelio periiſſe refert in *Photii* Cod. XCII. p. 217. Λυσίμαχος δὲ Σεύθῃ τῷ Θρᾳκὶ πολεμῶν ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς παραβόλως, σὺν ὀλίγοις γὰρ καὶ εὐδοκιμῶν, ὅμως [illegible]. Verum perperam & *Photii*, male excerpentis, peccato. Namque eum poſt illam pugnam in plures annos ſuperſtitem fuiſſe, ipſemet *Arrianus* in narrationis progreſſu diſertim teſtatur. P. Wess.

50. Ἑκαταίου πρεσβευτοῦ] Cardianorum, popularium ſuorum, tyrannus & Antipatri familiaris erat, docente *Plut.* Eumen. p. 584. D., ubi de hac ejus legatione. P. Wess.

61. Εἰς Μελίτειαν] Rectum urbis nomen *Reg. ſec.* ſervavit. Dicebatur Μελιταία & Μελίτεια. Illud dabit *Strabo* L. IX. p. 663., hoc *Theopompus* apud *Stephan.* in ea voce & *Plut.* in Sull. p. 465. A. P. Wess.

77. Τοῖς ὅπλοις ἠλαττοῦτο] Socordia amanuenſium elegantiſſimam dictionem corrupit. Auctor dederat τοῖς ὅλοις ἠλαττοῦτο, *res ejus prorſus erant infractae*. Sic enim adſolet: καὶ μάλιστα ἐν οἷς καιροῖς ἔδοξαν τοῖς ΟΛΟΙΣ ΕΛΑΤΤΟΥΣΘΑΙ Lib. XIII, 37. *Polybius* L. II, 53. οἱ δ' Ἀχαιοί, καίπερ οὐ μετρίως ΗΛΑΤΤΩΜΕΝΟΙ τοῖς ΟΛΟΙΣ, ὅμως &c. Non multum abeunt *Demoſthenis* ἐλαττοῦσθαι τοῖς ὅλοις Philip. III. p. 72., συντρίβεσθαι τοῖς ὅλοις, σφάλλεσθαι τοῖς ὅλοις, quae nunc praetereo. P. Wess.

80. Μένωνος ἱππαρχοῦντος] Illuſtri inter Theſſalos loco genitus filiam Phthiam Aeacidae, Epirotarum regi, collocavit, e qua & Pyrrhum nepotem vidit, *Plut.* Pyrrh. p. 383. D. & Phoc. p. 753. A. P. Wess.

94. Τῶν

ἐποιήσατο. τῶν δὲ Θετταλῶν ἱππέων προσμαχομένων, [b] καὶ διὰ τὴν δυσχωρίαν ἀπράκτων γινομένων, οἱ μὲν Ἕλληνες, τρόπαιον στήσαντες, καὶ τῶν νεκρῶν κυριεύσαντες, ἀπηλλάγησαν ἐκ τῆς μάχης. τῇ δ' ὑστεραίᾳ παραγενηθέντος Ἀντιπάτρου μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ συμμίξαντος τοῖς ἡττημένοις, μίαν οἱ πάντες Μακεδόνες ἐποιήσαντο τὴν στρατοπεδείαν, καὶ τὴν τῶν ὅλων στρατηγίαν παρέλαβεν Ἀντίπατρος. οὗτος δὲ κρίνας ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡσυχίαν ἔχειν, καὶ θεωρῶν τοὺς πολεμίους ἱπποκρατοῦντας, τὴν μὲν διὰ τῶν ὅπλων [c] προσχώρησιν ἀπέγνω, διὰ δὲ τῆς δυσχωρίας προάγων, καὶ τοὺς ὑπερδεξίους τόπους προκαταλαμβανόμενος, [d] ἀπεχώρησεν ἐκ τούτων τῶν τόπων. Ἀντίφιλος δὲ ὁ τῶν Ἑλλήνων στρατη-

599. γὸς, ἐπιφανεῖ μάχῃ νικήσας τοὺς Μακεδόνας, ἐφήδρευε περὶ Θετταλίαν διατρίβων, καὶ καραδοκῶν τὴν τῶν πολεμίων ὁρμήν· καὶ τὰ μὲν κατὰ τοὺς Ἕλληνας ἐν τοιαύταις εὐημερίαις ὑπῆρχε. τῶν δὲ Μακεδόνων θαλαττοκρατούντων, οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις ναυσὶν ἄλλας κατεσκεύασαν, ὥστε γενέσθαι τὰς πάσας ἑκατὸν ἑβδομήκοντα. τῶν δὲ Μακεδονικῶν οὐσῶν νεῶν διακοσίων καὶ τεσσαράκοντα, τὴν ναυαρχίαν εἶχε Κλεῖτος. οὗτος δὲ [e] ναυμαχήσας πρὸς Ἠετίωνα τὸν Ἀθηναίων ναύαρχον, [f] ἐνίκησε δυσὶ ναυμαχίαις, καὶ συχνὰς τῶν πολεμίων νεῶν διέφθειρε, περὶ τὰς καλουμένας [g] Ἐχινάδας νήσους.

Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Περδίκκας, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τόν τε βασιλέα Φίλιππον καὶ τὴν βασιλικὴν δύναμιν, ἐστράτευσεν ἐπὶ Ἀριαράθην τὸν Καππαδοκίας δυνάστην. οὗτος γὰρ οὐ προσέχων τοῖς Μακεδόσιν, ὑπὸ μὲν Ἀλεξάνδρου παρελείφθη, διὰ τοὺς περὶ Δαρεῖον ἀγῶνας καὶ περισπασμούς, [h] ἀναστροφὴν δὲ πολυχρόνιον ἔσχε, κυριεύων τῆς Καππαδοκίας. διὸ καὶ πολλὰ μὲν ἐκ τῶν προσόδων χρήματα ἤθροισε, δυνάμεις δ' ἐγχωρίους καὶ ξενικὰς μεγάλας συνεστήσατο. διὸ καὶ βασιλείας ἀντιποιούμενος, ἕτοιμος ἦν πρὸς τὸν Περδίκκαν διαγωνίζεσθαι, πεζοὺς μὲν ἔχων τρισμυρίους, ἱππεῖς δὲ μυρίους [i] πεντακισχιλίους. ὁ δὲ Περδίκκας, συνάψας αὐτῷ μάχην, καὶ τῇ παρατάξει νικήσας, ἀνεῖλε μὲν εἰς τετρακισχιλίους, ἐζώγρησε δὲ ὑπὲρ τοὺς πεντακισχιλίους, ἐν οἷς ἦν καὶ αὐτὸς [k] ὁ Ἀριαράθης. τοῦτον μὲν οὖν καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ πάντας αἰκισάμενος ἀνεσταύρωσε· τοῖς δ' ἡττηθεῖσι συγχωρήσας τὴν ἀσφάλειαν, [l] καὶ καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Καππαδοκίαν, παρέδωκε τὴν σατραπείαν Εὐμένει τῷ Καρδιανῷ, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς ἦν [m] μεμερισμένος. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ Κράτερος ἐκ Κιλικίας ἀναζεύξας, ἧκεν εἰς Μακεδονίαν, βοηθήσων τοῖς περὶ τὸν Ἀντίπατρον, καὶ [n] διορθωσόμενος τὰς γεγενημένας ἥττας τῶν Μακεδόνων. ἦγε δὲ πεζοὺς μὲν τῶν εἰς Ἀσίαν Ἀλεξάνδρῳ συνδιαβεβηκότων ἑξακισχιλίους, [o] τῶν δὲ ἐν παρόδῳ προσειλημμένων τετρακισχιλίους, Πέρσας δὲ τοξότας καὶ σφενδονήτας χιλίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους καὶ πεντακοσίους. παρελθὼν

stes illos oppugnabant. Sed locorum iniquitas obſtabat, quo minus aliquid efficerent. Quamobrem Graeci interfectorum cadaveribus potiti, erecto Tropaeo, pugna abſcedunt. Poſtridie, ubi Antipater cum agmine ſuo venit, ſeque victis adjunxit, caſtris Macedonum adunatis, rei totius adminiſtrationem ſuſcepit. Is dum Theſſalos equitatu ſuperiores eſſe vidit, in praeſens quieſcendum ratus, ferro quidem viam ſibi aperire non audet; ſed per tractus regionis impeditos procedens, & ſuperiora loca praeoccupando, inde diſceſſit. Antiphilus vero Graecorum imperator, Macedonibus inſigni praelio victis ſtativa habebat in Theſſalia, quo hoſtis ſeſe verteret, obſervans. Et Graeci quidem tam felicem rerum ſucceſſum tunc habebant. Quia 636. vero maris imperium Macedones tenebant, Athenienſes priori claſſi adjiciendas naves alias compingunt, ut numero centum & ſeptuaginta eſſent. Macedonica autem claſſis CCXL. navibus conſtabat, Clitusque ei praefectus erat. Hi cum Eetione Athenienſium navarcho ad Echinades inſulas congreſſus, gemino praelio victor plurimas hoſticarum navium corrupit.

16. Sub id tempus Perdiccas, regem Philippum regiaſque copias ſecum habens, in Ariarathen Cappadociae regulum expeditionem ſuſcepit. Hic licet Macedonum imperium non agnoſceret, ab Alexandro tamen, certaminibus cum Dario variiſque negociis diſtracto, praeteritus fuerat, & dominatum Cappadociae ad longum tempus quiete retinebat. Interea ex reditibus multum pecuniae, magnaſque tum popularium, tum exterorum copias ſibi comparaverat. Dumque regnum ſibi jure ſuo vendicat, cum Perdicca decertare paratus erat, ſub vexillis habens XXX. peditum, XV. millia equitum. Commiſſo igitur cum eo praelio, Perdiccas acie victor IV. millia interfecit, & ſupra VI. millia vivos in poteſtatem accepit, inter quos ipſe etiam Ariarathes fuit. Hunc omneſque propinquos excarnificatos in crucem egit. Victis autem incolumitate conceſſa, poſtquam res in Cappadocia conſtituiſſet, Satrapiam Eumeni Cardiano, pro ut in partitione deſtinatum erat, gubernandam tradit. Per hoc ipſum tempus, etiam Craterus e Cilicia profectus, ad ferendas Antipatro ſuppetias & clades Macedonum corrigendas, in Macedoniam venit. Adducebat autem VI. millia peditum, qui cum Alexandro in Aſiam trajecerant, & IV. millia eorum, quos in itinere aſſumſerat. Perſas praeterea ſagittarios & funditores mille, & equites mille ac quin-

Olympi. CXIV. II.

b Negligunt *Reg.* 1. *Leid.* καὶ ante διὰ, quos laudo. *c* Προσχώρησιν ora *Steph.* *Leid.* *Reg.* 1. Ἀποχώρησιν alii. *d* Ὑποχώρησιν iidem. *e* Ναυμαχήσας *Leid.* *f* Ἐνίκησε *Reg.* 1. *Leid.* *g* Ἐχινάδας *Venet.* perperam. *h* Καὶ ἀναστρ. *Reg.* 1. tum εἶχε *Vat.* *Venet.* *Baſil.* *i* Praetereunt hanc vocem *Venet.* *Baſil.* *Reg.* 2. *k* Abeſt articulus *Baſil.* *l* Sex quae ſuccedunt, deſiderantur in *Baſil.* *m* Μεμερισμένος *Reg.* 1. *n* Διορθωσόμενος *Leid.* *o* Abſunt haec ſeptem *Baſil.*

94. Τὴν διὰ τῶν ὅπλων προσχώρησιν ἀπέγνω] Ex vetuſtis membranis locum inſtauravi. Προσχώρησις exercitus progreſſum recte exprimit, quem quidem ab Antipatro fuiſſe inprobatum, non autem ἀποχώρησιν ſive diſceſſum, rei ſeries planiſſimum facit. P. Wess.

4. Ὥστε γενέσθαι τὰς πάσας ἑκατὸν ἑβδομήκοντα] Imo vero διακοσίας καὶ ἑβδομήκοντα. Principio belli armaverant CCXL., ſicuti proditum eſt cap. 10. Ad quas ſi alias addiderint, juſtum utique illud erit, quod dixi. P. Wess.

6. Τὴν ναυαρχίαν εἶχε Κλεῖτος] Forſan is eſt, de quo hujus libri cap. 72. P. Wess.

14. Οὗτος γὰρ οὐ προσέχων &c.] Genus hominis copioſe deſcripſerat *Diodorus* L. XXXI., uti *Photii* excerpta Cod. CCXLIV. p. 1157. oſtendunt. P. Wess.

26. Τοῦτον μὲν οὖν — ἀνεσταύρωσε] Acie victum occubuiſſe ibid. *Photius* ſcribit, ſed male. *Lucian.* Macrob. C. 13. cum Ariarathem vitam in annos LXXXII. prorogaſſe ex *Hieronymo* dixiſſet, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς Περδίκκαν μάχῃ ζωγρηθεὶς ἀνεσκολοπίσθη. Ad quem quoque modum *Arrian.* apud *Phot.* Cod. XCII. pag. 217. Illud vero καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ πάντας ſi diſtrictius accipiatur, verum non erit. Eluſit enim inſidias filius Ariarathes, labentibuſque annis, cum alibi occupati eſſent Macedones, Cappadociam reciperavit. P. Wess.

34. Πεζοὺς μὲν — ἑξακισχιλίους] Vid. ad Cap. 12. ſuperius. P. Wess.

Olymp. CXIV. II. quingentos. Ubi igitur in Theſſaliam venit, primas ultro concedens Antipatro, junctis cum eo caſtris ad Peneum fluvium conſedit. Congregati autem in univerſum fuerant una cum his, qui cum Leonnato advenerant, peditum gravis armaturae ſupra XL. millia, ſagittariorum & funditorum tria millia, & equitum millia V.

17. Graeci per id tempus ex adverſo caſtra habebant, numero longe inferiores hoſtibus. Multi enim ipſorum contemto, propter rem feliciter geſtam, hoſte, in patriam ad reviſendum res ſuas abierant. Quam ob cauſam multos in caſtris habebant relictos, qui ordines non ſervabant. Summa erat XXV. M. peditum, & III. M. equitum cum Iↄ. in quibus propter ſtrenuitatem virorum, & quia campeſtris illis regio ſubjecta, ſpem victoriae repoſitam habebant. Tandem cum eductis quotidie copiis Antipater ad pugnam illos provocaret, quanquam redituros ex urbibus aliquandiu exſpectarant, tamen quod praeſens ita tempus flagitaret, in certamen de ſumma rerum deſcendere coguntur. Inſtructaque acie dum equitum opera bellum decernere properant, illos ante peditum agmen ſtatuunt. Equeſtris itaque pugna conſeritur. In qua cum Theſſali equites virtute ſua praepollerent, Antipater phalangem ſuam inducit, & impreſſione in pedites facta, magnam edit ſtragem. Ideo Graeci, quod molem turbamque hoſtium ingentem ferre non poſſent, continuo ad difficultates locorum, ſervatis tamen accurate ordinibus, ſe recipiunt. Et eminentiora amplexi, cum altiorem haberent ſtationem, Macedones facile propulſant. Interea Graecorum equites, licet acie ſuperiores eſſent, ubi tamen regreſſum ſuorum vident, ſtatim ad illos avehuntur. Et tunc quidem inhibito certamine ita dirimuntur, ut victoria ad Ma-
637. cedones inclinaret. De Graecis plures quingentis: e Macedonibus CXXX. in conflictu occubuere. Poſtridie Menon & Antiphilus Graecorum imperatores aduocato concilio inter ſe conſultarunt, utrum exſpectatis civitatum auxiliis, ſi ſat virorum contraxiſſent, de ſumma rerum decernerent, an praeſenti anguſtiae cedentes, de componendo bello legatos mitterent. Tandem praecones de pace mittendos cenſebant. Quibus decretum exſequentibus,

δ' εἰς τὴν Θετταλίαν, καὶ τῆς προεδρίας παραχωρήσας ἑκουσίως Ἀντιπάτρῳ, κοινῇ μετ' αὐτοῦ κατεστρατοπέδευσε παρὰ τὸν Πηνειὸν ποταμόν. οἱ δὲ πάντες ἠθροίσθησαν σὺν τοῖς μετὰ Λεοννάτου παραγεγενημένοις, πεζοὶ μὲν πλείους τῶν τετρακισμυρίων ἐν τοῖς βαρέσιν ὅπλοις, τοξόται δὲ καὶ σφενδονῆται τρισχί- 600. λιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακισχίλιοι.

Οἱ δὲ Ἕλληνες κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἀντεστρατοπέδευσαν, πολὺ τοῖς πλήθεσι λειπόμενοι. πολλοὶ γὰρ αὐτῶν διὰ τὰς προγεγενημένας εὐημερίας καταφρονοῦντες τῶν πολεμίων, εἰς τὰς πατρίδας ἦσαν ἀπεληλυθότες πρὸς τὴν τῶν ἰδίων [p] ἐπίσκεψιν. δι' ἃς αἰτίας πολλοὶ, τῶν στρατιωτῶν ἀτακτούντων, ὑπολοίπους εἶχον ἐν τῇ παρεμβολῇ, πεζοὺς μὲν δισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ τρισχιλίους καὶ πεντακοσίους, ἐν οἷς μάλιστα εἶχον τὰς τῆς νίκης ἐλπίδας, διά τε τὰς τῶν ἀνδρῶν ἀρετὰς, καὶ διὰ τὸ πεδινὴν ὑποκεῖσθαι χώραν. τέλος δὲ τῶν περὶ Ἀντίπατρον καθ' ἡμέραν προαγόντων τὰς δυνάμεις, καὶ προκαλουμένων εἰς μάχην, τὸ μὲν πρῶτον ἀνέμενον τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων παραγενησομένους· τῶν δὲ καιρῶν κατεπειγόντων, ἠναγκάζοντο συγκαταβαίνειν εἰς τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων κίνδυνον. ἐκτάξαντες δὲ τὴν δύναμιν [q] καὶ σπεύδοντες διὰ τῶν ἱππέων κρῖναι τὸν πόλεμον, τούτους πρὸ τῆς τῶν πεζῶν φάλαγγος ἔστησαν. γενομένης δὲ ἱππομαχίας, καὶ τῶν Θετταλῶν ἱππέων πλεονεκτούντων διὰ τὰς ἀρετὰς, οἱ περὶ τὸν Ἀντίπατρον ἐπήγαγον τὴν ἰδίαν φάλαγγα, καὶ τοῖς [r] πεζοῖς τῶν πολεμίων ἐπιρράξαντες, πολὺν ἐποιοῦντο φόνον. οἱ δ' Ἕλληνες τὸ βάρος καὶ τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων οὐ δυνάμενοι φέρειν, εὐθὺς ἀπεχώρησαν πρὸς τὰς δυσχωρίας, τηροῦντες τὰς τάξεις ἐπιμελῶς. διὸ καὶ δραξάμενοι τόπων ὑπερδεξίων, ῥᾳδίως [s] ἠμύναντο τοὺς Μακεδόνας, ὑπερδέξιον ἔχοντες τὴν στάσιν. οἱ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἱππεῖς ἐπὶ τοῦ προτερήματος ὄντες, ὡς ἔγνωσαν τὴν τῶν πεζῶν ἀποχώρησιν, εὐθὺς πρὸς ἐκείνους ἀφίππευσαν. τότε μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον ἀγωνισάμενοι διελύθησαν, ῥεπούσης τῆς νίκης πρὸς τοὺς Μακεδόνας. ἀπέθανον δ' ἐν τῇ μάχῃ τῶν μὲν Ἑλλήνων πλείους τῶν πεντακοσίων, τῶν δὲ Μακεδόνων ἑκατὸν καὶ τριάκοντα. τῇ δ' ὑστεραίᾳ Μένων μὲν καὶ Ἀντίφιλος οἱ τῶν Ἑλλήνων ἡγεμόνες συνεδρεύσαντες [t] ἐβουλεύσαντο, πότερον ἀναμείναντες τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων συμμάχους, καὶ καταστάντες ἀξιόμαχοι, περὶ τῶν ὅλων [v] διακρίνωνται, ἢ τῷ παρόντι καιρῷ συνείξαντες, πρεσβεύωνται περὶ διαλύσεως. ἔδοξεν οὖν ἀποστέλλειν κήρυκας περὶ τῆς τοῦ πολέμου καταλύσεως. πραξάντων δ' αὐτῶν τὸ δόξαν, ἀπεκρίθησαν οἱ περὶ

[p] Σκέψιν idem. [q] Non habet copulam Baſil. [r] Πεζῶν μὲν Leid. [s] Ἠμύναντο Reg. 1. [t] Ἐβουλεύοντο idem. [v] Διακρίνονται] & ſtatim πρεσβεύωσι] Reg. 1.

50. Δι' ἃς αἰτίας πολλοὶ, τῶν στρατιωτῶν] &c.] Putes abſolute poſitum ac ſi vellet πολλῶν τῶν στρατιωτῶν. quo genere L. XV, 42. κυκλωθέντες οἱ Αἰγύπτιοι, πολλοὶ μὲν ἀπέθανον, οὐκ ὀλίγοι δ' ἐζωγρήθησαν quod eſt κυκλωθέντων τῶν Αἰγυπτίων &c. Vid. Daviſium ad Maxim. Tyrium Diſſ. XXIV. pag. 587. Sed magis placet, ut πολλοὶ deleatur, quippe inprudentius ex praecedentibus hic iteratum. Porro militum multos ordines deſeruiſſe & ἀπειθεῖς πρὸς τοὺς ἄρχοντας ἐπιεικῶς καὶ νέους ὄντας, quae verba Plut. Phoc. p. 753. A., rem Graecorum in pejus ruere coepiſſe, conſtat. P. Wess.

64. Γενομένης δ' ἱππομαχίας &c.] Hac pugna, qua victi abierunt Graeci, gentis libertas exſtincta eſt. Vid. Polyb. L. IX, 23. Decertata fuit ad Theſſaliae Crannonem, propterea ἡ ἐν Κραννῶνι μάχη Plut. ibid. & Pauſaniae L. X, 3., & tali quidem in loco, quem undique aſpreta incingebant. Situm enim oppidum ἐν κοίλῳ καὶ μετεωριζομένῳ χωρίῳ apud Galenum in L. I. Epidemic. p. 350. P. Wess.

78. Πλείους τῶν πεντακοσίων] Vid. Pauſaniam L. VIII, 10., quae enim de Athenienſibus interfectis ibi prodidit, ad hanc cladem potiſſimum pertinent. P. Wess.

1. Μετὰ τῶν ἰδίων στρατηγῶν] Non moveretur huic loco controverſia, niſi membranae intercederent. Μετὰ τῶν ἰδίων στρατιωτῶν ſperni poſſet, at accedente voce ἱκανῶν non item. Elige itaque, utrum velis. Ego in vulgato acquieſcam. P. Wess.

9. Ἦν γὰρ τρὶς ἑαλωκὼς παρανόμων] Si Plut. Phoc. p. 753. audis, Demades ſepties judicio fuerat damnatus, quod contra leges aliquid ſuaſerat: ἑαλώκει γὰρ ἑπτὰ γραφὰς παρανόμων. Sed ille & in quibuſdam aliis a Noſtro diſſentit. Satis erat Athenis, ſi qui ter hoc judicio cauſſa cecidiſſent. Antiphanes in Sappho apud Athen. L. X. p. 451. A.

Πῶς γὰρ γένοιτ' ἄν, ὦ πάτερ ....
Ῥήτωρ ἄφωνος, ἂν μὴ ἁλῷ τρὶς παρανόμων;

Ter proin damnati, ut Demades, concionibus prohibebantur, infamiae inſuper labe adſperſi. Conf. S. Petitum Comment. LL. Attic. Lib. II. Tit. I. p. 184. P. Wess.

19. Τὰς αὐτὰς ἀποκρίσεις πεποιῆσθαι] Leoſthenem pacem roganti Antipatro id reſponſi dediſſe, Plut. Phoc. p. 753. C. itidem teſtatur. P. Wess.

22. Ὁ δὲ φιλανθρώπως αὐτοῖς προσενεχθεὶς &c.] Non ea ſententia Chlaeneae Aetoli apud Polyb. L. IX, 23. ita perorantis: 'Ἀντι-

περὶ τὸν Ἀντίπατρον κατὰ πόλεις πρεσβεύειν. οὐδενὶ γὰρ τρόπῳ κοινὴν σύλλυσιν ποιήσασθαι. τῶν δὲ Ἑλλήνων οὐ προσδεχομένων τὰς κατὰ πόλιν διαλύσεις, οἱ
601. μὲν περὶ τὸν Ἀντίπατρον καὶ Κρατερὸν ἐπολιόρκουν τὰς ἐπὶ Θετταλίας πόλεις, καὶ κατὰ κράτος ᾕρουν, μὴ δυναμένων τῶν Ἑλλήνων βοηθεῖν. διὸ καὶ τῶν πόλεων περιφόβων οὐσῶν, καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστης πρεσβευούσης περὶ διαλύσεως, πάσαις συγχωρῶν τὴν εἰρήνην, ἐπιεικῶς προσεφέρετο. διόπερ ἐμπεσούσης ὁρμῆς εἰς τὰς πόλεις ἰδίᾳ πορίζεσθαι τὴν σωτηρίαν, ταχὺ πᾶσαι τῆς εἰρήνης ἔτυχον. οἱ δ' ἀλλοτριώτατα διακείμενοι πρὸς τοὺς Μακεδόνας Αἰτωλοὶ καὶ Ἀθηναῖοι, συμμάχων ὄντες ἔρημοι, μετὰ τῶν ἰδίων [x] στρατηγῶν ἐβουλεύοντο περὶ τοῦ πολέμου.

Ἀντίπατρος δὲ διὰ ταύτης τῆς στρατηγίας διαλύσας τὸ σύστημα τῶν Ἑλλήνων, [y] ἤγαγε τὴν δύναμιν πᾶσαν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους. ὁ δὲ δῆμος ἐρημωθεὶς τῆς τῶν συμμάχων βοηθείας, ἐν ἀπορίᾳ πολλῇ καθειστήκει· πάντων δὲ καταφερομένων ἐπὶ τὸν Δημάδην, καὶ βοώντων τοῦτον ἐκπέμπειν πρεσβευτὴν πρὸς Ἀντίπατρον ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, οὗτος μὲν καλούμενος σύμβουλος οὐχ ὑπήκουσεν. ἦν γὰρ τρὶς ἡλωκὼς [z] παρανόμων, καὶ διὰ τοῦτο γεγονὼς ἄτιμος, καὶ κωλυόμενος ὑπὸ τῶν νόμων συμβουλεύειν· ἀπολαβὼν δὲ τὴν ἐπιτιμίαν ὑπὸ τοῦ δήμου, παραχρῆμα ἐξεπέμφθη πρεσβευτὴς μετὰ Φωκίωνος καί τινων ἑτέρων. τοῦ δ' Ἀντιπάτρου διακούσαντος τῶν λόγων, καὶ δόντος ἀπόκρισιν ὡς ἄλλως οὐ μὴ συλλύσηται τὸν πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον, ἐὰν μὴ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέψωσιν αὐτῷ· (καὶ γὰρ ἐκείνους συγκλεισάντας εἰς [a] Λαμίαν τὸν Ἀντίπατρον, τὰς αὐτὰς ἀποκρίσεις πεποιῆσθαι, πρεσβεύσαντος αὐτοῦ περὶ τῆς εἰρήνης) ὁ δὲ δῆμος, οὐκ ὢν ἀξιόμαχος, ἠναγκάσθη τὴν ἐπιτροπὴν καὶ τὴν ἐξουσίαν πᾶσαν Ἀντιπάτρῳ δοῦναι περὶ τῆς πόλεως. ὁ δὲ, φιλανθρώπως αὐτοῖς προσενεχθεὶς, συνεχώρησεν ἔχειν τήν τε πόλιν καὶ τὰς κτήσεις καὶ τἆλλα πάντα· τὴν δὲ πολιτείαν μετέστησεν ἐκ τῆς δημοκρατίας, καὶ προσέταξεν [b] ἀπὸ τιμήσεως εἶναι τὸ πολίτευμα, καὶ τοὺς μὲν κεκτημένους πλείω [c] δραχμῶν δισχιλίων, κυρίους εἶναι τοῦ πολιτεύματος καὶ τῆς χειροτονίας· τοὺς δὲ κατωτέρω τῆς τιμήσεως, ἅπαντας ὡς ταραχώδεις ὄντας καὶ πολεμικοὺς ἀπήλασε τῆς πολιτείας, καὶ τοῖς βουλομένοις χώραν ἔδωκεν εἰς κατοίκησιν ἐν τῇ Θρᾴκῃ. οὗτοι μὲν οὖν ὄντες πλείους τῶν δισμυρίων καὶ δισχιλίων μετεστάθησαν ἐκ τῆς πατρίδος· οἱ δὲ τὴν ὡρισμένην τίμησιν ἔχοντες περὶ ἐννακισχιλίους, ἀπεδείχθησαν κύριοι τῆς τε πόλεως καὶ [d] τῆς χώρας, καὶ κατὰ τοὺς Σόλωνος νόμους ἐπολιτεύοντο.
602. πάντες δὲ τὰς οὐσίας [e] εἰάθησαν ἔχειν

Antipater reſpondit, ut per ſuos unaquaeque civitas legatos ageret. Communem enim pacem nullo modo facturum. At cum Graeci transactionem cum ſingulis civitatibus non admitterent: Antipater & Craterus Theſſaliae urbes obſident, perque vim capiunt, quod opitulandi vires Graecis deeſſent. Conſternatae igitur civitates, ſuos quaeque legatos de transactione mittunt. Quibus omnibus aequum & benignum ſeſe praebens pacem concedit. Quare cum ſalutis privatim acquirendae cupido ſingulas inceſſiſſet, omnes pacem conſequuntur. Inimiciſſimi autem nomini Macedonico Aetoli & Athenienſes a ſociis derelicti, cum ducibus ſuis de bello conſultant.

Olymp. CXIV. II.

18. Sed Antipater ſociis Graecorum copiis hac arte diſſolutis, totum exercitus robur in Athenienſes convertit. Tum populus, auxiliis ſociorum deſtitutus, in magna conſilii inopia & trepidatione erat. Omnesque in Demadem propenſi, huic de pace legationem ad Antipatrum committendam, vociferantur. Is ad conſilium vocatus non paret. Ter enim violatarum legum damnatus notatusque ob id infamia, legum interdicto conſiliis intereſſe prohibebatur. Sed famae integritati a populo reſtitutus, extemplo Phocione aliisque ſibi adjunctis, legationem init. Antipater oratione ejus audita, non aliis ſe conditionibus bellum cum Athenienſibus ſoluturum, reſpondit, quam ut ſua omnia poteſtati ipſius permitterent. Nam idem etiam Antipatro Lamiae incluſo, cum legatos de pace mitteret, reſponſum dediſſe Athenienſes. Populus ergo, quod ad repugnandum haud virium ſatis haberet, totam civitatis adminiſtrandae poteſtatem & curam Antipatro tradere coactus eſt. Qui humaniſſimum ſe illis exhibens urbem & opes caeteraque omnia retinenda conceſſit. Rempublicam duntaxat, populo abrogatam, in alium redegit ſtatum, & pro cenſus ratione tractari juſſit, ut qui plus duobus millibus drachmarum poſſiderent, penes hos magiſtratus & ſuffragiorum jus & poteſtas eſſet: Qui vero cenſum hunc non attingerent, omnes, ut turbulentos & bellorum cupidos, a publicorum negociorum tractatione removit, agrumque in Thracia, ſi qui vellent, ad novas ſedes conceſſit. Plures ergo XXII. millibus id genus cives e patria ſunt translati. Caeteris, qui cenſum definitum habebant, IX. millibus circiter, jus urbis & regionis obtinendae traditum eſt. Et hi Solonis deinceps legibus Rempublicam adminiſtrarunt. Cunctisque poſſeſſiones ſuae integrae & intactae per-

x Στρατηλατῶν ἐπιόντων Leid. Reg. 1. prius etiam in Vat. & Steph. margine. y Ἦγε Reg. 1. z Παρὰ νόμων Baſil. παρανομιῶν Leid. Reg. 1. a Λάμιαν Leid. b Ἀπὸ τῆς τιμ. Leid. Reg. 1. c Τῶν διςχ. δραχμῶν iidem. d Deeſt articulus Reg. 2. Baſ. e Ἐάθησαν Leid.

Ἀντίπατρος — κάκιστα μὲν ἐχρήσατο τοῖς τελευταίοις Ἀθηναίοις. ὁμοίως δὲ τοῖς ἄλλοις. οὐ τοῦτο δὲ ὕβρεως ἦλθε καὶ παρανομίας, ὡς φυγαδοθήρας καταστήσας, ἐξέπεμψε πρὸς τὰς πόλεις ἐπὶ τοὺς ἀντειρηκότας, ἢ καθόλου λελυπηκότας τι τὴν Μακεδόνων οἰκίαν &c. Et verum ſi amamus, non ea pax, ſed pactio quaedam ſervitutis fuit. Quod ille vero dicit Antipatrum φυγαδοθήρας elegiſſe, qui profugos e latebris eruerent, infamem iſtum Archiam, domo Thurinum, potiſſimum deſignat, de quo Plut. Demoſthen. p. 859. P. Weſs.

26. Καὶ προσέταξεν ἀπὸ τιμήσεως εἶναι τὸ πολίτευμα] Iterat hoc dictionis genus fine lib. XVIII. καὶ τὸ πολίτευμα διοικεῖσθαι ἀπὸ τιμήσεων. At ſimili in forma reipublicae Strabo L. X. p. 686. A. προέστησαν γὰρ αὐτῆς (Chalcidis) ἀπὸ τιμημάτων ἀριστοκρατικῶς ἄρχοντες & recte; nam ex cenſu cum bonum publicum curatur, valet utique paucorum dominatus. Quare rogatus quid eſſet oligarchia Plato, regerit eleganter, τὴν ἀπὸ τιμημάτων πολιτείαν, ἐν ᾗ οἱ μὲν πλούσιοι ἄρχουσι, πένητι δὲ οὐ μέτεστιν ἀρχῆς de Rep. L. X. p. 550. C., & Ariſtoteles diverſas dominatus paucorum ſpecies explicitururus, quaſdam ἀπὸ μεγάλων τιμημάτων, alias ἀπὸ μικρῶν τιμημάτων, cum pro majore minoreve cenſu ad honores admittuntur cives, commemorat Polit. L. IV, 5. & 9. P. Weſs.

32. Πλείους τῶν δισμυρίων καὶ δισχιλίων] Plutarchus eos qui infra cenſum, ab Antipatro finitum, fuerant, ὑπὲρ μυρίους καὶ δισχιλίους numerat, excluſosque a rei publicae adminiſtratione in Thracia ſedem atque agros accepiſſe refert in Phoc. p. 754. D., & longe quidem rectius: plerumque enim civium Atticorum numerus XX. millia aequabat. Σκοπεῖτε γὰρ, Demoſthenes ait Orat. in Ariſtogiton. 1. p. 489., εἰσὶν ὑμεῖς δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι. Quem catalogum unis millibus ſuperabant paucis ab hinc annis, cum Athenienſium cenſum ageret Demetrius Phalereus. Tum ἐξητάσθησαν Ἀθηναῖοι μὲν δισμύριοι πρὸς τοῖς χιλίοις teſtis eſt Cteſicles in Athen. L. VI. p. 272. C. Redierant nimirum XII. illa civium millia auſpiciis Alexandri Polyſperchontis F., infr. Cap. 66. additaque IX. millibus, quibus reipublicae curam Antipater in manus tradiderat, rotundabant XXI. millia, de quibus Cteſicles ille. Vere ergo expulſorum πλείους erant μυρίων καὶ δισχιλίων, quod & pulcre animadvertit Cl. Bonamicus in Con-

Olymp. cxiv. ii. permanſerunt. Sed tamen praefectum cum praeſidio Menyllum, qui rerum novarum molitionibus obſiſteret, recipere ſunt coacti. Sami vero negocium ad reges cenſebat referendum. Sic Athenienſes praeter ſpem clementer tractati pacem recuperarunt: dumque citra turbas rempublicam deinceps adminiſtrant, agroque ſecure fruuntur, brevi opes majorem in modum ampliarunt. Antipater vero in Macedoniam regreſſus, Craterum, quibus par eſſet, honoribus ac donis ornavit: & Phila filiarum natu maxima in matrimonium collocata, reditum in Aſiam illi communi opera adornavit. 638. Ad eum modum caeteris etiam Graeciae civitatibus comiter acceptis, dum reſpublicas in meliorem formam redigit, & conſtituit, laudes & coronas ubique promeretur. Perdiccas vero Samiis urbem agroſque reſtituit, & tres ultra quadraginta annos extorres in patriam reducit.

19. Nos poſtquam res in bello Lamiaco geſtas percenſuimus, ad bellum in Cyrene motum tranſitum faciemus: ne longe a perpetuo hiſtoriae contextu temporibus evagemur. Verum ut dilucidius res ſingulas explanemus, ſuperiora paulo altius repetenda ſunt. Poſtquam Harpalus ex Aſia transfugiſſet, & cum mercenariis in Cretam tandem eſſet delatus; ut ſuperiori a nobis libro explicatum eſt: Thimbro unus ex amicorum illius numero, ut putabatur, interfecto per dolum Harpalo, tum opibus, tum militibus (ſeptem millia horum erant) potitus eſt. Sic & claſſem pariter obtinuit, & collocatis in eam militibus, in Cyrenaeorum ditionem tranſmiſit: ubi adſcitos ſibi Cyrenaeos exſules, inſtituti ſui duces, propter locorum peritiam, habuit. Illi cum Cyrenaei occurriſſent, inito conflictu Thimbro victor evadit, multoſque occidit, nec paucos capit. Inde redacto in poteſtatem ſuam portu, expugnatos & perterritos Cyrenaeos ad pacificationem adegit hac lege, ut quingenta talenta argenti perſolverent, dimidiamque curruum partem, ad expeditiones inſtructam, praeberent; Per legatos etiam ab aliis urbibus, ut ſocietatem inirent ſecum, contendit, finitimam ſubjugare Africam prae ſe ferens. Quin & relictas in portu mercatorum opes invaſit, & diripiendas militibus, ut ad

ἀναφαιρέτους. Φρούραρχον δὲ Μένυλλον καὶ φρουρὰν ἠναγκάσθησαν δέξασθαι, τὴν οὐκ ἐπιτρέψουσαν οὐδὲν νεωτερίζειν. περὶ δὲ τῆς Σάμου τὴν ἀναφορὰν ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς ἐποιήσατο. Ἀθηναῖοι μὲν οὖν παρ' ἐλπίδα φιλανθρωπευθέντες, ἔτυχον τῆς εἰρήνης, καὶ τὸ λοιπὸν ἀταράχως πολιτευόμενοι, καὶ τὴν χώραν ἀδεῶς καρπούμενοι, ταχὺ ταῖς οὐσίαις προσανέδραμον. ὁ δ' Ἀντίπατρος ἐπανελθὼν εἰς τὴν Μακεδονίαν, τὸν μὲν Κρατερὸν ταῖς ἁρμοζούσαις τιμαῖς τε καὶ δωρεαῖς ἐκόσμησε, καὶ τῶν θυγατέρων μίαν συνοικίσας αὐτῷ τὴν πρεσβυτάτην Φίλαν, τὴν εἰς τὴν Ἀσίαν ἐπάνοδον συγκατεσκεύασεν. ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις Ἑλληνίσι πόλεσιν ἐπιεικῶς προσενεχθεὶς, καὶ τὰ πολιτεύματα συναγαγὼν καλῶς, καὶ καταστήσας, ἐπαίνων καὶ στεφάνων ἔτυχεν. ὁ δὲ Περδίκκας ἀποκαταστήσας τοῖς Σαμίοις τήν τε πόλιν καὶ χώραν, κατήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὴν πατρίδα πεφευγότας ἔτη τρισὶ [f] πλείω τῶν τεσσαράκοντα.

28. Hujuſmodi apparatum currus habebat. Qui aſpectu quam deſcriptione magnificentior, celebritate ubique pervulgata multos attrahebat ſpectatores. Nam populus ex urbibus, ad quas identidem perventum eſſet, catervatim occurrit, & rurſum funus deducens ſpectandi voluptate exſaturari non potuit. Utque conſentaneum erat tantae magnificentiae, ingens opificum & aliorum, qui vias aperirent, & pompam deducerent, multitudo comitabatur. Atque ſic Arrhidaeus biennio in operis ſtructura conſumto, corpus regis e Babylone in Aegyptum deportavit; Ubi Ptolemaeus in honorem regis, cum exercitu ad Syriam uſque obviam proceſſit, & acceptum corpus maxima cura proſecutus eſt. Illud enim in praeſenti ad Hammonem non tranſvehere, ſed in condita ab illo urbe, omnium fere per totum orbem clariſſima, deponere ſecum conſtituerat. Quapropter delubrum, cum magnitudine, tum ſtructura, majeſtate & gloria Alexandri dignum, illi fecit: in quo exſequiarum juſtis & ſacrificiis heroicis, ludisque magnificentiſſimis ſepultum veneratus, non ab hominibus tantum, ſed Diis etiam remunerationem praeclaram accepit. Homines enim liberalitate

y Ἐλαίας idem. Mox εὐμεγέθη omittit Reg. 1. z Σὺν ὀδὰξ Leid. a Χλιδῶνας ora Steph. Reg. 1. Leid. b Ἐπαγγελίας Reg. 1. c Γίνοιτο Reg. 1. Leid. In Baſil. & Steph. marg. ἐγίνοντο, in Ed. γίνονται. d Ἐμπιπλάμενοι Reg. 1. e Καταναλώσας Reg. 1. Leid. f Σχεδὸν τῆς Reg. 1., citra cauſſam. g Κατεσκεύασεν Reg. 1. & Leid. h Σκευὴν Baſil. cum Steph. ora.

ſicarum rotarum fuerit forma, non temere dixerim, neque adeo auſim αἱ μὲν κλῆμαι ſubſtituere, quod alioqui opportunum foret. P. Wess.

2. Σιβύνην ὀδὰξ κατεχούσας] Hanc ſcripturam omnes membranae ratam habent: citat tamen *Stephan.* Theſ. T. III. p. 1147. σιβύνην, quod & ego mallem; ſic iterum L. XX, 33. καὶ παρά τινος τῶν ὑπασπιστῶν ἁρπάσας σιβύνην. *Heſychius* Σιβύνη, ὅπλον δόρατι παραπλήσιον, *Gloſſae* Σιβύνη. *Venabulum.* quod ut in Ζιγύνην mutaret *Jo. Vitius* ad *Gratii* Cyneget. v. 111., nihil neceſſe erat: Eaedem Ζιβύνη, *venabulum*, & Σιβύνη, *venabulum*: quorum prius ex prava pronuntiatione originem accepit, ſicuti & *Heſychii* Ζιβύνη (lege Ζιβύνη) ὁλοσίδηρος ἀκόντιον. Variatum enim fuit in prima vocis litera. Interpretes Alexandrini *Eſaj.* Cap. II, 4. καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα καὶ τὰς ΖΙΒΥΝΑΣ αὐτῶν εἰς δρέπανα. i. e. *Tertulliano* vertente princip. L. IV. adv. Marcion. *Conciderint machaeras ſuas in aratra & SIBYNAS, quod genus venabulorum eſt, in falces.* Quae doctiſſimi ejus viri ſi *Vitius* in numerato habuiſſet, non, puto, urſiſſet diſcrimen, quod inter σιγύνην & σιβύνην reperiſſe ſibi viſus eſt. Nam quae in prima eadem in tertia litera ſcribendi diſcrepantia animadvertitur. Σιγύνη, σίγυνον, σίγυμνον idem haſtilis ſeu venabuli genus dixerunt. Conf. viros doctos ad *Pollucem* L. X, 144. P. Wess.

13. Χλιδῶνας λιθοκολλήτους] Ne muta. *Theodoretus* & *Procopius* ad 2. *Samuel.* I, 10. χλιδὼν κόσμος ἐστὶ χρυσοῦς ὁ τοῖς βραχίοσι περιτιθέμενος, ἢ τοῖς καρποῖς τῶν χειρῶν. *Heſychius* paria, inſuper addens καὶ περὶ τοῖς τραχήλοις. Cui hic locus adſtipulatur. Χλιδῶνες ἀμφὶ βραχίοσιν ſunt apud *Athen.* L. XII. p. 525. E. & in *Siracide* C. XXI, 21. atque *Eſaj.* Cap. 3, 20. P. Wess.

18. Καθ' ἃς ἀεὶ γίνοιτο] Hoc fide membranarum recepi: currum ſpectat unice, qui Babylone per Syriam Damaſcenam, etſi quidam progreſſum impedire conarentur, ab Arrhidaeo Aegyptum verſus deductus eſt, *Arrian.* apud *Phot.* pag. 220. Habet *Aelian.* etiam, quae huc pertinent, L. XII, 64. ſed fabulam adſpergens de imagine Alexandri, quam vide. P. Wess.

32. Κατεσκεύασεν οὖν τέμενος &c.] Locus erat urbe media, regum ſepulturae deſtinatus, quem Σῆμα vocabant, de quo *Caſaubon.* in *Sueton.* Auguſt. C. 18. Vide vero quam in omnia alia abeat *Pauſan.* L. I, 6. Dicit Macedonas Alexandri corpus *Aegas* in Macedoniam deportare conſtituiſſe, Ptolemaeum, poſtquam ab illis id impetraſſet, Memphim delatum ritu Macedonum contumulaſſe: inde vero labentibus annis Ptolemaei filium, Philadelphum Alexandriam aſportaſſe. Quae unde acceperit, ignoro. P. Wess.

37. Διὰ τὸ τῆς ψυχῆς εὐχάριστον] Opportune his uſus eſt doctiſſimus *J. C. Schwarzius* Diſſert. de Soloeciſmis Diſcip. Jeſu Anti-

Olymp. CXIV. III. tate ac animi magnitudine Ptolemaei invitati, undique Alexandriam confluebant, magnaque animorum alacritate nomina ſua ad militiam (cum tamen regius Ptolemaeo exercitus bellum inferret) profitebantur. Et licet magna jam pericula manifeſte imminerent: ſuo tamen diſcrimine omnes efficiebant promte, ut ſalus ejus integra maneret. Dii vero, propter virtutem & aequitatem erga omnes, maximis ereptum periculis conſervarunt.

29. Perdiccas enim, cui incrementa viri jampridem ſuſpecta fuerant, ipſe quidem reges ſecum ducens, cum exercitus robore in Aegyptum expeditionem inſtituit. Eumenem vero ad Helleſpontum, ut trajectu in Aſiam prohiberet Antipatrum & Craterum, cum idoneam ei manum tribuiſſet, ire juſſerat; ex praeſtantiſſimorum ducum numero miſſi una, qui ſufficerent. Inter quos illuſtriſſimi erant Alcetas frater & Neoptolemus. His vero ut ad omnia parerent Eumeni, propter imperandi ſolertiam, & conſtantiam fidei perſpectam, mandaverat. Eumenes igitur cum traditis ſibi copiis ad Helleſpontum profectus, equitumque manu ex provincia ſua jam ante comparata, defectum hac parte agmen exornavit. Poſteaquam vero Antipater & Craterus ſuos ex Europa tranſmiſerant, Neoptolemus invidia adverſus Eumenem ſtimulatus, quandoquidem ſat magnas ex Macedonibus copias penes ſe habebat, clam ſubornatis ad Antipatrum legatis, ſocietatem cum illo pactus, inſidias Eumeni ſtruit, ſed fraude detecta, ad manus conferendum adactus, & copias fere omnes amiſit, & parum abfuit, quin ipſe etiam interiiſſet. Eumenes enim praelio victor, magna ſtrage facta, reliquam multitudinem ſibi adjunxit: ſuaſque copias non ſolum victoria hac adauxit, verum magno quoque bonorum ex Macedonibus virorum numero confirmavit. Neoptolemus ergo cum trecentis equitibus ex acie elapſus, hoc comitatu ad Antipatrum ſeſe contulit. Hi ergo conſultatione de bello inſtituta, decernunt, in duas partes exercitum dividendum eſſe: ita ut cum una Antipater in Ciliciam progreſſus, cum Perdicca bello decertaret: Cum altera Craterus
644. Eumenem invaderet, eoque debellato, ad Antipatrum rediret: Quo copiis in unum congregatis, aſſumtoque in ſocietatem Ptolemaeo, regia ſibi agmina ſubjicerent.

30. Eumenes hoſtium adventu cognito, militem undique cogit, inprimis equitatum. Quod enim peditatu Macedonicam aequiparare phalangem nequiret, ex equitibus non exiguum ſibi agmen conſtituit, quorum opera ſe hoſtibus ſuperiorem futurum, ſperabat. Iamque acies imminebat, cum

τῆς εὐχάριστον καὶ μεγαλόψυχον, συνέτρεχον [i] πάντοθεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, καὶ προθύμως ἑαυτοὺς εἰς τὴν στρατείαν παρείχοντο, καίπερ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως μελλούσης πολεμεῖν πρὸς Πτολεμαῖον καὶ κινδύνων προδήλων καὶ μεγάλων ὄντων, ὅμως ἅπαντες τὴν τούτου σωτηρίαν τοῖς ἰδίοις κινδύνοις ἐκουσίως περιεποιήσαντο. οἱ δὲ θεοὶ, διὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν εἰς πάντας τοὺς φίλους ἐπιείκειαν, ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων παραδόξως αὐτὸν διέσωσαν.

Περδίκκας γὰρ, ὑφορώμενος αὐτοῦ τὴν αὔξησιν, αὐτὸς μὲν ἔκρινε μετὰ τῶν βασιλέων τῷ πλείστῳ μέρει τῆς δυνάμεως στρατεύειν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον· Εὐμένη δ' ἐξέπεμψεν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, κωλύσοντα τοὺς περὶ τὸν Ἀντίπατρον καὶ Κρατερὸν διαβαίνειν εἰς τὴν Ἀσίαν, δοὺς αὐτῷ τὴν ἁρμόζουσαν δύναμιν. συνεξέπεμψε δὲ καὶ τῶν ἀξιολόγων ἡγεμόνων τοὺς ἱκανοὺς, ὧν ἦσαν ἐπιφανέστατοι Ἀλκέτας ὁ ἀδελφὸς καὶ Νεοπτόλεμος, καὶ τούτοις παρεκελεύσατο πάντα πειθαρχεῖν Εὐμένει, διά τε τὴν στρατηγίαν αὐτοῦ, καὶ διὰ τὴν τῆς πίστεως βεβαιότητα. ὁ δ' Εὐμένης μετὰ τῆς δοθείσης δυνάμεως παρελθὼν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ προκατασκευασάμενος ἐκ τῆς ἰδίας σατραπείας 611. ἱππέων πλῆθος, ἐκόσμησε τὴν [k] στρατιὰν ἐλλιπῆ καθεστῶσαν κατὰ τοῦτο τὸ μέρος. τῶν δὲ περὶ Κρατερὸν καὶ Ἀντίπατρον περαιωσάντων τὰς δυνάμεις ἐκ τῆς Εὐρώπης, ὁ μὲν Νεοπτόλεμος φθονήσας [l] τῷ Εὐμένει, καὶ περὶ αὐτὸν ἔχων Μακεδονικὴν δύναμιν ἀξιόλογον, λάθρα διεπρεσβεύσατο πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἀντίπατρον, καὶ συνθέμενος κοινοπραγίαν, ἐπεβούλευσε τῷ Εὐμένει. καταφανὴς δὲ γενόμενος, καὶ συναναγκασθεὶς μάχην συνάψαι, αὐτός τε ἐκινδύνευσεν ἀναιρεθῆναι, καὶ τὴν δύναμιν σχεδὸν ἅπασαν ἀπέβαλεν. ὁ γὰρ Εὐμένης νικήσας, καὶ πολλοὺς ἀνελὼν, τὸ λοιπὸν [m] τι πλῆθος τῶν στρατιωτῶν προσηγάγετο, καὶ τὴν δύναμιν τὴν ἰδίαν οὐ μόνον διὰ τῆς νίκης ἐπηύξησεν, ἀλλὰ [n] καὶ προσλαβόμενος Μακεδόνων ἀγαθῶν ἀνδρῶν πλῆθος. Νεοπτόλεμος μὲν οὖν μετὰ τριακοσίων ἱππέων διασωθεὶς ἐκ τῆς παρατάξεως, ἀφίππευσε μετὰ τούτων πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἀντίπατρον. οὗτοι δὲ συνεδρεύσαντες περὶ τοῦ πολέμου, διέγνωσαν τὰς δυνάμεις εἰς δύο μέρη διελεῖν, καὶ τὸ μὲν ἕτερον Ἀντίπατρον ἀναλαβόντα προάγειν ἐπὶ Κιλικίας, διαπολεμήσοντα πρὸς Περδίκκαν· τὸ δὲ ἄλλο [o] μέρος ἔχοντα Κρατερὸν ἐπιβαλεῖν τοῖς περὶ τὸν Εὐμένη, καὶ τούτους καταπολεμήσαντα καταντᾶν πρὸς Ἀντίπατρον· ὅπως εἰς ταυτὸ συναχθεισῶν τῶν δυνάμεων, καὶ τοῦ Πτολεμαίου προσληφθέντος εἰς τὴν συμμαχίαν, δυνατοὶ γίνονται περιγενέσθαι τῶν βασιλικῶν δυνάμεων.

Εὐμένης δὲ, πυνθανόμενος προάγειν ἐπ' αὐτὸν τοὺς πολεμίους, ἤθροισε πανταχόθεν τὰς δυνάμεις, καὶ μάλιστα τὴν ἱππικήν. τοῖς γὰρ πεζοῖς οὐ δυνάμενος ἐξισωθῆναι τῇ Μακεδονικῇ φάλαγγι, κατεσκεύαζεν ἀξιόλογον σύστημα τῶν ἱππέων, δι' ὧν ἤλπιζε κρατήσειν τῶν ἐναντίων. ὡς δ' ἤγγισαν ἀλλήλαις

[i] Πανταχόθεν *Leid.* Mox προθύμως & παρέχοντο *Reg.* 1. [k] Στρατείαν ἐλλιπῆ *Baſil.* [l] Τὸν Εὐμένη *Reg.* 1. [m] Non eſt particula in *Reg.* 1. *Leid.* [n] Προσλαβ. καὶ *iidem*, non abſurde. [o] Aſteriſcum, defectus notam, adpoſuit *Steph.*, poteſtque ſine jactura in exilium ire.

Antiquat. pag. 67., ut Paullinum ex Epiſt. ad *Coloſſ.* III, 15. καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε vertendum eſſe doceret, *& benefici eſtote.* Idem enim φιλάνθρωπος καὶ εὐχάριστος ex *Pollucis* decreto L. V, 140. Imp. Auguſtus apud *Joſephum*, non neglectus ab eodem *Schwarzio*, Ant. Jud. L. XVI, 6, 2. ἐπειδὴ τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων εὐχάριστον εὑρέθη —— πρὸς τὸν δῆμον τῶν Ῥωμαίων. Nollem huc trahi γυναῖκα εὐχάριστον ex Alexandrina Proverb. *Salomon.* C. XI, 16. verſione: neque enim benefica ſed venuſta & gratioſa, אשת חן, deſcribitur; unde ſuſpiceris, εὐχάριτος olim fuiſſe, idque ob rariorem uſum mutatum. Invenies in *Appiani* L. II. Bell. Civil. p. 731. Curionem ἐς τὸν δῆμον εὐχαριστότατον, & *Aeliani* de Animal. L. I, 59. οὐδὲ τῶν μελιττῶν εὐχαριστότερον, quae uſum ejus vocis adfirmant. P. Wess.

67. Καὶ συναναγκασθεὶς μάχην συνάψαι] Conf. *Plut.* Eumen. p. 585. F. & *Arrianum* apud *Phot.* p. 220. P. Wess.

89. Καὶ μάλιστα τὴν ἱππικὴν &c.] Factum prudent. Reliquas copias neque magnas neque firmas habebat Eumenes, quod inexercitatae & non multo ante erant contractae. Addidit aliud, non minus conſultum. Intelligebat, ſi copiae ſuae cognoſſent, adverſus quos pergerent, non modo non ituras, ſed ſimul cum nuntio dilapſuras. Quare diſſimulato Crateri, quem Macedones mirifice aeſtimabant, adventu, deviis itineribus mili-

λαις αἱ δυνάμεις, ὁ μὲν Κράτερος συναγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν τὸ πλῆθος, [p] καὶ παρορμήσας εἰς τὸν ἀγῶνα τοῖς οἰκείοις λόγοις, ἔφησε δώσειν τοῖς στρατιώταις, ἐὰν κρατήσωσι [q] τὴν μάχην, διαρπάσαι τῶν πολεμίων πάσας τὰς ἀποσκευάς. πάντων δὲ προθύμων γενομένων, ἔταξε τὴν δύναμιν, τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρατος αὐτὸς ἡγούμενος, τοῦ δ' εὐωνύμου τὴν ἡγεμονίαν παραδοὺς Νεοπτολέμῳ. εἶχε δὲ τοὺς σύμπαντας πεζοὺς μὲν δισμυρίους, ὧν ἦσαν οἱ πλείους Μακεδόνες, [r] διαβεβοημένοι ταῖς ἀνδραγαθίαις, ἐν οἷς εἶχε μάλιστα τὰς ἐλπίδας τῆς νίκης· ἱππεῖς δὲ συνηκολούθουν πλείους τῶν δισχιλίων. Εὐμένης δ' εἶχε πεζοὺς μὲν δισμυρίους παντοδαποὺς τοῖς γένεσιν, ἱπ-
612. πεῖς δὲ πεντακισχιλίους, δι' ὧν τὸν κίνδυνον κρίνειν διεγνώκει. ἀμφοτέρων δὲ τοὺς ἱππεῖς ἐλομένων ἐπὶ τὰ κέρατα, καὶ πολὺ πρὸ τῆς φάλαγγος προϊππευσάντων, ὁ μὲν Κράτερος πρῶτος μετὰ τῶν ἐπιλέκτων ἐπιρράξας τοῖς πολεμίοις, ἠγωνίσατο μὲν περιβλέπτως, σφαλέντος δὲ τοῦ ἵππου, ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν· διὰ δὲ τὸν φυρμὸν καὶ τὴν πυκνότητα τῶν ἀφιππευόντων ἀγνοηθεὶς ὃς ἦν, συνεπατήθη, καὶ τὸν βίον ἀλόγως κατέστρεψε. τῇ δὲ τούτου τελευτῇ τῶν πολεμίων ἐπαρθέντων, καὶ τῷ πλήθει πανταχόθεν περιχεομένων, πολὺς [s] ἐγίνετο φόνος· καὶ τὸ μὲν δεξιὸν κέρας τοῦτον τὸν τρόπον θλιβόμενον ἠναγκάσθη, [t] κατὰ κράτος ἡττημένον, καταφυγεῖν πρὸς τὴν τῶν πεζῶν φάλαγγα.

Κατὰ δὲ τὸ εὐώνυμον, Νεοπτολέμου κατ' αὐτὸν τὸν Εὐμένη τεταγμένου, συνέστη φιλοτιμία μεγάλη τῶν ἡγεμόνων ἐπ' ἀλλήλους ὁρμησάντων. γνωρισθέντες γὰρ ἀπό τε τῶν ἵππων καὶ τῶν ἄλλων ἐπισήμων, συνεπλάκησαν ἀλλήλοις, καὶ τῇ καθ' αὑτοὺς μονομαχίᾳ τὴν νίκην ἐποίησαν ἀκολουθῆσαι. τὸ μὲν οὖν πρῶτον τοῖς ξίφεσιν ἀλλήλων καθικόμενοι, παράδοξον καὶ παντελῶς ἐξηλλαγμένην μονομαχίαν συνεστήσαντο. ἐκφερόμενοι γὰρ τῷ θυμῷ καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους δυσμενείᾳ, ταῖς ἀριστεραῖς χερσὶν ἀφέντες τὰς ἡνίας, ἀλλήλων ἐδράξαντο. οὗ συμβάντος, οἱ μὲν ἵπποι κατὰ τὴν ὁρμὴν ἐξέδραμον, αὐτοὶ δ' ἔπεσον ἐπὶ τὴν γῆν. τῆς δ' ἐπαναστάσεως διὰ τὴν ὀξύτητα καὶ βίαν τοῦ πτώματος χαλεπῶς γινομένης ἀμφοτέροις, ἅτε καὶ τῶν ὅπλων ἐμποδιζόντων τὰ σώματα, ὁ μὲν Εὐμένης ἔφθασε, πρότερος διαναστάς, τοῦ Νεοπτολέμου τὴν ἰγνύαν [v] πατάξας. μεγάλης δὲ γενομένης διαιρέσεως καὶ σφαλείσης τῆς βάσεως, ὁ μὲν πληγεὶς παραλελυμένος ἔκειτο, [x] κωλυόμενος ὑπὸ τοῦ τραύματος διαναστῆναι· ὅμως δὲ [y] τῆς εὐψυχίας ὑπεραγούσης τὴν τοῦ σώματος ἐλάττωσιν, ἐν γόνασι βεβηκώς, ἔτρωσε τὸν ἀντίπαλον εἴς τε τὸν βραχίονα καὶ τοὺς μηροὺς τρισὶ πληγαῖς. οὐδεμιᾶς δ' οὔσης πληγῆς καιρίας, καὶ τῶν τραυμάτων ἔτι θερμῶν ὄντων, ὁ Εὐμένης δευτέραν πληγὴν ἐπὶ τὸν τράχηλον ἐπενέγκας, ἀπέκτεινε τὸν Νεοπτόλεμον.

Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, καὶ τὸ λοιπὸν

Craterus multitudine ad concionem advocata, ut commodis ad conflictum verbis milites animaret, omnia ſe hoſtium impedimenta, ſi hac pugna vincerent, in praedam illis conceſſurum, pollicetur. Alacritate igitur omnibus injecta, aciem inſtruit. Dextrum cornu adminiſtrat ipſe, ſiniſtro Neoptolemum praeficit. Habebat autem in univerſum xx. millia peditum, majore parte Macedones, celebratae ſtrenuitatis viros, in quibus ſpem victoria collocaverat. Quos duo equitum millia & amplius comitabantur. Eumenes etiam xx. peditum millia ex diverſis nationibus ducebat, & v. millia equitum, quorum virtute certaminis periculum diſcernere conſtituerat. Utrobique in cornua diſtributi equites longe Phalangem anteibant. Tum Craterus cum turma delectorum in hoſtes impreſſione facta, inſigniter quidem decertat: ſed equo ceſpitante ad terram excutitur: ubi in confuſo denſoque equitum globo non agnitus proculcatur: & ignobili vitam exitu finit. Cujus interitu hoſtes elati, circumfuſa undique ſuorum multitudine, magnam edunt ſtragem: dextrumque cornu hoc modo in anguſtias redactum, & tandem omnino profligatum, ad pedeſtre agmen refugere cogitur.

Olymp. CXIV. III.

31. In ſiniſtro autem, quod Neoptolemus Eumeni oppoſitus eſſet, congreſſis inter ſe acriter ducibus, ingens oritur contentio. Ex equis enim aliiſque inſignibus agniti, cominus inter ſe confligunt, & ſingulare hoc certamen ut victoria ſubſequatur, efficiunt. Poſtquam enim gladiis inter ſe dimicaſſent, mox admirabili inſolentique pugnae genere commiſſi, dum ira ſimul & odio mutuo concitantur, dimiſſis e ſiniſtra manu habenis, alter alterum corripit: Quo facto libero impetu equi ſub illis excurrunt, ipſique ad terram prolabuntur. Et quamvis tam duro violentoque caſu afflictis difficile eſſet ſurgere utrique, quippe dum armis etiam corpora impediuntur: Eumenes tamen prior aſſurgens poplitem Neoptolemi ferire occupat. Et quia magna erat divulſio, greſſumque labefactans, enervatus ille jacet: & in pedes ſe erigere vulneris gravitate impeditur. Animi tamen firmitate corporis imbecillitatem ſuperante, in genua connixus adverſarii brachium & femur tribus ictibus ſauciat. Quorum cum nullus eſſet lethalis, vulneribus adhuc calidis, Eumenes, ſecundo ictu collum impetens, Neoptolemum obtruncat.

32. Interea dum haec geruntur, caetera equitum

p Καὶ παρορμ. Reg. 1., unde copulam, quae aberat, revocavi. q Τῇ μάχῃ Reg. 2. Vat. r Διαβεβοημένοι ora Steph. s Ἐγίνετο Reg. 1. Leid. Omnes περιχεομ. t Tria haec in Reg. 2. Baſil. ponuntur poſt φάλαγγα. v Παίσας Reg. 2. oraque Steph. x Κωλυόμενος om. τοῦ Leid. y Τῆς ψυχῆς idem, prave.

milites circum duxit, in quibus vera audire non poſſent, & prius in aciem eduxit praeliumque commiſit, quam ſcirent, cum quibus arma conferrent, teſtibus *Corn. Nep.* Eumen. C. 3. & *Plut.* ibid. ac T. II. pag. 506. D. P. Wess.

96. Ἐὰν κρατήσωσι τὴν μάχην] Si τῇ μάχῃ potius cenſueris, utere verbis ſimilibus L. XIX, 43. Ego in vulgato acquieſco. P. Wess.

7. Τοὺς ἱππεῖς ἐλομένων &c.] Poſitum eſt loco διελομένων, ut alias ſolet. Infra L. XIX, 40. Ἀντίγονος μὲν ἂν τοὺς ἱππεῖς ἐπὶ τὰ κέρατα διελόμενος &c. P. Wess.

12. Καὶ πυκνότητα τῶν ἀφιππευόντων] Videtur rectius ἀφιππευσάντων, neque enim ſui equites eum ignorabant, ſed, qui citato curſu invadebant, hoſtes. De exitu, quem Craterus fecit, paullo diverſa prodiderunt *Corn. Nep.* Eumen. C. 4. & *Plut.* Eumen. p. 587. A. P. Wess.

15. Καὶ τῷ πλήθει —— περιχεομένων] Unius literae tranſpoſitione frequens in his libris vitium correxi. Vid. ad L. XIII, 51. XVI, 80. P. Wess.

35. Ὁ μὲν Εὐμένης ἔφθασε —— τὴν ἰγνύαν πατάξας] Hoc relinquendum duxi. *Plut.* Eum. pag. 587. C. Ὁ μὲν Εὐμένης τοῦ Νεοπτολέμου προεξαναστάμενος τὴν ἰγνύαν ὑπέκοψεν, αὐτὸς εἰς ὀρθὸν φθάσας καταστάς. P. Wess.

41. Ἐν γόνασι βεβηκώς] Vid. *T. Hemſterhuſium* ad *Luciani* D. Deor. XXV, 1. & *H. Valeſ.* in *Euſebii* L. X. H. Eccleſ. pag. 192. P. Wess.

Olymp. CXIV. III.

tum multitudo conſerta pugna magnam utrinque ſtragem facit. Ideo dum alii cadunt, alii vulnerantur, anceps initio diſcrimen erat. At ſimulac Neoptolemum cecidiſſe, & utrumque cornu in fugam actum eſſe percrebuit, omnes fugam intendere, & ad phalangem peditum, tanquam ad praevalidum 645. quendam murum, ſe receperunt. Eumenes vero contentus hac victoria, & quod utriuſque Ducis corpore eſſet potitus, tuba milites revocavit. Tum excitato tropaeo, & funeratis qui in acie ceciderant, per legationem profligatorum agmen exhortatus eſt, ut ſuis ſe copiis aggregarent, & quicunque vellent, diſcedendi copiam ſingulis fecit. Hanc pacificationis legem cum Macedones accepiſſent, data per jusjurandum fide, poteſtatem in pagis quibusdam vicinis frumentandi accipiunt: Sed Eumenem fraude circumvenerunt. Reſumtis enim viribus, comparatiſque alimentis, noctu inde digreſſi furtim ad Antipatrum ſe contulere. Eumenes ſane perfidam jurisjurandi transgreſſionem ulciſci, & e veſtigio phalangem perſequi conabatur. Sed quod propter abeuntium ſtrenuitatem, & a vulneribus obortam aegritudinem, nihil efficere poſſet, ab inſecutione deſiſtendum judicavit. Quod itaque inſigni praelio victor duos magnae auctoritatis ductores intereміſſet, gloriam magnam conſequutus fuit.

33. Antipater vero, exceptis qui ex fuga incolumes ſuperfuerant, & recreatis, Ptolemaeo ſuccurrere properans, in Ciliciam tendebat. Tum Perdiccas victoria Eumenis audita multo confidentior ad expeditionem in Aegyptum perſequendam evaſit. Cum Nilo igitur approximaſſet, non procul ab urbe Peluſio caſtra ponit: dumque foſſam quandam antiquam repurgare inſtituit, & Nilus ſupra modum effuſus labefactat opera, multi amicorum caſtris ejus deſertis, ad Ptolemaeum tranſeunt. Ad caedes enim propenſus erat, & remotis ab imperio caeteris ducibus hoc unice agebat, ut ſolus per vim regnum teneret. At contra Ptolemaeus beneficus erat, & aequus, & ſententiae dicendae libertatem Ducibus relinquebat integram. Ad haec loca Aegypti maxime opportuna validis praeſidiis, & omni telorum genere, caeteriſque omnibus probe adornatis, occuparat. Hinc factum, ut quod aggrederetur, plerumque ſucceſſum haberet: dum multi, benevolentia virum proſequuti, alacriter periculis ſe pro ipſo offerrent. At Perdiccas, ut damna reſarciret, ductores convocabat, alioſque donis, alios promiſſis magnificis, omnes denique colloquiis humanis, ſibi conciliatis, adverſus pericula ingruentia animabat. Cumque edixiſſet, ut ad profectionem parati forent, cum exercitu ſub veſperam inde movit: nemini indicato loco, quo ducere conſtituiſ-

πλῆθος τῶν ἱππέων συμπεσὸν εἰς μάχην πολὺν ἐποίει φόνον. διὸ καὶ τῶν μὲν πιπτόντων, τῶν δὲ τραυματιζομένων, τὸ μὲν πρῶτον ἰσόῤῥοπος ἦν ὁ κίνδυνος· μετὰ ταῦτα δὲ [z] Φανερᾶς γενομένης τῆς τοῦ Νεοπτολέμου τελευτῆς, καὶ τῆς ἐπὶ θατέρου κέρατος τροπῆς, ἅπαντες πρὸς φυγὴν ὥρμησαν, καὶ καθάπερ πρὸς τεῖχος ὀχυρὸν, τὴν τῶν πεζῶν φάλαγγα 613. κατέφυγον. ὁ δ' Εὐμένης ἀρκεσθεὶς τῷ προτερήματι, καὶ τῶν στρατηγικῶν σωμάτων ἀμφοτέρων κυριεύσας, ἀνεκαλέσατο τῇ σάλπιγγι τοὺς στρατιώτας. στήσας δὲ τρόπαιον, καὶ τοὺς νεκροὺς θάψας, διεπέμψατο πρὸς τὴν τῶν ἡττημένων φάλαγγα, παρακαλῶν ἑαυτῷ προσθέσθαι, καὶ διδοὺς ἐξουσίαν ἑκάστοις ὅσοι βούλονται τὴν ἀποχώρησιν ποιήσασθαι. δεξαμένων δὲ τὰς διαλύσεις τῶν Μακεδόνων, καὶ δόντων τὰς διὰ τῶν ὅρκων πίστεις, ἔλαβον ἐξουσίαν ἔν τισι κώμαις πλησίον κειμέναις ἐπισιτίσασθαι, καὶ παρεκρούσαντο τὸν Εὐμένη. ἀναλαβόντες γὰρ ἑαυτοὺς, καὶ τὰς τροφὰς παρασκευασάμενοι, νυκτὸς ἀπηλλάγησαν, καὶ λαθραίως [a] ἀπεχώρει πρὸς τὸν Ἀντίπατρον. ὁ δὲ Εὐμένης ἐπεβάλετο μὲν κολάσαι τὴν ἀθεσίαν τῶν παραβεβηκότων τοὺς ὅρκους, καὶ διώκειν [b] ἐκ ποδὸς τὴν φάλαγγα· οὐδὲν δὲ δυνάμενος πρᾶξαι, διά τε τὰς ἀρετὰς τῶν ἀποχωρούντων, καὶ διὰ τὴν ἐκ τῶν τραυμάτων ἐλάττωσιν, ἀπέγνω τὸν διωγμόν. οὗτος μὲν οὖν ἐπιφανεῖ μάχῃ νικήσας, καὶ δύο μεγάλους ἡγεμόνας ἀνελὼν, μεγάλης ἔτυχε δόξης.

Ἀντίπατρος δὲ τοὺς ἀπὸ τῆς φυγῆς διασωθέντας ἐκδεξάμενος καὶ προσαναλαβὼν, προῆγεν ἐπὶ Κιλικίαν, σπεύδων βοηθῆσαι τῷ Πτολεμαίῳ. Περδίκκας δὲ, πυθόμενος τὴν κατὰ τὸν Εὐμένη νίκην, πολλῷ θρασύτερος ἐγένετο πρὸς τὴν εἰς Αἴγυπτον στρατείαν. ὡς δ' ἐγγὺς ἐγένετο τοῦ Νείλου, κατεστρατοπέδευσεν οὐ μακρὰν πόλεως Πηλουσίου. ἐπιχειρήσας δὲ διώρυγά τινα παλαιὰν καθαίρειν, καὶ τοῦ ποταμοῦ λάβρως ἐκραγέντος, καὶ τὰ ἔργα λυμηναμένου, πολλοὶ τῶν φίλων [c] ἐγκαταλιπόντες ἀπεχώρησαν πρὸς τὸν Πτολεμαῖον. καὶ γὰρ φονικὸς ἦν, καὶ τὰς τῶν ἄλλων ἡγεμόνων περιαιρούμενος τὰς ἐξουσίας, καὶ καθόλου πάντων βουλόμενος ἄρχειν βιαίως· ὁ δὲ Πτολεμαῖος τοὐναντίον εὐεργετικὸς καὶ ἐπιεικὴς, καὶ μεταδιδοὺς πᾶσι τοῖς ἡγεμόσι τῆς παῤῥησίας, πρὸς δὲ τούτοις, διειληφὼς πάντας τοὺς ἐπικαιροτάτους Αἰγύπτου τόπους φυλακαῖς ἀξιολόγοις καὶ βέλεσι παντοδαποῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν εὖ κατεσκευασμένοις. διὸ καὶ κατὰ τὰς ἐπιβολὰς κατὰ τὸ πλεῖστον ἐπλεονέκτει, πολλοὺς ἔχων εὐνοοῦντας καὶ προθύμως διακινδυνεύοντας. ὁ δ' οὖν Περδίκκας, διορθούμενος τὰς ἐλαττώσεις, συνήγαγε τοὺς ἡγεμόνας, καὶ τοὺς μὲν δωρεαῖς, τοὺς δ' ἐπαγγελίαις μεγάλαις, πάντας δὲ φιλανθρώποις ὁμιλίαις ἐξιδιοποιησάμενος, προετρέψατο πρὸς τοὺς ἐπιφερομένους κινδύνους· παραγγείλας δὲ ἑτοίμους εἶναι πρὸς [d] ἀναζυγὴν, ὥρμησε μετὰ τῆς δυνάμεως ἀφ' ἑσπέρας, 614. οὐδενὶ δηλώσας τὸν τόπον, εἰς ὃν διεγνωκὼς ἦν καταν-

z Φανερῶς Baſil. a Ἀπεχώρουν Reg. 1. b Ἐκποδὼν margo Steph. & Baſil. c Ἐγκαταλείποντες Baſil. d Ἀναγυγὴν idem, inſulſe.

60. Ὅσοι βούλον] &c.] Non ὅσοι ſed ὅσοις legendum ſuſpicor. H. Steph.

61. Καὶ δόντων τὰς διὰ τῶν ὅρκων πίστεις] Corn. Nepos Eumen. C. 4. *Pedeſter exercitus, quod in ea loca erat deductus, ut invito Eumene elabi non poſſet, pacem ab eo petiit. Quam quum impetraſſet, in fide non manſit, & ſe, ſimul ac potuit, ad Antipatrum recepit.* Quibus non diſſimilia *Arrianus* apud *Photium* pag. 221. P. Wess.

67. Ἐπεβάλετο μὲν κολάσαι τὴν ἀθεσίαν] Legi etiam poteſt τὴν ἀδικίαν. L. Rhod.

Ἐπεβάλετο — τὴν ἀθεσίαν τῶν παραβεβηκότων] Nollem viro docto excidiſſet. Cui enim bono ea animadverſio? [illegible] ſaepe *Polybius* de ſpreta jurisjurandi religione, Lib. xi, 27. xv, 1., & ἀθεσίαν, cum de perfidia ſermo eſt L. ii, 32. iii, 78.; quae ejus loca *Suidas* in Ἀθεσία exſcripſit: tum L. iii, 49. [illegible] & cap. 70. [illegible] *Polybium* ſolens Noſter aemulatur etiam in Excerpt. *Valeſ.* pag. 338. [illegible] & poſt pauca [illegible]. Convenit Hebraeorum פשע, ad quod Graece explicandum ſaepe adhibetur ab *Aquila*, docto interprete. Vid. *Pſalm.* xxiv, 7. *Daniel.* ix, 24. P. Wess.

77. Πυθόμενος τὴν κατὰ τὸν Εὐμένη νίκην] Putes agi de victoris, quam de Cratero & Neoptolemo retulit Eumenes. Sed res habet aliter. Nam ejus partae nuntius tum demum venit, cum Per-

καταντῶν. τὴν δὲ νύκτα πᾶσαν ὁδοιπορήσας ἐν τάχει, κατεστρατοπέδευσε παρὰ τὸν Νεῖλον, πλησίον φρουρίου τινός, ὃ προσηγορεύετο Καμήλων τεῖχος. διαφαινούσης δὲ τῆς ἡμέρας, [e] διεβίβαζε τὴν δύναμιν, ἡγουμένων τῶν ἐλεφάντων, ἐπακολουθούντων δὲ τῶν ὑπασπιστῶν καὶ κλιμακοφόρων, καὶ τῶν ἄλλων, δι' ὧν ἔμελλε τὴν τειχομαχίαν ποιεῖσθαι. ἐπὶ πᾶσι δὲ ἐπεβάλλοντο οἱ κράτιστοι τῶν ἱππέων, οὓς διενοεῖτο πέμπειν τοῖς περὶ τὸν Πτολεμαῖον, ἐὰν τύχωσιν ἐπιφαινόμενοι.

Μεσοπορούντων δ' αὐτῶν, ἐπεφάνησαν οἱ περὶ τὸν Πτολεμαῖον δρόμῳ προσιόντες πρὸς τὴν [f] τοῦ πολίσματος ἐπικουρίαν. φθασάντων δ' αὐτῶν καὶ παρεισπεσόντων εἰς τὸ χωρίον, διά τε τῆς σαλπίγγων [g] καὶ βοῆς φανερὰν ποιησάντων τὴν ἑαυτῶν παρουσίαν, οἱ μὲν περὶ τὸν Περδίκκαν οὐ κατεπλάγησαν, ἀλλὰ τολμηρῶς προσῆγον τοῖς τειχίσμασιν. εὐθὺς δ' οἱ μὲν ὑπασπισταὶ προσθέμενοι τὰς κλίμακας ἀνέβαινον, οἱ δ' ἐπὶ τῶν ἐλεφάντων τὸν χάρακα διέσπων, καὶ τὰς ἐπάλξεις [h] ἐρρίπτουν. ὁ δὲ Πτολεμαῖος ἔχων περὶ [i] αὐτὸν τοὺς ἀρίστους, καὶ βουλόμενος προτρέψασθαι τοὺς ἄλλους ἡγεμόνας καὶ φίλους προσιέναι τοῖς δεινοῖς, αὐτὸς ἀναλαβὼν τὴν σάρισαν, καὶ στὰς ἐπ' ἄκρου τοῦ προτειχίσματος, τὸν μὲν ἡγούμενον τῶν ἐλεφάντων ἐξετύφλωσεν, ὑπερδέξιον ἔχων τὴν στάσιν, τὸν δ' ἐπικαθήμενον Ἰνδὸν τραυματίαν ἐποίησε· τοὺς δὲ διὰ τῆς κλίμακος ἀναβαίνοντας καταπεφρονηκότως τύπτων καὶ κατατραυματίζων, [k] περιεκύλισεν εἰς τὸν ποταμὸν μετὰ τῶν ὅπλων. ἀκολούθως δὲ τούτῳ καὶ τῶν φίλων τοῦ Πτολεμαίου διαγωνιζομένων, τὸ μὲν ἐχόμενον θηρίον, κατακοντισθέντος τοῦ κυβερνῶντος αὐτὸ Ἰνδοῦ, παντελῶς ἄχρηστον ἐγένετο. ἐπὶ πολὺν δὲ χρόνον τῆς τειχομαχίας συνεστώσης, οἱ μὲν περὶ τὸν Περδίκκαν ἐκ διαδοχῆς [l] προσβάλλοντες, πᾶσαν σπουδὴν εἰσεφέροντο [m] κατὰ κράτος ἑλεῖν τὸ χωρίον· ὁ δὲ Πτολεμαῖος, αὐτὸς ἀριστεύων, καὶ τοὺς φίλους παρακαλῶν ἐνδείξασθαι τὴν εὔνοιαν ἅμα καὶ τὴν ἀρετήν, ἡρωϊκοὺς ἀγῶνας συνεστήσατο. πολλῶν δ' ἀπολλυμένων παρ' ἀμφοτέροις, διά τε τὴν [n] ὑπερβολὴν τῆς τῶν ἡγεμόνων φιλοτιμίας, καὶ τῶν περὶ τὸν Πτολεμαῖον ταῖς ὑπεροχαῖς τῶν τόπων πλεονεκτούντων, τῶν δὲ περὶ τὸν Περδίκκαν τοῖς πλήθεσιν ὑπερεχόντων, τὸ τελευταῖον ἀμφοτέρων διημερευσάντων τοῖς κινδύνοις, ὁ μὲν Περδίκκας λύσας τὴν πολιορκίαν ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἰδίαν στρατοπεδείαν. νυκτὸς δ' ἀναζεύξας, λαθραίαν
615. ἐποιεῖτο τὴν πορείαν, καὶ κατήντησεν εἰς τὸν [o] ἀπεναντίον τόπον τῆς Μέμφεως, [p] πρὸς ἣ συμβαίνει σχίζεσθαι τὸν Νεῖλον, καὶ ποιεῖν νῆσον, δυναμένην ἀσφαλῶς δέξασθαι στρατοπεδείαν τε καὶ δύναμιν τὴν μεγίστην. [q] εἰς ταύτην οὖν διεβίβασε τὴν δύναμιν, ἐπιπόνως τῶν στρατιωτῶν περαιουμένων, διὰ τὸ βάθος τοῦ ποταμοῦ. μέχρι γὰρ τοῦ γενείου τὸ ῥεῦμα προσπίπτον, [r] ἐσάλευε τὰ σώματα τῶν διαβαινόντων, ἅτε καὶ τῶν ὅπλων ἐμποδιζόντων τοὺς ἄνδρας.

ſet, totamque noctem citato itinere progreſſus juxta Nilum tandem caſtra metatur, non procul a caſtello quodam, cui murus Camelorum erat nomen. Hinc poſtquam illuxiſſet, copias tranſmittit, praecedentibus Elephantis, & inſequentibus ſcutatis, cum ſcaligeris aliiſque, quorum opera ad oppugnationem uſurus eſſet. Agmen tandem claudebant equitum fortiſſimi: quos Ptolemaicis objicere decreverat, ſi forte ſe oſtenderent. Olymp. CXIV. III.

34. Jamque in medio itinere erant: cum equitatus Ptolemaei concitato curſu ad oppiduli defenſionem tendere viſus eſt. Qui licet caſtellum ingredi maturaſſent, tubarumque clangore ac vociferatu adventum ſuum teſtarentur, Perdiccas tamen non extimuit, ſed audacter muro copias admovit. Extemplo igitur clypeati ſcalis adjectis conſcendunt: Et qui Elephantis vehebantur, vallo disjecto propugnacula demoliuntur. Ibi Ptolemaeus optimis ſuorum ſtipatus, ut alios etiam duces & amicos ad pericula ſubeunda exſuſcitaret, correpta ſariſſa, & faſtigio propugnaculi inſiſtens, elephantum in fronte conſtitutum excaecat, altiorem namque ſtationem habebat; Indumque beluae inſidentem vulnerat. Qui vero per ſcalas ſubibant, 646. hos contemtim percuſſos vulneratoſque cum armis in fluvium devolvit. Ad cujus exemplum dum & amici fortiter decertant, proxima etiam belua, Indo, qui eam gubernabat, transfixo, plane redditur inutilis. Oppugnatione igitur ad longum tempus extracta, Perdiccani, vicibus inter ſe permutatis, murum adorti, omni ſtudio id agunt, ut vi caſtellum expugnent. Ptolemaeus contra per ſe praeclare rem gerendo, & amicos, ut benevolentiam ſimul erga ſe & virtutem declarent, hortando, certamina Heroica committit. In hac ducum contentione acerrima, multi utrinque cadunt: Situ quidem loci editiore Ptolemaeani praevalent: & Perdiccani multitudine ſuperant. Ad extremum tota die periculis his inſumta, Perdiccas obſidione ſoluta in caſtra ſua retrocedit. Quibus noctu motis itinere tacito in regionem quandam venit Memphi adverſam, ubi Nilus in duas partes ſciſſus inſulam efficit, quae & caſtra & exercitum maximum recipere queat. Huc igitur copias traducit, licet difficilem & aerumnoſum militibus tranſitum faceret amnis profunditas. Ad mentum enim aqua pertingens inſtabilia reddebat corpora tranſeuntium. Quin & arma viros praepediebant.

35. Per-

e Διεβίβασε Reg. 1. f Non eſt in Baſil. g Exſulat ex Leid. h Ἔρριπτον Reg. 1. i Αὑτὸν in eadem. k Παρεκύλισεν Leid. l Προσβαλόντες idem. m Κατὰ τὸ κράτος Baſil. n Ὑπερβάλλουσαν τῆς ἡγ. φιλοτιμίαν Reg. 1. o Ἀπέναντι Leid. Reg. 1. ut in Matth. Evang. XXI, 2. p Πρὸς ὃν Leid. q Εἰς αὐτὴν οὖν διεβίβαζε Reg. 1. Leid. r Ἐσάλευσε Baſil.

Perdiccas ſuorum manibus perierat, ipſo teſte Diodoro C. 37., nec Plutarcho Eumen. pag. 587. diſſentiente. Ea proinde eſt, qua diebus ante poſteriorem hanc decem Neoptolemi conatus disjecerat. Paullo ante προῆγεν ἐπὶ Κιλικίας non muto, tametſi ἐπὶ Κιλικίαν longe tritius ſit. Codd. obſtant. P. Wess.

84. Καὶ γὰρ φονικὸς ἦν] Imperioſum & atrox Perdiccae ingenium notarunt Juſtinus L. XIII, 8. & Arrianus in Biblioth. Phot. p. 221. P. Wess.

4. Ὃ προσηγορεύετο καμήλων τεῖχος] Saepe τεῖχος de arce atque caſtello. Vid. ad L. XIII, 69. Statim rectius erit ἡγουμένων μὲν, monente in not. Auctario Rhodomano. P. Wess.

9. Οὓς διενοεῖτο πέμπειν τοῖς περὶ τὸν Πτολεμαῖον] Mallem compoſito ἐπιπέμπειν locum dediſſet, ut ſimili in re Herodianus L. III, 5. ἐπιπέμπει ταῖς πόλεσιν ἀμφοτέραις Μαυρουσίους τε ἀκοντιστὰς &c. P. Wess.

21. Καὶ τὰς ἐπάλξεις ἐρρίπτουν] Ἔρριπτον nonnemo, cui etſi patrocinari videatur frequens τοῦ ἀνέρριπτον & ἀνερρίπτουν confuſio, non accedo. Vulgatum nihil habet, cur ſperni debeat. Conf. Joseph. in Belli Hiſtor. L. III, 1, 9. P. Wess.

45. Διημερευσάντων τοῖς κινδύνοις] Si praepoſitionis abſentia moleſta ſit, inſpice L. XII, 61. P. Wess.

49. Πρὸς ὃ συμβαίνει σχίζεσθαι] Adi L. I, 33. P. Wess.

59. Ἐπ-

Olymp. CXIV. III. 35. Perdiccas igitur animadverſa fluvii difficultate, Elephantes ad ſiniſtram ſtatuit: qui exceptum fluminis impetum mitigarent. Equites vero ad dextram collocavit, quorum opera tranſverſim a fluvio raptos ſuſciperet, & incolumes in ripam ulteriorem transportaret. Sed novi quiddam & inexſpectati in hac copiarum trajectione accidit. Primis enim citra damnum transgreſſis, qui poſt illos tranſitum moliebantur, in magna pericula incidunt. Amnis enim, nulla de cauſa manifeſta, altius inſurgit, dumque integra ſubmergit corpora, omnes in ſummam perplexitatem adducit. Exundationis cauſa licet quaereretur, veritatis tamen ratio non occurrebat. Alii foſſam ad ſuperiores ripas olim egeſtam, ruptis aggeribus, aquas Nilo permiſcuiſſe: unde altius fluvii vadum ſit effectum. Alii imbres in ſuperioribus terris exortos, magnitudinem Nili auxiſſe, perhibebant; Sed neutrum ita ſe habebat. Sed ut primus vadi tranſitus minus incommodi haberet, inde evenit, quod arena adhuc immota conſiſteret. Sed in reliquo tranſitu, cum pedibus equorum & Elephantûm, agminis inſuper pedeſtris, calcata dimotaque arena fluminis impetu auferretur, excavato per hoc vado, profundior in medio fluento tranſitus erat. His de cauſis cum reliquum agmen flumen transmittere non poſſet: Perdiccas in magnam difficultatem incidit: quod nec illi, qui trajecerant, viribus hoſti pares eſſent: nec hi cis flumen ſuis opem ferre poſſent. Quapropter omnes retro abire juſſit. Dumque ita univerſum agmen transmittere amnem cogitur, qui natare ſciebant, & quibus corpora eſſent validiora, ſummas inter difficultates Nilum tranant, armis majore parte abjectis. Caeterorum, qui minus periti erant, pars fluvio abſorbentur, pars ad hoſtes deferuntur. Plerique diu huc illuc jactati a beluis in fluvio devorantur.

647. 36. Ubi igitur hunc ad modum ſupra duo millia perierant, inter quos etiam illuſtres quidam duces: alienior a Perdicca multitudo facta eſt. Ptolemaeus autem ejectorum ad ipſum corpora comburit, juſtisque exſequiarum peractis, oſſa defunctorum neceſſariis & amicis transmittit. Quo facto Macedonum Perdiccae militantium animi longe magis in illum efferati, benevolentiam ſuam ad Ptolemaeum inclinant. Nox ut ingruit, caſtra lamentationis & luctus plena erant, quod tot viri tam contemtim, abſque ullo hoſtis ictu, periiſſent:

Ὁ δὲ Περδίκκας κατανοήσας τὴν δυσκολίαν τοῦ ῥεύθρου, τοὺς μὲν ἐλέφαντας τοῦ ποταμοῦ ἐκ τῶν εὐωνύμων ἐπέστησεν, ἐκδεχόμενος τὴν καταφορὰν τοῦ ποταμοῦ, καταπραΰνοντας τὸ ῥεῦθρον· τοὺς δὲ ἱππεῖς ἐκ τοῦ δεξιοῦ μέρους ἔταξε, δι' ὧν ἐξεδέχετο τοὺς παραφερομένους ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ, καὶ διέσωζεν εἰς τὸ πέραν. ἴδιον δέ τι καὶ παράδοξον συνέβη γενέσθαι κατὰ τὴν διάβασιν τῆς δυνάμεως ταύτης. τῶν πρώτων γὰρ ἀσφαλῶς διαβάντων, οἱ μετὰ ταῦτα περαιούμενοι, μεγάλοις περιέπιπτον κινδύνοις. ὁ γὰρ ποταμὸς, οὐδεμιᾶς οὔσης αἰτίας φανερᾶς, πολλῷ βαθύτερος ἐγίνετο, καὶ τῶν σωμάτων ὅλων καταδυομένων, ἅπαντες εἰς πολλὴν ἀμηχανίαν [s] περιέπιπτον. τῆς δὲ κατὰ τὴν πλήρωσιν αἰτίας ἐπιζητουμένης, τὸ μὲν ἀληθὲς ἀσυλλόγιστον ἦν. ἔφασαν δ' οἱ μὲν ἐν τοῖς ἄνω [t] τόποις ἐγκεχωσμένην διώρυγα πάλιν ἐκφραχθῆναι, καὶ συμμιχθεῖσαν τῷ ποταμῷ, βαθύτερον πεποιηκέναι τὸν πόρον, οἱ δ' ὄμβρους ἐν τοῖς ἄνω τόποις γενομένους αὐξῆσαι τὸ μέγεθος τοῦ Νείλου. τούτων δ' οὐδέτερον ἦν· ἀλλὰ τοῦ πόρου τὴν μὲν πρώτην διάβασιν ἀσφαλεστέραν συνέβαινε γεγονέναι, ἀκεραίου τῆς κατὰ τὴν διάβασιν ἄμμου [v] γεγενημένης· κατὰ δὲ τὰς ἄλλας ὑπὸ τῶν προδιαβεβηκότων ἵππων τε καὶ ἐλεφάντων, ἔτι δὲ πεζῶν, τοῖς μὲν ποσὶ τὴν ἄμμον πατουμένην καὶ κινουμένην ὑπὸ τοῦ ῥεύθρου κατενεχθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο κοιλωθέντος τοῦ πόρου, βαθυτέραν γενέσθαι τὴν διάβασιν κατὰ μέσον τὸν ποταμόν. διὰ δὲ ταύτην τὴν αἰτίαν ἀδυνατούσης τῆς λοιπῆς δυνάμεως διαβῆναι τὸν ποταμὸν, [x] ὁ Περδίκκας εἰς πολλὴν ἀπορίαν ἐνέπιπτε, τῶν μὲν διαβεβηκότων οὐκ ἀξιομάχων ὄντων τοῖς πολεμίοις, τῶν δ' ἐν τῷ πέραν μὴ δυναμένων βοηθεῖν τοῖς ἰδίοις, προσέταξεν εἰς τοὐπίσω πάλιν ἀπιέναι πάντας. διόπερ ἀναγκασθέντων ἁπάντων περαιοῦσθαι τὸ ῥεῦθρον, οἱ μὲν ἐπιστάμενοι καλῶς νεῖν, καὶ τοῖς σώμασιν [y] ἰσχυρότεροι, μετὰ πολλῆς κακοπαθείας διενήξαντο τὸν Νεῖλον, πολλὰ τῶν ὅπλων ἀποβαλόντες· τῶν δ' ἄλλων διὰ τὴν ἀπειρίαν οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ ῥεύθρου [z] κατεπόθησαν, οἱ δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους ἐξέπεσον, οἱ πλεῖστοι δὲ παρενεχθέντες ἐπὶ πολὺν χρόνον, ὑπὸ τῶν ἐν τῷ ποταμῷ θηρίων κατεβρώθησαν. 616.

[a] Ἀπολομένων δὲ πλειόνων ἢ δισχιλίων, ἐν οἷς καὶ τῶν ἐπιφανῶν τινες [b] ἡγεμόνων ὑπῆρχον, ἀλλοτρίως τὸ πλῆθος ἔσχε πρὸς τὸν Περδίκκαν. ὁ δὲ Πτολεμαῖος τὰ σώματα τῶν πρὸς αὐτὸν ἐκπεσόντων καύσας, καὶ τῆς ἁρμοζούσης κηδείας ἀξιώσας, ἀπέστειλε τὰ ὀστᾶ πρὸς τοὺς οἰκείους τε καὶ φίλους τῶν τετελευτηκότων. τούτων δὲ πραχθέντων, οἱ παρὰ τῷ Περδίκκᾳ Μακεδόνες πρὸς μὲν τοῦτον πολλῷ μᾶλλον ἀπεθηριώθησαν, πρὸς δὲ τὸν Πτολεμαῖον ἀπέκλιναν ταῖς εὐνοίαις. ἐπιγενομένης δὲ νυκτὸς, πλήρης ἦν ἡ παρεμβολὴ κλαυθμοῦ καὶ πένθους, [c] τοσούτων ἀνδρῶν ἀλόγως ἀπολωλότων ἄνευ πολεμίας πλη-

s Περιεγίνοντο Reg. 1. Leid. cum Steph. ora. t Omittit Baſil. v Γεγονυίας Leid. Reg. 1. x Ὁ μὲν Περδ. Leid. y Ἰσχυρότατοι Vat. Baſil. z Καταποθεῖσαι Baſil. a Ἀπολλυμένων idem. b Τῶν ἡγ. Leid. c Τοσούτων ἀνδρ. ſine μὲν, quod Edd. inſerebant.

59. Ἐκδεχόμενος τὸν &c.] Reſarci ἐκδεχομένους τὴν καταφορὰν τοῦ ποταμοῦ καὶ καταπραΰνοντας. L. Rhod.
Ἐκδεχόμενος τὴν καταφ. τ. ποτ. καταπραΰνοντας] Optime *Rhodomannus*, cui viam monſtraſſe, niſi ſatis ea eſſet expedita, *Caſtellionem* diceres. Vertebat enim, *elephantes ad ſiniſtram collocavit, qui fluminis impetum excipientes, fluctus mitigarent.* P. Wess.
72. Ἐγκεχωσμένην διώρυγα πάλιν ἐκφραχθῆναι] Foſſae id genus per Aegyptum, ut Nilotica aqua ex agricolarum uſu diſpenſaretur, plures erant. Erant & *Chomata*, ſive aggeres fluvii aquam coercentes, & in aggeribus *Diacopi*, de quibus in *leg.* 10. *D. de Extraordin. Criminib.*, & ſupr. L. I, 52. Recte vero Noſter incrementi ejus quod Perdiccae exercitui adeo incommodum in fluvii trajectu accidit, originem & cauſſam aliunde derivat. P. Wess.

89. Προσέταξεν εἰς τοὐπίσω ἀπιέναι] Particula quaepiam videtur ante vel poſt προσέταξεν omiſſa fuiſſe: aut paullo ſuperius, ſecunda abhinc linea, ante vel poſt τῶν μέν. Nam etſi alii quoque loci ſimiles, aut ſaltem propemodum ſimiles, reperiuntur apud hunc ſcriptorem, hujuſmodi omiſſionem tamen vix ejus idiomati adſcribere auſim. H. Steph.
Προσέταξεν εἰς τοὐπίσω &c.] Legeris καὶ τῶν μὲν διαβεβηκότων, ut vir doctus ſuſpicatus eſt, pulcre decurret orationis tenor. Id miror, nihil hic de ſtrategemate addi, quo Perdiccam Ptolemaeus egregie circumſcripſit apud *Polyaen.* L. IV, 18. & *Frontinum* L. IV, 7, 20. cum nota Cl. *Oudendorpii*. P. Wess.
95. Οἱ πλεῖστοι δὲ παρενεχθέντες &c.] *Fluvii impetu ablati*, ut capitis principio, δι' ὧν ἐξεδέχετο τοὺς παραφερομένους. & L. XIV, 115. οἱ δὲ — διὰ τὴν σφοδρότητα τοῦ ῥεύματος παρεφέροντο. *Lucianus* Hermot. C. 86. ὥσπερ παραφερόμενον ὑπὸ θολεροῦ τινος χειμάῤῥου

πληγῆς, καὶ τούτων οὐκ ἐλαττόνων ἢ χιλίων θηριοβρώτων γεγονότων· πολλοὶ μὲν τῶν ἡγεμόνων συνίσταντο, καὶ κατηγόρουν τοῦ Περδίκκου, πᾶσα δ' ἡ φάλαγξ τῶν πεζῶν ἀπαλλοτριωθεῖσα [d] φανερὰν διὰ τῆς ἀπειλούσης φωνῆς τὴν ἰδίαν κατεσκεύασεν ἀλλοτριότητα. [e] διόπερ πρῶτοι τῶν ἡγεμόνων ἀπέστησαν οὐκ ἐλάττους ἑκατὸν, ὧν ἦν ἐπιφανέστατος [f] Πύθων, ὁ τοὺς ἀποστάντας Ἕλληνας καταπολεμήσας, οὐδενὸς δὲ τῶν Ἀλεξάνδρου λειπόμενος φίλων ἀρετῇ τε καὶ δόξῃ. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τῶν ἱππέων τινὲς συμφρονήσαντες ἐπὶ τὴν σκηνὴν τοῦ Περδίκκου κατήντησαν, καὶ προσπεσόντες ἀθρόοι κατέσφαξαν τὸν Περδίκκαν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ γενομένης ἐκκλησίας, ὁ Πτολεμαῖος καταβὰς, καὶ τοὺς Μακεδόνας ἀσπασάμενος, περί τε τῶν καθ' αὑτὸν ἀπελογήσατο, καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐκλελοιπότων, ἐχορήγησε [g] σῖτόν τε δαψιλῆ ταῖς δυνάμεσι, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων ἐπλήρωσε τὴν παρεμβολήν. μεγάλης δὲ τυγχάνων ἀποδοχῆς, καὶ δυνάμενος παραλαβεῖν τὴν ἐπιμέλειαν τῶν βασιλέων διὰ τὴν τοῦ πλήθους [h] εὔνοιαν, τούτου μὲν οὐκ ὠρέχθη, τῷ δὲ Πύθωνι καὶ Ἀρριδαίῳ χάριτας ὀφείλων, συγκατεσκεύασε τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν. οἱ γὰρ Μακεδόνες, βουλῆς προτεθείσης περὶ τῆς ἡγεμονίας, καὶ συμβουλεύσαντος Πτολεμαίου, πάντες προθύμως εἵλοντο τῶν βασιλέων ἐπιμελητὰς αὐτοκράτορας Πύθωνα καὶ Ἀρριδαῖον, τὸν τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως κατακομίσαντα. Περδίκκας μὲν οὖν ἄρξας ἔτη τρία, τοῦτον τὸν τρόπον ἀπέβαλε τὴν ἡγεμονίαν καὶ τὴν ψυχήν.

Μετὰ δὲ τὴν τούτου τελευτὴν εὐθὺς ἧκόν τινες ἀπ-
617. αγγέλλοντες ὅτι παρατάξεως γενομένης περὶ Καππαδοκίαν, Εὐμένης νενίκηκε, Κρατερὸς δὲ καὶ Νεοπτόλεμος ἡττηθέντες [i] ἀνῄρηνται. τοῦτο δ' εἰ δυσὶ πρότερον ἡμέραις ἐγένετο τῆς Περδίκκου τελευτῆς, οὐδεὶς ἂν ἐτόλμησε τὰς χεῖρας Περδίκκᾳ προσενεγκεῖν, διὰ τὸ μέγεθος τῆς εὐημερίας. οἱ δ' οὖν Μακεδόνες, πυθόμενοι τὰ περὶ τὸν Εὐμένη, κατέγνωσαν αὐτοῦ θάνατον καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν πεντήκοντα, ἐν οἷς ἦν καὶ Ἀλκέτας ὁ ἀδελφὸς τοῦ Περδίκκου. ἀπέκτειναν δὲ καὶ τῶν φίλων τοῦ Περδίκκου τοὺς μάλιστα πιστοτάτους, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ Ἀταλάντην, ἣν ἦν γεγαμηκὼς Ἄτταλος, ὁ τοῦ στόλου τὴν ἡγεμονίαν παρειληφώς. μετὰ δὲ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Περδίκκου Ἄτταλος ὁ τοῦ στόλου τὴν ἡγεμονίαν ἔχων, διέτριβε μὲν περὶ τὸ Πηλούσιον, ὡς δ' ἐπύθετο τὴν τῆς γυναικὸς ἀναίρεσιν καὶ τὴν Περδίκκου, τὸν στόλον ἀναλαβὼν ἐξέπλευσε, καὶ κατήντησεν εἰς Τύρον. ὁ δὲ τῆς πόλεως ταύτης φρούραρχος Ἀρχέλαος, Μακεδὼν τὸ γένος, τὸν Ἄτταλον φιλοφρόνως ὑπεδέξατο, καὶ τήν τε πόλιν παρέδωκεν αὐτῷ, καὶ τὰ χρήματα, [k] δεδομένα μὲν ὑπὸ τοῦ Περδίκκου φυλάττειν, τότε δὲ δικαίως ἀποδεδομένα, τὸ δὲ πλῆθος ὄντα ταλάντων ὀκτακοσίων. ὁ

inter quos non pauciores mille à beluis eſſent deglutiti. Multi igitur ducum coëuntes Perdiccam incuſant: totaque peditum phalanx alienata, fremitu minisque inimicitiam ſuam prodit. Ducum ergo primores ad centum numero deſciſcunt. Inter quos nobiliſſimus erat Pytho: qui Graecos poſt defectionem debellarat, nulli amicorum Alexandri virtute & gloria ſecundus. Poſthaec equitum nonnulli conſpiratione facta, ad tentorium Perdiccae ſe conferunt, & conferto manipulo oppreſſum trucidant. Poſtridie congreſſis ad concionem militibus deſcendens eo Ptolemaeus, Macedones ſalutat, & quae a ſe facta eſſent, excuſat. Tum quia commeatus defecerat, largam frumenti copiam agmini ſubminiſtrat, aliisque neceſſariis caſtra replet. Quanquam igitur in magna gratia, & propter multitudinis favorem regum tutelam vendicare ſibi facillime potuiſſet: id tamen non expetivit, ſed Pythoni & Arrhidaeo, quorum meritis obſtrictus eſſet, imperium ſummum conciliavit. Cum enim deliberationem Macedones de imperio propoſuiſſent, conſilio Ptolemaei omnes propenſis animis Pythonem & Arrhidaeum, qui exuvias regis deportaſſet, regum curatores cum ſuprema poteſtate crearunt. Ad hunc itaque modum Perdiccas, cum triennium imperaſſet, imperium & vitam amiſit. Olymp. CXIV. III.

37. Poſt hujus interitum, quidam nunciatum venere, quod praelio ad Cappadociam commiſſo viciſſet Eumenes, Craterus autem & Neoptolemus cum vitae jactura succubuiſſent. Quod ſi pridie Perdiccae mortem antevertiſſet, nemo illi manus, propter ſucceſſus magnitudinem, auſus fuiſſet inferre. Macedones igitur audito, quod Eumeni contigerat, tum ipſum, tum de adjunctis ipſi viros nobiliſſimos quinquaginta, quorum in numero etiam Alcetas Perdiccae frater erat, capite damnarunt. Interfecti etiam ſunt ab his amicorum Perdiccae fideliſſimi, & ſoror ejus Atalanta: quam Attalus, claſſis gubernationi praeſtitutus, uxorem duxerat. Poſt necem autem Perdiccae, Attalus, claſſis imperator, ad Peluſium agebat. Ubi certior de uxoris & Perdiccae caede factus, cum claſſe inde ſolvens, Tyrum appulit. Ubi Archelaus, praeſidio urbis praefectus, genere Macedo, Attalum comiter excepit, urbemque cum pecuniis à Perdicca cuſtodiae ſuae commiſſis, bona tunc fide reſtitutis, (octingenta autem erant talenta) tradidit. Ita Attalus ad Tyrum ſub-

d Φανερῶς *Reg.* 1. haud quidem abſurde. e Διὸ *Leid.* tum πρῶτοι μὲν *Reg.* 1., quod praeſtat. f Πύθων *Reg.* 1. Vulgo Πίθων, & ſtatim ἀποστάντας Ἕλληνας. g Σῖτόν τε *Reg.* 1. unde reſtituo vocem ultimam. h Εὔνοιαν, τούτου abſque βιαζόμενος *Reg.* 2. *Baſil.* Illos ſequor. Mox Πύθωνι *Reg.* 1. pro Πίθωνι *Edd.* i Ἀνῄρηνται *Reg.* 1. *Leid.*, quod commodius vulgato ἀνῄρουν. k Τὰ δεδομένα *Leid.*

μάλιστα καὶ τραχύς —— —— ἀνέστησαν quod viri docti, proſcripto τῷ περιφερόμενον, optimo jure praeoptaverunt. Scribendum itidem erat meliorum *Codd.* conſenſu in Auctore *Epiſt. ad Hebr.* C. XIII, 9. διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ παραφέρεσθε. i. e. *ne patiamini vos abripi*, torrentis in modum. Quid enim, tritius tali figura? *Plutarchus* T. II. pag. 5. E. ὁ γὰρ μὲν πόλεμος χειμάρρου δίκην πάντα σύρει καὶ πάντα παραφέρει. *Appian.* Hannib. p. 549. εἰ δὲ ὑπὸ τοῦ πολέμου παραφερόμενος — οὔτε γενέσθαι — οὔτε νῦν ἐδύναμαι. P. Wess.

16. Ὁ τοὺς ἀποστάντας Ἕλληνας καταπολεμήσας] Nonne rectius τοὺς ἀποστάντας; L. Rhod.

Ὁ τοὺς ἀποστάντας — καταπολεμήσας] Citra dubium hoc Auctor reliquerat. Vitio anſam ſcripturae praebuit compendium, quod & ex ἀποστάντας ſupra C. 4. in *Baſil.* edito fecerat ἀπόντας. Confer hujus libri cap. 7., & invitis *Codd.* ita reſtitutum fuiſſe, non indignabere. P. Wess.

21. Κατέσφαξαν τὸν Περδίκκαν] Conſentiunt *Strabo* L. XVII. p. 1144., *Pauſanias* L. I, 6. cum *Kuhnii* nota, & *Arrian.* apud *Phot.* pag. 221. Non item *Corn. Nepos* in Eumene C. 5., qui quidem, cum Perdiccam à Seleuco & Antigono interfectum fuiſſe affirmat, difficulter fidem prudentioribus faciet. P. Wess.

28. Διὰ τὴν τοῦ πλήθους εὔνοιαν, τούτου μὲν οὐκ &c.] Edebatur διὰ τὴν τοῦ πλήθους εὔνοιαν βιαζόμενος, τούτου & ſeqq. Quorum βιαζόμενος membranarum imperio proſcripſi, quippe nulli rei, hoc certe loco. P. Wess.

39. Εὐθὺς ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες] Recte: duo enim dies abierant a nece Perdiccae, cum victoriae nuncius in Aegyptum perferretur, *Plut.* Eumen. p. 587. E. P. Wess.

47. Καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν πεντήκοντα] Eadem *Arrian*,

Olymp. CXIV. III. ſubſiſtens, quicunque e caſtris ad Memphim Perdiccae amicorum evaſerant, collectos ad ſe recepit.

648. 38. Poſtea vero quam Antipater in Aſiam trajecerat, Aetoli pro conditione foederis cum Perdicca initi, expeditionem fecerunt in Theſſaliam, ut vires Antipatri diſtraherent. XII. autem peditum millia & CCCC. equites habebant, quorum Alexander Aetolus imperator erat. In tranſitu Amphiſſenſes Locros obſidione cingunt, agrumque illorum incurſant, & nonnulla de vicinis oppidulis redigunt in poteſtatem. Quin etiam, Polyclem Antipatri ducem, praelio victum cum militibus non paucis interimunt. Captivorum alii venumdati, alii numerato precio ſuis reſtituti. Hinc Theſſaliam adorti, pleroſque induxerunt, ut belli cum Antipatro gerendi ſocietatem ſecum jungerent. Et protenus coacta ſunt in univerſum XXV. millia peditum, & mille ac quingenti equites. Ab his dum civitates in fidem accipiuntur: Acarnanes inimicitias gerentes cum Aetolis, Aetoliam invadunt, agroſque populantur & urbes obſident. In quo periculo cum Aetoli patriam ſuam verſari audiunt, caeteros quidem milites in Theſſalia relinquunt, Menone Pharſalio illis praefecto, ipſi autem, popularibus aſſumtis, celeriter in Aetoliam reverſi, Acarnanibus terrorem incutiunt, & patriam e periculis eripiunt. Quibus ita occupatis, Polyſperchon, dux Macedoniae relictus, cum manu inſtructiſſima in Theſſaliam venit, acieque victis hoſtibus, tum imperatorem illorum Menonem interemit, tum maximam caeterorum partem concidit, & Theſſaliam recuperavit.

39. In Aſia vero Arrhidaeus & Pytho, regum curatores, a Nilo cum regibus & copiis digreſſi, in Triparadiſum ſuperioris Syriae pervenerunt. Ibi dum Eurydice multa curioſius agit, & curatorum ſtudiis adverſatur, Pytho incommoditate illa offenſus, quod & Macedones in mandata ejus magis intentos videret, advocata concione, tutela ſe abdicavit. Macedones ergo Antipatrum cum ſumma poteſtate curatorem elegerunt. Is paucis diebus elapſis ad Triparadiſum profectus, Eurydicen commota ſeditione Macedones ab Antipatro alienantem offendit. Eratque tumultus haud mediocris in exercitu. Ibi univerſis in concionem advocatis, orationem ad populum Antipater

δ' Ἄτταλος ἐν τῇ Τύρῳ διατρίβων, ἀνελάμβανε τοὺς Περδίκκου φίλους τοὺς διασωζομένους ἐκ τῆς πρὸς τῇ Μέμφει στρατοπεδείας.

Ἀντιπάτρου δ' εἰς τὴν Ἀσίαν διαβεβηκότος, Αἰτωλοὶ κατὰ τὰς πρὸς Περδίκκαν συνθήκας ἐστράτευσαν εἰς τὴν Θετταλίαν, [l] ἀντιπεριστάσαι βουλόμενοι τὸν Ἀντίπατρον. εἶχον δὲ στρατιώτας, πεζοὺς μὲν μυρίους καὶ δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ [m] τετρακοσίους, ὧν ἦν στρατηγὸς Ἀλέξανδρος Αἰτωλός. ἐν παρόδῳ δὲ τοὺς Ἀμφισσεῖς Λοκροὺς πολιορκήσαντες, τήν τε χώραν αὐτῶν κατέδραμον, καί τινα τῶν πλησίον πολισμάτων εἷλον. ἐνίκησαν δὲ μάχῃ τὸν Ἀντιπάτρου στρατηγὸν Πολυκλῆν, καὶ [n] τοῦτόν τε καὶ τῶν στρατιωτῶν οὐκ ὀλίγους ἀνεῖλον· τῶν δὲ ζωγρηθέντων οὓς μὲν ἀπέδοντο, οὓς δὲ ἀπελύτρωσαν. μετὰ δὲ ταῦτα εἰς Θετταλίαν ἐμβαλόντες, τοὺς πλείστους τῶν Θετταλῶν ἔπεισαν κοινωνεῖν τοῦ πρὸς Ἀντίπατρον πολέμου· καὶ ταχέως ἠθροίσθησαν οἱ πάντες, [o] πεζοὶ μὲν δισμύριοι καὶ πεντακισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ χίλιοι πεντακόσιοι. τούτων δὲ προσαγομένων τὰς πόλεις, Ἀκαρνᾶνες ἀλλοτρίως ἔχοντες πρὸς Αἰτωλοὺς ἐνέβαλον εἰς τὴν Αἰτωλίαν, καὶ τήν τε χώραν ἐδῄουν, καὶ τὰς πόλεις ἐπολιόρκουν. οἱ δὲ Αἰτωλοὶ, πυθόμενοι τὰς ἰδίας πατρίδας [p] διακινδυνεύειν, τοὺς μὲν ἄλλους στρατιώτας ἀπέλιπον ἐν Θετταλίᾳ, Μένωνα τὸν Φαρσάλιον ἐπιστήσαντες στρατηγόν· αὐτοὶ δὲ τοὺς πολίτας ἀναλαβόντες, ἧκον συντόμως εἰς τὴν Αἰτωλίαν, καὶ τοὺς Ἀκαρνᾶνας καταπληξάμενοι, τὰς πατρίδας ἠλευθέρωσαν τῶν κινδύνων. τούτων δὲ περὶ ταῦτα ἀσχολουμένων, Πολυσπέρχων ὁ καταλελειμμένος ἐν Μακεδονίᾳ στρατηγὸς, ἧκεν εἰς [q] τὴν Θετταλίαν μετὰ δυνάμεως ἀξιολόγου· νικήσας δὲ παρατάξει τοὺς πολεμίους, τόν τε στρατηγὸν Μένωνα ἀνεῖλε, καὶ τῶν ἄλλων κατέκοψε τοὺς πλείστους, καὶ τὴν Θετταλίαν ἀνεκτήσατο. 618.

Κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν Ἀρριδαῖος καὶ [r] Πύθων, οἱ τῶν βασιλέων ἐπιμεληταὶ, ἀναζεύξαντες ἀπὸ τοῦ Νείλου μετὰ τῶν βασιλέων καὶ τῆς δυνάμεως, ἧκον εἰς Τριπαράδεισον τῆς ἄνω Συρίας. ἐνταῦθα δὲ Εὐρυδίκης τῆς βασιλίσσης πολλὰ περιεργαζομένης, καὶ ταῖς τῶν ἐπιμελητῶν ἐπιβολαῖς ἀντιπραττούσης, οἱ μὲν περὶ τὸν Πύθωνα δυσχρηστούμενοι, καὶ τοὺς Μακεδόνας ὁρῶντες τοῖς ἐκείνης προστάγμασιν ἀεὶ μᾶλλον προσέχοντας, συνήγαγον ἐκκλησίαν, καὶ τὴν ἐπιμέλειαν [s] ἀπείπαντο· οἱ δὲ Μακεδόνες ἐπιμελητὴν [t] εἵλοντο τὸν Ἀντίπατρον αὐτοκράτορα. οὗτος δὲ μετ' ὀλίγας ἡμέρας καταντήσας εἰς Τριπαράδεισον, κατέλαβε τὴν Εὐρυδίκην στασιάζουσαν, καὶ τοὺς Μακεδόνας ἀπαλλοτριοῦσαν ἀπὸ τοῦ Ἀντιπάτρου. ταραχῆς δὲ μεγάλης οὔσης ἐν ταῖς δυνάμεσι, καὶ κοινῆς ἐκκλησίας συναχθείσης, ὁ μὲν Ἀντίπατρος διαλεχθεὶς τοῖς πλή-

l Ἀντισπάσαι ora *Steph.*, ἀντιπεριστάσαι *Reg.* 1. *Leid.* m Τετρακοσίους iidem. Cett. τετρακισχιλίους. n Τοῦτο τε τῶν *Reg.* 1., in *Leid.* copula quoque deſit. o Et hic eam *Leid.* omittit. p Κινδυνεύειν *Leid. Reg.* 2. Non male. q Non habet *Baſil.* r Loco Πύθων in *Reg.* 1. Πείθων ſemper. s Ἀπεπαύσατο *Leid.* t Εἵλατο *Baſil.*

rian. in *Photii* Cod. XCII. p. 221. Facta autem ea condemnatio ab exercitu, quod is vetuſto Macedonum more de capitalibus rebus inquirebat, ceu notum ex *Curtio* eſt L. VI, 8, 25. P. WESS.

67. Ἀντιπεριστάσαι βουλόμενοι τὸν Ἀντίπατρον] Legitimum eſt ἀντιπεριστάσαι. *Polyb.* L. II, 24. ὡς ἂν ἐμβαλόντας εἰς τὴν τῶν Βοιῶν χώραν ἀντιπεριστῶσι τοὺς ἐξεληλυθότας. *Ut facta in Boiorum regionem excurſione, eos qui exierant ad ſua defendenda retraherent.* Plura ad L. XIV, 49. Statim ἱππεῖς δὲ τετρακοσίους legitimum eſſe, oſtendunt ſequentia. P. WESS.

h Τερμισσέων Reg. 1. Τερμησσέων Editi. i Ἀνείλατο Reg. uterque, Baſil. k Πρὸς αὐτοὺς Reg. 1. & Leid. l Ἀπαγγέλλων Leid. m Πολυσπέρχοντα Baſil. Vat. Venet. ſemper. Conf. Xylandr. in Plut. Pyrrh. p. 387. n Deſit Reg. 1. & Leid. o Ἔχων iidem. p Τῶν Ἀλ. Baſil.

te. P. Wess.

45. Ἐσχάτως ἤδη διακείμενος] De Agathocle Eclog. xxi. lib. xxi. pag. 865. μετὰ δὲ ταῦτα τὸν βασιλέα διακείμενον ἐσχάτως ἤδη καθέθηκεν ἐπὶ τὴν πυρὰν Ὀξύθεμις. Agatharchides de Rubr. Mar. pag. 11. τὸν δὲ Ἥφαιστον — — [illegible], διακειμένους ἐσχάτως. Nempe ἐσχάτα νοσήματα Hippocrates in Aphoriſmis vocabat τὰ μέγιστα, μεθ' ἃ οὐκ ἔστιν ἄλλα, Galeno interprete Comment. p. 223. Hinc populari ſermone ἐσχάτως διακεῖσθαι & ἐσχάτως ἔχειν ferebantur, qui morbi violentia in extremis erant. S. Marcus Evang. Cap. v, 23. ὅτι τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει. Diodorus Excerpt. Valeſ. p. 242. [illegible] τὸν Φερεκύδην — ἐν δεινῇ νόσῳ καὶ τελέως ἐσχάτως ἔχειν. Cultiores tamen hoc genus improbabant, quoniam οἱ τῷ ἐσχάτως χρῶνται ἐπὶ τοῦ [illegible] τοῖς ἀρχαίοις [illegible], quae Phrynichi verba. P. Wess.

90. Ἡ δὲ τοῦ χιλιάρχου τάξις καὶ προσαγωγὴ &c.] Arbitror καὶ προαγωγὴ ſcriptum ab Auctore fuiſſe, ut honoris gradum, quo Chiliarchus conſpicuus erat, indicaret. Plut. de Anim. Tranq. p. 466. C. διὰ ταῦτα ΠΡΟΑΓΩΓΑΣ ἐν αὐλαῖς διώκουσι. Propterea ut honoribus in principum aulis admoveantur, ſtudent. Confer inferius Cap. 62. Tu ſi aliud cenſeas προσαγωγὴν accipe de admiſſionis officio & vide Cl. Lamb. Bos Obſerv. Crit. C. 35. Erant Chiliarchi partes τὰς ἀγγελίας εἰσκομίζειν τῷ βασιλεῖ apud Aelian. Var. Hiſt. L. 1, 21., cumque adeo primum conveniebant, quibus rege compellato erat opus. Conon primum ex more Perſarum ad Chiliarchum, QUI SECUNDUM GRADUM IMPERII TENEBAT, Tithrauſten acceſſit, inquit Corn. Nepos in Conon. C. 3. Putes de eodem munere Arrianum loqui in Phot. Biblioth. pag. 216. Περδίκκας δὲ χιλιαρχίαν χιλιαρχίας, ἧς ἦρχεν Ἡφαισ-

Olymp. cxv. II. xandro, cum & alia Perſarum inſtituta aemulari coepiſſet, poteſtatem honoremque eximium conſecuta eſt. Idem inſtitutum Antipater ſecutus, Caſſandrum filium, juvenem adhuc, Chiliarchum creavit.

49. At Caſſander haud probata ordinatione patris, indignum eſſe judicavit, ſi nulla generis propinquitate junctus patri in imperio ſuccederet, quando filius, qui jam ſat bonum virtutis ac fortitudinis documentum exhibuiſſet, res adminiſtrare poſſet. Primum igitur cum amicis rus profectus, in magna opportunitatis & ocii abundantia, de ſumma rerum poteſtate colloquia inſtituit: ubi unumquemque privatim exceptum ad principatum ſibi conciliandum ſolicitat; magniſque omnes promiſſis inductos, ad communem rei procurationem paratos reddit. Occulte inſuper miſſis ad Ptolemaeum legatis, amicitiam renovat, & ut ſocietatem armorum ſecum jungat, claſſe quamprimum ex Phoenice in Helleſpontum expedita, rogat & hortatur. Sic ad caeteros etiam duces & civitates mittit, qui de armis cum ipſo jungendis, ſolicitent. Ipſe ad dies multos venatione inſtituta, ne defectionis nomine ſuſpectus haberetur, effecit. Polyſperchon igitur tutelam regum poſtquam adiiſſet, convocato amicorum ſenatu, illorum ſententia Olympiadem arceſſit, utque filium Alexandri puellum adhuc ſuae curae habeat commendatum, & regia fungens adminiſtratione in Macedonia deinceps agat, exhortatur. Illa propter inimicitias cum Antipatro jampridem in Epirum confugerat. Et in hoc tum ſtatu erat Macedonia.

50. In Aſia vero divulgata Antipatri morte, res novari haud abſque motibus coeptae ſunt: dum qui cum poteſtate erant, ducum in ſuum unus-
654. quiſque commodum intentus eſt. Inter quos princeps Antigonus, quod Eumenem in Cappadocia pridem viciſſet, inque Piſidia Alcetam & Attalum, copiis in fidem acceptis, debellaſſet, ab Antipatro inſuper Aſiae imperator cum plenaria auctoritate deſignatus, magniſque ſimul copiis praefectus eſſet: ingentes animo ſpiritus ac tumores conceperat. Et ſummum ſpe ſua imperium conplexus, nec regibus parere nec ipſorum curatoribus animo deſtinavit. Nam quia majorem exercitus vim habebat, Theſauris in Aſia potiturum ſe, dum nemini ad reſiſtendum armis facultas ſuppeteret, confidit. Erant tum in exercitu illius ſexaginta peditum & decem equitum millia, & xxx. elephantes. Praeterque has copias, ſe alias inſuper, quando opus foret, comparaturum, ſperabat: quod peregrinis ſubinde allectis ubertim

ὑπ' Ἀλεξάνδρου μεγάλης ἔτυχεν ἐξουσίας καὶ τιμῆς, 626.
ὅτε καὶ τῶν ἄλλων τῶν Περσικῶν νομίμων ζηλωτὴς ἐγένετο. διὸ καὶ Ἀντίπατρος, κατὰ τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν, τὸν υἱὸν Κάσσανδρον ὄντα νέον ἀπέδειξε χιλίαρχον.

Οὐ μὴν ὁ Κάσσανδρός γε τῇ τοῦ πατρὸς τάξει συνευδοκήθη, δεινὸν ἡγούμενος εἰ τὴν τοῦ πατρὸς ἡγεμονίαν ὁ μὴ προσήκων κατὰ γένος διαδέξεται, καὶ ταῦθ' υἱοῦ δυναμένου πραγμάτων ἡγεῖσθαι, καὶ δεδωκότος ἤδη πεῖραν ἱκανὴν ἀρετῆς τε καὶ ἀνδρείας. τὸ μὲν οὖν πρῶτον εἰς ἀγρὸν βαδίσας μετὰ τῶν φίλων, τούτοις τε διελέγετο, πολλὴν ἔχων τὴν εὐκαιρίαν καὶ σχολὴν, περὶ τῆς τῶν [q] ὅλων ἡγεμονίας. ἕκαστον δ' αὐτῶν ἐκλαμβάνων κατ' ἰδίαν, [r] προετρέπετο συγκατασκευάζειν αὐτῷ τὴν δυναστείαν, καὶ μεγάλαις ἐπαγγελίαις πείσας, ἑτοίμους ἐποιήσατο πρὸς τὴν κοινοπραγίαν. ἐξαπέστειλε δὲ πρὸς Πτολεμαῖον λάθρα πρεσβευτὰς, τήν τε φιλίαν ἀνανεούμενος, καὶ παρακαλῶν συμμαχεῖν αὐτῷ, καὶ ναυτικὴν δύναμιν πέμψαι τὴν ταχίστην ἐκ τῆς Φοινίκης ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον. ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἡγεμόνας καὶ πόλεις ἐξέπεμψε τοὺς προτρεψομένους ἑαυτῷ συμμαχεῖν. αὐτὸς δὲ κυνηγίαν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας συστησάμενος, ἀνύποπτον ἑαυτὸν ἐποίει τῆς ἀποστάσεως. Πολυσπέρχων δὲ, παραλαβὼν τὴν τῶν βασιλέων ἐπιμέλειαν, καὶ συνεδρεύσας μετὰ τῶν φίλων, Ὀλυμπιάδα μὲν σὺν τῇ συνέδρων γνώμῃ μετεπέμπετο, παρακαλῶν τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ Ἀλεξάνδρου υἱοῦ παιδὸς ὄντος παραλαβεῖν, καὶ διατρίβειν ἐν Μακεδονίᾳ τὴν βασιλικὴν ἔχουσαν προστασίαν. ἡ δ' Ὀλυμπιὰς ἐν [s] τοῖς ἐπάνω χρόνοις ἐτύγχανεν εἰς Ἤπειρον πεφευγυῖα, διὰ τὴν πρὸς Ἀντίπατρον ἀλλοτριότητα. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Μακεδονίαν ἐν τούτοις ἦν.

Κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν, [t] διαβοηθείσης τῆς Ἀντιπάτρου τελευτῆς, ἀρχὴ πραγμάτων καινῶν ἐγίνετο καὶ κίνησις, τῶν ἐν ἐξουσίαις ὄντων [v] ἰδιοπραγεῖν ἐπιβαλλομένων. τούτων δὲ πρῶτος μὲν ὁ Ἀντίγονος προνενικηκὼς Εὐμενῆ περὶ Καππαδοκίαν, καὶ τὰς μετ' αὐτοῦ δυνάμεις παρειληφὼς, καταπεπολεμηκὼς δ' Ἀλκέταν καὶ Ἄτταλον περὶ τὴν Πισιδικὴν, καὶ τὰς δυνάμεις τὰς μετ' αὐτῶν ἀνειληφὼς, πρὸς δὲ τούτοις ὑπ' Ἀντιπάτρου τῆς Ἀσίας στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ᾑρημένος, ἅμα δὲ καὶ μεγάλης δυνάμεως ἡγεμὼν ἀποδεδειγμένος, πλήρης ἦν ὄγκου καὶ φρονήματος. [x] περιβαλλόμενος δὲ ταῖς ἐλπίσι τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν, ἔγνω μὴ προσέχειν μήτε τοῖς βασιλεῦσι, μήτε τοῖς ἐπιμεληταῖς αὐτῶν. ὑπελάμβανε γὰρ αὐτὸν 627.
κρείττω δύναμιν ἔχοντα, τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν θησαυρῶν κύριον ἔσεσθαι, μηδενὸς ὄντος [y] τοῦ δυναμένου πρὸς αὐτὸν ἀντιτάξασθαι. εἶχε γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον στρατιώτας πεζοὺς μὲν ἑξακισμυρίους, ἱππεῖς δὲ μυρίους, ἐλέφαντας δὲ τριάκοντα. χωρὶς δὲ τούτων, ἑτοίμας ποιήσασθαι καὶ ἄλλας δυνάμεις ἤλπιζεν, ἂν ᾖ χρεία, δυναμένης τῆς Ἀσίας χορηγεῖν ἀνεκλείπτως

q Μακεδόνων Reg. 1. Leid. ora Steph. r Προέτρεπε Reg. 1. s Τοῖς ἔμπροσθεν margo Steph. Leid. Reg. 1. t Διαφημισθείσης Iidem. v Καινοπραγεῖν in Steph. ora & Leid. Omittit autem Baſil. καὶ κίνησις — ἐπιβαλλομένων. x Περιβαλλόμενος Reg. 1. & Baſil. y Deſideratur in Baſil.

Ἡφαιστίων τὸ δ' ἦν ΕΠΙΤΡΟΠΗ ΤΗΣ ΟΛΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ. At ſecus eſt. Hephaeſtio praefectus erat alae equitum, quos ἑταίρους Macedones vocabant, quae dein praefectura Perdiccae fuit mandata. Noſtro indice hujus lib. cap. 3. P. Wess.

66. Περὶ τῆς τῶν ὅλων ἡγεμονίας] Qui Μακεδόνων ἡγεμονίαν ſubſtituerunt Critici, non videntur animadvertiſſe, Caſſandri patrem fuiſſe ἐπιμελητὴν τῶν βασιλέων, curamque imperii univerſi adminiſtraſſe; quam eamdem cum Caſſander adfectarit, cur vulgatum mutaremus? P. Wess.

83. Τὴν βασιλικὴν ἔχουσαν προστασίαν] Interpres regia fungens adminiſtratione; cui favere videtur Graecorum mos, ἐπιμέλειαν καὶ προστασίαν jungentium: Philo. Jud. de Rer. Div. Hered. pag. 500. ἐν γεωργίᾳ τὴν προστασίαν καὶ ἐπιμέλειαν ἔλαχεν. Iterum de Joseph. pag. 561. E. καὶ τῆς Αἰγύπτου πάσης τὴν ἐπιμέλειαν καὶ προστασίαν παραλάμβανε. Mitto cetera: delectatur enim hoc genere ſcriptor is. Hoc ego tamen loco regiae dignitatis ſpeciem & pompam, qua inter Macedones conſpicua iterum foret Cleopatra, indicari puto. Namque regni regumque tutelam ſi intendiſſet, τῆς βασιλέων προστασίας praeſtitiſſet, uti cap. 23. hujus libri. Opportune Polybius de uxore Mandonii L. x, 18. καὶ γὰρ ἦν ἡ γυνὴ πρεσβυτέρα καὶ τινα προστασίαν ἀξιωματικὴν ἐπιφαίνουσα. Erat enim mulier magno natu & ſpeciem dignitatis cujuſdam & majeſtatis prae ſe ferebat, bene Caſaubonus. Tum Excerpt. Legat. p. 1093. Philippus ἀνέβαινεν εἰς ἄστυ μετὰ μεγάλης προστασίας. i. e. magna cum pompa. Vide ad L. XVII, 34. P. Wess.

89. Ἰδιοπραγεῖν ἐπιβαλλομένων] Hoc legitimum. Singuli rebus ſuis provinciarum praefecti ſtudebant, prolatandiſque ditionis

πλῆθος στρατολογουμένοις ξένοις τὰς μισθοφορίας. ταῦτα δὲ διανοηθεὶς, Ἱερώνυμον μὲν τὸν τὰς ἱστορίας γράψαντα μετεπέμψατο, φίλον ὄντα καὶ πολίτην Εὐμένους τοῦ Καρδιανοῦ, τοῦ συμπεφευγότος εἰς τὸ χωρίον, τὸ καλούμενον Νῶρα. τοῦτον δὲ μεγάλαις δωρεαῖς [z] προκαλεσάμενος, ἐξαπέστειλε πρεσβευτὴν πρὸς τὸν Εὐμένη, παρακαλῶν τῆς μὲν περὶ Καππαδοκίαν μάχης γενομένης πρὸς αὐτὸν ἐπιλαθέσθαι, γενέσθαι δὲ φίλον καὶ σύμμαχον αὐτῷ, καὶ λαβεῖν δωρεὰς πολλαπλασίους, ὧν πρότερον ἦν ἐσχηκὼς, καὶ σατραπείαν μείζονα, καὶ καθόλου πρωτεύοντα τῶν [a] παρ' ἑαυτῷ φίλων, κοινωνὸν ἔσεσθαι τῆς [b] ὅλης ἐπιβολῆς. εὐθὺς δὲ καὶ τὸ φίλων συναγαγὼν συνέδριον, καὶ περὶ τῆς τῶν ὅλων ἐπιβολῆς [c] κοινωσάμενος, διέγραψε τῶν ἀξιολόγων φίλων οἷς μὲν σατραπείας, οἷς δὲ στρατηγίας. πᾶσι δὲ μεγάλας ἐλπίδας ὑποθεὶς, προθύμους κατεσκεύασε πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιβολάς. διενοεῖτο γὰρ ἐπελθεῖν τὴν Ἀσίαν, καὶ τοὺς μὲν [d] προϋπάρχοντας σατράπας ἐκβαλεῖν, πρὸς δὲ τῶν ἑαυτοῦ φίλων καθιστάναι τὰς ἡγεμονίας.

Τούτου δὲ περὶ ταῦτ' ὄντος, Ἀρριδαῖος ὁ τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας σατράπης, γνοὺς αὐτοῦ τὴν ἐπιβολὴν, ἔκρινεν ἀσφαλισάμενος [e] τὰ κατὰ ἰδίαν σατραπείαν, καὶ τὰς ἀξιολογωτάτας πόλεις φρουραῖς [f] περιλαμβάνειν. οὔσης δὲ τῆς τῶν Κυζικηνῶν πόλεως ἐπικαιροτάτης καὶ μεγίστης, ἀνέζευξεν ἐπ' αὐτὴν, ἔχων πεζοὺς μὲν μισθοφόρους πλείους τῶν μυρίων, Μακεδόνας δὲ χιλίους, Πέρσας δὲ τοξότας καὶ σφενδονήτας πεντακοσίους, ἱππεῖς δὲ ὀκτακοσίους, βέλη δὲ παντοδαπὰ, καὶ καταπέλτας ὀξυβελεῖς τε καὶ πετροβόλους, καὶ τὴν ἄλλην χορηγίαν πᾶσαν τὴν ἀνήκουσαν πρὸς πολιορκίαν. ἄφνω δὲ προσπεσὼν τῇ πόλει, καὶ τὸν πολὺν ὄχλον ἀναλαβὼν ἐπὶ τῆς χώρας, εἴχετο τῆς πολιορκίας, καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει καταπληξάμενος [g] ἠνάγκασε δέχεσθαι φρουράν. οἱ δὲ Κυζικηνοὶ, παραδόξου τῆς ἐπιθέσεως γενομένης, καὶ τῶν μὲν πλείστων ἐπὶ τῆς χώρας ἀπειλημμένων, ὀλίγων δ' ὄντων τῶν ὑπολελειμμένων,
628. ἀπαράσκευοι παντελῶς ὑπῆρχον πρὸς τὴν πολιορκίαν. ὅμως δὲ κρίναντες ἀντέχεσθαι τῆς ἐλευθερίας, φανερῶς μὲν πρέσβεις [h] ἐξέπεμψαν τοὺς διαλεξομένους τῷ Ἀρριδαίῳ λῦσαι τὴν πολιορκίαν. ποιήσειν γὰρ πάντα τὴν πόλιν Ἀρριδαίῳ, πλὴν τοῦ δέξασθαι φρουράν· λάθρᾳ δὲ τοὺς νέους ἀθροίζοντες, καὶ τῶν οἰκετῶν τοὺς εὐθέτους ἐπιλεγόμενοι καθώπλιζον, καὶ τὸ τεῖχος ἀνεπλήρουν τῶν ἀμυνομένων. τοῦ δὲ Ἀρριδαίου βιαζομένου δέχεσθαι φρουρὰν, ἔφησαν βούλεσθαι τῷ δήμῳ προσανενεγκεῖν περὶ τούτου. συγχωρήσαντος δὲ τοῦ σατράπου, λαβόντες ἀνοχὴν, ταύτην τε τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα βέλτιον παρεσκευάσαντο τὰ πρὸς τὴν πολιορκίαν. ὁ δ' Ἀρριδαῖος καταστρατηγηθεὶς, καὶ τὸν οἰκεῖον [i] ἑαυτῷ προέμενος καιρὸν, διεσφάλη τῆς ἐλπίδος. οἱ γὰρ Κυζικηνοὶ, πόλιν ἔχοντες ὀχυρὰν καὶ παντελῶς εὐ-

ſtipendia ſufficere Aſia poſſet. Haec animo verſans, Hieronymum hiſtoriae ſcriptorem Eumenis Olymp. CXV. II.
Cardiani, ejus qui in caſtellum Nora confugerat, amicum & civem ad ſe arceſſit, magniſque invitatum muneribus legationem ad Eumenem obire jubet, qua hortetur ipſum, ut pugnae in Cappadocia geſtae oblitus, amicitiam & ſocietatem belli ſecum jungat, donaque prioribus longe majora & ampliorem provinciam accipiat; Primus denique ſit inter amicos, ac totius inſtituti particeps. Nec mora, Senatu amicorum coacto, quod ſummam rerum capeſſat, illis exponit, & praecipuis amicorum, qua Satrapias, qua militum praefecturas, adſcribit, omneſque ſpes magnas ſuggerendo ad capeſſendum quae agitabat, promtiores facit. Aſiam enim pervadere, ejectiſque Satrapis, qui hactenus fuerunt, ad amicos ſuos imperia traducere, conſtituerat.

51. Quae dum tractat, Arrhidaeus Phrygiae Satrapes ad Helleſpontum, cognita ejus molitione, Satrapiae ſuae res in tuto ponere, urbeſque praecipuas praeſidiis munire, decrevit. Cyzicenorum autem contra urbem, quod maxima eſſet & prae cunctis opportuna, expeditionem facit, habens ſecum plus quam x. millia peditum mercede conductorum; Macedonumque mille, ſagittarios autem & funditores Perſas Iↄ, & equites Iↄ. ccc. Tela praeterea omnis generis & catapultas tum ſagittis tum lapidibus jaciundis idoneas, omnemque apparatum reliquum, qui oppugnationi conveniret. Tum ſubito urbem aggreſſus, cum magnam vulgi partem ruri deprehendiſſet, oppugnationem urgebat, & oppidanos terrore injecto ad praeſidium in urbem recipiendum adigere conabatur. Hac itaque impreſſione ex inopinato facta, quamvis & plurimi in agris excluſi, & pauci in urbe reliqui ad obſidionem ſuſtinendam omnino imparati eſſent: libertatem tamen Cyziceni aſſerendam rati, in ſpeciem quidem legatos mittunt, qui de ſolvenda obſidione cum eo colloquantur: Nam urbem omnia facturam Arrhidaeo, praeſidii tantum receptione demta: Sed clam coactam juvenum manum, & aptiſſimos ſervorum delectos armant, & propugnatoribus ita muros complent. Inſtante vero nihilominus Arrhidaeo, ut praeſidium admittant: ad populum ſe relaturos de hoc, reſpondent. Id ubi a Satrapa conceſſum, remiſſionem nacti, per totum diem illum & noctem inſequutam ad ſuſtinendam obſidionem melius ſe praeparant. Hac igitur arte deluſus Arrhidaeus, dimiſſa e manibus opportunitate, ſpe ſua excidit. Nam 655.
Cyziceni, quod urbem praevalidam haberent; & a ter-

z Προσκαλ. ἄνευ. Reg. 1. Leid. qui & μισθοφορίας paullo ante. a Παρ' ἑαυτῷ Reg. 1. ἑαυτοῦ vulgo. b Non invenit in ſuo Leid. c Κοινωσάμενος Baſil. d Ἄρχοντας ἐκβαλεῖν ſic Reg. 1. Leid. Paullo ante ἐπιβολὰς Venet. e Τὰς Leid. f Διαπεριλαμβάνειν Reg. 1. Leid. g Ἠνάγκαζε Reg. 1. h Ἀνέπεμψαν Reg. 1. Leid. i Αὐτῷ iidem.

tionis finibus. Supra C. 39. de Antigono ὅπως μὴ δύνηται διαλαθεῖν ἀναπραγῶν. Et cap. 42. πάντες (Macedonum duces) ἰδιοπραγεῖν ἐβουλεύοντο. P. Wess.

98. Περιβαλλόμενος δὲ ταῖς ἐλπίσι τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν] Habet Auctor L. xix, 52. περιλαμβάνων (Caſſander) ταῖς ἐλπίσι τὴν Μακεδόνων βασιλείαν. Nihil tamen moveo. Δύναμιν περιβάλλεσθαι & ἀρχὰς περιβάλλεσθαι *Iſocrates*, *Plutarchus* atque alii illos cum dixerint, qui copiis imperioque erant inſtructi, cur ad haec adhaereſcamus? Succurrit ipſe *Diodorus* L. xx, 41. περιεβάλλετο (Ophellas) ταῖς ἐλπίσι μείζονα δυναστείαν. *Plutarchus* Eumen pag. 590. C. ἀλλὰ τῇ γνώμῃ τὴν ὅλην περιβαλλόμενος ἡγεμονίαν. P. Wess.

6. Ἑτοίμους παρέστησαν —— ἤλπιζεν] Ne moleſtum ſit παραστῆσαι, ecce tibi *Herodianum* L. 1, 12. ἤλπιζε παρασκευάσασθαι τόν τε δῆμον καὶ τὸ στρατιωτικόν. Cujus generis nunc plura non addo. Factum alias eſt. Mox καὶ τὰς ἄλλας articulo addito *Rhodomanus* in not. Auctario corrigit. P. Wess.

26. Πρὸς δὲ τῶν ἑαυτοῦ φίλων καθιστάναι] Ex uſu & re amicorum ſuorum, ut in Lucianeo πρὸς ἐμοῦ λέγεις D. Deorum xx, 3. paſſimque apud alios. Vir doctiſſimus diverſus abiit. P. Wess.

31. Τὰς —— πόλεις φρουραῖς περιλαμβάνειν] In hoc acquieſco. Διαπεριλαμβάνειν, quod ſchedae veteres porrigunt, duplicem ſcripturam, ut ſaepe, conjungit, quarum διαλαμβάνειν φρουραῖς ſive φυλακαῖς his in libris multifariam iteratur, altera περιλαμβάνειν vitioſa eſt atque ex περιλαμβάνειν progenita. P. Wess.

40. Ἀναλαβὼν] Corrigebat *Rhodomanus* καταλαβὼν, quod ad ſen-

Olymp. CXV. II.

a terrae praeſidiis bene firmatam, ut quae Peninſula eſſet, mare inſuper obtinerent, hoſtem facile propulſabant. Quin & a Byzantiis militem & tela, caeteraque ad obſidionem conducibilia, accivere. Quibus omnibus celeriter ac promte illinc ſubminiſtratis, ſpe bona iterum concepta, ad ſuſtinendum pericula reddebantur animoſiores. Extemplo etiam navibus longis in mare protractis, oram praeternavigarunt, ſuoſque ex agris receptos in urbem revexere. Protenus ergo militum numero aucti, cum obſidentium plurimos interfeciſſent, obſidionem a ſe depulerunt. Tum Arrhidaeus, ſtrategemate Cyzicenorum deceptus, infecto negocio in Satrapiam ſuam regreditur.

52. Interea Antigonus Celaenis ſubſiſtens, de Cyzicenorum obſidione cognoſcit. Periclitantem igitur urbem ad futuras molitiones ſibi obnoxiam reddere ſtatuit. Ideo ex toto agmine quam optimos deligit XX. peditum & III. equitum millia. Eiſque aſſumtis, celeriter ad ferendum Cyzicenis ſuppetias contendit. Sed cum paulo ſerius illuc veniſſet, benevolentiam quidem erga civitatem prae ſe ferebat, ſed interim ſpe ſua deluſus erat. Legatos vero ad Arrhidaeum miſit, qui expoſtularent cum ipſo primum, quod Graecam urbem, eamque ſocietate junctam, nulla provocatus injuria, obſidere auſus eſſet. Deinde quod aperte moliretur defectionem, & provinciam ſuae poteſtatis faceret. Poſtremo ut ſatrapia decederet, unaque ad victum urbe accepta, privatam inde vitam ageret, imperabat. Auditis his legatorum poſtulatis Arrhidaeus, de verborum inſolentia conqueſtus, provincia ſe ceſſurum negat: ſed diſtributis per urbes praeſidiis, armis ſe cum illo diſceptaturum, reſpondet: Et quod reſponſo conveniret, urbibus paſſim firmatis partem exercitus mittit cum praefecto, cui mandarat, ut ſe cum Eumene conjungens, caſtellum obſidione liberaret, Eumenemque periculis exemtum in ſocietatem belli adſciſceret. Interim ulciſci Arrhidaeum properans Antigonus, copias ad debellandum eum mittit. Ipſe vero cum numeroſo agmine verſus Lydiam movet, Satrapam ejus Clitum inde ejecturus. Qui praecognito ejus adventu, praecipuas urbes praeſidiis munierat, ipſeque in Macedoniam, ut regibus & Polyſperchonti audaciam & defectionem Antigoni ſignificaret, & auxilia ſibi peteret, tranſmittebat. Tum Antigonus Epheſum primo ſtatim adventu in fidem accipit, adjutantibus illum in urbe nonnullis. Poſt cum appulſus Epheſum Aeſchylus Rhodius in quatuor navibus e

φύλακτον ἀπὸ τῆς γῆς, διὰ τὸ χερρόνησον αὐτὴν εἶναι, καὶ θαλαττοκρατοῦντες, ῥᾳδίως ἠμύνοντο τοὺς πολεμίους. μετεπέμποντο δὲ καὶ παρὰ Βυζαντίων στρατιώτας καὶ βέλη, καὶ τἆλλα τὰ χρήσιμα πρὸς τὴν πολιορκίαν· ὧν ἅπαντα συντόμως καὶ προθύμως χορηγησάντων, ἀνέλαβον ἑαυτοὺς ταῖς ἐλπίσι, καὶ πρὸς τοὺς κινδύνους εὐθαρσεῖς κατέστησαν. εὐθὺς δὲ καὶ μακρὰς ναῦς καθελκύσαντες, παρέπλεον τὴν [k] παραθαλάττιον, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς χώρας ἀναλαμβάνοντες, ἀπεκόμιζον εἰς τὴν πόλιν. ταχὺ δὲ στρατιωτῶν εὐπορήσαντες, καὶ πολλοὺς τῶν πολιορκούντων ἀποκτείναντες, [l] ἀπετρίψαντο τὴν πολιορκίαν. Ἀρριδαῖος μὲν οὖν, καταστρατηγηθεὶς ὑπὸ τῶν Κυζικηνῶν, ἄπρακτος ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἰδίαν Σατραπείαν.

Ἀντίγονος δὲ, πυθόμενος τὴν τῶν Κυζικηνῶν [m] πόλιν πολιορκουμένην, ἔτυχε μὲν ἐν Κελαιναῖς διατρίβων· κρίνας δὲ [n] τὴν κινδυνεύουσαν πόλιν ἰδίαν κατασκευάσασθαι πρὸς τὰς μελλούσας ἐπιβολὰς, ἀπέλεξεν ἐξ ἁπάσης τῆς δυνάμεως τοὺς ἀρίστους, πεζοὺς μὲν δισμυρίους, ἱππεῖς δὲ τρισχιλίους. τούτους δὲ ἀναλαβὼν, ἐν τάχει προῆγε βοηθήσων τοῖς Κυζικηνοῖς· βραχὺ δὲ τῶν καιρῶν ὑστερήσας, φανερὰν μὲν ἔσχε τὴν εἰς τὴν πόλιν εὔνοιαν, τῆς δὲ ὅλης ἐπιβολῆς ἀπέτυχε. πρὸς δὲ Ἀρριδαῖον ἐξέπεμψε πρεσβευτὰς, ἐγκαλῶν ὅτι πρῶτον μὲν Ἑλληνίδα πόλιν σύμμαχον οὖσαν καὶ μηδὲν ἀδικοῦσαν ἐτόλμησε πολιορκεῖν· ἔπειθ' ὅτι φανερός ἐστιν [o] ἀποστατήσων, καὶ τὴν Σατραπείαν ἑαυτῷ δυναστείαν κατασκευαζόμενος· τὸ δὲ τελευταῖον, προσέταττε τῆς Σατραπείας παραχωρεῖν, καὶ μίαν λαβόντα πόλιν εἰς καταβίωσιν, τὴν ἡσυχίαν ἄγειν. ὁ δ' Ἀρριδαῖος, διακούσας τῶν πρέσβεων, καὶ τὸ τῶν λόγων ὑπερήφανον καταμεμψάμενος, οὐκ ἔφη παραχωρήσειν τῆς Σατραπείας· τὰς δὲ πόλεις φρουραῖς διαλαμβάνων, πειρᾶσθαι τοῖς ὅπλοις διαγωνίζεσθαι πρὸς αὐτόν. ἀκολούθως δὲ ταῖς ἀποκρίσεσι τὰς πόλεις ἀσφαλισάμενος, μέρος τῆς δυνάμεως ἐξέπεμψε, καὶ στρατηγὸν ἐπ' αὐτῆς. τούτῳ δὲ προσέταξε συνάπτειν τοῖς περὶ τὸν Εὐμένη, καὶ λύειν τὴν πολιορκίαν τοῦ φρουρίου, καὶ τὸν Εὐμένη τῶν κινδύνων ἀπαλλάξαντα ποιήσασθαι σύμμαχον. Ἀντίγονος δὲ σπεύδων ἀμύνασθαι τὸν Ἀρριδαῖον, ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτὸν δύναμιν τὴν διαπολεμήσουσαν· αὐτός τε τὴν ἱκανὴν στρατιὰν ἀναλαβὼν, προῆγεν ἐπὶ Λυδίας, βουλόμενος ἐκβαλεῖν τὸν ἐν αὐτῇ Σατράπην Κλεῖτον. ὁ δὲ, προϊδόμενος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, τὰς μὲν ἀξιολογωτάτας πόλεις φρουραῖς ἠσφαλίσατο, αὐτὸς δὲ εἰς Μακεδονίαν ἐξέπλευσε, δηλώσων τοῖς τε βασιλεῦσι καὶ Πολυσπέρχοντι τὴν Ἀντιγόνου τόλμαν καὶ ἀπόστασιν, καὶ ἀξιώσων [p] ἑαυτῷ βοηθεῖν. ὁ δ' Ἀντίγονος τὴν μὲν Ἔφεσον ἐξ ἐφόδου παρέλαβε, συνεργησάντων αὐτῷ τινῶν ἐκ τῆς πόλεως· μετὰ δὲ ταῦτα καταπλεύσαντος εἰς Ἔφεσον Αἰσχύλου τοῦ Ῥοδίου, καὶ κομίζοντος ἐκ Κιλικίας ἐν τέσ- 629.

k Παραθαλάττιον *Leid.* Brevi ante ἀπὸ *Baſil.* l Ἀπετρίψαντο *Leid. Reg.* 1. Tu vide ad L. XV, 4. adſcripta. m Πολιορκίαν, ἔτυχε *Reg.* 1. *Leid.* om *Steph.* n Non habet *Baſil.* o Ἀποστατήσων *Leid.* cum *Steph.* margine. p Αὐτῷ *Reg.* 1.

ſententiam bene congruit. Forte tamen ἀπολαβὼν verius erit, quoniam Auctor τοὺς ἐπὶ τῆς χώρας ἀπειλημμένους hos ab Arrhidaeo interceptos ſtatim adpellat. *Suidas* ex *Joſepho* διέζωσε· ἀπολαμβάνουσι τοὺς πολεμίους —— καὶ πάντας εἵλοσαν. P. Weſs.

62. Διὰ τὸ χερρόνησον αὐτὴν εἶναι] Paria *Stephanus* in Κύζικος, cui *Strabonem* non obmoviſſet *L. Holſtenius*, adfirmantem L. XII. p. 861. inſulam eſſe, quae duobus pontibus continenti adhaereat, ſi fata urbis recordatus eſſet, quaeque a Criticis *Apollonio Rhod.* 1. 936. & *Caſaubono* adſcripta *Straboni* fuerunt. Quod vero addit Geographus duplici portu propter eos pontes fuiſſe inſtructam, partemque urbis monti, cui Ἄρκτων ὄρος nomen erat, accubuiſſe, veriſſimum veterum teſtimoniis reperitur. Docent Critici iidem portuum uni Πάνορμος titulum fuiſſe, alteri vero Χυτὸς ad *Apollon.* 1, 954. & 987., praeterea montem a nutricibus Jovis *in urſas* εἰς ἄρκτους transformatis eſſe dictum v. 937. Video equidem in ſcholiis iſtis Ἄρκτων ὄρος, ſed cauſſa adjuncta Ἄρκτων deſiderat, ipſeque Poeta v. 1150. Unde mirum accidit Ἄρκτων ὄρος in *Strabone* damnari. P. Wess.

78. Ἔτυχε μὲν ἐν Κελαιναῖς διατρίβων] Quondam Phrygiae caput urbs Celaenae, poſita loco amoeniſſimo, nec longe a finibus Lydiae, Cariae, Cappadociae, Pamphyliae. Vide *Dionem Chryſoſt.* Or. XXXV. p. 432. & *Strabon.* L. XII. p. P. Wess.

89. Ὅτι φανερός ἐστιν ἀποστατήσων] Librarii diſtracta voce ἀποστάτης ὢν provulgarunt; quos ſequi nihil neceſſe fuerit, cum ἀποστατήσω locuplete veterum patrocinio munitum ſit. P. Wess.

6. Ἐκβαλεῖν τὸν ἐν αὐτῇ σατράπην Κλεῖτον] Confer libri hujus cap. 39. P. Wess.

18. Πρὸς τοὺς τῶν [ὄντων μεν ὑφορῶν] Recipi poteſt μισθοφόρους ob Codd.

Olymp. CXV. II.

τέσσαρσι ναυσὶν ἀργυρίου τάλαντα ἑξακόσια, ἀπεσταλμένα εἰς Μακεδονίαν πρὸς τοὺς βασιλεῖς, παρείλετο, φάσκων ἑαυτῷ χρείαν ἔχειν πρὸς τὰς τῶν ξένων [q] μισθοφοράς. τοῦτο δὲ πράξας, φανερὸς ἐγένετο πρὸς ἰδιοπραγίαν ὡρμημένος, καὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἐναντιούμενος. μετὰ δὲ ταῦτα [r] συμπολιορκήσας ἐπῄει τὰς ἑξῆς πόλεις, ἃς μὲν βίᾳ χειρούμενος, ἃς δὲ πειθοῖ προσαγόμενος.

Ἡμεῖς δὲ, διεληλυθότες τὰ περὶ Ἀντίγονον, μεταβιβάσομεν τὴν ἀναγραφὴν [s] ἐπὶ τὰ συμβάντα περὶ Εὐμένη. οὗτος γὰρ μεγάλαις καὶ παραδόξοις μεταβολαῖς χρώμενος, διετέλεσεν ἀεὶ παρ' ἐλπίδας ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν μεταλαμβάνων. πρὸ μὲν γὰρ τούτων τῶν χρόνων συναγωνιζόμενος Περδίκκᾳ τε καὶ τοῖς βασιλεῦσιν, ἔλαβε Σατραπείαν Καππαδοκίαν, καὶ τοὺς συνορίζοντας ταύτῃ τόπους· ἐν οἷς μεγάλων δυνάμεων καὶ πολλῶν χρημάτων κυριεύσας, περίβλεπτον ἔσχε τὴν εὐτυχίαν. Κρατερὸν μὲν γὰρ καὶ Νεοπτόλεμον, διωνομασμένους ἡγεμόνας, καὶ τὰς ἀνικήτους τῶν Μακεδόνων ἐχόντας δυνάμεις, ἐνίκησε παρατάξει, καὶ αὐτοὺς κατὰ τὴν μάχην ἀνεῖλε. δόξας δὲ ἀνυπόστατος εἶναι, τηλικαύτης ἐπειράθη με-
630. ταβολῆς, ὥστε ὑπ' Ἀντιγόνου μεγάλῃ παρατάξει λειφθῆναι, καὶ μετ' ὀλίγων φίλων [t] ἀναγκασθῆναι καταφυγεῖν εἴς τι χωρίον παντελῶς μικρόν. εἰς τοῦτο δ' ἐγκλεισθεὶς, καὶ περιληφθεὶς ὑπὸ τῶν πολεμίων [v] διπλοῖς τείχεσιν, οὐδένα βοηθὸν ἔσχε τῆς ἰδίας συμφορᾶς. ἐνιαυσίου δ' οὔσης τῆς πολιορκίας, καὶ τῆς σωτηρίας ἀπογινωσκομένης, ἄφνω [x] παράδοξος λύσις ἐφάνη τῶν ἀτυχημάτων. ὁ γὰρ πολιορκῶν τὸν Εὐμενῆ καὶ σπεύδων ἀνελεῖν Ἀντίγονος, ἐκ μεταβολῆς παρεκάλεσεν αὐτὸν πρὸς κοινοπραγίαν· καὶ λαβὼν διὰ τῶν ὅρκων τὰς πίστεις, τῆς πολιορκίας ἀπελύθη. μετὰ δέ τινα χρόνον ἀνελπίστως διασωθεὶς, τότε μὲν περὶ τὴν Καππαδοκίαν διέτριβεν, ἀναλαμβάνων τοὺς προγεγονότας φίλους, καὶ τοὺς κατὰ τὴν χώραν πλανωμένους τῶν συνεστρατευκότων αὐτῷ πρότερον. [y] γενόμενος δὲ διαφερόντως σπουδαῖος, ταχὺ πολλοὺς ἔσχε κοινωνοὺς τῶν αὐτῶν ἐλπίδων, [z] καὶ πρὸς τὴν μετ' αὐτοῦ στρατείαν ὑπακούοντας. τέλος δὲ ἐν ὀλίγαις ἡμέραις, χωρὶς τῶν ἐν τῷ φρουρίῳ συμπεπολιορκημένων φίλων πεντακοσίων, ἔσχε στρατιώτας [a] ἐθελοντὶ ὑπακούοντας πλείους τῶν δισχιλίων. τῆς τύχης δ' αὐτῷ συνεργούσης, τηλικαύτην ἔλαβεν [b] αὔξησιν, ὥστε παραλαβεῖν τὰς βασιλικὰς δυνάμεις, καὶ προστῆναι τῶν βασιλέων πρὸς τοὺς καταλύειν αὐτῶν τὴν ἀρχὴν τετολμηκότας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν μικρὸν ὕστερον ἀκριβέστερον δίεξιμεν ἐν τοῖς [c] οἰκείοις χρόνοις.

Νυνὶ δ' ἀρκούντως τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν διεληλυθότες, μεταβησόμεθα πρὸς τὰς κατὰ τὴν Εὐρώπην συντελεσθείσας πράξεις. Κάσσανδρος γὰρ, ἀποτετευχὼς τῆς κατὰ τὴν Μακεδονίαν ἡγεμονίας, οὐκ [d] ἔπτηξεν, ἀλλ' ἔκρινεν ἀντέχεσθαι ταύτης, αἰσχρὸν εἶναι

Cilicia advexiſſet Ioc. argenti talenta regibus miſſa in Macedoniam: ille pecuniam intercepit, ſibi ad peregrinos milites conducendum opus eſſe dictitans. Quo facto ſatis declaravit, quod totus ad ſua tractandum negocia converſus, regibus adverſaretur. Poſt haec urbes deinceps oppugnatum invadebat, alias vi ſubigens, alias verbis ſibi concilians.

53. Nos vero res Antigoni jam exſecuti, ad ea quae Eumeni acciderunt, ſcribendi operam transferemus. Hic vir ingentes ex improviſo mutationes experiundo, ſemper nunc bonorum nunc malorum particeps omnem praeter ſpem erat. Ante enim haec tempora, Perdiccae & regibus bellandi operam navans, Satrapiam nactus erat Cappadociam, & quae hanc attingerent loca: ubi ma- 656.
gna copiarum & opum vi potitus, felicitatem ubique celebrem habuit. Craterum enim & Neoptolemum famigeratiſſimos duces, & invictis Macedonum copiis inſtructos, acie vicit, ipſoſque in pugna interemit. Jamque inſuperabilis videbatur: cum tantam fortunae mutationem expertus eſt, ut ab Antigono ingenti ſuperatus praelio, cum amicorum perpaucis in caſtellum quoddam perexiguum confugere cogeretur. In eo concluſus, dum muro duplici circumſeptus haeret, neminem, qui in calamitate opem tuliſſet, habuit. Et poſt annuam obſidionem, ubi de ſalute jam actum putabat, ſubito contra quam ſperaſſet, liberatio ex infortuniis illi exhibita eſt. Nam qui Eumenem obſidione preſſerat, jamque e medio tollere ſatagebat, vice mutata, ad ejuſdem negocii communicationem illum evocat. Qui accepta per juſiurandum fide, ex obſidionis diſcrimine liberatur. Et poſt breve intervallum inſperato ſalutis compos factus, ad tempus in Cappadocia moram trahit, ubi amicos priſtinos, & palantes per regionem militiae ſocios recolligit. Quia vero mirum ad modum induſtrius erat, confeſtim multos ejuſdem ſpei ſocios, & ad communem militiam obſequium deferentes, habuit. Denique intra pauxillum dierum, praeter quingentos illos amicos, qui obſidionem cum ipſo in munitione toleraverant, plus quam bis mille ad imperata promtos milites contraxerat; Et fortunae auxilio tantum incrementi ſortitus eſt, ut & regios exercitus adeptus, regum ipſorum tutelam contra illos, qui imperium ipſis abrogare audebant, geſſerit. Verum haec ſuo tempore, non ita multo poſt accuratius perſequemur.

54. Nunc rerum Aſiaticarum expoſitione abunde perfuncti, ad res in Europa geſtas tranſitum faciemus. Caſſander ab imperio Macedoniae excluſus, animum non abjecit: ſed illud ſibi vindicandum ſtatuit. Patris enim imperium ab aliis ad-

q Μισθοφορίας Reg. 2. Vat. Venet. Leid. Baſil. r Συμπολιορκήσαντας Leid. Reg. 1. s Εἰς τὰ iidem. t Διασωθῆναι καὶ καὶ ora Steph. Reg. 1. Leid. v Πολλοῖς τείχεσιν, ἐν Reg. 1. Leid. x Παραδόξως Leid. y Ἀγαπώμενος δὲ διαφερόντως ταχὺ in Steph. marg. Reg. 2. Baſil. Vat. non abſurde. z Καὶ τὴν πρὸς ταῦτα στρατ. Leid. a Ἐθελοντὰς idem, quod alibi magis commodum. b Ἰσχὺν Reg. 1. Leid. Steph. ora. c Ἰδίοις margo Steph. d Ἔπηξεν Leid.

Codd. plerorumque concordiam. Supra quidem L. XVII, 73. [illegible] At hujus libri cap. 50. [illegible] Memini etiam diſcrimen, quod inter utramque vocem Grammatici conſtituunt, nec puto tamen in *Luciano* de Merc. Cond. cap. 3. & 6. μισθοφορίας jure a doctiſſimo *M. Solano* mutari. P. Wess.

21. Μετὰ δὲ ταῦτα συμπολιορκήσας, ἐπῄει &c.] Mallem [illegible], aut, nimium ſi id videatur, [illegible], ſive [illegible], ut quibuſdam in ſchedis. Durum certe eſt vulgatum. P. Wess.

36. Καὶ αὐτοὺς κατὰ τὴν μάχην ἀνεῖλε] Vide ſuperius cap. 30. & ſeqq. P. Wess.

41. Καὶ περιληφθεὶς — διπλοῖς τείχεσι] Male mutant membranae veteres. Conf. cap. 41. P. Wess.

47. Καὶ λαβὼν διὰ τῶν ὅρκων τὰς πίστεις] Multo plenius haec *Plut.* Eumen. p. 590. D., ipſam jurisjurandi formulam, qua ſe Eumenes obligavit, adſcribens. Mox μετὰ δέ τινα χρόνον *poſt intervallum ſat longum* vir doctus verterat, quod mutavi. Conſtat ex *Plutarcho*, Antigonum ſtatim a viſa jurisjurandi ea formula artius juſſiſſe Eumenem, qui ſibi jam, Noris relictis, conſuluerat, obſideri. Paullo tamen aliter *Cor. Nepos* in Eum. C. 5. P. Wess.

56. Χωρὶς τῶν — φίλων πεντακοσίων] *Ad ſexcentos* [illegible] una cum Eumene Noris incluſos fuiſſe dixit cap. 41. Porro equi-

Olymp. CXV. II. administrari, turpe ſibi duxit. Videns autem Macedonum ſtudia in Polyſperchontem propenſa, amicos, quibus fidebat, colloquio prius cum illis privatim habito, ita ut nemo aliquid ſuſpicaretur, ad Helleſpontum miſit. Interim ipſe ruri per dies aliquot ocium trahens, venatibuſque operam dans, eam de ſe opinionem peperit, quaſi minime imperium affectaret; Ubi vero cuncta profectioni neceſſaria compararat, clam e Macedonia diſceſſit, & ad Cherſoneſum profectus, inde porro ad Helleſpontum pervenit. Eoque tranſmiſſo, in Aſiam ad Antigonum ſe contulit, auxilium ut ſibi ferret, rogitans, & Ptolemaeum in belli ſocietatem venturum, confirmans. Illum haud invitus ſuſcipit Antigonus, promiſſiſque ad omnia auxiliis liberaliter, confeſtim tum pedeſtribus, tum nauticis ſe illum copiis inſtructurum, confirmat. Haec ſimulatione quadam agebat, quaſi propter amicitiam cum Antipatro illi opem ferret. Sed revera magnis Polyſperchontem bellis diſtineri volebat: ut ipſe extra periculum, Aſia perdomita, ſummum imperium ad ſe pertraheret.

55. Dum haec geruntur, in Macedonia Polyſperchon regum tutor, poſt Caſſandri diſceſſum, cum magnitudinem belli cum Caſſandro gerendi praevideret, nihil ſine amicorum ſententia faciendum ratus: Duces omnes, & eos qui inter Macedones praecipuae auctoritatis erant, convocavit. Et quia manifeſtum erat, Caſſandrum Antigoni opibus confirmatum, civitates Graecas ſibi vindicaturum; quod pars illarum praeſidiis paternis teneretur, pars dominatu paucorum adminiſtraretur, quarum penes amicos & hoſpites Antipatri ſumma erat poteſtas; Et praeter haec omnia opitulaturum Caſſandro Ptolemaeum, qui Aegyptum in poteſtate haberet, & Antigonum, qui aperte a regibus deſciviſſet; quorum uterque magna copiarum & pecuniarum vi inſtructus eſſet; multiſque gentibus & urbibus potentiſſime imperaret: hac de cauſa deliberationem de ratione belli contra illos gerendi inſtituit. Cumque magna ſententiarum varietate de bello diſputatum eſſet, ita tandem fuit diſceſſum, ut civitatibus Graeciae reſtitueretur libertas, & paucorum in illis regimen, ab Antipatro inſtitutum, antiquaretur. Hoc enim pacto infirmaturos Caſſandrum, magnamque ſibi gloriam, & multorum non poſtremi nominis ſocietatem acquiſituros eſſe. Extemplo igitur, qui tunc aderant, civitatum legatos arceſſunt, bonumque animum habere juſſis, democratias reſtitutum iri ſpondent: ac ratum ea de re

657.

διαλαμβάνων τὴν τοῦ πατρὸς ἀρχὴν ὑφ' ἑτέρων διοικεῖσθαι. ὁρῶν δὲ τὴν τῶν Μακεδόνων ὁρμὴν κεκλιμένην πρὸς τὸν Πολυσπέρχοντα, τῶν μὲν φίλων οἷς ἐπίστευε κατ' ἰδίαν [e] προσδιαλεγόμενος, ἐξέπεμψεν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἀνυπόπτως· αὐτὸς δ' ἐφ' ἡμέρας τινὰς σχολάσας ἐπὶ τῆς χώρας, καὶ κυνήγια συνιστάμενος, ἐγέννησε περὶ αὐτοῦ διάληψιν, ὡς οὐκ ἀντιποιούμενος τῆς ἀρχῆς. ὡς δ' [f] εὐτρεπῆ πάντα ἦν αὐτῷ τὰ πρὸς τὴν ἀποδημίαν, ἔλαθεν ἀναζεύξας ἐκ τῆς Μακεδονίας. καταντήσας δ' εἰς τὴν Χερρόνησον, κἀκεῖθεν ἀναζεύξας, παρῆλθεν εἰς Ἑλλήσποντον. διαπλεύσας δ' εἰς τὴν Ἀσίαν πρὸς Ἀντίγονον, ἠξίου βοηθεῖν αὐτῷ, φήσας καὶ Πτολεμαῖον ἐπηγγέλθαι συμμαχήσειν. ὁ δ' Ἀντίγονος προθύμως αὐτὸν προσδεξάμενος, ἐπηγγείλατο πάντα συμπράξειν προθύμως [g] αὐτῷ, καὶ δύναμιν παραχρῆμα δώσειν πεζικήν τε καὶ ναυτικήν. ταῦτα δ' ἔπραττε, προσποιούμενος διὰ τὴν πρὸς Ἀντίπατρον φιλίαν συνεργεῖν, τῇ δ' ἀληθείᾳ βουλόμενος τοὺς περὶ Πολυσπέρχοντα πολέμους [h] καὶ μεγάλους περισπασμοὺς ἔχειν, ὅπως αὐτὸς ἀκινδύνως τὴν Ἀσίαν ἐπέλθῃ, καὶ τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν [i] εἰς ἑαυτὸν περιστήσῃ. 631.

Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, κατὰ μὲν τὴν Μακεδονίαν Πολυσπέρχων ὁ τῶν βασιλέων ἐπιμελητὴς μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ Κασσάνδρου, [k] προεώρα μὲν τὸ μέγεθος τοῦ πρὸς Κάσσανδρον ἐσομένου πολέμου, οὐδὲν δ' ἄνευ τῆς τῶν φίλων γνώμης κρίνων πράττειν, συνήγαγε τούς τε ἡγεμόνας ἅπαντας καὶ τῶν ἄλλων Μακεδόνων τοὺς ἀξιολογωτάτους. φανεροῦ δ' ὄντος, ὅτι Κάσσανδρος μὲν σωματοποιηθεὶς ὑπ' Ἀντιγόνου, τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεων ἀνθέξεται, διὰ τὸ τὰς μὲν αὐτῶν πατρικαῖς φρουραῖς φυλάττεσθαι, τὰς δ' ὑπ' [l] ὀλιγαρχιῶν διοικεῖσθαι, κυριευομένας ὑπὸ τῶν Ἀντιπάτρου φίλων καὶ ξένων. πρὸς δὲ τούτοις συμμαχήσειν τῷ Κασσάνδρῳ Πτολεμαῖόν τε τὸν Αἰγύπτου κρατοῦντα, καὶ Ἀντίγονον τὸν φανερῶς [m] ἤδη γενόμενον ἀποστάτην τῶν βασιλέων· ἀμφοτέρους δὲ καὶ δυνάμεις μεγάλας καὶ χρημάτων ἔχειν πλῆθος, ἔτι δὲ πολλῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων ἀξιολόγων κυριεύειν. προτεθείσης οὖν βουλῆς, πῶς τούτοις πολεμητέον ἐστὶ, καὶ πολλῶν καὶ ποικίλων λόγων περὶ τοῦ πολέμου ῥηθέντων, ἔδοξεν αὐτοῖς τὰς μὲν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεις ἐλευθεροῦν, τὰς δ' ἐν αὐταῖς ὀλιγαρχίας καθεσταμένας ὑπ' Ἀντιπάτρου καταλύειν. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸν μὲν Κάσσανδρον ταπεινώσειν, ἑαυτοῖς δὲ μεγάλην δόξαν καὶ πολλὰς συμμαχίας ἀξιολόγους περιποιήσειν. εὐθὺς οὖν τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων παρόντας πρεσβευτὰς προσκαλεσάμενοι, καὶ θαρρεῖν [n] παρακαλέσαντες, ἐπηγγείλαντο τὰς δημοκρατίας ἀποκαταστήσειν ταῖς πόλεσι· καὶ τὸ κυρωθὲν

e Διαλεγόμενος Reg. 1. Leid. f Εὐτρεπῆ Baſil. g Non eſt in Reg. 2. Venet. Baſil., habetque aſteriſcum a Steph. h Et hoc ſtigmate inuſtum eſt ab eodem, deſideraturque in Reg. 1. i Ὡς ἑαυτὸν Baſil. Venet. tum περιστήσῃ Reg. 1. k Προεώρα Leid. haud prave. l Ὀλιγαρχίας Vat. Baſil. m Προσγινόμενον Reg. 1. Leid. n Παρακελευσάμενοι ora Steph. Reg. 1. Leid.

equites prope mille ad Eumenem ſeſe adjunxiſſe, poſtquam caſtello ſe expediverat, reperies apud *Plut.* dicto loco. P. Wess.

72. Τῶν μὲν φίλων —— ἐξέπεμψεν] Quid ad pleniorem verborum ſtructuram deſideretur, in aperto eſt. *Diogenes* ſimili ellipſi L. II, 133. πλείω συνάγων συμπόσια, ἐν οἷς καὶ ποιητῶν καὶ μουσικῶν. Alioqui inſolitum non eſt, ut ἐκπέμπειν abſolute ponatur. Supra L. XVII, 113. αἵ τε τῶν Ἑλλήνων πόλεις ἐξέπεμψαν, καὶ Μακεδόνες. *Miſerunt & Graecorum civitates legatos & Macedones.* Probant & Latini id dicendi compendium *Livius* L. VIII, 25. *Novi dein Coſſ. juſſu populi quum miſiſſent, qui indicerent Samnitibus bellum.* Plura *Gronov.* ibid. cap. 22. *Graevius* in *Juſtin.* V, 3. *Cortius* ad *Salluſt.* Catil. 32. P. Wess.

89. Καὶ μεγάλους περισπασμοὺς ἔχειν] Confer not. in L. XII, 38. & *Raphelium* ad *S. Lucae* Evang. Cap. X, 32. περισπασμοῦ vocem e *Polybio* illuſtrantem. P. Wess.

1. Διὰ τὸ τὰς μὲν —— φρουραῖς φυλάττεσθαι] Si *Pauſaniae* fides, Antipater Graeciae libertati, finito Lamiaco bello, non inſidiabatur, ſed Demades proditorumque alii auctores fuere ὥστε Ἀθηναίους καὶ πόλεων τῶν ἄλλων τὰς πολλὰς Μακεδόσιν εἰσαχθῆναι φρουράς L. VII, 10. Atque hae ſunt πατρικαὶ illae Caſſandri φρουραί. Sed conſule hujus libri cap. 18. P. Wess.

17. Καὶ θαρρεῖν παρακαλέσαντες] Suſpicor e gloſſa eſſe παρακαλέσαντες, idque ſede ſua evertiſſe τὸ παρακελευσάμενοι. Congruum certe & opportunum. *Iſocrates* Evag. p. 300. καὶ γὰρ ἐκείνοις παρακελεύεσθαι τῶν δρομέων, οὐ τοῖς ἀπολελειμμένοις &c. Saepe etiam Noſter, cujus L. XVIII, 29. vide. P. Wess.

29. Ἀλεξάνδρου μεταλλάξαντος ἐξ ἀνθρώπων] De Heroibus ac divinae ſortis, quo e genere Alexander cenſebatur, hominibus, cum in terris eſſe deſinunt, hoc paene perpetuum. *Pauſanias* L. V, 19. Λέγεται —— ὡς Χείρων ἀπηλλαγμένος ἤδη παρ' ἀνθρώπων καὶ ἠξιωμένος εἶναι σύνοικος θεοῖς. *Iſocrates* Archid. pag. 176. ἐπειδὴ Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθησαν. Plura adſcripta ſunt L. I, 20. p. 24., quae inſpice. P. Wess.

53. Μηδὲ Μεγαλοπολιτῶν τὰς πόλεις Πελοποννήσου &c.] Nihil mihi certi de his ſeſe offert. Credo ex horum proditione natam urbis Megalopolis obſidionem, quam, Alexandro in ultimo oriente, ſive ἔξω τῆς ἀγαθῆς καὶ οἰκουμένης, agente, conſiliis Antipatri ſuſceptam ſignificat *Aeſchines* in Cteſiph. p. 77. P. Wess.

54. Μηδ'

θεὶν δόγμα γράψαντες, ἔδωκαν τοῖς πρεσβευταῖς, ὅπως κατὰ τάχος εἰς τὰς πατρίδας ἐπανελθόντες, ἀπαγγείλωσι τοῖς δήμοις τὴν τῶν βασιλέων καὶ τῶν [o] ἡγεμόνων εἰς τοὺς Ἕλληνας εὔνοιαν· ἦν δὲ τὸ διάγραμμα τοιοῦτον.

„ Ἐπειδὴ συμβέβηκε τοῖς προγόνοις ἡμῶν πολλὰ τοὺς Ἕλληνας εὐεργετηκέναι, βουλόμεθα διαφυλάττειν τὴν ἐκείνων προαίρεσιν, καὶ πᾶσι φανερὰν ποιῆσαι τὴν ἡμετέραν εὔνοιαν, ἣν ἔχοντες διατελοῦμεν πρὸς τοὺς Ἕλληνας. πρότερον μὲν οὖν, Ἀλεξάνδρου μεταλλάξαντος ἐξ ἀνθρώπων, καὶ τῆς βα-
632. σιλείας εἰς ἡμᾶς καθηκούσης, ἡγούμενοι δεῖν ἐπαναγαγεῖν πάντας ἐπὶ τὴν εἰρήνην, καὶ τὰς πολιτείας, ἃς Φίλιππος ὁ ἡμέτερος πατὴρ κατέστησεν, ἐπεστείλαμεν [p] εἰς ἁπάσας τὰς πόλεις περὶ τούτων. ἐπεὶ δὲ συνέβη, μακρὰν ἀπόντων ἡμῶν, τῶν Ἑλλήνων τινὰς, μὴ ὀρθῶς γινώσκοντας, πόλεμον ἐξενεγκεῖν πρὸς Μακεδόνας, καὶ κρατηθῆναι ὑπὸ τῶν ἡμετέρων στρατηγῶν, καὶ πολλὰ καὶ δυσχερῆ ταῖς πόλεσι συμβῆναι· τούτων μὲν [q] οὖν τοὺς στρατηγοὺς αἰτίους ὑπολάβετε γεγενῆσθαι. ἡμεῖς δὲ τιμῶντες τὴν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν, κατασκευάζομεν ὑμῖν εἰρήνην. πολιτείας δὲ, τὰς ἐπὶ Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ τἄλλα πράττειν κατὰ τὰ διαγράμματα τὰ πρότερον ὑπ' ἐκείνων γραφέντα. καὶ τοὺς μεταστάντας ἢ φυγόντας ὑπὸ τῶν ἡμετέρων στρατηγῶν ἐκ τῶν πόλεων, ἀφ' ὧν χρόνων Ἀλέξανδρος εἰς τὴν Ἀσίαν διέβη, κατάγομεν, καὶ τοὺς ὑφ' ἡμῶν κατελθόντας, πάντα τὰ αὐτῶν ἔχοντας καὶ ἀστασιάστους καὶ ἀμνησικακουμένους ἐν ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι πολιτεύεσθαι. καὶ εἴ τι κατὰ τούτων ἐψήφιστο, ἄκυρον ἔστω· πλὴν εἴ τινες ἐφ' αἵματι ἢ ἀσεβείᾳ κατὰ νόμον πεφεύγασι. μὴ κατιέναι δὲ μηδὲ Μεγαπολιτῶν τοὺς μετὰ Πολυαινέτου ἐπὶ προδοσίᾳ φεύγοντας, μηδ' Ἀμφισσεῖς, μηδὲ Τρικκαίους, μηδὲ Φαρκαδωνίους, μηδὲ Ἡρακλεώτας. τοὺς δ' ἄλλους καταδεχέσθωσαν πρὸ τῆς τριακάδος τοῦ Ξανθικοῦ μηνός. εἰ δέ τινα τῶν πολιτευμάτων Φίλιππος ἢ Ἀλέξανδρος ἀπέδειξαν ἑαυτοῖς ὑπεναντία, [r] παραγινέσθωσαν πρὸς ἡμᾶς, ἵνα διορθωσάμενοι, τὰ συμφέροντα καὶ ἡμῖν καὶ ταῖς πόλεσι πράττωσιν. Ἀθηναίους δ' εἶναι τὰ μὲν ἄλλα, καθάπερ ἐπὶ Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου· Ὠρωπὸν δὲ Ὠρωπίους ἔχειν, καθάπερ νῦν. Σάμον δὲ δίδομεν Ἀθηναίοις, ἐπειδὴ καὶ Φίλιππος ἔδωκεν ὁ πατήρ. ποιησάσθωσαν δὲ [s] δόγμα πάντας τοὺς Ἕλληνας, μηδένα μήτε στρατεύειν μήτε πράττειν ὑπεναντία ἡμῖν· εἰ δὲ μή, φεύγειν αὐτὸν καὶ γενεὰν, καὶ τῶν ὄντων στέρεσθαι. προστετάχαμεν δὲ καὶ περὶ τούτων καὶ τῶν λοιπῶν Πολυσπέρχοντι πραγ-

decretum, literiſque comprehenſum, legatis tradunt; ut quamprimum in patriam reverſi, ſuo quiſque populo regum & principum in Graecos benevolentiam renunciarent. In hanc autem formam erat ſcriptum. Olymp. CXV. II.

56. Quandoquidem ita res tulit, ut in Graecos a majoribus noſtris beneficia multa conferrentur, nobis propoſitum illorum tueri, & benevolentiam, quam erga Graecos perpetuo retinemus, teſtatam facere animus eſt. Cum igitur etiam ante, tranſlato e mortalium conſuetudine Alexandro, regnoque ad nos devoluto, exiſtimaremus, omnes ad pacem, eamque reipublicae formam, quam parens noſter Philippus conſtituerat, revocandos eſſe: ea de re ad omnes tum civitates perſcriptum fuit. Sed poſtquam evenit, ut quidam non recte ſibi conſulentes, dum procul a Graecis abſumus, bellum Macedonibus intulerint, victiſque illis, Ducum noſtrorum opera, moleſtiis & incommodis multis civitates affectae ſint; eorum militiae praefectos in culpa fuiſſe, perſuaſum habetote. Jam vero nos priſtinum colentes inſtitutum, pacem vobis conciliamus, & reſpublicas quae ſub Philippo & Alexandro fuerunt, & caetera juxta formulas ab illis praeſcriptas adminiſtrandi poteſtatem exhibemus. Illos praeterea, qui emigrarunt, aut e ducum noſtrorum juſſu pulſi ſunt, a quo tempore Alexander in Aſiam trajecit, revocamus: A nobis autem reductos, ſuas facultates & abſque ſeditione atque recordatione injuriarum, in patria quemque ſua, jus civitatis habere jubemus. Quod ſi quid in hos decretum eſt, abrogatum eſto. Praeterquam ſi qui caedis aut violatae religionis cauſa relegati ſint. At neque Megapolitarum exſules cum Polyaeneto proditionis damnati, neque Amphiſſenſes: Ut nec Triccaei: nec Pharcadonii: nec Heracleotae redeunto. Alii omnes ante trigeſimum Xanthici menſis recipiuntor. Si quae vero ſunt reipublicae inſtituta, quae Philippus & Alexander ipſis contraria ediderunt, ad nos veniunto: ut correctione adhibita, quae & in noſtram & civitatum rem ſint, deinceps agant. Athenienſes retinento caetera, ut ſub Philippo & Alexandro; Oropum autem ſibi habeant, uti nunc, Oropii. Athenienſibus tamen Samon reddimus: quia Philippus pater illam antea dedit. Interim Graeci univerſi decretum ſanciunto, neminem adverſus nos neque militaturum, neque acturum. Alioqui relegandum & ipſum, & familiam, boniſque ſuis exuendum. De his autem & reliquis ut vobiſcum agat Polyſperchon, mandatum a nobis habet. Vos igi-

o Δήμοις *Var.* & *Steph.* margo cum *Reg.* 2. *Baſil.* p Πρὸς *Leid. Reg.* 1. q Notam defectus adſcripſit *Steph.* & deeſt *Reg. ſte.* & *Reg.* 1., qui mox una cum *Leid.* ὑπελάβετε. r Παραγινέσθωσαν *Reg.* 1. s Δόγματα *Baſil.*

54. Μηδ' Ἀμφισσεῖς] Videntur ſedibus ſuis deturbati a Philippo, quod ſacrum Apollini agrum ararent, & Amphictyonibus. Inſpice *Demoſthen.* Or. pro Coron. p. 165. & *Aeſchinem* p. 70. P. Wess.

55. Μηδὲ Τρικκαίους] Ob quod delictum Triccaei exſulaverint, non conſtat. Pharcadoniorum vicini, & montibus undique incincti erant. Illud *Strabo* L. IX. p. 669., hoc docet apud *Galenum* L. I. Antidot. pag. 429. *Antimachus*, Aeſculapii, qui Triccae colebatur, opem implorans:

> Ἰλήκοις ἐς τήνδε μάκαρ παιήων Παιάν,
> Εἴτε σε Τρικκαῖον δαίμον' ἔχουσι λόφοι,
> Ἢ Ῥόδος, ἢ Βέρυνα, καὶ ἀγχίαλος Ἐπίδαυρος.

Quo loco, quod obiter admoneo, egregie ſtabilitur fontis Burinae, quod in vetuſtioribus ſchedis invenerunt ſcholiaſtae, nomen in *Theocriti* Idyl. VII, 6. Triccam, ut ad eam redeam, ſerior aetas *Tricala* vocavit, teſte *Euſtathio* Iliad. B. pag. 330. P. Wess.

Μηδὲ Φαρκαδωνίους] In *Stephano* Φαρκαδὼν ſive potius Φαρκαδὼν, quam Φαρκηδόνα *Theopompus*, eodem Auctore, nuncupaverat. *Straboni* nunc quidem Φαρκαδὼν, propius ad verum MSſ. Φαρκαδὼν, optime ad *Stephanum* notante *Jac. Gronovio*. Tradiderant obſeſſi Pharcadonii civitatem ſuam Philippo, quam praeſidiariis firmare cum vellet, mutata fide, in eos irruerunt maximo ſuo malo. Docet *Polyaen.* L. IV, 2, 18. Φίλιππος ἐπολιόρκει ΦΑΛΚΙΔΟΝΑ πόλιν Θετταλικήν· ΦΑΛΚΙΔΟΝΙΟΙ παρέδωκαν τὴν πόλιν ὡς δ' εἰσῆλθον οἱ Φιλίππου μισθοφόροι &c. Sic edunt. Tu ſcribe ΦΑΡΚΗΔΟΝΑ πόλιν Θετταλίας & ΦΑΡΚΗΔΟΝΙΟΙ. Fortaſſe ob eam perfidiam patriae urbis poſſeſſione dejecti ſunt. P. Wess.

63. Ὠρωπὸν δὲ Ὠρωπίους ἔχειν] De Oropo Athenienſes inter & Boeotos perpetuae interceſſerant controverſiae. Vid. L. XIV, 17. & XV, 76. Quas etſi diſcutere, urbe Oropiis reddita, reges Macedonum ſunt conati, tollere tamen non potuerunt. Adi *Pauſaniam* L. VII, 11. P. Wess.

Σάμον δὲ δίδομεν Ἀθηναίοις, ἐπειδὴ καὶ Φίλιππος &c.] Philippum Athenienſibus Sami poſſeſſionem controverſam non feciſſe, teſtes illi ſunt literae, inſolentia plenae, apud *Plut.* Alex. p. 681. A. Reſcindunt ergo reges, quae Perdiccas in Samiorum

Olymp. cxv. II. 658. igitur, quomodo etiam antea ſcripſimus, huic adverſitote. Nam qui contra quam ſcriptum eſt, fecerint, illis nequaquam permittemus.

57. Diplomate hoc edito, & ad omnes civitates transmiſſo, Polyſperchon ad Argivorum civitatem, caeteraſque literas dedit, quibus mandat, ut qui ſub Antipatro rempublicam tenuerunt, in exſilium pellantur; nonnulli etiam capite ac publicatione bonorum multentur, ut ad extrema redacti Caſſandrum juvare nulla in re valeant. Olympiadem quoque Alexandri matrem, quae tunc in Epiro, odio Caſſandri, degebat, per literas hortatur, ut quamprimum redeat in Macedoniam, & receptum ad ſe filiolum Alexandri ipſa curet, donec adultus paternum imperium capeſſat. Epiſtolam praeterea, regum nomine ſcriptam, ad Eumenem mittit, ut opera ſua regibus addicta, cum Antigono inimicitias ne deponat, ſive in Macedoniam transgreſſus communi ſecum opere regum tutelam gerere velit, ſive potius eligat in Aſia remanere, & exercitibus pecuniiſque acceptis belligerari cum Antigono, qui jam manifeſto a regibus deſciviſſet. Reges autem & Satrapiam, quam Antigonus ipſi ademiſſet, & beneficia, quae prius obtinuiſſet in Aſia, reſtituere. His denique omnibus adjecit, maxime omnium decere Eumenem, ut regiae domus tutelam curamque gereret, ad exemplum ſe componens illorum, quae jam in adminiſtratione ſua pro familia regia exhibuiſſet. Quod ſi majoribus indigeret copiis, vel ſe cum regibus univerſas regni vires in Aſiam traducturum. Haec igitur iſto tum anno fuerunt peracta.

Olymp. cxv. III. 58. Athenis porro Archontis magiſtratum obeunte Archippo, Romani conſules crearunt Quintum Aelium, & Lucium Papirium. Quando Eumeni poſt nuperum ex caſtello diſceſſum redditae ſunt literae, quas Polyſperchon miſerat: in quibus praeter ſuperius indicata perſcriptum erat: quod quingenta ipſi reges talenta ad reſarciendum damna pridem accepta largiantur, literaſque ad praefectos Ciliciae ac quaeſtores dederint, ut & illa talenta, caeteraeque pecuniae quantum ad peregrini militis conductionem, alioſque neceſſarios uſus requiſiverit, exhibeant: Tum quod trium millium Argyraſpidum (ab argenteis hi clypeis nomen habent) Macedonum ductoribus mandarint, ut Sacramento Eumeni ſe obligent, eumque in omnibus alacriter juvent, qui totius Aſiae imperator

„ μαλεύεσθαι. ὑμεῖς οὖν, καθάπερ ὑμῖν καὶ πρότερον ἐγράψαμεν, ἀκούετε τούτου. τοῖς γὰρ μὴ ποιοῦσί τι τῶν γεγραμμένων οὐκ ἐπιτρέψομεν.

Τούτου δὲ τοῦ διαγράμματος ἐκδοθέντος, καὶ πρὸς ἁπάσας τὰς πόλεις ἀποσταλέντος, ἔγραψεν ὁ Πολυσπέρχων πρός τε τὴν Ἀργείων πόλιν καὶ τὰς λοιπάς, προστάττων τοὺς [t] ἀφηγησαμένους ἐπ' Ἀντιπάτρου τῶν πολιτευμάτων φυγαδεῦσαι, τινῶν δὲ καὶ θάνατον καταγνῶναι, καὶ δημεῦσαι τὰς οὐσίας, ὅπως ταπεινωθέντες εἰς τέλος μηδὲν ἰσχύσωσι 633. συνεργεῖν Κασσάνδρῳ. ἔγραψε δὲ καὶ πρὸς Ὀλυμπιάδα τὴν Ἀλεξάνδρου μητέρα διατρίβουσαν ἐν Ἠπείρῳ, διὰ τὴν πρὸς Κάσσανδρον ἔχθραν, ἵνα τὴν ταχίστην εἰς Μακεδονίαν καταντήσῃ, καὶ παραλαβοῦσα τὸ Ἀλεξάνδρου παιδίον, ἐπιμέλειαν αὐτοῦ [u] ποιῆται, μέχρις ἂν εἰς ἡλικίαν ἔλθῃ, καὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν παραλάβῃ. ἔπεμψε δὲ καὶ πρὸς Εὐμένη, γράψας ἐπιστολὴν ἐκ τοῦ τῶν βασιλέων ὀνόματος, ὅπως πρὸς μὲν Ἀντίγονον μὴ διαλύσηται τὴν ἀλλοτριότητα, πρὸς δὲ τοὺς βασιλεῖς ἀποκλίνας, εἴτε βούλεται καταντᾷν εἰς Μακεδονίαν, καὶ μετ' αὐτοῦ κοινοπραγῶν ἐπιμελητὴς εἶναι τῶν βασιλέων, εἴτε μᾶλλον προαιρεῖται μένειν ἐπὶ τῆς Ἀσίας, καὶ λαβὼν δύναμιν καὶ χρήματα, διαπολεμεῖν πρὸς Ἀντίγονον, φανερῶς ἤδη γεγενημένον ἀποστάτην τῶν βασιλέων. ἀποκαθιστάνειν δ' αὐτῷ τοὺς βασιλεῖς τήν τε σατραπείαν, ἣν [x] ὁ Ἀντίγονος ἀφῄρηται, καὶ τὰς δωρεὰς ἁπάσας, ὅσας πρότερον εἶχε κατὰ τὴν Ἀσίαν. τὸ δ' ὅλον ἀπεφαίνετο μάλιστα [y] πάντων πρέπειν, Εὐμενῆ τῆς βασιλικῆς οἰκίας κήδεσθαι καὶ φροντίζειν, ἀκολουθοῦντα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ [z] πεπολιτευμένοις πρὸς τὴν βασιλικὴν οἰκίαν. ἐὰν δὲ μείζονος δυνάμεως προσδέηται, καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν βασιλέων ἀναζεύξειν ἐκ Μακεδονίας μετὰ πάσης τῆς βασιλικῆς δυνάμεως. ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἀρχίππου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Κόϊντον Αἴλιον καὶ Λεύκιον Παπίριον· ἐπὶ δὲ τούτων, Εὐμένης μὲν ἄρτι τὴν ἐκ τοῦ φρουρίου πεποιημένος [a] ἀποχώρησιν, ἐκομίσατο τὰς ἐπιστολὰς τὰς [b] ἀποσταλείσας ἀπὸ Πολυσπέρχοντος, ἐν αἷς ἦν γεγραμμένον χωρὶς τῶν προειρημένων, ὅτι πεντακόσια μὲν τάλαντα διδόασιν αὐτῷ δωρεὰν οἱ βασιλεῖς εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν γεγενημένων περὶ αὐτὸν ἐλαττωμάτων. καὶ διότι γράμματα ἀπέσταλκαν οἱ βασιλεῖς πρὸς τοὺς ἐν τῇ Κιλικίᾳ στρατηγοὺς καὶ θησαυροφύλακας, ὅπως αὐτῷ τὰ πεντακόσια τάλαντα δῶσι, καὶ τῶν ἄλλων χρημάτων, ὅσα ἂν αἰτήσῃ, πρός τε τὰς ξενολογίας καὶ τὰς ἄλλας τὰς κατεπειγούσας χρείας· τούς τε τῶν Ἀργυρασπίδων Μακεδόνων τρισχιλίων ἀφηγουμένους, ἵνα παραδῶσιν [c] αὐτοὺς Εὐμένει, καὶ τἆλλα συμπράττωσι προθύμως, [d] ὡς ἂν ἀποδεδειγμένῳ

t Ἀφηγησαμένους *Baſil. Vat.* u Ποιῆται, μέχρι *Baſil.* x Non eſt in *eodem.* y Deſideratur in *Leid.* z Πολιτευομένοις ora *Steph. Venet.* a Τὴν ἀποχ. *Baſil.* b Σταλείσας *Leid.* c Αὐτοῖς *Reg.* 1. d Notam duobus his adpoſuit *Steph.*, nec leguntur in *Reg.* 2. *Venet. Baſil.*

miorum commodum nuper admodum conſtituerat hujus lib. C. 18. P. Wess.

82. Διὰ τὴν πρὸς Κάσσανδρον ἔχθραν] Ab Antipatro diſſenſerat Olympias, ejuſque odio in Epirum conceſſerat, uti proditum fuit cap. 49. atque a *Pauſania* L. 1, 11. Patriis veſtigia cum Caſſander premeret, utique & ejus metu eadem in regione nobiliſſima femina moram perſeverare potuit. De Alexandri filio, ex Roxane ſuſcepto itidemque Alexandro dicto, *Freinſhem.* ad *Curtii* L. x, 6, 2. & *Boſius* in *Nepot.* Eum. cap. 6. agunt diligenter. P. Wess.

4. Ταῦτα — κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν, Ἐπ' ἄρχοντος &c.] Maximus hiatus debet notari inter ἐνιαυτόν & Ἐπ' ἄρχοντος. Deſunt enim duorum annorum geſta, ut patet ex Olympiadum numero. Supra p. 622. (lib. xvii, 113.) numeravit Olympiadem centeſimam decimam quartam, Ageſia Archonte. Infra pag. 679. (lib. xix, 17.) numerat Olympiadem cxvi. Demogene Archonte: nullibi Olympiadem cxv. invenire eſt; nam fuit in hoc hiatu *Neaechmus* Archon & *Apollodorus* iterum Archon. Anſam errori praebuit nomen Apollodori Archontis repetitum, qui ſupinum vel properantem exſcriptorem fefellit. Nam cum Apollodorus fuerit Archon quarto anno Olympiadis cxiv., rurſus vel idem vel alius Apollodorus fuerit Archon biennio poſt, ſcilicet ſecundo anno Olympiadis cxv., ſecundum hunc Apollodorum pro primo ſumſit, & a ſecundo ſcribere continuavit, cum deberet a primo continuo filo hiſtoriam exſcribere. Deſunt igitur ea quae geſta ſunt Νεαίχμου Ἄρχοντος Olymp. cxv. & Ἀπολλοδώρου Ἄρχοντος τὸ δεύτερον vel τὸ δεύτερον, anno ſecundo dictae Olympiadis cxv. Jac. Palm.

Ταῦτα — κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν & reliq.] Deeſſe huic libro plura, citra dubium eſt. At hiatus iſte alibi commodius invenitur

τῷ στρατηγῷ τῆς ὅλης Ἀσίας αὐτοκράτορι. ἧκε δὲ καὶ
634 παρ' Ὀλυμπιάδος αὐτῷ γράμματα, δεομένης καὶ λιπαρούσης βοηθεῖν τοῖς βασιλεῦσι καὶ ἑαυτῇ. μόνον γὰρ ἐκεῖνον πιστότατον ἀπολελεῖφθαι τῶν φίλων, καὶ δυνάμενον [e] διορθώσασθαι τὴν ἐρημίαν τῆς βασιλικῆς οἰκίας. ἠξίου δ' αὐτὸν ἡ Ὀλυμπιὰς συμβουλεῦσαι, πότερον αὐτῷ δοκεῖ συμφέρειν μένειν αὐτὴν ἐν Ἠπείρῳ, καὶ μὴ πιστεύειν τοῖς ἀεὶ δοκοῦσι μὲν ἐπιμεληταῖς εἶναι, τῇ δὲ ἀληθείᾳ τὴν βασιλείαν εἰς ἑαυτοὺς μεθιστᾶσιν [f] ἢ ἐπανέρχεσθαι. ὁ δὲ Εὐμένης πρὸς μὲν Ὀλυμπιάδα παραχρῆμα ἀντέγραψε, συμβουλεύων κατὰ τὸ παρὸν μένειν ἐν Ἠπείρῳ, μέχρι ἂν ὁ πόλεμος λάβῃ τινὰ κρίσιν. αὐτὸς δ' ἀεὶ τὴν εὔνοιαν βεβαιοτάτην πρὸς τοὺς βασιλεῖς τετηρηκώς, ἔκρινεν Ἀντιγόνῳ μὲν μὴ προσέχειν ἐξιδιαζομένῳ τὴν βασιλείαν· τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου παιδὸς προσδεομένου βοηθείας, διά τε τὴν ὀρφανίαν καὶ διὰ τὴν τῶν ἡγεμόνων πλεονεξίαν, διέλαβεν ἁρμόζειν [g] ἑαυτῷ πάντα κίνδυνον ἀναδέχεσθαι τῆς τῶν βασιλέων σωτηρίας ἕνεκα.

Εὐθὺς οὖν παραγγείλας τοῖς περὶ αὐτὸν ἀναζευγνύειν, προῆγεν ἐκ Καππαδοκίας, ἔχων ἱππεῖς μὲν [h] περὶ πεντακοσίους, πεζοὺς δὲ πλείους τῶν δισχιλίων. οὐ γὰρ εἶχεν ἀναστροφὴν προσδέξασθαι τοὺς ἀφυστεροῦντας τῶν ἐπηγγελμένων συστρατεύεσθαι, διὰ τὸ προσάγειν παρ' Ἀντιγόνου δύναμιν ἀξιόλογον, καὶ στρατηγοὺς τοὺς περὶ [i] Μένανδρον, κωλύσοντας αὐτὸν ἐνδιατρίβειν τῇ Καππαδοκίᾳ, πολέμιον γινόμενον τοῖς περὶ Ἀντίγονον. ἀλλὰ γὰρ ἡ δύναμις αὕτη τρισὶν ὕστερον ἡμέραις παραγενομένη, καὶ τῶν καιρῶν ὑστεροῦσα, ἐπεβάλετο μὲν διώκειν τοὺς μετ' Εὐμένους [k] προάγοντας, οὐ δυνηθεῖσα δὲ καταλαβεῖν, ἐπανῆλθεν εἰς Καππαδοκίαν. ὁ δ' Εὐμένης συντόνους τὰς ὁδοιπορίας ποιησάμενος, καὶ ταχὺ τὸν Ταῦρον ὑπερβαλὼν, ἧκεν εἰς τὴν Κιλικίαν. οἱ δὲ τῶν Ἀργυρασπίδων ἡγεμόνες Ἀντιγένης καὶ Τεύταμος, πειθαρχοῦντες ταῖς παρὰ τῶν βασιλέων ἐπιστολαῖς, ἀπάντησιν ἐποιήσαντο τῷ Εὐμένει μετὰ τῶν φίλων ἐκ πολλοῦ διαστήματος. ἀσπασάμενοι δὲ φιλοφρόνως, καὶ συγχαρέντες ἐπὶ τῷ διασεσῶσθαι παραδόξως αὐτὸν ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων, ἐπηγγέλλοντο [l] πάντα συμπράξειν αὐτῷ προθύμως· [m] οἵ τε Ἀργυράσπιδες Μακεδόνες, ὄντες περὶ τρισχιλίους, ὁμοίως ἀπήντησαν μετὰ φιλοφροσύνης τε καὶ ὁρμῆς. πάντες δ' ἐθαύμαζον τὸ τῆς τύχης εὐμετάβολον καὶ παράδοξον, ὁρῶντες τούς τε βασιλεῖς καὶ τοὺς Μακεδόνας ὀλίγῳ
635 μὲν χρόνῳ πρότερον κατεγνωκότας Εὐμένους καὶ τῶν φίλων αὐτοῦ θάνατον, τότε δ' ἐπιλαθομένους τῆς ἰδίας κρίσεως, μὴ μόνον ἀθῷον ἀφεικότας τῆς τιμωρίας, ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς βασιλείας τὴν ἡγεμονίαν αὐτῷ παραδεδωκότας. καὶ ταῦτ' εὐλόγως ἔπασχον ἅπαντες οἱ τότε τὰς Εὐμένους [n] ἐπισκοπούμενοι περιπετείας. τίς γὰρ οὐκ ἂν λαβὼν ἔννοιαν τῆς κατὰ

plena cum poteſtate ſit deſignatus. Venerunt etiam Olympi. CXV. III.
ab Olympiade literae, quibus ſolicite rogans contendebat, ut cum ipſi tum regibus opem ferret: Illum enim ex amicis ſolum reſtare fideliſſimum, qui ſolitudini regiae domus ſubvenire poſſet. Rogabat quoque illum Olympias, ut conſilium ſibi daret, utrum expedire cenſeret, ipſam in Epiro ſubſiſtere, nec fidem habere illis, qui ſubinde pro tutoribus ſe venditarent, revera autem regnum ad ſe transferrent: an reverti; Eumenes igitur Olympiadi continuo reſcribit, conſultum videri, ut in praeſenti ad exitum uſque belli contineat ſe in Epiro: Ipſe vero in firmiſſima erga reges benevolentia perſiſtens, Antigono ad ſe regnum pertrahenti minime adhaerendum, ſtatuit. Sed quia filius Alexandri, propter orbitatem, ducumque avaritiam, ope indigeret, pro regum ſalute omne ut periculum ſubiret, ſuarum fore partium judicavit.

59. Confeſtim igitur, ſuis vaſa colligere juſſis, e Cappadocia movit, quingentos equites, & peditum ſupra duo millia ſecum habens. Non 659.
enim ſpatium illi erat ad ſuſcipiendum eos, qui, ſe una militaturos polliciti, venire tardaſſent: propterea quod ingens Antigoni manus duce Menandro adventaret, quae in Cappadocia illum degere, hoſtem Antigono factum, prohiberet. Etſi vero hic exercitus triduo ſerius, poſt elapſam jam occaſionem, venerat: progreſſum tamen cum Eumene agmen perſequi inſtituunt. At cum aſſequi non poſſent, in Cappadociam regrediuntur. Eumenes autem magnis itineribus contendens, ſuperato celeriter Tauro, in Ciliciam devenit. Tum duces Argyraſpidum Antigenes & Teutamus, regum literis obſequuti, cum amicis per longum intervallum Eumeni occurrunt: Et comiter excepto gratulati, quod e maximis periculis nec opinato incolumis evaſiſſet, promte ad omnia ſe praeſto illi futuros, pollicentur. Sic ipſum etiam Argyraſpidum ex Macedonia agmen, tria millia circiter, cum benevolentia ſtudioque obviam proceſſit. Omnibus autem tam ſubita & incredibilis fortunae mutatio admirationi erat: Cum viderent Reges & Macedones paulo ante Eumenem & amicos capite damnaſſe: nunc vero judicii ſui oblitos, non ſolum donaſſe impunitate, ſed etiam totius regni adminiſtrationi virum eum praefeciſſe. Nec ab re tunc ita affecti erant omnes, qui mirabiles Eumenis caſus intuebantur. Quis enim vitae humanae inae-

e Διορθώσασθαι τῆς βασιλικῆς οἰκίας τὰς ἀπορουσίας. ἠξίου *Reg.* 1. *Leid.* & ora *Steph.* *f* Et haec ſtigmate inuſſit *Steph.*, deficientia in *Reg.* 2. *Baſil.* Paullo ante μεθισταμένους *Reg.* 1. & *Leid.* *g* Αὐτῷ *Reg.* 1. *h* Non invenit in ſuo *Leid.* *i* Μένανδρον margo *Steph. Leid. Reg.* 1. *k* Προάγοντας *Reg.* 1. *Leid.* optime προάγοντας Cett. *l* Πάντα *Vat. Baſil.* *m* Οἵ τε Ἀργυρ. *Reg.* uterque, *Leid.* Vulgo τῶν interponebatur. *n* Περισκοπούμενοι *Leid.*

tur. Vid. not. ad cap. 44. P. Wess.

7. Κοΐλον Αὖλον] *Caſſiodorus* Αὖλον, *Livius* Ἀμύλλον edit. L. Rhod.

Κοΐλον Αὖλον] *Q. Aulium* meliores Livii Codd. adpellant. L. IX, 15. Inſpice *Sigon.* & *Pighium* ad ann. CDXXXIV. P. Wess.

15. Καὶ θησαυροφύλακας, ὅπως αὐτῷ &c.] Praerant theſauris, qui *Quindis* in Cilicia aſſervabantur, de quibus infra cap. 62. P. Wess.

25. Καὶ δυνάμενον διορθώσασθαι τὴν ἐρημίαν &c.] In dubio ſum, hoccine retineam, an *Reg. pr.* ſequar. Nihil quidem certe eſt, cur ejus ſcriptura damnetur, modo τὰς τῆς βασιλικῆς οἰκίας ἀπορουσίας eorum intelligas, qui ſpreta regia familia ſibi ipſi conſulebant, principatum adfectantes. Quae vero ſtatim conſequuntur ἢ ἐπανέρχεσθαι, bene deficiunt in *Baſil.* & *Reg. ſec.* Gloſſae enim debentur. *Corn. Nep.* Eumen. cap. 6. *Ad hunc Olympias, mater quae fuerat Alexandri, quum literas & nuntios miſiſſet in Aſiam, conſultum, utrum repetitum Macedoniam veniret — & eas res occuparet: huic ille primum ſuaſit, ne ſe moveret, & exſpectaret, quoad Alexandri filius regnum adipiſceretur.* P. Wess.

47. Τοὺς περὶ Μένανδρον] Verum id ducis eſſe nomen *Plut.* Eum. p. 588. E. oſtendit. P. Wess.

51. Τοὺς μετ' Εὐμένους προάγοντας] Corrige προάγοντας. L. Rhod.

56. Καὶ Τεύταμος] Semper a Noſtro & *Plutarcho* ad eum modum adpellatur. In *Polyaeni* Strat. L. IV, 8, 2. Τευταμάνος ſive Τευτάμος, prave, ut arbitror. P. Wess.

62. Οἵ τε Ἀργυράσπιδες — ὁμοίως ἀπήντησαν] Inepti fuerunt, qui οἵ γε τῶν ſcripſerunt. Itaque ſchedarum imperio vocem eam ex-

Olymp. CXV. III. inaequalitatem conſiderans, in utramque partem fortunae reciprocationem non obſtupeſcat? Aut quis ſecundae fortunae poteſtati confidens, animos humana imbecillitate majores ſumat? Communis enim vita, ceu Deorum quopiam ad clavum ejus ſedente, alternis bonorum & malorum vicibus per omne aevum verſatur. Ideo non ſi quid praeter rationem accidit, ſed, ſi non omne quod contingit, inſperatum eſt, id vero mirum & inſolens fuerit. Quamobrem hiſtoriam merito quis magnifaciat. Nam inaequalitate ac mutatione rerum, ſuperbiam fortunatorum & infelicium calamitatem corrigit.

60. Quae etiam Eumenes tunc animo verſans, quod inſtabilitatem fortunae proſpiceret, prudenter res ſuas praemuniebat. Cum enim videret ſe peregrinum eſſe, nulloque jure regiam poteſtatem attingere: Macedones vero imperio ſuo attributos paulo ante poenam capitis ſibi irrogaſſe, quique ducatus militares gerebant, inflatis animis rerum magnarum percupidos eſſe: brevi ſe deſpicatui ſimul & invidiae, & tandem ipſius vitae periculo obnoxium fore, exiſtimavit. Neminem enim illorum qui inferiores videntur imperata facturum, nec paſſurum, ut qui aliis ſubeſſe deberent, ſibi dominentur. Idcirco his ad calculum apud ſe vocatis, ante omnia, cum D. ipſi talenta, prout regum literis juſſum erat, ad reficiendum ſemetipſum & apparatum, exhiberentur, recepturum ſe illa abnuit. Tanta enim donatione ſe non indigere, quippe qui nullum ſibi principatum conſciſcere laboret. Nunc enim haud ſponte ſe munus hoc ſubiiſſe, verum a regibus, ut miniſterium id reciperet, fuiſſe coactum. Denique perpetuo militiae uſu confectum, aerumnas & circumvagationes ferre amplius non poſſe. Praeſertim cum nihil hic juris ad imperium ſubſit peregrino, & a gentili Macedonum poteſtate excluſo. Speciem autem quandam in ſomnis a ſe conſpectam oſtendit admirabilem, quam neceſſario cunctis exponendam
660. arbitretur. Siquidem multum ad concordiam & utilitatem communem profutura videatur. Apparuiſſe ſibi per ſomni imaginationem Alexandrum, non ſecus ac ſi viveret, qui regio habitu exornatus in tribunali mandata praefectis daret, & omnia regni negocia ſtrenue adminiſtraret. Propterea cenſeo, (inquit) aureum ex regia gaza ſolium eſſe conficiendum, in quo diadema cum ſceptro, corona, caeteroque apparatu, collocetur: Tum ſub exortum diei omnes illi duces ſacrificent, & con-

τὴν ἀνθρώπινον βίου ἀνωμαλίαν, καταπλαγείη τὴν ἐπ' ἀμφότερα τὰ μέρη τῆς τύχης παλίρροιαν; ἢ τίς ἂν ταῖς κατὰ τὴν εὐτυχίαν ἐξουσίαις πιστεύσας, ἀναλάβοι φρόνημα μεῖζον τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας; ὁ γὰρ κοινὸς βίος, ὥσπερ ὑπὸ θεῶν τινος οἰακιζόμενος, ἐναλλὰξ ἀγαθοῖς τε καὶ κακοῖς κυκλεῖται πάντα τὸν αἰῶνα. διόπερ παράδοξόν ἐστιν οὐκ εἴ τι γέγονε παράλογον, ἀλλ' εἰ μὴ [o] πᾶν ἐστι τὸ γενόμενον ἀνέλπιστον. διὸ καὶ τὴν ἱστορίαν προσηκόντως ἄν τις ἀποδέξαιτο· τῇ γὰρ τῶν πράξεων ἀνωμαλίᾳ καὶ μεταβολῇ διορθοῦται τῶν μὲν εὐτυχούντων τὴν ὑπερηφανίαν, τῶν δ' ἀκληρούντων τὴν ἀτυχίαν.

Ἃ καὶ τότε διανοούμενος Εὐμενής, ἐμφρόνως τὰ καθ' ἑαυτὸν [p] ἠσφαλίσατο, προορώμενος τὴν τῆς τύχης [illegible]. ὁρῶν γὰρ ἑαυτὸν [q] μὲν ξένον ὄντα, καὶ μηδὲν προσήκοντα βασιλικαῖς ἐξουσίαις, τοὺς δ' ὑποταττομένους Μακεδόνας θάνατον αὐτοῦ προκατεγνωκότας, τοὺς δ' ἐν ταῖς στρατιωτικαῖς ἡγεμονίαις διατρίβοντας φρονήματος πλήρεις ὑπάρχοντας, καὶ μεγάλων πραγμάτων ὀρεγομένους, ὑπέλαβεν ἔσεσθαι περὶ [r] αὐτὸν συντόμως καταφρόνησιν ἅμα καὶ φθόνον, καὶ τὸ τελευταῖον τὸν περὶ τοῦ ζῆν κίνδυνον. μηδένα γὰρ ποιήσειν ἑκουσίως τὸ προσταττόμενον ὑπὸ τῶν ἡττόνων εἶναι δοκούντων, μηδὲ καρτερήσειν δεσποζόμενον ὑπὸ τῶν ὀφειλόντων ἑτέροις ὑποτάττεσθαι. Δοὺς δὲ [s] αὐτῷ περὶ τούτων λόγον, πρῶτον μὲν διδομένων αὐτῷ τῶν πεντακοσίων ταλάντων, κατὰ τὰς τῶν βασιλέων ἐπιστολάς, εἰς ἀνάληψιν καὶ κατασκευήν, οὐκ ἔφησε λήψεσθαι· μὴ γὰρ προσδεῖσθαι τηλικαύτης δωρεᾶς, ὡς ἂν μηδεμιᾶς αὐτοῦ σπεύδοντος τυχεῖν ἡγεμονίας. καὶ γὰρ νῦν οὐχ ἑκουσίως αὐτὸν ὑπακηκοέναι πρὸς ταύτην τὴν χρείαν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν βασιλέων συναναγκάσθαι προσδέξασθαι τὴν [t] τοιαύτην λειτουργίαν. καθόλου γάρ, διὰ τὴν συνέχειαν τῆς στρατείας μηκέτι δύνασθαι φέρειν τὰς κακοπαθείας καὶ πλάνας, καὶ ταῦτα, μηδεμιᾶς ὑποκειμένης ἀρχῆς ξένῳ καὶ τῆς ὁμοεθνοῦς τοῖς Μακεδόσιν ἐξουσίας κεχωρισμένῳ. [v] ἀπεφαίνετο δὲ αὐτὸν ἑωρακέναι κατὰ τὸν ὕπνον ὄψιν παράδοξον, ἣν ἀναγκαῖον ἡγεῖσθαι δηλῶσαι πᾶσι. δοκεῖν γὰρ αὐτὴν πολλὰ συνεργή- 636.
σειν [x] πρός τε ὁμόνοιαν καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον. δόξαι γὰρ [y] αὐτὸν κατὰ τὸν ὕπνον ὁρᾶν Ἀλέξανδρον τὸν βασιλέα ζῶντα καὶ τῇ βασιλικῇ σκευῇ κεκοσμημένον χρηματίζειν, καὶ τὰ προστάγματα διδόναι τοῖς ἡγεμόσι, καὶ πάντα τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν διοικεῖν [z] ἐνεργῶς. διόπερ οἶμαι δεῖν ἐκ τῆς βασιλικῆς γάζης κατασκευάσαι χρυσοῦν θρόνον, ἐν ᾧ τεθέντος τοῦ διαδήματος καὶ σκήπτρου καὶ στεφάνου καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς, ἐπιθύειν ἅμ' ἡμέρᾳ πάντας αὐτῷ τοὺς

[o] Πᾶν Reg. 2. [p] Praeteriit negligentia librarii uſque μὲν ξένον in Baſil. [q] Ξένον μὲν Reg. 1. Baſil. [r] Αὑτὸν Reg. 1. [s] Αὑτῷ idem. In Cett. αὐτῷ. [t] Non eſt in Reg. 1. [v] Ἀπεφαίνετο δὲ αὐτὸν Reg. 1. Edd. [illegible] [x] Αὐτῷ πρὸς Edd. ſed deeſt in Reg. 2. Baſil. Venet. poſt συνεργήσειν, unde notam adſcripſit Steph. Ego delevi. [y] Omittit Reg. 1. [z] Ἐνεργῶς Leid. frequenti confuſione etiam in Novi Teſt. libris. Vid. S. Paulli Epiſt. ad Philem. v. 6. & ad Hebr. IV, 12. verſionemque Vulgatam.

extrivi. P. Wess.

74. Τὴν ἐπ' ἀμφ. τ. μ. τῆς τύχης παλίρροιαν] Polybius pari elegantia τὴν τῆς τύχης παλιρροίαν vocat L. XV, 7., Noſterque τὴν πραγμάτων παλίρροιαν Excerpt. Valeſ. pag. 269. Solet enim rerum humanarum viciſſitudo ſaepe reciprocantis aeſtum maris aequiparare. P. Wess.

78. Ὥσπερ ὑπὸ θεῶν τινος οἰακιζόμενος] Recte. Sedet ad univerſi orbis clavum ſummus rerum arbiter, diſpenſatque admirabili viciſſitudine humanae vitae rationes. Cultiſſime ex Platonis & Judaeorum diſciplina Philo Jud. de Conf. Ling. p. 334. B. [illegible] ΠΗΔΑΛΙΟΥΧΩΝ [illegible]. Et de Rer. Div. Hered. p. 513. ΠΗΔΑΛΙΟΥΧΕΙ [illegible]. Sumſit hunc colorem idem Philo, quando Macronem Cajo dixiſſe fingit, [illegible] τὰς ΟΙΑΚΑΣ ἐγχειρισθεὶς, ΠΗΔΑΛΙΟΥΧΕΙ [illegible] Leg. ad Caj. pag. 999. B. Habet hoc de genere haud pauca alia, quae, etſi elegantia mire ſe commendent, non exſcribo. Vide de Migr. Abrah. p. 389. C. tum de Praem. & Poen. p. 918. A. P. Wess.

3. Οὐκ ἔφησε λήψεσθαι] Conſentit Plutarchus, quem vide in Eumenis vita p. 591. A. P. Wess.

12. Ἀπεφαίνετο δὲ αὐτὸν &c.] Hoc praeſtat, non τῷ, quippe incommodum huic loco. Suſtuli quoque vocem αὐτῷ, quae ſedem occupaverat poſt συνεργήσειν, ſcriptis & orationis ſerie poſtulantibus. P. Wess.

23. Ἐπιθύειν δ' ἅμ' ἡμέρᾳ πάντας] Nimis generaliter interpres expreſſit. Auctor ipſe explicat cap. ſeq. [illegible] —— —— [illegible]. Verte thus illi adolebant, & vide not. in L. XII, 11. P. Wess.

30. Κατασκευασθέντι μεγαλοπρεπῶς σκηνῇ &c.] Miraver ſpretam fuiſſe Baſil. [illegible] ſcripturam, niſi contemptius eam a Stephano

Olymp. CXV. III.

τοὺς ἡγεμόνας, καὶ πλησίον τοῦ θρόνου συνεδρεύειν, καὶ τὰ προστάγματα λαμβάνειν ἐκ τοῦ ὀνόματος τοῦ βασιλέως, ὡς ζῶντος, καὶ προεστηκότος τῆς ἰδίας βασιλείας.

Πάντων δ' ἀποδεξαμένων τοὺς λόγους, ταχέως ἅπαντα [a] κατεσκευάσθη τὰ πρὸς τὴν χρείαν, ὡς ἂν πολυχρύσου τῆς βασιλικῆς οὔσης γάζης. εὐθὺς οὖν κατασκευασθείσης μεγαλοπρεποῦς [b] σκηνῆς, ὅ, τε θρόνος ἔχων τὸ διάδημα καὶ τὸ σκῆπτρον ἐτέθη, καὶ τὰ ὅπλα, οἷς εἰώθει χρῆσθαι. καὶ κειμένης ἐσχάρας ἐχούσης πῦρ, ἐπέθυον ἐκ κιβωτίου χρυσοῦ πάντες οἱ ἡγεμόνες τόν τε λιβανωτὸν καὶ τῶν ἄλλων εὐωδῶν τὰ πολυτελέστατα, καὶ προσεκύνουν ὡς θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον. ἀκολούθως δὲ τούτοις δίφρων πολλῶν κειμένων, ἐκάθιζον ἐπὶ τούτων οἱ τὰς ἡγεμονίας ἔχοντες· καὶ συνεδρεύοντες ἐβουλεύοντο περὶ τῶν ἀεὶ κατεπειγόντων. ὁ δ' Εὐμένης ἐν πᾶσι τοῖς χρηματιζομένοις ἴσον ἑαυτὸν τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσιν ἀποδεικνύων, καὶ πάντας ταῖς φιλανθρωποτάταις ὁμιλίαις δημαγωγῶν, τόν τε καθ' ἑαυτοῦ φθόνον ἀπετρίψατο, καὶ πολλὴν εὔνοιαν ἐν τοῖς ἡγεμόσι πρὸς ἑαυτὸν κατεσκεύασεν. ἅμα δὲ καὶ τῆς κατὰ τὸν βασιλέα δεισιδαιμονίας ἐπισχυούσης, ἀγαθῶν ἐλπίδων ἅπαντες ἐπληροῦντο, καθάπερ θεοῦ τινος αὐτῶν ἡγουμένου. ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ πρὸς τοὺς Ἀργυράσπιδας Μακεδόνας πολιτευόμενος, ἀποδοχῆς μεγάλης ἐτύγχανε παρ' αὐτοῖς, ὡς ἄξιος ὢν τῆς τῶν βασιλέων φροντίδος. προχειρισάμενος δὲ τῶν φίλων τοὺς εὐθετωτάτους, καὶ δοὺς χρήματα δαψιλῆ πρὸς τὴν ξενολογίαν, ἐξέπεμψεν, ὁρίσας ἀξιολόγους μισθούς. εὐθὺς δ' οἱ μὲν εἰς τὴν Πισιδικὴν καὶ Λυκίαν καὶ τὴν πλησιόχωρον παρελθόντες, ἐξενολόγουν ἐπιμελῶς· οἱ δὲ τὴν Κιλικίαν ἐπεπορεύοντο, ἄλλοι δὲ τὴν κοίλην Συρίαν καὶ Φοινίκην, τινὲς δὲ τὰς ἐν τῇ Κύπρῳ πόλεις. διαβοηθείσης δὲ τῆς ξενολογίας, καὶ τῆς μισθοφορᾶς ἀξιολόγου προκειμένης, πολλοὶ καὶ τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος πόλεων [c] ἐθελοντὶ κατήντων, καὶ πρὸς τὴν στρατείαν ἀπεγράφοντο. ἐν ὀλίγῳ δὲ χρόνῳ συνήχθησαν πεζοὶ μὲν πλείους τῶν
637 μυρίων, ἱππεῖς δὲ δισχίλιοι, χωρὶς τῶν Ἀργυρασπίδων, καὶ τῶν μετ' Εὐμένους κατηντηκότων.

Παραδόξου δὲ καὶ ταχείας τῆς περὶ τὸν Εὐμένη γενομένης αὐξήσεως, Πτολεμαῖος μὲν μετὰ στόλου πλεύσας εἰς Ζεφύριον τῆς Κιλικίας, διεπέμπετο πρὸς τοὺς τῶν Ἀργυρασπίδων ἡγεμόνας, παρακαλῶν μὴ προσέχειν [d] τῷ Εὐμένει, καθ' οὗ πάντες Μακεδόνες θάνατον κατέγνωσαν. ὁμοίως δὲ πρὸς [e] τοὺς ἐπὶ τῶν ἐν Κυΐνδοις φρουρίων τεταγμένους ἐξέπεμψε, διαμαρτυρόμενος μὴ διδόναι μηδὲν τῶν χρημάτων Εὐμένει, καὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτοῖς [f] ἐπηγγείλατο παρέξεσθαι. ἀλλὰ τούτῳ μὲν οὐδεὶς προσεῖχε, διὰ τὸ τοὺς βασιλεῖς καὶ τὸν ἐπιμελητὴν αὐτῶν Πολυ-

ſeſſu juxta ſellam habito, mandata regis nomine accipiant, non aliter quam ſi vivat, regnoque ſuo praeſit.

61. Placuit haec oratio cunctis. Ideo ſtatim omnia ad hunc uſum pertinentia comparant: quod magna vis auri in regia tum gaza continebatur; Et continuo tabernaculum illi magnificum elaboratur, ſoliumque una cum diademate ac ſceptro ponitur, arma inſuper addita, quibus uti ſolitus erat. Admovetur & focus ignem alens; in quo depromtum ex aurea capſella thus, aliosque magni precii odores, duces ex ordine cuncti adolent, & Alexandrum tanquam Deum adorant. Secundum haec, poſitis magno numero ſellis, qui imperia habebant, conſident, & ſententiis inter ſe communicatis, de negociis ſubinde urgentibus deliberant. Eumenes interim per omnes tractationes publicas aequalem ſe caeteris ducibus exhibendo, & omnes colloquiis humaniſſimis demulcendo, invidiam a ſe depulit, & magnam ſibi ducum benevolentiam conflavit. Eademque opera, cum ſuperſtitio circa regem invaleſceret, omnium mentes bona ſpe replevit, ac ſi Deus quiſpiam illis praeiret. Conſimiliter erga Macedones etiam, qui Argyraſpides nominantur, ſe gerendo magnum ſibi favorem contraxit, & dignus, qui regum curam gereret, habebatur. Hinc ex amicis deligit maxime idoneos; quos pecuniis largiſſime inſtructos ad conducendum liberaliſſimis ſtipendiis militem huc illuc mittit. Horum alii extemplo in Piſidiam Lyciamque, ac finitimam regionem profecti, cogendi munere ſedulo funguntur. Alii Ciliciam obeunt; Nonnulli etiam cavam Syriam, Phoenicenque percurſitant; Quidam ad Cypri urbes trajiciunt. Hac militum conductione pervulgata, ubi ſtipendia offerentur ampliſſima: multi quoque ex Graeciae urbibus ſponte accurrebant, & nomina in hanc militiam profitebantur, adeo ut intra breve tempus colligerentur peditum ſupra x. millia, & equitum CIↃ. CIↃ. praeter Argyraſpides, & qui cum Eumene venerant.

62. Cum igitur incredibili, ſubitaque acceſſione vires Eumenis creviſſent: Ptolemaeus cum claſſe ad Zephyrium Ciliciae delatus, miſſis quibusdam duces Argyraſpidum ſolicitabat, ne Eumenem, a Macedonibus jampridem ſupplicio capitis addictum, ſequerentur. Ad praefectos itidem praeſidii in Quindis miſit, obteſtans eos etiam atque etiam, ne quicquam Eumeni pecuniarum exhiberent, impunitate illis inſuper promiſſa. Huic vero morem nemo geſſit, propterea quod reges & tutor ipſorum Polyſperchon,

a Καλεσκεύαστο Reg. 1. Leid. & Steph. ora. b Σκηνῆς Reg. 1. Leid. Baſil. Vulgo σκηνῆς. c Ἐθελονταὶ Reg. 1. Leid. d Deſideratur in Baſil. e Τοὺς ἐν Ἰσσῷ φρουρίῳ τεταγμ. ora Steph. Reg. 1. Leid. f Ἐπαγγειλάμενος παρέξεσθαι Leid.

Stephano & Rhodomano habitam abunde liqueret. Ego ſuam in ſedem reſtitui σκηνῆς vocem: neque enim ſine flagitio abeſſe hinc tabernaculum poterat, in quo ſolium una cum diademate fuit collocatum veteri more, de quo Caſaubon. ad Suetonii Caeſar. C. 76. Commentum Eumenis ita exponit Corn. Nepos Eum. C. 7. In principiis nomine Alexandri ſtatuit tabernaculum, in eoque ſellam auream cum ſceptro ac diademate juſſit poni, eoque omnes quotidie convenire, ut ibi de ſummis rebus conſilia caperentur. Uberius Polyaenus L. IV, 8, 2. καὶ συμβάλλουσιν ἐκ τῶν βασιλικῶν χρημάτων ΣΚΗΝΗΝ κατασκευάσας βασιλικήν, καὶ θρόνον χρυσοῦν βασιλικῶς κατεστρωμένον, ἐπὶ δὲ τοῦτο χρυσοῦν στέφανον ἔχοντα διάδημα βασιλικὸν καὶ παρὰ τὸν θρόνον ὅπλα, καὶ μέσον σκῆπτρον, καὶ πρὸ τοῦ θρόνου τράπεζαν χρυσῆν, ἐπὶ δὲ ταύτης ἐσχαρίδα καὶ λιβανωτίδα χρυσῆν, καὶ λιβανωτὸν καὶ θυμιάματα ἐνῆν &c. Haec enim ſatis adfirmant viri prudentis conſilium & vocem, quam revocavi, neque opus eſt aut Plut. Eum. p. 591. A. aut Noſtrum L. XIX, 15. auxilio ad hanc rem arceſſere. P. Wess.

58. Ἐθελοντὶ κατήντων] Non inprobat Auctor L. XVI, 42. & XVIII, 53. ἐθελονταί. Nec minus tamen cultum, quod ex Reg. pr. produxi. Sophocles Ajac. v. 24. Κἀγὼ 'θελοντὴς τῷδ' ὑπεζύγην πόνῳ. Adjunge Demoſthen. pro Coron. pag. 146. Thucyd. L. I, 60. Ariſtidem T. I. p. 337. &c. atque utere alterutro, ut lubet. P. Wess.

65. Εἰς Ζεφύριον τῆς Κιλικίας] Utrum intelligatur Zephyrium ad Calycadnum an prope Anchialem, non decerno. De utroque Strabo L. XIV. p. 986. C. & p. 988. C. Mox καθ' οὗ — θάνατον κατέγνωσαν plenum eſt, ſicuti etiam L. XIX, 51. Alioqui praetermitti ſolet praepoſitio. Conf. viri doctiſſimi animadverſiones in Aelian. Vol. III. Obſerv. Miſcellan. p. 241. P. Wess.

69. Ἐπὶ τῶν ἐν Κυΐνδοις φρουρίων τεταγμένους] Nihil hinc demutandum. Scholion eſt indocti hominis, quod Reg. 1. oſtentat. Variant tamen caſtelli nomen, modo Κύϊνδα, uti Plut. Eum. p. 590. F. & infra L. XX, 109., modo Κύινδα, ut cum Strabone L. XIV. 989. Noſter hic & L. XIX, 56., ſcribentes. Sed id leve. De ſitu caſtelli major diſcordia. Suidas & Jo. Malala extremo Chronographiae L. X. urbem Anazarbum olim Κύινδα fuiſſe, Abr. Ortelio non diſſentiente, adfirmant. At Strabo ὑπὲρ-

Olymp. cxv. iii. chon, Olympias praeterea, Alexandri mater, ſcripſerant, ut ad omnia Eumeni, quippe ſummo regni imperatori, morigerarentur. Inprimis Antigono illa Eumenis evectio, & potentiae, quam conflaverat, amplitudo, diſplicebat. Hunc enim maximum ſibi, qui a regum fide deſciviſſet, adverſa-
661. rium a Polyſperchonte paratum, exiſtimabat. Quocirca inſidiis hominem appetendum judicans, ex amicis Philotam ſubornat, eique literas ad Argyraſpides caeteroſque Macedones, Eumeni addictos, tradit, in comitatu illi adjungens Macedones xxx. homines curioſos & loquaces, quibus mandarat, ut privatim Antigenem & Teutamum Argyraſpidum duces convenirent, horumque opera inſidias Eumeni fabricarent, dona promittens ingentia, & Satrapias majores. Sic & notos civeſque ſuos inter Argyraſpides accederent, & donis corruptos ad inſidiandum Eumeni inſtigarent. Et ſane aliorum quidem nemini perſuadere valuerunt: At Teutamus Argyraſpidum dux corrumpi ſe paſſus, ut collegam etiam ſuum Antigenem ad ejuſdem facinoris ſocietatem illectaret, operam dedit. Is provida mentis ſagacitate, fideique conſtantia praeſtans, non tantum refragari coepit: ſed jam corruptum ad meliora conſilia reduxit. Magis enim expedire docuit, ſi Eumenes vivat, quam Antigonus. Hunc enim, cum potentior ſit, in Satrapias ipſis dehinc ademtas ſurrogaturum, quos velit, amicos: Eumenem vero cum peregrinus ſit, nunquam ſibi quaerere dominationem auſurum, ſed ducatus munere contentum in hoc fore, ut amicitia ipſorum utatur, & provincias illis conſervet, fortaſſis alias inſuper addat, ſi ſtrenuo ipſum adjutarint. Ad hunc itaque modum inſidiarum contra Eumenem architecti incaſſum laborarunt.

63. Interea dum Philotas communes literas ducibus reddit, Argyraſpides & Macedones alii, ſeorſum abſque Eumene congregantur, illaſque recitari jubent. Scripto autem illo criminatio Eumenis continebatur, & exhortatio ad Macedones: ut Eumenem ſine mora comprehenſum occidant. Quod ſi facere neglexerint, ſe una cum toto exercitu ad bello domandum illos venturum, digniſque immorigeros poenis ex merito affecturum. Recitata hac Epiſtola, ductores ac Macedones univerſi in magnam animorum perplexitatem inciderunt. Futurum e-

σπέρχοντα, ἔτι δὲ Ὀλυμπιάδα τὴν Ἀλεξάνδρου μητέρα γεγραφέναι, πάντα ὑπηρετεῖν Εὐμένει, ὡς ὄντι τῆς βασιλείας αὐτοκράτορι στρατηγῷ. μάλιστα δ' Ἀντιγόνῳ δυσηρέστει τότε τὰ περὶ τὴν Εὐμένους [g] προαγωγὴν, καὶ τὸ μέγεθος τῆς περὶ αὐτὸν συνεσταμένης ἐξουσίας. ὑπελάμβανε γὰρ ὑπὸ τοῦ Πολυσπέρχοντος τοῦτον ἑαυτῷ κατασκευάσασθαι μέγιστον ἀντίπαλον, ἀποστάτῃ γεγονότι τῆς βασιλείας. διόπερ κρίνας ἐπιβουλὴν συστήσασθαι κατ' αὐτοῦ, προεχειρίσατο τῶν φίλων Φιλώταν. καὶ τούτῳ μὲν ἔδωκεν ἐπιστολὴν γεγραμμένην πρός τε τοὺς Ἀργυράσπιδας καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μετ' Εὐμένους Μακεδόνας. συνεξέπεμψε δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλους τριάκοντα Μακεδόνας τῶν περιέργων καὶ [h] λάλων, (οἷς ἦν προστεταγμένον κατ' ἰδίαν ἐντυχεῖν τοῖς ἡγεμόσι τῶν Ἀργυρασπίδων Ἀντιγένει καὶ Τευτάμῳ, καὶ διὰ τούτων συστήσασθαι τινὰ κατ' Εὐμένους ἐπιβουλὴν,) [i] δωρεάς τε μεγάλας ἐπαγγελλόμενος καὶ Σατραπείας μείζονας. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν Ἀργυρασπίδων τοῖς γνωριζομένοις καὶ πολίταις ἐντυγχάνειν, καὶ διαφθείρειν δωρεαῖς πρὸς τὴν κατ' Εὐμένους ἐπιβουλήν. τῶν μὲν οὖν ἄλλων οὐδένα πεῖσαι κατίσχυσαν, Τεύταμος δὲ ὁ τῶν Ἀργυρασπίδων ἡγεμὼν διαφθαρεὶς ἐπεβάλετο καὶ τὸν συνάρχοντα Ἀντιγένην πεῖσαι κοινωνῆσαι τῆς πράξεως. ὁ δ' Ἀντιγένης, συνέσει καὶ πίστεως βεβαιότητι διαφέρων, οὐ μόνον ἀντεῖπεν, ἀλλὰ καὶ μετέπεισε τὸν προδιεφθαρμένον. ἐδίδαξε γὰρ αὐτὸν, συμφέρειν ζῆν τὸν Εὐμένη μᾶλλον ἢ τὸν Ἀντίγονον. [k] ἐκεῖνον μὲν γὰρ εἰς πλεῖον ἰσχύσαντα, παρελέσθαι τὰς Σατραπείας αὐτῶν καὶ ἀντικαταστήσειν ἐκ τῶν ἑαυτοῦ φίλων· Εὐμένη δὲ ξένον ὄντα, μηδέ ποτ' ἰδιοπραγῆσαι τολμήσειν, ἀλλὰ στρατηγὸν ὄντα φίλοις αὐτοῖς χρήσεσθαι, καὶ συμπράξαντι 638.
φυλάξειν αὐτοῖς τὰς Σατραπείας, τάχα δὲ καὶ ἄλλας προσδώσειν. οἱ μὲν οὖν τὰς κατ' Εὐμένους ἐπιβουλὰς κατασκευάζοντες, ἀπέτυχον τὸν προειρημένον τρόπον.

Τοῦ δὲ Φιλώτου τὴν κοινὴν ἐπιστολὴν [l] ἀναδιδόντος τοῖς ἡγεμόσι, συνήχθησαν οἵ τε Ἀργυράσπιδες καὶ οἱ ἄλλοι Μακεδόνες κατ' ἰδίαν ἄνευ τοῦ Εὐμένους, καὶ τὴν ἐπιστολὴν προσέταξαν ἀναγνωσθῆναι. ἦν δ' ἐν αὐτῇ γεγραμμένη κατηγορία μὲν τοῦ Εὐμένους, παράκλησις δὲ τῶν Μακεδόνων συλλαβεῖν τὸν Εὐμένη [m] ταχέως καὶ ἀποκτεῖναι· ἐὰν δὲ ταῦτα [n] μὴ πράξωσιν, ὅτι μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἥξει πολεμήσων αὐτοῖς, καὶ τοῖς μὴ [o] πειθαρχοῦσι τὴν προσήκουσαν ἐπιθήσει τιμωρίαν. ἀναγνωσθείσης δὲ τῆς ἐπιστολῆς, εἰς πολλὴν ἀπορίαν ἐνέπεσον οἵ τε ἡγεμόνες καὶ οἱ Μακεδόνες πάντες. ἀναγκαῖον γὰρ ἦν [p] αὐτοὺς

g Προαγωγὴν Baſil. Leid. Reg. 1. Vat. In Edd. παραγωγὴν. h Ἄλλων Leid. & ſtatim προστεταγμένοις. i Omiſſa ſunt in Baſil. uſque in τῶν μὲν οὖν amanuenſis ſocordia. k Ἐκεῖνον μὲν γὰρ εἰς πλεῖον Reg. 2. Baſil. Venet. In Cett. γὰρ μέγαν ὄντα εἰς πλ. l Ἀναδιδόντος Reg. 1. m Ταχέως ἂν καὶ Reg. 1. & Leid. n Negligitur in Baſil. o Πειθαρχήσασι Reg. 1. Leid. p Αὐτοὺς Leid. Vat.

ὑπάρχει) δὲ τὰ Κύινδα τῆς Ἀγχιάλης ἔρυμα, manifeſto Quinda ab Anazarbo longius disjungens: cui equidem adſentiri malim, cum Suidae & Malalae de Anazarbo narrationes fidem vix inveniant. Valeſium vide ad Amm. Marcellin. L. xiv, 8. P. Wess.

77. Δυσηρέστει τότε τὰ] Ultimum hoc muta in τήν. L. Rhod.

Δυσηρέστει τότε τὰ περὶ — προαγωγὴν] Ego vero veto. Quorſum enim referetur, ita ſi mutabitur? Solent, fateor, hac dictione plerumque aliter uti, atque Ἀντίγονος δυσηρέστει τοῖς περὶ &c. ſcribere. Confer L. v, 9. Polyb. ii, 41., Strabon. L. xiv, p. 993., Lucian. Necyomant. C. 4. Neque inprobare tamen vulgatum auſim. Rectius ex Baſil., quae ad manus erat, revocaſſet προαγωγὴν, unice huic loco congruam vocem. Deſcribitur ea dignatio honoriſque gradus. Ita ἡ παρ' Ἀλεξάνδρου προαγωγὴ honorem exprimit, ad quem Alexander provexerat Peuceſtam L. xix, 14. 46. Polybius L. vi, 6. τεθεαμένοι ἐν ταῖς τῶν πατέρων ἐξουσίαις καὶ ΠΡΟΑΓΩΓΑΙΣ. Et Excerpt. pag. 1437. ὄντων δὲ τῶν πλείστων ἐπιφανῶν διὰ τὰς τῶν πατέρων προαγωγάς. Sic enim oportuit. Namque & ibi vitioſiſſimum παραγωγάς. Joſephus Antiq. L. xv, 2, 1. ἐν ΠΡΟΑΓΩΓΗΙ τούτους ἐποιεῖτο, Eos ad honores admovebat. Et L. xviii, 6, 1. Βερνίκης τῆς μητρὸς τιμωμένης παρ' αὐτῇ καὶ ΠΡΟΑΓΩΓΩΝ ἀξιοῦντος τὸν υἱόν, Quae Berenicem matrem in honore habuerit, filiumque dignitate auxerit. Quod poſtremum cur viri clariſſimi Cocceius & Hudſonus in προαγωγῶν converterint, reddideritque ipſi, quem vocant, contextui, contra ſcriptos omnes libros doctiſſimus Havercampus, exputare non poſſum. Appianus Bel. Civil. L. iii. p. 935. καὶ περὶ τὸ τῶν σφαγέων ἀξιώσεις ΠΡΟΑΓΩΓΗΣ ἐπιστελλεν. Hactenus de ea voce. Mox ſi κατασκευάσεσθαι in ſcriptis eſſet, non damnarem. P. Wess.

87. Καὶ λάλων, οἷς ἦν &c.] Quae ſunt inter λάλων & δωρεάς parentheſeos nota egent. H. Steph.

2. Ἐκεῖνον γὰρ εἰς πλεῖον ἰσχύσαντα] Legebatur μέγαν ὄντα εἰς πλεῖον &c., quorum duo priora induxi, Rhodomano & vetuſtis libris obſecutus. Critici enim ſcholio, quo ſequentia illuſtraverat, accepta ſunt referenda. Mox παρελεῖσθαι praeſtabit, indice H. Stephano, qui, Repono, inquit, futurum παρελεῖσθαι, ut pag. 788. (Lib. xx, 107.) legitur ἀφελεῖσθαι. P. Wess.

16. Συλλαβεῖν τὸν Εὐμένη ταχέως καὶ ἀποκτεῖναι] Si dividentem par-

τοὺς ἢ πρὸς τοὺς βασιλεῖς ἀποκλίναντας, ὑπ' Ἀντιγόνου τιμωρίας τυχεῖν, ἢ πειθαρχήσαντας Ἀντιγόνῳ, ὑπὸ Πολυσπέρχοντος καὶ τῶν βασιλέων κολασθῆναι. τοιαύτης δὲ συγχύσεως [q] ἐπεχούσης τὰ πλήθη, ἧκεν ὁ Εὐμένης, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνοὺς, παρεκάλεσε τοὺς Μακεδόνας πράττειν τὰ τοῖς βασιλεῦσι δεδογμένα, τῷ δὲ ἀποστάτῃ γεγονότι μὴ προσέχειν. πολλὰ δὲ διαλεχθεὶς οἰκεῖα τῆς ὑποθέσεως, οὐ μόνον αὐτὸς ἀπελύθη τῶν ἐνεστώτων κινδύνων, ἀλλὰ καὶ τὸ πλῆθος εἰς εὔνοιαν μείζονα τῆς προϋπαρχούσης παρεστήσατο. οὗτος μὲν οὖν πάλιν [r] εἰς ἀνελπίστους κινδύνους ἐμπεσὼν, παραδόξως ἰσχυροτέραν κατεσκεύασε τὴν περὶ αὐτὸν δύναμιν. διὸ καὶ τοῖς στρατιώταις παραγγείλας ἀναζευγνύειν, προῆγεν ἐπὶ Φοινίκης, σπεύδων τὰς ναῦς ἐξ ἁπασῶν τῶν πόλεων ἀθροῖσαι, καὶ στόλον ἀξιόλογον κατασκευάσαι· ὅπως Πολυσπέρχων μὲν, προσλαβόμενος τὰς ἐκ τῆς Φοινίκης ναῦς, θαλαττοκρατῇ, καὶ [s] δύνηται διαβιβάζειν ἀσφαλῶς, ὅταν βούληται, τὰς ἐκ τῆς Μακεδονίας δυνάμεις εἰς τὴν Ἀσίαν ἐπ' Ἀντίγονον. οὗτος μὲν οὖν ἐν Φοινίκῃ διέτριβε, κατασκευαζόμενος τὴν ναυτικὴν δύναμιν.

Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Νικάνωρ ὁ τὴν Μουνυχίαν κατέχων, ἀκούων τὸν μὲν Κάσσανδρον ἐκ Μακεδονίας κεχωρίσθαι πρὸς Ἀντίγονον, τὸν δὲ Πολυσπέρχοντα προσδόκιμον εἶναι [t] συντόμως ἥξειν εἰς τὴν Ἀττικὴν μετὰ τῆς δυνάμεως, ἠξίου τοὺς Ἀθηναίους διαφυλάττειν τὴν πρὸς τὸν Κάσσανδρον εὔνοιαν. οὐδενὸς δὲ αὐτῷ προσέχοντος, ἀλλὰ καὶ τὴν φρουρὰν πάντων οἰομένων δεῖν ἐξάγειν τὴν ταχίστην, τὸ μὲν πρῶτον παρακρουσάμενος τὸν δῆμον, ἔπεισεν ὀλίγας
639. ἡμέρας ἐπισχεῖν· πράξειν γὰρ αὐτὸν τὰ συμφέροντα τῇ πόλει. μετὰ δὲ ταῦτα τῶν Ἀθηναίων ἐπί τινας ἡμέρας ἡσυχίαν ἐχόντων, ἔλαθε νυκτὸς κατ' ὀλίγους στρατιώτας [v] εἰσαγαγὼν εἰς τὴν Μουνυχίαν, ὥστε γενέσθαι δύναμιν ἀξιόχρεων τηρεῖν τὴν φυλακὴν, καὶ διαγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς ἐπιβαλλομένους πολιορκεῖν τὴν φρουράν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι γνόντες τὸν Νικάνορα μηδὲν ὑγιὲς πράττοντα, πρὸς μὲν τὸν βασιλέα καὶ Πολυσπέρχοντα πρεσβείαν ἐξέπεμψαν, ἀξιοῦντες βοηθεῖν αὐτοῖς, κατὰ τὸ διάγραμμα τὸ γραφὲν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων αὐτονομίας· αὐτοὶ δὲ πλεονάκις ἐκκλησίαν συναγαγόντες, ἐβουλεύοντο πῶς χρηστέον εἴη περὶ τοῦ πρὸς Νικάνορα πολέμου. τούτων δ' [x] ἔτι περὶ ταῦτ' ἀσχολουμένων, ὁ Νικάνωρ πολλοὺς ἐξενολογηκὼς λάθρα, νυκτὸς ἐξαγαγὼν τοὺς στρατιώτας, κατελάβετο τὰ τείχη τοῦ Πειραιέως καὶ τοῦ λιμένος τὰ κλεῖθρα. οἱ δ' Ἀθηναῖοι τὴν μὲν Μουνυχίαν οὐκ ἀπειληφότες, τὸν δὲ Πειραιέα προσαποβεβληκότες, χαλεπῶς ἔφερον. διόπερ ἑλόμενοι πρέσβεις τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν καὶ Φι-

nim neceſſe erat, ut ſi regibus addicti manerent, Antigono luerent, aut ſi huic obtemperarent, a Polyſperchonte ac regibus punirentur. Hac animorum conturbatione dum multitudo tenetur, Eumenes ſupervenit, lectiſque literis, Macedones cohortatur, ut regum decreta exſequantur, nec homini jam aperte rebellanti auſcultent. Cumque multa praeſenti negocio accommoda dixiſſet, non imminenti dumtaxat periculo exemtus eſt, ſed etiam multitudinem ad benevolentiam priſtina majorem inflexit. Ita vir iſte inſperatis denuo periculis circumventus, vires tamen ſuas incredibili ſucceſſu firmiores reddidit. Quapropter indicta militibus expeditione, in Phoeniciam contendit, naves ex omnibus paſſim urbibus contrahere, validamque comparare claſſem properans: ut Polyſperchon, aſſumtis ex Phoenice navibus, mare in poteſtate haberet, & copias quandocunque vellet, tuto e Macedonia in Aſiam contra Antigonum tranſportare poſſet. Ipſe ergo, ad nauticas colligendum vires, in Phoenicia ſubſiſtit. Olymp. CXV. III.

64. *Dum* vero haec aguntur, Nicanor, qui Munychiam tenebat, Caſſandrum ex Macedonia diſceſſiſſe ad Antigonum, ſubitumque Polyſperchontis cum exercitu in Atticam adventum exſpectari, audiens, ab Athenienſibus contendit, ut benevolentiam erga Caſſandrum retinerent. At cum nemo poſtulata haec admitteret, ſed omnes potius quam ocyſſime praeſidium deducendum cenſerent; initio quidem datis populo verbis, ut ad paucos ſe dies continerent, perſuaſit. Quae enim civitati expedirent, ſe facturum. Poſteaquam vero aliquot 662.
dies Athenienſes interquieviſſent, noctu milites paulatim in Munychiam clanculum introduxit, adeo ut ſatis jam virium, ad tuendum praeſidium, & ad dimicandum cum obſidionem molientibus, haberet. Quem ubi nihil ſani factitare ſenſerunt Athenienſes, ad Regem & Polyſperchontem legatione miſſa petunt, ut juxta tenorem literarum, quibus ſua Graecis libertas redderetur, opem ſibi ferant. Et ſaepe advocata concione, quomodo bellum contra Nicanorem adminiſtrandum ſit, inter ſe conſultant. Quibus dum adhuc occupantur, Nicanor plurimos clanculum conductos noctu educit, cumque his Piraeei muros & portus clauſtra occupat. Athenienſes vero, quod & Munychiam non recepiſſent, & Piraeeum inſuper amiſiſſent, aegerrime ferebant. Ideo delectos ex praecipua nobilitate viros, & quibus cum Nicanore ami-

q Ἐπιχεούσης *Leid.* r Εἰς ἀνελπίστους ſine articulo τοὺς, qui rectius aberit, *Leid. Reg.* 1. *Baſil.* s Δύναι] *Leid.* t Αὐτομάτως *idem.* v Εἰσάγων *Baſil.* x Ἔτι ἐπὶ ταῦτα *Venet.*

particulam ἢ ex *Reg. pr.* interſeras, ſententia naſcetur haud abſurda, *ut Eumenem comprehandant aut interficiant*. Fieri quidem certe poteſt, ut Antigonus id imperaverit: neque tamen adfirmo. P. WESS.

22. Ἀναγκαῖον γὰρ ἦν αὐτοὺς ἢ —— ἀποκλίναντας] Non plane rejiculum eſt αὐτοῖς, neque invenuſtum, quod nunc legitur, modo ad ſequentia referatur. Maneat ergo ſua in ſede. P. WESS.

45. Νικάνωρ ὁ τὴν Μουνυχίαν κατέχων] Suffectus erat a Caſſandro, nondum vulgata patris morte, in Menylli locum teſte *Plut.* Phoc. p. 755. F. Munychia natura & operibus erat munita, Piraeeumque paene incingebat apud *Strabon.* L. IX. pag. 606. A. Qui quidem opportuniſſimus ejus ſitus Macedones conmovit, ut eam praeſidio occuparent. Ferunt Epimenidem, emunctae naris ſenem, conſiderata loci ejus natura, dixiſſe ἐκφαγεῖν Ἀθηναίους τοῖς αὐτῶν ὀδοῦσιν, εἰ προῄδεισαν, ὅσα τὴν πόλιν ἀνιάσει τὸ χωρίον, *ſuis Athenienſes dentibus locum pereſuros, ſi praeviderent, quantum is inconmodi urbi ſit allaturus*, haſque Macedonum munitiones tot ſeculis ante divino ingenio proſpexiſſe *Plut.* Solon. p. 84. E. *Diogen. Laert.* L. I, 114. Recte ille, quamquam de divinatione viri quod multi aſſeverant, nihil admodum eſt. Egregius Munychiae ſitus haec Epimenidi verba expreſſit: animadvertebat hoſtes, quicumque tandem forent, Munychiam ſi inſiderent, civitatem Atticam premere & conmeatu poſſe intercludere, locumque adeo urbi detrimento futurum: quod & cum maxime ſuo malo experta fuit. P. WESS.

63. Κατὰ τὸ διάγραμμα &c.] Vide ſupra C. 56. de eo. P. WESS.

69. Κατελάβετο τὰ τείχη τοῦ Πειραιέως] Culpa occupati Piraeei in Phocionem collata eſt: qui cum a Dercyllo moneretur, Nicanorem inſidiari Piraeeo, idemque poſtularet, ut provideret, ne conmeatibus civitas privaretur, audiente populo, negaverat eſſe periculum, ſeque ejus rei obſidem fore pollicitus erat apud *Plut. Phoc.* pag. 756. D. & *Corn. Nepot.* cap. 2. De Piraeei clauſtris *Jo. Meurs.* Piraeei C. 3. agit. P. WESS.

Olymp. CXV. III. amicitia intercedebat; Nempe Phocionem Phoci, Cononem Timothei, & Clearchum Nauſiclis F. legatos ad Nicanorem mittunt, de recens actis cum illo expoſtulatum, rogatumque ut juxta mandatum ſuis vivendi legibus poteſtatem illis reddat. Quibus ille reſpondet, ut ad Caſſandrum legati eant. Ab illo enim ſe praeſidio adhibitum ducem privatam agendi poteſtatem minime habere.

65. Per hoc tempus ab Olympiade Epiſtola venit Nicanori, qua, ut & Munychiam & Pyraeeum Athenienſibus reddat, imperatur. Is ergo audiens fore, ut reges & Polyſperchon Olympiadem in Macedoniam reducant, puerumque ejus curae & tutelae committant, priſtinam inſuper dignationem ac honorem, (quem vivente Alexandro habuiſſet) reſtituant, ex metu quidem illa ſe redditurum promiſit: Cauſas tamen aliquas ſubinde praetexens, negocium protraxit. Athenienſes equidem magni jampridem fecerant Olympiadem. Et cum decretos illi honores reipſa jam exhiberi opinarentur; ideoque liberae civitatis jus extra periculum ſibi reſtitutum iri ſperarent, magno erant gaudio delibuti. Interim vero dum promiſſis non ſtatur, Alexander Polyſperchontis filius cum exercitu in Atticam venit. Hunc Athenienſes ad reſtituendam populo Munychiam & Piraeeum adventaſſe quidem putabant; Sed rei veritas contrarium oſtendit, utrumque videlicet ipſum ad belli uſus occupaturum. Nam eorum, qui amicitiam cum Antipatro coluerant, nonnulli, & cum his Phocion, legum poenas veriti, Alexandro occurrunt, & quid in rem eſſet docendo, auctores illi ſunt, ut praeſidia ſibi retineat, nec reddat Athenienſibus, donec Caſſander ſit debellatus. Alexander itaque ad Piraeeum caſtra metatus, ad colloquia cum Nicanore Athenienſes non admittebat; Sed ſeorſim cum illo habendis colloquiis, & negociis arcane tractandis, manifeſta injuriae Athenienſibus inferendae ſigna praeferebat. Populus ergo in concionem progreſſus, magiſtratus praeſentes abrogat, & curia e maxime popularibus conſtituta, magiſtratus Oligarchicos damnat: quos partim capite, partim exilio, & publicatione facultatum multat. Inter hos etiam Phocion erat: penes quem ſumma rerum Antipatri tempore fuerat.

66. Hi urbe pulſi ad Alexandrum Polyſperchontis confugiunt, ejusque ope ſalutem tueri nituntur. Quibus ille benigne acceptis, literas dat ad patrem, ne quid incommodi eveniat Phocioni, eique adjunctis, qui ſuis partibus faveant, & nunc
663. promtam in omnibus operam ſpondeant. Mittit vero etiam populus legationem ad Polyſperchon-

λίαν ἐχόντων πρὸς Νικάνορα, Φωκίωνα τὸν Φώκου, καὶ Κόνωνα τὸν Τιμοθέου, καὶ Κλέαρχον τὸν Ναυσικλέους, ἐξαπέστειλαν, ἐγκαλοῦντες μὲν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις, ἀξιοῦντες δὲ ἀποδοῦναι τὴν αὐτονομίαν αὐτοῖς κατὰ τὸ γεγενημένον διάταγμα. ὁ δὲ Νικάνωρ ἀποκρίσεις ἔδωκε, πρεσβεύειν αὐτοὺς πρὸς Κάσανδρον· ὑπ᾽ ἐκείνου γὰρ καθεσταμένον φρούραρχον, μηδαμῶς ἔχειν ἐξουσίαν ἰδιοπραγεῖν.

Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν ἧκεν ἐπιστολὴ Νικάνορι παρ᾽ Ὀλυμπιάδος, ἐν ᾗ προσέταττεν [y] ἀποδοῦναι Ἀθηναίοις τήν τε Μουνυχίαν καὶ τὸν Πειραιᾶ. ὁ δὲ Νικάνωρ, ἀκούων ὅτι μέλλουσιν οἱ βασιλεῖς καὶ Πολυσπέρχων [z] κατάγειν εἰς Μακεδονίαν τὴν Ὀλυμπιάδα, καὶ τοῦ τε παιδίου τὴν ἐπιμέλειαν ἐκείνῃ [a] παραδιδόναι, καὶ τὴν προϋπάρχουσαν ἀποδοχὴν καὶ τιμὴν Ἀλεξάνδρου ζῶντος ἀποκαθιστάναι Ὀλυμπιάδι, φοβηθεὶς, ἐπηγγείλατο μὲν παραδώσειν· ἀεὶ δὲ προφάσεις τινὰς ποιούμενος, παρῆγε τὴν πρᾶξιν. οἱ δ᾽ Ἀθηναῖοι, πεπολυωρηκότες ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις τὴν Ὀλυμπιάδα, καὶ νομίσαντες τὰς μὲν ταύτῃ δεδογμένας τιμὰς ὄντως γεγονέναι, τὴν δὲ ἀπόληψιν τῆς αὐτονομίας διὰ ταύτης ἐλπίζοντες ἀκινδύνως ἔσεσθαι, περιχαρεῖς ἦσαν. ἀτελέστων δὲ [b] τῶν ἐπαγγελιῶν οὐσῶν, ἧκεν Ἀλέξανδρος ὁ Πολυσπέρχοντος υἱὸς μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Ἀττικήν. οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι διέλαβον αὐτὸν ἥκειν ἀποκαταστήσοντα τῷ δήμῳ τήν τε Μουνυχίαν καὶ τὸν [c] Πειραιᾶ· 640.
τὸ δ᾽ ἀληθὲς οὐχ οὕτως εἶχεν, ἀλλὰ τοὐναντίον αὐτὸς ἰδίᾳ παραληψόμενος ἀμφότερα πρὸς τὰς ἐν τῷ πολέμῳ χρείας. τῶν γὰρ [d] Ἀντιπάτρῳ γεγονότων φίλων τινὲς ὑπῆρχον, καὶ οἱ περὶ Φωκίωνα φοβούμενοι τὰς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίας, ὑπήντησαν τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ διδάξαντες τὸ συμφέρον, ἔπεισαν αὐτὸν ἰδίᾳ κατέχειν τὰ φρούρια, καὶ μὴ [e] παραδιδόναι τοῖς Ἀθηναίοις, μέχρι ἂν ὁ Κάσανδρος καταπολεμηθῇ. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος πλησίον τοῦ Πειραιέως καταστρατοπεδεύσας, τοὺς μὲν Ἀθηναίους οὐ παρελάμβανε πρὸς τὰς ἐντεύξεις τὰς πρὸς τὸν Νικάνορα, ἰδίᾳ δὲ συνιὼν εἰς λόγους, καὶ ἐν ἀπορρήτοις διαπραττόμενος, φανερὸς ἦν ἀδικεῖν μέλλων τοὺς Ἀθηναίους. ὁ δὲ δῆμος εἰς ἐκκλησίαν συνελθὼν, τὰς μὲν [f] ὑπαρχούσας ἀρχὰς κατέλυσεν, ἐκ δὲ τῶν δημοτικωτάτων τὰ ἀρχεῖα καταστήσας, τοὺς ἐπὶ τῆς ὀλιγαρχίας γεγονότας ἄρχοντας κατεδίκασε, τοὺς μὲν θανάτῳ, τοὺς δὲ φυγῇ καὶ δημεύσει τῆς οὐσίας. ἐν οἷς καὶ Φωκίων, ὁ ἐπ᾽ Ἀντιπάτρου τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ἐσχηκώς.

Οὗτοι μὲν οὖν ἐκβληθέντες ἐκ τῆς πόλεως κατέφυγον πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν Πολυσπέρχοντος, καὶ διὰ τούτου τὴν σωτηρίαν ἑαυτοῖς πορίζειν ἐφιλοτιμοῦντο. προσδεχθέντες δὲ ὑπ᾽ αὐτοῦ φιλοφρόνως, γράμματα ἔλαβον πρὸς τὸν πατέρα Πολυσπέρχοντα, ὅπως μηδὲν πάθωσιν οἱ περὶ Φωκίωνα τἀκείνου πεφρονηκότες, καὶ νῦν ἐπαγγελλόμενοι πάντα συμπράξειν. ἀποστείλαντος δὲ [g] καὶ τοῦ δήμου πρεσβείαν πρὸς τὸν Πο-

y Δοῦναι *Reg.* 1. *Leid.* z Εἰσάγειν ora *Steph. Baſil.* a Παραδοῦναι *Leid.* b Τινῶν margo *Steph. Vat. Baſil. Reg.* 2. c Πειραιέα *Reg.* 1. *Leid.* ſemper. d Ἀντιπάτρου *Reg.* 1. e Παραδοῦναι *idem* cum *Leid.* f Προϋπαρχούσας ora *Steph.* & mox δημοτικῶν. g Non eſt in *Baſil.*

74. Φωκίωνα τὸν Φώκου] Confer *Aelian.* V. Hiſtor. L. II, 16. & L. XII, 43., ubi Phocum διδυκοποιὸν ſive cochlearia fabricare ſolitum fuiſſe ſignificat, diſſentiente tamen *Plut.* Phoc. p. 743. C. P. Wess.

3. Τῶν γὰρ —— φίλων τινὲς ὑπῆρχον καὶ οἱ &c.] Non placet ὑπῆρχον, quod quidem ſi in exſilium iret, revocandum nunquam cenſerem. Suſpenſa enim oratio ex ὑπήντησαν bene procedit. P. Wess.

13. Φανερὸς ἦν ἀδικεῖν μέλλων τοὺς Ἀθηναίους] Conſentit *Plutarchus*, quem in Phoc. vita p. 756. E. vide. P. Wess.

21. Κατέφυγον πρὸς Ἀλέξανδρον &c.] Rem diverſiore modo geſtam deſcribunt *Plut.* ibid. pag. 757. A. & *Corn. Nepos* Phoc. cap. 3. P. Wess.

39. Φιλανθρώπους καὶ κεχαρισμένας ἔδωκεν ἀποκρίσεις] Praeſtare ſic viſum eſt. Spem fecit legatis Polyſperchon priſtinae libertatis & Piraeei recipiendi. Phocion vero ab Agnonide accuſatus, quod Piraeeum Nicanori prodidiſſet, ex conſilii ſententia in cuſtodiam conjectus Athenaſque deductus eſt, ut ibi de eo legibus fieret judicium, *Corn. Nepos* dicto loco. Mox ἐν φυλακῇ δεσμίους ſi malueris, quod vinctus & cuſtodia ſeptus a Clito Athenas, ut *Plutarchus* prodidit, ſit deportatus, non admodum pugnabo. P. Wess.

52. Ἡγ-

Πολυσπέρχοντα, τὸν κατηγορήσοντα μὲν τῶν περὶ Φωκίωνα, παρακαλέσοντα δὲ τὴν Μουνυχίαν αὐτοῖς δοῦναι μετὰ τῆς αὐτονομίας, ὁ Πολυσπέρχων ἔσπευδε μὲν φρουρᾷ κατέχειν τὸν Πειραιᾶ, διὰ τὸ πολλὰ δύνασθαι χρησιμεύειν τὸν λιμένα πρὸς τὰς ἐν τοῖς πολέμοις χρείας· αἰσχυνόμενος δ' ἐναντία πράττειν τῷ ὑφ' ἑαυτοῦ γεγραμμένῳ διαγράμματι, καὶ νομίζων ἄπιστος κριθήσεσθαι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ἐὰν εἰς τὴν ἐπιφανεστάτην παρανομήσῃ πόλιν, μετενόησε τῇ γνώμῃ. διακούσας δὲ τῶν πρέσβεων, τοῖς μὲν παρὰ τοῦ δήμου πρεσβεῦσι [h] φιλανθρώπως καὶ κεχαρισμένας ἔδωκεν ἀποκρίσεις· τοὺς δὲ περὶ Φωκίωνα συλλαβών, [i] ἀπέστειλε δεσμίους εἰς τὰς Ἀθήνας, διδοὺς τὴν ἐξουσίαν τῷ δήμῳ εἴτε βούλεται θανατοῦν, εἴτ' ἀπολῦσαι τῶν ἐγκλημάτων. συναχθείσης οὖν ἐκκλησίας ἐν ταῖς Ἀθήναις, καὶ προτεθείσης κρίσεως τοῖς περὶ τὸν Φωκίωνα, πολλοὶ τῶν τε φυγάδων γεγονότων ἐπ' Ἀντιπάτρου καὶ τῶν ἀντιπολιτευομένων κατηγόρησαν αὐτῶν θανάτου.
641. ἦν δ' ὁ σύμπας τῆς κατηγορίας λόγος, ὅτι οὗτοι παραίτιοι γεγένηνται μετὰ τὸν Λαμιακὸν πόλεμον, τῆς τε δουλείας τῇ πατρίδι, καὶ τῆς καταλύσεως τοῦ δήμου καὶ τῶν νόμων. ὡς δὲ τοῖς ἀπολογουμένοις ὁ χρόνος παρεδόθη τῆς ἀπολογίας, ὁ μὲν Φωκίων ἤρξατο ποιεῖσθαι [k] τὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγον· τὸ δὲ πλῆθος τοῖς θορύβοις ἐξέωσε τὴν ἀπολογίαν, ὥστ' εἰς πολλὴν ἀπορίαν παραγενέσθαι τοὺς ἀπολογουμένους. λήξαντος δὲ τοῦ θορύβου, πάλιν ὁ μὲν Φωκίων ἀπελογεῖτο, ὁ δὲ ὄχλος κατεβόα, καὶ τὴν φωνὴν τοῦ κινδυνεύοντος ἐκώλυεν ἐξακούεσθαι. τὸ γὰρ πλῆθος τῶν δημοτικῶν [l] ἀπωσμένον τῆς πολιτείας, καὶ παρ' ἐλπίδας τέτευχος τῆς καθόδου, πικρῶς διέκειτο πρὸς τοὺς ἀφῃρημένους τὴν αὐτονομίαν.

Βιαζομένου δὲ τοῦ Φωκίωνος, καὶ πρὸς περίστασιν ἀπεγνωσμένην ὑπὲρ τοῦ ζῆν ἀγωνιζομένου, οἱ μὲν πλησίον ὄντες ἤκουον τῆς ὑποθέσεως δικαίαν· οἱ δὲ μακρότερον διεστηκότες, διὰ τὸ μέγεθος τῆς κραυγῆς τῶν θορυβούντων, ἤκουον μὲν οὐδέν, αὐτὴν δὲ μόνην ἐθεώρουν τὴν τοῦ σώματος κίνησιν γινομένην ἐναγώνιον καὶ ποικίλην, διὰ τὸ μέγεθος τοῦ κινδύνου. τέλος δὲ ἀπογνοὺς τὴν σωτηρίαν ὁ Φωκίων, ἀνεβόησε δεόμενος αὐτοῦ μὲν καταψηφίσασθαι τὸν θάνατον, τῶν δ' ἄλλων φείδεσθαι. ἀμεταθέτου δὲ τῆς τοῦ πλήθους ὁρμῆς καὶ [m] βιαίας οὔσης, παρεπορεύοντό τινες τῶν φίλων συνηγορήσοντες τῷ Φωκίωνι, ὧν τὰς μὲν ἀρχὰς τῶν λόγων ἤκουον, ὁπότε δὲ προβαίνοντες φανεροὶ καθίσταντο τὴν ἀπολογίαν διεξιόντες, ἐξεβάλλοντο τοῖς θορύβοις καὶ ταῖς ἐναντιουμέναις κραυγαῖς. τὸ δ' ἔσχατον, πανδήμῳ φωνῇ καταχειροτονηθέντες, εἰς τὸ δεσμωτήριον [n] ἤγοντο τὴν ἐπὶ θανάτῳ. συνηκολούθουν δὲ αὐτοῖς πολλοὶ τῶν σπουδαίων ἀνδρῶν, ὀδυρόμενοι καὶ συμπάσχοντες ἐπὶ τῷ μεγέθει τῶν ἀτυχημάτων. τὸ γὰρ πρωτεύοντας ἄνδρας ταῖς [o] δόξαις καὶ ταῖς εὐγενείαις, πολλὰ πεπραχότας ἐν τῷ ζῆν φιλάνθρωπα, μήτε λόγου μήτε κρίσεως

tem, quae Phocionem accuſet, & Munychiam cum libertate reipublicae ſibi reſtitui, contendat. Olymp. CXV. III. Retinendi quidem Piraeei percupidus erat Polyſperchon, quod multum ad uſus belli portus illi commodare poſſet: Sed cum promulgato a ſe diplomati contraria facere ipſum puderet, & ne fidem ſibi detraherent Graeci, ſi in urbem clariſſimam tam enormiter delinqueret, vereretur, ſententiam mutavit. Auditis ergo legatis, eos ſane qui a populo miſſi fuerant, comiter exceptos, cum reſponſis ad gratiam compoſitis dimittit. Phocionem autem cum ſuis comprehendit, vinctosque Athenas mittit, vel interficiendi ſi vellet, vel a criminibus abſolvendi, poteſtatem populo concedens. Advocata igitur concione Athenis, judicium Phocioni, caeteriſque reis, intenditur. Ibi multi ſub Antipatro in exſilium acti, & alii in republicae ratione diſſentientes, capitis illos arceſſunt. Caput vero accuſationis hoc erat: quod poſt bellum Lamiacum ex bona parte effeciſſent, ut & patria ſervitute opprimeretur, & popularis adminiſtratio, legeſque antiquarentur. Ubi tempus ad cauſam dicendam reis conceſſum aderat, Phocion pro ſe verba facere coepit. Sed plebs per tumultum ejus defenſionem exploſit, adeo ut quo ſe verterent rei, non haberent. Ceſſante autem tumultu, Phocion iterum cauſam ſuam agere; ſed occlamare turba, & ne exaudiretur vox periclitantis, impedire. Nam plebeorum multitudo a Reipublicae adminiſtratione ſummota, cum praeter ſpem reditum nanciſceretur, odium gerebat amarulentiſſimum erga illos, qui ſuis vivendi legibus poteſtatem civibus ademerant.

67. Dum ita per vim rejicitur Phocion, inque deſperata conditione pro vitae ſuae incolumitate decertat, qui proxime erant, aequitatem cauſae quidem audierunt; at longius inde ſtantes, prae nimio tumultuantium vociferatu nihil audire, ſed corporis duntaxat motum trepidabundum variumque, ob periculi magnitudinem, videre poterant. Tandem ſpe ſalutis abjecta, Phocion exclamans oravit, ut ſibi quidem poenam capitis irrogarent, caeteris vero parcerent. At cum immutabilis eſſet vulgi impetus, & violentus, amicorum nonnulli ad patrocinandum Phocioni acceſſere: Quorum initia quidem orationis audiebat plebs: ubi vero progreſſi defenſionis indicia praebuere, per tumultus & obluctantes vociferatus ejiciebantur. Ad extremum totius populi ſuffragiis voce editis, condemnati in carcerem ad ſupplicium abducuntur, proſequentibus eos multis honeſtis boniſque viris, qui vicem illorum dolerent, & calamitatum magnitudinem deplorarent. Nam quod primariae auctoritatis ac nobilitatis viri, qui multa per vitam benigne fecerant, nec cauſae dicendae, nec judicii legi-

h) Φιλανθρώπως καὶ *Reg.* 1. Vulgo φιλανθρώπως κεχαρισμ. *i)* Ἀπεσ. ἐν φυλακῇ δεσμίους ora *Steph. Leid. Reg.* 1. *k)* Τὸν ὑπὲρ *Reg.* 1. *Leid.* aberat articulus vulgo. *l)* Ἀπωσμένον *Reg.* 1. *m)* Βίας ora *Steph. Venet.* Mox παρεπορεύοντό τινες *Baſil.* *n)* Ἤγοντο τὴν ἐπὶ ſolus *Reg.* 1., unde articulum reſtitui. *o)* Δόξαις καὶ ταῖς συγγενείαις καὶ ταῖς εὐγ. margo *Steph. Venet.*

52. Ἤρξατο ποιεῖσθαι τὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγον] Articulum, quem ipſemet Auctor probaverat, eidem reddidi. Quam vero tumultuarie Athenienſes Phocionis hoc judicio ſint defuncti & contra reipublicae ſuae morem, locuples teſtis *Plut.* Phoc. pag. 757. eſt. P. WESS.

67. Τὴν τοῦ σώματος κίνησιν — ἐναγώνιον] *Motum trepidabundum* tueri fortaſſe Interpres poterit his *Jo. Chryſoſtomi* T. 1. p. 442. A. τῶν ἐν μέσῳ πελάγει σαλευόντων οὐχ ἧττον ἐστὶν ἐναγώνιος. *non minus illis ſollicitus eſt, qui medio in mari jactantur.* At *Diodorus* ἐναγώνιον vocare ſolet, quidquid acre, vehemens atque exercitationi aptum videtur. Ita ἐναγώνιον ἐνέργειαν, ἐναγώνιον γυμνασίαν, ἐναγώνιον σῶμα ſuis locis dixit. Verte potius *vehementem corporis motum.* P. WESS.

71. Τῶν δ' ἄλλων φείδεσθαι] Nicoclem, Thudippum, Hegemonem, Pythoclem, ſalutis & libertatis patriae ſtudioſiſſimos, innuebat, de quorum injuſta nece *Plut.* Phoc. pag. 758. P. WESS.

78. Ἤγοντο τὴν ἐπὶ θανάτῳ] Inſtauravi elegantiſſimam dictionem, optimo cuique probatam. *Herodotus* L. 1, 109. ὡς οἱ παρεδόθη τὸ παιδίον κεκοσμημένον τὴν ἐπὶ θανάτῳ. *Joſephus* Antiq. L. XV, 7, 4. Μαριάμμη μὲν οὖν οὕτως ἤγετο τὴν ἐπὶ θανάτῳ &c. P. WESS.

675\. ταξεν ἐλέφαντας τεσσαράκοντα. ἡ δὲ πᾶσα δύναμις ἦν τῶν περὶ τὸν Εὐμένη, πεζοὶ μὲν τρισμύριοι πεντακισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ ἑξακισχίλιοι ἑκατὸν, ἐλέφαντες δὲ ἑκατὸν [f] τεσσαρεσκαίδεκα.

Ἀντίγονος δ' ἐκ μετεώρων τόπων κατιδὼν τὴν τῶν πολεμίων τάξιν, πρὸς ταύτην ἁρμοζόντως διεκόσμησε τὴν ἰδίαν δύναμιν. ὁρῶν γὰρ τὸ τῶν ἐναντίων δεξιὸν κέρας ὠχυρωμένον τοῖς τε θηρίοις καὶ τοῖς κρατίστοις τῶν ἱππέων, ἀντέταξε τοὺς ἐλαφροτάτους τῶν ἱππέων, οἱ κατὰ στόμα μὲν ἤμελλον φυγομαχήσειν, ἀραιοὶ διαστάντες, [g] ἐκ μεταβολῆς δὲ διαγωνιεῖσθαι, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ ποιήσειν ἄπρακτον τῶν ἐναντίων τοῦτο τὸ μέρος, ᾧ μάλιστα ἐπίστευεν. ἔστησε δ' ἐπὶ ταύτης τῆς φάλαγγος τούς τε ἐκ Μηδίας καὶ [h] Ἀρμενίας ἀφιπποτοξότας καὶ λογχοφόρους, ὄντας μὲν χιλίους, πεφυκότας δ' εὖ πρὸς τὴν ἐκ μεταβολῆς κρίσιν. ἑξῆς δὲ τοὺς ἀπὸ θαλάσσης συναναβεβηκότας Ταραντίνους δισχιλίους καὶ διακοσίους, ἐπιλέκτους ἐν ἐνέδραις καὶ καλῶς διακειμένους ταῖς εὐνοίαις πρὸς [i] αὐτόν· τοὺς δ' ἀπὸ Φρυγίας καὶ Λυδίας, χιλίους. τοὺς δὲ μετὰ Πύθωνος χιλίους πεντακοσίους· καὶ τοὺς μετὰ Λυσανίου ξυστοφόρους τετρακοσίους· ἐπὶ πᾶσι δὲ τούς τε [k] ἀνθίππους ὀνομαζομένους, καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἄνω κατοικούντων ὀκτακοσίους. καὶ τὸ μὲν εὐώ-

millibus haud plures; ſed invicti, & propter virtutem hoſti maxime formidabiles, ordinati erant. Denique poſt omnes ex clypeatorum ſatellitum numero plures cIↄ. cIↄ. cIↄ. Quos ut Argyraſpides ſub imperio ſuo habebant Antigenes & Teutamus. Toti autem Phalangi XL. elephantes praeſtituit, horumque interſtitia rorariis explevit. In dextro cornu vicinos Phalangi ſtatuit equites ex Carmania Iↄ. ccc. quibus Tlepolemus Satrapa praeerat. Et exinde nongentos, qui ſodales nuncupabantur. Tum Peuceſtae & Antigenis agmen, habens ccc. equites una turma comprehenſos. In extremo tandem cornu Eumenis agmen erat collocatum, quod totidem habebat equites, horumque anteſignanos famulorum Eumenis alas duas, quae quinquagenis 686. equitibus conſtabant. IV. inſuper alas, quae ex obliquo extra cornu praeſidio eſſent, cc. equites apprime delectos complexas. Ac praeter hos e cunctis equitum praefecturis trecentos, celeritatis ac fortitudinis eximiae, a tergo ſui agminis collocavit. Totum vero cornu ita inſtructum Elephantis XL. praemunivit. Univerſus igitur exercitus Eumenis erat, peditum triginta quinque millia: Equitum ſex millia & centum: Elephantorum ad CXIV.

29\. Antigonus ex locis editioribus aciem hoſtium contemplatus, contra illam ſuas quoque copias apte inſtruxit. Dextrum enim hoſtis cornu beluis & equitum fortiſſimis munitum videns, objecit illis equitum ſuorum expeditiſſimos, qui quod rariores inter ſe diſtarent, in fronte ceſſim pugnarent, & per vices converſi praelium redintegrarent. Atque hoc pacto illius partis, in qua maxima ſpes hoſtibus erat, vires eluderent. In hac autem phalange collocarat ſagittarios equeſtres & lancearios ex Media & Armenia, circiter mille, ad confligendum per intervalla adſuetos. Hinc eos, qui a mari ſimul cum ipſo adſcenderant, duo Tarentinorum millia & ducentos, ad inſidias calliditatis exquiſitae, & benevolentiae in ipſum praeclarae. Ex Phrygia etiam Lydiaque mille: Tum Pythonem ſecutos mille quingentos, & haſtigeros cccc., qui cum Lyſania erant. Poſtremos omnium, qui Anthippi (equitibus contrarii) nominabantur, & ex ſuperiorum terrarum incolis Iↄccc. Ab hoc

z Negantem vocem praetereunt *Baſil. Ven.* a Ἀφηγουμένους *Editi.* Omittunt autem Teutami & Antigenis nomina *Baſil. Reg.* 2. b Ἴλῃ *Reg.* 1. *Leid.* ſemper. Εἴλῃ vulgo. c Προσταγμα *Reg.* 1. cum *Leid.* d Ἀπασῶν τῶν *Reg.* 1. e Deſideratur in *Baſil.* & *Reg.* 2. f Δεκατέσσαρες *Reg.* 1. g Καὶ ἐκ μεταβ. *idem* & *Leid.* h Παρθυαίας ἀφιππ. ora *Steph.* ex *Baſil. Reg.* 2. *Vat.* Ἐφιππ. Cett. i Αὐτόν. Ἐχόμενα δὲ τούτοις ἀπὸ Φρ. in marg. *Steph. Reg.* 1. Lege ἐχομένους δὲ τούτων & bonum erit. k Ἀθίππους *Baſil.* ἀσθίππους *Ven. Vat.* Mox ἐκ τῶν deſunt *Baſil.*

nis, quam *agema* vocant, equites tribuit *Plutarchus* in ejus vita p. 586. E. P. Wess.

56\. Πεζοὶ μὲν τρισμύριοι πεντακισχίλιοι] Nunquam tot pedites ex illis, quae ſupra prodidit, conficies. Equitum quidem ratio conſtat, ſed additae in ſummam non ſunt alae duae, ad quinquagenos profundae. Praeterea elephantos cxxv. annumeravit. Scribendum ergo ἐλέφαντες δὲ ἑκατὸν εἴκοσι καὶ πέντε, modo ſuperiora a mendis ſint libera. P. Wess.

67\. Ὧι μάλιστα ἐπίστευεν] Ἐπίστευον corrigit *Rhodomanus*, qui audiendus erit, niſi ſi ad Eumenem referatur. P. Wess.

68\. Καὶ Ἀρμενίας ἀφιπποτοξότας] Video, quid obmoturi ſunt, qui ἐφιπποτοξότας probabunt. Sed hinc non diſcedo. Vid. not. in L. 1, 8. p. 122. At unde ἐκ Παρθυαίας ἀφιπποτοξ.] membranarum quarundam veniſſe putabimus? Ecquae hoc nomine per vaſtum orientis tractum regio natiove? Nulla, nulla inquam. Sola amanuenſium inconſiderantia vitioſum id propagavit. Scriptum erat ΕΚ ΠΑΡΘΥΑΙΑΣ, e quo ipſi, obliteratis fortaſſe vetuſtate & ſitu duarum literarum tranſverſis virgulis mirificum extuderunt ΠΑΡΟΥΑΙΑΣ vocabulum. Ego vero haud ſcio an rectiſſimum ἐκ Παρθυαίας ſit? Notiſſimi ſunt Parthorum equites & ſagittarii. *Ovidius* Triſt. L. II, 225.

Nunc petit Armenius pacem: nunc porrigit arcus
Parthus eques. ——

Clarius *Appianus* de Caſſio L. III. Belli Civ. p. 1001. καὶ αὐτῷ τινες καὶ ΠΑΡΘΥΑΙΩΝ ΙΠΠΟΤΟΞΟΤΑΙ συνεμάχουν. Iterum p. 1003. καὶ τοὺς ΠΑΡΘΥΑΙΩΝ ΙΠΠΟΤΟΞΟΤΑΣ ἀπέπεμψε τιμήσας. Mitto addere Parthos ſagittis atque arcu multo nobiliores eſſe Armeniis. Vide tamen & *Aelian.* Tactic. cap. 45. P. Wess.

76\. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούς τε ἀνθίππους ὀνομαζομένους] Niſi erro atque hujus opinionis fruſtra ſum, dederat Auctor τούς τε ΑΜΦΙΠΠΟΥΣ, quod peccato, illius, de quo proxime, non diſſimili in ΑΝΘΙΠΠΟΥΣ boni iſti viri commutaverunt. Qui enim quaeſo ἄνθιπποι; *Equites contrarii*, Interpres ait. Atqui omnes, qui hoſti objiciuntur, *equites contrarii*. Ἄμφιπποι deſultores ſunt, veteri militia nobilitati. *Aelianus* Tactic. C. 37. τάττεται δὲ τοιοῦτο σχῆμα μάλιστα πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον βαρβάρους, οὓς καὶ ΑΜΦΙΠΠΟΥΣ ἔλεγον, ὡς εἰθισμένους μεταβαίνειν ἀπὸ ἄλλων ἵππων εἰς ἄλλους. ubi plura *Sixtus Arcerius*. Neſcio autem an mox

deleti

Olymp. CXVI. 1.

hoc igitur equitatu laevum cornu fuerat expletum, Pythoque imperium gerebat omnium. In pedeſtri autem acie primum tenuere locum convenae plures novem millibus: proximum Lycii & Pamphylii ter mille, & variis e nationibus ad Macedonicum habitum inſtructi plures quam octo millia. Ultimi omnium erant Macedones non infra millia octo. Quos Antipater in ſupplementum miſerat, quo tempore regni adminiſtrationem accepit. Equitum in dextro cornu phalangem attingentes primi erant, mercenarii ex diverſis gentibus Iↄ. Exinde Thraces mille. Et a ſociis miſſi Iↄ. His cohaerebant ſodales mille ſic vocitati. Demetrio Antigoni duce, qui tunc primum in acie patri operam navaturus erat. In extremo cornu equitum trecentorum agmen ſubſiſtebat; Quibuscum ipſe pugnae diſcrimen adibat. Hic ordo ex famulis ipſius tribus turmis conſtabat, & totidem aliis, aequali inter ſe ſpacio collocatis. Quibus Tarentini centum in ſubſidium attributi erant. Circa totum hoc cornu elephantes xxx. omnium praeſtantiſſimos ordine inflexo diſpoſuit, locaque intermedia levis armaturae cohortibus explevit lectiſſimis. De reliquis feris pleraſque ante Phalangem ſtatuit, paucas cum equitatu in latere ſiniſtro. Ad hunc modum exercitu in ordinem digeſto, ad hoſtem obliqua aciei forma deſcendit. Nam dextrum cornu in longum protenderat, laevum contractius eſſe voluit, ut hoc ceſſim pugnaret, illo ſignis collatis praelium iniret.

30. Jamque aciei acies imminebat, cum ſigno utrinque dato, clamor alternis iteratur, & claſſicum tubicines perſonant. Primi ergo Pythonis equites, licet nullum ante ſe praeſidium haberent, numero tamen ac celeritate adverſariis ſuperiores, commoditate illa uti conantur. Sed cum elephan-
687. tis aperta fronte congredi non tutum fore arbitrantes, cornu circumveniunt, & ex tranſverſo adorti denſa telorum vi hoſtes ſauciant, & dum ob celeritatem nihil incommodi patiuntur, ipſi, magnis tamen hoſtem incommodis afficiunt, qui neque inſequi ob gravitatem ſuam poterat, neque retro pedem referre, prout opportunitas juberet. Tum Eumenes ſagittariorum equitum multitudine cornu premi videns, ab Eudamo, qui cornu ſiniſtrum tenebat, equitum maxime expeditos arceſſit. Et hac ala quamlibet exigua ad cornu educta, cum minus impedito & veloci equitum globo in hoſtem impetum facit: & quia beluae ſequebantur, Pythonianos facile in fugam actos ad inferiora mon-

νυμον κέρας ὑπὸ τούτων ἐπληροῦτο τῶν ἱππέων, ὧν ἁπάντων Πύθων εἶχε τὴν ἡγεμονίαν· τῶν δὲ πεζῶν πρῶτοι μὲν ἐτάχθησαν οἱ ξένοι, πλείους ὄντες τῶν ἐνακισχιλίων. μετὰ δὲ τούτους, Λύκιοι καὶ Πάμφυλοι τρισχίλιοι, παντοδαποὶ δ' εἰς τὰ Μακεδονικὰ καθωπλισμένοι, πλείους τῶν ὀκτακισχιλίων. ἐπὶ πᾶσι δὲ Μακεδόνες, οὐ πολὺ ἐλάττους τῶν ὀκτακισχιλίων, οὓς ἔδωκεν Ἀντίπατρος, καθ' ὃν καιρὸν ἐπιμελητὴς ἀπεδείχθη τῆς βασιλείας. τῶν δ' ἱππέων πρῶτοι μὲν ἦσαν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος συνάπτοντες τῇ φάλαγγι μισθοφόροι παντοδαποὶ πεντακόσιοι· ἑξῆς δὲ Θρᾷκες [l] χίλιοι· παρὰ δὲ τῶν συμμάχων πεντακόσιοι· ἐχόμενοι δὲ τούτων οἱ προσαγορευθέντες ἑταῖροι χίλιοι, Δημήτριον ἔχοντες ἡγεμόνα τὸν Ἀντιγόνου, τότε πρῶτος μέλλοντα συναγωνίζεσθαι τῷ πατρί. ἐπ' ἄκρου δὲ τοῦ κέρατος ἦν τὸ ἄγημα τῶν ἱππέων τριακοσίων, μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς ἐκινδύνευε. τὸ τάγμα δὲ τοῦτο ἐκ τῶν ἰδίων παίδων ἶλαι τρεῖς ὑπῆρχον, καὶ ταύταις ἴσαι [m] παράλληλοι, συναγωνιζομένων αὐτοῖς Ταραντίνων ἑκατόν. περὶ δὲ τὸ κέρας πᾶν ἐξέταξε τοὺς κρατίστους τῶν ἐλεφάντων τριάκοντα. ποιήσας δ' ἐπικάμπιον, καὶ τὰ διαστήματα τούτων συνεπλήρωσε τοῖς ψιλοῖς τάγ- 676.
μασιν ἐπιλέκτοις· τῶν δ' ἄλλων τὰ πλείω μὲν τῆς φάλαγγος προέστησεν, ὀλίγα δὲ μετὰ τῶν ἱππέων τῶν ἐν τοῖς εὐωνύμοις μέρεσι. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἐκτάξας τὸ στρατόπεδον, κατέβαινεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, λοξὴν ποιήσας τὴν τάξιν. τὸ μὲν γὰρ δεξιὸν κέρας, ᾧ μάλιστα ἐπίστευε, προεβάλετο· τὸ δ' ἕτερον ὑπεστείλατο, διεγνωκὼς ᾧ μὲν φυγομαχεῖν, ᾧ δ' ἀγωνίζεσθαι.

Ἐπεὶ δὲ σύνεγγυς ἀλλήλων ἐγένετο τὰ στρατόπεδα, καὶ τὸ σύσσημον ἤρθη παρ' ἀμφοτέροις, ἐπηλάλαξαν μὲν αἱ δυνάμεις ἐπαλλὰξ πλεονάκις, ἐσήμηναν δ' οἱ [n] σαλπιγκταὶ τὸ πολεμικόν. πρῶτοι δ' οἱ μετὰ Πύθωνος ἱππεῖς, [o] στερεὸν μὲν οὐδὲν οὐδ' ἀξιόλογον ἔχοντες πρόφραγμα περὶ αὐτούς, ὑπερέχοντες δὲ τῶν ἀντιτεταγμένων τῷ τε πλήθει καὶ ταῖς ἐλαφρότησιν, ἐπειρῶντο χρήσασθαι τοῖς ἰδίοις προτερήμασι. τὸ μὲν γὰρ κατὰ στόμα διακινδυνεύειν πρὸς ἐλέφαντας οὐκ ἀσφαλὲς ἐνόμιζον· περιϊππεύσαντες δὲ τὸ κέρας, καὶ πλαγίοις ἐμβαλόντες πυκνοῖς τοῖς βέλεσι, κατετίτρωσκον, αὐτοὶ μὲν διὰ τὰς ἐλαφρότητας οὐδὲν πάσχοντες, μεγάλα δὲ βλάπτοντες τοὺς διὰ τὰ βάρη [p] μήτ' ἐκδιῶξαι δυναμένους, μήτ' ἀναχωρεῖν, ὅταν καιρὸς παραγγείλῃ. Εὐμένης δ' ὁρῶν πιεζόμενον τὸ κέρας τῷ πλήθει τῶν [q] ἀφιπποτοξοτῶν, μετεπέμψατο παρ' Εὐδάμου, τοῦ τὸ λαιὸν κέρας ἔχοντος, τοὺς ἐλαφροτάτους τῶν ἱππέων. ἐξαγαγὼν δὲ ἐπὶ κέρας τὴν ὀλίγην τάξιν, τοῖς μὲν ψιλοῖς καὶ τοῖς ἐλαφροτάτοις τῶν ἱππέων εἰσέβαλεν εἰς τοὺς ἐναντίους· [r] ἐπακολουθέντων δὲ καὶ τῶν θηρίων, ῥᾳδίως τρεψάμενος τοὺς περὶ τὸν Πύθωνα, κατεδίωξε μέχρι τῆς ὑπωρείας.

Ἅμα

l Δισχίλιοι *Reg.* 1. *Leid.* *m* Παρ' ἀλλήλοις ora *Steph. Leid. Reg.* 1. ſtatim ἔταξε *Reg.* 1. cum *Leid.* *n* Σαλπιγκταὶ *Baſil.* *o* Ἕτερον *Reg.* 1. *Vat. Baſil.*, qui & οὐδ' mox praeterit. *p* Μὴ ἐκδ. μὴ δυν. μεταναχωρεῖν δὲ *Reg.* 1. *Leid.* *q* Ἀφιππ. *Baſil. Reg.* 2. *Vat.* Ἐφιππ. reliqui. *r* Ἐπακολ. *Reg.* 1. *Leid.*

deleri debeat copula. Ita quidem certe iidem deſcriberentur a *Diodoro* atque *Aeliano* Thraces, qui cap. 27. Θρᾷκες ἐκ τῶν ἄνω κατοικιῶν, i. e. in Iſtrum & Scythiam uſque porrecti. P. Wess.

90. Παρὰ δὲ τῶν συμμάχων πεντακόσιοι] Interpres aliud agens, *& a ſociis miſſi totidem.* Ego correxi culpam, a *N. Blancardo* ad *Arrian.* ſui L. III. pag. 183. levi brachio perſtrictam. P. Wess.

98. Συναγωνιζομένων Ταραντίνων ἑκατόν] Meminit eorumdem paullo ante, eſtque Tarentinorum equitum non obſcurum inter auxilia nomen. *Livius* L. xxxv, 28. *Dein Cretenſes auxiliares, & , quos Tarentinos vocabant, equites, binos ſecum trahentes equos, ad prima ſigna miſit.* Ceterum paullo ante τὸ τάγμα δὲ τοῦτο adfectum mihi videtur. Scripſeris πρόταγμα δὲ τούτων, *ante vero horum ordinem*, ſive *horum anteſignani* &c. Ita plane cap. 27. πρόταγμα δὲ τούτων ἶλαι δύο ξυστοφόρων. tum C. 28. καὶ τούτων πρόταγμα, τῶν Εὐμένους παίδων ἶλαι δύο &c. P. Wess.

6. Τὸ μὲν γὰρ δεξιὸν κέρας — προεβάλετο &c.] Vereor ut ſcriptoris mentem aſſecutus ſit Interpres. Προβαλέσθαι eſt *objicere*, ὑποστείλασθαι *ſubducere*. Statuit Antigonus dextro cornu, cui fidebat maxime, hoſtem adgredi, ſiniſtrum paullo longius retrahere, ut hoc cedendo dimicaret, illo hoſtem propius urgeret. P. Wess.

28. Ἐξάγων ἐπὶ κέρας τὴν ὀλίγην τάξιν] Quae tandem τάξις ὀλίγη iſta? *Expeditine equites*, quos ſiniſtro ex cornu arceſſivit Eumenes? Atqui non eos tantum, ſed ſuos omnes in hoſtem duxit. Fuit fortaſſe τὴν ὅλην τάξιν, qua in cornu exporrecta

in

Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, συνέβη καὶ τοὺς πεζοὺς ἐφ' ἱκανὸν μὲν χρόνον φαλαγγομαχεῖν πρὸς ἀλλήλους, τὸ δὲ τελευταῖον, πολλῶν πεσόντων παρ' ἀμφοτέροις, ἐπικρατῆσαι τοὺς παρ' Εὐμένει τεταγμένους, διὰ τὰς τῶν Ἀργυρασπίδων Μακεδόνων ἀρετάς. οὗτοι γὰρ ταῖς μὲν ἡλικίαις ἤδη προβεβηκεῖσαν, διὰ δὲ τὸ πλῆθος τῶν κινδύνων, διέφερον ταῖς τόλμαις καὶ ταῖς εὐχειρίαις, ὥστε μηδένα δύνασθαι κατὰ στόμα τὴν βίαν ὑποστῆναι. διὸ καὶ τότε τρισχίλιοι μὲν ὄντες [s] οἱονεὶ τὸ στόμωμα καθειστήκεισαν πάσης τῆς δυνάμεως. Ἀντίγονος δ' ὁρῶν τό, τε εὐώνυμον κέρας τῶν ἰδίων πεφευγότας, καὶ τὴν φάλαγγα πᾶσαν τετραμμένην, τοῖς μὲν συμβουλεύουσιν ἀποχωρεῖν πρὸς τὴν ὀρεινήν, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς φυγῆς σωζομένους ἀναλαμβάνειν, ἄθραυστον

677. ἔχοντα τὸ περὶ αὐτὸν μέρος τῆς δυνάμεως, οὐ προσεῖχε· τῷ δὲ παρὰ [t] καιροῦ δοθέντι προτερήματι δεξιῶς χρησάμενος, καὶ τοὺς φεύγοντας τῶν ἰδίων ἔσωσε, καὶ τῆς νίκης ἔτυχεν. οἱ μὲν γὰρ Ἀργυράσπιδες οἱ παρ' Εὐμένει, καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν πεζῶν, ὡς τάχιστα ἐτρέψαντο τοὺς ἀντιτεταγμένους, ἐπεδίωκον μέχρι [v] τῆς ἐγγυτέρας ὑπωρείας. ὁ δ' Ἀντίγονος, γενομένου διαστήματος ἐν τῇ τῶν πολεμίων τάξει, διιππεύσας μέρει τῶν ἱππέων, ἐνέβαλεν εἰς πλαγίους τοὺς περὶ τὸν Εὔδαμον, τεταγμένους ἐπὶ τοῦ λαιοῦ κέρατος. ταχὺ δὲ διὰ τὸ παράδοξον τρεψάμενος τοὺς ἐναντίους, καὶ πολλοὺς ἀνελὼν διαπέστειλε τῶν ἱππέων τοὺς ἐλαφροτάτους, καὶ διὰ τούτων ἀνεκαλέσατο τοὺς φεύγοντας, καὶ παρὰ τὴν ὑπώρειαν πάλιν εἰς τάξιν κατέστησε. καὶ γὰρ οἱ περὶ τὸν Εὐμένη, πυθόμενοι τὴν τῶν ἰδίων τροπήν, ἀνεκαλοῦντο τῇ σάλπιγγι τοὺς διώκοντας, [x] σπεύδοντες βοηθῆσαι τοῖς περὶ τὸν Εὔδαμον.

Ἤδη δὲ τῆς ὥρας οὔσης περὶ λύχνων ἁφάς, ἀμφότεροι τοὺς φεύγοντας ἀνακαλεσάμενοι, πάλιν [y] ἐξέταττον πᾶσαν τὴν δύναμιν. τοσαύτης φιλονεικίας ὑπῆρχον πλήρεις οὐχ οἱ στρατηγοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πλήθη τῶν ἀγωνιζομένων. τῆς δὲ νυκτὸς οὔσης αἰθρίου καὶ πανσελήνου, καὶ τῶν δυνάμεων ἀντιπαρατεταγμένων ἀλλήλαις ὡς ἂν τέτταρσι πλέθροις, ὁ ψόφος τῶν ὅπλων καὶ τῶν ἱππέων ὁ φρυαγμὸς ἐν χερσὶν ἐδόκει πᾶσιν εἶναι τοῖς ἀντιτεταγμένοις· ὡς δὲ παράγοντες ἀπεῖχον ἀπὸ τῶν ἐν τῇ μάχῃ πεπτωκότων ὡς τριάκοντα σταδίους, ἡ μὲν ὥρα κατελάμβανε μεσονύκτιος, κακῶς δὲ διέκειντο ἀμφότεροι, διά τε τὴν ὁδοιπορίαν, καὶ τὴν ἐν τῇ μάχῃ κακοπάθειαν, ἔτι δὲ τὴν ἀσιτίαν. ὥστε ἠναγκάσθησαν, ἀφέμενοι τῆς μάχης, καταστρατοπεδεῦσαι. Εὐμένης μὲν οὖν [z] ἐπεχείρει ἀναζευγνύειν ἐπὶ τοὺς νεκρῶν, σπεύδων κρατεῖν τῆς τούτων ἀναιρέσεως, καὶ τὴν νίκην ἀναμφισβήτητον περιποιήσασθαι. οὐ προσεχόντων δὲ τῶν στρατιωτῶν, ἀλλὰ βοώντων ἐπὶ τὴν ἰδίαν ἀποσκευὴν ἀναχωρεῖν, μακρὰν ἀπεχουσαν, ἠναγ-

tium uſque perſequitur. Dumque haec geruntur, peditum agmen ad bene longum tempus inter ſe conſligit : Et tandem oppetentibus utrinque multis, Eumeniani, Argyraſpidum virtute ſuperiores fuere. Nam hi licet ad multum jam aetatis progreſſi, ob certaminum tamen crebritatem, animorum praeſentia, & ſtrenuitate manuum, ita praecellebant, ut ex adverſo robur ipſorum nemo poſſet ſuſtinere. Ideo etiam tunc, quamvis ter mille duntaxat numero, totius tamen exercitus firmamentum erant. Antigonus ubi laevum ſuorum cornu profligatum, totamque Phalangem retroverſam animadvertit, conſulentibus, ut ad montana regrederetur, dilapſosque e fuga reciperet, cum integram exercitus partem ſecum haberet, morem haud geſſit : Sed opportunitate, quam tempus dabat, dextre utendo, cum fugientes ſervavit ſuos, tum & victoriam adeptus eſt. Nam Argyraſpides Eumeniani ac caetera peditum multitudo, verſis in fugam hoſtibus, continuo ad proximas montium radices perſequendo inſtiterunt. Tum Antigonus per intervallum, in acie hoſtili factum, cum parte equitum invectus, per obliquum in Eudami cohortes ad cornu ſiniſtrum collocatas impreſſionem fecit. Subitoque fugatis ob inopinatum rei eventum hoſtibus, poſt multorum caedem, equitum citiſſimos miſit, qui fugientes revocarent, eosque ad montis radicem iterum in ordinem coëgit. Nam etiam Eumenes fuga ſuorum cognita, tuba perſequentes revocabat, Eudamo ſuccurrere properans. Olymp. CXVI. 1.

31. Jamque ſub primae facis tempus erat: Cum revocatis uterque ex fuga ſuis totum denuo exercitum inſtruerent. Tanto contentionis ardore inflammati erant, non imperatores tantum, ſed etiam decertantium multitudo. Nox tum ſerena erat, plenoque orbe luna fulgebat : Et oppoſitis inter ſe exercitibus IV. plethrorum circiter ſpacio, ſtrepitus armorum & equorum fremitus in manibus videbatur cunctis eſſe, qui in adverſa utrinque acie conſiſtebant. Cum autem progreſſi XXX. circiter ſtadia ab illis qui in pugna ceciderant, abeſſent, jam noctis medium ingruerat : Et utrique tum propter itineris moleſtiam, tum etiam pugnae aerumnas, inediamque male affecti erant. Praelio igitur omiſſo, caſtra metari cogebantur. Ibi Eumenes ad caeſos regredi propoſuerat, tollere eos maturans, ut ancipitem hactenus victoriam certo ſibi aſſereret. Verum refragante turba, & ad impedimenta ſua, quae longius aberant, revertendum eſſe

s Οἱονεὶ στόμ. *Baſil.* t Τοῦ ὄρους *Reg.* 2. *Baſil. Venet. Vat.* & ora *Steph.* non male. v Τῆς πρότερον ὑπωρ. *Vat. Baſil.* tum ἐπεδίωκον idem & *Reg.* 2. x Σπεύδοντας *Leid.* y Πᾶσαν ἐξέταττον *Reg.* ambo, *Leid.* z Ἐπεχείρησεν *Reg.* 1. *Leid.*

in hoſtilem aciem ingruere coepit. Ἐξάγειν ἐπὶ κέρας & ἄγειν ἐπὶ κέρας in Graecorum acie id exprimunt. *Aelian.* Tact. C. 29. ὀρθία δὲ (φάλαγξ) ὅταν ἐπὶ κέρας πορεύηται, πολλαπλάσιον ἔχουσα τὸ βάθος τοῦ μήκους. Clarius paullo *Max. Tyrius* Diſſ. XII. pag. 131. *Ed. Lond.* ἠχθαι ἐπὶ μιᾶς τεταγμέναι (cervae) ἀλλήλαις ἑπόμεναι, ὥσπερ στρατόπεδον ἐπὶ κέρας βαδίζον. Sic enim optime correxit *Jo. Daviſius*, ſed cui latuiſſe videtur nota *Arcerii* in *Aeliani* eum locum. Adde *L. Kuſterum* ad *Suidae* Ἐπικαίρως παραπλήσιως. P. WESS.

38. Ταῖς μὲν ἡλικίαις ἤδη προβεβήκεισαν] Augmenti defectus morari neminem debet. Deeſſe ſaepe oſtenſum alias fuit. Προβεβηκότας ταῖς ἡλικίαις dixit & L. XII, 18. XIII, 89. τοὺς προεληλυθότας ἤδη ταῖς ἡλικίαις *Xenophon* Hellen. L. VI. p. 453. Aliter *S. Lucas* Evang. cap. 1, 18. καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς. Quod Hebraeorum morem ſonat clariſſime. Dixeris eorum ſermone, ואשתי זקנה באה בימים, & verba convenient optime. P. WESS.

43. Τό, τε εὐώνυμον κέρας — πεφευγότας] Nihil frequentius hac eſſe enallage, ſaepe monitum eſt. *S. Lucas* Evang. C. XIX, 37. ἤρξαντο ἅπαν τὸ πλῆθος — χαίροντες αἰνεῖν τὸν Θεόν. P. WESS.

66. Περὶ λύχνων ἁφάς] Iterum cap. 43. καταστρατοπεδεύσαντα δὲ καὶ τὸν περὶ τὸν Εὐμένη περὶ λύχνων ἁφάς. *Suidas*, Ἁφὰς λύχνων Ἡρόδοτος λέγει· cujus locum *L. Kuſterus* indicavit. Interpres bene. *Cenſorinum* audi de Nat. Die cap. 23. *Poſt id ſequitur tempus quod dicimus LUMINIBUS ACCENSIS, antiqui PRIMA FACE dicebant.* P. WESS.

72. Ὡς ἂν τέτταρσι πλέθροις] Fuiſſe videtur ὡς ἂν ἐν τέτταρσι &c. P. WESS.

86. Οὐ̓τ-

Olymp. CXVI. 1. eſſe vociferante, obſecundare illis cogitur. Acerbius enim milites increpandi, tam multis imperium affectantibus, tunc facultas non erat: nec opportunum concedi tempus videbat, ad plectendum
688. contumaces. At contra Antigonus citra popularem auram ſtabile tenens imperium, vi turbam compulit, ut prope interfectos caſtra ponerent. Et ſepultura illorum potitus, controverſam hoc modo victoriam reddidit, potiri mortuis praeſtabilius in pugnis eſſe confirmans. Interemti ſunt in hoc conflictu ex parte Antigoni peditum tria millia ſeptingenti: Equites LIV. Vulnerati plus IV. millia. Ex peditatu Eumenis cecidere IↃ. XL. Equites perpauci: vulnerati plures nongentis.

32. Antigonus ubi poſt reditum a pugna abjectos vidit militum animos, quam longiſſime ab hoſtibus quam primum recedere deſtinavit. Ut vero ad diſceſſum copias efficeret magis expeditas, ſaucios & impedimentorum oneroſiſſima, in oppidum quoddam vicinum praemiſit. Tum cadaveribus ſub diei ortum ſepultis, & praecone hoſtium de recipiendis mortuis apud ſe detento, illa ſtatim hora militem prandere juſſit. Exacta hinc die, Caduceatorem dimiſit, recuperationem mortuorum in craſtinum permittens. Ipſe prima ſtatim vigilia appetente cum toto exercitu movens, contentis itineribus procul ab hoſte ſeceſſit, ubi terram ad refectionem copiarum integram habebat. Nam ad Gamarga uſque Mediae perrexit, quae regio ſub Pythonis imperio affatim omnia magnis exercitibus ſuppeditare poterat. Eumenes per exploratores de abitu hoſtis Antigoni certior factus ab inſecutione abſtitit, quod & ipſe inedia aerumniſque magnis affectum haberet militem: & ad mortuorum exſequias converſus magnifice ſepeliendos curavit. Ubi facinus quoddam inſolens, & a Graecorum legibus moribusque multum diſcrepans, evenit.

33. Ceteus dux eorum qui ex India venerant, in pugna egregie dimicans occubuerat. Is duas uxores militiae comites in caſtris reliquerat, unam nuper ductam, alteram paucis ante annis in conſuetudinem matrimonialem adſcitam: Utraque ſane caritate maritum eximia fuerat proſequuta. Vetus autem lex apud Indos erat, ut viri atque virgines, qui animum ad conjugium appuliſſent, non ex parentum judicio, ſed conſenſione mutua, contraherent matrimonia. Et cum ſuperiori tempeſtate inter juniores ſponſalia fierent, evenit, ut judi-

κάθη πειθῆναι τῷ πλήθει. οὔτε γὰρ τοῖς στρατιώταις δυνατὸν ἦν πικρῶς ἐπιτιμᾶν, ἀμφισβητούντων πολλῶν τῆς [a] στρατηγίας· οὔτε τὸν καιρὸν ἐπιτήδειον ἑώρα κολάζειν τοὺς ἀπειθοῦντας. ὁ δ' Ἀντίγονος τοὐναντίον χωρὶς δημαγωγίας βεβαίως ἔχων τὴν ἡγεμονίαν, ἐβιάσατο μὲν τὸ πλῆθος ἐπὶ τῶν νεκρῶν στρατοπεδεῦσαι. κύριος δὲ γενόμενος τῆς τούτων ταφῆς, ἠμφισβήτει τῆς νίκης, ἀποφαινόμενος [b] προτιμότερον ἐν ταῖς μάχαις εἶναι τὸ τῶν πεσόντων κυριεῦσαι. ἀνῃρέθησαν δ' ἐν τῇ μάχῃ τῶν 678. μὲν Ἀντιγόνου, πεζοὶ μὲν εἰς τρισχιλίους ἑπτακοσίους, ἱππεῖς δὲ πεντήκοντα τέσσαρες· τραυματίαι δ' ἐγένοντο πλείους τῶν τετρακισχιλίων. τῶν δ' Εὐμένους ἔπεσον πεζοὶ μὲν πεντακόσιοι τεσσαράκοντα, ἱππεῖς δ' ὀλίγοι παντελῶς· τραυματίαι δ' ἐγένοντο πλείους τῶν ἐνακοσίων.

Ὁ δ' Ἀντίγονος μετὰ τὴν ἐκ τῆς μάχης ἀποχώρησιν ὁρῶν τοὺς στρατιώτας ἀθυμοῦντας, διέγνω τὴν ταχίστην ἀναζευγνύειν ὡς [c] πορρωτάτω τῶν πολεμίων. βουλόμενος δ' εὔζωνον ποιῆσαι τὴν δύναμιν πρὸς τὴν ἀποχώρησιν, τοὺς μὲν τραυματίας καὶ τὰ βαρύτατα τῆς ἀποσκευῆς προαπέστειλεν εἴς τινα τῶν πλησίον πόλεων, τοὺς δὲ νεκροὺς ἅμ' ἡμέρᾳ θάψας, καὶ παρακατασχὼν τὸν παρὰ τῶν πολεμίων ἥκοντα κήρυκα περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναιρέσεως, παρήγγειλε τῆς ὥρας δειπνοποιεῖσθαι. τῆς δ' ἡμέρας διελθούσης, τὸν μὲν κήρυκα ἔπεμψε, δοὺς εἰς τὴν αὔριον τὴν ἀναίρεσιν· αὐτὸς δὲ πρώτης φυλακῆς ἀρχομένης ἀνέζευξε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως, [d] καὶ συντόνους τὰς πορείας ποιούμενος, ἀπέστη μὲν τῶν πολεμίων μακράν, ἔσχε δὲ χώραν [e] ἀκεραίαν εἰς ἀνάληψιν τοῦ στρατοπέδου. διήνυσε γὰρ ἕως Γαμάργων τῆς Μηδίας, οὔσης τῆς χώρας ὑπὸ Πύθωνα, καὶ δυναμένης μεγάλαις δυνάμεσι πρὸς διατροφὴν δαψιλῶς ἅπαντα χορηγῆσαι. Εὐμένης δέ, διὰ τῶν κατασκόπων πυθόμενος τὴν ἀναχώρησιν τὴν περὶ τὸν Ἀντίγονον, τοῦ μὲν διώκειν ἀπέστη, διὰ τὸ καὶ τοὺς ἰδίους στρατιώτας [f] ἐν ἀσιτίᾳ καὶ κακοπαθείαις μεγάλαις γεγονέναι· περὶ δὲ τὴν ἀναίρεσιν τῶν τετελευτηκότων γενόμενος, ἐπεμελήθη τῆς ταφῆς μεγαλοπρεπῶς. ἔνθα δὴ συνέβη γενέσθαι πρᾶγμα παράδοξον καὶ πολὺ τῶν παρ' Ἕλλησιν ἐξηλλαγμένον νομίμων.

Κητεὺς γὰρ ὁ τῶν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς ἀπηντηκότων στρατηγὸς ἀνῃρέθη μὲν ἐν τῇ μάχῃ, λαμπρῶς ἀγωνισάμενος· ἀπέλιπε δὲ δύο γυναῖκας συνακολουθούσας ἐν τῷ στρατοπέδῳ, τὴν μὲν νεόγαμον, τὴν δὲ ὀλίγοις ἔτεσι πρότερον συνοικήσασαν, ἀμφοτέρας δὲ φιλοστόργως πρὸς αὐτὸν διακειμένας. ὄντος δὲ [g] παλαιοῦ νόμου παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς, τοὺς γαμοῦντας καὶ τὰς [h] γαμουμένας παρθένους μὴ διὰ τῆς τῶν γονέων κρίσεως ποιεῖσθαι τὸν γάμον, ἀλλὰ πείσαντας ἀλλήλους, τὸν μὲν ἔμπροσθεν χρόνον τῆς μνηστείας γινομένης διὰ νεωτέρων ταῖς ἡλικίαις, ὡς ἐπὶ πολὺ

a Στρατείας *Baſil.* b Προτιμότερον ἐν ταῖς μάχαις τὸ *Steph.* margo cum *Reg.* 2. *Vat. Ven. Baſil.* c Πορρωτάτω *Reg.* 1. *Leid.* non male. d Καὶ συντόμως *Reg.* 1. συντόμους *Baſil.* frequenti confuſione. e Καὶ ἀκεραίαν *Baſil.* f Ἐν ἀσιτίαις *Reg.* 1. *Leid.* g Πάλαι *Vat. Venet. Reg.* 2. *Baſil.* & *Steph.* ora. h Γαμουμένας *Leid.*

86. Οὔτε γὰρ τοῖς στρατιώταις δυνατὸν ἦν &c.] *Namque illa phalanx Alexandri magni, quae Aſiam peragrarat, deviceratque Perſas, inveterata cum gloria tum etiam licentia, non parere ſe ducibus, ſed imperare poſtulabat*, ſic eleganter de Macedonibus his *Corn. Nepos* Eum. C. 8. P. Wess.

94. Προτιμότερον ἐν ταῖς μάχαις εἶναι τὸ τῶν &c.] Si qui πρότερον, a *Diodoro* ſaepiſſime uſurpatum, maluerint, illis equidem non pugnabo. Fuiſſe vero certiſſimum reportatae victoriae inter Graecos argumentum, jus & poteſtatem habere in eorum corpora, quos acies confecerat, res eſt teſtata. Erat imperatori αἴτησις τῶν νεκρῶν ἀσχήμων καὶ περιέχουσα ἥττης ὁμολόγησιν, Noſter propterea ait L. XVII, 68. De Archidamo *Juſtinus* L. VI, 6. *qui cum caedi ſuos jam & victos videret, per praeconem corpora interfectorum ad ſepulturam poſcit. Hoc eſt enim ſignum apud Graecos victoriae traditae.* Quorum quidem & *Plut.* in Nicia pag. 527. A. verba anteſtatus etiam fuit *Jo. Kirchman.* in Append. de Funer. C. 4. P. Wess.

8. Καὶ παρακατασχὼν τὸν — κήρυκα &c.] Cauſſam habebat, ne hoſtes noſſe, quot ſuorum ſuperiore praelio ceciderant, poſſent. *Polyaenus* L. IV, 6, 10. Ἀντίγονος πλείονας ὅλας τοὺς οἰκείους νεκροὺς λαθεῖν βουλόμενος, ἐπὶ τοσοῦτον κατέσχε τὸν κήρυκα (ab Eumene miſſum) ἐφ' ὅσον αὐτῶν πάντων τὰ σώματα ἔκαυσεν. P. Wess.

17. Διήνυσε γὰρ ἕως Γαμάργων τῆς Μηδίας] Inferius C. 37. ἐν Γαδαμάλοις, ſive Γαδάρλοις, variant enim libri, τῆς Μηδίας. Idem Mediae tractus eſt, quidquid ad *Polyaenum* L. IV, 6, 11., ubi ἐν Γαδαμάρλοις τῆς Μηδίας, obloquatur *Manſvicus*. Regionis verum nomen nondum reperi. P. Wess.

33. Ὀρ-

λὺ συνέβαινε διαπίπτειν τὰς κρίσεις, καὶ ταχὺ μεταμελομένων ἀμφοτέρων πολλὰς τῶν γυναικῶν διαφθείρεσθαι, καὶ δι' ἀκρασίαν φιλοστοργεῖν ἑτέρους· τέ-
679. λος δὲ μὴ δυναμένας εὐσχημόνως ἀπολιπεῖν τοὺς ἐξ ἀρχῆς προκριθέντας, διὰ φαρμάκων ἀναιρεῖν τοὺς συνοικοῦντας. καὶ τὴν χώραν δ' οὐκ ὀλίγας ἀφορμὰς αὐταῖς δοῦναι, πολλὰς καὶ ποικίλας φέρουσαν φθαρτικὰς δυνάμεις, ἐξ ὧν ἐνίας προσχρωσθείσας μόνον τοῖς ἐδέσμασιν ἢ ποτηρίοις, ἐπιφέρειν τὴν ἀπώλειαν. ἐπιπολαζούσης δὲ τῆς [i] ῥᾳδιουργίας, καὶ πολλῶν ἀναιρουμένων τοῦτον τὸν τρόπον, ἐπειδὴ κολάζοντες τὰς αἰτίας τῶν κακῶν, οὐκ ἠδυνήθησαν ἀποστρέψαι τὰς ἄλλας [k] τῶν ἀδικημάτων, νόμον ἔθεσαν, ὅπως συγκατακάωνται τοῖς [l] τετελευτηκόσιν ἀνδράσιν αἱ γυναῖκες, πλὴν τῶν ἐγκύων, ἢ τῶν ἐχουσῶν τέκνα. τὴν δὲ μὴ βουλομένην τῷ δόγματι πειθαρχεῖν, χήραν μὲν εἶναι διὰ τέλους, καὶ θυσιῶν καὶ τῶν ἄλλων νομίμων εἴργεσθαι διὰ παντὸς, ὡς ἀσεβοῦσαν. τούτων δὲ νομοθετηθέντων, εἰς τοὐναντίον τὴν παρανομίαν τῶν γυναικῶν μεταβαλεῖν συνέβη. διὰ γὰρ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀτιμίας, ἑκάστης ὑπομενούσης ἑκουσίως τὸν θάνατον, οὐ μόνον προνοεῖσθαι τῆς τῶν συνοικούντων ἀσφαλείας, ὡς κοινῆς οὔσης, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλας ἁμιλλᾶσθαι, καθάπερ ὑπὲρ τῆς μεγίστης εὐδοξίας. ὃ καὶ τότε συνέβη.

cia plerumque fruſtrarentur, & ſtatim oborta utriſque poenitentia, multae uxores corrumperentur, & propter intemperantiam deperirent alios. Et tandem, quia honeſte primum ſibi delectos deſerere haud poſſent, veneno maritos e medio tollerent. Ad quod regio non exiguas illis opportunitates ſuggerebat, multas variaſque mortiferae facultatis plantas gignens: Quarum nonnullae leviter cibis aut poculis affrictae, interitum afferunt. Inoleſcente igitur hac fraudulentiſſima verſutia, mulciſque eum ad modum intereuntibus, poſtquam in ſontes animadvertendo, caeteras a maleficiis deterrere ac retrahere non poterant, aliam ſanciverunt legem, ut uxores cum viris defunctis ſimul cremarentur, exceptis tamen gravidis, aut ſi quae natos haberent. Quod ſi quae ad commune gentis decretum ſe attemperare nollet, vidua maneret, & a ſacris aliiſque legitimis, ut impietatis condemnata, excluderetur perpetuo. His ita lege firmatis, conſecutum eſt, ut nefaria uxorum improbitas in contrarium verteretur. Cum enim ob extremam illam dehoneſtationem quaelibet ſponte mortem adiret: non incolumitatis ſolum modo maritorum, ut quae ad ipſas quoque pertineret, providam gerebant curam, ſed etiam inter ſe veluti de ſumma gloria certabant. Id quod etiam tunc evenit.

Olymp. CXVI. 1.

Τοῦ γὰρ νόμου μίαν κελεύοντος [m] συγκατακάεσθαι, παρῆσαν ἀμφότεραι πρὸς τὴν τοῦ Κητέως ταφὴν, ὑπὲρ τοῦ συναποθανεῖν ὡς ὑπὲρ ἀριστείου συμφιλοτιμούμεναι. τῶν δὲ στρατηγῶν διακρινόντων, ἡ νεωτέρα μὲν ἀπεφαίνετο τὴν ἑτέραν ἔγκυον εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο μὴ δύνασθαι [n] χρήσασθαι τῷ νόμῳ· ἡ δὲ πρεσβυτέρα δικαιότερον [o] ἀπεφαίνετο εἶναι τὴν προέχουσαν τοῖς χρόνοις προέχειν καὶ τῇ τιμῇ. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων θεωρεῖσθαι τοὺς πρεσβυτέρους πολὺ προέχοντας τῶν νεωτέρων εἰς ἐντροπὴν καὶ τιμήν. οἱ δ' οὖν στρατηγοὶ διὰ τῶν μαιεύεσθαι δυναμένων γνόντες τὴν πρεσβυτέραν ἔγκυον οὖσαν, προέκριναν τὴν νεωτέραν. οὗ συμβάντος, ἡ μὲν ἀποτυχοῦσα τῆς κρίσεως ἀπῄει μετὰ κλαυθμοῦ, καταῤῥήξασα τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν διάδημα, καὶ τὰς τρίχας σπαράττουσα, καθαπερεί τινος συμφορᾶς μεγάλης [p] προσηγγελμένης· ἡ δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ περιχαρὴς ἀπῄει πρὸς τὴν πυρὰν, στεφανουμένη μὲν μίτραις ὑπὸ τῶν οἰκείων γυναικῶν, κεκοσμημένη δὲ διαπρεπῶς, ὥσπερ εἴς τινα γάμον προεπέμπετο ὑπὸ τῶν συγγενῶν, ᾀδόντων ὕμνον εἰς τὴν ἀρετὴν αὐτῆς. ὡς δ' ἐγγὺς ἐγενήθη τῆς πυρᾶς, περιαιρουμένη τὸν κόσμον ἑαυτῆς, διεδίδου τοῖς οἰκείοις καὶ φίλοις, ὡς ἂν εἴποι τις,
680. [q] καταλείπουσα τοῖς ἀγαπῶσι μνημεῖον. ὁ δὲ κόσμος ἦν, περὶ μὲν τὰς χεῖρας δακτυλίων τε πλῆθος ἐνδεδεμένων λίθοις [r] τε πολυτελέσι καὶ διηλ-

34. Quanquam enim lex unam ſimul comburi jubebat, ambae tamen ad funerationem Cetei, de morte ſimul oppetenda, tanquam de excellentiori virtutis praemio, contendentes aderant. Res in ducum judicio diſceptabatur. Tum minor natu uterum ferre alteram, ac propterea legem hac in parte exſequi non poſſe, indicat. Major aequius eſſe, ut aetate provectior honore etiam praecederet, contendit. In caeteris enim omnibus ſic comparatum videri, ut plus reverentiae & honoris grandioribus natu, quam minoribus exhibeatur. Duces tandem ab obſtetricandi peritis edocti, ſeniorem eſſe gravidam, minus adultam illi praeferunt. Id cum eveniſſet, una quae cauſa ceciderat, plorabunda diſcedit, lacerato, quo caput involverat, reticulo, evulſiſque comis, ac ſi ingens aliqua calamitas annunciata eſſet. Altera victoria potitam ſe gaudens, ad rogum tendit: quam matronae familiares mitris coronant, & cognati quam elegantiſſime ornatam, veluti ad nuptiale quoddam feſtum, deducunt, hymnum in virtutem ejus decantantes. Simulatque vero ad rogum approximarat, ornatum ſibi detractum familiaribus & amicis diſtribuit, relictura, dixeris, amatoribus ſuis monimentum. Mundus erat, annulorum circum manus copia, quibus lapilli magni precii, variique

i Ῥαδιουργίας *Baſil.* k Omittit articulum *idem.* l Τελευτήσασιν *Reg.* 1. m Συγκατακαίεσθαι *Reg.* 1. *Leid.* n Χρῆσθαι *iidem.* o Ἀπέφαινεν rurſus *iidem.* p Προηγγελμένης *Reg.* 1. *Leid.* q Καταλιποῦσα *Leid.* r Abeſt a *Baſil.*

33. Ὅλος δὲ παλαιοῦ νόμου παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς] Apud Cathaios ſupra L. XVII, 91. Conſentit egregie *Strabo* L. XV. p. 1024. B., ſed paucis defungens & longe ab elegantiſſima hac *Diodori ἐκφράσει* remotus. P. WESS.

56. Καὶ τῶν ἄλλων νομίμων εἴργεσθαι] Explicat *Plato* L. IX. de LL. p. 871. πρῶτον μὲν τῶν νομίμων εἴργεσθαι, μήτε ἱερὰ, μήτε ἀγορὰν, μήτε λιμένας, μήτε ἄλλον κοινὸν ξύλλογον μηδένα μιαίνων. Sed latius adhuc porrigitur, copioſiſſime docente *Deſ. Heraldo* Animadv. in jus Att. & Rom. L. VII, 23. P. WESS.

62. Ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλας ἁμιλλᾶσθαι] Non praeteriit hanc in Indis feminarum, ut una cum maritis conflagrarent, contentionem *Plutarchus* T. II. p. 499. C. Venuſte *Propertius* L. III. Eleg. XI, 15.

Felix Eois lex funeris una maritis,
Quos Aurora ſuis rubra colorat equis.
Namque ubi mortifero jacta eſt fax ultima lecto,
Uxorum poſitis ſtat pia turba comis:
Et certamen habent leti, quae viva ſequatur
Conjugium, pudor eſt, non licuiſſe mori.
Gaudent victrices & flammae pectora praebent,
Imponuntque ſuis ora peruſta viris.

Sic bene vulgatum *Ardent victrices* mutavit *H. Stephanus* Schediaſm. L. V, 10., probante *Jo. Broukhuſio*, quem, & *Paſſeratii* Commentarium, vide. P. WESS.

81. Ἡ δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ περιχαρὴς ἀπῄει &c.] *Valerius Maxim.* L. II, 6, 14. ext. poſtquam de contendentibus Indorum uxoribus dixiſſet, opportune *Victrix*, addit, *gaudio exſultans, deductaque a neceſſariis laetum praeferentibus vultum, conjugis ſe flammis ſuperjacit, & cum eo tanquam feliciſſima crematur: ſuperatae cum triſtitia & moerore in vita remanent.* Sed hauſit ille ex *Ciceronis* fontibus Tuſcul. Diſput. L. V, 27., ubi *Camerarius* & *Daviſius* plures excitaverunt. Id addo, variis ad hanc diem,

Olymp. CXVI. 1. que coloris, illigati erant. In capite ſtellularum ex auro numerus haud exiguus, omni lapillorum genere diſtinctarum. Circum vero collum vis monilium, partim minorum, partim ſubinde per gradus majorum; Ad poſtremum domeſticis ſalutatis, a fratre in rogum collocatur, atque inter magnam populi; qui ad ſpectandum confluxerat, admirationem, Heroico vitam exitu terminavit. Exercitus enim totus in armis rogum, antequam ſuccenderetur, ter obibat. Illa interim ad virum ſe acclinans, nullam, per excitati ignis ſtrepitum, ignobilis animi vocem edebat: ita ut ſpectatorum alios ad miſerationem, alios ad incredibilem ſui laudem commoveret. Non deerant tamen e Graecis, qui inſtituta haec, ut immanitatis & truculentiae plena, vituperarent. Caeterum Eumenes negocio funerationis expedito, e Paraetacis in Gabienen movit, quae adhuc intacta, omnem rerum copiam exercitui ſubminiſtrare poterat. Diſtabat haec regio a caſtris Antigoni, ſi per culta quis iter faceret, manſiones XXV; per deſerta vero & aquarum egena, IX. Tantis alter ab altero ſpaciis remotus hyemavit, & copiam exercitui ad recolligendum vires praebuit.

35. In Europa vero Caſſander, dum Tegeam in Peloponneſo obſidet, de Olympiadis in Macedoniam reditu, deque Eurydices & Philippi regis interitu, & his quae circa fratris Iollae ſepulcrum acciderant, certior factus, cum Tegeatis tranſegit, & aſſumtis copiis in Macedoniam contendit, relictis in magna perturbatione ſociis. Alexander enim Polyſperchontis cum exercitu Pe-
690. loponneſi urbibus imminebat. Tum Aetoli gratiam inituri apud Olympiadem & Polyſperchontem, anguſtiis ad Pylas occupatis, tranſitum intercluſere Caſſandro. Is vi per fauces impeditiſſimas penetrare difficilimum ratus, navigiis ratibusque ex Euboea & Locride comparatis, in Theſſaliam trajecit. Audiens vero Polyſperchontem in Perrhaebia cum exercitu conſidere, ad bellum Polyſperchonti movendum Callam legatum cum copiis miſit. Dinias interim ad occupandum anguſtias, miſſis ab Olympiade copiis, obviam profectus tranſitum prior obtinuit. Olympias ubi magnis cum viribus Macedoniae Caſſandrum ingruere audiit; Ariſtonoum

λαγμένοις τοῖς χρώμασι· περὶ δὲ τὴν κεφαλὴν χρυσῶν ἀστερισμῶν οὐκ ὀλίγος ἀριθμὸς, παντοδαποῖς λίθοις διειλημμένος. περὶ δὲ τὸν τράχηλον ὅρμων πλῆθος· τῶν μὲν ἐλασσόνων, τῶν δ' ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον ἀεὶ καθ' ὑπέρθεσιν μειζόνων. τὸ δὲ τελευταῖον, ἀσπασαμένη τοὺς οἰκείους, ὑπὸ τἀδελφοῦ μὲν ἐπὶ τὴν πυρὰν ἀνεβιβάσθη· ὑπὸ δὲ τοῦ συνδραμόντος ἐπὶ τὴν θέαν πλήθους θαυμασθεῖσα, κατέστρεψεν ἡρωϊκῶς τὸν βίον. ἡ μὲν γὰρ δύναμις ἐν τοῖς ὅπλοις πᾶσα πρὶν ἅπτεσθαι τὴν πυρὰν τρὶς περιῆλθεν· αὐτὴ δὲ τἀνδρὶ παρακλιθεῖσα, καὶ κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς ὁρμὴν οὐδεμίαν φωνὴν ἀγεννῆ προεμένη, προεκαλέσατο τῶν ὁρώντων τοὺς μὲν εἰς ἔλεον, τοὺς δ' εἰς ὑπερβολὴν ἐπαίνων. οὐ μὴν ἀλλ' ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων ἐπετίμων τοῖς νομίμοις, ὡς ἀγρίοις οὖσι καὶ χαλεποῖς. Ὁ δ' Εὐμένης ἀπὸ τῆς τῶν τετελευτηκότων ταφῆς γενόμενος, ἀνέζευξεν ἐκ τῶν [s] Παραιτάκων εἰς τὴν Γαβιηνὴν, οὖσαν ἀκέραιον καὶ δυναμένην πάντα δαψιλῆ ταῖς δυνάμεσι παρέχεσθαι. ἀπέχειν δὲ συνέβαινε τὴν χώραν ταύτην τῆς περὶ Ἀντίγονον, [t] διὰ μὲν τῆς οἰκουμένης πορευομένῳ, σταθμοὺς εἴκοσι πέντε, διὰ δὲ τῆς ἐρήμου καὶ τῆς ἀνύδρου, σταθμοὺς ἐννέα. οἱ μὲν οὖν περὶ Εὐμένη καὶ τὸν Ἀντίγονον τοσοῦτον ἀλλήλων διεστῶτες, ἐν τούτοις τοῖς τόποις παρεχείμαζον ἅμα καὶ τὰς δυνάμεις ἀνελάμβανον.

Κατὰ δὲ τὴν Εὐρώπην Κάσανδρος μὲν ἐν Πελοποννήσῳ Τεγέαν πολιορκῶν καὶ πυθόμενος τήν τε Ὀλυμπιάδος κάθοδον εἰς Μακεδονίαν, καὶ τὴν Εὐρυδίκης καὶ Φιλίππου τοῦ βασιλέως ἀναίρεσιν, ἔτι δὲ [u] τὰ περὶ τἀδελφοῦ καὶ τὸν Ἰόλλου τάφον συμβεβηκότα, πρὸς μὲν τοὺς Τεγεάτας διελύσατο· τὴν δὲ δύναμιν ἀναλαβὼν, προῆγεν [x] ἐπὶ Μακεδονίας, καταλιπὼν τοὺς συμμάχους ἐν πολλῇ ταραχῇ. ἐφήδρευε γὰρ ταῖς ἐν Πελοποννήσῳ πόλεσιν Ἀλέξανδρος ὁ Πολυσπέρχοντος, ἔχων στρατόπεδον· Αἰτωλοὶ δὲ χαρίζεσθαι βουλόμενοι τῇ τε Ὀλυμπιάδι καὶ Πολυσπέρχοντι, τὰ περὶ τὰς Πύλας στενὰ κατελάβοντο, καὶ τὴν πάροδον τὸν Κάσανδρον ἀπέκλεισαν. ὁ δὲ βιάζεσθαι μὲν πρὸς τόπους δυσεμβόλους ἀπέγνω· παρασκευασάμενος δὲ πλοῖα καὶ σχεδίας ἔκ τε τῆς Εὐβοίας καὶ τῆς Λοκρίδος, ἐπεραίωσε τὴν δύναμιν εἰς τὴν Θετταλίαν. ἀκούων δὲ περὶ τὴν Περραιβίαν προσκαθῆσθαι Πολυσπέρχοντα μετὰ στρατοπέ- 681.
δου, Κάλλαν μὲν ἀπέστειλε στρατηγὸν μετὰ [y] δυνάμεως, προστάξας διαπολεμεῖν τοῖς μετὰ Πολυσπέρχοντος. Δεινίας δὲ τὰ στενὰ προκαταληψόμενος, ἀπαντήσας τοῖς ὑπ' Ὀλυμπιάδος ἐξαποσταλεῖσι στρατιώταις, ἔφθασε τῶν παρόδων κυριεύσας. Ὀλυμπιὰς δὲ, πυθομένη Κάσανδρον μετὰ μεγάλης δυνάμεως πλησίον εἶναι τῆς Μακεδονίας, Ἀρ-

s Παραιτακῶν *Reg.* 1. tum Γαβιηνὴν & mox *παρασχέσθαι idem*. Γαβιηνὴν vulgo. t Ἐκ *Baſil.* u Τὰ περὶ τὸν Ἰόλλου τἀδελφοῦ *Reg.* 2. *Baſil. Venet.* x Ἐπὶ Μακεδονίας *Vat. Leid.* melius vulgato Μακεδονίαν. y Non habet articulum *Reg.* uterque ante δυνάμεως, quos ſequor.

Indiae in locis veterem morem durare, beataſque eas praedicari feminas atque in coelum ferri, quae in mariti rogum uſtulandae inſiliunt. Teſtes, qui rem oculis uſurparunt plurimi ſunt. Unum adi *Ludov. Romanum* Navigat. L. VI, 9., culte funerandi hunc ritum perſequentem. P. Wess.

91. Χρυσῶν ἀστερισμῶν —— λίθοις διειλημμένος] Ordo verborum διειλημμένων poſtulat. Addita enim ſtellulis illa lapillorum lumina erant, ut auro mutuum praeſtarent lenocinium. Quin equidem haud ſcio an ἀστερίσκων ſcripſerit Auctor? Ἀστερισμὸς certe & καταστερισμὸς, quo titulo *Eratoſthenis* inſignis libellus eſt, aliud indicat. P. Wess.

1. Τὴν πυρὰν τρὶς περιῆλθεν] Solemnis tali in decurſione numerus ternarius. *Homerus* Iliad. Ψ, 13.

> Οἱ δὲ τρὶς περὶ νεκρὸν ἐΰτριχας ἤλασαν ἵππους
> Μυρόμενοι. ——

Virgilius Aen. XI, 188.

> *Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis*
> *Decurrere rogos: ter maeſtum funeris ignem*
> *Luſtravere in equis.* ——

Plura ſi cordi fuerint, *Kirchmannum* de Funer. L. III, 3. & quos ad *Statium* advocavit Theb. VI, 214. *Gaſp. Barthius*, conſule. P. Wess.

7. Ἐκ τῶν Παραιτάκων εἰς τὴν Γαβιηνήν] Cur Γαβιηνὴν receperim, dictum ſuperius fuit. De praelio in Paraetacis Corn. *Nepos* Eum. C. 8. *Hic in Paraetacis cum Antigono conflixit, non acie inſtructa, ſed in itinere: eumque male acceptum in Mediam hiematum coegit redire.* Sic enim optime viri doctiſſimi *Ob. Giſanius* & *D. Lambinus* pravum *hic in par aetatis* conſtituerunt ex hoc *Diodori* loco. Id vero parum congruet, quod de *acie non inſtructa* addit *Nepos* ſi preſſius urgeas. Inſtruxit enim eam Eu-

Ἀριστόνουν μὲν ἀπέδειξε στρατηγὸν, κελεύσασα διαπολεμεῖν τοῖς περὶ Κάσανδρον. αὐτὴ δὲ παρῆλθεν εἰς Πύδναν, ἔχουσα τὸν υἱὸν τὸν Ἀλεξάνδρου, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ Ῥωξάνην, καὶ Θετταλονίκην τὴν Φιλίππου [z] τοῦ Ἀμύντου θυγατέρα· πρὸς δὲ τούτοις Δηϊδάμειάν τε τὴν Αἰακίδου θυγατέρα τοῦ βασιλέως τῶν Ἠπειρωτῶν, Πύῤῥου τε τοῦ πρὸς Ῥωμαίους ὕστερον πολεμήσαντος ἀδελφὴν, καὶ τὰς Ἀττάλου θυγατέρας. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀξιολογωτάτων [a] φίλων τοὺς συγγενεῖς ἔτυχεν ἀθροισθῆναι περὶ αὐτὴν πλῆθος μὲν πολὺ σωμάτων, ἀχρείων δ' εἰς πόλεμον τῶν πλείστων. οὐδὲ γὰρ τροφῆς ἱκανὸν ἦν πλῆθος τοῖς μέλλουσι πολιορκίαν ὑπομένειν πολυχρόνιον. ὧν ἁπάντων πρόδηλον ἐχόντων τὸν κίνδυνον, οὐδὲν ἧττον ἐνταῦθα διέγνω μένειν, ἐλπίζουσα αὐτῇ βοηθήσειν κατὰ θάλατταν Ἑλλήνων τε καὶ Μακεδόνων πολλούς. συνῆσαν δ' αὐτῇ τῶν τ' ἐξ Ἀμβρακίας ἱππέων τινὲς, καὶ τῶν περὶ τὴν αὐλὴν εἰωθότων διατρίβειν στρατιωτῶν οἱ πλείους· ἔτι δὲ τῶν μετὰ Πολυσπέρχοντος ἐλεφάντων οἱ καταλειφθέντες. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων θηρίων τὴν κατὰ τὴν προτέραν ἐμβολὴν εἰς Μακεδονίαν Κάσανδρος ἐκεκυριεύκει.

Ὃς τότε διελθὼν τὰ κατὰ Περραιβίαν στενὰ, καὶ παραγενόμενος πλησίον τῆς Πύδνης, τὴν μὲν πόλιν περιεχαράκωσεν ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν· παρὰ δὲ τῶν συμμαχεῖν βουλομένων μετεπέμπετο ναῦς καὶ βέλη παντοδαπὰ καὶ μηχανὰς, διανοούμενος πολιορκεῖν τοὺς μετ' Ὀλυμπιάδος καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. πυθόμενος δ' Αἰακίδην [b] τὸν τῶν Ἠπειρωτῶν βασιλέα μετὰ δυνάμεως μέλλειν βοηθήσειν Ὀλυμπιάδι, στρατηγὸν ἐξέπεμψεν [c] Ἀτάῤῥιαν, δοὺς στρατόπεδον, καὶ συντάξας ἀπαντᾶν τοῖς Ἠπειρώταις. οὗ ταχὺ τὸ προσταχθὲν ποιήσαντος, καὶ τὰς ἐξ Ἠπείρου παρόδους προκαταλαβομένου, συνέβη τὸν Αἰακίδην ἄπρακτον γενέσθαι. καὶ γὰρ τὸ πλῆθος τῶν Ἠπειρωτῶν ἀκουσίως ἐστράτευσεν [d] ἐπὶ Μακεδονίαν, καὶ στάσιν ἐποίει κατὰ τὴν παρεμβολήν. ὁ δ' Αἰακίδης ἐκ παντὸς τρόπου βουλόμενος βοηθεῖν Ὀλυμπιάδι, τοὺς μὲν ἀλλοτρίως διακειμένους ἀπέλυ-
682. σε τῆς στρατείας· τοὺς δὲ συγκινδυνεύειν βουλομένους ἀναλαβὼν, προθυμίαν μὲν εἶχε τοῦ διακινδυνεύειν, οὐκ ἀξιόμαχος δ' ἦν, ὡς ἂν ὀλίγου καταλελειμμένου τοῦ περὶ αὐτὸν συστήματος. οἱ δὲ χωρισθέντες τῶν Ἠπειρωτῶν εἰς τὰς πατρίδας, [e] κατεστασίασαν ἀπόντα τὸν βασιλέα, καὶ κοινῷ δόγματι φυγὴν αὐτοῦ καταγνόντες, πρὸς Κάσανδρον ἐποιήσαντο συμμαχίαν. ὅπερ οὐδέποτε [f] γενέσθαι συνέβη κατὰ τὴν Ἤπειρον ἀφ' οὗ Νεοπτόλεμος ὁ Ἀχιλλέως ἐβασίλευσε τῆς χώρας. ἀεὶ γὰρ παῖς παρὰ πατρὸς διαδεχόμενος τὴν δυναστείαν, ἐναπέθνησκε ταῖς βα-

ducem creat, belloque Caſſandrum excipere jubet. Ipſa, filium Alexandri cum Rhoxane matre ac Theſſalonicam, Philippi Amyntae filiam, Deidamiam quoque, Aeacidae regis Epirotarum natam, & Pyrrhi, qui poſtea cum Romanis bella geſſit, ſororem, & Attali filias, ut aliorum, etiam praecipuae neceſſitudinis amicorum conſanguineos in comitatu habens, Pydnam ingreditur, ita quidem, ut magna corporum multitudo, quorum tamen pars maxima bello inutilis eſſet, illam ſtiparet. Nec enim ſat commeatus diuturnam toleraturis obſidionem illic ſuppetebat. Quae omnia quamvis manifeſtum oſtentarent periculum; illa tamen nihilominus hic manere conſtituit, multos Graecorum & Macedonum per mare opem laturos ſperans. Erant cum illa equites aliquot ex Ambracia, & militum qui in aula verſari ſolebant plerique. Elephantum inſuper Polyſperchontis pars reſidua: Caeteras enim beluas priore in Macedoniam irruptione Caſſander ſuae poteſtatis fecerat. Olymp. CXVI. 1.

36. Qui tunc anguſtiis Perrhaebiae ſuperatis, ut ad Pydnam acceſſit, oppidum a mari ad mare vallo & aggere circumdedit: Et a voluntariis hujus belli ſociis naves, & telorum omne genus, machinasque accerſivit, hoc inſtituto, ut terra marique Olympiadem circumſideret. Cum autem reſciviſſet, Aeacidem regem Epirotarum cum valida manu ſubſidio venturum Olympiadi, Atarrhiam ducem, tradito exercitu, miſit, occurrere Epirotis juſſum. Qui ubi mandata celeriter exſequutus, tranſitus in Epirum occuparat, factum eſt, ut irritus Aeacidae conatus redderetur. Multitudo enim Epirotarum expeditionem in Macedoniam praeter voluntatem ſuſceperat; Ideo ſeditionem in caſtris excitabat. Aeacides vero quocunque modo ſuppetias Olympiadi ferre cupiens, alienatos a ſe exauctorabat. Et aſſumtis qui eandem ſecum aleam jacere volebant, ad dimicandum quidem pronus erat, ſed virium non ſatis habebat, exiguo quippe agmine relicto. Interim dimiſſi in patriam ſuam Epirotae, per ſeditionem a rege deſciſcunt, eoque per commune decretum exſilii condemnato, ſocietatis foedus cum Caſſandro jungunt. Quod nunquam per Epirum evenit, ex quo Neoptolemus Achillis regnum in hac regione tenuerat. Semper enim filius, a patre ſucceſſionis jure principatum adeptus, regno immoriebatur, uſque ad hanc

z Abeſt a *Baſil.*, qui ſtatim [illegible]. a Deſideratur in *Reg.* 1. nec admodum eſt neceſſarium. b Τὸν τῶν ſolus *Reg.* 1. quem amplector. Deerat τῶν. c Ἀτάῤῥιαν *idem.* d Ἐπὶ Μακεδονίας *Reg.* 2. *Vat.*, quod probari poteſt. e [illegible] *Baſil.* f Συνέβη γενέσθαι *Reg.* 1. *Leid.*

Eumenes accuratiſſime, ſicuti cap. 27. & 28. liquido tradunt. Salva res erit, ſi Eumenem caſtris non factis & acie ante ea in campo, ubi commodum erat, ſtructa, ſed in itinere confliſiſſe putes. *Lambinum* vide de Paraetacis plura adſpergentem. P. Wess.

21. Τὰ περὶ τὰ λόφα καὶ τὴν Ἴσιδος τάφον & reliq.] Ita lege, ut & habet unus codex, non Ἴσιδος τὰ λόφα ex pagina 676. (L. XIX, 11.) H. Steph.

Τὰ περὶ τὰ λόφα — [illegible]] Verba ſunt, [illegible] Bonum [illegible] factum, quod ex optimae fidei membranis *H. Stephanus* ſumſit. P. Wess.

33. [illegible] — [illegible] Πολυσπέρχοντος] Male [illegible], in obſidionibus [illegible], & cum priore permiſcent a [illegible] ſollicitum. Adi *Sylburgium* ad *Pauſan.* L. IV, 21. Mox Καλλας non ſollicito, tametſi Κοῖνος in Macedonibus multi proveniunt. Auctor a more ſuo non deflectit. P. Wess.

42. Ἀριστόνουν μὲν ἀπέδειξε στρατηγὸν] Domo Pellaeus & Piſaei F. Ariſtonus erat, inter ſeptem olim corporis Alexandri cuſtodes & propterea in ſumma dignatione & gratia, ut ab *Arriano* L. VI, 28. & infra cap. 50. indicatur. P. Wess.

46. Πρὸς δὲ τούτοις Δηϊδάμειάν τε τὴν Αἰακίδου] *Juſtinus* de Olympiade L. XIV, 6. *Itaque audito Caſſandri adventu, cum nuru Roxane & nepote Hercule in Pydnam urbem concedit. Proficiſcenti* DEIDAMIA, *Aeacidae regis filia, & Theſſalonice privigna, & ipſa clara Philippi patris nomine, multaeque aliae principum matronae, ſpecioſus magis quam utilis grex, comites fuere.* Quae, ſi *nepotem Herculem* excipias, eum enim Alexandrum appellare debuerit, hinc ſumta putes. De Deidamia Aeacidae bene ad eum locum *Bernecerus.* P. Wess.

65. Τὴν μὲν πόλιν περιεχαράκωσεν] Vide not. in L. XIII, 49. P. Wess.

72. Στρατηγὸν ἐξέπεμψεν Ἀτάῤῥιαν] Habet de Atarrhia quaedam *Freinſhem.* ad *Curtii* L. V, 2, 5., nec certae tamen fidei. P. Wess.

88. Ὅπερ οὐδέποτε γενέσθαι συνέβη] Oblitus eorum videtur, quae de Alceta, Aeacidae hujus avo, prodidit L. XV, 13. Ce-

Olymp. CXVI. 1. hanc tempeſtatem. Poſtquam Caſſander Epiri ſocietate auctus, curatorem ſimul & ducem Lyciſcum in eam miſerat, illi qui prius in Macedonia de ſuppetiis Olympiadi ferendis diſſederant, actum jam prorſus de illa rati, Caſſandro ſe adjunxere. Unicum a Polyſperchonte ſubſidium reſtabat. Verum & hoc repente attritum fuit. Miſſus enim a Caſſandro Callas praefectus, ubi quam proxime Polyſperchontem in Perraebia caſtra poſuerat, majorem ejus militum partem largitionibus corrupit, ita ut vix pauci, nempe fideliſſimi, ſupereſſent. 691. Olympiadis ergo ſpes ad hunc modum intra breve tempus concidere.

37. In Aſia per id tempus, Antigonus in Gadamalis Mediae hybernans, ubi vires ſuas infirmiores quam hoſtium animadvertit; Praeter ſpem invadere illos, & ſtrategemate circumvenire, maturavit. Hyberna illi diſiuncta multis in partibus habebant, ita ut nonnulli ſex iter dierum inter ſe diſtarent. Per cultam ergo terram iter facere, quod & longa eſſet, hoſtiumque proſpectui expoſita, non conſultum duxit, ſed per deſertam, & aquis deſtitutam, ut ducere auderet, quamvis laborioſum, propoſito tamen ſuo utiliſſimum judicavit: quod non ſolum compendio illam emetiri, ſed etiam clam & ex improviſo hoſtes per ignorantiam in pagos huc illuc diſperſos, & negligenter rem adminiſtrantes, opprimere liceret. His mente conceptis, milites ad iter accinctos eſſe, & cibaria dierum x. ignis haud indiga ſibi comparare juſſit. Ipſe in Armeniam ſe moturum famam divulgat: at ſubito praeter omnium exiſtimationem per deſerta, ſub hybernam ſolis reverſionem, contendit. In caſtris autem, interdiu ignes accendi, noctu prorſus extingui, ne qui per noctem, re de locis editioribus animadverſa, hoſti quid fieret, denunciarent, praecepit. Nam tota ferme ſolitudo campeſtris erat, collibusque excelſis circundata: unde ex longinquo fulgorem ignis proſpicere non difficile eſſet. Dum exercitus ita per dies quinque laborioſum iter fecit: miles tamen de nocte quam die propter frigus & neceſſarios uſus ignes in caſtris excitat. Quod ſolitudinis accolae quidam conſpicati, eodem ſtatim die in camelis dromadariis mittunt, qui hoc Eumeni ac Peuceſtae nunciatum eant. Id genus animal non multo minus cIↃ. IↃ. ſtadiorum emetitur.

πολιτείας μέχρι τῶνδε τῶν χρόνων. Κασσάνδρου δὲ παραλαβόντος τὴν Ἤπειρον τῇ συμμαχίᾳ, καὶ πέμψαντος εἰς αὐτὴν ἐπιμελητὴν ἅμα καὶ στρατηγὸν Λυκίσκον, οἱ πρότερον κατὰ Μακεδονίαν διστάζοντες περὶ τῆς συμμαχίας, ἀπήλπισαν μὲν τὰ κατ' Ὀλυμπιάδα πράγματα, τῷ δὲ Κασσάνδρῳ προσέθεντο. μιᾶς δ' οὔσης αὐτῇ βοηθείας τῆς παρὰ Πολυσπέρχοντος, συνέβη καὶ ταύτην συντριβῆναι παρὰ δόξαν. ὁ γὰρ ὑπὸ Κασσάνδρου πεμφθεὶς στρατηγὸς Κάλλας, ἐπειδὰν πλησίον γενόμενος τοῦ Πολυσπέρχοντος κατεστρατοπέδευσεν ἐν τῇ Περραιβίᾳ, διέφθειρε τῶν μετ' αὐτοῦ στρατιωτῶν τοὺς [g] πλείστους χρήμασιν, ὥστε ὀλίγους τοὺς μάλιστα πιστοὺς ἀπολειφθῆναι. αἱ μὲν οὖν Ὀλυμπιάδος ἐλπίδες ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τοῦτον τὸν τρόπον ἐταπεινώθησαν.

23. δοὺς δὲ — ἄσημον ἔκκλιμα] Putes *Baſil.* voluiſſe ἔκκλιμα, quod pravum. Id Auctor vult, Bomilcarem ſenſim aciem hoſtibus vitaſſe ceſſiſſeque viſſe. Vocabulum ipſum Lexicographorum copias augere poteſt. P. Wess.

43. Οὐ πλείους τῶν χιλίων] *Sed praelio tantum ſe, duo de Siculis, tria millia de Poenis cum ipſo duce cecidere*, ita *Juſtinus* L. XXII, 6., haud parum cum *Diodoro* diſſidens. *Juſtinum* exſcripſit, ſed male intellectum *Oroſius*. Cenſuit bonus vir *duos* tantum ex Agathoclis exercitu periiſſe; quod ille noluit, ſed duo millia de Siculis, tria de Poenis occubuiſſe. Vide *Oroſ.* L. IV, 6. P. Wess.

46. Ἐν αἷς ἐπενόησαν ζεύγη χειροπεδῶν] Par olim inſolentia Spartanorum, qui πέδας φέροντες ἐπὶ Τεγεήτας ἐστρατεύοντο. Contigit ſiſdem quod Poenis victi pedicas geſtare debuerunt ipſimet, quibus Tegeatas innectere conſtituerant apud *Herodotum* L. I, 66. Cujuſmodi juſtae talionis exempla in mundo habeo plura, quae nunc praetermittentur. P. Wess.

50. Εἰς συμφορὰς ἐμβαλεῖν] Probe Interpres. Ecce iterum *Diodorus* Excerpt. *Peireſc.* p. 309. καὶ τοῦτον τὸν μὲν πόλεις ἐμβαλεῖν εἰς τὰς συμφορὰς ἐνέβαλλε. Vocis, in copioſis Graeci ſermonis Theſauris praeteritae, compoſitio rem cum belle declarat. P. Wess.

69. Ἡρακλέα τὸν παρὰ τοῖς ἀστοῖς] Auctoris a mente non aberravit *Rhodomannus*. Id ſubvereor, ut recte expreſſa ſint verba. Hercules ὁ παρὰ τοῖς ἀστοῖς is eſſe debet, qui apud majoris

Ἔπεσον δ' ἐν τῇ μάχῃ τῶν μὲν Ἑλλήνων εἰς διακοσίους, τῶν δὲ Καρχηδονίων οὐ πλείους [t] χιλίων· ὡς δ' ἔνιοι γεγράφασιν, ὑπὲρ τοὺς ἑξακισχιλίους. ἐν δὲ τῇ τῶν Καρχηδονίων παρεμβολῇ σὺν ταῖς ἄλλαις ὠφελείαις εὑρέθησαν ἅμαξαι [u] πλείους, ἐν αἷς ἐκομίζετο ζεύγη χειροπεδῶν πλείω τῶν δισμυρίων. ἑτοίμως γὰρ οἱ Βάρβαροι κρατήσειν ὑπειληφότες τῶν Ἑλλήνων, παρηγγέλκεισαν ἀλλήλοις ζωγρεῖν ὡς πλείστους, καὶ δήσαντες εἰς συνεργασίαν ἐμβαλεῖν. ἀλλ' οἶμαι τὸ δαιμόνιον ὥσπερ ἐπίτηδες τοῖς ὑπερηφάνως διαλογιζομένοις τὸ τέλος τῶν καθελπισθέντων εἰς τοὐναντίον [x] μετατίθησιν. Ἀγαθοκλῆς μὲν οὖν Καρχηδονίους παραλόγως νικήσας τείχεσι συνεῖχεν· ἡ τύχη δὲ ἐναλλὰξ τὰ προτερήματα τοῖς ἐλαττώμασιν ἐπισάγουσα, τοὺς ὑπερέχοντας [y] ἴσως ἐταπείνωσε τοῖς ἡττημένοις. ἐν Σικελίᾳ μὲν γὰρ Καρχηδόνιοι μεγάλῃ νενικηκότες παρατάξει Ἀγαθοκλέα, τὰς Συρακούσας ἐπολιόρκουν· ἐν Λιβύῃ δ' Ἀγαθοκλῆς τηλικαύτῃ μάχῃ προτερήσας, εἰς πολιορκίαν συνέκλεισε Καρχηδονίους. καὶ τὸ θαυμασιώτατον, ὁ δυνάστης κατὰ μὲν τὴν νῆσον ἀκεραίους ἔχων τὰς
756. δυνάμεις ἐλείπετο τῶν Βαρβάρων, ἐπὶ δὲ τῆς ἠπείρου τῷ μέρει τῆς προηττημένης στρατιᾶς περιεγένετο τῶν νενικηκότων.

Διόπερ οἱ Καρχηδόνιοι νομίσαντες ἐκ θεῶν αὐτοῖς γεγονέναι τὴν συμφοράν, ἐτράπησαν πρὸς παντοίας ἱκεσίας τοῦ δαιμονίου, καὶ νομίσαντες μάλιστα μηνίειν [z] αὐτοῖς τὸν Ἡρακλέα τὸν παρὰ τοῖς ἀποίκοις, χρημάτων πλῆθος καὶ τῶν πολυτελεστάτων ἀναθημάτων ἔπεμψαν εἰς τὴν Τύρον οὐκ ὀλίγα. ἀποικισθέντες γὰρ ἐκ ταύτης, εἰώθεισαν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις δεκάτην ἀποστέλλειν τῷ θεῷ πάντων τῶν εἰς πρόσοδον πιπτόντων· ὕστερον δὲ μεγάλους κτησάμενοι πλούτους, καὶ προσόδους ἀξιολογωτέρας λαμβάνοντες, μικρὰ παντελῶς ἀπέστελλον, ὀλιγωροῦντες τοῦ δαιμονίου. διὰ δὲ τὴν συμφορὰν ταύτην εἰς μεταμέλειαν ἐλθόντες, πάντων τῶν ἐν τῇ Τύρῳ θεῶν ἐμνημόνευον. ἔπεμψαν δὲ καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν [a] χρυσοῦς ναοὺς τοῖς ἀφιδρύμασι πρὸς τὴν ἱκεσίαν, ἡγούμενοι μᾶλλον [b] ἐξιλάσεσθαι τὴν τοῦ θεοῦ μῆνιν τῶν ἀναθημάτων πεμφθέντων ἐπὶ τὴν παραίτησιν. ᾐτιῶντο δὲ καὶ τὸν Κρόνον [c] αὐτοῖς ἐναντιοῦσθαι, καθόσον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις θύοντες τούτῳ τῷ θεῷ τῶν υἱῶν τοὺς κρατίστους, ὕστερον ὠνούμενοι λάθρᾳ παῖδας, καὶ θρέψαντες, ἔπεμπον ἐπὶ τὴν θυσίαν. καὶ ζητήσεως γενομένης, εὑρέθησάν τινες τῶν καθιερουργημένων ὑποβολιμαῖοι γεγονότες. τούτων δὲ λαβόντες ἔννοιαν, καὶ τοὺς πολεμίους πρὸς τοῖς τείχεσιν ὁρῶντες στρατοπεδεύοντας, ἐδεισιδαιμόνουν ὡς καταλελυκότες τὰς πατρίους τῶν θεῶν τιμάς. διορθώσασθαι δὲ τὰς ἀγνοίας [d] σπεύδοντες, διακοσίους μὲν

13. Ceciderunt in hac pugna Graecorum CC. Carthaginienſium clɔ. haud plures; Ut vero quidam memoriae prodidere, amplius Iɔɔ. clɔ. In castris autem Carthaginenſium inter alias opes, currus inventi ſunt complures: in quibus plura quam ccIɔɔ. ccIɔɔ. manicarum paria vehebantur. Cum enim minimo ſe Graecos negocio ſuperaturos Barbari putarent, cohortati inter ſe fuerunt, ut quam plurimos caperent vivos, vinctoſque in ergaſtula detruderent. Verum Numen coeleſte, ut mihi quidem videtur, data veluti opera, ſuperbe rationes ſubducentibus rerum ſperatarum exitum in contrarium mutat. Agathocles itaque poſtquam Carthaginenſes praeter ſuam opinionem devicerat, intra moenia eos concluſit. Et fortuna, quae alternatim poſt clades felices ſucceſſus afferre ſolet, victores aeque ut victos humiliavit. Nam in Sicilia Carthaginenſes poſt victum magno praelio Agathoclem, Syracuſas obſidebant. In Africa tanto conflictu ſuperior Agathocles obſidione premebat Carthaginenſes. Et quod admirandum, princeps iſte in ſua inſula copias habens integras, Barbaris ſuccubuerat: in continente vero cum parte exercitus profligati victoribus ſuperior evadebat. — Olymp. CXVII. III.

14. Quapropter Carthaginenſes a Diis calamitatem hanc inflictam ſibi rati, ad omne genus ſupplicationum erga Numen ſe converterunt. Inprimis vero Herculem coloniae ſuae patronum, iratum ſibi arbitrati, vim magnam pecuniae, & precioſiſſimorum donariorum copiam non exiguam, Tyrum miſere. Nam quod ex illa in Coloniam erant deducti, per aetates ſuperiores decimam omnium, quae in proventuum rationem cadebant, Deo tranſmittere ſolebant. Sed poſteaquam magnis aucti opibus multo luculentiores percipiebant reditus, perexiguum, religione Dei poſthabita, mittebant. Clade igitur illa ad poenitentiam adacti, omnium in Tyro Deorum memores erant. Quin & aurea ſimulacris delubra e templis miſere ad ſupplicationem; Quod ad averruncandam Dei iram plus facere exiſtimarent, ſi donaria mitterent ad deprecationem. Saturnum praeterea ſibi adverſum eſſe cauſabantur, quod, cum ſuperiori tempore filiorum praeſtantiſſimos huic Deo ſacrificarent, pueros deinde clam emtos & enutritos ad ſacrificium mitterent. Et habita inquiſitione, ſubditititii nonnulli ex immolandis ſunt reperti. His animo perpenſis, cum & hoſtes ante urbem caſtra habere cernerent; religio injicitur, quaſi patrios Deorum honores abrogaſſent. Errata igitur illa, ut abſque 740.
mora corrigant, ducentos ex praecipuis delectos nobi-

t Τῶν χιλ. Reg. 1. *u* Πλείους Reg. 1. *x* Περιβόητον idem. *y* Ἴσως iterum Reg. pr. *z* Ἀθλεῖ idem Reg. *a* Χρυσοῦς ναοὺς Reg. 2. *b* Ἐξιλάσασθαι Reg. 1. *c* Ἀθεῖν Euſeb. Reg. 1. Baſil. *d* Νομίζοντες οἱ ἐν Steph.

jovis patriae coloni eſt. Atqui omnia, quae ſuccedunt, Herculem Tyrium expoſtulabant, quem Poeni etiam miſſis pretioſiſſimis donariis impenſe placare conabantur. Ergone παρὰ τοῖς ἀποίκοις fuit olim? Non dico, etſi, modo libri id dicerent, pro malo haud putarem. Hoc mihi quidem ſatis conſtat, Herculem τὸν παρὰ τοῖς ἀποίκοις colonorum eſſe, quem ſibi infeſtum Carthaginienſes ob infrequentiorem religionis cultum arbitrati, Tyrum mittunt, qui placent & exorentur, quoniam inde ipſi, Gaditani ceterique coloni domo profecti acceperant. Herculis celebratur idem, quamquam praecipua religionis ſedes Tyri erat. Quotannis autem τὰς κατὰ πᾶσαν ἀπαρχὰς [illegible] navi, quam θεωρίδα vocant Graeci, Tyrum religioſiſſime mittebant. Vide Polyb. Exc. Leg. cxiii. p. 1310. P. Wess.

79. Τοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν χρυσοῦς ναοὺς τοῖς ἀφιδρύμασι] *Jo. Dougtaeus*, Analect. Sacr. Part. ii, 61. *aurea cum ſimulacris delubra* vertit, aediculas eſſe portatiles, quae Deorum ſimulacra ſuo ambitu complectebantur, opinatus; quod quidem Auctor ſi voluiſſet, ναοὺς αὐτοῖς ἀφιδρύμασι ſcriptum fuiſſet. Vid. *Daviſium* ad *Max. Tyrium* Diſſert. viii. p. 520. *Ed. Noviſſ.* Nam ut nunc verba habent, aediculae ſignis, quae Tyrii erant, tranſmiſſae fuerunt. Id bene, quod his *Diodori* uſus ſit vir doctus ad ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος illuſtrandos, e quibus fabricandis victum Demetrius Epheſi tolerabat in S. *Lucae* A. A. cap. xix. 24. Fuerunt enim ejuſdem haud dubie generis. Hae parvae aedes ad formam templi Epheſii ſuperſtitioſis Dianae ſacris parabantur, iſtae in delubris olim Carthagine dedicatae Tyrum amandabantur Herculi conſecrandae. Pertinet huc ἀργυρᾶ καὶ [illegible] Cratinus ex *Artemidori* Oniroctit. L. iv, 33. P. Wess.

81. Ἠτιῶντο δὲ καὶ τὸν Κρόνον &c.] *Euſebius* haec exſcripſit Praep. Evang. L. iv, 16, p. 161. A. Saturnum Carthagine victimis humanis fuiſſe cultum, res eſt teſtatiſſima. Vid. *L. Vivem* ad *Auguſtini* L. vii de Civ. D. cap. 19. & *H. Grotium* in *Deuteron.* C. xviii, 10. P. Wess.

91. Διακοσίους μὲν τῶν ἐπιφανεστάτων παίδων &c.] *Peſcennius Feſtus in libris hiſtoriarum per ſaturam refert, Carthaginienſes Saturno humanas hoſtias ſolitos immolare, & quum victi eſſent ab Agatho-*
cle

Olymp. CXVII. III. nobilitate pueros ſacrificio publico immolant. Alii etiam criminationibus obnoxii, non pauciores trecentis ſponte ſe offerunt. Erat autem apud illos aenea Saturni ſtatua, quae manus ſupinas extendebat, ita ad terram inclinatas, ut impoſitus illis puer devolveretur, & in voraginem ignis plenam rueret. Hinc Euripidem, quae fabuloſe apud illum memorantur de ſacrificio in Tauris, deſumſiſſe conſentaneum eſt: ubi ſic interrogatam ob Oreſte Iphigeniam introducit.

At quod ſepulcrum me peremtum recipiet?
Sacer intus ignis, & cavum terrae ſpecus?

Fabula etiam, quae ex priſca apud Graecos fama traditur; Quod ſuos e medio liberos tollat Saturnus; hoc ritu apud Carthaginenſes ſervari videtur.

15. Caeterum poſtquam talis in Africa mutatio accidit, Carthaginenſes ad Amilcarem in Siciliam poſtulatum mittunt, ut auxilium ſuum celerrime expediat: ac ferramenta ſimul navium Agathoclis ad eum perferenda curant. Is appulſis eo legatis imperat, ut clade ſilentio preſſa, rumorem inter milites ſpargant, Agathoclem tum claſſem tum exercitum omnem funditus perdidiſſe. Ipſe vero miſſis quibuſdam Syracuſas, qui tum ex Carthagine aderant, una cum ferramentis, urbis deditionem exigit. Copias enim illorum a Carthaginenſibus conciſas, naveſque exuſtas eſſe. Quod ſi qui fidem non habeant, roſtrorum exhibitione rem demonſtrari. Cum, qui in urbe erant, hanc Agathoclis calamitatem ex nunciis audiviſſent, plerique credidere; Primores ut rem ambiguam in occulto ſervarunt, ne quid tumultus exſiſteret, & extemplo dimiſere legatos. Exſulum vero propinquos & amicos, & ex aliis, qui, quae gerebantur ab illis, moleſte ferebant, non pauciores IIX. M. ex urbe ejecerunt. Exinde cum tanta multitudo repente ex patria fugere cogeretur, urbs diſcurſatione, tumultu & foemineis lamentis plena erat. Nec ulla domus per hoc tempus erat luctus non particeps. Nam qui tyrannidi favebant, Agathoclis ſuorumque natorum calamitatem deplorare, privatorum alii, deflere eos qui in Africa periiſſe exiſtimabantur: alii ſortem horum miſerari, qui focis ſuis, Deiſque patriis ſubmoverentur; quibus neque manere, neque urbe excedere per obſidionem barbarorum liceret. Et praeter jam enumerata tantae acerbitatis mala, tenellae aetatis ſobolem & uxores in

τῶν ἐπιφανεστάτων παίδων προκρίναντες ἔθυσαν δημοσίᾳ. ἄλλοι δ' ἐν διαβολαῖς ὄντες, ἑκουσίως ἑαυτοὺς ἔδοσαν, οὐκ ἐλάττους ὄντες τριακοσίων. ἦν δὲ παρ' αὐτοῖς ἀνδριὰς Κρόνου χαλκοῦς, ἐκτεταχὼς τὰς χεῖρας ὑπτίας [e] ἐγκεκλιμένας ἐπὶ τὴν γῆν, ὥστε τὸν [f] ἐπιτεθέντα τῶν παίδων ἀποκυλίεσθαι, καὶ πίπτειν εἴς τι χάσμα πλῆρες πυρός. εἰκὸς δὲ καὶ τὸν Εὐριπίδην ἐντεῦθεν εἰληφέναι τὰ μυθολογούμενα παρ' αὐτοῖς περὶ τὴν ἐν Ταύροις θυσίαν, ἐν οἷς εἰσάγει τὴν Ἰφιγένειαν ὑπὸ Ὀρέστου διερωτωμένην,

Τάφος δὲ ποῖος δέξεταί μ' ὅταν θάνω;
Πῦρ ἱερὸν ἔνδον, χάσμα τ' εὐρωπὸν χθονός.

καὶ ὁ παρὰ τοῖς Ἕλλησι δὲ μῦθος ἐκ παλαιᾶς φήμης παραδεδομένος, ὅτι Κρόνος ἠφάνιζε τοὺς ἰδίους παῖδας, παρὰ Καρχηδονίοις φαίνεται διὰ τούτου τοῦ [g] νομίμου τετηρημένος.

Οὐ μὴν ἀλλὰ τοιαύτης [h] τῇ Λιβύῃ γεγενημένης 757. μεταβολῆς, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι διεπέμψαντο πρὸς Ἀμίλκαν εἰς τὴν Σικελίαν, ἀξιοῦντες κατὰ τάχος πέμψαι βοήθειαν· καὶ τὰ ληφθέντα χαλκώματα τῶν Ἀγαθοκλέους νεῶν ἀπέστειλαν αὐτῷ. ὁ δὲ τοῖς καταπλεύσασι παρεκελεύσατο σιωπᾶν μὲν τὴν γεγενημένην ἧτταν, διαδιδόναι δὲ λόγον εἰς τοὺς στρατιώτας ὡς Ἀγαθοκλῆς ἄρδην ἀπώλεσε καὶ τὰς ναῦς καὶ τὴν δύναμιν ἅπασαν. αὐτὸς δὲ πέμψας τινὰς τῶν παρόντων ἐκ Καρχηδόνος εἰς τὰς Συρακούσας πρεσβευτὰς, καὶ τὰ χαλκώματα συναποστείλας, ἠξίου παραδιδόναι τὴν πόλιν. τὴν μὲν γὰρ δύναμιν τῶν Συρακουσίων ὑπὸ Καρχηδονίων κατακεκόφθαι, τὰς δὲ ναῦς ἐμπεπυρίσθαι· τοῖς δ' ἀπιστοῦσιν ἀπόδειξιν παρέχεσθαι τὴν τῶν ἐμβόλων κομιδήν. τῶν δ' ἐν τῇ πόλει πυθομένων τὴν περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα προσηγγελμένην συμφορὰν, οἱ πολλοὶ μὲν ἐπίστευσαν, οἱ προεστηκότες δὲ διστάζοντες διετήρησαν μὲν, χάριν τοῦ μὴ γενέσθαι ταραχήν· τοὺς πρεσβευτὰς δὲ ταχέως ἐξέπεμψαν. τοὺς δὲ τῶν φυγάδων συγγενεῖς καὶ φίλους καὶ τῶν ἄλλων τοὺς δυσχεραίνοντας τοῖς ὑπ' αὐτῶν πραττομένοις ἐξέβαλον ἐκ τῆς πόλεως, ὄντας οὐκ ἐλάττους ὀκτακισχιλίων· καὶ ἔπειτα τοσούτου πλήθους ἄφνω συναναγκαζομένου τὴν πατρίδα φεύγειν, ἐγέμισεν ἡ πόλις διαδρομῆς, καὶ θορύβου, καὶ γυναικείων κλαυθμῶν. οὐδεμία γὰρ ἦν οἰκία πένθους ἀκοινώνητος κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον. οἱ μὲν γὰρ περὶ τὴν τυραννίδα τοῦ Ἀγαθοκλέους καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ τὴν συμφορὰν ὠδύροντο· τῶν δ' ἰδιωτῶν οἱ μὲν τοὺς ἀπολωλέναι δοκοῦντας κατὰ Λιβύην ἔκλαιον, οἱ δὲ τοὺς ἐκπίπτοντας ἀφ' ἑστίας καὶ πατρῴων θεῶν, οἷς οὔτε μένειν ἐξῆν, οὔτε ἐκτὸς τῶν τειχῶν προάγειν, πολιορκούντων τῶν βαρβάρων· πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις κακοῖς τηλικούτοις οὖσιν, ἠναγκάζοντο νηπίους παῖδας καὶ γυναῖκας συνεφέλ-

e Ἐκτεταμένας Euseb. f Ἀποκυλίεσθαι idem Praep. Evang. p. 161. & statim ἀποκυλιέσθαι prave omnia. g Νομίμου Reg. 1. quod malo. Νόμου Cett. h Ἐν Λιβύῃ Reg. 1.

de rege Siculorum, iratum ſibi Deum putaviſſe; itaque, ut diligentius piaculum ſolverent, DUCENTOS nobilium FILIOS immolaſſe, haec adpoſite *Lactantius* Inſtit. L. 1, 21. Adjunge *Euſebium* Or. de Laud. Conſtant. C. 13. pag. 646. φησὶ (*Diodorus*) τῷ Κρόνῳ διακοσίους τῶν ἐπιφανεστάτων παίδων, δημοσίᾳ θῦσαι τοὺς Λίβυας· οὐκ ἐλάττους δὲ ἐπιδοῦναι τῇ θυσίᾳ τριακοσίους ἑτέρους. & cum a *Diodori* mente quadamtenus aberraſſe perſpicies. Noſter eos illos ſeſe ultro mactandos obtuliſſe, *Euſebius* liberos totidem numero immolandos dediſſe illos trecentos ſignificat. P. WESS.

96. Ἀνδριὰς Κρόνου χαλκοῦς, ἐκτεταχὼς τὰς χεῖρας] Locus illuſtris & ab eorum nemine, qui nefandum *Molochi* cultum expoſuerunt, neglectus. Quin & ſimulacrum hinc effinxerant, ſed mirificum manibuſque expanſis & ita in ſublime elatis, ut illis infantem imponere nullus potuerit. Inſpice *Kircheri* Oed. Aegypt. Synt. IV, 15. p. 334 ſ. qui paullo melius expreſſit, *Jo. Braunii* Sel. Sacr. L. IV, 8. pag. 476. Fefellerunt multos ſtatuae χεῖρες, quae eorum ſaepe ſunt, qui ſtipem rogant. Pauperibus propterea ἡ δεξιὰ διὰ παντὸς ὑπτίας ΥΠΤΙΑ τέτακται, προσαιτοῦσα τὸ ἀναγκαῖον in *Libanii* T. II. p. 940. B. Porrigebat ergo Saturnus iſte aheneus cavas manus, ſive, ut bene *Iſacides* in *Jerem.* C. VII, 32. de Molecho ניסקות פשוטות ידיו. *manus ejus porrectae & ſenſim erant elevatae.* Jam quod idem ſubjungit Judaeus, locum prope Hieroſolyma *Tophet* a tympanorum pulſu eſſe adpellatum, quoniam הכומרים מקישין בתופים שלא ישמע האב קול הבן *ſacerdotes tympana pulſabant, ut ad patris aures ejulatus filii accideret*, illi geminum plane & germanum Carthagine fiebat. Teſtis *Plutarchus* de Superſt. p. 171. C., cujus etiſi plaſcula temperare non poſſum quin adſcribam: παρειστήκει δὲ ἡ μήτηρ ἄτεγκτος καὶ ἀστένακτος, εἰ δὲ στενάξειεν ἢ δακρύσειεν, ἔδει τῆς τιμῆς στέρεσθαι, τὸ δὲ παιδίον οὐδὲν ἧττον ἐθύετο. κρότου δὲ κατεπίμπλατο πάντα πρὸ τοῦ ἀγάλματος ἐπαυλούντων καὶ τυμπανιζόντων, ἕνεκα τοῦ μὴ γενέσθαι τὴν βοὴν τῶν θρήνων ἐξάκουστον. *Adſtabat mater ſine fletu & gemitu; quem ſi ederet aut fleret, honore excidebat, & infans nihilo minus immolabatur. Strepitu vero ante ſimulacrum opplebantur omnia tibiarum & tympanorum, ut exaudiri clamor ejulatuſque poſſent.*

Tan-

φέλκεσθαι τῇ φυγῇ. ὁ δ' Ἀμίλκας, καταφυγόντων πρὸς αὐτὸν τῶν φυγάδων, τούτοις μὲν τὴν ἀσφάλειαν [i] παρέσχετο· τὴν δὲ δύναμιν παρασκευάσας προῆγεν ἐπὶ τὰς Συρακούσας, ὡς αἱρήσων τὴν πόλιν, διά τε τὴν ἐρημίαν, καὶ διὰ τὴν προσηγγελμένην τοῖς ὑπολελειμμένοις συμφοράν.

Προαποστείλας δ' αὐτοῦ πρεσβείαν, καὶ διδοὺς Ἀντάνδρῳ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ, εἰ παραδῶσι τὴν πόλιν, ἀσφάλειαν, [k] συνεδρευσάντων τῶν ἡγεμόνων οἳ μάλιστα ἀξίωμα δοκοῦντες ἔχειν, (καὶ) ῥηθέντων
758. πολλῶν λόγων, Ἄντανδρος μὲν ᾤετο δεῖν παραδιδόναι τὴν πόλιν, ὢν ἄνανδρος φύσει, καὶ τῆς τἀδελφοῦ [l] τόλμης καὶ πράξεως ἐναντίαν ἔχων διάθεσιν· Ἐρύμνων δ' ὁ Αἰτωλὸς παρακαθεσταμένος ὑπ' Ἀγαθοκλέους τἀδελφῷ σύνεδρος, τὴν ἐναντίαν δοὺς γνώμην, ἔπεισεν ἅπαντας διακαρτερεῖν [m] μέχρις ἂν πύθωνται τἀληθές. εἶτα Ἀμίλκας μὲν, μαθὼν τὰ δόξαντα τοῖς ἐν τῇ πόλει, συνεπήγνυε μηχανὰς παντοίας, διεγνωκὼς προσβάλλειν. Ἀγαθοκλῆς δὲ δύο τριακοντόρους μετὰ τὴν μάχην νεναυπηγημένος, τὴν ἑτέραν ἀπέστειλεν εἰς Συρακούσας, ἐρέτας ἐμβιβάσας τοὺς κρατίστους, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πιστευομένων φίλων ἕνα Νέαρχον, ἀπαγγελοῦντα τοῖς ἰδίοις τὴν νίκην. ἔπειτ' εὐπλοίας γενομένης, πεμπταῖοι ταῖς Συρακούσαις νύκτωρ προσεπέλασαν, καὶ στεφανωσάμενοι, καὶ παιανίσαντες κατὰ τὸν πλοῦν, ἅμ' ἡμέρᾳ κατέπλεον ἐπὶ τὴν πόλιν. αἱ δὲ φυλακίδες τῶν Καρχηδονίων αἰσθόμεναι, κατὰ σπουδὴν ἐπεδίωκον· καὶ οὐ πολὺ προειληφότων τῶν ὑποφευγόντων, ἀγὼν τῆς εἰρεσίας [n] ἐγίνετο. ἅμα δὲ τῇ τῶν ἐρετῶν φιλοτιμίᾳ συνέβη τούς τε ἐκ τῆς πόλεως καὶ τοὺς πολιορκοῦντας αἰσθομένους συνδραμεῖν ἐπὶ τὸν λιμένα, καὶ τοῖς ἰδίοις ἑκατέρους συναγωνιῶντας ἀναβοᾶν θαρρεῖν. ἤδη δὲ τῆς τριακοντόρου καταλαμβανομένης, οἱ Βάρβαροι μὲν ἐπηλάλαξαν, οἱ δ' ἐκ τῆς πόλεως ἀδυνατοῦντες βοηθεῖν, τοῖς θεοῖς ηὔχοντο περὶ τῆς σωτηρίας τῶν καταπλεόντων. τῆς πρώρας δὲ τῶν διωκόντων [o] εἰς ἐμβολὴν ἤδη φερομένης, οὐκ ἄποθεν τῆς γῆς ἔφθασε τὸ διωκόμενον σκάφος ἐντὸς βέλους γενόμενον, καὶ τῶν Συρακουσίων προσβοηθησάντων ἐξέφυγε τὸν κίνδυνον. Ἀμίλκας δ' ὁρῶν τοὺς ἐκ τῆς πόλεως διὰ τὴν ἀγωνίαν καὶ τὸ παράδοξον τῆς προσδοκωμένης ἀγγελίας [p] ἐπὶ τὸν λιμένα συνδεδραμηκότας, ὑπολαβὼν εἶναι μέρος τι τοῦ τείχους ἀφύλακτον, ἔπεμψε τῶν στρατιωτῶν τοὺς κρατίστους μετὰ κλιμάκων. οὗτοι δ' εὑρόντες [q] ἐκλελειμμένας τὰς φυλακὰς, ἔλαθον προσαναβάντες καὶ σχεδὸν αὐτῶν μεσοπύργιον ἤδη κατειληφότων, ἡ κατὰ τὸ σύνηθες [r] ἐφοδία παραγινομένη κατεῖδε. γινομένης δὲ μά-

fuga ſecum abſtrahere cogerentur. Amilcar vero, cum relegati fuga ſe ad ipſum recepiſſent, ſalutem illis donavit; inſtructoque exercitu Syracuſas contendit, quaſi propter ſolitudinem, & annunciatam relictis ſuperſtitibus calamitatem jam jam urbem in poteſtatem redacturus. Olymp. CXVII. III.

16. Mittit tamen prius legationem; & Antandro cum adhaerentibus, ſi urbem ipſi tradant, impunitatem concedit. Fit igitur ducum, qui auctoritate praeſtare videbantur, conſeſſus: ibi multis ultro citroque dictis, Antander natura effoeminatus, & contrarium fratris audaciae rebuſque geſtis ingenium habens, urbem dedendam cenſet. Sed Erymnon Aetolus, quem conſiliarium fratri Agathocles adjunxerat, contrariam edens ſententiam, omnibus, dum verum explorarint, perſeverandi auctor eſt. Tum Amilcar de oppidanorum ſententia edoctus, machinas omnis generis, obfirmato ad oppugnationem animo, compegit. Agathocles vero, poſt conflictum illum, duas naves quas Tricontoros a XXX. remis vocant, conſtruxerat. Harum alteram Syracuſas miſit, collocatis in eam 741.
remigibus praeſtantiſſimis & Nearcho, ex fideliſſimis, quos ſecum habebat, amicis uno, qui victoriam ſuis domi renunciaret. Secundis igitur ventis uſi, quinto die Syracuſas noctu accedunt, coronatique ac Paeana cantantes, cum illuceſceret, ad urbem provehuntur. Quod ubi naves Carthaginenſium excubitrices ſenſere, citato inſequuntur. Et quia non multum praeverterant fugientes, certamen remigationis oritur. Dumque remiges ita inter ſe contendunt, ab oppidanis & obſidentibus re animadverſa concurritur ad portum, & utrique de ſuis anxii, ut praeſenti ſint animo illos exhortantur. Et jam jam comprehendebatur triginteremis; Barbarique jubilare, oppidani vero, quod ſuppetias ferre non poſſent, pro ſalute adnavigantium ſuorum vota Diis facere. Cumque perſequentes jam proram impacturi eſſent, non procul a terra navis appetita, intra teli jactum ſubire occupat, & opem ferentibus Syracuſanis periculum evadit. Tum Amilcar cives prae ſolicitudine repentinoque exſpectati nuncii adventu ad portum confluxiſſe videns, quod partem muri incuſtoditam eſſe conjiceret, fortiſſimos militum cum ſcalis ire juſſit. Qui derelictas nacti cuſtodias, nemine ſentiente conſcenderunt. Et jam intervallum inter duas turres prope occupaverant, cum uſitata vigilum luſtratio, ad eum locum deveniens, id animad-

i Παρέσχετο idem. Reg. k Συνεδρευσάντων τῶν ἡγ. Editi & mox ῥηθέντων πολλῶν. l Τόλμης ἐναντίαν Reg. 2. Ven. Baſil. Cett. καὶ πράξεως interponunt, quo carere poſſumus. m Μέχρις ἂν οὗ Reg. 1. Legebatur μέχρι. Paulo ante Ἔρυμνον Baſil. n Ἐγίνετο Reg. 1. Mox τῇ τούτων φιλ. Reg. 2. Baſil. Venet. o Τὴν ἐμβολὴν ἤδη γινομένην Reg. 1. & Steph. margo. Statim αὐτοῦ Baſil. Reg. 2. p Ὑπὸ est Steph. ex Reg. 1. q Ἀλλαχοῦ. Reg. 2. Baſil. r Ἐφοδεία. Reg. 1.

> Tantum religio potuit ſuadere malorum,
> Quae peperit ſaepe ſceleroſa atque impia facta!

Bene ex Lucretiana aemulatione *Lactantius* L. 1, 21. Inſtitut. P. WESS.

1. Παρ' αὐτοῖς] Παρ' αὐτῷ. L. RHOD.

8. Διὰ ταῦτα τὰ νόμιμα τιθέμενοι] Sic melius, legis nulla mentio praeceſſit. *Plato* Minoe p. 315. B. Καρχηδόνιοι δὲ θύουσιν (homines) ὡς ὅσιον ὂν καὶ ΝΟΜΙΜΟΝ αὐτοῖς. Porro in *Euripidis* altero verſu libri ejus nunc quidem χειρὶ [illegible] praeferunt. Confer not. *Brodaei* & *Barnes.* ad Iphig. Tauric. v. 615. P. WESS.

25. Οἱ πρεσβύτεροι — διδόμενοι] Simile ferme id *S. Lucae* de Maria, Chriſti matre, Evang. C. 11, 51. καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα. P. WESS.

35. Οἱ μὲν γὰρ περὶ τὴν τυραννίδα] Credo loci ſententiam optime aſſecutum eſſe *Rhodomannum.* Οἱ περὶ τὸν τύραννον & οἱ ἀδύνατοι contra ſe ponuntur, ut [illegible] in *Platon.* Polit. p. 559. Suntque adeo οἱ περὶ τὴν τυραννίδα tyrannidis ſtudioſi & patroni, ſicuti οἱ περὶ τὴν φύσιν apud *Ariſtotelem* Hiſt. Anim. L. III, 3. p. 59. Phyſiologi, bene poſt *Budaeum* monente *H. Stephano* Theſ. T. III. pag. 248., & αἱ περὶ Λακεδαιμονίους πόλεις, quae Spartanorum partes amplectuntur, ſuperius L. XIII. 52.

51. Συνεδρευσάντων τῶν ἡγεμόνων, οἱ μάλιστα &c.] Ita legendo cohaeret optime oratio, συνεδρευσάντων τῶν ἡγεμόνων οἱ μάλιστα ἀξίωμα δοκοῦσιν ἔχειν, καὶ ῥηθέντων πολλῶν λόγων, vel ῥηθέντων δὲ πολλῶν λόγων. H. STEPH.

Συνεδρευσάντων τῶν ἡγεμ. οἱ μάλιστα &c.] Mihi perſpicuus ab *H. Stephano* locus hic videtur. Itaque non ſum auſus ejus ex judicio verba refingere, quam rem ſi qui temerarium putaverint, revocent, ubi lubebit, veterem ſcripturam. P. WESS.

69. Αἱ δὲ φυλακίδες τῶν Καρχηδονίων] Vid. infra C. 94. P. WESS.

90. Ἡ κατὰ τὸ σύνηθες ἐφοδία — κατεῖδε] Mera gloſſa eſt, quam Reg. 1. praefert. Ἐφοδία, *Heſychio* verba ſunt opportuna, τὰ [illegible] τῆς φυλακῆς [illegible]. Saepe inde ἐφοδεύειν & ἐφοδείαν ſive ἐφοδίαν de circitoribus, qui vigilias circumeunt, rei militaris ſcriptores *Polybius* L. VI, 33., *Polyaen.* L. VII, 14. uſurpant. Cujus circuitionis morem deſcribit *Philo* de Tel. Conſtruend.

Olymp. CXVII. III. madvertit. Orta igitur pugna fit civium concurſus: qui antevertentes ſubſidia ingreſſis ventura, illos partim interficiunt, partim de propugnaculis dant praecipites. Ob quae non parum contriſtatus Amilcar, exercitum ab urbe abduxit, & militum 1500. Carthaginenſibus auxilio miſit.

17. Dum haec geruntur, Agathocles, jam campeſtria in poteſtate habens, Caſtella vicina Carthagini vi cepit, urbiumque alias metu, alias odio Carthaginenſium, ſubjunxit. Caſtriſque prope Tunetem munitis, cum praeſidium ſatis validum inibi reliquiſſet, in oppida mari vicina movit. Primamque vi ſubegit novam urbem; ſubactis autem clementem ſe exhibuit. Inde verſus Adrymetum progreſſus, obſidione illam cinxit. Elymam vero Afrorum regem ſocietate armorum ſibi adjunxit. Quibus auditis Carthaginenſes vim belli omnem Tunetem convertunt, caſtriſque Agathoclis potiti, admotis urbi machinis, continua oppugnatione illam premunt. Agathocles de ſuorum clade per nuncios quorundam certior factus, maximam exercitus partem in obſidione reliquit, aſſumtoque ſatellitio, cum exigua manu in montem quendam tacite contendit: unde tum abs Adrymetinorum, tum Carthaginenſium, qui Tunetem obſidebant, multitudine conſpici poſſet. Noctu vero juſſis ad longum tractum ignes excitare militibus, ſuſpicionem Carthaginenſibus injecit, quaſi valida contra ipſos manu acceleraret: obſeſſis autem, veluti novae hoſtibus copiae magno numero ſuppetias latum adeſſent. Eo ſtrategematis mendacio utrique decepti, cladibus improviſis afficiebantur. Nam qui Tunetem obſidebant Carthaginem refugere, machinis etiam relictis. Adrymetini vero prae metu patriae deditionem fecere. Hac igitur certis pactionibus recepta, vi Thapſum cepit Agathocles. Aliaſque in illo tractu urbes, tum expugnando tum perſuadendo, ad ſe
742. pertraxit. Oppidis tandem in univerſum plus quam ducentis in poteſtatem redactis, in ſuperioris Libyae terras expeditionem facere conſtituit.

18. Motis igitur caſtris, cum multorum itinere dierum proceſſiſſet, Carthaginenſes eductis tum aliis, tum quae ex Sicilia trajecerant, copiis obſidionem Tunetis denuo aggrediuntur, nec pauca incolarum, quae ſub hoſtium fuerant ditione, re-

χης, οἱ μὲν ἐκ τῆς πόλεως συνέδραμον, καὶ φθάσαντες τοὺς μέλλοντας τοῖς ἀναβεβηκόσι προσβοηθεῖν, οὓς μὲν ἀπέκτειναν, οὓς δ' ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων κατεκρήμνισαν. ἐφ' οἷς Ἀμίλκας περιαλγὴς γενόμενος, ἀπήγαγε τὴν δύναμιν ἀπὸ τῆς πόλεως, καὶ τοῖς εἰς Καρχηδόνα βοήθειαν ἐξέπεμψε μετὰ στρατιωτῶν πεντακισχιλίων.

Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, ὁ μὲν Ἀγαθοκλῆς, κρατῶν τῶν ὑπαίθρων, τὰ περὶ τὴν Καρχηδόνα χωρία κατὰ κράτος εἶχε, καὶ τῶν πόλεων ἃς μὲν διὰ φόβον, ἃς δὲ διὰ τὸ πρὸς Καρχηδονίους μῖσος προσηγάγετο. παρεμβολὴν δὲ πλησίον τοῦ Τύνητος ὀχυρωσάμενος, καὶ τὴν ἱκανὴν ἀπολιπὼν φυλακὴν, ἀνέζευξε πρὸς τὰς ἐπὶ θαλάττῃ κειμένας πόλεις· καὶ πρώτην μὲν ἑλὼν Νέαν πόλιν κατὰ κράτος, φιλανθρώπως ἐχρήσατο τοῖς χειρωθεῖσιν. εἶτα παρελθὼν ἐπ' Ἀδρύμητα, πρὸς μὲν ταύτην πολιορκίαν συνεστήσατο, Ἐλύμαν δὲ τὸν βασιλέα τῶν Λιβύων εἰς συμμαχίαν προσελάβετο. ἃ δὴ πυθόμενοι οἱ Καρχηδόνιοι, πᾶσαν τὴν δύναμιν προσήγαγον ἐπὶ τὸν Τύνητα, καὶ τῆς μὲν Ἀγαθοκλέους στρατοπεδείας ἐκυρίευσαν, τῇ πόλει δὲ μηχανὰς προσαγαγόντες, συνεχεῖς προσβολὰς ἐποιοῦντο. ὁ δὲ Ἀγαθοκλῆς, ἀπαγγειλάντων τινῶν αὐτῷ τὰ περὶ τοὺς ἰδίους ἐλαττώματα, τὸ μὲν πολὺ τῆς δυνάμεως κατέλιπεν ἐπὶ τῆς πολιορκίας, τὴν δὲ θεραπείαν καὶ τῶν στρατιωτῶν ὀλίγους ἀναλαβὼν, λάθρα προσῆλθεν ἐπί τινα τόπον ὀρεινὸν, ὅθεν ὁρᾶσθαι δυνατὸν ἦν αὐτὸν ὑπό τε τῶν Ἀδρυμητινῶν καὶ τῶν Καρχηδονίων, τὸν Τύνητα πολιορκούντων· νυκτὸς δὲ συντάξας τοῖς στρατιώταις ἐπὶ πολὺν τόπον πυρὰ καίειν, δόξαν ἐποίησε τοῖς μὲν Καρχηδονίοις, ὡς μετὰ μεγάλης δυνάμεως ἐπ' αὐτοὺς πορευόμενος, τοῖς δὲ πολιορκουμένοις, ὡς ἄλλης δυνάμεως ἁδρᾶς τοῖς πολεμίοις εἰς συμμαχίαν παραγεγενημένης. ἀμφότεροι δὲ τῷ ψεύδει τοῦ στρατηγήματος παραλογισθέντες, παραλόγως ἠλαττώθησαν· οἱ μὲν τὸν Τύνητα πολιορκοῦντες, φυγόντες εἰς Καρχηδόνα, καὶ τὰς μηχανὰς ἀπολιπόντες· οἱ δ' Ἀδρυμητινοὶ διὰ τὸν φόβον παραδόντες τὴν πατρίδα. Ἀγαθοκλῆς δὲ ταύτην διὰ ὁμολογίας παραλαβὼν, Θάψον εἷλε κατὰ κράτος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ ταύτην πόλεων ἃς μὲν ἐξεπολιόρκησεν, ἃς δὲ προσηγάγετο. τὰς ἁπάσας δὲ πόλεις πλείους τῶν διακοσίων κεχειρωμένος, εἰς τοὺς ἄνω τόπους τῆς Λιβύης διενοεῖτο στρατεύειν.

Ἀναζεύξαντος δ' αὐτοῦ, καὶ πλείους ἡμέρας ὁδοιποροῦντος, Καρχηδόνιοι τήν τε ἐκ Σικελίας διακομισθεῖσαν δύναμιν καὶ τὴν ἄλλην στρατιὰν προαγαγόντες, πάλιν τὸν Τύνητα πολιορκεῖν ἐπεχείρησαν, καὶ τῶν ἐγχωρίων οὐκ ὀλίγα, τῶν ὑπὸ τοὺς πολεμίους
759.

s Ἐπὶ τῇ θαλ. Reg. 1. t Ἀλλόμαν Steph. marg. Ἀλύμαν Reg. 2. Αἰλύμαν Baſil. u Τῶν τῶν Ἀδρυμητινῶν καὶ Καρχηδονίων τὸν Τύνητα πολιορκούντων ora Steph. In Reg. 2. Baſil. Vat. deeſt & χώρας, poſt πολιορκούντων. Editum fuerat Ἀδρυμητινῶν τῶν Τύνητα πολιορκούντων χώρας. x Καὶ ἀθρόας ἐπ' αὐτοὺς Reg. 1. non bene. y Θάψον Venet.

ſtruend. pag. 93. [illegible] ... P. Wess.

6. Πρώτην μὲν ἑλὼν Νέαν πόλιν] Interpres Novam urbem. Mallem Neapolim retinuiſſet: namque ita Graecis Latiniſque dici adſolet oppidum hoc maritimum. Vid. Itiner. Anton. p. 493. & de Adrumeto ibid. p. 58. P. Wess.

9. Ἐλύμαν δὲ τὸν βασιλέα τῶν Λιβύων] Tametſi certum non habeam in tanta Codd. diſcordia illud reguli nomen, placuit tamen. Quia ſi Phoenicum ortus fuerit ſtirpe, haud injuria aeſtumaveris, ab uſu rerum & ſcientia ita dictum videri, ut Ἐλύμας ὁ μάγος, [illegible] in S. Lucae Act. Ap. C. xiii. 6. עלים ſapientem Arabum ſermone & [illegible] indicat. Sed hoc verum praeſtare nolim. P. Wess.

10. Ὑπό τε τῶν Ἀδρυμητινῶν &c.] Lectionem marginis amplector, ut probatiorem. L. Rhod.

Ὑπὸ τῶν Ἀδρυμητινῶν καὶ τῶν Καρχ. &c.] Mihi quoque Codd. eorum ſcriptura ſeſe probat, quam ſuam etiam in ſedem revocavi. Rhodomani ſi procederet opinio, ἀπὸ τῆς —— χώρας ſcribi ſatius fuerat. At χώρας vocabulum tot ſchedae cum jugulent, articulum τῶν, ſ[illegible] nunquam nulli hic rei, aliorſum proficiſci juſſi. P. Wess.

32. Θάψον εἷλε κατὰ κράτος] Thapſus non longe Adrumeto aberat, oppidum maritimum & Caeſaris victoria nobile. Vide Strabon. L. xvii. pag. 1191. & Hirtium de Bel. Afr. C. 79. P. Wess.

57. Καὶ τὸν Ἐλύμαν] Sic ſcripſi. Cenſ. C. 17. [illegible], quod veteribus in membranis, non laudo. Series ipſa de Agathocle omnia haec dici, clariſſime manifeſtat. P. Wess.

63. Βασιλεὺς Αὐτολέων τῶν Παιόνων βασιλεὺς] Tzetzes Chil. vi. 472. ex Diodoro Ἀνδόλλα vocat, tacetur librum, [illegible] ſimilem. Vulgatam ſcripturam Strabon à Ἀυταριεάτῳ, à Lyſimacho in Paeonum regnum, non ſine fraude tamen, reductus, conſtabilit apud Polyaen. L. iv. 12, 3. Quae vero Tzetzes ſubjungit de Xermodigeſto, qui Autoleontis theſauros in fluvii

μένος, ὅταν ἐπέλθῃ αὐτοῖς. Ἀγαθοκλῆς δὲ, βιβλιαφόρων αὐτῷ παραγεγενημένων ἀπὸ τοῦ Τύνητος, καὶ τὰ πεπραγμένα τοῖς Φοίνιξι διασαφούντων, εὐθὺς ἀνέστρεψεν. ὡς δ' ἀπεῖχε τῶν πολεμίων σταδίους διακοσίους, κατεστρατοπέδευσε, [a] καὶ τοῖς
760. στρατιώταις πυρὰ καίειν ἀπηγόρευσε. χρησάμενος δὲ νυκτοπορίᾳ, προσέπεσεν ἅμ' ἡμέρᾳ τοῖς τε προνομεύουσι τὴν χώραν, καὶ τοῖς ἐκτὸς τῆς παρεμβολῆς ἄνευ τάξεως πλανωμένοις. καὶ Φονεύσας μὲν ὑπὲρ τοὺς δισχιλίους, ζωγρήσας δ' οὐκ ὀλίγους, πολλὰ πρὸς τὸ μέλλον ἐπλεονέκτησεν. οἱ γὰρ Καρχηδόνιοι, τῆς ἐκ Σικελίας προσγενομένης βοηθείας, καὶ τῶν κατὰ Λιβύην συμμάχων συναγωνιζομένων, ἐδόκουν ὑπερέχειν τῶν περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα. τούτου δὲ τοῦ προτερήματος γενομένου, πάλιν συνεστάλη τὰ φρονήματα τῶν βαρβάρων. καὶ γὰρ [a] Ἐλύμαν τὸν βασιλέα τῶν Λιβύων ἀποστάτην γενόμενον ἐνίκησε μάχῃ, καὶ τόν τε δυνάστην καὶ πολλοὺς τῶν βαρβάρων ἀπεῖλε. καὶ τὰ μὲν περὶ Σικελίαν καὶ Λιβύην ἐν τούτοις ἦν.

Κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν, Κάσσανδρος μὲν βοηθήσας Αὐτολέοντι τῷ [b] τῶν Παιόνων βασιλεῖ διαπολεμοῦντι πρὸς Αὐταριάτας, τοῦτον μὲν ἐκ τῶν κινδύνων ἐρρύσατο, τοὺς δὲ Αὐταριάτας σὺν τοῖς ἀκολουθοῦσι παισὶ καὶ γυναιξὶν, ὄντας εἰς δισμυρίους, κατῴκισε περὶ τὸ καλούμενον [c] Ὀρβῆλον ὄρος. τούτου δὲ περὶ ταῦτ' ὄντος, κατὰ μὲν τὴν Πελοπόννησον Πτολεμαῖος ὁ στρατηγὸς Ἀντιγόνου δυνάμεις πεπιστευμένος, καὶ τῷ δυνάστῃ προσκόψας ὡς οὐ κατὰ τὴν ἀξίαν τιμώμενος, Ἀντιγόνου μὲν ἀπέστη, πρὸς δὲ Κάσσανδρον συμμαχίαν [d] ἐποιήσατο. καταλελοιπὼς δὲ τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ σατραπείας ἐπιστάτην Φοίνικα τῶν πιστοτάτων φίλων, ἀπέστειλεν αὐτῷ στρατιώτας, ἀξιῶν διαφυλάττειν τὰ φρούρια καὶ τὰς πόλεις, καὶ μὴ προσέχειν Ἀντιγόνῳ. τῶν δὲ κοινῶν συνθηκῶν τοῖς ἡγεμόσι περιεχουσῶν ἐλευθέρας ἀφεῖναι τὰς Ἑλληνίδας πόλεις, οἱ περὶ Πτολεμαῖον τὸν Αἰγύπτου δυνάστην ἐγκαλέσαντες Ἀντιγόνῳ, διότι φρουραῖς τινας διείληφε τῶν πόλεων, πόλεμον παρεσκευάζοντο. [e] καὶ τὴν μὲν δύναμιν ἐξαποστείλας Πτολεμαῖος καὶ στρατηγὸν Λεωνίδην, τὰς ἐν τῇ τραχείᾳ Κιλικίᾳ πόλεις οὔσας ὑπ' Ἀντίγονον ἐχειρώσατο. διεπέμπετο δὲ καὶ τὰς ὑπὸ Κάσσανδρον καὶ Λυσίμαχον πόλεις, ἀξιῶν συμφρονεῖν ἑαυτῷ, καὶ κωλύειν Ἀντίγονον ἰσχυρὸν γενέσθαι. ὁ δ' Ἀντίγονος τῶν υἱῶν Φίλιππον μὲν τὸν νεώτερον ἐξέπεμψεν ἐφ' Ἑλλήσποντον, διαπολεμήσοντα Φοίνικι καὶ τοῖς ἀφεστηκόσι, Δημήτριον δ' ἐπὶ Κιλικίαν. ὃς ἐνεργῶς ποιησάμενος τὴν στρατείαν, ἐνίκησε τοὺς τοῦ

cuperant. Quare cum tabellarii ex Tunete advenirent, & quae geſta eſſent a Poenis referrent, Agathocles e veſtigio regreditur. Ubi jam ducentis ab hoſte ſtadiis aberat, caſtra metatur, & militibus ne ignes accendant, interdicit. Arreptoque per noctem itinere, ſub initium diei in depopulantes agrum, & inordinatim extra caſtra palantes, irruit, & plus quam duobus millibus caeſis, captisque non paucis, magnos ad ſucceſſus futuros progreſſus fecit. Carthaginenſes enim ſubſidiis e Sicilia jam aucti, & ſociorum in Africa auxiliis confirmati, Agathocle ſuperiores eſſe putabantur. Sed poſt hunc Agathoclis ſucceſſum, animi Barbarorum rurſus infracti ſunt. Nam & Elymam Afrorum regem, qui deſciverat, praelio vicit, & principem cum magna Barbarorum multitudine occidit. Hic ergo Siciliae & Africae ſtatus tum erat. Olymp. CXVII. III.

19. Caeterum in Macedonia, Caſſander cum auxilium tuliſſet Autoleonti Paeonum regi, bellum gerenti cum Autariatis, illum e periculo exemit; & Autariatas cum liberis & uxoribus, quos in comitatu habebant, ad CCIƆƆ. CCIƆƆ. juxta Orbelum, quem vocant, montem collocavit. Dum his ille occupatur, in Peloponneſo dux Antigoni Ptolemaeus, cujus fidei exercitum ille commiſerat, principi ſuo infenſus, quod meritis honoribus non adficeretur, fidem Antigoni deſerit, & ſocietatem cum Caſſandro init. Reliquerat autem procuratorem Satrapiae ad Helleſpontum quendam ex fideliſſimis amicis Phoenicem. Huic milites tranſmittit, utque caſtella & urbes tueatur, nec Antigoni deinceps autoritatem ſequatur, monet. Erat in communi ducum foedere etiam hoc comprehenſum, ut Graecas urbes liberas dimitterent. Ideo Ptolemaeus Aegypti princeps Antigonum criminatus, quod oppida nonnulla praeſidiis muniiſſet, bellum ei moliebatur. Miſſisque cum Leonide praefecto copiis, aſperae Ciliciae urbes Antigono ſubjectas, poteſtatis ſuae faciebat. Ad urbes etiam Caſſandro & Lyſimacho addictas rogatum miſit, ut ſuam amplexae ſententiam, ne creſceret potentia Antigoni, prohiberent. Antigonus vero natu minorem filium Philippum cum Phoenice & defectoribus belligeratum, ad Helleſpontum miſit: ſed in Ciliciam Demetrium. Qui militiae ſuae munus ſtrenue

z Καὶ τοῖς στρατιώταις Reg. 1. a Ἐλύμαν Reg. 1. & ora Steph. Ἀλύμαν vulgo. Statim ἐνίκησε καὶ Id. Reg. & Vat. tum poſt pauca ἀπέκτεινε idem cum Reg. 2. b Deſideratur in Baſil. & Reg. 2. Ceterum in utroque Αὐτολέοντι. c Ὀρβῆλον Reg. 2. Baſil. Venet. & ora Steph. In Edd. Ὀρβιτανὸν abſurde. d Συνετάξατο in Steph. marg. ex Reg. 1. tum ἐφ' Ἑλλησπόντῳ idem. e Καὶ τότε τὴν Reg. 1.

fluvii Sargentii alveo abſconditos Lyſimacho indicarit, ea haud ſcio an depromta magnam partem ſint ex Decebali ſimili inſtituto, de quo Xiphilinus in Trajano. Quaeram alias diligentius. P. Wess.

65. Τοὺς δὲ Αὐταριάτας — κατῴκισε] Tacet de ranis, quarum multitudine Autariatas diceunt patrio ſolo excedere fuerant. Vide notis in L. iii, 30. & Athen. L. viii. p. 333. A.; nam operarum illic errore Athen. p. 383. videbis. P. Wess.

67. Περὶ τὸ καλούμενον Ὀρβῆλον ὄρος] Longe ineptiſſimum Ὀρβιτανὸν erat ὄρος, nuſquam terrarum lectum; quo magis miror in eo perſuaſo obdurare doctiſſimos potuiſſe viros, H. Steph. & L. Rhodomannum. Quanto melius ΟΡΒΗΛΟΝ ὄρος, ex librariorum quadam inconſiderantia in ΟΡΒΗΛΟΝ converſum? Magno is mons tractu inter Moeſiam & Macedoniam porrigebatur, docentibus Strabone L. vii. p. 502. Antipatro in Epigram. Anthol. L. vi. p. 569. & Ptolem. L. iii. 9. Bene ergo Juſtinus L. xv, 2. Caſſander veritus ne Macedoniam occuparent (Autariatae) facta pactione in ſocietatem eos recipit, agroſque iis ultimos Macedoniae adſignat. Vidit hanc loci maculam & dextre abluit Celeb. Barbeyracius Hiſt. Pact. & Foeder. Part. 1. pag. 254. Accipe aliud genus. De Philippo Polyaen. ἐνέβαλεν εἰς τὴν Ἀρβηλίων χώραν· ἡ δὲ ἦν φαραγγώδης καὶ δύσβατος, Strateg. L. iv, 2, 16. Quaerunt viri docti, qui tandem Arbelii illi? Nihil Caſaubonus decernit, Maaſvicius Ἀργιλίων corrigit. At Ἀργιλίων poſt pauca illi ipſi dicuntur; qui quidem titulus Argilis non convenit, Graecis & Andriorum colonis. Tu mecum τὴν Ὀρβηλίων χώραν ſubſtitue, & difficultas evaneſcet omnis. A monte accolae Ὀρβήλιοι & regio Ὀρβηλία, quomodo Ptolemaeus L. iii, 13 pag. 93., dicebantur. Barbari erant, quippe Thracum originis, ſilvaſque & ſaltus incolebant. P. Wess.

73. Τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ σατραπείας &c.] Haec erat Ptolemaei iſtius praefectura, ſicuti ex Memnone in Photii Biblioth. p. 709. alias oſtendi. P. Wess.

82. Καὶ στρατηγὸν Λεωνίδην] Meminit ejus Suidas in Δημήτριος ὁ Ἀντιγόνου. Statim διεπέμπετο δὲ πρός τε τὰς ὑπὸ &c. citra dubium ſcripſit Diodorus, quod Rhodomannum minime fugit. P. Wess.

90. Τοῦ

Olymp. CXVII. III.

ſtrenue exſequens, & Ptolemaei duces vicit, & urbes recuperavit.

20. Dum iſta peraguntur, Polyſperchon in Peloponneſo agens, dum in crimen vocat Caſſandrum, & Macedonum imperium rurſus affectat e Pergamo Herculem Barſines accerſit. Is Alexandri filius erat, & Pergami educabatur, jam circiter XVII. annos natus. Polyſperchon igitur ſaepenumero ad hoſpites ſuos privatos & Caſſandri inimicos miſſitans, ut adoleſcentem in regnum paternum reducerent, orabat. Per literas etiam ad rempublicam Aetolorum miſſas rogaverat, ut ſuppeditatis copiis, in ſocietatem expeditionis venirent, multo ampliorem ſe gratiam, ſi reſtitutionem in regnum paternum pueri adjuvarent, retributurum, pollicitus. Dumque e ſententia res eveniunt, & Aetoli ſe poſtulatis attemperant, multi inſuper alii ad reditum novi regis confluunt, ſummatim ſupra 743. CIↃↃ. CIↃↃ. peditum, nec infra CIↃ. equitum congregantur. Et Polyſperchon in belli apparatum incumbens, pecunias colligit, ad Macedones etiam amice affectos, qui auxilia peterent, mittit.

21. Interea Ptolemaeus, jam Cypri urbes ſub ditione habens, poſtquam a Nicocle Paphiorum rege, occultam cum Antigono amicitiam fuiſſe initam, ex relatu quorundam cognovit, ex amicorum numero Argaeum & Callicratem, cum mandatis de tollendo Nicocle, miſit. Magnopere enim metuebat, ne qui alii etiam ad mutationem properarent; cum plurimos jam antea viderent defeciſſe. Illi ergo in Inſulam profecti, a Menelao exercitus praefecto militibus acceptis, domum Nicoclis circumſiſtunt, & expoſito regis decreto, ut vita ſe abdicaret, imperant. Qui ad diluendum quae objiciebantur, primum ſe convertit; Aſt ubi nemo attendit, ſibi manus infert. Axiothea Nicoclis uxor, audita viri morte, filias ſuas adhuc virgines, jugulat, ne quis hoſtium ſibi illas mancipet, fratrumque Nicoclis conjuges, ut una cum ipſa mortem oppetant, inſtigat: Cum tamen nihil acerbi in eas feminas ſtatuiſſet Ptolemaeus, ſed incolumitatem illis conceſſiſſet. Quamobrem regia tam improviſis repleta caedibus & infortuniis, fratres Nicoclis, foribus aedium occluſis, domoque ſuccenſa, mortem cruentam ſibi ipſi conſcivere. Ita familia regum Paphiorum, tragicis oppreſſa calamitatibus, abolita fuit.

Πτολεμαίου στρατηγούς, καὶ τὰς πόλεις ἀνεκτήσατο.

Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Πολυσπέρχων περὶ Πελοπόννησον διατρίβων, καὶ Κασσάνδρῳ μὲν ἐγκαλῶν, τῆς δὲ Μακεδόνων ἡγεμονίας [f] πάλιν ὀρεγόμενος, ἐκ Περγάμου μετεπέμψατο τὸν ἐκ Βαρσίνης Ἡρακλέα, ὃς ἦν Ἀλεξάνδρου μὲν υἱός, τρεφόμενος δ' ἐν Περγάμῳ, τὴν δ' ἡλικίαν περὶ ἑπτακαίδεκα ἔτη γεγονώς. 761. ὁ δ' οὖν Πολυσπέρχων διαπέμπων πολλαχοῦ πρὸς τοὺς ἰδιοξένους καὶ τοὺς ἀλλοτρίως διακειμένους πρὸς Κάσσανδρον, ἠξίου κατάγειν τὸ μειράκιον ἐπὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν. [g] ἔγραψε δὲ καὶ πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Αἰτωλῶν, ἀξιῶν δύναμίν τε δοῦναι καὶ συστρατεύειν, ἐπαγγελλόμενος πολλαπλασίους χάριτας ἀποδώσειν, ἐὰν συγκαταγάγωσι τὸ μειράκιον ἐπὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν. τῶν δὲ πραγμάτων αὐτῷ κατὰ νοῦν γινομένων, [h] προθύμως θ' ὑπακουσάντων τῶν Αἰτωλῶν, καὶ πολλῶν ἄλλων συντρεχόντων ἐπὶ τὴν κάθοδον τοῦ βασιλέως, οἱ σύμπαντες ἠθροίσθησαν, πεζοὶ μὲν ὑπὲρ τοὺς δισμυρίους, ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους χιλίων. καὶ Πολυσπέρχων μὲν περὶ τὰς εἰς τὸν πόλεμον παρασκευὰς γινόμενος, χρήματά τε συνῆγε, καὶ πρὸς τοὺς οἰκείως ἔχοντας τῶν Μακεδόνων διαπεμπόμενος ἠξίου συνεργεῖν.

Πτολεμαῖος δὲ τῶν ἐν Κύπρῳ πόλεων κυριεύων, ἐπειδὴ τινῶν ἐπύθετο Νικοκλέα τὸν βασιλέα τῶν Παφίων ἐν ἀπορρήτοις ἰδίᾳ πρὸς Ἀντίγονον συντεθεῖσθαι φιλίαν, ἔπεμψε τῶν φίλων Ἀργαῖον καὶ Καλλικράτην, προστάξας αὐτοῖς ἀνελεῖν τὸν Νικοκλέα. πάνυ γὰρ εὐλαβεῖτο, μὴ καὶ τῶν ἄλλων τινὲς ὁρμήσωσι πρὸς μεταβολήν, [i] ὁρῶντες ἀθρόως γεγονότας τοὺς πρότερον ἀφεστηκότας. οὗτοι μὲν οὖν πλεύσαντες εἰς τὴν νῆσον, καὶ παρὰ Μενελάου τοῦ στρατηγοῦ στρατιώτας λαβόντες, περιέστησαν τὴν οἰκίαν τοῦ Νικοκλέους, καὶ τὰ δόξαντα τῷ βασιλεῖ δηλώσαντες, προσέταξαν ἑαυτὸν ἀπαλλάξαι τοῦ ζῆν. ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον πρὸς τὴν ἀπολογίαν ἐτρέπετο τῶν ἐγκαλουμένων· ὡς δ' οὐδεὶς προσεῖχεν, ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν. Ἀξιοθέα δὲ ἡ γυνὴ τοῦ Νικοκλέους, ἀκούσασα τὴν [k] τοῦ ἀνδρὸς τελευτήν, τὰς μὲν θυγατέρας τὰς ἑαυτῆς παρθένους οὔσας ἀπέσφαξεν, ὅπως [l] μηδεὶς αὐτῶν πολέμιος κυριεύσῃ· τὰς δὲ τῶν ἀδελφῶν τοῦ Νικοκλέους γυναῖκας προετρέψατο μεθ' ἑαυτῆς ἑλέσθαι τὸν θάνατον, [m] οὐδὲν συντεταχότος Πτολεμαίου περὶ τῶν γυναικῶν, ἀλλὰ συγκεχωρηκότος αὐταῖς τὴν ἀσφάλειαν. τῶν δὲ βασιλείων πεπληρωμένων φόνων καὶ συμπτωμάτων ἀπροσδοκήτων, οἱ τοῦ Νικοκλέους ἀδελφοὶ συγκλείσαντες τὰς θύρας, τὴν μὲν οἰκίαν ἐνέπρησαν, ἑαυτοὺς δ' ἀπέσφαξαν. ἡ μὲν οὖν τῶν ἐν Πάφῳ βασιλέων [n] οἰκία τραγικοῖς συγκυρήσασα πάθεσι, τὸν εἰρημένον τρόπον

f Πάλαι ora *Steph.* ex *Reg.* 1, quo non indigemus. g Deſunt *Baſil.* uſque τῶν δὲ πραγ. h Προθύμως τ' ἀκουσάντων idem. i Ὁρῶν *Baſil.*, ὡς ἀθρόως γεγονότας οὐ ῥᾴδιον ἐν πάλαι συλληφθέν. ὄντας *Reg.* 1. & ora *Steph.* k Deeſt articulus *Reg.* 2. *Baſil.* l Μηδεὶς *Baſil.* m Οὐδὲν ἐν *Reg.* 2. *Baſil.* n Συγχέουσα margo *Steph.* ex *Reg.* 1.

96. Τὸν ἐκ Βαρσίνης Ἡρακλέα] *Freinſhemium* ad L. x, 6, 11. Curtii conſule. P. Wess.

17. Νικοκλέα τὸν βασιλέα τῶν Παφίων] Auctor Indicis hujus libri Νικοκρέοντα vocavit, neque alius profecto eſt ac *Nicocreon*, quem Paphiorum regem Ptolemaeus Cypro ducem ſuperioris libri C. 89. impoſuiſſe traditur. Sed is & *Nicocles* & *Nicocreon* vero nomine dicebatur. Illud hic iteratur ſaepius eſtque in *Polyaeni* L. VIII. 48. & *Athen.* L. VIII, 11. p. 352. hoc dabit idem *Athen.* ibid. pag. 349. F. Quin Ἀριστοκρέων *Origeni* eſt L. VII. C. Celſ. p. 733., ſed forſan memoriae parum fidae peccato. Vide magnum *Animadverſorem* ad *Athen.* L. VIII, 9. &, quem is ſuo merito laudavit, *P. Leopard.* L. 1. Emend. C. 10. P. Wess.

22. Ὁρῶντες ἀθρόως γεγονότας &c.] Tolerari haec poſſunt. Haud ſcio tamen, an meliora ſint habenda, quae *Reg. pr.* liberaliter offert: talia certe, quae ab inſcito amanuenſi non exſpectes. P. Wess.

29. Ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν] *Polyaenus* dict. loc. ἑαυτὸν ἀνεσκόλοπισεν, genus mortis clarius exponens. Addit de Axiothea ejuſque & cognatarum tragico exitu plura, quae ibi legi malim. Id tamen monere abſurdum non fuerit, apud *Athenaeum* L. VIII. p. 349. F. Nicocreontis uxorem Βιοθέαν nomine inſignem eſſe, idque ab eruditiſſimo *P. Leopardo* defendi quodam Ovidiano in Ibin verſu. Mihi alia mens. *Ovidii* is verſ. 517. aliorſum ſpectat, Bioteaeque exitum deſcribit, docente *Salvagnio*. Nicocreontis uxor omnibus aliis Axiothea eſt. Lege ergo in *Macedonis* apud *Athen.* fragmento Ἡ Νικοκρέοντ☉ εἰκὼν Ἀξιοθέα Γυνὴ μάλα πανδίτω &c. Reguli nomen, ut correxit *Leopardus*, firmant Eclogae Hoeſchelianae, quas magnus *Animadverſor* vidit, reginae vero, ſcriptores, quos memoravi. Vitii, ne id negligam, origo praecedenti εἰκὼν debetur, quod primam literam voci ablatam ſibi vindicavit, nobiſque Βιοθέαν pro Ἀξιοθέα

πῃ κατελύθη. Ἡμεῖς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τῶν γε-
762. γονότων [o] διελθόντες, ἐπὶ τὰς συνεχεῖς πράξεις μεταβιβάσομεν τὸν λόγον.

Περὶ γὰρ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐν τῷ Πόντῳ μετὰ τὴν Παρυσάδου τελευτὴν, ὃς ἦν βασιλεὺς τοῦ Κιμμερικοῦ Βοσπόρου, διήνεγκαν οἱ παῖδες αὐτοῦ διαπολεμοῦντες πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας, Εὔμηλός τε καὶ Σάτυρος καὶ Πρύτανις. τούτων δὲ ὁ μὲν Σάτυρος ὢν πρεσβύτερος παρὰ τοῦ πατρὸς παρειλήφει τὴν ἀρχὴν, βεβασιλευκότος ἔτη τριάκοντα ὀκτώ· ὁ δ' Εὔμηλος φιλίαν συνθέμενος πρός τινας τῶν πλησιοχώρων Βαρβάρων, καὶ δύναμιν ἁδρὰν ἠθροικὼς, ἠμφισβήτει τῆς βασιλείας. ἃ δὴ πυθόμενος ὁ Σάτυρος, ἀνέζευξεν ἐπ' αὐτὸν μετὰ δυνάμεως ἁδρᾶς, καὶ διαβὰς τὸν [p] Θάψιν ποταμὸν, ἐπειδὴ πλησίον ἐγένετο τῶν πολεμίων, τὴν μὲν παρεμβολὴν ταῖς ἁμάξαις περιέλαβεν, αἷς ἦν κεκομικὼς τὰς ἀγορὰς οὔσας παμπληθεῖς, τὴν δὲ δύναμιν ἐκτάξας, αὐτὸς κατὰ μέσην ὑπῆρχε τὴν φάλαγγα, καθάπερ ἐστὶ Σκύθαις νόμιμον. συνεστρατεύοντο δ' αὐτῷ μισθοφόροι μὲν Ἕλληνες οὐ πλείους τῶν [q] δισχιλίων, καὶ Θρᾷκες ἴσοι τούτοις· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ὑπῆρχον σύμμαχοι Σκύθαι, πλείους τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους μυρίων. τῷ δ' Εὐμήλῳ συνεμάχει μὲν [r] Ἀριοφάρνης ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς, ἱππεῖς μὲν ἔχων δισμυρίους, πεζοὺς δὲ δισχιλίους πρὸς τοῖς δισμυρίοις. γενομένης δὲ μάχης ἰσχυρᾶς, Σάτυρος μὲν ἔχων περὶ ἑαυτὸν ἐπιλέκτους ἄνδρας, ἱππομαχίαν συνεστήσατο πρὸς τοὺς περὶ Ἀριοφάρνην ἀφεστηκότας κατὰ μέσην τὴν τάξιν. καὶ πολλῶν παρ' ἀμφοτέροις πεσόντων, τέλος ἐκβιασάμενος ἐτρέψατο τὸν βασιλέα τῶν Βαρβάρων. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπέκειτο, φονεύων τοὺς ἀεὶ καταλαμβανομένους· μετ' ὀλίγον δὲ πυθόμενος τὸν ἀδελφὸν Εὔμηλον προτερεῖν περὶ τὸ δεξιὸν κέρας, καὶ τοὺς παρ' αὐτοῦ μισθοφόρους τετράφθαι, τοῦ μὲν διώκειν ἀπέστη, παραβοηθήσας δὲ τοῖς ἡττημένοις, καὶ τὸ δεύτερον αἴτιος γενόμενος τῆς νίκης, ἅπαν ἐτρέψατο τῶν πολεμίων τὸ στρατόπεδον, ὥστε πᾶσι γενέσθαι φανερὸν, ὅτι καὶ κατὰ γένος καὶ κατ' ἀρετὴν προσῆκον ἦν αὐτῷ διαδέξασθαι τὴν πατρῴαν βασιλείαν.

Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀριοφάρνην καὶ τὸν Εὔμηλον λειφθέντες ἐν τῇ μάχῃ συνέφυγον εἰς τὰ βασίλεια. ταῦτα δ' ἔκειτο μὲν περὶ τὸν [s] Θάψιν ποταμὸν, ὃς περιρρέων αὐτὰ, καὶ βάθος ἔχων ἱκανὸν, ἐποίει δυσπρόσιτον· περιείχετο δὲ κρημνοῖς μεγάλοις, ἔτι δ' ὕλης πλήθει τὰς πάσας εἰσβολὰς δύο ἐχούσης χειροποιήτους. ὧν ἡ μὲν ἦν ἐν αὐτοῖς τοῖς βασιλείοις, ὠχυρωμένη πύργοις ὑψηλοῖς καὶ προτειχίσμασιν· ἡ δὲ [t] καθ' ἑτέρου μέρους ἐν ἕλεσιν ὑπῆρχε, φρουρου-
763. μένη ξυλίνοις [v] ἐρύμασι διεστυλωμένοις δ' οἴκοις, ὑπερ-

Nos vero promiſſam rerum narrationem exſecuti, ad reliqua dehinc geſta ſtylum transferemus. Olymp. CXVII. III.

22. Per id tempus in Ponto, poſt obitum Paryſadae, qui Boſpori Cimmerici rex fuerat, Eumelus, Satyrus, & Prytanis, ejus filii, de principatu inter ſe contenderunt. Horum natu maximus Satyrus imperium a patre acceperat, quod ille per XXXIIX. annos geſſerat. Eumelus autem cum Barbaris quibuſdam finitimis amicitiam pactus, de regno fratri controverſiam movit. De quo Satyrus certior factus, cum numeroſa adverſus illum manu contendit, & ſuperato Thapſi fluvio, ubi caſtris hoſtium approximaverat, plauſtris, quibus maximam commeatus vim advexerat, caſtra circumdedit, inſtructaque acie, ipſe medium, ut Scytharum mos habet, agmen obtinebat. Militabant vero ipſi mercenariorum e Graecia duo millia, haud plures, Thraceſque totidem. Caeteri omnes Scythae erant auxiliares, ſupra viginti millia & decem equitum millibus haud pauciores. Eumelum Ariopharnes rex Thracum adjuvabat, vicies mille equites, & viginti duo millia peditum habens. Commiſſo igitur praelio quam acerrimo, Satyrus qui circum ſe delectos habebat viros, equeſtre init praelium cum Ariopharne, in acie media ſibi oppoſito. Et poſtquam multi utrinque ceciderant, vi tandem perrumpens, regem Barbarorum in fugam convertit; Ac primum hoſti incumbens, obvium quemque trucidat. Poſt ubi fratrem Eumelum in dextro cornu vincere, ſuosque mercenarios terga vertiſſe intellexit, a perſecutione deſiſtit, & profligatis ſuccurrens, iterum victoriam parit; totumque hoſtium agmen fundit fugatque; ita ut omnibus planum fieret, jure ad ipſum tum propter aetatem, tum etiam virtutem, pertinere in regno paterno ſucceſſionem.

23. Ariopharnes vero & Eumelus praelio ſuperati in regiam confugere. Haec ſita erat ad Tha- 744.
pſin fluvium; qui circumfluens eam, cum altae ſit profunditatis, difficillimum aditum concedebat. Praecipitia illam ardua cingebant, ſylvaeque conſertae, quae duos omnino ingreſſus, & quidem manu factos habebant. Quorum unus ad ipſam patebat regiam, turribus excelſis & propugnaculis obfirmatus. Alter ex diverſa parte in paludibus

o Διαλαβόντες iterum ex Reg. 1. ora Steph. ſtatim ἀπαγγ. praeſtabat. p Θάτιν in marg. Steph. Baſil. Vat. Ven. q Χιλίων ad Steph. marg. ex Reg. 1. r Ἀριοφάρνης ſemper, nimis tamen Graece, Reg. 1. Ἀριφάρνης Vat. Reg. 2. ubique & Baſil. s Θάτιν cum Steph. ora Baſil. Vat. Venet. Paullo ante ἱκανὸν Reg. 1. mox δυσπρόσοδον commodum foret. t Καθ' ἕτερον μέρος Reg. Id. v Πώμασι Steph. margo & Reg. 1., qui ſtatim διεστύλωτο, ὑπερῷον δὲ, at Reg. ſec. διεστύλωτο δ' οἴκοις.

διὰ reliquit. P. Wess.

52. Βεβασιλευκότος ἔτη τριάκοντα ὀκτὼ] Non aliter L. XVI, 52. At enim Paryſades regni habenas capeſſiverat anno Olymp. CVII. quarto: itaque ante annum, cujus geſtae res hoc recenſentur loco, fatis conceſſit. P. Wess.

57. Διαβὰς τὸν Θάψιν ποταμὸν] Nec hoc fluvii nomen, neque Θάτιν, prout in quibuſdam dicitur membranis, juſtum videtur. Mutemus literarum ordinem, refingamusque Φάσιν, quod flumen, in Maeotidem ſeſe evolvens, ex Palat. & Caſin. ſchedis dabit Ptolemaeus L. V. 9. pag. 149. Mecum ſentit conſultiſſimus Barbeyracius Hiſt. Foed. Part. I. pag. 256. P. Wess.

61. Καθάπερ ἐστὶ Σκύθαις νόμιμον] Credo & morem innui, quo rex mediam aciem curabat, quoque caſtra plauſtris circumdabantur. Deſcribit poſteriorem diligenter Paullus Piaſecius, Polonis ſuis in hunc diem Tabor id genus adpellari admonens, Chronic. Rer. Geſt. p. 333. & ſeqq. P. Wess.

85. Λειφθέντες ἐν τῇ μάχῃ] Abſentiam praepoſitionis deſiderare noli. Joſephus Belli Jud. L. I, 6, 2. ἀλλ' ἐν τῇ πρώτῃ συμβολῇ λειφθεὶς εἰς Ἱεροσόλυμα συνελαύνεται. Adde Raphelii ex Polybio obſervat. in S. Jacobi Epiſt. C. I, 4. Porro regiam ad flumen Thapſin ſeu Pſathin potius, eruditiſſimus Barbeyracius ſuſpicatur in urbe fuiſſe, quae Ptolemaeo, eidem fluvio accubans, Anchis eſt. Mihi non liquet. P. Wess.

760. occupatur. Tubae claſſicum canunt: acies utrinque jubilant, naveſque terribili modo ad conflictum procurrunt. Atque initio arcubus & petrariis balliſtis, frequentibus etiam jam jaculis, res geritur, & multi miſſilibus expoſiti vulnerantur. Deinde cum navibus approximantes jam violento impetu concurſurae eſſent, qui in foris ſtabant haſtas pariter demiſſas protendere, & remiges Celeuſtarum hortatu alacrius incumbere. Jamque violento roboris nixu impulſae naves erant: cum partim remos inter ſe detergere, ut ad fugam & inſecutionem inutiles redderentur, & claſſiariorum, ſi ad ſtrenuam ſui defenſionem converterentur, impetum in conflictu cohiberent: partim roſtris in proram illiſis, puppes ad repetendum inflictum agere retrorſum. Propugnatores interim ſuper illis conſtituti, vulneribus ſe mutuis impetere, quod ſingulis in propinquo ſcopus eſſet. Nonnulli trierarcharum feriunt ex obliquo, roſtriſque indivulſim adhaereſcentibus in naves hoſtium inſiliunt, & invicem nunc damna inferunt, nunc accipiunt. Nonnulli enim prenſatis navium lateribus, dum tranſcenſu aberrant, in mare praecipites ruunt, & confeſtim ſuperadſtantium haſtis transverberantur. Quidam conatus ſui compotes facti, alios perimunt, alios in arctum compulſos in ſalum deturbant. Summatim, variae & repentinae pugnae vices erant: dum non raro victi ſuperiores, ob navium altitudinem, exſiſtunt; & victores propter ſtatum humiliorem, & rerum, quae in hujuſmodi periculis contingere ſolent, inaequalitatem, premuntur. In certaminibus enim, quae terra geruntur, manifeſte virtus apparet, cum nullo interturbante caſu fortuito, primas conſequi poſſit: At in pugnis navalibus, multae variis modis cauſae eveniunt, quae faciunt, ut qui virtutis ſuae jure optimo victoriam alias reportarent, nec opinato ſuccumbant.

52. Inter caeteros vero cunctos praeclariſſime Demetrius, in puppi hepteris conſiſtens, decertabat. Cum enim globatim ſe hoſtes circumfunderent, alios jaculis eminus petendo, alios haſta cominus feriendo, ſternebat. Multis ſane variiſque telis impetebatur: Sed ea tum providendo decli-

ξιν ποιησάμενος τὸ λαιὸν κέρας διακατεῖχε, συναγωνιζομένων αὐτῷ τῶν μεγίστων σκαφῶν. τοιαύτης δὲ τῆς διατάξεως γινομένης, εὐχὰς ἑκάτεροι τοῖς θεοῖς ἐποιοῦντο, καθάπερ ἦν ἔθος, διὰ τῶν [x] κελευστῶν, συνεπιλαβομένου καὶ τοῦ πλήθους τῇ φωνῇ.

Οἱ δὲ δυνάσται, ὡς ἂν περὶ τοῦ βίου καὶ τῶν ὅλων μέλλοντες διακινδυνεύειν, ἐν ἀγωνίᾳ πολλῇ καθειστήκεισαν. Δημήτριος μὲν οὖν τῆς ἐναντίας ἀποχὼν [y] ὡς ἂν τρεῖς σταδίους, ἦρε τὸ συγκείμενον πρὸς μάχην σύσσημον, ἀσπίδα κεχρυσωμένην, φανερὰν πᾶσιν ἐκ διαδοχῆς. τὸ παραπλήσιον δὲ καὶ τοῦ περὶ Πτολεμαῖον ποιήσαντος, ταχὺ τὸ διεῖργον διάστημα συνῃρέθη. ὡς δ᾽ αἵ τε σάλπιγγες τὸ πολεμικὸν ἐσήμαινον, καὶ συνηλάλαξαν αἱ δυνάμεις ἀμφότεραι, φερομένων ἁπασῶν τῶν νεῶν εἰς ἐμβολὴν καταπληκτικῶς, τὸ μὲν πρῶτον τοῖς τόξοις καὶ τοῖς πετροβόλοις, ἔτι δὲ τοῖς ἀκοντίσμασι πυκνοῖς χρώμενοι κατετραυμάτιζον τοὺς ὑποπίπτοντας. εἶτα συνεγγισάντων τῶν σκαφῶν, καὶ μελλούσης γίνεσθαι τῆς ἐμβολῆς βιαίου, οἱ μὲν ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων συνέκαμψαν, οἱ δ᾽ ἐρέται παρακληθέντες ὑπὸ τῶν κελευστῶν, ἐκθυμότερον ἐνέκειντο. ἀπὸ κράτους δὲ καὶ βίας ἐλαυνομένων τῶν νεῶν, αἱ μὲν παρέσυρον ἀλλήλων τοὺς ταρσούς, ὥστε πρὸς φυγὴν καὶ διωγμὸν ἀχρήστους γίνεσθαι, καὶ τοὺς ἐπιβεβηκότας ἄνδρας, ὡρμηκότας πρὸς ἀλκήν, κωλύεσθαι τῆς πρὸς τὸν κίνδυνον ὁρμῆς· αἱ δὲ κατὰ πρῴραν τοῖς ἐμβόλοις [z] συρραγεῖσαι, πρύμναν ἀνεκρούοντο πρὸς ἄλλην ἐμβολήν, καὶ κατετραυμάτιζον ἀλλήλους οἱ ταύταις ἐφεστῶτες, ἅτε τοῦ σκοποῦ σύνεγγυς ἑκάστοις κειμένου. τινὲς δὲ τῶν τριηράρχων ἐκ πλαγίας ἔτυπτον καὶ τῶν ἐμβόλων δυσαποσπάστως ἐχόντων, ἐπεπήδων ἐπὶ τὰς τῶν πολεμίων ναῦς, πολλὰ καὶ πάσχοντες δεινὰ καὶ διατιθέντες. οἱ μὲν γάρ, τῶν [a] ἐγγιζόντων τοίχων ἐφαψάμενοι καὶ σφαλέντες τῆς βάσεως, περιέπιπτον εἰς θάλατταν, καὶ παραχρῆμα τοῖς δόρασιν ὑπὸ τῶν ἐφεστώτων ἐφονεύοντο· οἱ δέ, κρατήσαντες τῆς ἐπιβολῆς, τοὺς μὲν ἀνῄρουν, τοὺς δὲ κατὰ τὴν στενοχωρίαν ἐκβιαζόμενοι περιέτρεπον εἰς τὸ πέλαγος. ὅμως δὲ ποικίλαι καὶ παράλογοι συνίσταντο μάχαι, πολλάκις τῶν μὲν ἡττόνων ἐπικρατούντων διὰ τὴν τῶν σκαφῶν ὑπεροχήν, τῶν δὲ κρειττόνων θλιβομένων, διὰ τὸ περὶ τὴν στάσιν ἐλάττωμα, καὶ τὴν ἀνωμα- 788.
λίαν τῶν συμβαινόντων ἐν τοῖς τοιούτοις κινδύνοις. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἀγώνων διάδηλος ἡ ἀρετὴ γίνεται, δυναμένη τυγχάνειν τῶν πρωτείων, μηδενὸς ἔξωθεν αὐτομάτου παρενοχλοῦντος· κατὰ δὲ τὰς ναυμαχίας, πολλὰς καὶ ποικίλας αἰτίας συμβαίνει παραλόγως ἐλαττοῦν τοὺς δι᾽ ἀνδρείαν δικαίως ἂν τυχόντας τῆς νίκης.

Λαμπρότατα δὲ πάντων Δημήτριος ἠγωνίσατο, τῆς ἑπτήρους ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ τῇ πρύμνῃ. ἀθρόων γὰρ αὐτῷ περιχυθέντων, οὓς μὲν ταῖς λόγχαις ἠκόντιζεν, οὓς δ᾽ ἐκ χειρὸς τῷ δόρατι τύπτων ἀνῄρει· πολλῶν δὲ καὶ παντοίων βελῶν ἐπ᾽ αὐτὸν φερομένων, ἃ μὲν προορώμενος ἐξέκλινεν, ἃ δὲ τοῖς σκε-

x Ἐπικελευστῶν Reg. 1. & ora Steph. y Ὡσεὶ τριῶν Reg. 1. z Συῤῥαγεῖσαι Reg. 2. Basil. Statim ἐπιφερομένην Reg. 1., male. a Μελλόντων Reg. 2. Basil. Ven. Vat. ora Steph.

ad *Arriani* L. VI, 2. p. 237. & Scheffer. Milit. Nav. IV, 5. P. Wess.

22. Καθάπερ ἦν ἔθος, διὰ τῶν κελευστῶν] De *portiſculi* ſive celeuſtae officio quaedam Ill. *Scaliger* ad *Varron.* Conject. pag. 188., plura *Jo. Schefferus* Milit. Nav. L. IV, 7., ſed neuter notabilem hunc morem attigit. P. Wess.

28. Ἦρε τὸ — σύσσημον, ἀσπίδα κεχρυσωμένην] Vid. L. XIII, 46. Lacedaemonii praelio ad Aegos flumen σημεῖον μέλλοντες αἴρειν χαλκῆν ἀσπίδα in *Polyaeni* L. 1, 45, 2. P. Wess.

39. Οἱ μὲν .... συνέκαμψαν] Cl. *Rhodomanus* in notat. ſuarum *Addend.* videri omiſſum ait τὰ δόρατα, quam in verſione conjecturam ſecutus eſt: non refragabor, niſi ſi in genua eos ſeſe demiſiſſe velis. P. Wess.

59. Ὅμως δὲ ποικίλαι] Vide num ὁμοῦ, an vero, quod malim, ὅλως, huc magis quadret. L. Rhod.

Ὅμως δὲ ποικίλαι] Habes ſimilem particulae ejus uſum L. 1, 75. p. 85. in vulgatis certe libris: quam pari modo immutatum ivit *Rhodomanus*. Ego vero ὅμως reſtitui fide meliorum membranarum. Ὅμως hic praefero. P. Wess.

96. Καὶ Βηρίχα] Locum *Burichus* tenuit inter Demetrii adulatores,

ὑπασπιστικοῖς ὅπλοις ἐδέχετο. τριῶν δ' ὑπασπιζόντων αὐτόν, εἷς μὲν λόγχῃ πληγεὶς ἔπεσεν, οἱ δὲ δύο κατετραυματίσθησαν. τέλος δὲ τοὺς ἀντιστάντας ὁ Δημήτριος ἐκβιασάμενος, καὶ τροπὴν τοῦ δεξιοῦ κέρατος ποιήσας, [b] εὐθὺς καὶ τὰς συνεχεῖς φυγεῖν ἠνάγκασε. Πτολεμαῖος δὲ [c] καὶ τὰ μέγιστα τῶν σκαφῶν καὶ τοὺς κρατίστους ἄνδρας ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ, ῥᾳδίως ἐτρέψατο τοὺς καθ' αὑτὸν τεταγμένους, καὶ τῶν νεῶν ἃς μὲν [d] κατέδυσεν, ἃς δὲ αὐτάνδρους εἷλεν. ἀναστρέφων δ' ἀπὸ τοῦ νικήματος, ἤλπιζε καὶ τὰς ἄλλας ῥᾳδίως χειρώσασθαι. θεωρήσας δὲ τό, τε εὐώνυμον κέρας τῶν ἰδίων συντετριμμένον, καὶ τὰς συνεχεῖς ἁπάσας πρὸς φυγὴν ὡρμημένας, ἔτι δὲ τοὺς περὶ τὸν Δημήτριον μετὰ βάρους ἐπιφερομένους, ἀπέπλευσεν εἰς Κίτιον. Δημήτριος [e] δὲ νικήσας τῇ ναυμαχίᾳ, τῷ μὲν Νέωνι καὶ Βουρίχῳ παρέδωκε τὰ στρατιωτικὰ τῶν πλοίων, προστάξας διώκειν, καὶ τοὺς ἐν τῇ θαλάττῃ διανηχομένους ἀναλαμβάνειν· αὐτὸς δὲ τὰς ἰδίας ναῦς κοσμήσας τοῖς ἀκροστολίοις, καὶ τὰς ἁλούσας ἐφελκόμενος, τὸν πλοῦν ἐποιεῖτο πρὸς τὸ στρατόπεδον καὶ τὸν οἰκεῖον λιμένα. κατὰ δὲ τὸν τῆς ναυμαχίας καιρὸν Μενέλαος, ὁ ἐν τῇ Σαλαμῖνι στρατηγός, πληρώσας τὰς ἑξήκοντα ναῦς, [f] ἐξαπέστειλε πρὸς βοήθειαν τῷ Πτολεμαίῳ ναύαρχον ἐπιστήσας Μενοίτιον. γενομένου δ' ἀγῶνος περὶ τὸ στόμα τοῦ λιμένος πρὸς τὰς ἐφορμούσας ναῦς, καὶ τῶν ἐκ τῆς πόλεως βιασαμένων, αἱ μὲν τοῦ Δημητρίου δέκα [g] νῆες ἔφυγον πρὸς τὸ πεζὸν στρατόπεδον. Οἱ δὲ περὶ τὸν Μενοίτιον ἀναπλεύσαντες, [h] καὶ τοῦ καιροῦ μικρὸν ὑστερήσαντες, ἀνέστρεψαν πάλιν εἰς τὴν Σαλαμῖνα. τῆς δὲ ναυμαχίας τοῦτο τέλος λαβούσης, τῶν μὲν πορείων ἥλω πλείω τῶν ἑκατόν, ἐν οἷς ἦσαν σχεδὸν στρατιῶται ὀκτακισχίλιοι· τῶν δὲ μακρῶν αὔτανδροι μὲν
789. ἐλήφθησαν τεσσαράκοντα, διεφθάρησαν δὲ περὶ ὀγδοήκοντα, ἃς πλήρεις οὔσας θαλάττης κατήγαγον οἱ κρατήσαντες εἰς τὴν πρὸς τῇ πόλει στρατοπεδείαν. διεφθάρη δὲ καὶ τῶν Δημητρίου σκαφῶν εἴκοσι. πάντα δὲ τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας τυχόντα, παρεῖχε τὰς ἁρμοζούσας χρείας.

Μετὰ δὲ ταῦτα Πτολεμαῖος ἀπογνοὺς τὰ κατὰ τὴν Κύπρον, ἀπῆρεν εἰς Αἴγυπτον. Δημήτριος δὲ πάσας τὰς ἐν τῇ νήσῳ πόλεις παραλαβών, καὶ τοὺς φρουροῦντας στρατιώτας, τούτους μὲν εἰς τάξεις κατεχώρισεν, ὄντας πεζοὺς μὲν μυρίους ἑξακισχιλίους συντεταγμένους, ἱππεῖς δὲ περὶ ἑξακοσίους. πρὸς δὲ τὸν πατέρα ταχέως ἐμβιβάσας εἰς τὴν μεγίστην ναῦν τοὺς δηλώσοντας περὶ τῶν [i] κατορθωθέντων ἐξαπέστειλεν. ὁ δ' Ἀντίγονος, πυθόμενος τὴν γεγενημένην νίκην, καὶ μετεωρισθεὶς ἐπὶ τῷ μεγέθει τοῦ προτερήματος, διάδημα περιέθετο, καὶ τὸ λοιπὸν ἐχρημάτιζε βασιλεύς, συγχωρήσας καὶ τῷ Δημητρίῳ τῆς αὐτῆς τυγχάνειν προσηγορίας καὶ τιμῆς. ὁ δὲ Πτολεμαῖος οὐδὲν τῇ ψυχῇ ταπεινωθεὶς διὰ τὴν ἧτταν, καὶ αὐτὸς ὁμοίως ἀνέλαβε τὸ διάδημα, καὶ πρὸς ἅπαντας [k] ἀνέγραφεν ἑαυτὸν βασιλέα. παραπλησίως δὲ τούτοις καὶ οἱ λοιποὶ δυνάσται ζηλοῦ-

Olymp. CXVIII. II.

nabat, tum armis protectoriis excipiebat. Propugnatores illi tres aderant; Horum unus lancea transfixus cecidit, caeteri duo graviter erant vulnerati. Ad extremum vi repulſis, qui ex adverſo ſtabant, dextrum cornu in fugam Demetrius convertit. Et continuo etiam proximos terga dare coegit. Ptolemaeus vero, qui maximas ſecum naves & militum robur habebat, oppoſitos ſibi negocio haud magno fudit fugavitque, & navium alias demerſit, alias cum ipſis militibus cepit; Jamque a victoria reverteus, etiam caeteras ſe facile ſubacturum ſperabat, cum laevum cornu profligatum, & proximas quasque fugam capeſſere, & Demetrium vi graviſſima imminere, animadvertit. Ad Citium ergo retroceſſit. Victor autem hoc praelio Demetrius, naves militares Neoni & Buricho tradit, cum mandatis, ut hoſtem perſequantur, & in mari natantes excipiant. Ipſe naves ſuas acroſtoliis exornat, captaſque hoſtium naves remulco trahens, ad caſtra portumque ſuum revertitur. Interim vero dum praelio navali diſceptatur, Menelaus Salamini praefectus naves LX. viris armiſque completas, Menoetio navarcho, in ſubſidium Ptolemaeo miſit; Et certamine cum navibus, quae ſtationem in oſtio portus habebant, commiſſo, cum oppidani vi ſibi exitum patefacerent, Demetrianae ad terreſtres ſe copias fuga receperunt, Menoetiani 761. autem in altum evecti, ubi paulo ſerius, quam commodum eſſet, venerunt, Salaminem regrediuntur. Praelio hunc exitum ſortito, pontones amplius c. in poteſtatem venerunt, in quibus Iↄↄ. cIↄ. cIↄ. cIↄ. prope militum erant. De longis una cum viris captae ſunt XL. corruptae vero circiter XXC. Quas ſalſugine plenas ad caſtra prope urbem victores ſubduxere. Vitiatae etiam fuerant ex Demetrianis XX. Quae debita accuratione refectae, commodos deinceps uſus praebuerunt.

53. Tum Ptolemaeus, rebus Cypri deſperatis, Aegyptum ſolvit. At Demetrius acceptis in ditionem cunctis Inſulae oppidis, praeſidiarios in ordines ſuos cooptavit. Erant autem peditum in ordines digeſtorum cclↄↄ. Iↄↄ. cIↄ. equites vero circiter Iↄc. Et nuncios rerum feliciter geſtarum, in navem maximam impoſitos, ad parentem miſit. Antigonus ubi de victoria cognovit, ſucceſſus magnitudine elatus, diadema ſibi impoſuit, & regis deinceps nomen uſurpavit, eundem titulum & honorem etiam Demetrio concedens. Quin & Ptolemaeus, de celſitate animi nihil remittens ob acceptam cladem, diademate etiam ipſe caput evinxit, & in omnibus exinde literis regem ſeſe appellavit. Horum exemplo reliqui etiam principes, Seleu-

b Εὐθὺ Baſil. c Copula non eſt in Baſil. nec Reg. 1. d Καλέλυσεν Baſil. Vide ad L. XIV, 49. e Δὲ ναυμαχήσας, τῇ Reg. 1. cum Steph. marg. Mox τῶν ἄλλων καὶ πλοίων Venet. f Ἀπέστειλε Reg. 1. g Ναῦς Reg. 1. Baſil. h Καὶ τὸν καιρὸν Reg. 1. i Κατορθωμάτων in ora Steph. & Reg. pr. k Ἐνέγραφε Steph. margo & Baſil.

latores, teſte Athenaeo L. VI, 14. cum magni viri animadverſione. P. Wess.

4. Ναύαρχον ἐπιστήσας Μενοίτιον] In Polyaeno L. IV, 7, 7. Menelaus ipſemet ex Salaminis portu erumpit, ut fratri ſociiſque auxilio ſit, ſeque Ptolemaeo fugam ingreſſo comitem addit, non ſine errore. Melius Plutarchus, parta victoria Demetrium Salaminem properaſſe, & Menelaum ad urbem exercitumque & claſſem dedendam compuliſſe in Demet. pag. 895. F. tradidit. P. Wess.

14. Ἐλήφθησαν τεσσαράκοντα] Imo vero ſeptuaginta, ſi fides Plutarcho dict. loc., ſed ille & aliis in rebus a Noſtro diſſentit. P. Wess.

27. Τοὺς δηλώσοντας περὶ τῶν κατορθωθέντων] Nihil refert, hoc maluerit an κατορθωμάτων. Miſſus ad Antigonum eſt Ariſtodemus Mileſius, qui qua inſolentia & faſtu ſenem, de praelii eventu anxium, torſerit, docetur ab eodem Plut. p. 896. P. Wess.

34. Αὐτὸς ὁμοίως ἀνέλαβε τὸ διάδημα] Exercitus in Aegypto Ptolemaeum regem, ne propter nuperam cladem victoribus minor

Olymp. CXVIII. II. Seleucus, qui ſuperiores provincias ſuae ditioni recens adjunxerat; Itemque Lyſimachus & Caſſander, qui portiones ab initio ſibi tributas retinebant, reges ſe proclamarunt. De his vero poſtquam ſatis a nobis dictum eſt, per Africam & Siciliam geſta nunc ſeorſum exſequemur.

54. Agathocles cum principes jam memoratos diadema ſumſiſſe audiret, quod ſe nec copiis, nec terrarum amplitudine, nec rebus denique geſtis inferiorem duceret illis, ſe quoque regem nuncupavit; Diadema tamen uſurpandum haud cenſuit. Nam ſub tyrannidis affectatae tempus perpetuo coronam, pro ſacerdotii cujuſdam ritu geſtabat, quam de principatu contendens poſtea non depoſuit. Sunt qui data opera illum ab initio hanc geſtaſſe dicant, quod non admodum crinitus eſſet. Verumenimvero appellatione tam magnifica dignum aliquid gerere properans, in rebelles Uticenſes exercitum duxit, ſubitoque urbem incurſu adortus, cives in agris excluſos cepit ad trecentos. Et initio quidem venia delictorum illis conceſſa, ut urbem ſibi traderent, poſtulabat. At cum obſeſſi non obtemperarent, machinam conſtruxit, quam ſuſpenſis ex illa captivis, moenibus admovit. Uticenſes calamitoſorum quidem fortunam miſerari, ſed pluris omnium libertatem facientes quam illorum ſalutem, militem per muros diſponere, & fortiter obſidionem tolerare. Tum Agathocles catapultas, & funditores, ſagittarioſque machinae adhibet, motoque ex illa certamine, oppugnationem exorditur, civiumque animis quaſi cauteria quaedam inflixit. Qui ſtabant ſuper muris principio miſſilibus rem gerere cunctabantur, objectis pro ſcopo civibus, inter quos primariae nobilitatis quidam erant. At cum impreſſio hoſtium ingraveſceret, in machina conſtitutos propulſare tandem coguntur. Hic accidit, ut cladem inopinatam, fortunaeque ludibrium, prae anguſtia neceſſitatis inevitabile, Uticenſes experirentur. Cum enim Graeci captos ex urbe cives objeciſſent, alterutrum omnino faciendum erat, ut aut civibus parcendo, patria in hoſtis poteſtatem veniret, aut urbi ſuccurrendo, miſerrimorum civium multitudinem abſque miſericordia trucidarent: Id quod
762. etiam accidit. Dum enim omni telorum genere hoſtes arcent, ſimul impoſitorum machinae corpora miſſilibus foede lacerant, ſimul dependentium inde civium aliquos trajiciunt, aliquos catapultis ceu clavis, quacunque ſors ferret corporis parte, machinae affigunt, ita ſane ut ignominioſa affectio, ſuppliciique atrocitas illa, crucis inſtar exhiberet.

πίσαντες ἀνηγόρευον ἑαυτοὺς βασιλεῖς, Σέλευκος μὲν προσφάτως τὰς ἄνω σατραπείας προσκεκτημένος, Λυσίμαχος δὲ καὶ Κάσσανδρος τὰς ἐξ ἀρχῆς δοθείσας μερίδας διατηροῦντες. Ἡμεῖς δὲ περὶ τούτων ἱκανῶς εἰρηκότες, ἐν μέρει διέξιμεν περὶ τῶν κατὰ Λιβύην καὶ Σικελίαν πραχθέντων.

Ἀγαθοκλῆς γὰρ, πυθόμενος τοὺς προειρημένους δυνάστας ἀνηρημένους, καὶ νομίζων μήτε δυνάμει μήτε χώρᾳ μήτε τοῖς πραχθεῖσι λείπεσθαι τούτων, ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε βασιλέα· καὶ διάδημα μὲν οὐκ ἔκρινεν ἔχειν· ἐφόρει γὰρ ἀεὶ στέφανον κατὰ τὴν ἐπίθεσιν τῆς τυραννίδος, ἔκ τινος ἱερωσύνης, ὃν προκείμενος οὐκ ἀπέθετο περὶ τῆς δυναστείας ἀγωνιζόμενος. ἔνιοι δέ φασιν [l] αὐτὸν ἐπιτετηδευκέναι τοῦτον ἐξ ἀρχῆς φορεῖν, διὰ τὸ [m] μὴ λίαν αὐτὸν εὐχαίτην εἶναι. οὐ μὴν ἀλλὰ τῆς προσηγορίας ταύτης [n] ἄξιόν τι σπεύδων πρᾶξαι, ἐπὶ μὲν Ἰτυκαίους ἐστράτευσεν ἀφεστηκότας· ἄφνω δ᾽ αὐτῶν τῇ πόλει προσπεσὼν, καὶ τῶν ἐπὶ τῆς χώρας ἀπειλημμένων πολιτικῶν ζωγρήσας εἰς τριακοσίους, τὸ μὲν πρῶτον διδοὺς ἄφεσιν τῶν ἐγκλημάτων, ἠξίου παραδοῦναι τὴν πόλιν· οὐ προσεχόντων δὲ τῶν ἔνδον, συνεπήγνυε [o] μηχανὴν, καὶ κρεμάσας ἐπ᾽ αὐτῆς τοὺς αἰχμαλώτους προσήγαγε τοῖς τείχεσιν. οἱ δ᾽ Ἰτυκαῖοι τοὺς μὲν ἠτυχηκότας ἠλέουν, πλείονα δὲ λόγον [p] τῆς τῶν ἁπάντων ἐλευθερίας ἢ τῆς ἐκείνων σωτηρίας ποιούμενοι, διέλαβον τὰ τείχη τοῖς στρατιώταις, καὶ τὴν πολιορκίαν εὐγενῶς ὑπέμενον. εἶθ᾽ ὁ μὲν Ἀγαθοκλῆς ἐπιστήσας τῇ μηχανῇ τούς τε ὀξυβελεῖς καὶ σφενδονήτας καὶ τοξότας, ἀπὸ ταύτης ἀγωνιζόμενος ἤρχετο τῆς πολιορκίας, καὶ ταῖς ψυχαῖς τῶν ἔνδον ὥσπερ καυτήριά τινα [q] προσῆγεν. οἱ δ᾽ ἐπὶ τῶν τειχῶν ἑστῶτες τὸ μὲν πρῶτον ὤκνουν τοῖς βέλεσι χρήσασθαι, προκειμένων αὐτοῖς σκοπῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν, ὧν ἦσάν τινες καὶ τῶν ἐπιφανεστάτων· ἐπικειμένων δὲ τῶν πολεμίων βαρύτερον, ἠναγκάζοντο τοὺς ἐπὶ τῆς μηχανῆς ὄντας ἀμύνασθαι. ἔνθα δὴ συνέβαινε γίνεσθαι παράλογα πάθη τοῖς Ἰτυκαίοις καὶ τύχης ἐπηρεασμὸν ἐν ἀνάγκαις κείμενον ἀνεκφεύκτοις. [r] προβεβλημένων γὰρ τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἑαλωκότας τῶν ἐξ Ἰτύκης, ἀναγκαῖον ἦν ἢ τούτων φειδομένους περιορᾶν ὑποχείριον τοῖς πολεμίοις γινομένην τὴν πατρίδα, ἢ τῇ πόλει βοηθοῦντας, ἀνηλεῶς φονεῦσαι πλῆθος πολιτῶν ἠτυχηκότων· ὅπερ καὶ συνέβη γενέσθαι. ἀμυνόμενοι γὰρ τοὺς πολεμίους, καὶ παντοίοις βέλεσι χρώμενοι, καὶ τὰ τῶν ἐφεστηκότων τῇ μηχανῇ σώματα κατῄκισαντο, καί τινας μὲν τῶν κρεμαμένων πολιτῶν κατηκόντισαν, τινὰς δὲ τοῖς ὀξυβελέσι πρὸς τῇ μηχανῇ [s] καθήλωσαν, καθ᾽ οὓς ἔτυχε τοῦ σώματος τόπους, ὥστε σταυρῷ παραπλησίαν 790.

l Pronomen omittunt Baſil. Reg. 2. Statim ἐπὶ τῷ μὴ iidem cum Vat. m Μὴ λίαν αὐτὸν εὐχαίτην Reg. 1. & ora Steph. n Ἄξιον σπεύδων Steph. margo. o Μηχανὴν — ἐπ᾽ αὐτῆς Id. & Reg. pr. p Deeſt Reg. 1. q Προσῆγεν Id. r Προσβεβλημένων Vat. & Reg. 2. Mox τύχης Reg. 1.

minor videretur, ſalutavit. *Appianus* Syr. p. 197. [illegible] Πτολεμαῖος [illegible] βασιλέα, ὡς μὴ [illegible] τῶν [illegible]. Eadem *Plutarchus* in Demet. p. 896. P. Wess.

45. Πυθόμενος τοὺς — δυνάστας ἀνηρημένους] Claudicat oratio, quippe manca. Adſtruxit *Rhodomannus* τὸ διάδημα in notis. *Correct.*, me non invito. Quod vero *Diodorus* continuo ſubjungit, καὶ διάδημα μὲν οὐκ ἔκρινεν ἔχειν, id videtur convelli poſſe veteri numo, qui in *Paruta* Tab. CLII. Agathoclis diadematum repraeſentat caput: nec juvat tamen, ſiquidem aut a tyranni adulatoribus aut poſt ejus mortem percuſſus eſt: firmant ſuſpicionem crines, quibus iſtud caput egregie veſtitum eſt, caruit autem, dum in vivis eſſet, Agathocles. Vid. Illuſt. *Ez. Spanhem.* Diſſert. VIII. de Num. Praeſt. p. 546. & Sig. *Havercampum* ad *Parut.* p. 1047. P. Wess.

51. Διὰ τὸ μὴ λίαν αὐτὸν εὐχαίτην εἶναι] Si cui blanditur *Reg. pr.* ſcriptura, non equidem invidebo: mihi vulgata placet. Agathoclem myrtea corona capitis calvitiem obtegere fuiſſe ſolitum, *Aelianus* non reticuit Var. Hiſt. XI. 4. P. Wess.

57. Διδοὺς ἄφεσιν τῶν ἐγκλημάτων] Sic ſupra C. 45. & *Joſephus* Bel. Jud. L. I. 24. 4. διδοὺς τῶν ἡμαρτημένων ἄφεσιν. *Philo* Vit. Moſ. L. III. pag. 675. C. [illegible] ἀφέσεως ἁμαρτημάτων, quod genus & [illegible] εἰς ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν frequens eſt in ſacris N. T. libris. Idem *Philo* Leg. Caj. p. 1032. [illegible] φόρων ἄφεσιν. Par uſus vocis ἀφέσεως, cum de delictis, tributis, reliquiſque, quae condonantur, ſermo eſt. Vide, neque enim id agere conſilium eſt, Epiſtol. *Phalarid.* 80. & 92. *Philon.* de Judic. Potiori Struct. p. 181. A. & quae erudite diſputavit vir praeſtantiſſimus, mihique longo uſu cognitiſſimus, *H. Venema* Diſſert. Sacr. L. I. 4. p. 72. P. Wess.

70. Προκειμένων αὐτοῖς σκοπῶν πολιτικῶν] Non diſſimile crudelitatis exemplum ad urbem Rhegium in Phytone Dionyſius edidit tyrannus apud *Philoſtrat.* VII. Vit. Apoll. C. 2. Tu Noſtri L. XIV. 112. lege, & mecum animadverte πύργον Ἀγαθοκλέους *turrim Agathoclis* triginta ab Utica ſtadiis hujus obſidionis tempore videri excitatam, qua de *Appian.* Punic. pag. 13. P. Wess.

2. Ἐπὶ τὴν Ἵππου καλουμένην ἄκραν] Interpres *equi arcem* verterat, quod hic & inferius mutavi. Satis adparet urbem Uticae

σίαν εἶναι τὴν ὕβριν ἅμα καὶ τὴν τιμωρίαν. καὶ ταῦτ' ἐγίνετό τισιν ὑπὸ συγγενῶν ἢ φίλων, εἰ τύχοι, τῆς ἀνάγκης s οὐκ ἐώσης πολυπραγμονεῖν t τι τῆς παρ' ἀνθρώποις ὁσίας.

Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς, ὁρῶν αὐτοὺς ἀπαθῶς ὡρμηκότας πρὸς τὸν κίνδυνον, περιστήσας πανταχόθεν τὴν δύναμιν, καὶ κατά τινα τόπον φαύλως ᾠκοδομημένον βιασάμενος, εἰσέπεσεν εἰς τὴν πόλιν. τῶν δ' Ἰτυκαίων τῶν μὲν εἰς τὰς οἰκίας, τῶν δ' εἰς τὰ ἱερὰ καταφυγόντων, δι' ὀργῆς αὐτοὺς ἔχων, φόνου τὴν πόλιν ἐπλήρωσε. τοὺς μὲν γὰρ ἐν χερσὶ νόμῳ διέφθειρε, τοὺς δ' ἁλόντας ἐκρέμασε, τοὺς δ' ἐπὶ θεῶν ἱερὰ καὶ βωμοὺς καταφυγόντας διαψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος ἐποίησε. διαφορήσας δὲ τὰς κτήσεις, καὶ φυλακὴν u ἀπολιπὼν ἐπὶ τῆς πόλεως, ἐστρατοπέδευσεν ἐπὶ τὴν Ἵππου καλουμένην ἄκραν, ὠχυρωμένην φυσικῶς τῇ παρακειμένῃ λίμνῃ. πολιορκήσας δὲ αὐτὴν ἐνεργῶς, καὶ τῶν ἐγχωρίων ναυμαχίᾳ περιγενόμενος, κατὰ κράτος εἷλε. τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ τὰς πόλεις χειρωσάμενος, τῶν τε ἐπὶ θαλάττῃ τόπων τῶν
791 πλείστων ἐκυρίευσε, καὶ τῶν τὴν μεσόγειον οἰκούντων, πλὴν τῶν Νομάδων· ὧν τινες μὲν φιλίαν πρὸς αὐτὸν ἐποιήσαντο, τινὲς δ' ἐκαραδόκουν τὴν τῶν ὅλων κρίσιν. τέτταρα γὰρ τὴν x Λιβύην διείληφε γένη, Φοίνικες μὲν οἱ τὴν Καρχηδόνα τότε κατοικοῦντες· Λιβυφοίνικες δὲ, πολλὰς ἔχοντες πόλεις ἐπιθαλαττίους, καὶ κοινωνοῦντες τοῖς Καρχηδονίοις ἐπιγαμίας, οἷς ἀπὸ τῆς συμπεπλεγμένης συγγενείας συνέβη τυχεῖν ταύτης τῆς προσηγορίας. ὁ δὲ πολὺς λαὸς τῶν ἐγχωρίων καὶ παλαιότατος ὤν, Λίβυες ὠνομάζετο, μισῶν διαφερόντως τοὺς Καρχηδονίους διὰ τὸ βάρος τῆς ἐπιστασίας. οἱ δὲ τελευταῖοι y Νομάδες ὑπῆρχον, πολλὴν τῆς Λιβύης νεμόμενοι μέχρι τῆς ἐρήμου. Ἀγαθοκλῆς δὲ τοῖς μὲν τῶν Λιβύων συμμάχοις καὶ ταῖς δυνάμεσιν ὑπερέχων τῶν Καρχηδονίων, περὶ δὲ τῶν ἐν Σικελίᾳ πραγμάτων ἀγωνιῶν, z ἄφρακτα καὶ πεντηκοντόρους ναυπηγησάμενος, ἐνεβίβασε στρατιώτας δισχιλίους. καταλιπὼν δὲ τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ πραγμάτων στρατηγὸν a Ἀρχάγαθον τὸν υἱόν, ἀνήχθη ταῖς ναυσὶν, ἐπὶ b Σικελίας τὸν πλοῦν ποιούμενος.

Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Ξενόδοκος, ὁ τῶν Ἀκραγαντίνων στρατηγὸς, πολλὰς τῶν πόλεων ἠλευθερωκὼς, ἐλπίδας δὲ μεγάλας παρεσχηκὼς τοῖς Σικελιώταις τῆς καθ' ὅλην τὴν νῆσον αὐτονομίας, c ἐξήγαγε τὴν δύναμιν ἐπὶ τοὺς Ἀγαθοκλέους στρατηγοὺς, οὔσας πεζῶν μὲν πλείους ἢ μυρίους, ἱππεῖς δὲ σχεδὸν χιλίους. οἱ δὲ περὶ Λεπτίνην καὶ Δημόφιλον, ἐκ τῶν Συρακουσῶν καὶ τῶν φρουρίων ἐπιλέξαντες ὅσους ἠδύναντο πλείους, ἀντεστρατοπέδευσαν πεζοῖς μὲν ὀκτακισχιλίοις καὶ διακοσίοις, ἱππεῦσι δὲ χιλίοις

Et hoc obvenit quibuſdam, prout caſus tempe- rabat, a propinquis & amicis; quod accuratam pietatis humanae rationem habere non ſinebat neceſſitas. Olymp. CXVIII. II.

55. Agathocles, exutis quaſi affectionibus, periculo ſe objectare videns oppidanos corona urbem cinxit, & partem quandam non probe ſatis munitam violenter adortus, in urbem irrupit. Tum Uticenſium alii in aedes, alii in templa confugiunt. Quibus iratus ille, omnia per urbem caedibus replet. Nam quoſdam in ipſo conflictu trucidat, quoſdam ſuſpendio necat, aliorum, qui ad delubra araſque Deorum perfugerant, ſpem irritam facit. Hinc facultatibus direptis, & praeſidio ad urbem relicto, juxta Hippi, ut vocant, acram, quam natura ipſa vicino lacus ſitu munierat, caſtra movit. Et poſt acerrimam oppugnationem, cum navali etiam praelio indigenas viciſſet, vi ſumma illam cepit. Hunc ad modum urbibus ſubactis, maritimorum tractuum pleroſque, & qui mediterranea incolebant, omnes ſui juris & arbitrii fecit, Numidis ſolummodo exceptis: quorum pars amicitiam cum illo fecit, pars ultimam rei totius diſceptationem exſpectavit. In IV. genera hominum Africa tum erat diviſa. Nempe in Poenos, qui Carthaginem tum incolebant; Itemque Libo-Poenos, qui quod multas urbium maritimarum tenerent, & matrimoniorum neceſſitudine Carthaginenſibus devincti eſſent, a nexu affinitatis, compoſitam hanc appellationem reportarunt. Major deinde pars incolarum & vetuſtiſſima Afrorum nomen habebat, extremoque Carthaginenſium, ob dominatus aſperitatem, odio flagrabat. Poſtremi tandem erant Numidae, vaſtos Libyae tractus, uſque ad deſerta, occupantes. Agathocles vero, licet jam ſociorum auxiliis, & proprii exercitus robore, Carthaginenſibus ſuperior eſſet, de Siciliae tamen rebus anxie cogitans, Aphracta & Pentecontoros, (naves apertas, & quinquaginta remorum actuarias) conſtruxit, in quas duo militum millia collocavit, & Archagatho F. negociis in Libya praepoſito, in Siciliam curſum dirigens, cum claſſe inde ſolvit.

56. Inter has rerum geſtarum vices, Xenodocus, Agrigentinorum praetor, poſtquam multas in libertatem vindicaſſet urbes, ſpemque Siculis magnam peperiſſet, fore ut legum ſuarum jus per totam inſulam recuperarent, copias ſuas contra Agathoclis praefectos eduxit, ſupra CCIↃↃ. peditum, & equites propemodum mille. Leptines autem & Demophilus exercitu, quam poſſent maximo, Syracuſis & e caſtellis vicinis conſcripto, octies mille & ducentorum peditum, & mille ac ducentorum equitum, caſtra illi oppoſuerant. Commiſſo

s Οὐ πολυπραγμονούσης Vat. Baſil. Reg. 2. cum Steph. ora. t Deeſt τι Reg. 1. u Ἀπολιπὼν, ἀπὸ τῆς Idem. x Τῶν Λιβύων τούτων Reg. pr. y Οἱ Νομ. idem. z Ἀφράκτων ὅλων Reg. 1. & Steph. ora. a Ἀγάθαρχον Vat. Venet. Baſil. b Σικελίαν Reg. 2.

ae vicinam fuiſſe, meritoque a *Polybio* τὰς Ἰτυκαίας καὶ τὰς Ἱππακρίτας L. 1, 70. 73. conjungi. Clarius ſitum ſignat *Scylax* Peripl. p. 119. ἀπὸ Ἰτύκης εἰς Ἵππου ἄκραν ... Ἵππου πόλις, καὶ λίμνη ἐπ' αὐτῇ ἐστι. Liquet enim ultra Uticam in occidentem verſus plagam hanc *Hippacram* ſedem habuiſſe. Errat ergo *Appianus* Punic. p. 111., aut aliam intelligit, cum de Piſone ait: ἐς πόλιν ἑτέραν Ἱππάγρετα μετῆλθε, ἣ μεγάλη τε ἦν, καὶ τείχεσι καρτερὰ, καὶ λιμένι, καὶ νεωρίοις ὑπ' Ἀγαθοκλέους τοῦ Σικελιωτῶν τυράννου κατεσκευάστο καλῶς· μέση δ' ἦν Καρχηδόνος καὶ Ἰτύκης &c. At aliam indicaſſe plura diſſuadent: namque inter Carthaginem & Uticam nemo magnam adeo urbem collocavit; ad hoc clariſſime *Zonaras* Piſonem urbem *Hipponem*, quam ultra Uticam fuiſſe omnes norunt, obſediſſe tum temporis ex *Dione* perſcribit. Proinde eamdem urbem, idem etiam nomen, modo Ἱππακρίτας legeretur, habemus, ab Agathocle, poſtquam in ditionem redacta fuerat, egregie auctam & munimentis inſtructam. Accedat *Polybius* L. 1, 82., Hippacritas una cum Uticenſibus acriter conatibus Agathoclis ſeſe objeciſſe, plane uti *Diodorus*, referens. Jam eo Africae in tractu, quem memoravimus, celebri cum nomine *Hippo Diarrhytus* fuerit, merito mihi ſemper deceviſſe Cel. *S. Bochartus* viſus eſt L. 1, 29. de Phoen. Colon. p. 474., *Hipponem* & *Hippacram*, de qua hic agitur, eamdem eſſe urbem. Novi in alia omnia iviſſe *Abr. Berkelium* ad *Stephan.* in Ἱππάκρα, qui ſi attendiſſet ad lacum, quem *Ptolemaeus* & *Plinius*, ut docte *Bochartus* monuit, Hipponi Diarrhyto adjungunt, praeterea *Zonaram*, Annal. L. IX, 29. p. 464. *Ed. Paris.* Hippacritas & Hipponem non diſtinguere, rectius ea opera ſuperſediſſet: nam in *Ptolemaeo* duplicem Ἵππου ἄκραν, tum in Numidia, tum ad Syrtim majorem, quod reperit, id nihil ejus cauſſam juvare, in ſequentibus monebitur. P. WESS.

11. Λιβυφοίνικες δὲ &c.] Vide L. XVII. 113. Quod ſequitur de nominis ejus cauſſa, idem uſu venit Καρμανοφίνικας in Aegypto, ut pulcre ſignificavit *Jac. Gronovius* ad *Stephan.* in Καρχηδών. *Ptolemaeo* ſunt Λιβυοὶ Φοίνικες. P. WESS.

25. Ἀρχάγαθον τὸν υἱὸν] Firmant ſchedarum aliquae & *Baſil.* ἐκδόσεις *H. Valeſii* ſuſpicionem, de qua hujus libri C. 11. P. WESS.

27. Ξενόδοκος, ὁ τῶν Ἀκραγαντίνων &c.] Praeſtat Ξενόδικος, uti C. 31.

Olymp. CXVIII. II. miſſo tandem ſummis viribus praelio, victus Xenodocus Agrigentum confugit, militum non infra M. Iↄ. deſideratis. Agrigentini hac calamitate accepta, & inceptum ſuum longe pulcerrimum, & ſpem libertatis ſociis injectam, deſtituunt. Recens depugnatum fuerat, cum Agathocles in Sicilia Selinuntem appulit, & ſtatim Heracleotas, qui libertatem urbi reddiderant, jugum ſubire iterum coegit, & in alteram Inſulae partem inde progreſſus, Thermitas (quorum urbs Carthaginenſium praeſidio tenebatur) ſubegit, dataque fi-
763. de miſſos fecit. Tum expugnato Cephaloedio Leptinen praefecit. Ipſe per mediterranea profectus, Centoripa noctu, receptantibus eum de civium factione nonnullis, clam intrare conatur. At patefactis inſidiis cum praeſidium ſubveniret, amplius Iↄ. ſuorum amiſſis, ex urbe pellitur. Hinc a quibuſdam Apolloniatis, qui patriam ſe illi tradituros receperant, accitus, eo contendit. Sed proditoribus deprehenſis, ſupplicioque affectis, illius quidem diei oppugnatione nihil effecit. Poſtridie vero multis incommodis affectus, poſt magnam ſuorum jacturam, vix tandem urbe potitur. Et pleriſque Apolloniatarum mactatis, bona direptioni tradit.

57. In eo dum verſatur, Dinocrates exſulantium ductor, Agrigentinorum inſtitutum perſequendum ratus, communis ſe libertatis vindicem profitetur, magnique ex omnibus locis concurſus ad ſe auctor exſiſtit. Alii enim ex innato cunctis amore libertatis, alii metu Agathoclis, libenter ultroque ad imperata praeſto erant. Coacto igitur millium ferme XX. peditatu, & mille quingentorum equitatu, qui omnes ad exſiliorum aerumnas, laborumque tractationes perpetuas, adſuefacti erant, caſtra in aperto metatur, & principem ad pugnam laceſſit. At dum Agathocles longe viribus inferior, pugnandi copiam non facit, ille veſtigiis inhaerens, crebro palmam ſine pulvere, quod dicitur, reportat. Ab hoc tempore res Agathoclis non in Sicilia modo, ſed etiam per Africam, in deterius mutari coeperunt. Nam Archagathus impera-

καὶ διακοσίους. γενομένης δὲ παρατάξεως ἰσχυρᾶς, ἡττηθεὶς ὁ Ξενόδοκος ἔφυγεν [d] εἰς τὸν Ἀκράγαντα, καὶ τῶν στρατιωτῶν ἀπέβαλεν οὐκ ἐλάττους τῶν χιλίων καὶ πεντακοσίων. οἱ μὲν οὖν Ἀκραγαντῖνοι ταύτῃ τῇ συμφορᾷ περιπεσόντες, διέλυσαν ἑαυτῶν μὲν τὴν καλλίστην ἐπιβολήν, τῶν δὲ συμμάχων τὰς τῆς ἐλευθερίας ἐλπίδας. Ἀγαθοκλῆς δέ, τῆς μάχης [e] ἄρτι γεγενημένης, καταπλεύσας τῆς Σικελίας εἰς Σελινοῦντα, Ἡρακλεώτας μὲν ἠλευθερωκότας τὴν πόλιν ἠνάγκασε πάλιν ὑποταγῆναι· παρελθὼν δὲ ἐπὶ θάτερον μέρος τῆς νήσου, Θερμίτας μὲν προσαγαγόμενος ὑποσπόνδους ἀφῆκε, τῶν Καρχηδονίων φρουρούντων ταύτην τὴν πόλιν, [f] Κεφαλοίδιον δὲ ἐκπολιορκήσας, Λεπτίνην μὲν ταύτης ἐπιμελητὴν ἀπέλιπεν. αὐτὸς δὲ διὰ τῆς μεσογείου ποιούμενος τὴν πορείαν, ἐπεβάλετο μὲν νυκτὸς εἰς τὴν Κεντόριπα παρεισπεσεῖν, εἰσδεχομένων αὐτὸν τινῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν· καταφανοῦς δὲ τῆς ἐπιβολῆς γενομένης, καὶ τῶν φρουρῶν παραβοηθησάντων, ἐξέπεσεν ἐκ τῆς πόλεως, ἀποβαλὼν τῶν στρατιωτῶν πλείους τῶν πεντακοσίων. 792. μετὰ δὲ ταῦτα τινῶν ἐκ τῆς Ἀπολλωνίας μεταπεμπομένων αὐτόν, καὶ τὴν πατρίδα προδώσειν ἐπαγγελλομένων, ἧκε πρὸς τὴν πόλιν. τῶν δὲ προδοτῶν καταφανῶν γενομένων καὶ κολασθέντων, κατὰ μὲν [g] τὴν πρώτην ἡμέραν πολιορκήσας, ἄπρακτος ἐγένετο· τῇ δ' ὑστεραίᾳ πολλὰ κακοπαθήσας, καὶ συχνοὺς ἀποβαλών, μόλις εἷλε τὴν πόλιν καὶ τῶν Ἀπολλωνιατῶν τοὺς πλείστους ἀποσφάξας, διήρπασε τὰς κτήσεις.

Τούτου δὲ περὶ ταῦτ' ὄντος, Δεινοκράτης ὁ τῶν φυγάδων ἡγεμών, ἀναλαβὼν τὴν Ἀκραγαντίνων προαίρεσιν, καὶ προστάτην αὑτὸν ἀναδείξας τῆς κοινῆς ἐλευθερίας, ἐποίησε πολλοὺς [h] ἁπανταχόθεν συνδραμεῖν πρὸς αὐτόν. οἱ μὲν γὰρ διὰ τὴν ἔμφυτον πᾶσιν ἐπιθυμίαν τῆς αὐτονομίας, οἱ δὲ διὰ τὸν Ἀγαθοκλέους φόβον προθύμως ὑπήκουον τοῖς παραγγελλομένοις. ἠθροισμένων δ' αὐτῷ, πεζῶν μὲν οὐ πολὺ ἐλαττόνων δισμυρίων, ἱππέων δὲ χιλίων καὶ πεντακοσίων, καὶ πάντων ἐν φυγαῖς καὶ μελέταις τοῦ πονεῖν συνεχῶς γεγονότων, κατεστρατοπέδευσεν ἐν ὑπαίθρῳ, προκαλούμενος τῇ μάχῃ τὸν δυνάστην. τοῦ δ' Ἀγαθοκλέους λειπομένου πολὺ ταῖς δυνάμεσι, καὶ φυγομαχοῦντος, ἐκ ποδὸς ἠκολούθει, [i] συνεχῶς ἀκονιτὶ περιπεποιημένος τὴν νίκην. Ἀπὸ δὲ τούτων τῶν χρόνων τοῖς περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα συνέβαινε πρὸς τὸ χεῖρον [k] μεταβάλλειν οὐ μόνον τὰ κατὰ Σικελίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ τὴν Λιβύην πράγματα. Ἀρχά-

c Ἐξέφυγε Reg. 1. d Εἰς τὸν Ἀκρ. Reg. 2. Baſil. Vat. εἰς τὸν Cett. e Ἀνηγμένης Venet. perperam. f Κεφαλῴδιν Reg. 1. ex ſcriptura recentiore. Vid. ad Anton. Itiner. p. 92. g Τὴν πρώτην Reg. 1. h Πολλαχόθεν Reg. 1. & Steph. in margine, mox ἠθροισμένων Baſil. i Συνεχῶν — καὶ περιεποίει. Baſil. Vat. Venet. k Μεταβάλλειν Reg. 1.

C. 51. P. Wess.

38. Εἰς τὸν Ἀκράγαντα] Sequor ſcriptos libros & Graecorum morem, etſi non ignorem, quid pro vulgato afferri poſſit in medium. P. Wess.

52. Ἐπεβάλετο — εἰς τὴν Κεντόριπα παρεισ.] Juſtum hoc ſi putes, Κεντόριπα primo caſu urbs erit: atqui id nemo habet. Τὰ Κεντόριπα Strabo L. VI. p. 417., περὶ Κεντόριπα Polyb. I, 9. aliique. Scribe εἰς τὰ Κεντόριπα, quod viri doctiſſimi Ph. Cluverius Sic. Antiq. L. II, 6. p. 309. & Joſ. Waſſe ad Thucydid. L. VII, 32. amplexi optime fuerunt. P. Wess.

79. Συνεχῶς ἀκονιτὶ περιπεποιημένος τὴν νίκην] Ad hanc victoriam pertinere nummum opinantur, ΔΕΙΝΟ. cum victoriae ſigno inſcriptum, Begerus Theſ. Brand. T. I. p. 297. & Sig. Havercampus ad Sicil. Parutae p. 1050. P. Wess.

87. Οὗτος γὰρ Τόκας..... χειρωσάμενος] Tuccam eſſe arbitror, & Numidiae quidem: nam plures eo nomine Africa habebat, de quibus ad Anton. Itiner. p. 48. Numidiae videri, oppido vicini Numidae perſuadent. Lege de ea Dion. Caſſium L. XLVIII. p. 421. & Ptolemaeum L. IV, 3. Haud vero ſcio an adjungere debeam, nominis iſtius originem erutam eſſe a diligenti viro Jac. Haſaeo ex תוכיים. Tucciim, quas ſimias putat atque ex Africae ora in Palaeſtinam Salomonis aetate allatas ob 1. Reg. X, 22. & 2. Chron. IX, 21. Res enim admodum eſt incerta, & multis originationum ambagibus implicata. Adi, ſi hoc genere caperis, Bibl. Bremenſis Claſſ. II. Faſc. III. pag. 471. &c. P. Wess.

90. Τὴν ὀνομαζομένην Φελλίνην] Petes a ſuberis copia hanc urbem, & Aſphodelodes a laeto aſphodeli proventu Graecos adpellaſſe: mihi, quod quidem meminerim, nec Phelline urbs, neque Aſphodelodes uſquam ſeſe obtulerunt: nam Belliniensis Africae Epiſcopus, qui concilio Cabarſuſſitano ſubſcripſit, ad Phellinem referri non poſſe videtur. P. Wess.

93. Τρίτην δ' εἷλε Μεσχέλαν] Meſchelam ſive Maſchelam nondum reperi, niſi Maxulam velis, quod tamen urbis ejus ſitus non permittit. Conf. not. ad Anton. Itiner. p. 58. Eſt in Stephano Μέσχελα πόλις Λιβύης, quam Noſtram eſſe, non dixero. Id mihi ſatis liquet, fruſtra eam Appiano Punic. p. 114., ubi de Piſone ἐκπολιορκεῖ τὰ μεσόγεια, inculcari a viro eruditiſſimo: revera enim tum temporis Calpurnius Piſo in ſubigendis mediterraneis Carthaginienſium oppidis operam ponebat, ut ex ſeq. Appian. pag. cognoſces. At id nunc non agitur. Hoc non negligendum, Diodorum L. III. nihil de hac urbe, nihil de Graecis, Troja reverſis, perſcripſiſſe, atque adeo ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ vitio laborare. P. Wess.

97. Ἑξῆς δὲ τὴν ὁμώ. ἄκραν Ἵππου &c.] Si Hippuacra, quam ſupra inveſtigavimus, ſit Hippo Diarrhytus, nihil commodius & loco-

χάγαθος γὰρ ὁ καταλειφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ στρατηγὸς, μετὰ τὴν ἀναγωγὴν τοῦ πατρὸς, τὸ μὲν πρῶτον ἐπλεονέκτει, πέμψας εἰς τοὺς ἄνω τόπους [l] μέρος τι τῆς δυνάμεως, ἧς ἦν ἡγεμὼν Εὔμαχος. οὗτος γὰρ Τώκας πόλιν εὐμεγέθη χειρωσάμενος, πολλοὺς προσηγάγετο τῶν πλησίον κατοικούντων Νομάδων. εἶθ' ἑτέραν ἐκπολιορκήσας τὴν ὀνομαζομένην Φελλίνην, ἠνάγκασεν ὑπαρχειν τοὺς τὴν ἑξῆς χώραν νεμομένους, τοὺς καλουμένους Ἀσφοδελώδεις, ὄντας [m] τοῖς χρώμασι παραπλησίους τοῖς Αἰθίοψι. τρίτην δ' εἷλε [n] Μεσχέλαν μεγίστην οὖσαν, ᾠκισμένην δὲ τὸ παλαιὸν ὑπὸ τῶν ἐκ Τροίας ἀνακομιζομένων Ἑλλήνων, περὶ ὧν ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ προειρήκαμεν. Ἑξῆς δὲ τὴν ὀνομαζομένην Ἄκραν Ἵππου, τὴν ὁμώνυμον τῇ χειρωθείσῃ κατὰ κράτος ὑπ' Ἀγαθοκλέους, καὶ [o] τελευταίαν τὴν προσαγορευομένην Ἀκρίδα πόλιν
793. [p] αὐτόνομον οὖσαν ἐξανδραποδισάμενος, ἐξέδωκε τοῖς στρατιώταις διαρπάσαι.

Ἐμπλήσας δ' ὠφελείας τὸ στρατόπεδον, κατέβη πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἀρχάγαθον, καὶ δόξας ἀγαθὸς ἀνὴρ γεγονέναι, πάλιν ἐστράτευσεν εἰς τοὺς ἄνω τῆς Λιβύης τόπους. ὑπερβαλὼν δὲ τὰς πόλεις ὧν πρότερον ἐγεγόνει κύριος, παρεισέπεσεν εἰς τὴν καλουμένην [q] Μιλτίνην πόλιν, ἀπροσδοκήτως ἐπιφανείς. συστραφέντων δ' ἐπ' αὐτὸν τῶν βαρβάρων, καὶ κρατησάντων ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἐξεβλήθη παραλόγως, καὶ πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀπέβαλεν. ἐντεῦθεν δ' [r] ἀναζεύξας, προῆγε δι' ὄρους ὑψηλοῦ, παρήκοντος ἐπὶ σταδίους διακοσίους, πλήρους δ' ὄντος αἰλούρων, ἐν ᾧ συνέβαινε [s] μηδὲν ὅλως πτηνὸν νοττεύειν, μήτε ἐπὶ τοῖς δένδρεσι, μήτε ἐπὶ ταῖς φάραγξι, διὰ τὴν ἀλλοτριότητα τῶν προειρημένων ζῴων. διελθὼν δὲ τὴν ὀρεινὴν ταύτην, ἐνέβαλεν εἰς χώραν ἔχουσαν πλῆθος πιθήκων, καὶ πόλεις τρεῖς τὰς ἀπὸ τούτων [t] τῶν ζῴων ὀνομαζομένας, εἰς τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον τῆς διαλέκτου μεθερμηνευομένας Πιθηκούσας. ἐν δὲ ταύταις οὐκ ὀλίγα τῶν νομίμων πολὺ παρήλλαττε [u] τῶν παρ' ἡμῖν. Τάς τε γὰρ αὐτὰς οἰκίας οἱ πίθηκοι κατῴκουν τοῖς ἀνθρώποις, θεοὶ παρ' αὐτοῖς νομιζόμενοι, καθάπερ παρ' Αἰγυπτίοις οἱ κύνες· ἔκ τε τῶν παρεσκευασμένων ἐν τοῖς [x] ταμείοις τὰ ζῷα τὰς τροφὰς ἐλάμβανεν ἀκωλύτως, ὁπότε βούλοιτο. καὶ τὰς προσηγορίας δ' ἐτίθεσαν οἱ γονεῖς τοῖς παισὶ κατὰ τὸ πλεῖστον ἀπὸ τῶν πιθήκων, ὥσπερ παρ' ἡμῖν ἀπὸ τῶν θεῶν. τοῖς δ' ἀποκτείνασι τοῦτο τὸ ζῷον, ὡς ἠσεβηκόσι τὰ μέγιστα, θάνατος ὥριστο πρόστιμον. διὸ δὴ καὶ παρά τισιν ἴσχυσεν ἐν παροιμίας μέρει λεγόμενον ἐπὶ τῶν [y] ἀνα-

tor ab eo relictus, poſt diſceſſum patris, initio quidem miſſa in ulteriores tractus parte copiarum, duce Eumacho, feliciter rem gerebat. Olymp. CXVIII. II. Is enim cum Tocas, urbem permagnam, expugnaſſet, multos in vicinia Numidas ſubegit. Oppido dehinc alio, cui Phellina nomen, per oppugnationem capto, finitimae terrae incolas, qui Aſphodelodes indigitantur, & colore ab Aethiopibus nihil differunt, imperium admittere coëgit. Tertiam quoque eximiae magnitudinis urbem, Meſchelam in poteſtatem redegit, quam Graeci antiquitus, a Troja illuc delati, ut ſupra libro tertio a nobis dictum, habitarunt. Hippi poſthaec Acram, illi quam Agathocles expugnarat, cognominem, ſubjugavit. Inter has ultima fuit Acris, urbs ſuae juriſdictionis: quam venditis ſub corona incolis, diripiendam militi conceſſit.

58. Atque ſic onuſta praedis caſtra ad Archagathum retro movit. Strenui igitur viri exiſtimationem conſecutus, aliam in ſuperioris Africae terras expeditionem ſuſcepit, urbesque pridem occupatas praetergreſſus, in oppidum, quod Miltinen nuncupant, improviſo adventu irrumpit. At cum Barbari, adverſus eum conglobati in vicis, ſuperiores evaderent, praeter omnem ſpem cum magna ſuorum jactura ejicitur; Atque inde digreſſus per excelſum montem, ad ſtadia ducenta porrectum, & felibus refertum, duxit. In eo nihil prorſus avium, neque in arboribus, neque in cavernis, propter inimicitias cum illo beſtiarum genere nidulatur. Montanis hiſce ſuperatis, regionem Simiis abundantem ingreſſus, ad tres urbes venit, quae Pithecuſſae, ſi Graecae linguae more verteris, appellantur. Harum inſtituta a noſtratibus longe differunt. Eaſdem enim domus Simiae quas homines frequentant, & pro Diis habentur 764. apud illos, ut apud Aegyptios canes, paratos etiam in cellis penariis cibos, quando libet, nemine prohibente, hae beſtiae ſumunt, nominaque ut plurimum a Simiis, ut apud nos a Diis, parentes liberis ſuis imponunt. Qui animal hoc interfecerint, in eos, ut nefariae impietatis reos, ſupplicio capitis animadvertitur. Ideo apud nonnullos proverbii vicem obtinuit, quod in magnifice ſe

l Μέρος *idem*, tum ἧς ἦν γε. m Τοῖς χρώμασι *Id.* n Μεσχέλαν ora *Steph.* ex *Reg.* 1. o Τελευταίαν *Reg.* 2. p Αὐτονομουμένην ἐξανδρ. in *Steph.* ora ex *Reg.* 1. q Μιλτίνην *Reg.* 1. r Διαζεύξας καὶ ἀναζεύξας *Venet.* Statim προῆλθε ex gloſſa, *Reg.* 1., loco προῆγε. s Μηδὲν ἐν *Reg. pr.* t Notantur *Steph.* aſteriſco, quod abſint a *Reg.* 1., a quo non diſſentio. u Τῶν ἐν *Baſil. Reg.* 2. *Venet.* x Ταμιείοις *Reg.* ambo. y Ἀναδὶ κατοικουμένων *Reg.* 2. ἀνακλινομένων *Reg.* 1.

locorum diſcriptioni convenientius cenſeri poterit, quam ab *Hippone Regio* nihil hanc diſcrepare. *S. Bochartus*, vir ſummus, ea fuit ſententia de Colon. Phoenic. L. 1, 24., nec illam tamen *Abr. Berkelio* perſuadere potuit. Obſervat enim ad *Stephanum* in Ἱππάκρα, Africam habuiſſe duos *Hippones* totidemque *Hippuacras*, teſteque utitur *Ptolemaeo*, a quo L. IV, 3. *Hippuacra* non longe ab Hippone Rhegio, & *alius* ejuſdem nominis promontorium prope Philaenorum aram collocatur. Atque hoc quidem bene habet. Vellem tamen animadvertiſſet, Hippuacrae ſive Hippi promontorio, quod a Philaenorum ara prope aberat, hic locum eſſe non poſſe. Eſt illud enim longo ſpatiorum intervallo ab illo diſſeptum tractu, in quo Eumachus rem geſſit, hoc eſt, a Numidia: in qua, *Ptolemaeo* Auctore, cum fuerit *Hippuacra* ſive promontorium Hippi, habueritque urbem *Hipponem*, manet utique vero adfinis *Bocharti* opinio: & tanto quidem magis, quoniam ſuperior *Hippuacra*, quam Agathocles occupavit, haud longe ab Utica disjuncta fuit, ſicuti nec *Hippo Diarrhytus*. Addo non abſurdum videri, utramque urbem a ſuo Hippi promontorio, unde unde adpellato, quoniam in eo ſedem tenebat, nomen eſſe indeptam. Quae vero ſequitur *Acris*, eam incaſſum quaeſivi. P. Wess.

6. Ἐς τὴν καλουμένην Μιλτίνην] Fuit in hoc Numidiae tractu oppidum nobile *Milevum*, quo de ad *Optat. Milevitani* L. 1, 1. nuperus editor, quod aliud tamen eſſe videtur. P. Wess.

19. Μεθερμηνευομένας Πιθηκούσας] *Scylax* pag. 119. Peripli urbem maritimam Πιθηκούσας memorat, quam tametſi *Iſ. Voſſius* ab hac non diſcernit, aliam puto: haec mediterranea fuit longeque a mari disjuncta, ſicuti ſeries rerum ab Eumacho geſtarum patefacit. *Scylacis* Pithecuſſae non longe ab ea ſilva fuiſſe videntur, quam ex *Poſidonio* deſcripſit *Strabo* L. XVII. pag. 1183. A. Vide vero in quas ſe fraudes induant, qui aut aliorum fide veterum loca citant, aut ſcriptores negligenter pervolvunt. Uſus his *Diodori* verbis *Jac. Haſaeus*, ut clariora adparerent, addidit: *Tres iſtas urbes non proprie civitates fuiſſe, ſed loca habitationum conjicere fas eſt, quas ſimii incolebant. Eas autem eſſe ſpecus, non eſt quod dubitemus, cum a ſimiis integrae civitates condi nec ſoleant nec poſſint.* Quid cenſes? Lege cetera in *Bibl. Bremens.* Claſ. II. Faſc. III. p. 594. & mirare. P. Wess.

23. Καθάπερ παρ' Αἰγυπτίοις οἱ κύνες] Confer L. 1, 87. In ταμείοις & ταμιείοις permiſcendis librarii ſibi multa permittere ſolent,

Olymp. CXVIII. II. ſe efferentes dicitur; Simiae cruorem bibiſti. Eumachus itaque unam harum urbium vi captam diripuit, reliquas duas ad parendum induxit. At finitimis autem barbaris magnas contra ſe copias evocari, certior factus, citato agmine inde movit, ad maritima reverti conſtitutum habens.

59. Ad hoc uſque tempus Archagatho in Libya cuncta ex animi ſententia eveniebant. Deinceps cum meliora de bello Carthaginenſium Senatus conſilia tractaret, tripartitum ex urbe agmen educere Patribus Conſcriptis placuit: ut unum maritimas urbes, alterum mediterranea, tertium ſuperiora loca peteret. Hoc enim ſi feciſſent, eventurum putabant, primum, ut ſimul obſidione reique frumentariae inopia urbs liberetur. Cum enim ingens ex omnibus locis turba Carthaginem perſugiſſet, evenit, ut omnium rerum inopia laboraretur, abſumtis jam illis, quae ad vitam tolerandam conducerent. Nec ve o periculum expugnandae urbis ſuberat, cum & maris propinquitas, & firmitudo murorum, acceſſus facultatem excluderent. Deinde ſocios quoque in fide permanſuros exiſtimabant, ſi plures ſub dio exercitûs, ad auxilium ferendum parati, excubarent; Et quod omnium erat maximum, ad dividendas hoſtem copias & procul a Carthagine abſtrahendas, adactum iri ſperabant. Quae omnia pro ſagaci illorum conjectatione acciderunt. Triginta millibus enim militum ex urbe dimiſſis, relictis mercatoribus, non ſolum, quantum ſatis eſſet, ſuppetebat; Verum ſuperflua etiam ubertate omnium fruebantur. Et ſocii, qui metu hoſtium ante haec illis ſe adjungere cogebantur, animis tunc receptis ad priſtinae amicitiae foedus recurrerunt.

60. Archagathus itaque totam Africam hoſtilibus occupatam exercitibus videns, exercitum etiam ipſe diviſit. Et partem in maritimos tractus miſit; Reliqui dimidium Aeſchrioni tradidit, alterum ipſe duxit, ſufficiente ad Tunetem praeſidio relicto. Tam numeroſi validique exercitus dum per agros undique vagantur, & rerum omnium converſio jam imminere putatur, quem res eventum ſortitura eſſet, omnes ſuſpenſis animis trepidi exſpectabant. Tum Hanno copiarum in mediterraneis ductor, inſidiis Aeſchrioni poſitis, nec opinantem opprimit, & ſupra cIↄ. cIↄ. cIↄ. cIↄ. peditum caedit, & de equitatu cc. inter quos etiam ipſe erat praefectus. Reliqui partim in manus veniunt, partim ad Archagathum, qui quingentis inde ſtadiis aberat, incolumes evadunt. Imilcon vero praetor in ſuperiora loca dux creatus, primo urbem quandam inſederat contra Eumachum, qui gravem ex urbibus praeda exercitum trahebat.

τευομένων, ὅτι πιθήκου αἷμα πέπωκας. ὁ δ' οὖν Εὔμαχος μίαν μὲν τούτων πόλεων ἑλὼν κατὰ κράτος, διήρπασε, τὰς δὲ δύο προσηγάγετο. πυνθανόμενος δὲ τοὺς περιοικοῦντας Βαρβάρους ἀθροίζειν ἐπ' αὐτὸν μεγάλας δυνάμεις, προῆγε συντομώτερον, διεγνωκὼς ἐπανιέναι πρὸς τοὺς [a] ἐπὶ θαλάττῃ τόπους.

Μέχρι μὲν δὴ τούτων τῶν χρόνων ἐν τῇ Λιβύῃ κατὰ νοῦν ἅπαντα τὰ πράγματα τοῖς περὶ τὸν Ἀρχάγαθον ἦν. Μετὰ δὲ ταῦτα τῆς γερουσίας ἐν Καρχηδόνι βουλευσαμένης περὶ τοῦ πολέμου καλῶς, ἔδοξε τοῖς συνέδροις τρία στρατόπεδα ποιήσαντας ἐκ τῆς πόλεως ἐκπέμψαι, τὸ μὲν ἐπὶ τὰς παραθαλαττίους πόλεις, τὸ δ' εἰς τὴν [a] μεσόγειον, τὸ δ' εἰς τοὺς ἄνω τόπους. ἐνόμιζον γάρ, τοῦτο πράξαντες, πρῶτον μὲν τὴν πόλιν ἀπαλλάξειν τῆς πολιορκίας, ἅμα δὲ καὶ τῆς ἐνδείας. (πολλῶν γὰρ καὶ παντοδα- 794
πῶν ὄχλων συμπεφευγότων εἰς τὴν Καρχηδόνα, συνέβαινε πάντων γεγονέναι σπάνιν, [b] ἐξανηλωμένων ἤδη τῶν ἐπιτηδείων. ὁ δὲ τῆς πολιορκίας οὐκ ἦν κίνδυνος, ἀπροσίτου τῆς πόλεως οὔσης, διὰ τὴν ἀπὸ τῶν τειχῶν καὶ τῆς θαλάττης ὀχυρότητα) ἔπειθ' ὑπελάμβανον καὶ τοὺς συμμάχους διαμενεῖν μᾶλλον, πλειόνων στρατοπέδων ὄντων ἐν ὑπαίθρῳ τῶν παραβοηθούντων. τὸ δὲ μέγιστον, ἤλπιζον καὶ τοὺς πολεμίους ἀναγκασθήσεσθαι μερίζειν τὰς δυνάμεις, καὶ μακρὰν ἀποσπᾶσθαι τῆς Καρχηδόνος. ἃ δὴ ἅπαντα κατὰ τὴν ἐπίνοιαν αὐτῶν συνετελέσθη. τρισμυρίων μὲν γὰρ στρατιωτῶν ἐκ τῆς πόλεως ἐκπεμφθέντων, οἱ [c] καταλειπόμενοι ἔμποροι οὐχ οἷον ἱκανὰ πρὸς αὐτάρκειαν εἶχον, ἀλλ' ἐκ περιουσίας ἐχρῶντο δαψιλέσι πᾶσιν. οἵ τε σύμμαχοι, τὸ πρὸ τοῦ διὰ τὸν ἀπὸ τῶν πολεμίων φόβον ἀναγκαζόμενοι προστίθεσθαι τοῖς πολεμίοις, τότε πάλιν θαρρήσαντες [d] ἀνέτρεχον εἰς τὴν προϋπάρχουσαν φιλίαν.

Ὁ δ' Ἀρχάγαθος, ὁρῶν διειλημμένην ἅπασαν τὴν Λιβύην πολεμίοις στρατοπέδοις, καὶ αὐτὸς διεῖλε τὴν δύναμιν καὶ μέρος μὲν ἐξέπεμψεν εἰς τὴν παραθαλάττιον, τῶν δ' ἄλλων στρατιωτῶν τὸ μὲν Αἰσχρίωνι παραδοὺς ἐξέπεμψε, τῶν δ' αὐτὸς ἡγεῖτο, καταλιπὼν τὴν ἱκανὴν φυλακὴν ἐπὶ τοῦ Τύνητος. τοσούτων δὲ στρατοπέδων ἐπὶ τῆς χώρας πανταχῇ πλαζομένων, καὶ προσδοκωμένης ἔσεσθαι πραγμάτων ὁλοσχερῶν μεταβολῆς, ἅπαντες ἠγωνίων καραδοκοῦντες τὸ τέλος τῶν ἀποβησομένων. Ἄννων μὲν οὖν ἡγούμενος τοῦ κατὰ τὴν μεσόγειον στρατοπέδου, θεὶς ἐνέδρας τοῖς περὶ τὸν Αἰσχρίωνα, καὶ παραδόξως ἐπιθέμενος, ἀπέκτεινε πεζοὺς μὲν πλείους τῶν τετρακισχιλίων, ἱππεῖς δὲ περὶ διακοσίους, ἐν οἷς ἦν καὶ αὐτὸς ὁ στρατηγός· τῶν δ' ἄλλων οἱ μὲν ἥλωσαν, οἱ δὲ διεσώθησαν πρὸς Ἀρχάγαθον, ἀπέχοντα σταδίους πεντακοσίους. [e] Ἰμίλκων δ' ἐπὶ τοὺς ἄνω τόπους [f] στρατηγὸς ἀποδειχθεὶς τὸ μὲν πρῶτον ἐφήδρευε τῇ πόλει πρὸς τὸν Εὔμαχον, [g] ἐφελκόμενον βαρὺ τὸ στρατόπεδον, διὰ τὰς

z Ἐπιθαλαττίους Reg. 1. & ſtatim μὲν ἦν. a Μεσόγειον id. & mox ἀπαλλάξαι. b Ἐξαναλωμ. Venet. c Καταλειπόμενοι Reg. 1. & mox ἐκ περιουσ. cum Steph. om. vulgo ἐκ περ. d Ἐτρεχον Reg. 2. Baſil. Venet. In Reg. pr. πρὸς τὴν. e Ἀμίλκων Reg. 1. & mox iterum. f Στρατηγὸς Reg. 2. Vat. Venet. Baſil. om Steph., non male. g Ἐφελκόμενον ambo Reg. Cett. ἐφελκόμενος.

lent, docente Cel. Dukero ad Thucydid. L. 1, 69. P. Wess.

32. Πιθήκου αἷμα πεπωκὼς] Pro αἷμα πέπωκας, quid ſi αἷμα ἐκπεπωκὼς legatur? H. Steph.

Πιθήκου αἷμα πεπωκὼς] Credo Stephanum verum conjectando eſſe aſſecutum. Quorſum enim iſtud, ſimiae ſanguinem bibebant? qua de re nihil in praecedentibus. Aliud eſt, quod me moratur. Non video, quo modo hic congruere queant verba ἐπὶ τῷ ἀναλισκομένῳ in magnifice ſeſe efferentes. Agitur de fraude capitali, jactantiaeque nullus hic locus eſt. Scribe ἐπὶ τῷ ἀπολ[illegible] in eos qui ſupore occiduntur, quemadmodum Reg. fit. Adde jam, ὅτι πιθήκου αἷμα ἐκπέπωκας eos ſimiae ſanguinem [illegible], & dicti cauſſam agnoſces. Videtur, ne id praeteream, Junius vitium perſpexiſſe, qui de hoc proverbio ex Noſtro: unde etiam apud eos dicatur de iis, qui jam occiſi & e medio ſublati ſint, ὅτι πιθήκου αἷμα πέπωκεν, i. e. ſimiae ſanguinem eos profudiſſe. Forte ἀναλισκομένῳ voluit. P. Wess.

57. Καὶ μακρὰν ἀποσπᾶσθαι τῆς Καρχηδόνος] Longius ab urbe Carthagine digredi. Polyaenus L. vi, 16, 4 [illegible] ἄχρι πελάγους [illegible], quae ſcriptoris verba, pluriumque aliorum, non fugerunt accuratiſſimam T. Hemſterhuſii diligentiam ad Luciani D. Deor. xx, 5., quorſum ſi de verbi uſu edoceri velis recurre, & ad Miſcellan. Obſerv. Vol. x. p. 110. P. Wess.

61. Ἀλλ' ἐκ περιουσίας] Lege ἐκ περιουσίας. L. Rhod.

Ἀλλ' ἐκ περιουσίας] Idem malo & ego. Vide Gataker. ad Anton. L. vi. p. 196. Alii ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος dixerunt ſimili

τὰς ἐκ τῶν ἄλλων πόλεων ὠφελείας. μετὰ δὲ ταῦτα τῶν Ἑλλήνων ἐκταξάντων τὴν δύναμιν, καὶ προκαλουμένων εἰς μάχην, Ἰμίλκων μέρος μὲν τῆς στρατιᾶς κατέλιπε διεσκευασμένον ἐν τῇ πόλει, διακελευσάμενος, ὅταν αὐτὸς ἀναχωρῇ, προσποιούμενος φεύγειν, ἐπεξελθεῖν τοῖς ἐπιδιώκουσιν· αὐτὸς δὲ [h] προάγων τοὺς ἡμίσεις τῶν στρατιωτῶν, καὶ μικρὸν πρὸ τῆς παρεμβολῆς συνάψας μάχην, εὐθὺς ἔφευγεν ὡς καταπεπληγμένος. οἱ δὲ περὶ τὸν Εὔμαχον 795. ἐπαρθέντες τῇ νίκῃ, καὶ τῆς τάξεως οὐδὲν φροντίσαντες ἐδίωκον, καὶ τεθορυβημένως τῶν ὑποχωρούντων ἐξήπτοντο. ἄφνω δὲ καθ' ἕτερον μέρος τῆς πόλεως ἐκχυθείσης τῆς δυνάμεως κατεσκευασμένης, καὶ πλήθους ἱκανοῦ πρὸς ἓν παρακέλευσμα συναλαλάξαντος, κατεπλάγησαν. ἐμβαλόντων δὲ τῶν Βαρβάρων [i] εἰς ἀσυντάκτους καὶ πεφοβημένους διὰ τὸ παράδοξον, ταχὺ τροπὴν συνέβη γενέσθαι τῶν Ἑλλήνων. ἀποτετμημένων γὰρ τῶν Καρχηδονίων τὴν εἰς τὴν στρατοπεδείαν ἀποχώρησιν τῶν πολεμίων, ἠναγκάσθησαν οἱ περὶ τὸν Εὔμαχον καταφυγεῖν ἐπί τινα πλησίον λόφον ὕδατος σπανίζοντα. περιστρατοπεδευσάντων δὲ τὸν τόπον τῶν Φοινίκων, ἅμα μὲν ὑπὸ τῆς δίψης καταπονηθέντες, ἅμα δ' ὑπὸ τῶν πολεμίων κρατούμενοι, σχεδὸν ἅπαντες ἀνῃρέθησαν. ἀπὸ μὲν γὰρ πεζῶν ὀκτακισχιλίων, τριάκοντα μόνοι διεσώθησαν, ἀπὸ δ' ἱππέων ὀκτακοσίων, τετταράκοντα διέφυγον τὸν κίνδυνον.

83. Demetrius ergo claſſe velut ad navalem pugnam terribiliter inſtructa, naves longas, quae trium ſpithamarum catapultas in proris geſtabant, praeire, militares autem & hippagines remulco tractas ab iis, quae remigio utebantur, ſubſequi juſſit. Ultimo Piratarum erant pontones, mercatorumque naves & annotinae ſupra modum, ut dictum eſt, numeroſae. Totum igitur ſpacium inter inſulam oppoſitamque oram navigiis oppletum cernebatur, metumque ingentem ac ſtuporem ab urbe proſpectantibus incutiebat. Milites enim Rhodiorum, per moenia diſpoſiti, adventum hoſtis opperiebantur. Senes autem & foeminae ex aedibus, (nam urbs theatri formam referebat) proſpectum habebant, omneſque magnitudine claſſis, & armorum radiantium fulgore perculſi, de rerum ſumma non mediocriter ſoliciti erant. Tum ad Inſulam Demetrius appellit, expoſitoque milite, caſtra urbi admovet, ſic tamen, ut extra teli jactum illa poneret. Et ſtatim ex Piratis aliiſque idoneos maxime emittit, qui terra marique inſulam depopulentur. Proximum quoque territorium arboribus nudat, villiſque deſtructis, caſtra inde ſua communit, foſſa tergemina, valliſque denſis ac grandibus illa complexus, ita ut calamitate hoſtium incolumitatem ſuis procuraret. Inde de totius exercitus, navaliumque ſociorum opera, quicquid inter urbem & exſcenſum erat ſpacii, aggere intra paucos dies conſternit, portumque navibus amplum ſatis reddit.

84. Interim Rhodii miſſitandis legatis, ne quod irre-

[l] Ἐν Ἐλαφρύμοις Edd. [m] Ὑπηρετικὰ Reg. 1. Vulgo ὑπηρετικαί. [n] Ἐπηκολούθει idem. [o] Πολεμίων ex Reg. pr. ora Steph. [p] Ὑπεράγοντα in iisdem. [q] Τῶν τε ſolus Reg. 1., quem ſequor, τε addens.

Ipſum ſi conſulueris & A. Dounaeum Praelect. in Demoſth. Or. Or. de Pac. p. 184., cumulatiſſime tibi ſatis eſſe factum dicet. P. Wess.

26. Τὸν ἐν Ἐλαφρύμοις λιμένα] Lege Λωρύμοις ex Thucydide, Strabone, Appiano, Stephano &c. Jac. Palm.

Τὸν ἐν Λωρύμοις λιμένα] Librarii admodum infeſti huic fuerunt oppido: mutarunt ejus nomen in Δώρυμα alias, hic Ἐλαφρύμοις pari audacia eſſe juſſerunt. Repreſſerunt tamen eos praeter Palmerium uterque ad libri ſui marginem, Joſ. Scaliger & Iſ. Voſſius. Erant Λώρυμα Ῥοδίων τι φρούριον ἐν τῇ περαίᾳ, ſive in oppoſita Aſiae continenti, ut Appianus Bell. Civil. L. IV. p. 1010. ait. P. Wess.

29. Ὑπηρετικὰ δὲ πλείω &c.] Sic ſcripſit, ſerie orationis commonſtrante. Navium id genus alibi illuſtravimus. P. Wess.

44. Καὶ τὰς ἱππηγοὺς] Confer L. XI, 3. & Celeb. Dukerum in Thucydid. L. 6, 43., tum Philochorum apud Dionyſium T. II. p. 121. & Philoſtratum Heroic. C. XIX, 20. ubi πλοῖα τὰς τῶν ἱππαγωγῶν τριήρεις rectius legeris. P. Wess.

54. Οὔσης τῆς πόλεως θεατροειδοῦς] Vid. ad L. XIX, 45. P. Wess.

77. Οἱ

Olymp. CXVIII. II. irrecuperabile urbi damnum inferat, precantur. Ubi vero preces non audiri vident, abjecta ſpe compoſitionis per legatos ad Ptolemaeum, Lyſimachum & Caſſandrum miſſos auxilia petunt, quod propter eos urbs bello premeretur. Inquilinis autem, qui in urbe conſederant, advenisque poteſtatem faciunt, ſecum, ſi velint, pro urbe propugnandi. At reliquam inutilem turbam ex oppido ablegant, tum ut inopiam rerum neceſſariarum praecaverent, tum ne quiſquam praeſentem urbis ſtatum moleſte ferens, proditor ejus fieret. Hinc eorum, qui armis geſtandis eſſent, recenſione facta civium ad Ͻↄↄ. cIↄ. inquilinorum & hoſpitum mille, invenerunt. Plebiſcitum quoque factum, ut de ſervis, qui bonos ſe viros in periculis exhibuiſſent, ſoluto dominis precio, manu mitterentur, inque civium numero eſſent. 776. Promulgatum inſuper, ſe, qui in bello oppetiiſſent, ſepultura publica honeſtaturos, parenteſque ac liberos aerarii impenſis alituros, & virginibus dotem erogaturos ex publico, filiosque jam adultos Bacchanalibus in theatro integra armatura coronaturos. Hisce promiſſionibus omnium animis ad pericula fortiter ſubeunda excitatis, in reliquorum etiam, ut tum fieri poterat, incumbunt apparatum. Cum enim unanimis eſſet populi conſenſus, pecuniam conferebant locupletes; artemque ſuam ad armorum fabricationem exhibebant opifices; nemoque non operi ſedulo intentus, ut alterum contentione ſuperaret, accelerabat. Idcirco pars catapultis & baliſtis, pars caeteris rebus adornandis, operam dare. Nonnulli affectas murorum partes inſtaurare, plerique lapides in moenia portantes coacervare. Quin etiam tres naves velociſſimas in hoſtes, & mercatores, qui commeatum illis apportabant, emiſere. Hae repente illos aggreſſae multa mercatorum navigia, qui terrae depraedandae gratia excurrerant, demerſerunt, nec pauca ad littus abſtracta concremarunt, & qui de captis redimendo ſeſe eſſent, in urbem perduxere. Cum Demetrio enim convenerant Rhodii, ut redemtionis inter ſe precium numerarent, pro libero capite drachmas millenas, pro ſervo quingenas.

85. Caeterum quia magna rerum omnium copia ad ſtruendas machinas praeditus erat, Demetrius teſtudines duas fabricari coepit, unam adverſus petrarias, alteram contra catapultas, ambaſque duabus onerariis in frontem directis atque conjunctis ſuperimpoſuit. Duas etiam IV. tabulatorum turres,

πόλεις ἠξίουν μηδὲν πρᾶξαι κατὰ τῆς πόλεως ἀνήκεστον. ὡς δ' οὐδεὶς αὐτοῖς προσεῖχεν, ἀπογνόντες τὰς διαλύσεις, ἐξέπεμψαν πρεσβευτὰς πρὸς Πτολεμαῖον καὶ Λυσίμαχον καὶ Κάσανδρον, ἀξιοῦντες βοηθεῖν, ὡς τῆς πόλεως προσπολεμούσης ὑπὲρ αὐτῶν. τῶν δ' ἐν τῇ πόλει κατοικούντων παροίκων καὶ ξένων δόντες ἐξουσίαν τοῖς βουλομένοις συναγωνίζεσθαι, τοὺς λοιποὺς [r] ἀχρήστους ἐκ τῆς πόλεως ἐξέπεμψαν, ἅμα μὲν τὴν τῶν ἀναγκαίων ἔνδειαν προνοηθέντες, ἅμα δὲ καὶ τοῦ μηδένα τῇ καταστάσει δυσχεραίνοντα γίνεσθαι τῆς πόλεως προδότην. ἀριθμὸν δὲ ποιησάμενοι τῶν δυναμένων ἀγωνίζεσθαι, πολιτῶν μὲν εὗρον περὶ ἑξακισχιλίους, τῶν δὲ παροίκων καὶ ξένων εἰς χιλίους. ἐψηφίσαντο δὲ καὶ τῶν δούλων τοὺς ἄνδρας ἀγαθοὺς γενομένους ἐν τοῖς κινδύνοις, ἀγοράσαντας παρὰ τῶν δεσποτῶν, ἐλευθεροῦν, καὶ πολίτας εἶναι· ἔγραψαν δὲ καὶ τῶν τελευτησάντων ἐν τῷ πολέμῳ τὰ μὲν σώματα δημοσίᾳ θάπτεσθαι, τοὺς δὲ γονεῖς καὶ παῖδας τρέφεσθαι, λαμβάνοντας τὴν χορηγίαν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ταμιείου· καὶ τὰς μὲν παρθένους δημοσίᾳ προικίζεσθαι, τοὺς δ' υἱοὺς ἐν ἡλικίᾳ γενομένους ἐν τῷ θεάτρῳ στεφανοῦσθαι τοῖς Διονυσίοις [s] πανοπλίᾳ. διὰ δὲ τούτων ἐκκαλεσάμενοι τὰς ἁπάντων προθυμίας εἰς τὸ τοὺς κινδύνους ὑπομένειν εὐψύχως, ἐπόνησαν καὶ τῶν ἄλλων τὴν ἐνδεχομένην παρασκευήν. 812. ὁμονοοῦντος γὰρ τοῦ πλήθους, οἱ μὲν εὔποροι χρήματ' εἰσέφερον, οἱ δὲ τεχνῖται τὰς αὐτῶν ἐπιστήμας παρείχοντο πρὸς τὴν τῶν ὅπλων κατασκευήν· [t] ἅπας δ' ἦν ἐνεργός, τῇ φιλοτιμίᾳ τοὺς ἄλλους ὑπερθέσθαι σπεύδων. διόπερ οἱ μὲν ἐγίνοντο περὶ τοὺς ὀξυβελεῖς καὶ πετροβόλους, οἱ δὲ περὶ τὴν τῶν ἄλλων [v] παρασκευήν· τοῖς δὲ τὰ πεπονηκότα τῶν τειχῶν ἐπεσκεύαζον· πλεῖστοι δὲ λίθους πρὸς τὰ τείχη φέροντες ἐσώρευον. ἐξέπεμψαν δὲ καὶ τὰς ἄριστα πλεούσας ναῦς τρεῖς ἐπὶ τοὺς πολεμίους, καὶ τοὺς παρακομίζοντας αὐτοῖς ἀγορὰς ἐμπόρους. αὗται δὲ παραδόξως ἐπιφανεῖσαι πολλὰ μὲν πλοῖα τῶν ἐπὶ τὴν προνομὴν τῆς χώρας ὠφελείας χάριν πλεόντων ἐμπόρων κατεπόντισαν, οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ πρὸς τὸν αἰγιαλὸν κατασπάσασαι συνέκαυσαν, καὶ τῶν αἰχμαλώτων τὰ δυνάμενα δοῦναι [x] λύτρον παρεκόμιζον εἰς τὴν πόλιν. συνέθεντο γὰρ οἱ Ῥόδιοι πρὸς τὸν Δημήτριον ὥστε ἀλλήλοις διδόναι λύτρον, ἐλευθέρου μὲν χιλίας δραχμάς, δούλου δὲ πεντακοσίας.

Πρὸς τὰς θέσεις [y] τῶν ὀργάνων δὲ ὁ Δημήτριος ἄφθονον ἔχων ἁπάντων χορηγίαν, ἤρξατο κατασκευάζειν δύο χελώνας, τὴν μὲν πρὸς τοὺς πετροβόλους, τὴν δὲ πρὸς τοὺς ὀξυβελεῖς. ἀμφοτέρας δὲ ταύτας ἐπὶ δύο πλοίων φορτηγῶν διαβεβηκότων καὶ καθεζευγμένων. δύο δὲ πύργους τετραστέγους, ὑπερέχοντας τοῖς ὕψεσι

r Ὡς ἀχρήστους Id. s Πανοπλίαις margo Steph. ex Reg. pr. ſatis bene. t Ἐνεργὸς τῇ φιλοτιμίᾳ τοὺς ἄλλους ὑπερθέσθαι σπεύδων idem. v Κατασκευὴν Reg. pr. x Λύτρα Id. y Τῶν ὀργάνων ὁ δὲ Δημ. Baſil.

77. Ὡς τῆς πόλεως προσπολεμούσης ὑπὲρ αὐτῶν] Si longiſſime hinc exularet τὸ ὑπὲρ, praeſertem προσπολεμούσης, uti apud Plut. Pericl. p. 158. F. Appian. Excerpt. Urſini XXIII. p. 361. & ſupra L. XIV, 98. Nunc commodius explebitur oratio intellectis πρὸς τὸν Ἀντίγονον vocabulis. P. Wess.

87. Ἀγοράσαντας παρὰ τῶν δεσποτῶν ἐλευθεροῦν &c.] Ex hoc genere Volones erant, quorum operam poſt Cannenſem cladem Roma non detrectavit, apud Livium L. XXIV. 11. & Feſtum, fuerant etiam illi, de quibus Sueton. Aug. C. 25. & Velleius L. II, 111. P. Wess.

89. Τὰ μὲν σώματα δημοσίᾳ θάπτεσθαι] Eo Rhodii ſcito Athenienſium morem, de quo ad L. XI, 33., imitati ſunt. Quin indidem ſumtum eſſe τοὺς υἱοὺς (eorum, qui pugnando pro patria perierant) στεφανοῦσθαι τοῖς Διονυσίοις πανοπλίᾳ, clariſſime videbis, ſi Aeſchinem Orat. in Cteſiphont. pag. 75. & quae S. Petitus Comm. LL. Attic. L. VIII. Tit. 3. conduxit, cum his contuleris. P. Wess.

92. Δημοσίᾳ προικίζεσθαι] Sic L. XVI, 56. ἀλλ' ἵνα προικὸς ἀμφοτέρας συνοικίζῃ. Verbum rarius & in Lexicis vix obvium. Notavit conpluſcula doctiſſimus Hoeſchelius ad Photii Biblioth. p. 95. P. Wess.

1. Ἅπας δ' ἦν ἐνεργὸς &c.] Rhodi architecturae, machinarum bellicarum & armorum artificium egregie exercebatur, Strabone L. XIV. p. 965. & Philone de Tel. Conſtr. p. 51. auctoribus. Quae quidem res quin illis opportuna hoc maxime fuerit tempore, non dubium eſt. Imo parum abeſt quin exiſtimem, hanc eam fuiſſe tempeſtatem, qua Rhodiorum feminae crines ſuos ultro detonderi ſunt paſſae, ut funes inde ad machinarum uſum necti torquerique poſſent, teſte Ariſtide Orat. Rhod. 9. 355. & Frontino Strateg. 1. 7. 4. P. Wess.

12. Καὶ τῶν αἰχμαλώτων τὰ δυνάμενα &c.] Verba conſideranda ſunt ac ſi τῶν αἰχμαλώτων σωμάτων forent: ſic ſaepe de captivis. P. Wess.

20. Ἐπὶ — φορτηγῶν διαβεβηκότων] Quum διαβεβηκότα ea ferre dicantur, quae divaricata ſunt, ut extremo lib. I. oſtenſam, ſuſpicabar olim διαβεβηκότων, i. e. quae ſeorſum progrederentur, fuiſſe: augebat ſuſpicionem confuſio utriusque in MSſ. vocabuli. Sic quod in altera S. Pauli ad Corinth. eſt C. V, 10. ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, haud pauci legebant τὰ ἴδια τοῦ σώματος. Origeni praeter alios περὶ Ἀρχ. L. III. p. 133.

Id

ὕψεσι τῶν ἐπὶ τοῦ λιμένος πύργων. ἑκατέρων δὲ τούτων ἐπὶ δύο πλοίων ἴσων ᵃ βεβηκότων καὶ κατειλημμένων, ὅπως ἐν τῷ ᵃ προσάγειν ἡ στάσις ἑκατέρα τῶν πλευρῶν ἰσόρροπον ἔχῃ τὸ βάρος. κατεσκεύασε δὲ καὶ χάρακα πλωτὸν ἐπὶ τετραπόδων ξύλων καθηλωμένων, ὅπως προσπλέων οὗτος κωλύῃ τοὺς πολεμίους ἐπιπλεούσας ἐμβολὰς διδόναι τοῖς φέρουσι τὰς μηχανὰς πλοίοις. ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα τὴν συντέλειαν ἐλάμβανεν, ἀθροίσας τοὺς ἀδρομεστάτους τῶν λέμβων, καὶ τούτους καταφράξας σανίσι, καὶ θυρίδας κλειστὰς κατασκευάσας, ἐνέθετο μὲν τῶν τρισπιθάμων ὀξυβελῶν τοὺς πορρωτάτω βάλλοντας, καὶ τοὺς τούτοις κατὰ τρόπον χρησομένους, ἔτι δὲ τοξότας Κρῆτας· τὰς δὲ ναῦς προσαγαγὼν ἐντὸς βέλους, κατετίτρωσκε τοὺς κατὰ τὴν πόλιν, ὑψηλότερα τὰ παρὰ τὸν λιμένα τείχη κατασκευάζοντας. οἱ δὲ Ῥόδιοι, θεωροῦντες τοῦ Δημητρίου τὴν πᾶσαν ἐπιβολὴν οὖσαν ἐπὶ τὸν λιμένα, καὶ αὐτοὶ τὰ πρὸς τὴν ἀσφάλειαν τούτου παρεσκευάζοντο. δύο μὲν οὖν ἔστησαν μηχανὰς ἐπὶ τοῦ χώματος, τρεῖς δ' ἐπὶ φορτηγῶν
813. πλοίων, πλησίον τοῦ κλείθρου τοῦ μικροῦ λιμένος. ἐν δὲ ταύταις ἐνέθηκαν πλῆθος ὀξυβελῶν καὶ πετροβόλων παντοίων τοῖς μεγέθεσιν, ὅπως, ἐάν τε ἀποβιβάζωσιν οἱ πολέμιοι πρὸς τὸ χῶμα στρατιώτας, ἐάν τε τὰς μηχανὰς προσάγωσι, διὰ τούτων αὐτοὺς εἴργωσι τῆς ἐπιβολῆς. ἐπέστησαν δὲ καὶ τοῖς ὁρμοῦσι τῶν φορτηγῶν πλοίων ἐν τῷ λιμένι βελοστάσεις οἰκείας τοῖς ἐπιτίθεσθαι μέλλουσι καταπέλταις.

Ἀμφοτέρων δὲ τοῦτον τὸν τρόπον παρεσκευασμένων, ὁ Δημήτριος τὸ μὲν πρῶτον ἐπιβαλόμενος προσάγειν τὰς μηχανὰς τοῖς λιμέσιν ἐκωλύθη, κλύδωνος ἐπιγενομένου τραχυτέρου. μετὰ δὲ ταῦτα νυκτὸς εὐδίας λαβόμενος, λαθὼν προσπλεύσας, καὶ καταλαβόμενος ἄκρον τὸ χῶμα τοῦ μεγάλου λιμένος, εὐθύς τε περιεχαράκωσε τὸν τόπον, καὶ διέφραξε θυρώμασι καὶ πέτραις· ἐξεβίβασε δ' εἰς αὐτὸν στρατιώτας ᵇ τετρακοσίους, καὶ βελῶν πλῆθος παντοδαπῶν, ἀπέχοντος ἀπὸ τῶν τειχῶν τοῦ τόπου πέντε πλέθρα. ἅμα δ' ἡμέρας γενομένης παρεκόμισαν τὰς μηχανὰς εἰς τὸν λιμένα μετὰ σάλπιγγος καὶ κραυγῆς. καὶ τοῖς μὲν ἐλάττοσιν ὀξυβελέσι καὶ μακρὰν φερομένοις ἀνεῖργε τοὺς ἐργαζομένους τὸ παρὰ τὸν λιμένα τεῖχος· τοῖς δὲ πετροβόλοις τάς τε μηχανὰς τῶν πολεμίων, καὶ τὸ διὰ τοῦ χώματος τεῖχος, τῇ μὲν ᶜ διέσειε, τῇ δὲ κατέβαλεν, ἀσθενὲς ὑπάρχον καὶ ταπεινὸν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις. ἀμυνομένων δὲ καὶ τῶν ἐκ τῆς πόλεως εὐρώστως, τότε μὲν ὅλην τὴν ἡμέραν διετέλεσαν ἀμφότεροι πολλὰ κακὰ καὶ δρῶντες καὶ πάσχοντες· τῆς δὲ νυκτὸς ἤδη ᵈ καταλαμβανούσης, ὁ μὲν Δημήτριος ταῖς ῥυμουλκούσαις ναυ-

oppidanis in portu altiores exſtruxit: quarum utraque geminis portaretur navigiis pariter incedentibus, interque ſe connexit; Ut inter promovendum utriusque lateris ſtatus pondus aequale haberet. Vallum praeterea natabile ſupra ligna quadrupedia, clavis inter ſe compaginata, exſtruxit, ut acceſſu ſuo hoſtes ab incurſatione in naves machinis oneratas prohiberet. Interea dum haec perficiuntur, coactos lemborum validiſſimos tabulis communit, & adhibitis, quae claudi poſſent, feneſtris, e trium ſpithamarum catapultis, eas quae quam longiſſime jacerent, cum viris qui dextre his uterentur, & Cretenſibus ſagittariis, imponit, navibusque intra teli jactum admotis, miſſilibus oppidanos, dum altiores juxta portum muros educunt, ſauciat. Rhodii in occupando Demetrium portu totum eſſe, animadverſo, etiam ipſi ad defenſionem ejus neceſſariis comparandis ſtudium impendunt. Duas itaque machinas ſuper aggerem collocant, treſque alias in onerariis navibus ad parvi clauſtra portus, cum catapultis & petrariis variae magnitudinis conſtituunt; ut horum praeſidio, ſi vel milites in aggerem exponerent, vel applicarent machinas, impreſſionem hoſtis propulſarent. Ad haec in onerariis, quarum ſtatio in portu erat, telorum receptacula imponendis catapultis idonea diſponunt.

86. Jamque utrique hunc ad modum parati erant, cum machinas admovere portubus inſtituens Demetrius, aſperioris interventu tempeſtatis impeditur. At tranquillae dehinc noctis occaſione clam adnavigat, & ſummo aggere portus magni occupato, confeſtim circumvallat locum, & tabulis ſaxiſque interſeptum obſtruit. Tum cccc. in eum milites cum omni telorum genere exponit, locus autem ille v. tantum plethris a muro diſtabat. Orta dehinc luce, cum tubae clangore ac vociferatu 777. machinas in portum ſubvehunt; Tum minoribus, & procul volantibus catapultarum telis murum in portu exſtruentes depellunt. Balliſtis autem machinamenta hoſtium, murumque per aggerem ductum, qua conquaſſat, qua dejicit. Infirmus enim & humilis tum temporis erat. Cumque oppidani fortiter ſe defenderent, totum illum diem inferendis damnis & accipiendis exigebant. Appetente vero nocte, navigiis remulcando tractis extra

Olymp. CXVIII. IV.

ᵃ Βεβηκότα Reg. 2. Baſil. ᵃ Προάγειν Reg. 1. ᵇ Τριακοσίους ora Steph. Reg. 1. Baſil. ᶜ Διέσειε Reg. 1. ᵈ Καταλαμβανούσης Id. cum Steph. marg.

id reddendum eſt. Edunt ſine τὰ διὰ τοῦ σώματος, ſed Rufinus propria corporis vertit, ſecutus τὰ ἴδια, quomodo Origenes ipſe Homil. xix. in Jerem. p. 166. Hoc obiter. Nunc ἴσων βεβηκότων non probo, arbitratus vulgatum non aliud indicare ac ἴσως βεβηκότων, quod ſtatim ſuccedit. De turribus, navibus imponendis, Athenaeus de Machin. p. 7. P. Wess.

27. Ἐπὶ τετραπόδων ξύλων &c.] Super ligna quadrupedia Interpres, quae inter natandum quem uſum praebere potuerint, non bene capio: mallem quidem certe ἐπὶ τετραπέδων ξύλων ſuper ligna quadrata, ut inferius C. 96. P. Wess.

33. Ἐνέθετο — τρισπιθάμων — τοὺς πορρωτάτω βάλλοντας] Sic hujus libri C. 50. καὶ τῶν τρισπιθάμων ὀξυβελῶν τοὺς ἱκανῶς τοῖς μήκεσιν ἱκνουμένους. Hic recte additur τοὺς πορρωτάτω βάλλοντας. Nam genus hoc machinae ad tria uſque ſtadia & amplius in hoſtes tela vibrabat, id certe, cujus architectus Ageſiſtratus perhibetur. Ὁ γὰρ τρισπίθαμος αὐτῷ καταπέλτης ἔβαλλε τρία στάδια καὶ ἡμιστάδιον Athenaeo teſte de Machin. p. 3., cui Philon. de Tel. Fabric. p. 99. junge. P. Wess.

42. Τρεῖς δ' ἐπὶ φορτηγῶν πλοίων &c.] Lege de hoc defenſionis genere multa praecipientem Philonem de Tel. Conſtruct. p. 95. P. Wess.

49. Βελοστάσεις — τοῖς — μέλλουσι καταπέλταις] Καταπέλταις, non accuſandi caſu. L. Rhod.

Βελοστάσεις ... τοῖς ... μέλλουσι καταπέλταις] Adſtipulor Rhodomano, qui βελοστάσεις telorum receptacula non male vertit. In Maccab. quidem lib. 1. 6, 20. & 51. a veteri Interprete baliſtae eſſe jubentur, neque Cangius in Gloſſario diſſentit; falſe enim βελοστάσεις jaculorum quandam congeriem, uno baliſtae ictu in hoſtes conjectam. At loca, quibus id firmare adnititur, non probant: nam Philonis Belopoec. p. 81. verba tabulatum deſcribunt, machinis teliſque recipiendis aptum: & haec, quae praeteriit, clariſſima p. 82. τοὺς πύργους καὶ τὰ τείχη βέλεσι καὶ βελοστάσεις κατασκευάζειν. Imo ibid. p. 97. μηχανήματα ναυστας vocat. De ſtructura ναυς — ἐργαλ, quae in praecedentibus eſt, dictum fuit alias. P. Wess.

56. Τὸ χῶμα τοῦ μεγάλου λιμένος] Jo. Meurſium vide de majore minoreque Rhodienſium portu L. 1. Rhod. c. 13. & de utroque adſcripta L. 1. 32. P. Wess.

61. Παρεκόμισαν τὰς μηχανὰς] Solet Diodorus a ſingulari ad pluralem non raro tranſire: alioqui παρεκόμισε hic potius foret.

Olymp. CXVIII. IV. extra teli jactum machinas ſubducit. At Rhodii ſcaphis materia arida & taeda repletis, ignoque aſſumto, hoſtes perſequuntur, & tum quidem propius machinas advecti, materiam ſuccendunt. Sed ſtatim vallo natante, miſſilibuſque depulſi, retrocedere coguntur. Invaleſcente autem flamma, pauci cum ſcaphis poſt reſtinctionem revertuntur: pars maxima conflagrantibus acatiis natando evadunt. Poſtridie eodem Demetrius modo impreſſionem ex mari facit; in terra undique ſimul incurſionem, cum vociferatu & tubis, fieri jubet, ut angorem metumque Rhodiis incutiat, dum multa ſimul huc illuc eos diſtrahunt.

87. Hoc oppugnationis genere uſus ad dies IIX. machinas in aggere diſpoſitas balliſtis, ſaxa talenti pondere torquentibus, confringit, murique interturrium cum ipſis turribus disjicit. Quin & muri, qui portui obtentus erat, partem milites occupant; Ad quam converſi Rhodii pugnam cum hoſte conſerunt; Et numero ſuperiores, alios occidunt, aliis retro ſeſe corripiendi neceſſitatem afferunt. Oppidanis adjumento fuit loci ante urbem aſperitas, quod magna vis grandium ſaxorum ſtructurae extra murum ſubjecta erat. Cumque ſcaphae non paucae, quae milites advexerant, per trepidationem illam appuliſſent, Rhodii acroſtolia celeriter avellebant, injectiſque malleolis & taeda in naves, eas ipſas concremabant. Hi dum hiſce rebus diſtricti tenentur, navibus ſuis circumquaque invecti Demetriani, ſcalas muro admovent, inſtantque vi majore, dum milites in terra auxiliantur, bellicumque ſimul clamorem ingeminant. Ibi dum multi audacter periculis ſeſe committunt, & conferta muros turba conſcendunt, acris initur conflictus, quod oppugnantes extrinſecus ſumma vi rem gererent, & oppidani intus globatim concurrerent ad defenſionem. Tandem animoſe certantibus Rhodiis, qui adſcenderant partim cecidere, partim vulneribus confecti in manus venerunt: inter quos de primariis nonnulli ducibus erant. Hac igitur clade oppugnantibus illata, in ſuum machinas portum Demetrius aſportat, & tum has tum naves damno affectas reparat. Interim Rhodii defunctis juſta faciunt, manubiaſque hoſtium,

σιν ἀπήγαγε τὰς μηχανὰς [e] πάλιν ἔξω βέλους· οἱ δὲ Ῥόδιοι ξηρᾶς ὕλης καὶ δᾳδὸς ἀκάτια πληρώσαντες, καὶ πῦρ ἐνθέμενοι, τὸ μὲν πρῶτον ἐπιδιώξαντες προσέπλεον ταῖς μηχαναῖς ταῖς τῶν πολεμίων, καὶ τὴν ὕλην ὑφῆψαν· μετὰ δὲ ταῦτα τῷ πλωτῷ χάρακι καὶ τοῖς βέλεσιν ἀνειρχθέντες, συνηναγκάσθησαν χωρεῖν εἰς τοὐπίσω. τῆς δὲ φλογὸς ἐπιχυθείσης, ὀλίγοι μὲν [f] καταςβέσαντες ἐπανῆλθον σὺν τοῖς σκάφεσιν, οἱ πλεῖστοι δὲ καιομένων τῶν ἀκατίων ἐξεκολύμβησαν. τῇ δ᾽ ὑςεραίᾳ κατὰ μὲν θάλατταν ὁ Δημήτριος παραπλησίαν ἐποιήσατο τὴν ἐπίθεσιν, κατὰ δὲ τὴν γῆν προσέταξεν ἅμα πανταχόθεν προσβάλλειν μετ᾽ ἀλαλαγμοῦ καὶ σάλπιγγος, ὅπως εἰς ἀγωνίαν [g] καὶ φόβον ἀγάγῃ τοὺς Ῥοδίους, πολλῶν τῶν ἀντισπασμάτων ὄντων.

Τοιαύτην δὲ τὴν πολιορκίαν ποιησάμενος ἐφ᾽ ἡμέρας ὀκτὼ, τὰς μὲν μηχανὰς τὰς ἐπὶ τοῦ χώματος τοῖς ταλαντιαίοις πετροβόλοις συνέτριψε, τοῦ δὲ διατειχίσματος τὸ μεσοπύργιον σὺν αὐτοῖς τοῖς πύργοις διέσεισε. [h] κατελάβοντο δὲ καὶ τῶν ςρατιωτῶν τινὲς μέρος τι τοῦ περὶ τὸν λιμένα διατειχίσματος· ἐφ᾽ ὃ συςραφέντες οἱ Ῥόδιοι μάχην συνῆψαν, καὶ πολλαπλάσιοι γενόμενοι τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δ᾽ ἐπαναλθεῖν εἰς τοὐπίσω συνηνάγκασαν. [i] συνήργει δὲ καὶ τοῖς ἐκ τῆς πόλεως ἡ τοῦ παρὰ τὸ τεῖχος τόπου τραχύτης, πολλῶν καὶ μεγάλων πετρῶν κατὰ τὸ συνεχὲς κειμένων παρὰ τὴν οἰκοδομὴν ἔξω τοῦ τείχους. τῶν δὲ τοὺς ςρατιώτας τούτους κομισάντων σκαφῶν οὐκ ὀλίγων διὰ τὴν ἀγωνίαν ἐποκειλάντων, οἱ Ῥόδιοι ταχέως τὰ μὲν ἀκροςόλια περιέσπασαν· ὕλην δὲ ξηρὰν καὶ δᾷδας ταῖς ναυσὶν ἐμβάλλοντες ἐνέπρησαν. τούτων δὲ περὶ ταῦτ᾽ ὄντων, οἱ μὲν τοῦ Δημητρίου ςρατιῶται [k] πανταχοῦ περιπλέοντες, κλίμακας προσέφερον τοῖς τείχεσι καὶ βιαιότερον ἐνέκειντο, συναγωνιζομένων καὶ τῶν ἀπὸ τῆς γῆς πανταχόθεν, καὶ συναλαλαζόντων. ἔνθα δὴ πολλῶν παραβόλως κινδυνευσάντων, καὶ συχνῶν ἀναβάντων ἐπὶ τὰ τείχη, συνέςατο καρτερὰ μάχη, τῶν μὲν ἔξωθεν βιαζομένων, τῶν δ᾽ ἐκ τῆς πόλεως [l] ἀθρόως παραβοηθούντων. τέλος δὲ τῶν Ῥοδίων ἐκθύμως ἀγωνιζομένων, οἱ μὲν ἔπεσον τῶν προσαναβάντων, οἱ δὲ κατατραυματισθέντες ἑάλωσαν. ἐν οἷς ἦσαν [m] τινες καὶ τῶν ἐπιφανεςάτων ἡγεμόνων. τοιούτων δὲ γενομένων τοῖς ἔξωθεν ἐλαττωμάτων, ὁ μὲν Δημήτριος ἀπεκόμισε τὰς μηχανὰς εἰς τὸν ἴδιον λιμένα, καὶ τὰ πεπονηκότα τῶν πλοίων καὶ μηχανῶν ἐπεσκεύαζεν· οἱ δὲ Ῥόδιοι τοὺς μὲν τετελευτηκότας τῶν πολιτῶν ἔθαψαν, τὰ δὲ ὅπλα τῶν πολεμίων καὶ τὰ ἀκροςόλια τοῖς θεοῖς 814

e Deeſt in Reg. pr. f Καταςβέσαντες ad Steph. ora ex Reg. 1. g Ἀγάγῃ καὶ φόβον id. Reg. h Κατέλαβον Reg. 1. i Συνήργει δὲ καὶ τοῖς id., unde copulam reſtitui. k Πανταχόθεν id. l Ἀθρόων Baſil. Vat. m Deeſt in Reg. 1.

set. P. Weſs.

90. Τοῖς ταλαντιαίοις πετροβόλοις συνέτριψε] Erant balliſtae iſtae omnium vehementiſſimae; Philo Tel. Struct. p. 85. ἔςι ταλαντιαῖος πετροβόλος, ὃς ἐςι σφοδρότατος, ὅ ἐςιν ἀφέτης. Latine recte dixeris balliſtas talentarias ex Siſenna L. IV. Hiſt. apud Non. Marcellum C. XVIII, 22. Ceterum Rhodiorum μεσοπύργιον, quae interturria nova dictione Rhodom. vertit, firmiſſimo opere fuiſſe exaedificata ibid. p. 84. Philo ſignificat. P. Weſs.

98. Πολλῶν καὶ μεγάλων πετρῶν κατὰ τὸ συνεχὲς &c.] Rhodii ingentis magnitudinis lapides juxta aggerem majoris portus demerſerant, ut acceſſum hoſtibus difficiliorem facerent. Athenaeus Machin. p. 3. de Apollonio τηλικαῦτα ἤγαγε φορτία λίθων ἐπὶ τὸ χῶμα τὸ περὶ τὸν λιμένα τὸν ἐν ΡΟΔΩΙ, ὥςε καὶ ἀπορῆσαι πολλάκις τὰς ὁρῶντας αὐτὰ, πῶς ποτε εἰς τὰς ναῦς ἀνελάμβανε, καὶ τίνι τρόπῳ ἐξελάμβανε αὐτά. Quae ſaxa Philo Belop. p. 99. προβλῆτας κατὰ τὸ τεῖχος adpellat, alii προβόλους. Gregorius Nazianz. Or. III. p. 106. ὡς προβόλων τε καὶ σφάλων εἰς ἄρρητα ἐπιτραπῆναι. Eleganter vero de matrimonio Jo. Chryſoſtom. Or. de Virginit. p. 274. D. λιμὴν γάρ ἐςι τὸ σωφρονεῖν — ἀλλὰ τῶν προβόλων προσέχεις τὰς ἐπιπόνους μάχην &c. Quae quidem loca, obiter ut id addatur, in Muſaeo v. 31.

—— —— γάμων δ᾽ ἀίδηλος ἕςηκε
Πύργος ἀπὸ προγόνων παρὰ γείτονι ναῖε θαλάσσῃ

legi poſſe ſignificant. Nam πύργον ἀπὸ προγόνων, uti nunc eſt, difficiles habet explicatus, ut elegantiſſimi ingenii Juvenis Jo. Schraderus Animad. in Muſaeum C. 4. agnoſcit ultro, neque locum tueri poteſt. Turrim vero, quam Hero inhabitabat, ſaxis hujuſcemodi fuiſſe impoſitam, Muſaeus profitetur ipſemet planiſſime, cum v. 336. de Leandri cadavere;

——— παρὰ πρηῶνα δὲ πύργου
Θρυπτόμενον σπιλάδεσσιν ἐπ᾽ ἤϊόνεσσι νέκυν ἀκοίτην.

Sed in viam. Mox Interpres σκαφῶν οὐκ ὀλίγων ἐποκειλάντων, cum ſcaphas non paucas appuliſſent, non ſatis conſiderate neque ex ſermonis uſu. Praeſtitiſſet cum in brevia fuiſſent impactae. Vide ad L. I, 31. P. Weſs.

20. Καὶ τὰ ἀκροςόλια ἀνέθεσαν τοῖς θεοῖς] Confer L. XVIII, 75. & noſtra viri docti non probabis. P. Weſs.

34. Καθαιροῦντας τὰ πυρφόρα] Si diffidentes ſchedae τοὺς πυρφόρους dediſſent, laudem tuliſſent meritae. Philo Belopoec. p. 100. πρὸς δὲ τοὺς πυρφόρους καὶ τοὺς τριβόλους, ὡς καυσίμους, καὶ τὰς λαμπάδας &c. & ib. p. 104. οὐδ᾽ ὅταν ἐγγίσωσι τοῖς πυρφόροις καὶ τοῖς ἀφιεμένοις τριβόλοις. Sic enim loco πυρφόροις ſcribendum. Adde Noſtrum hujus libri C. 97. Porro Prytanes ordinarii Rhodiorum erant magiſtratus, ſumma rerum adminiſtrandarum poteſtate

θεοῖς ἀνέθηκαν· τὰ δὲ διὰ τῶν πετροβόλων πεπτωκότα τῶν τειχῶν ἀνῳκοδόμουν.

Δημήτριος δὲ περὶ τὴν ἐπισκευὴν τῶν μηχανῶν ἐν τῷ πλείονι ἡμέρας ἑπτὰ γενόμενος, καὶ πάντα τὰ πρὸς τὴν πολιορκίαν παρασκευασάμενος, πάλιν ἐπεβάλετο τῷ λιμένι. [n] πᾶσα γὰρ ἦν ἡ σπουδὴ περὶ τὸ κρατῆσαι τούτου, καὶ τῆς σιτοπομπείας ἀποκλεῖσαι τοὺς κατὰ τὴν πόλιν. γενόμενος δ' ἐντὸς βέλους, τοῖς μὲν πυρφόροις πολλοῖς οὖσιν εἰς τὰ διωρισμένα πλοῖα τῶν Ῥοδίων ἐνέβαλε, τοῖς δὲ πετροβόλοις τὰ τείχη [o] διέσειε, τοῖς δ' ὀξυβελέσι τὰ φαινόμενα τῶν σωμάτων κατετίτρωσκε. συνεχοῦς δ' οὔσης καὶ καταπληκτικῆς γενομένης τῆς προσβολῆς, οἱ μὲν παρὰ τοῖς Ῥοδίοις ναύκληροι [p] διαγωνιάσαντες περὶ τῶν πλοίων, κατέσβεσαν [q] τὰ πυρφόρα· οἱ δὲ πρυτάνεις, κινδυνεύοντος ἁλῶναι τοῦ λιμένος, παρεκάλεσαν τοὺς ἀρίστους τῶν πολιτῶν τὸν ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας [r] ὑπομεῖναι κίνδυνον. πολλῶν μὲν οὖν προθύμως ὑπακουόντων, τρεῖς ναῦς τὰς κρατίστας ἐπλήρωσαν ἐπιλέκτων ἀνδρῶν, οἷς παρήγγειλαν πειρᾶσθαι τοῖς ἐμβόλοις βυθίσαι τὰ πλοῖα, τὰ τὰς μηχανὰς κομίζοντα τῶν πολεμίων. οὗτοι μὲν οὖν, καίτοι πολλῶν ἐπ' αὐτοὺς φερομένων βελῶν, ὠσάμενοι τὸ μὲν πρῶτον τὸν σεσιδηρωμένον χάρακα διέσπασαν· τοῖς δὲ πλοίοις πολλὰς ἐμβολὰς δόντες, καὶ θαλάττης αὐτὰ πληρώσαντες, δύο μὲν τῶν μηχανῶν κατέβαλον· τῆς δὲ τρίτης ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Δημήτριον εἰς τοὔπισω τοῖς ῥύμασιν ἑλκομένης, οἱ μὲν Ῥόδιοι θαρρήσαντες τοῖς κατωρθωμένοις, θρασύτερον τοῦ καθήκοντος [s] προσέπεσον εἰς τὸν κίνδυνον. διὸ πολλῶν αὐτοῖς καὶ μεγάλων νεῶν περιχυθεισῶν, καὶ τοῖς ἐμβόλοις πολλὰ μέρη τῶν τοίχων ἀναρρηξάντων, ὁ μὲν ναύαρχος Ἐξήκεστος καὶ ὁ τριήραρχος καί τινες ἄλλοι κατατραυματισθέντες ἥλωσαν· τοῦ δ' ἄλλου πλήθους ἐκκολυμβήσαντος, καὶ διανηξαμένου πρὸς τοὺς ἰδίους, μία μὲν τῶν νεῶν ὑποχείριος ἐγένετο τοῖς περὶ τὸν Δημήτριον, αἱ δ' ἄλλαι διέφυγον τὸν κίνδυνον. τοιαύτης οὖν γενομένης τῆς ναυμαχίας, ὁ μὲν Δημήτριος ἄλλην μηχανὴν κατεσκεύασε, τριπλασίαν τῷ ὕψει καὶ πλάτει τῆς [t] προτέρας. Προσάγοντος δ' αὐτὴν πρὸς τὸν λιμένα, νότος ἐξαισίως ἐπιγενόμενος τὰ μὲν ὁρμοῦντα τῶν πλοίων συνέκλυσε, τὴν δὲ μηχανὴν κατέβαλε. καθ' ὃν δὴ χρόνον οἱ Ῥόδιοι τῷ καιρῷ δεξιῶς χρησάμενοι, [v] πύλην ἀνοίξαντες ἐπέθεντο τοῖς τὸ χῶμα κατειληφόσι· γενομένης δὲ μάχης ἐπὶ πολὺν χρόνον ἰσχυρᾶς, καὶ τοῦ μὲν Δημητρίου διὰ τὸν χειμῶνα μὴ δυναμένου βοηθῆσαι, τῶν δὲ Ῥοδίων ἐκ διαδοχῆς ἀγωνιζομένων, ἠναγκάσθησαν

815

cum navium roſtris Diis conſecrant, murorum etiam partes a petrariis dejectas, inſtaurant. Olymp. CXVIII. 4.

88. Demetrius autem poſtquam reficiendis machinis, & navigiis dies VII. inſumſerat, jam omnibus ad oppugnationem adornatis, portum denuo aggreditur. Ut enim hoc potiretur, & a commeatu oppidanos excluderet, omni ſtudio contendebat. Ubi igitur ventum intra teli jactum, faces, quarum magna vis erat, in ſeparatas Rhodiorum naves conjicit, balliſtiſque moenia concutit, & catapultis, quicquid corporum oculis ſeſe offert, vulnerat. 778. Oppugnatione igitur cum magno terrore continuata, Rhodiorum naucleri, anxie timentes navibus, faces exſtinguunt, urbiſque praetores, quos Prytanes vocant, imminente jam portus capiendi periculo, civium optimum quemque ad ſubeundum pro communi ſalute diſcrimen exhortantur. Ubi dum multi cum alacritate obſequentes ſe praebent, tres naves omnium firmiſſimas viris delectis complent, quibus mandant, ut hoſtium navigia, quae machinas vehebant, roſtris demergere conentur. Hi tametſi vi magna telorum impeterentur, violento ſtatim inflictu vallum ferro praemunitum diſrumpunt, naveſque multis ictibus concuſſas, aqua replent, & duas quidem machinas deprimunt. Cum vero tertia rudentibus a Demetrianis retro traheretur, Rhodii proſperis ſucceſſibus animati, audacius quam par eſſet periculo ſe ingerebant. Ideo cum multa de magnis navigiis circumfuſa multas laterum partes roſtris pertunderent, Execeſtus claſſis praetor, & triremium praefectus, aliique nonnulli vulnerati, in poteſtatem hoſtis venerunt. Cumque etiam caetera multitudo enataret ad ſuos, a Demetrianis navis una capta fuit, reliquae periculum effugere. Ab hoc praelio navali Demetrius aliam fabricavit machinam, quae prioris tum altitudinem tum latitudinem excederet triplo. Jamque portui imminebat: cum ſubito e rupta nube exortus Auſter, promoventes eam naves ſuppreſſit, machinamque deturbavit. Ad quod temporis momentum, Rhodii, occaſione dextre uſi, apertis portis, eos qui molem occuparant, adoriuntur. Acris igitur pugna initur ad bene longum tempus: ubi dum ſuis Demetrius ob tempeſtatem ſubvenire nequit, Rhodiique per vices certamen ſubeunt, poſitis

n Πᾶσα γὰρ ἦν ἡ id. Vat. In Edd. deerat ἦν. o Διέσειε id. Reg. p Διαγωνιάσαντες id. Reg. q Τὰς πυρφόρους Reg. 2. Baſil. Vat. r Ἀρίστους Reg. 1. ora Steph. Mox ὑπακουόντων id. Reg. s Προσέπεσον id. t Πρώρας. Πρωτηγοῦ. Reg. 1. poſterius etiam in Stephani marg. v Πύλην Baſil. πύλας Vat. πυλῶν Venet. Vulgo πάλιν.

teſtate inſtructi. Clare *Appianus* Bell. Civil. L. IV. pag. 1006. [illegible] αὐτοκράτωρ. Atque hac illi regiminis auctoritate utebantur in ſex menſes, unde Stratocles [illegible] in *Polybii* Leg. Exc. LXVII. p. 1232. Cetera ex *Jo. Meurſii* Rhod. L. I, 19. & *Ezech. Spanhemii* Diatrib. de Prytanib. p. 696. *Ed. Graev.* pete. P. WESS.

49. Θρασύτερον — προσέπεσον εἰς τὸν κίνδυνον] Nihil innovo, etſi [illegible] in uſu verſentur. Habet tamen hicque aliquid ex temeritate [illegible], de quo ad L. XV, 65. P. WESS.

52. Ὁ μὲν ναύαρχος — καὶ ὁ τριήραρχος] Si Execeſtus claſſis univerſae fuit praefectus, quis locus triremium praefecto eſſe poterit? Malim triremis, qua Execeſtus vehebatur, praefectum. Ναύαρχος claſſis eſt imperator; quare *Arrian.* de Oneſicrito, qui navis gubernator ſe ſcriptione ſua claſſi impoſuerat, [illegible] Lib. VI, 2. Diſcrimen ita *Philo Jud.* Creat. Princip. p. 728. A. exſequitur, [illegible] Et *Plut.* T. II. p. 807. B. quem non exſcribo. Addam potius. *Manethonem* L. IV, 397. [illegible] non ratiore titulo naucleros vocare atque a gubernatoribus diſtinguere. Verſus hi ſunt:

> Ναυσιβάτας φαίνει καὶ ἐν ὕδασιν [illegible] ἄνδρας,
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible] ——

In quorum priore [illegible] mutavi, ipſo ſcriptore praeeunte. Sic L. I, 324.

> Ναυσιβάτας [illegible] ἄνδρας
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible] ——

Scripſi in eorum altero [illegible], ex quo [illegible] effictum fuerat, & in tertio [illegible] nam [illegible], uti ſchedae dabant, verſus non patiebatur modulos. Ipſemet *Manetho* omnia iſta vera praeſtat. P. WESS.

64. [illegible]] Haec *Diodori* manus. Quae hinc diſcrepant,

Olymp. CXVIII. IV. poſitis armis regii, ad quadringentos numero, dedere ſe coguntur. Hanc adeptis victoriam Rhodiis auxiliares quidam ad urbem appellunt CL. a Cnoſiis, & Iɔ. plures a Ptolemaeo miſſi, inter quos Rhodii quidam, apud regem ſtipendia facientes, erant. Atque ſic Rhodi tum obſidio ſe habebat.

89. In Sicilia vero Agathocles, ubi cum Dinocrate exſulibusque convenire non poterat, quas tum habebat copias in eos duxit, neceſſarium fore exiſtimans, ut periculo ſe committeret, & audacter de ſumma rerum dimicaret. Sequebantur eum peditum haud plures Iɔɔ. & equites Iɔ. CCC. Dinocrates cum exſulibus hoſtium eruptione conſpecta cupide ad pugnam occurrit, quod numero longe ſuperior eſſet. Plures enim CCIɔɔ. CCIɔɔ. Iɔɔ. peditum erant, nec tribus equitum millibus pauciores. Hinc ad Gorgium, quod vocatur, caſtra metati, inſtructa tandem acie confligunt: & acre paulisper certamen, ob partis utriusque ardorem, committitur. Sed poſt exiguum cum nonnulli a Dinocrate diſſidentes (erant autem bis mille ac plures) ad Tyrannum tranſirent, ut exſules ſuccumberent, effecerunt. Nam Agathocleanis tum animi longe magis confirmantur: At Dinocratiani perculſi, quod plures eſſe transfugas ſuſpicarentur, in fugam ſe praecipitant. Tum aliquo uſque inſecutus Agathocles, cum modum caedi ſtatuiſſet, ad profligatos poſtulatum miſit, ut finitis tandem diſſidiis, in ſuam quiſque pa-

779. triam reverteretur. Experimentis enim cognoviſſe exſules, quod, ſi armis cum ipſo contendant, nunquam ſuperiores eſſe queant, cum etiam nunc milite longe inſtructiores ſuccubuerint. Equites ſane omnes in Ambicas caſtellum ex fuga evaſere. Nonnulli etiam peditum nocte inſequente aufugere. At major pars collem occuparunt, & victoria ex armorum conflictu deſperata, cognatorum, amicorum, & patriae ejuſque bonorum cupidi, cum Agathocle pacem fecerunt. Quos ille, cum accepta fide ex colle quodam munito deſcendiſſent, armis exuit, copiiſque circumſeptos ad unum omnes jaculis confixit, ad Iɔɔ. cIɔ. cIɔ. ut Timaeus ait, numero, ſeu ut alii literis tradiderunt, circiter cIɔ, cIɔ. cIɔ. cIɔ. Hic enim tyrannus fidem & jusjurandum perpetuo flocci pendebat, vireſque ſibi non ex ſtipantibus eum copiis, ſed ex infirmitate ſubditorum comparabat, magis ſocios quam hoſtes reformidans.

90. Conciſo hunc ad modum exercitu hoſtili, reliquias exſulum ad ſe recepit, & Dinocratem

οἱ τοῦ βασιλέως ἀποθέμενοι τὰ ὅπλα παρέδωκαν σφᾶς αὐτούς, ὄντες σχεδὸν τετρακόσιοι. τούτων δὲ τῶν προτερημάτων γενομένων τοῖς Ῥοδίοις, κατέπλευσαν τῇ πόλει σύμμαχοι, παρὰ μὲν Κνωσίων ἑκατὸν πεντήκοντα, παρὰ δὲ Πτολεμαίου πλείους τῶν πεντακοσίων, ὧν ἦσαν τινὲς Ῥόδιοι μισθοφοροῦντες παρὰ τῷ βασιλεῖ. καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν ἐν Ῥόδῳ πολιορκίαν ἐν τούτοις ἦν.

Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν, Ἀγαθοκλῆς, οὐ δυνάμενος διαλύσασθαι πρὸς τοὺς περὶ Δεινοκράτην φυγάδας, ἀνέζευξεν ἐπ' αὐτοὺς μεθ' ἧς εἶχε δυνάμεως, νομίζων ἀναγκαῖον ὑπάρχειν αὐτῷ διακινδυνεύειν καὶ παραβάλλεσθαι περὶ τῶν ὅλων. συνηκολούθουν δ' αὐτῷ πεζοὶ μὲν οὐ πλείους τῶν πεντακισχιλίων, 816. ἱππεῖς δὲ εἰς ὀκτακοσίους. οἱ δὲ περὶ Δεινοκράτην φυγάδες, ὁρῶντες τὴν τῶν πολεμίων ὁρμήν, ἀσμένως κατέβησαν εἰς τὴν μάχην, ὄντες πολλαπλάσιοι. πεζοὶ μὲν γὰρ ὑπῆρχον πλείους τῶν δισμυρίων καὶ πεντακισχιλίων, ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους τρισχιλίων. ἀντιστρατοπεδευσάντων δ' αὐτῶν περὶ τὸ καλούμενον [x] Γόργιον, καὶ μετὰ ταῦτα παραταξαμένων, ἐπ' ὀλίγον μὲν χρόνον συνέστη καρτερὰ μάχη [y] διὰ τὰς ἀμφοτέρων προθυμίας· μετὰ δὲ ταῦτα τῶν πρὸς τὸν Δεινοκράτην διαφερομένων τινές, ὄντες πλείους τῶν δισχιλίων, μετέβαλοντο πρὸς τὸν τύραννον, καὶ τοῖς φυγάσιν αἴτιοι κατέστησαν τῆς ἥττης. οἱ μὲν γὰρ μετ' Ἀγαθοκλέους ὄντες πολὺ μᾶλλον ἐθάρρησαν, οἱ δὲ Δεινοκράτει συναγωνιζόμενοι καταπλαγέντες καὶ νομίσαντες πλείους εἶναι τοὺς ἀφισταμένους, πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. μεθ' ὃ μὲν Ἀγαθοκλῆς διώξας αὐτοὺς μέχρι τινός, καὶ τοῦ φονεύειν ἀποσχόμενος, [z] διεπέμψατο πρὸς τοὺς ἡττημένους, ἀξιῶν παύσασθαι μὲν τῆς διαφορᾶς, καταπορευθῆναι δ' εἰς τὰς πατρίδας. εἰληφέναι γὰρ αὐτοὺς πεῖραν τοῦ μηδέ ποτ' ἂν δύνασθαι περιγενέσθαι τοὺς φυγάδας ἀγωνιζομένους πρὸς αὐτόν, ὅτε καὶ νῦν πολλαπλασίους ὄντας αὐτοὺς ἡττῆσθαι. τῶν δὲ φυγάδων οἱ μὲν ἱππεῖς ἅπαντες ἀπὸ τῆς φυγῆς διεσώθησαν [a] εἰς Ἀμβίκας χωρίον. τῶν δὲ πεζῶν ἔνιοι μὲν νυκτὸς ἐπιγενομένης διέδρασαν, οἱ δὲ πλείους καταλαβόμενοι λόφον, καὶ τὴν μὲν ἐκ τοῦ διαγωνίζεσθαι νίκην ἀπελπίσαντες, ἐπιθυμοῦντες δὲ συγγενῶν καὶ φίλων καὶ πατρίδος καὶ τῶν ἐν ταύτῃ καλῶν, διελύσαντο πρὸς Ἀγαθοκλέα. [b] λαβόντων δ' αὐτῶν πίστεις, καὶ καταβάντων ἀπό τινος ἐρυμνοῦ λόφου, τὰ μὲν ὅπλα παρείλετο, τὴν δὲ δύναμιν περιστήσας, ἅπαντας κατηκόντισεν, ὄντας περὶ ἑπτακισχιλίους, [c] ὡς Τίμαιός φησιν, ὡς δ' ἔνιοι γράφουσιν, εἰς τετρακισχιλίους. ἀεὶ γὰρ ὁ τύραννος οὗτος πίστεως μὲν καὶ τῶν ὅρκων καταφρονῶν, τὴν δ' ἰδίαν ἰσχὺν οὐκ ἐκ τῆς περὶ αὐτὸν δυνάμεως, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν ὑποτεταγμένων ἀσθενείας περιεποιεῖτο, πλεῖον δεδοικὼς τοὺς συμμάχους ἢ τοὺς πολεμίους.

Τὴν δὲ ἀντιτεταγμένην δύναμιν οὕτω διαφθείρας προσεδέξατο τοὺς ἀπολελειμμένους τῶν φυγάδων καὶ πρὸς

x Γοργίνιον ex Reg. pr. ora ſtrph. y Διὰ τὴν Reg. 1. z Διεπέμπετο Reg. id. & ſtatim παρείλετο. a Εἰς Ἀμβίκας id. b Λαβόντων δ' αὐτῶν id. c Deſunt haec Vener. uſque in ἀεὶ γὰρ, negligentia librarii. In Reg. 1. γράφουσι, τετρακισχ.

pant, exſcriptoribus debentur. P. Wess.

88. Περὶ τὸ καλούμενον Γόργιον] Neque Γόργιον neque Γοργίνιον in Sicilia memoratur uſquam. Contra ea mons Τόργιον. Heſychius Τόργιον, ὄρος ἐν Σικελίᾳ, ὅπου νοσσεύουσιν οἱ γῦπες, ἀφ' οὗ καὶ αὐτοὶ (in Lycophron. Alex. v. 80.) τόργοι. Obſervarunt illud viri egregii Ab. Ortelius in Theſauro & Ph. Cluverius Sic. Antiq. L. 11. p. 394., idque heic olim fuiſſe opinantur, conjectura plauſibili. Locum eadem in inſula Ἀμβίκας dictum neuter reperire potuit, neque ego. P. Wess.

16. Ἀεὶ γὰρ ὁ τύραννος — πίστεως — καὶ ὅρκων καταφρονῶν] Hinc deteſtabilis tyranni vox, cum jurisjurandi religionem ſolita ſibi perfidia fregiſſet, ad amicos, [illegible] ὅρκοι apud Polyaen. Strateg. L. V, 3, 1. P. Wess.

51. Εἰς τὸν τῶν πολεμίων παράδεισον] Quid? ſi παράδοξον? L. Rhod.

52. [illegible]] Illuſt. Scaliger Παιλίγνους ad libri ſui marginem correxit, nec aliter Ph. Cluverius Ital. Ant. L. 11, 14. Vide hujus libri C. 104. P. Wess.

55. Τὸ Φαλερῖνον πεδίον] Livius L. IX. 44. eodem, inquit, anno in campum Stellatem agri Campani Samnitium incurſiones factae. Unde Φαλερῖνον, i. e. agrum Falernum, hic rectius puto. Campo enim Stellati pene conjunctus erat Falernus. P. Wess.

57. Σαμνῖται μὲν ἀνδρες &c.] Samnites alii ſcribunt, ut Joſeph. Bell. L. 11, 9, 2. Livius ibid. ſigna militaria ſex & viginti capta fuiſſe refert, praeterea Samnitium imperatorem Statium Gellium & urbem, quae capta fuit, Bovianum adpellans: reddere quidem ex Diodoro conatus illi eſt Bolam doctiſſimus Sigonius, ſed invitis viris clariſſimis Jac. Perizon. Animadv. Hiſt. C. 4. & Arn. Drakenborchio, quos vide. Ut ut eſt, abſolvi Livius incogitantiae non poteſt, in tempore Boviani occu-

πρὸς Δεινοκράτην διαλυθεὶς, στρατηγὸν αὐτὸν μέρους τῆς δυνάμεως ἀπέδειξε, καὶ διετέλεσε πιστεύων τὰ μέγιστα. Θαυμάσειε δ' ἄν τις ἐν τούτοις τὸν Ἀγαθοκλέα, πῶς πρὸς ἅπαντας ὑπόπτως ἔχων, καὶ μηδέποτε μηδενὶ βεβαίως πιστεύσας, πρὸς μόνον
817. Δεινοκράτην διετήρησε τὴν φιλίαν μέχρι τελευτῆς. ὁ δὲ Δεινοκράτης προδοὺς τοὺς συμμάχους, τὸν μὲν Πασίφιλον ἐν τῇ Γέλᾳ συναρπάσας ἀπέκτεινε· τὰ δὲ φρούρια καὶ τὰς πόλεις ἐνεχείρισεν Ἀγαθοκλεῖ, διετῆ χρόνον ἀναλώσας εἰς τὴν τῶν πολεμίων παράθεσιν. Κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν, Ῥωμαῖοι μὲν [d] Παλινίους καταπολεμήσαντες τὴν χώραν ἀφείλοντο, καί τισι τῶν δοξάντων τὰ Ῥωμαίων πεφρονηκέναι μετέδωκαν τῆς πολιτείας· μετὰ δὲ ταῦτα Σαμνιτῶν τὴν Φαλερῖτιν πορθούντων, ἀνέζευξαν ἐπ' αὐτοὺς οἱ ὕπατοι· καὶ γενομένης παρατάξεως, [e] ἐπροτέρησαν οἱ Ῥωμαῖοι. σημαίας μὲν οὖν ἀνεῖλον εἴκοσι, στρατιώτας δ' ἐζώγρησαν ὑπὲρ τοὺς δισχιλίους. τῶν δ' ὑπάτων εὐθὺς ἑλόντων πόλιν Βώλας, Γέλλιος Γάιος ὁ τῶν Σαμνιτῶν ἡγεμὼν ἐφάνη μετὰ στρατιωτῶν ἑξακισχιλίων. γενομένης δὲ μάχης ἰσχυρᾶς, αὐτός τε ὁ Γέλλιος ἑάλω, καὶ τῶν ἄλλων Σαμνιτῶν οἱ πλεῖστοι μὲν κατεκόπησαν, τινὲς δὲ καὶ ζῶντες συνελήφθησαν. οἱ δ' ὕπατοι τοιούτοις προτερήμασι χρησάμενοι, τῶν συμμαχίδων πόλεων τὰς ἁλούσας ἀνεκτήσαντο, Σώραν, Ἀρπίναν, καὶ [f] Σερεννίαν.

Τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Φερεκλῆς, ἐν Ῥώμῃ δὲ τὴν [g] ὑπατικὴν ἀρχὴν διεδέξαντο Πόπλιος Σεμπρώνιος καὶ Πόπλιος [h] Σολπίκιος· Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη παρὰ τοῖς Ἠλείοις ἐνάτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν δέκα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἀνδρομένης Κορίνθιος. ἐπὶ δὲ τούτων, Δημήτριος μὲν Ῥόδον πολιορκῶν, ἐπὶ ταῖς κατὰ θάλατταν προσβολαῖς ἀποτυγχάνων, ἀπὸ τῆς γῆς διέγνω τὰς ἐπιθέσεις ποιεῖσθαι. παρασκευασάμενος οὖν ὕλης παντοίας πλῆθος, κατεσκεύασε μηχανὴν τὴν καλουμένην Ἑλέπολιν, [i] ὑπεραίρουσαν πολὺ τῷ μεγέθει τῶν πρὸ αὐτῆς γενομένων. ἐσχαρίου γὰρ ὄντος τετραγώνου, τὴν μὲν πλευρὰν ἑκάστην [k] ὑπεστήσατο πηχῶν σχεδὸν πεντήκοντα, συμπεπηγυῖαν ἐκ τετραγώνων ξύλων σιδήρῳ δεδεμένων· τὴν δὲ ἀνὰ μέσον χώραν διέλαβε δοκοῖς ἀλλήλων ἀπεχούσαις ὡσανεὶ πῆχυν, ὅπως παράστασις ᾖ τοῖς προωθεῖν τὴν μηχανὴν μέλλουσι. τὸ δὲ πᾶν βάρος ἦν [l] ὑπότροχον, στερεοῖς καὶ μεγάλοις ὀκτὼ τροχοῖς ὑπειλημμένον. Τὰ γὰρ πάχη τῶν ἀψίδων ὑπῆρχε πηχῶν [m] δυεῖν, σεσιδηρωμένα λεπίσιν ἰσχυραῖς. πρὸς δὲ τὰς ἐκ πλαγίας μεταθέσεις ἦσαν ἀντίστρεπτα πεπραγματευμένα, δι' ὧν ἡ πᾶσα μηχανὴ ῥᾳδίως παντοίας ὑπελάμβανε κινήσεις. ἐκ δὲ τῶν γωνιῶν ὑπῆρχον ἴσοι τῷ μήκει βραχὺ λείποντες τῶν ἑκατὸν
818. πηχῶν, οὕτως συννενευκότες εἰς ἀλλήλους, ὥστε τοῦ

parti exercitus ducem, reſarta gratia, praefecit, maximas exinde res fidei illius committens. Ubi Agathoclem quiſpiam demiretur, quod qui omnes alioqui ſuſpectos haberet, ut nemini unquam firmiter crederet, erga ſolum Dinocratem ad finem uſque amicitiam conſervarit. Proditis ergo ſociis Dinocrates, Paſiphilum Gelae correptum interemit, caſtellaque & urbes Agathocli tradidit, biennio in ſubjungendis ditioni ejus hoſtibus conſumto. In Italia Romani Paliniis debellatis agrum ademerunt, & nonnullos, qui Romanis ſtuduerant, jure civitatis donarunt. Poſthaec in Samnites, qui Phalerium agrum depopulabantur, conſules profecti ſunt, conſertoque praelio, victor abiit Romanus. Signa tunc capta viginti. Capta militum ſupra duo millia; Expugnataque urbe Bola, e veſtigio Cajus Gellius Samnitium imperator cum IↃↃ. CIↃ. ſeſe oſtendit. Pugna tum vehemens oritur, qua & Gellius ipſe capitur, aliorumque Samnitium plerique conciduntur: nonnulli etiam vivi in hoſtium manus veniunt. Conſules ergo rebus ita proſpere geſtis de ſociis urbibus, quae captae fuerant, Soram, Harpinum & Serenniam, recuperarunt. Olymp. CXVIII. IV.

91. Anno illo peracto, Pherecles Archon fuit Athenis, Romae autem conſulare imperium excepere, Publius Sempronius, & Publius Sulpicius; Olympias tum agebatur decima nona ſupra centeſimam, qua Andromenes Corinthius e ſtadio palmam retulit. Eo tempore Demetrius Rhodum obſidens, cum oppugnationes e mari conatibus non reſpondiſſent, a terra invadere urbem conſtituit. Praeparata igitur lignorum omnis generis copia, machinam, quae Helepolis a capiendis urbibus vocatur, magnitudine priores longe exſuperantem, confecit. Quadrangula enim baſis erat, cujus unumquodque latus ad quinquaginta cubitos eduxit, ex lignis quadratis, ferroque revinctis, compaginatum. Medium vero ſpacium trabibus, cubito ferme inter ſe disjunctis, excepit, ut machinam propulſuris ſtandi locus foret. Totaque moles agitabilis erat IIX. firmis grandibuſque rotis ſuffulta. Apſidum enim craſſitudo binûm erat cubitûm firmis ex ferro laminis obducta. Ad tranſlationes autem ex obliquo Antiſtrepta (inſtrumenta ad circumverſandum idonea) fabricata erant, quibus tota machina in quamcunque partem facili momento agitaretur. Ex angulis porro columnae aſſurgebant, longitudine aequali, centum cubitis 780.
paulo inferiores, ita inter ſe contractae, ut cum tota Olymp. CXIX. I.

d Παλινίες Reg. 1. & mox ἀφείλαντο. e 'Επροτέρ. Baſil. Cett. προετέρησαν. f Σερβίαν Steph. ora. Σερβίναν Reg. 1. Praeterea 'Αρπίνας Baſil. g 'Υπάτων id. h Σολπ. Reg. 2. i 'Υπερέχουσαν ex Reg. pr. Steph. margo. k 'Υπεστήσατο Baſil. Mox διέλαβε Reg. 1. Vulgo διέλαβον, male. l 'Υπὸ τρόχους, mox voce τροχοῖς omiſſa, Reg. 1. m Δυοῖν Reg. 2.

occupati plane ſibi contrarius. Vid. ejuſdem lib. C. 31. *Bolam Diodorus* extr. lib. XIV. Βώλας nuncupavit. P. Wess.

46. Σώραν, 'Αρπίναν καὶ Σερεννίαν] De Sora & Arpino, ſic enim praeſtat, non eſt dubium. Poſtrema urbs viros eruditos diverſa in ſtudia ſcindit. *Livius* ita dict. loco; *Eodem anno Sora, Arpinum, Cenſennia recepta ab Samnitibus.* Ubi Cenſennia non alia ac Σερεννία eſt. At eam *Cenſenniam*, ſive *Cenſeniam*, ut aliis in libris, *Glareanus* & *Ph. Cluver.* Ital. Antiq. L. III. pag. 1044. *Aeſerniam* faciunt, *Alb. Rubenius*, non obloquente *Gronovio*, viro longe doctiſſimo, *Cerfenniam*. Mihi potior, quandoquidem optio defertur, *Rubenii* conjectura videtur. De urbe dicam nihil. Vid. *Anton.* Itiner. p. 309. P. Wess.

58. Τὴν καλουμένην Ἑλέπολιν] Opus fuit Epimachi Athenienſis, deſcribiturque ab *Athen.* Machin. pag. 7., ſed in numeris corrupto, atque ex *Vitruvio* L. X, 22. inſtaurando, *Plut.* Demet. pag. 898. B., *Amm. Marcellino* L. XXIII, 5. Quos omnes hac machinae deſcriptione poſt ſe Noſter reliquit, forſan ea in re ſecutus Dioclidem Abderitam, quem in Helepolis partibus, menſura uſque delineandis excelluiſſe *Athenaeus* Deipnos. L. VI, 9. prodidit. P. Wess.

59. 'Εσχαρίου γὰρ ὄντος τετραγώνου] *Plut.* ἐκ ἕδρας μὲν ἦν τετράγωνος. Itaque bene Interpres. Firmant ejus verſionem haec *Athenaei* Machin. p. 5. ubi de Hegetoris teſtudine ejuſque baſi γίγνεται τὸ μὲν μῆκος τῆς ἐσχάρας πηχῶν δύο καὶ τεσσαράκοντα — τὰ δὲ παίδια τὰ ἐπὶ τῆς ἐσχάρας περιθέματα τέσσαρα συνδεῖται & *Apollodor.* Poliorcet. p. 28. τὸ κάτω ἐσχάριον in turris deſcriptione, quamquam ibi *focum, qui inferius eſt*, inepte vertunt. *Vitruvius* L. X, 21. *Baſis compingatur, quae Graecis ἐσχάρα dicitur.* Aliam ἐσχαρίου ſignificationem, & utriuſque cauſſam pete ex Animadverſ. *Caſaubon.* ad *Athen.* L. V, 9. P. Wess.

72. Βραχὺ λείποντες — πηχῶν] Inſerendum hic eſt κίονες. L. Rhod.

84. Ἦσαν

Olymp. CXIX. 1. tota ſtructura IX. Stegarum ſeu contignationum eſſet, prima Stega haberet lectos XLIII. ſuprema IX. Tria machinae latera extrinſecus laminis ferreis, quae clavis bene compaginatae erant, obtexit, ne quid ab ignitis miſſilibus nocumenti afferretur. In fronte feneſtellas habebant tabulata, magnitudine figuraque ad naturas telorum inde jaciendorum accommodatas. His valvae, quae machina attraherentur, additae erant, ut illis ad emittenda jacula in contignationibus verſantes ſe tutarentur. Ex pellibus enim conſutae, laniſque refertae erant, ut balliſtarum ictus his elangueſcerent. Unumquodque tabulatum binis inſtructum erat latis ſcalis, quarum his ad utilium importationem, illis ad deſcenſum utebantur, ut extra tumultum omnia adminiſtrarentur. Qui machinam promoverent, ex univerſo exercitu delecti erant ter mille quadringenti, excellentes robore viri. Quorum alii intus incluſi, alii a tergo conſtituti, molem ita protrudebant, ut plurimum ab arte motus adjuvaretur. Teſtudines etiam conſtruxit, partim foſſarias, partim arietarias, nec non porticus, per quas qui manus operi admoverent, tuto accedere & recedere poſſent. Navalium autem ſociorum opera ſpacium ad ſtadia quatuor, per quod adducendae eſſent machinae, repurgavit, ita ut longitudo operis ad VI. interturria ſeptemque turres protenderet. Multitudo denique artificum & operarum congregata haud multo XXX. millibus erat minor.

92. Quamobrem cum exſpectatione citius, ob tantam operantium multitudinem, cuncta perficerentur, formidabilis erat Rhodiis Demetrius. Non enim granditas ſolum machinarum, & coacti exercitus multitudo, ſed ſtrenua etiam vis & ſolertia regis in obſidionibus illos percellebat. Nam in comminiſcendo ſupra modum ingenioſus fuit, & praeter architectorum induſtriam & artem, multa adinvenit: Unde Poliorcetae, h. e. urbium oppugnatoris, cognomentum reportavit. In oppugnationibus equidem tam praepotens erat, & violentus, ut nullus videretur murus tam firmus, qui circumſeſſis tutum ab eo munimen praeſtaret. Ea praeterea magnitudine corporis & elegantia erat, ut heroicam prae ſe ferret dignitatem, adeo quidem, ut qui adveniſſent hoſpites, & decorem regia ma-

παντὸς κατασκευάσματος ὄντος ἐννεαστέγου, τὴν μὲν πρώτην στέγην ὑπάρχειν κλινῶν τεσσαράκοντα τριῶν, τὴν δ' ἀνωτάτω ἐννέα. τὰς δὲ τρεῖς πλευρὰς τῆς μηχανῆς ἔξωθεν συνεκάλυψε λεπίσι σιδηραῖς καθηλωμέναις, ἵνα μηδὲν ὑπὸ τῶν πυρφόρων βλάπτηται. θυρίδας δ' εἶχον αἱ στέγαι κατὰ πρόσωπον, τοῖς μεγέθεσι καὶ τοῖς σχήμασι πρὸς τὰς ἰδιότητας τῶν μελλόντων ἀφίεσθαι βελῶν ἁρμοζούσας. αὗται δὲ εἶχον καλύμματα διὰ μηχανῆς [n] ἀνασπώμενα, δι' ὧν ἀσφάλειαν ἐλάμβανον οἱ κατὰ τὰς στέγας περὶ τὴν ἄφεσιν τῶν βελῶν ἀναστρεφόμενοι. ἦσαν μὲν γὰρ ἐκ βυρσῶν συνερραμμένα, [o] πλήρη δὲ ἐρίων, εἰς τὸ τὴν πληγὴν ἐνδιδόναι τῶν λιθοβόλων. ἑκάστη δὲ τῶν στεγῶν εἶχε δύο κλίμακας πλατείας, ὧν τῇ μὲν πρὸς τὴν ἀνακομιδὴν τῶν χρησίμων, τῇ δὲ πρὸς τὴν κατάβασιν ἐχρῶντο, πρὸς τὸ χωρὶς θορύβου πάντα ὑπηρετεῖσθαι. οἱ δὲ μέλλοντες κινήσειν τὴν μηχανὴν ἐξελέχθησαν ἐξ ἁπάσης τῆς δυνάμεως οἱ ταῖς ῥώμαις διαφέροντες ἄνδρες τρισχίλιοι καὶ τετρακόσιοι. τούτων δ' οἱ μὲν ἐντὸς ἀποληφθέντες, οἱ δ' ἐκ τῶν ὄπισθεν μερῶν παριστάμενοι προσώθουν, πολλὰ τῆς τέχνης συνεργούσης εἰς τὴν κίνησιν. κατεσκεύασε δὲ καὶ χελώνας τὰς μὲν χωστρίδας, τὰς δὲ κριοφόρους, καὶ στοὰς δι' ὧν ἔμελλον οἱ τοῖς ἔργοις προσιόντες ἐλεύσεσθαι καὶ πάλιν ἐπιστρέφειν ἀσφαλῶς. τοῖς δ' ἐκ τῶν νεῶν πληρώμασι [p] ἀνεκάθηρε τὸν τόπον ἐπὶ σταδίους τέτταρας, δι' ὧν ἤμελλε προσάξειν τὰς κατασκευασθείσας μηχανάς· ὥστε γίνεσθαι τὸ ἔργον ἐπὶ μῆκος μεσοπυργίων ἕξ, καὶ πύργων ἑπτά. τὸ δ' ἠθροισμένον πλῆθος τῶν τεχνιτῶν καὶ τῶν τοῖς ἔργοις προσιόντων οὐ πολὺ ἐλλεῖπον τῶν τρισμυρίων.

Διόπερ τῇ πολυχειρίᾳ τάχιον τῆς προσδοκίας ἁπάντων ἐπιτελουμένων, φοβερὸς ἦν ὁ Δημήτριος τοῖς Ῥοδίοις. οὐ μόνον γὰρ τὰ μεγέθη τῶν μηχανῶν καὶ τὸ πλῆθος τῆς ἠθροισμένης δυνάμεως ἐξέπληττεν αὐτούς, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ βασιλέως βίαιον καὶ φιλότεχνον ἐν ταῖς πολιορκίαις. εὐμήχανος γὰρ ὢν καθ' ὑπερβολὴν ἐν ταῖς ἐπινοίαις, καὶ πολλὰ παρὰ τὴν τῶν ἀρχιτεκτόνων τέχνην παρευρίσκων, ὠνομάσθη μὲν Πολιορκητής, τὴν δ' ἐν ταῖς προσβολαῖς ὑπεροχὴν καὶ βίαν τοιαύτην εἶχεν, ὥστε [q] δόξαι μηδὲν οὕτως ὀχυρὸν εἶναι τεῖχος, ὃ δύναιτ' ἂν τὴν ἀπ' ἐκείνου τοῖς πολιορκουμένοις ἀσφάλειαν παρέχεσθαι. ἦν δὲ καὶ κατὰ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος καὶ κατὰ τὸ κάλλος ἡρωϊκὸν ἀποφαίνων ἀξίωμα, ὥστε καὶ τοὺς ἀφικνουμένους τῶν ξένων, θεωροῦντας εὐπρέπειαν κεκοσμημένην ὑπεροχῇ βασιλικῇ, θαυμάζειν καὶ παρακο- 819.

n Ἀνασπαστὰ ῥάβδοις Baſil. o Πλήρεις Id. p Ἀνεκάθηρε Reg. 1. quod praeſtat, ſicuti & ἤμελλε προσάξειν quod in eodem & Steph. ora. Vulgo ἀπεκάθαιρε & ἔμελλεν. q Δόξας Baſil.

77. Ἔτη εἴκοσι δύο καὶ μῆνας ἕξ] Plus temporis geſtum cum Samnitibus bellum abſtulit, ſi inchoatum fuerit, uti *Livius* L. VII. 29. prodidit, M. Valerio Corvo III. & A. Cornelio Coſſo Coſſ. Sed magna de belli ejus duratione lis ſcriptores vetuſtos diſtrahit. Lege *Pighium* in Faſt. ad ann. CDX., *Sigonium* ad *Livii* L. XXIII, 5. & viros doctos ad *Florum* I. 16. P. Wess.

79. Εἰς τὴν τῶν Αἰκλῶν χώραν] Haec eſt illa noſtrorum exemplarium inconſtantia, de qua ſupra (L. XIV, 102.) querebar: antea Αἰκοὺς & Αἰκανοὶ, hic Αἰκλοὶ & Αἰκάλοι. Itidem hic Μαρρουκίνους

Olymp. CXIX. II. 102. Cum annuum illud tempus elapſum eſſet, Archon fuit Athenis Leoſtratus, Romae autem Coſſ. Serv. Cornelius & L. Genucius. Quibus rempublicam adminiſtrantibus, Caſſandro bellum inferre, Graeciſque libertatem reſtituere, & ante omnia res Graeciae ad bonum redigere ſtatum, Demetrius ſibi propoſuit: tum quod magnam ſibi gloriam e libertate illa proventuram exiſtimaret, tum ut Caſſandri duces cum Prepelao conjunctos
786. ſe attriturum conſideret. Et tunc imperii caput ſe petere judicabat, ſi in Caſſandrum ipſum duceret. Tenebatur tunc urbs Sicyoniorum a praeſidio regis Ptolemaei, cui magna nominis claritate Philippus praeerat. Hanc noctu ex improviſo adortus, intra moenia irrumpit. Praeſidiarii autem ſtatim in arcem ſe proripiunt. Demetrius urbe potitus, locum inter domos & arcem occupat. Jamque machinas admoturus erat, cum perculſi qui intus erant, arcem ſub pactione dedunt, ipſique in Aegyptum avehuntur. Perſuaſis inde Sicyoniis, ut in arcem ſedes transferrent, Demetrius partem urbis portui adjunctam, qui locus inſigniter munitus erat, complanat: Cumque una cum oppidana multitudine aedificationis operi manum admoviſſet, & populum in priſtinam vindicaſſet libertatem, divinos a merito iſto affectis honores conſequitur. Nam Demetriadem nuncuparunt urbem, ſacraque & feſtos conventus, itemque ludos illi peragendos quotannis, aliosque honores, tanquam conditori exhibendos, ſanciverunt. Verum tempus, rerum mutationibus interceptum, iſta abrogavit. Sicyonii ergo longe meliorem adepti locum, in eo ad noſtra uſque tempora continenter habitarunt. Arcis enim ambitus planus & ſpacioſus, praecipitiis undique acceſſu difficilimis incluſus tenetur, ut nuſquam machinae adduci queant. Nec aquae copia deſtituitur; Quo factum, ut hortos ſibi fertiles pararent. Idcirco quid ad voluptatem in pace ac protectionem in bello conduceret, pulcre ſagacitas regis providiſſe exiſtimabatur.

103. Hinc rebus Sicyoniorum compoſitis, Demetrius cum toto exercitu Corinthum movit, quam praefectus Caſſandri Prepelaus cum praeſidio tenebat. Et ſtatim noctu per oſtiolum quoddam a civibus nonnullis introductus, urbem cum portubus in poteſtatem redigit. Cumque Praeſidiarii partim in Siſyphium, quod vocatur, partim in AcroCorinthum refugiſſent, adhibitis ad munimenta machinis, poſt multos labores ſumma tandem vi Siſyphium capit. Confugerant obſeſſi ad eos qui AcroCorinthum inſederant: Verum etiam

Τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Λεώστρατος, ἐν Ῥώμῃ δ' ὑπῆρχον ὕπατοι [z] Σερούιος Κορνήλιος καὶ Λεύκιος Γενύκιος. ἐπὶ 827.
δὲ τούτων, Δημήτριος εἶχε πρόθεσιν πρὸς μὲν τοὺς περὶ Κάσσανδρον διαπολεμεῖν, τοὺς δ' Ἕλληνας ἐλευθεροῦν, καὶ πρῶτον τὰ κατὰ τὴν Ἑλλάδα διοικεῖν· ἅμα μὲν νομίζων δόξαν οἴσειν αὐτῷ μεγάλην τὴν τῶν Ἑλλήνων αὐτονομίαν, ἅμα δὲ καὶ τοὺς [a] περὶ Πρεπέλαον ἡγεμόνας τοῦ Κασσάνδρου πρότερον συντρίψαι, καὶ τότε προσάγειν ἐπ' αὐτὴν τὴν ἡγεμονίαν, ἢ ἐπ' αὐτὸν πορεύεσθαι τὸν Κάσσανδρον. τῆς δὲ τῶν Σικυωνίων πόλεως φρουρουμένης ὑπὸ τῶν Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως στρατιωτῶν (ὧν ἦν [b] ἐπιφανέστατος στρατηγὸς Φίλιππος) νυκτὸς ἐπιθέμενος ἀπροσδοκήτως, παρεισέπεσεν [c] ἐντὸς τοῦ τείχους· εἶτα οἱ μὲν φρουροὶ συνεισέπεσον εἰς τὴν ἀκρόπολιν· ὁ δὲ Δημήτριος τῆς πόλεως κυριεύσας, τὸν μεταξὺ τόπον τῶν οἰκιῶν καὶ τῆς ἄκρας κατεῖχε. μέλλοντος δ' αὐτοῦ μηχανὰς προσάγειν, καταπλαγέντες, τὴν μὲν ἀκρόπολιν δι' ὁμολογίας παρέδωσαν, αὐτοὶ δ' ἀπέπλευσαν εἰς Αἴγυπτον. ὁ δὲ Δημήτριος [d] πείσας τοὺς Σικυωνίους εἰς τὴν ἀκρόπολιν μετοικῆσαι, τὸ μὲν τῷ λιμένι συνάπτον μέρος τῆς πόλεως κατέσκαψεν, ὀχυροῦ παντελῶς ὄντος τοῦ τόπου· τῷ δὲ πολιτικῷ πλήθει συνεπιλαβόμενος τῆς οἰκοδομίας, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀποκαταστήσας, τιμῶν ἰσοθέων ἔτυχε παρὰ τοῖς εὖ παθοῦσι. Δημητριάδα μὲν γὰρ τὴν πόλιν ὠνόμασαν, θυσίας δὲ καὶ πανηγύρεις, ἔτι δ' ἀγῶνας ἐψηφίσαντο συντελεῖν αὐτῷ κατ' ἐνιαυτόν, καὶ τὰς ἄλλας ἀπένειμαν τιμὰς ὡς κτίστῃ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν χρόνος διαληφθεὶς πραγμάτων μεταβολαῖς ἠκύρωσεν. οἱ δὲ Σικυώνιοι πολλῷ κρείττονα μεταλαβόντες τόπον, διετέλεσαν ἐν αὐτῷ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων οἰκοῦντες. ὁ γὰρ τῆς ἀκροπόλεως περίβολος, ἐπίπεδος ὢν καὶ μέγας, κρημνοῖς [e] δυσπροσίτοις περιέχεται πανταχόθεν, ὥστε μηδαμῇ δύνασθαι μηχανὰς προσάγειν. ἔχει δὲ καὶ πλῆθος ὑδάτων, ἐξ οὗ κηπείας δαψιλεῖς κατεσκεύασαν· ὥστε τὴν ἐπίνοιαν τοῦ βασιλέως καὶ πρὸς ἀπόλαυσιν εἰρηνικήν, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν πολέμου δόξαι καλῶς προεωρᾶσθαι.

Ὁ δὲ Δημήτριος διοικήσας τὰ περὶ τοὺς Σικυωνίους, ἀνέζευξε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἐπὶ τὴν Κόρινθον, ἣν ἐφρούρει Πρεπέλαος Κασσάνδρου στρατηγός. τὸ μὲν οὖν πρῶτον νυκτὸς ὑπό τινων [f] πολιτῶν εἰσαχθεὶς διά τινος πυλίδος, ἐκράτησε τῆς πόλεως καὶ τῶν λιμένων. τῶν δὲ φρουρῶν καταφυγόντων, τῶν μὲν εἰς τὸ καλούμενον Σισύφιον, τῶν δ' εἰς τὸν Ἀκροκόρινθον, [g] προσαγαγὼν μηχανὰς τοῖς ὀ- 828.
χυρώμασι, καὶ πολλὰ κακοπαθήσας, εἷλε τὸ Σισύφιον κατὰ κράτος. εἶτα τῶν ἐν ταύτῃ συμφυγόντων πρὸς τοὺς κατειληφότας τὸν Ἀκροκόρινθον, καὶ τούτους κατα-

z Κορνήλιος Φάβιος καὶ Λεύκιος Ὀυεννίλιος Reg. 1. & Steph. margo, ſed Ὀυενίλιος. a Deſideratur in Baſil. b Hanc vocem negligit Reg. 1. c Ἐντὸς τὸ Steph. Edit., peccato operarum. d Abeſt participium Venet. Reg. 2. Baſil. & marg. Steph., qui omnes mox μετοικίσαι neque abſurde. In Reg. 1. μετοικίσαι. Statim συνεπιλαβόμενος Reg. 2. optime. Vulgo συνεπιβαλλόμενος. e Ἀπροσίτοις Baſil. Statim Rhodom. corrigebat καὶ τὰ πρὸς ἀπόλαυσιν — καὶ τὰ πρὸς, haud neceſſario. f Πελληνῶν Reg. pr. g Περιαγαγὼν Baſil. παραγαγὼν Reg. 1. Mox ἐν ταύτῃ omnes pro ἐν τούτῳ.

φρεντανῶν vel Μαρρουκίνων, antea (L. XIX, 115.) Maſſianos vel Marrucinos. H. STEPH.

Εἰς τὴν Ἀνολλων χώραν] Ἀνιων ſcribe pro Ἀνολλων. L. RHOD.

Ἐχυρώτατα τετταράκοντα πόλεις] C. Sigonius citat ad Livium L. IX, 45. ἐχυρώτατα μια πόλεις, quod ſi ex ſcripto codice ſumſit, veriſſimum erit. Sic Livius ibid. *unum & quadraginta oppida intra dies quinquaginta oppugnando ceperunt* — — *De Aequis triumphatum: exemploque eorum clades fuit, ut Marrucini, Marſi, Peligni, Frentani mitterent Romam pacis petendae amicitiaeque.* E quibus optimi ſcriptoris Πελλανοὶ *Diodori* Πελιγνοὶ eſſe debent, ut pulcre *Rhodomannus*, Illuſt. *Scaliger* ad libri ſui oram, & poſt utrumque *Ph. Cluverius* Ital. Antiq. L. II, 14. pag. 755., qui quoque Ἀνολλας in Ἀνικιλλας convertit eodem libro p. 774. De Marrucinis diximus L. XIX, 115. P. WESS.

94. Πρότερον συντρίψαι — ἢ ἐπ' αὐτὸν &c.] Hyperbaton eſt. *Prius Prepelaum, Caſſandri ducem, obtereret, quam in Caſſandrum pergeret, & tunc imperii ſedem aggredi.* Vir doctus in Latinis id neglexit: corrigit in *Addend.* ſuis ἢ ἐπὶ, quod non placet. P. WESS.

1. Παρεισέπεσεν ἐντὸς τοῦ τείχους] Occupata, qua Pellenen iter erat, porta. Τὰς ἐπὶ Πελλήνην ἄγειν πύλας vocat in Sicyonis captae hiſtoria *Polyaenus* L. IV, 7, 3., etſi prave Πελλήνην libri editi nunc praeferunt. P. WESS.

10. Συνεπιλαβόμενος τῆς οἰκοδομίας] Pravum erat συνεπιβαλλόμενος, quod, etſi *Reg.* 2. non addixiſſet, mutare ſuſtinuiſſem. Nunc confidentior ſum. Auctor ipſe L. XIX, 63. ἐγκαθίστη δὲ (Caſſander) συνεπιλαβόμενος τοῖς Θηβαίοις τῆς τῶν τειχῶν οἰκοδομίας. atque ad eum modum ſaepe. *Rhodomano* librariorum id non latuerat

καταπληξάμενος, ἠνάγκασε παραδοῦναι τὴν ἄκραν. σφόδρα γὰρ ἦν ἀνυπόστατος οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς προσβολαῖς, εὐμήχανος ὑπάρχων περὶ τὴν κατασκευὴν τῶν πολιορκητικῶν ἔργων. οὐ μὴν ἀλλὰ τοὺς Κορινθίους ἐλευθερώσας, παρεισήγαγε φυλακὴν εἰς τὸν Ἀκροκόρινθον, βουλομένων τῶν πολιτῶν διὰ τοῦ βασιλέως τηρεῖσθαι τὴν πόλιν μέχρις ἂν ὁ πρὸς Κάσσανδρον καταλυθῇ πόλεμος. καὶ Πρεπέλαος μὲν αἰσχρῶς ἐκπεσὼν ἐκ τῆς Κορίνθου, πρὸς Κάσσανδρον ἀπεχώρησε· Δημήτριος δὲ παρελθὼν εἰς τὴν Ἀχαΐαν, Βοῦταν μὲν κατὰ κράτος εἷλε, καὶ τοῖς πολίταις ἀπέδωκε τὴν αὐτονομίαν· Σκῦρον δ' ἐν ὀλίγαις ἡμέραις παραλαβών, ἐξέβαλε τὴν φρουράν. μετὰ δὲ ταῦτ' [h] ἐπιχειρῶν τῆς Ἀχαΐας ἐλευθεροῦν τὰς πόλεις· στρατεύσας δὲ ἐπὶ τὸ Αἴγιον περιεκάθισε τὸ τεῖχος, καὶ λόγους ἐποιήσατο πρὸς τὸν ἀφηγούμενον τῆς φρουρᾶς Στρόμβιχον, παραδοῦναι τὴν πόλιν ἀξιῶν. οὐ προσέχοντος δ' αὐτοῦ [i] τοῖς λόγοις, ἀλλὰ καὶ πολλὰ λοιδοροῦντος ἀπὸ τοῦ τείχους βλασφήμως, προσαγαγὼν μηχανὰς ὁ βασιλεὺς, καὶ [k] καταβαλὼν τὰ τείχη, κατὰ κράτος εἷλε τὴν πόλιν. τὸν μὲν οὖν Στρόμβιχον τὸν ὑπὸ Πολυσπέρχοντος καθεσταμένον φρούραρχον, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς ἀλλοτρίως διακειμένους [l] πρὸς αὐτὸν εἰς ὀγδοήκοντα πρὸ τῆς πόλεως ἀνεσταύρωσε· τῶν δ' ἄλλων μισθοφόρων ἑλὼν εἰς δισχιλίους, κατέμιξε τοῖς ἰδίοις στρατιώταις. μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν ταύτης τῆς πόλεως, οἱ σύνεγγυς τὰ φρούρια κατέχοντες, ὑπολαμβάνοντες ἀδύνατον ὑπάρχειν τὸ διαφυγεῖν τὴν βίαν τοῦ βασιλέως, παρέδωκαν αὐτῷ τὰ χωρία. ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ οἱ τὰς πόλεις φρουροῦντες, τῶν μὲν περὶ Κάσσανδρον καὶ Πρεπέλαον καὶ Πολυσπέρχοντα μὴ βοηθούντων, τοῦ δὲ Δημητρίου μετὰ μεγάλης δυνάμεως καὶ μηχανῶν [m] ὑπεραγουσῶν προσιόντος, ἑκουσίως ἐξεχώρουν. καὶ τὰ μὲν περὶ τὸν Δημήτριον ἐν τούτοις ἦν.

Κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν, Ταραντῖνοι πόλεμον ἔχοντες πρὸς Λευκανοὺς καὶ Ῥωμαίους, ἐξέπεμψαν πρεσβευτὰς εἰς τὴν Σπάρτην, αἰτούμενοι βοήθειαν καὶ στρατηγὸν Κλεώνυμον. τῶν δὲ Λακεδαιμονίων προθύμως ἡγεμόνα δόντων τὸν αἰτούμενον, καὶ τῶν Ταραντίνων χρήματα καὶ ναῦς ἀποστειλάντων, ὁ μὲν Κλεώνυμος ἐπὶ Ταινάρῳ τῆς Λακωνικῆς ξενολογήσας στρατιώτας πεντακισχιλίους, συντόμως κατέπλευσεν εἰς
829. Τάραντα. ἐνταῦθα δὲ μισθοφόρους ἀθροίσας ἄλλους οὐκ ἐλάττους τῶν προτέρων, κατέγραψε καὶ τοὺς πολιτικοὺς, πεζοὺς μὲν πλείους τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δὲ δισχιλίους. προσελάβετο δὲ τῶν τε κατ' Ἰταλίαν Ἑλλήνων τοὺς πλείστους, καὶ τὸ τῶν Μεσσαπίων ἔθνος. ἀθρόας δὲ δυνάμεως περὶ αὐτὸν οὔσης, οἱ μὲν Λευκανοὶ καταπλαγέντες φιλίαν ἐποιήσαντο πρὸς τοὺς Τα-

hos perterrefactos tradere arcem coegit. In oppugnationibus enim hic rex oppido intolerabilis erat, Olymp. CXIX. II. & in conficiendis ad expugnationes operibus egregie ſolers. Quanquam vero libertatem Corinthiis reddiderat, praeſidium tamen nihilominus Acrocorintho impoſuit: quod urbem ſub regis tutela permanere cuperent cives, donec cum Caſſandro eſſet debellatum. Atque ita turpiter ejectus Corintho Prepelaus ad Caſſandrum ſe recepit. Porro in Achaiam progreſſus Demetrius Butam vi cepit, & ſuam civibus juriſdictionem reddidit. Scyroque poſt dies non ita multos in poteſtatem accepta, praeſidium expulit. Inde caeteras Achaiae urbes accedens liberavit. Motiſque verſus Aegium caſtris, moenia circumſedit: & Strombichum ducem praeſidii allocutus, ut urbem traderet, poſtulavit. At cum ille in poſtulata non conſentiret; Sed multa in Demetrium convitia de muro, & quidem cum ignominia, jaceret: rex machinis adegit, & moenia demolitus, ſumma vi urbem cepit. Ibi Strombichum, a Polyſperchonte ducem praeſidio datum, alioſque ſibi inimicos circiter LXXX, ante oppidum in crucem egit. Captoſque de caeteris mercenariis ad duo millia, ſuorum ordinibus inſeruit. Poſt urbis hujus expugnationem, qui caſtella in propinquo tenebant, fieri non poſſe arbitrati, ut vim regis effugerent, deditionem fecere. 787.
Eodem modo etiam illi, qui urbes cum praeſidio tutabantur, cum a Caſſandro ac Polyperchonte nihil ſubſidii mitteretur, Demetriuſque cum maximo armorum robore, & machinis omnem modum excedentibus immineret, ultro locum dedere. Atque ita Demetrii ſe res habebant.

104. In Italia Tarentini, cum Lucanis Romaniſque belligerantes, miſſis Spartam legatis, auxilia & Cleonymum imperatorem ſibi petunt. Cum igitur Lacedaemonii ducem expetitum non inviti concedere t, & Tarentini pecuniam naveſque ſubminiſtrarent: Cleonymus ad Taenarum Laconiae militum quinque millibus contractis quam breviſſimo curſu Tarentum navigat. Hic mercenariorum conducta manu, quae priori non eſſet inferior, etiam oppidanos conſcribit, in totum ſupra cIɔɔ. cIɔɔ. peditum, & duo millia equitum. De Graecis praeterea Italicis plurimos, & gentem Meſſapiorum ſibi adjungit. Quare cum numeroſum haberet exercitum, conterriti Lucani amicitiam cum

h Ἐπ' Ὀρχομενὸν τῆς Ἀρκαδίας στρατεύσας ἐκέλευσε τῷ τῆς φρουρᾶς ἀφηγουμένῳ Στρομβίχῳ παραδοῦναι τὴν πόλιν, οὐ προσ. Baſil. Reg. 2. Venet. Vat. ora Steph. i Τῶν τοῦ βασιλέως λόγων Reg. 1. & mox βλασφήμων, utrumque non prave. k Καταλαβὼν Id. l Duo haec a Veneto omittuntur & Reg. 2. Baſil. m Ὑπερεχουσῶν Reg. 1. ex gloſſa.

fuerat delictum. P. Weſs.

12. Δημητριάδα — τὴν πόλιν ὀνομάσας] Conſentiunt Strabo L. L. viii. p. 587. Plut. Demet. p. 900. B. Pauſanias L. ii, 7., & numi, niſi in eorum explicatione erretur, quod puto. Vid. not. ad Itiner. Anton. p. 328. Quae ſequuntur, honores declarant planiſſime, qui urbium conditoribus, τοῖς κτίσταις, in Graecia deferri ſolebant, de quibus Ill. Spanhemius de Us. & Praeſt. Numiſ. Diſſ. ix. p. 562. & nos antea. P. Weſs.

33. Εἰς τὸ καλούμενον Σισύφειον] Siſypho, antiquiſſimo Corinthiorum regi, conſecratum videtur fuiſſe ſeu templum ſive monumentum. Corinthum a Demetrio per fraudem interceptam fuiſſe, civibus portam aperientibus Polyaenus L. iv, 7, 8. itidem docet. P. Weſs.

48. Βοῦταν μὲν κατὰ κράτος εἷλε] Lege Βοῦραν. Nam licet Buram eam terrae motu & maris inundatione periiſſe ſupra dixerit, tamen e Polybio (L. ii, 41.) eam urbem inſtauratam fuiſſe, aut ſaltem ejus nomen revixiſſe conſtat: nam inter Achaiae urbes eam enumerat, & Buram ab iis, qui terrae motus tempore aberant, reſtauratam ait Pauſanias in Achaicis (cap. 25. p. 590.) Jac. Palm.

Βοῦταν μὲν κατὰ κράτος εἷλε] Adſtipulor Palmerio. Lege adſcripta L. xv, 48. Sed quae illa Σκῦρος erit? Nota ſine inſula Scyrus eſt, quae quidem longius aberat, quam Burae atque Achaiae oppidis ut conjungi poſſit commode. Forſan Σκῦρος eſt, quam Ἀρκαδίας κώμην Stephanus Byzant. fuiſſe perhibet. P. Weſs.

50. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιχειρήσας τῆς Ἀχαΐας &c.] Nihil his ineſt, ſperni cur merito debeant: neque abſurda ea ſunt, quae ex Baſil. ſcriptiſque libris excerpta dedi. Utra vero Auctor ipſemet reliquerit, decernere non audeo: Tu, Lector, elige. P. Weſs.

64. Οἱ σύνεγγυς τὰ φρούρια κατέχοντες] Malim οἱ τὰ σύνεγγυς φρούρια, mutata articuli ſede. P. Weſs.

76. Καὶ στρατηγὸν Κλεώνυμον] Lege Strabon. L. vi. p. 429. & Livium

Olymp. cxix. iii. cum Tarentinis redintegrant. Metapontini duntaxat obſequium detrectant; Lucanis igitur agros illorum una ſecum incurſandi auctor eſt; & per occaſionem Metapontinos aggreſſus, terrorem illis incutit. Et quanquam ut amicus urbem introierat, plus tamen quam ſexcentis argenti talentis cives emungit, obſidumque loco virgines accipit ducentas, non tam muniendae fidei, quam libidinis ſuae explendae gratia. Depoſita enim veſte Laconica, deliciis tempus impendebat, ac jugo ſervitutis involvebat eos, qui fidei illius ſe commiſerant. Nam licet tantum haberet copiarum & apparatus, nihil tamen Sparta dignum effecit. Expeditionem quidem in Siciliam facere inſtituerat, quaſi tyrannide Agathoclis everſa, juris ſui libertatem Siculis redditurus eſſet: Sed omiſſa in praeſens hac militia, in Corcyram trajecit, & urbe potitus, magnam pecuniae vim exegit, praeſidiumque inibi collocavit, hac arce belli uti, rebuſque Graeciae hinc imminere cogitans.

105. Statim & legati a Demetrio Poliorcete & Caſſandro, de ſocietatis foedere ipſum convenere. Sed cum neutro ſe conjunxit. Hinc cum Tarentinos & quoſdam alios defeciſſe audiret: relicto ad Corcyram quod ſufficeret praeſidio, cum reliquis copiis in Italiam, ceu puniturus contumaces, tranſmiſit; Oraeque appulſus, ubi Barbari cuſtodias agebant, urbem cepit, hominibuſque ſub corona venditis, agrum populationibus vaſtavit. Sic Triopio etiam, quod vocant, expugnato, ad tria captivorum millia ſuae poteſtatis fecit. Circa quod tempus, regionis illius Barbari in agmen coeuntes, noctu caſtra invadunt, & plures ducentis ex Cleonymi militibus interimunt, ac mille circiter vivos capiunt. Cumque hoc periculo coorta ſimul tempeſtas xx. navigia, quorum prope caſtra erat ſtatio, corrumpit. Tantis igitur cladibus ſemel atque iterum acceptis, Cleonymus in Corcyram cum exercitu renavigavit.

Olymp. cxix. iii. 106. Jam anno exacto, in Archontis munere Athenis Nicocles, in conſulatu Romae M. Livius, & M. Aemilius, ſuccedebant. Quo tempore Caſſander Macedoniae rex Graecorum vires ſubinde creſcere, totamque belli contra ſe molem inſurgere videns, de eventu trepide ſolicitus erat. Miſſis igitur in Aſiam legatis ad Antigonum, ut ſecum pacificaret, oravit. Ubi vero ille ſe nullam agnoſcere pacificationem, niſi Caſſander res ſuas ipſius arbitrio permitteret, reſpondit: territus ille Lyſimachum e Thracia, quicum ſummam rei com-
788. municet, accerſit. Semper enim hunc in maximis terroribus adhibere in auxilium ſolebat, tum

ραντίνους. τῶν δὲ Μεταποντίνων οὐ προσεχόντων αὐτῷ, τοὺς Λευκανοὺς ἔπεισε συμβαλεῖν εἰς τὴν χώραν καὶ τῷ καιρῷ συνεπιθέμενος, [n] κατεπλήξατο τοὺς Μεταποντίνους. παρελθὼν δ' εἰς τὴν πόλιν ὡς φίλος, ἐπράξατο μὲν ἀργυρίου τάλαντα πλείω τῶν ἑξακοσίων, διακοσίας δὲ παρθένους τὰς ἐπιφανεστάτας ἔλαβεν εἰς ὁμηρείαν, οὐχ οὕτως τῆς περὶ τὴν πίστιν ἀσφαλείας χάριν, ὡς τῆς ἰδίας ἕνεκεν [o] λαγνείας. ἀποθέμενος γὰρ τὴν Λακωνικὴν ἐσθῆτα, διετέλει τρυφῶν, καὶ τοὺς πιστεύσαντας αὐτῷ καταδουλούμενος. τηλικαύτας γὰρ ἔχων δυνάμεις καὶ χορηγίας, οὐδὲν τῆς Σπάρτης ἄξιον ἔπραξεν. [p] ἐπεβάλετο μὲν γὰρ ἐπὶ τὴν Σικελίαν στρατεύειν, ὡς τὴν τυραννίδα μὲν καταλύσων τὴν Ἀγαθοκλέους, τὴν δ' αὐτονομίαν τοῖς Σικελιώταις ἀποκαταστήσων· ὑπερθέμενος δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος ταύτην τὴν στρατείαν, ἔπλευσεν εἰς [q] Κέρκυραν καὶ κρατήσας τῆς πόλεως, χρημάτων τε πλῆθος εἰσεπράξατο, καὶ φρουρὰν ἐγκατέστησε, διανοούμενος ὁρμητηρίῳ τούτῳ [r] τῷ τόπῳ χρήσασθαι, καὶ τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα πράγμασιν ἐφεδρεύειν.

[s] Εὐθὺς δὲ καὶ πρεσβειῶν πρὸς αὐτὸν παραγενομένων παρά τε Δημητρίου τοῦ πολιορκητοῦ καὶ Κασσάνδρου περὶ συμμαχίας, τούτοις μὲν οὐδετέρῳ προσέθετο, τοὺς δὲ Ταραντίνους καὶ τῶν ἄλλων τινὰς πυθόμενος ἀφεστηκέναι, τῆς μὲν Κερκύρας τὴν ἱκανὴν φυλακὴν ἀπέλιπε, μετὰ δὲ τῆς ἄλλης δυνάμεως ἔπλει κατὰ σπουδὴν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, ὡς κολάσων τοὺς ἀπειθοῦντας. προσχὼν δὲ τῇ χώρᾳ καθ' ὃν τόπον ἐφύλαττον οἱ Βάρβαροι, τὴν μὲν πόλιν ἑλὼν ἐξηνδραποδίσατο, τὴν δὲ χώραν ἐλεηλάτησεν. ὁμοίως δὲ τὸ καλούμενον Τριόπιον ἐκπολιορκήσας, εἰς τρισχιλίους ἔλαβεν αἰχμαλώτους. καθ' ὃν δὴ χρόνον οἱ μὲν ἀπὸ τῆς χώρας Βάρβαροι συνδραμόντες ἐπέθεντο νυκτὸς τῇ στρατοπεδείᾳ καὶ μάχης γενομένης, ἀνεῖλον τῶν μετὰ Κλεωνύμου πλείους τῶν [t] διακοσίων, ἐζώγρησαν δὲ περὶ χιλίους. ἅμα δὲ τῷ κινδύνῳ τούτῳ χειμὼν ἐπιγενόμενος εἴκοσι τῶν νεῶν διέφθειρε, πλησίον ὁρμουσῶν τῆς παρεμβολῆς. ὁ δὲ Κλεώνυμος δυσὶν ἐλαττώμασι τηλικούτοις περιπεσὼν, ἀπέπλευσε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Κέρκυραν. 830.

Τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος Ἀθήνησι μὲν ἦρχεν ἄρχων Νικοκλῆς, ἐν Ῥώμῃ δὲ τὴν ὕπατον ἀρχὴν διεδέξατο Μάρκος Λίβιος καὶ Μάρκος Αἰμίλιος. ἐπὶ δὲ τούτων, Κάσσανδρος ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς, ὁρῶν τὴν δύναμιν τῶν Ἑλλήνων αὐξομένην, καὶ πάντα τὸν πόλεμον ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν συνιστάμενον, περίφοβος ἦν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος· διόπερ ἐξέπεμψε πρεσβευτὰς πρὸς Ἀντίγονον εἰς τὴν Ἀσίαν, ἀξιῶν διαλύσασθαι πρὸς αὐτόν. ἀποκριναμένου δ' ἐκείνου, [v] διότι μίαν γινώσκει διάλυσιν ἐὰν ὁ Κάσσανδρος ἐπιτρέπῃ τὰ καθ' αὐτὸν, καταπλαγεὶς Λυσίμαχον ἐκ τῆς Θρᾴκης μετεπέμψατο πρὸς τὴν τῶν ὅλων κοινοπραγίαν. ἀεὶ γὰρ εἰώθει τοῦτον κατὰ τοὺς μεγίστους φόβους εἰς τὴν βοήθειαν προσλαμβάνεσθαι,

διὰ

n Κατέπληξε Reg. 1. o Ἁγνείας Basil. Reg. 2. ora Steph. p Ἐπιβάλλεσθαι Reg. 1. q Κόρκυραν Vat. Basil. & ſtatim ſaepius. Haud male. r Duo haec omittuntur a Reg. 2. Basil. At Reg. pr. τούτῳ χρήσασθαι τῷ τόπῳ. s Εὐθὺ Basil. t Τριακοσίων ex Reg. 1. ora Steph. v Διότι ἔφη, μίαν γινώσκειν iterum Steph. marg. ex Reg. pr.

Livium L. x, 2. P. Wess.

97. Ἀποθέμενος τὴν Λακωνικὴν ἐσθῆτα διετέλει τρυφῶν] Quod domi vitae genus Spartani aſperum & durum ſectabantur, id ſaepe foris, excuſſis legum frenis, non ſine patriae quodam dedecore negligebant. Quid Pauſanias in ſe admiſerit, ex *Nepote Cornelio* ignorat nemo. De Acrotato & quae Agrigenti deſignarit, *Diodorus* L. xix, 71. Nec melior Cleonymus. Eſt profecto a teneris adſueſcere multum, debile tamen, ſi virtutis amor deſit. P. Wess.

17. Τὴν μὲν πόλιν ἑλὼν ἐξηνδραποδίσατο] Quam tandem urbem, Diodore? Doleo nomen ejus fuiſſe a te neglectum. *Livius* dicto loc. *Vicos* (Patavinorum tres maritimos) *expugnant, inflammant tecta, hominum pecudumque praedas agunt, & dulcedine praedandi longius uſque a navibus procedunt.* Qui quidem in hac Cleonymi excurſione deſcribenda multo accuratior eſt. P. Wess.

19. Τὸ καλούμενον Τριόπιον ἐκπολιορκήσας] *Triopium* in Italia legere non memini, nedum in Patavinorum, ubi haec geſta fuiſſe ex *Livio* vidimus, finibus: nam Triumpilinos, *venalem cum agris ſuis populum*, in *Plinii* Hiſt. Nat. L. iii, 20. hinc aliquid trahere non audeo adfirmare. P. Wess.

31. Μάρκος Αἰμίλιος] Aemilium conſulem rectius Marcum nominat *Diodorus*, quam Cajum *Livius*, & Lucium *Caſſiodorus*; Et cum eo Capitolini Annales conſentiunt. L. Rhod.

Mar-

διά τε τὴν τἀνδρὸς ἀρετὴν, καὶ διὰ τὸ τὴν [x] βασιλείαν αὐτοῦ ὅμορον εἶναι τῇ Μακεδονίᾳ. συνεδρεύσαντες οὖν οἱ βασιλεῖς οὗτοι περὶ τοῦ κοινοῦ συμφέροντος, ἐξέπεμψαν πρεσβευτὰς πρός τε Πτολεμαῖον τὸν Αἰγύπτου βασιλέα καὶ πρὸς Σέλευκον τὸν τῶν ἄνω Σατραπειῶν κυριεύοντα, περί τε τῆς ὑπερηφανίας τῆς ἐν ταῖς ἀποκρίσεσιν ἐμφανίζοντες, καὶ τὸν ἐκ τοῦ πολέμου κίνδυνον κοινὸν εἶναι πάντων διδάσκοντες. τῆς γὰρ Μακεδονίας κρατήσαντα τὸν Ἀντίγονον εὐθὺς [y] ἀφελεῖσθαι καὶ τῶν ἄλλων τὰς βασιλείας. δεδωκέναι γὰρ αὐτὸν πεῖραν [z] πλεονάκις, καὶ ὅτι πλεονέκτης ἐστὶ, καὶ πᾶσαν ἀρχὴν ἀκοινώνητον ποιεῖ. [a] συμφέρειν οὖν ἅπαντας συμφρονῆσαι, καὶ κοινῇ πρὸς Ἀντίγονον ἐπανελέσθαι πόλεμον. οἱ μὲν οὖν περὶ Πτολεμαῖον καὶ Σέλευκον, δόξαντες ἀληθῆ λέγειν πρὸς ἀλλήλους, προθύμως ὑπήκουσαν, καὶ συνετάξαντο βοηθεῖν ἁδραῖς δυνάμεσι.

Τοῖς δὲ περὶ Κάσανδρον ἔδοξε μὴ περιμένειν τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς φθάσαντας ἐπιστρατεύειν, καὶ [b] προλαμβάνειν τὸ χρήσιμον. διόπερ ὁ Κάσανδρος Λυσιμάχῳ μὲν παρέδωκε μέρος τοῦ στρατοπέδου, καὶ στρατηγὸν συνεξέπεμψεν· αὐτὸς δὲ ἀνέζευξε μετὰ τῆς λοιπῆς δυνάμεως εἰς Θετταλίαν, διαπολεμήσων Δημητρίῳ καὶ τοῖς Ἕλλησι. Λυσίμαχος δὲ μετὰ [c] στρατιωτῶν αὐτοῦ διαβὰς ἐκ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν, Λαμψακηνοὺς μὲν καὶ Παριανοὺς ἑκουσίως προσθεμένους ἀφῆκεν ἐλευθέρους· Σίγειον δ᾽ ἐκπολιορκήσας, φρουρὰν παρεισήγαγε. μετὰ δὲ ταῦτα Πρεπελάῳ μὲν τῷ στρατηγῷ δοὺς πεζοὺς ἑξακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους, ἐξέπεμψε προσαξόμενον τὰς πόλεις τάς τε κατὰ τὴν Αἰολίδα καὶ τὴν Ἰωνίαν· αὐτὸς δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρησε πολιορκεῖν τὴν Ἄβυδον, καὶ βέλη καὶ μηχανὰς καὶ τἆλλα
831. παρεσκευάζετο. ἐπεὶ δὲ κατὰ θάλατταν ἦλθε τοῖς πολιορκουμένοις στρατιωτῶν πλῆθος παρὰ Δημητρίου, [d] τὸ δυνάμενον τὴν ἀσφάλειαν παρέχεσθαι τῇ πόλει, ταύτης μὲν τῆς ἐπιβολῆς ἀπέστη, τὴν δ᾽ ἐφ᾽ [e] Ἑλλησπόντῳ Φρυγίαν προσαγαγόμενος καὶ Σύναδα πόλιν ἔχουσαν [f] ἀποσκευὰς βασιλικὰς ἐπολιόρκησεν. ὅτε δὴ καὶ Δόκιμον τὸν Ἀντιγόνου στρατηγὸν πείσας κοινοπραγεῖν, τά τε Σύναδα παρέλαβε διὰ τούτου, καὶ τῶν ὀχυρωμάτων ἔνια τῶν ἐχόντων τὰ βασιλικὰ χρήματα. ὁ δ᾽ ἐπὶ τῆς Αἰολίδος καὶ τῆς Ἰωνίας πεμφθεὶς ὑπὸ Λυσιμάχου στρατηγὸς Πρέπελαος [g] Ἀδραμυττίου μὲν ἐκυρίευσεν ἐν παρόδῳ, τὴν δ᾽ Ἔφεσον πολιορκήσας, καὶ καταπληξάμενος τοὺς ἔνδον, παρέλαβε τὴν πόλιν. καὶ τοὺς μὲν ἐγκαταληφθέντας τῶν Ῥοδίων ἑκατὸν ὁμήρους ἀπέστειλεν εἰς τὴν πατρίδα· τοὺς δ᾽ Ἐφεσίους ἀφῆκε. τὰς δὲ ναῦς τὰς ἐν τῷ λιμένι πάσας ἐνέπρησε, διὰ τὸ θαλασσοκρατεῖν τοὺς πολεμίους, καὶ τὴν ὅλην κρίσιν τοῦ πολέμου ἄδηλον ὑπάρχειν. μετὰ δὲ ταῦτα [h] Τηΐους μὲν καὶ Κολοφωνίους προσηγάγετο, Ἐρυθραίοις δὲ καὶ Κλαζομενίοις ἐλθούσης κατὰ θάλατταν βοηθείας, τὰς μὲν

ob virtutem hujus viri, tum quod regnum ejus Macedoniae fines attingeret. Olymp. CXIX. III. Hi ergo de communi utilitate inter ſe conſiliati, legatos mittunt ad Ptolemaeum, regem Aegypti; & ſuperiores provincias in poteſtate habentem Seleucum, & ſuperbiam Antigoni in reſponſionibus demonſtrant, bellique hujus periculum omnibus commune eſſe docent. Nam ſi Macedoniam obtinuerit Antigonus, mox aliis etiam regna ſua ademturum. Experimentum enim ſui jam exhibuiſſe aliquoties: quod ſubinde plura appetat, totumque ſibi imperium extra ullam ſocietatem vendicet. Expedire igitur, ut omnes inter ſe conſpirent, & bellum commune contra Antigonum ſuſcipiant. Ptolemaeus & Seleucus, quod vera inter ſeſe aſſeverare judicarent, lubentes obſequuntur, & numeroſis ſubvenire copiis conſtituunt.

107. Caſſandro autem viſum, hoſtis adventum non operiendum, & expeditione prius facta, anticipare quod expediret. Idcirco partem exercitus, mittens una ducem, Lyſimacho tradit. Ipſe cum reliquo agmine in Theſſaliam movit Demetrium oppugnaturus & Graecos. Lyſimachus ergo cum milite ipſius ex Europa in Aſiam transgreſſus, Lampſacenos, & Parianos, cum ſponte in partes ejus concederent, liberos dimittit; Expugnatoque Sigeo praeſidium induxit. Exinde Iↄↄ. cIↄ. peditum, & mille equitibus Prepelao traditis, ad Aeolidis & Ioniae urbes adjungendas illum mittit. Ipſe Abydum primo obſidere aggreſſus, tela machinaſque & alia comparat. Aſt ubi per mare a Demetrio armatorum multitudo, quae urbem tutari poſſet, supervenit, a propoſito deſiſtit; Phrygiaque ad Helleſpontum ſubacta, etiam Synada urbem, in qua regia erant impedimenta, obſidione cinxit. Quo tempore Docimum Antigoni praefectum ad res Marte communi gerendas induxit, ejuſque opera Synada & caſtellorum quaedam, ubi regiae opes reconditae erant, in poteſtatem accepit. *Interim* Prepelaus dux, in Aeolidem Ioniamque miſſus a Lyſimacho, Adramyttio in tranſitu potitur, Epheſumque obſidet, & pavore obſeſſis injecto, urbem deditione accipit, & Rhodiorum obſides centum, illic deprehenſos, in patriam dimittit. Epheſios autem miſſos facit. Sed omnes in portu naves incendit: quod eo tempore maris dominium hoſtes tenerent, totuſque belli exitus adhuc incertus eſſet. Hinc Tejos etiam atque Colophonios ſubjunxit. Erythraeis autem & Clazomeniis per mare ſubſidium venerat;

Ideo

x Βασιλείας αὐτοῦ ὅμορον *Reg.* 1., unde pronomen reſtitui. y Ἀφελέσθαι *Baſil. Vat.* z Πλείονα *Venet. Reg. ſec.* Mox καὶ ante ὅτι *Reg.* 1. non habet. a Καὶ συμφ. *Reg.* 1. b Προσλαμβ. *Baſil.* c Μετὰ στρατιωτῶν *Reg.* 1. *Vat.* uti *Steph. Reg.* 2. d Articulum non legit *Reg.* 1., neque neceſſarius eſt admodum. e Ἑλλησπόντου id. f Ἀποσκευὰς βασιλ. *Reg. pr.* In Ceteris interponitur μεγάλας, cui tamen notam *Steph.* impoſuit. Ego alliorſum relegavi. g Ἀδραμυττίου *Baſil.* h Τηΐους *Reg.* 1.

Μᾶρκος Αἰμίλιος] Videndi viri eruditi ſunt ad *Livii* L. x, 1. P. Wess.

57. Ἀποκριναμένου δ᾽ ἐκείνου] Addere ὑπερηφάνως ex *Reg. pr.* poterit, qui ejus acceſſione orationem intendi autumaverit: mihi Grammatici commentum videtur. P. Wess.

54. Καὶ πᾶσαν ἀρχὴν ἀκοινώνητον ποιεῖ] *Lucani* 1, 93.

Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit,

τὴν ἀκοινώνητον ἀρχὴν exprimit egregie. P. Wess.

62. Καὶ προλαμβάνειν τὸ χρήσιμον] Male προσλαμβάνειν. *Baſil.*, librarii peccato, cujuſmodi ex *Alciphron.* L. ii. Ep. 2. ſuſtulit *Berglerus.* Poſſet huc referri ex *Philoſtrati* Epiſt. 71., niſi flagitioſius eſſet. Verte ex *Salluſtio*, *quae bello uſui erant, ante capere*, ſi commodius id cenſes. P. Wess.

80. Καὶ Σύναδα πόλιν] Σύνναδα alii, ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ numi, de quibus *H. Valeſius* ad *Socrat.* Hiſt. Eccl. L. vii, 3. & *L. Holſtenius* ad *Stephan.* Σύνναδα. Prope urbem Δοκιμία pagus erat, nobilis Synnadici lapidis metallis, cui a Docimo hoc, Antigoni praefecto; nomen veniſſe ſuſpicari licet. Confer *Strabon.* xii. p. 865. P. Wess.

90. Τῶν Ῥοδίων — ὁμήρους ἀπέστειλεν] Lege de his obſidibus hujus libri C. 100. P. Wess.

99. Τὴν

Olymp. CXIX. III. Ideo urbes haſce capere non potuit, ſed agrum illorum populatus, Sardeis verſus duxit. Ibi praefectum Antigoni Phoenicem & Docimum ad defectionem pellexit, urbemque praeter arcem in fidem accepit. Hanc enim cuſtodiens Philippus, de neceſſariis Antigoni unus, bevevolentiam erga eum, qui ſibi fidem habebat, conſervavit. In hoc itaque ſtatu res Lyſimachi tum erant.

108. Antigonus tunc ingens certamen & feſtum Panegyricum Antigoniae inſtituerat, magniſque ad hoc praemiis & mercedibus undique conciverat athletas, & artifices praeclariſſimos. Ubi vero de
789. tranſitu Lyſimachi & defectione militum audivit, ludos abrumpit, athletiſque & artificibus mercedem, non minus CC. talentis, perſolvit. Ipſe, copiis aſſumtis, ex Syria citatis itineribus contra hoſtes pergit; Ubi Tarſum Ciliciae pervenit, de pecunia, quam e Quindis aſportaverat, exercitui ad tres menſes ſtipendia numerat. Et praeter hanc cum exercitu tria talentûm millia advexerat, ut, ſi quando pecunia opus foret, haec ſumtuum facultas in promtu haberetur. Superato hinc Tauro, Cappadociam verſus contendit, & rebelles in ſuperiore Phrygia & Lycaonia ad priſtinam militiae ſocietatem reduxit. Quo tempore Lyſimachus, hoſtis adventu cognito, in Senatu cum ſuis deliberavit, quid imminentibus his periculis agendum eſſet. Illi, ad pugnam non eſſe deſcendendum, quoad Seleucus e provinciis ſuperioribus adventaſſet, ſed occupanda firmiora loca, caſtriſque ſudeto & foſſa praemunitis, adventum hoſtis expectandum, cenſebant. Hic ergo, quod decretum erat, ſtudioſe peregit. Antigonus vero, ut proxime hoſtes ventum, explicatis in aciem copiis, pugnam laceſſebat. Ubi nemo ex adverſo prodire audet, ipſe loca quaedam inſidet, qua cibaria hoſtibus importari neceſſum erat. Lyſimachus ergo veritus, ne intercifo commeatu, in hoſtis poteſtatem veniret, noctu inde movet, & CCCC. ſtadia emenſus, circa Dorylaeum caſtra facit. Locus enim ille frumento alioque commeatu abundabat, praeterfluente praeterea amni, qui caſtra metantibus illic munimenti loco eſſet. Jacto igitur vallo, foſſa praealta triplicique ſudeto caſtra firmarunt.

πόλεις ἑλεῖν οὐκ ἠδυνήθη, τὴν δὲ χώραν αὐτῶν πορθήσας ἀνέζευξεν ἐπὶ Σάρδεις. ἐνταῦθα δὴ [i] τὸν Ἀντιγόνου στρατηγὸν Φοίνικα καὶ Δόκιμον πείσας ἀποστῆναι τοῦ βασιλέως, παρέλαβε τὴν πόλιν, πλὴν τῆς ἄκρας. ταύτην γὰρ φυλάττων Φίλιππος εἷς τῶν Ἀντιγόνου φίλων, βεβαίαν ἐτήρει τὴν εὔνοιαν τὴν πρὸς τὸν πεπιστευκότα. τὰ μὲν οὖν περὶ Λυσίμαχον ἐν τούτοις ἦν.

Ἀντίγονος δὲ [k] προχειρισάμενος ἀγῶνα μέγαν καὶ πανήγυριν ἐν Ἀντιγονείᾳ συντελεῖν, πάντοθεν ἀθλητάς τε καὶ τεχνίτας τοὺς ἐπιφανεστάτους ἐπὶ μεγάλοις ἄθλοις καὶ μισθοῖς ἤθροιζεν. ὡς δ' ἤκουσε τὴν Λυσιμάχου διάβασιν καὶ τῶν στρατηγῶν τὴν ἀπόστασιν, τὸν μὲν ἀγῶνα διέλυσε, τοῖς δὲ ἀθληταῖς καὶ τοῖς τεχνίταις ἀπέδωκε μισθοὺς οὐκ ἐλάττους [l] διακοσίων ταλάντων. αὐτὸς δὲ τὴν δύναμιν ἀναλαβὼν ὥρμησεν ἐκ τῆς Συρίας, σύντομον τὴν πορείαν ποιούμενος ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Εἰς δὲ Ταρσὸν τῆς Κιλικίας ἀφικόμενος, ἐξ ὧν κατεκόμισε χρημάτων ἐκ τῶν [m] Κυΐνδων, τὸ στρατόπεδον εἰς τρεῖς μῆνας ἐμισθοδότησε. χωρὶς δὲ τούτων τρισχίλια τάλαντα μετὰ τῆς δυνάμεως ἐκόμιζεν, ὅπως τοιαύτην ἔχῃ τὴν χορηγίαν, ὅταν αὐτῷ χρεία γένηται χρημάτων. ἔπειτα τὸν Ταῦρον ὑπερβαλὼν προῆγεν ἐπὶ Καππαδοκίας, καὶ τοὺς ἀφεστηκότας περὶ τὴν ἄνω Φρυγίαν καὶ Λυκαονίαν ἐπιπορευόμενος, πάλιν [n] εἰς τὴν προϋπάρχουσαν συμμαχίαν ἀποκατέστησε. καθ' ὃν δὴ χρόνον οἱ περὶ τὸν Λυσίμαχον πυθόμενοι τὴν τῶν πολεμίων παρουσίαν, συνήδρευον βουλευόμενοι πῶς χρηστέον εἴη τοῖς ἐπιφερομένοις κινδύνοις. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς εἰς μὲν μάχην μὴ συγκαταβαίνειν ἕως ἂν οἱ περὶ Σέλευκον ἐκ τῶν ἄνω Σατραπειῶν καταβῶσι· τόπους δὲ ὀχυροὺς καταλαβέσθαι, καὶ χάρακι καὶ τάφρῳ τὴν στρατοπεδείαν ἀσφαλισαμένους ὑπομένειν τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον. οὗτοι μὲν οὖν τὸ δοχθὲν αὐτοῖς [o] ἐπετέλουν κατὰ σπουδήν· ὁ δ' Ἀντίγονος, ἐπεὶ πλησίον ἐγένετο τῶν πολεμίων, ἐκτάξας τὴν δύναμιν προεκαλεῖτο εἰς μάχην. οὐδενὸς δ' ἐπεξιέναι τολμῶντος, αὐτὸς μὲν κατελάβετο τόπους τινάς, δι' ὧν ἀναγκαῖον ἦν τὰς τροφὰς τοῖς ἐναντίοις παρακομίζεσθαι· οἱ δὲ περὶ τὸν Λυσίμαχον, φοβηθέντες μὴ τῆς [p] ἀγορᾶς ἀποκοπείσης ὑποχείριοι γένωνται τοῖς πολεμίοις, νυκτὸς ἀνέζευξαν καὶ διατείναντες σταδίους τετρακοσίους, κατεστρατοπέδευσαν περὶ Δορύλαιον. εἶχε γὰρ τὸ χωρίον σίτου τε καὶ τῆς ἄλλης χορηγίας πλῆθος, καὶ ποταμὸν παραρρέοντα, δυνάμενον ἀσφάλειαν παρέχεσθαι τοῖς παρ' αὐτὸν στρατοπεδεύουσι. βαλόμενοι δὲ στρατοπεδείαν, ὠχύρωσαν τὴν παρεμβολὴν βαθείᾳ τάφρῳ καὶ τριπλῷ χάρακι. 832.

Ἀντί-

i Τῶν Ἀντιγόνου στρατηγῶν id. Reg. k Προεγχειρισάμενος Baſil. Vat. l Εἰς διακοσ. Baſil. prave. m Κυΐνδων ora Steph. n Ἐπὶ τὴν Reg. 1. o Ἐπτέλων ex compendio ſcribendi Baſil. p Εὐπορίας Reg. 1.

99. Τὸν Φοίνικα καὶ Δόκιμον πείσας] Mallem abeſſet Docimi nomen: is enim, ut ſupra ſcripſit, damnata fide in Lyſimachi partes tranſierat. Alius ſi ſit, quod mihi non liquet, praeſtaret τῶν — στρατηγῶν ex Reg. 1. P. Wess.

6. Ἐν Ἀντιγονείᾳ] Situm urbis ſignavit C. 48. ſuperius. Τεχνίτας ſcenae eſſe artifices, τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας Aelian. de Animal. L. xi, 19., notum exploratumque eſt. Vid. ad L. iv, 5. p. 251. P. Wess.

15. Ἐκ τῶν Κυΐνδων] De veriore Caſtelli nomine inſpice not. in L. xviii, 62. P. Wess.

42. Καὶ ποταμὸν παραρρέοντα] In ΔΟΡΥΛΑΕΩΝ numo, vulgato Theſ. Britann. T. ii. p. 257. fluvius hic urnae innititur, nomen reticetur, quem alterutrum eorum amnium eſſe credo, quos *Jo. Cinnamus* memoravit, ὧν ὁ μὲν ΒΑΘΥΣ πρὸς τῶν ἐγχωρίων, ΘΥΜΒΡΙΣ δὲ ἅτερος ὀνομάζεται, inquit L. v, 1. Lege quae adſcripta a me olim ſunt *Hieroclis* Synecd. p. 678. P. Wess.

63. Καὶ τὴν χώραν εἶναι βαθύγειον] Phrygiae ager prope Dorylaeum uber erat, planus cornoſuſque. *Jo. Cinnamus* L. vi, 14. καὶ πεδία ὑπ' αὐτὴν τυγχάνει λειότητί τε ἐπὶ πλεῖστον ἰοῦσα καὶ ἀμηχάνῳ τι προφαινόμενα κάλλει, ὥστε μὴν τὰς λειμῶνας καὶ ὅπως εὔγειον, ὡς τὸν τε πόαν ἀναψῦξαι μάλιστα ἱκανόν. Qui agri habitus ut ad iter coelo pluvio parum opportunus erat, ita paſcuis accommodatiſſimus: hinc acres de ejus poſſeſſione olim inter Turcas & Graecos contentiones, de quibus *Cinnamus* & *Nicetas Choniat.* Annal. Manuel. L. vi. in principio. Adde *Annae Comnenae* Alexiad. L. xv, p. 469. *Ed. Paris.* P. Wess.

73. Ἐπιπέμψει τινας τῶν φίλων] Hoc *Diodori* eſt: nam C. 112. ἐκπέμψας πρὸς τὸν Δημήτριον οἱ πεμφθέντες ὑπ' Ἀντιγόνου ſcribit ipſe. Laudem ergo Reg. 1. aufert. P. Wess.

80. Ἐν τῷ καλουμένῳ Σαλμωνίας πεδίῳ] Haud ſcio an pravum ſit cenſendum Σαλμωνίας vocabulum? Ego quidem neminem novi, qui hoc in Bithyniae Paphlegoniaeque confinio urbem *Salmoniam* memorarit. Σαλωνίαν πόλιν Βιθυνίας *Stephanus* habet, propter quam ager erat uber & boum paſcuis optimus, χώρα ἀρίστη βουβοσίας, inquit *Strabo* L. xii. p. 848. Vide, ſcriptumne ea — Σαλωνίας πεδίῳ fuerit? Quod una litera auctius procedere potuit facile. P. Wess.

84. Δαρείου τοῦ βασιλέως ἀδελφιδῆν] Quin pro ἀδελφιδῆν legendum ſit ἀδελφιδοῦν nemini dubium eſſe debet: ſiquidem Oxyarten illius patrem, fratrem Darii fuiſſe conſtat. Sed Ἀμαστρίν non Ἄμηστριν vocant cum alii, tum *Strabo* (L. xi. pag. 810.) At Ἄμηστρις dicta fuit Xerxis uxor, ut ex *Herodoto* (L. vii, 114.

&

Ἀντίγονος δὲ πυθόμενος τὴν τῶν πολεμίων ἀποχώρησιν, [q] εὐθὺς ἐπεδίωκεν αὐτούς, καὶ πλησίον γενόμενος τῆς παρεμβολῆς, ἐπεὶ πρὸς παράταξιν οὐ συγκατέβαινον, ἤρξατο περιταφρεύειν τὴν στρατοπεδείαν καὶ καταπέλτας καὶ βέλη μετεπέμψατο, βουλόμενος αὐτὴν πολιορκῆσαι. συντελουμένων δ' ἀκροβολισμῶν περὶ τὴν ταφρείαν, καὶ τῶν περὶ τὸν Λυσίμαχον πειρωμένων ἀνείργειν τοῖς βέλεσι τοὺς ἐργαζομένους, ἐν πᾶσιν [r] ἐπροτέρουν οἱ περὶ τὸν Ἀντίγονον. ἔπειτα χρόνου γενομένου, καὶ τῶν ἔργων ἤδη συντέλειαν λαμβανόντων, τῆς δὲ τροφῆς [s] ὑπολιπούσης τοὺς πολιορκουμένους, οἱ περὶ Λυσίμαχον τηρήσαντες νύκτα χειμέριον, ἀναζεύξαντες ἐκ τῆς παρεμβολῆς, διὰ τῶν ὑπερδεξίων τόπων [t] ἐποιήσαντο τὴν ἀποχώρησιν εἰς παραχειμασίαν. Ὁ δ' Ἀντίγονος, ἡμέρας γενομένης, ὡς εἶδε τὴν τῶν πολεμίων ἀπαλλαγήν, ἀντιπαρῆγεν αὐτοὺς διὰ τῶν πεδίων. ἐπιγινομένων δὲ ὄμβρων μεγά-
833 λων, καὶ τῆς χώρας οὔσης βαθυγείου καὶ πηλώδους, [u] τῶν τε ὑποζυγίων οὐκ ὀλίγα συνέβη καὶ τῶν σωμάτων τινὰ διαφθαρῆναι, καὶ τὸ σύνολον ἐπιπόνως ἅπασαν τὴν δύναμιν διατεθῆναι. διόπερ ὁ βασιλεὺς ἅμα μὲν ἀναλαβεῖν βουλόμενος ἐκ τῆς κακοπαθείας τοὺς στρατιώτας, ἅμα δὲ τὴν χειμερινὴν ὥραν ὁρῶν περιλαμβάνουσαν, τοῦ μὲν καταδιώκειν ἀπέστη, πρὸς δὲ τὴν χειμασίαν ἐπιλεξάμενος τοὺς εὐθετωτάτους τόπους, διεῖλε κατὰ μέρη τὴν δύναμιν. πυνθανόμενος δὲ Σέλευκον καταβαίνειν ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν μετὰ μεγάλης δυνάμεως, [x] ἔπεμψέ τινας τῶν φίλων εἰς τὴν Ἑλλάδα πρὸς Δημήτριον, παρακελευόμενος ἥκειν πρὸς αὐτὸν μετὰ τῆς δυνάμεως τὴν ταχίστην. σφόδρα γὰρ εὐλαβεῖτο μὴ πάντων τῶν βασιλέων ἐπ' αὐτὸν συνδραμόντων, ἀναγκασθῇ παρατάξει κρῖναι τὸν ὅλον πόλεμον, πρὶν ἢ συνελθεῖν εἰς [y] ταυτὸν τὴν τῆς Εὐρώπης δύναμιν. παραπλησίως δὲ καὶ Λυσίμαχος διεῖλε τὴν δύναμιν εἰς χειμασίαν ἐν τῷ καλουμένῳ Σαλμωνίας πεδίῳ. ἀγορὰν δὲ πολλὴν ἐξ Ἡρακλείας [z] μετεπέμπετο, ποιησάμενος ἐπιγαμίαν πρὸς τοὺς Ἡρακλεώτας. ἔγημε γὰρ Ἄμηστριν τὴν Ὀξυάρτου μὲν θυγατέρα, Δαρείου δὲ τοῦ βασιλέως ἀδελφιδῆν, Κρατεροῦ δὲ γυναῖκα γενομένην ὑπ' Ἀλεξάνδρου δοθεῖσαν, τότε δυναστεύουσαν τῆς πόλεως. καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν.

Κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα, Δημήτριος διατρίβων ἐν ταῖς Ἀθήναις ἔσπευδε μυηθῆναι καὶ καταλαβεῖν τὴν ἐν Ἐλευσῖνι τελετήν. ἀπεχούσης δὲ χρόνον ἱκανὸν τῆς κατὰ νόμους ἡμέρας, καθ' ἣν εἰώθεισαν Ἀθηναῖοι συντελεῖν τὴν τελετήν, ἔπεισε τὸν δῆμον διὰ τὰς εὐεργεσίας κινῆσαι τὸ πάτριον ἔθος. παραδοὺς ἐν αὐ-

109. Antigonus diſceſſu hoſtium audito, e veſtigio inſequitur, & caſtris illorum propinquans, ubi in aciem nemo deſcendit, foſſa circumdare caſtra cepit, animoque obſidendi, catapultas ac tela afferenda curat. Cumque velitationes circa foſſam exſiſterent, quod Lyſimachiani telis in opere verſantes arcere conarentur, in omnibus Antigoniani ſuperiores erant. Jam temporis aliquid interceſſerat, cum opera ad finem tendere, alimentaque circumſeſſos deficere. Lyſimachus igitur, tempeſtuoſa captata nocte ex caſtris illis digreſſus, per loca editiora in hyberna conceſſit. Ut vero Antigonus exorta luce diſceſſum hoſtis animadvertit, e regione per campeſtria etiam ipſe contendit. Sed cum magni caderent imbres, & regionis ille tractus profundus & coenoſus eſſet, jumentorum non pauca hominesque nonnulli peribant: totus denique exercitus cum difficultate magna conflictabatur. Propterea rex, tum ut militem ab aerumnis illis reficeret, tum quod hybernam anni tempeſtatem ingruere videret, a perſequendo deſtitit. Convenientiſſimis itaque locis ad hyemandum delectis, in partes exercitum diſtribuit. Certior autem factus, ex ulterioribus Satrapiis cum numeroſis copiis deſcendere Seleucum, amicorum quosdam in Graeciam miſit ad Demetrium, cum mandatis, ut quam primum cum exercitu ad ipſum veniret. Majorem enim in modum timebat, ne ſi omnes contra ipſum reges concurriſſent, acie cum illis de ſumma rerum decernere, priusquam copiae ex Europa conveniſſent, ipſe cogeretur. Ita etiam Lyſimachus in 790. campo, ut vocatur, Salmoniae exercitum in hyberna diſtribuit. Largum vero ex Heraclea commeatum ſibi procuraverat, quod affinitatem cum Heracleenſibus contraxerat. Uxorem enim duxerat Ameſtrin, Oxyartae filiam, Darii regis ex fratre neptem, quam Cratero conjugem dederat Alexander, tunc civitati imperantem. Et rerum quidem Aſiaticarum is tunc ſtatus erat.

Olymp. cxix. iii.

110. In Graecia interim Demetrius, Athenis ſubſiſtens, ſacris imbui, ritumque initiorum apud Eleuſinem conſequi, percupiebat. At cum intervallo ſatis longo dies legitima, qua peragere initiationem ſolebant Athenienſes, abeſſet, populo, mutandi patrii moris, propter merita, ſuaſor fuit. Intr-

q Εὐθὺς καταδιώκειν Reg. id. r Προτέρουν Baſil. προτέρουν Cett. s Ὑπολειπούσης Reg. 1. t Ἀπεχώρησαν εἰς παραχειμασίαν Baſil. Vat. Reg. 2. Paullo ſuperius χειμέριον Reg. 1. u Τῶν ὑποζ. Reg. 1. τῶν δὲ ὑπ. Baſil. x Ἔπεμψέ τινας — παρακελευόμενος Reg. 1. In Edd. τινά. y Ταυτὸ id. non male. z Πεποιημ. μετεπέμπετο Reg. 2. Baſil. Μετεπέμψατο Reg. 1. ſtatim βασιλ. ἀδελφὸν Baſil.

& Cteſia notum. Plutarchus De ſuperſtit. (p. 171. D.) Ἄμηστρις δὲ ἡ Ξέρξου γυνὴ δώδεκα κατώρυξεν ἀνθρώπους ζῶντας ὑπὲρ αὑτῆς τῷ ᾍδῃ. In illis autem Cteſiae fragmentis, quae a me fuerunt edita (p. 8. meae editionis) ſcribitur Ἄμιστρις cum ι utrobique: ubi & filia dicitur Onophae & inter ejus liberos annumeratur Artaxerxes. Quin etiam una ex Artaxerxis filiabus Ἄμηστρις a Plutarcho (Artoxerx. p. 1025.) vocatur. Jam vero & hunc Darii fratrem (quem Ὀξυάρτην vocat Diodorus) Ὀξάθρην ab aliis nuncupatum invenimus. Plutarchus ibidem, Δαρείῳ γὰρ καὶ Παρυσάτιδος παῖδες ἐγένοντο τέσσαρες, πρεσβύτατος μὲν Ἀρτοξέρξης, μετ' ἐκεῖνον δὲ Κῦρος, νεώτεροι δὲ τούτων Ὀστάνης καὶ Ὀξάθρης. A Memnone itidem Ὀξάθρης hic appellatur, & ejus filia Ἄμηστρις, item Ἄμαστρις uno in loco, & ab eodem idem quod & a Diodoro hic adnotatur, eam videlicet ab Alexandro prius datam fuiſſe Cratero uxorem. Extat autem hic locus in illis fragmentis ex Memnonis hiſtoriis, quae excudi una cum excerptis ex Cteſia & Agatharchide. Ibi lege pagin. 80. H. Steph.

Δαρείου τοῦ βασιλέως ἀδελφιδῆν] Solus Baſil. ἀδελφὴν, ex compendio, ut puto, ſcribendi, quo ſaepe hae voces, docente Jac. Perizonio Animadv. Hiſtor. cap. 10. p. 436. confuſae permixtaeque a librariis ſunt. Bonum ergo factum, quod Stephanus in ἀδελφιδῆν defendendam impendit. Mallem etiam ſuum illi patrem aſſeruiſſet, quem inprudens ex Plutarcho Darii Nothi F. perhibet. Fratre enim Darii, ultimi Perſarum regis, Oxyarte prognatam eſſe Ameſtrin, Memnon & Arrianus Ἀναβ. L. vii, 4. teſtantur. Verum tamen illud, Oxyarten iſtum ab aliis Ὀξάθρην ſcribi. Ipſemet Diodorus eorum numerum auget L. xvii, 34. 78. Jam Ameſtrin quod ſpectat, eam ex dialecti differentia alii Ἄμαστριν, Ἄμηστριν alii vocant: nam Ἄμαστρις fons quadam vicinia ex Ἀμήστριος originem accepit, reſingique in Cteſia debet, ut factum nuper a Clariſſimo Daviſio in Diſſert. xxvi. Max. Tyrii p. 597. Plura de nobiliſſima femina non addo: otium enim conatui fecit Ill. Ezech. Spanhemii Diſſ. de Num. Praeſt. viii. p. 495. ſollertiſſima diligentia. P. Wess.

90. Ἀπεχούσης δὲ χρόνον ἱκανὸν τῆς — ἡμέρας] Venerat Athenas Demetrius menſe Munychione. Parva myſteria, τὰ πρὸς Ἄγραν, ita apud Plut. legendum eſſe optime vidit Petitus, tradita erant menſe Antheſterione, majora reſtabant, peragenda Boedromione menſe. Poſtulanti Demetrio, ut & minoribus & majoribus initiaretur eodem tempore, dictante plebis ſcitum Stratocle, datum fuit, ut menſis Munychion eſſet diceretur que Antheſterion, atque eo ipſi parva myſteria edocto ac luſtrato, ut moris erat, darentur: tum deinde, ut idem Munychion parili fictione fieret Boedromion, quo Demetrius

 in

Olymp. cxix. iii. Inermem igitur ſacerdotibus ſe permittit, & ante ſtatum diem initiatus, Athenis diſcedit. Et tum quidem ad Chalcidem Euboeae claſſem & copias terreſtres coëgit. Poſtea vero quam aditus a Caſſandro occupatos audiviſſet, itinere terreſtri adeundam Theſſaliam haud cenſuit: ſed cum exercitu in portum Lariſſae praetervectus, copiis expoſitis, urbem primo ſtatim adventu recepit, expugnataque arce, praeſidiarios vinctos in cuſtodiam compegit, & legum ſuarum uſum Lariſſaeis reſtituit. Deinde Pronas & Pteleum ſibi adjunxit. Dium quidem & Orchomenon Thebas commigrare juſſerat Caſſander. Ipſe vero translationem hanc urbium prohibuit. Caſſander, ubi res ex animi ſententia Demetrio ſuccedere advertit, Pheras atque Thebas validioribus praeſidiis munit, contractoque in unum locum exercitu, caſtra ſua Demetrianis opponit. Totus vero numerus erat ccIɔɔ. ccIɔɔ. Iɔɔ. cIɔ. cIɔ. cIɔ. cIɔ. peditum, & equitum bis mille. Demetrium ſequebantur cIɔ. Iɔ. equites, nec minus Iɔɔ. cIɔ. cIc. cIɔ. peditum ex Macedonis, tum conductitiorum quindecim millia. Et ccIɔɔ. ccIɔɔ. Iɔɔ. ex urbibus Graeciae. Ferentarii autem & Piratarum ex variis gentibus colluvies, qui ad bella & rapinas confluere ſolent, octo millibus haud pauciores, ut ſumma omnium eſſet ad Iɔɔɔ. & ſex millia in exercitu terreſtri. Jam per multos dies caſtra inter ſe oppoſita erant, & utrinque inſtruebantur acies, ſed pars neutra in pugnam deſcendebat, rerum in Aſia eventum ſuſpenſis animis exſpectans. Tum invocatus a Pheraeis Demetrius cum parte copiarum urbem ſubintravit, & arce expugnata, Caſſandri milites in fidem acceptos dimiſit, ſuamque Pheraeis libertatem reſtituit.

III. Dum hic rerum Theſſalicarum ſtatus eſt, miſſi nomine Antigoni veniunt ad Demetrium qui patris mandata exponentes, ut quam maturrime copias in Aſiam tranſportet, exhortantur. Patri ergo morem gerere neceſſarium arbitratus rex, pacem ea conditione cum Caſſandro facit, ut pacta tum demum valeant, ſi genitori probentur; Nihil tamen dubitans, quin pro caſſis illa parens ha-

τὸν ἄνοπλον τοῖς ἱερεῦσι, καὶ πρὸ τῆς ὡρισμένης ἡμέρας μυηθείς, ἀνέζευξεν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον εἰς Χαλκίδα τῆς Εὐβοίας ἤθροισε τὸν στόλον, καὶ τὴν πεζικὴν δύναμιν· μετὰ δὲ ταῦτα πυθόμενος τοὺς παρὰ Κασσάνδρου [a] προκατειλῆφθαι τὰς παρόδους, πεζῇ μὲν ἀπέγνω τὴν εἰς Θετταλίαν ποιεῖσθαι πορείαν· συμπλεύσας δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὸν ἐν [b] Λαρίσσῃ λιμένα, καὶ τὴν δύναμιν ἐκβιβάσας, τὴν μὲν πόλιν ἐξ ἐφόδου παρέλαβε, τὴν δ' ἄκραν ἐκπολιορκήσας, τοὺς μὲν φρουροὺς δήσας παρέδωκεν εἰς φυλακήν, τοῖς δὲ Λαρισσαίοις τὴν αὐτονομίαν ἀποκατέστησε. Μετὰ δὲ ταῦτα Πρώνας μὲν καὶ [c] Πτελεὸν προσηγάγετο· Δῖον δὲ καὶ Ὀρχομενὸν μετοικίζοντος εἰς Θήβας Κασσάνδρου, διεκώλυσε μετοικισθῆναι τὰς πόλεις. Κάσσανδρος δέ, θεωρῶν τὰ πράγματα 834 τῷ Δημητρίῳ κατὰ νοῦν χωροῦντα, Φερὰς μὲν καὶ Θήβας ἀξιολόγοις φρουραῖς παρεφύλαττε· τὴν δὲ δύναμιν πᾶσαν εἰς ἕνα τόπον ἀθροίσας, ἀντεστρατοπέδευσε τοῖς περὶ τὸν Δημήτριον. εἶχε δὲ τοὺς σύμπαντας, πεζοὺς μὲν εἰς δισμυρίους ἐννακισχιλίους, [d] ἱππεῖς δὲ δισχιλίους· τῷ δὲ Δημητρίῳ συνηκολούθουν ἱππεῖς μὲν χίλιοι καὶ πεντακόσιοι, πεζοὶ δὲ Μακεδόνες οὐκ ἐλάττους τῶν ὀκτακισχιλίων, μισθοφόροι δ' εἰς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους· ἐκ [e] τε τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεων δισμύριοι καὶ πεντακισχίλιοι· ψιλὰ δὲ τάγματα, καὶ πειρατῶν παντοδαπῶν τῶν συντρεχόντων ἐπὶ τοὺς πολέμους καὶ τὰς ἁρπαγάς, οὐκ ἐλάττους τῶν ὀκτακισχιλίων. ὥστ' εἶναι τοὺς ἅπαντας πεζούς, περὶ τοὺς πεντακισμυρίους ἑξακισχιλίους. ἀντικαθήμενοι δὲ τῶν στρατοπέδων ἀλλήλοις ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, ἐκτάξεις μὲν ἐγίνοντο παρ' ἀμφοτέρων, εἰς μάχην δὲ οὐδέτερος συγκατέβαινε, [f] καραδοκῶν τὴν ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἐσομένην τῶν ὅλων κρίσιν. Δημήτριος δέ, τῶν Φεραίων ἐπικαλεσαμένων αὐτόν, παρεισπεσὼν εἰς τὴν πόλιν μετὰ μέρους τῆς δυνάμεως, τὴν μὲν ἄκραν ἐκπολιορκήσας, ὑποσπόνδους ἀφῆκε τοὺς παρὰ Κασσάνδρου στρατιώτας, τοῖς δὲ Φεραίοις τὴν ἐλευθερίαν ἀποκατέστησεν.

Ἐν τούτοις δ' ὄντων τῶν περὶ Θετταλίαν, ἧκον πρὸς τὸν Δημήτριον οἱ πεμφθέντες ὑπ' Ἀντιγόνου, διασαφοῦντες τὰς παρὰ τοῦ πατρὸς ἐντολάς, καὶ παρακελευόμενοι τὴν ταχίστην διαβιβάζειν τὰς δυνάμεις εἰς τὴν Ἀσίαν. διόπερ ἀναγκαῖον ἡγησάμενος ὑπάρχειν ὁ βασιλεὺς τὸ πειθαρχεῖν τῷ πατρί, πρὸς μὲν Κάσσανδρον διαλύσεις ἐποιήσατο, συνθέμενος εἶναι κυρίας τὰς συνθήκας, ἐὰν καὶ ταῦτ' εὐαρεστῇ τῷ πατρί. ἀκριβῶς μὲν εἰδὼς οὐ προσδεξόμενον αὐτόν, διὰ τὸ κεκρικέναι πάντως

διὰ

a Κατειλῆφθαι *Baſil.* b Λαρίσῃ *id.* & *Reg.* 2. ſtatimque iterum. c Πρέλεον *Vat. Baſil.* d Deſunt *Baſil.* tria illa. e Δὲ *Reg.* 1. f Καραδοκοῦντες *id.*, quod malo.

in majoribus ἐπόπτης eſſet eaque oculis uſurparet, quae ſacrorum abſconditorum ritus concedebant. Sic *Plut.* Demet. pag. 900. E., e quo viri docti *S. Petitus* LL. Attic. Lib. 1. Tit. 1. p. 100. *Ed. Nov.* & *Iſm. Bullialdus* ad *Theonis Smyrn.* Mathematic. p. 218. praeter alia rectiſſime conficiunt, parva magnaque myſteria eodem vertente anno fuiſſe tradita. Eos adi & *If. Caſaubon.* in *Athen.* L. vi. p. 280. P. Wess.

5. Πρώνας μὲν καὶ Πτελεὸν προσηγάγετο] Pteleum Theſſaliae nemo peritior ignorat: at *Pronas* quis oſtendet? Sunt πρῶνες ſaepiſſime τόποι ὑψηλοί, quo de genere plures per Theſſaliam reperiebantur: verum hic oppidum deſignatur. *Stephanus* Πρῶνα, πόλιν Θετταλικήν, ἀδήλως λεγομένην agnoſcit, ſed dubiae fidei, uti *Holſtenius* bene admonuit. Ego parum abſum, quin ſuſpicer, fuiſſe olim καὶ ΤΑΙΤΑ ΑΝΤΡΩΝΑ μὲν καὶ Πτελεὸν, unde dein Πρώνας imprudentiores ſcribae extuderint. Ἄντρωνα *Antronas* quidem certe vicinum fuiſſe Pteleo oppidum *Livius* docet L. xlii. extr., & *Strabo* L. ix. p. 665. Quam tamen conjecturam, ſi qui *Pronas* in hac Theſſaliae ora eruerint, una litura citiſſime auferam. P. Wess.

6. Δῖον καὶ Ὀρχομενὸν &c.] Credo Δῖον indicari, cujus Poeta meminit Il. B. 538., juxta Cenaeum Euboeae promontorium. Vide Geographum L. x. pag. 684. & *Euſtathium* pag. 280. Habuit & Theſſalia *Dium*, quod paullo tamen longius abeſt. P. Wess.

25. Καραδοκῶν τὴν — τῶν ὅλων κρίσιν] Praefero καραδοκοῦντες, ut cultius. Quis enim eſt, quin ſimile quid ſequatur? *Gregorius Nyſſenus* Ep. 11. p. 25. *Ed. Caracciolì*, ὡς δὲ ἀλλήλων ἐνεφάνη ἄμφω ἐξ ἐναντίου ἑστῶτες, ἀτενὲς πρὸς ἀλλήλους ἑώρων, θεωροῦντες καὶ ἄλλος τὸν ἄλλον παραμένοντες. Auctor L. iii. Eſdr. C. iv, 6. ἕως εἴπῃ — ἀπέβλεπον πάλιν ἕτερος πρὸς ἕτερον, ποιοῦσι. *Valer. Flaccus* L. vii, 511.

— — *Tamen perſtant defixus uterque*
Et nunc ora levant audaci laeta juventa.

De quo genere plura ad *Salluſt.* Catil. C. 6. *Ritius* & *Cortius*. P. Wess.

39. Ἀκριβῶς — εἰδὼς οὐ προσδεξόμενον αὐτόν] Vid. Cl. *Barbeyracii* Hiſt. Foeder. Part. 1. p. 262. Pacta iſta non valuerunt, ut probe proſpexerat Demetrius: quae quoque Caſſandro cauſſa fuit, ut Theſſaliae urbes ſuo iterum ſubderet imperio, ſicuti Cap. ſeq. proditur. P. Wess.

47. Μετὰ δὲ ταῦτα] Sic ex *Reg. pr.* malui. *S. Joan.* Evang. C. iii. 22. μετὰ δὲ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς. ad quem modum ſaepiſſime *Diodorus*. P. Wess.

59. Περὶ τὸ Χαλκηδονίων ἱερόν] De fano hoc Jovis Urii ad ipſum Ponti os in Aſia ſito, ἱερὸν τὸ πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου in *Zoſimi* L. 1, 34., dictum ſupra fuit. Adde *Marcianum Heracleot.*

διὰ τῶν ὅπλων ἐπιθεῖναι τέλος τῷ συμβάντι πολέμῳ. βουλόμενος δὲ τὴν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀποχώρησιν εὐσχήμονα ποιήσασθαι, καὶ μὴ φυγῇ παραπλησίαν. ἐγέγραπτο γὰρ ἐν ταῖς συνθήκαις πρὸς τοὺς ἄλλοις, καὶ τὸ, τὰς Ἑλληνίδας πόλεις ἐλευθέρας ὑπάρχειν, μὴ τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν. [g] μετὰ δὲ ταῦθ᾽ ὁ Δημήτριος, παρασκευασάμενος πορεῖα πρὸς τὴν παρακομιδὴν τῶν τε στρατιωτῶν καὶ τῆς ἀποσκευῆς, ἀνήχθη παντὶ τῷ στόλῳ, καὶ κομισθεὶς διὰ [h] τῶν νήσων κατέπλευσεν εἰς Ἔφεσον. ἐκβιβάσας δὲ τὴν δύναμιν, καὶ στρατοπεδεύσας πλησίον τῶν τειχῶν, ἠνάγκασε τὴν πόλιν εἰς τὴν προϋπάρχουσαν ἀποκαταστῆναι τάξιν· καὶ τὴν μὲν ὑπὸ
835. Πρεπέλαν τοῦ Λυσιμάχου στρατηγοῦ παρεισαχθεῖσαν φρουρὰν ἀφῆκεν ὑπόσπονδον· ἰδίαν δὲ φυλακὴν εἰς τὴν ἄκραν καταστήσας, παρῆλθεν εἰς Ἑλλήσποντον· καὶ Λαμψακηνοὺς μὲν καὶ Παριανούς, ἔτι δὲ [i] τῶν ἄλλων τῶν μεταβεβλημένων πόλεών τινας ἀνεκτήσατο. ἐπὶ δὲ τὸ στόμα τοῦ Πόντου παραγενόμενος, πρὸς τῷ Χαλκηδονίων ἱερῷ στρατοπεδείαν περιεβάλετο, καὶ τοὺς φυλάξοντας τὸν τόπον ἀπέλιπε, στρατιώτας πεζοὺς μὲν τρισχιλίους, ναῦς δὲ μακρὰς [k] τριάκοντα. τὴν δ᾽ ἄλλην δύναμιν διελόμενος κατὰ πόλεις, διέδωκεν εἰς χειμασίαν. Περὶ δὲ τούτους τοὺς χρόνους καὶ Μιθριδάτης ὑπήκοος ὢν Ἀντιγόνῳ, καὶ δόξας ἀφίστασθαι πρὸς τοὺς περὶ Κάσσανδρον, ἀπέθανε περὶ Κίον τῆς Μυσίας, ἄρξας αὐτῆς καὶ [l] Ἀρρίνης ἔτη τριάκοντα πέντε. τὴν δὲ δυναστείαν διαδεξάμενος Μιθριδάτης, [m] ὁ υἱὸς αὐτοῦ πολλοὺς προσεκτήσατο. τῆς δὲ Καππαδοκίας καὶ Παφλαγονίας ἦρξεν ἔτη τριάκοντα ἕξ.

Ἐν δὲ ταῖς αὐταῖς ἡμέραις, Κάσσανδρος μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τὴν Δημητρίου, τὰς μὲν κατὰ τὴν Θετταλίαν πόλεις ἀνεκτήσατο· Πλείσταρχον δὲ μετὰ δυνάμεως ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Ἀσίαν βοηθήσοντα τοῖς περὶ [n] τὸν Λυσίμαχον. οἱ δὲ συναποσταλέντες ἦσαν πεζοὶ μὲν μύριοι δισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακόσιοι. ὁ δὲ Πλείσταρχος, ἐπειδὴ παραγενόμενος [o] ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ Πόντου κατέλαβε τοὺς τόπους [p] προκατειλημμένους ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἀπογνοὺς τὴν διάβασιν, παρῆλθεν εἰς Ὀδησσόν, ἣ κεῖται μεταξὺ μὲν τῆς τε Ἀπολλωνίας καὶ Γαλατίας· καταντικρὺ δὲ τῆς ἐν τῷ πέραν Ἡρακλείας, ἐχούσης τι μέρος τῆς Λυσιμάχου δυνάμεως. οὐκ ἔχων δ᾽ ἱκανὰ πορεῖα πρὸς τὴν τῶν στρατιωτῶν διάβασιν, τριχῆ διεμέρισε τὴν δύναμιν. τὴν μὲν οὖν πρώτην ἀποστολὴν συνέβη

biturus ſit, cui armis finem bello imponere omnino ſit decretum. Interim diſceſſum e Graecia ſuum videri decorum, nec fugae ſimilem, volebat. In foederis enim tabuli inter alia etiam hoc ſcribendum curaverat, ut Graeci nominis urbes 791. non per ipſam modo Graeciam, ſed Aſiam quoque liberae forent. Tum demum, comparatis ad tranſvehendum milites, & impedimenta navibus trajectitiis, cum tota claſſe ſolvit, ac directo per inſulas curſu, Epheſum tranſmiſit, expoſitoque milite caſtra metatus, urbem in priſtinum ordinem coëgit, & praeſidium a Prepelao duce Lyſimachi inibi collocatum data fide abire permiſit: ſua denique cuſtodia arci impoſita, Helleſpontum uſque progreſſus eſt. Ibi Lampſacenos & Parianos, aliaſque mutatae fidei urbes, recuperavit. Hinc ad Ponti oſtium profectus, apud Chalcedoniorum fanum caſtra muniit, & ad tuendum locum tria peditum millia, & xxx. naves longas ibi reliquit. Copias reliquas in urbes, ad hybernandum huc illuc diſpartitus. Sub haec tempora Mithridates, imperio Antigoni ſubditus, cum in Caſſandri partes tranſiiſſe putaretur, ad Cium Myſiae, cujus, ut & Arrhinae, xxxv. annos princeps fuerat, interfectus eſt. Principatum ejus Filius Mithridates excepit, & magna ditionis parte auctus Cappadociam & Paphlagoniam annos xxxvi. gubernavit.

Olymp. cxix. iii.

112. His ipſis diebus Caſſander, poſt abitum Demetrii, maritimas urbes imperio ſuo iterum vindicavit. Pleiſtarchum vero cum exercitu in Aſiam Lyſimacho auxiliatum miſit. Adjuncta ipſi fuerant ccIↃↃ. cIↃ. cIↃ. peditum, equites IↃ. Pleiſtarchus ergo ad Ponti fauces delatus, quas hoſtes praeſidio tenebant, deſperatoque tranſitu, iter deflectit Odeſſum verſus, quae inter Apolloniam & Galatiam, ex adverſo Heracleae, quae copiarum Lyſimachi partem aliquam habebat, ſita eſt. Ibi cum navigiis ad tranſportandum militem idoneis deſtitueretur, triſariam exercitum partitur. Prima ſane claſſis Heracleam incolumis pervenit.

g Μετὰ δὲ ταῦθ᾽ ὁ Reg. 1. μετὰ δὲ τοῦτο vulgo. h Τῶν deeſt Baſil. & Reg. 2. i Τῶν Ἑλλήνων Reg. Ven. Baſil. k Τεσσαράκοντα Reg. 1. l Μαρίνης ora Steph. & Reg. 1. m Deficiunt haec tria in Baſil. Venet. Reg. 2. n Abeſt a Reg. 2. Mox ὑποσταλ. Reg. 1. o Περὶ Reg. pr. p Προκαταληφθέντας Vat. Baſil. Reg. 2.

clet. Peripl. p. 68. & 99. Ed. Hudſon. P. Wess.

65. Μιθριδάτης ὑπήκοος ὢν Ἀντιγόνῳ &c.] Haec, ſi Plutarchum audias, non mediocrem turbam faciunt; is enim in vita Demetrii (p. 890) Mithridatis hujus (qui hic Mithridatis filius dicitur) Ariobarzanem fuiſſe patrem, non Mithridatem ait. Sed forte Plutarchus deceptus eſt in patris nomine, qui fuit avus, & in eo proclivis error fuit, eo quod duo Mithridates alii habuerunt etiam patres nomine Ariobarzanes. Sed aliam ecce turbam facit ipſe Diodorus, qui apud Photium ſeriem deducit regum Cappadociae, ubi ne verbum quidem hujus Mithridatis fecit, & eodem tempore Ariarathes & Ariamnas multos receuſet. Ariarathes enim, ut ait, regnabat temporibus Alexandri Magni, ab Eumene vel Perdicca victus & necatus, ejus filius Ariarathes ad Armenium Ardoatem fugit, & poſtea, contractis ab eo auxiliis, Amyntam perulit & occidit Macedonem, qui praefecturam ejus regionis obtinuerat, & ſic ſuam ditionem recuperavit, & regnum filio ſuo adhuc vivens tranſmiſit Ariarathi. Ideo vereor, ne hoc loco Καππαδοκίας vox irrepſerit, aut eam poſuerit Diodorus pro quadam ejus parte, regio nomine & non contemnenda Cappadociae parte in poteſtate regum manente. De Arrhina vero, cujus dominatum habuit hic Mithridates, magnum eſt apud alios Auctores ſilentium, tum Graecos tum Latinos. In margine adſcriptum eſt Μαρίνης. Sed eſt obſcurum per obſcurius. Si quis credat ex eo debere Μυρίνης ſcribi, fruſtur ſua conjectura, ſed Myrina mihi videtur nimis longe diſtare a Cio. Jac. Palm.

Μιθριδάτης ὑπήκοος ὢν Ἀντιγόνῳ &c.] De Mithridate hoc Κτίςῃ, ſeu regni Pontici inſtauratore, abunde diſputavimus L. xvi, 90. & L. xix, 40. ſatiſque Palmerio, viro doctiſſimo, uti arbitramur, fecimus. Nam de Cappadocia quod hic adfertur, quaſi in hunc ea locum irrepſerit, id nemini perſuadebitur, modo meminerit Appiani in Mithridat. p. 303., planiſſime Mithridatem hunc praeter Pontum Cappadociae imperaſſe referentis. Verius longe regni ejus pars, Ponto adfinis, intelligitur. P. Wess.

67. Ἄρξας αὐτῆς καὶ Ἀρρίνης] Μυρίνης corrigit Jo. Vaillant. Hiſt. Reg. Pont. p. 31., eſtque ex Μαρίνης Reg. 1. facilis is tranſitus. At ſitus in Aeolide, Myſiae Cio longius remotus, obſtat, multo etiam magis, ſi Myrina Lemni intelligatur, uti ibid. p. 35. perſcriptum eſt. Sed inprudenti id excidiſſe puto. Verior erit ſcriptura καὶ Καρήνης, quae Myſiae urbs fuit apud Herodotum L. vii, 42., e quo quidem Κάρηνα Stephanus citat, ipſemet alibi, uti Berkelius monuit, in Βενναμία ſemel iterum Καρήνη ſervans. Stat a meis partibus Cl. Jac. Gronovius ad priorem Stephani locum, quamquam ad Herodotum ob ſchedas Medic. alia. P. Wess.

69. Πολλοὺς προσεκτήσατο] Πολλά. L. Rhod.

82. Καὶ Γαλατίας] Non eſt dubium, quin reponi debeat confidenter Καλλάτιας. J. Palm.

Mita-

Olymp. CXIX. III. venit. Altera a praeſidiariis ad ingreſſum Ponti navibus ſubacta fuit. Tertiam, qua Pleiſtarchus ipſe tranſmittebat, tanta oppreſſit tempeſtas, ut pars maxima navium & corporum interiret. Nam Hexeris, quae Praetorem vehebat ſubmergitur, & de navigantibus in ea, qui Iɔ. ut minimum erant, tres & XXX. dumtaxat evadunt. Inter hos etiam Pleiſtarchus fuit; Qui fragmento navis ſuffultus, ad terram ſemimortuus ejectatur. Is Heracleam deportatus, refocillato a calamitate iſta corpore, ad Lyſimachum in hyberna ſe contulit, cum majorem exercitus partem amiſiſſet.

113. Iisdem diebus ex Aegypto profectus cum inſtructiſſimo exercitu Ptolemaeus, omnes in Cava Syria urbes in ditionem redegit. Interea dum Sidonem obſidet, quidam falſo renunciantes aderant, quod commiſſo inter reges praelio, Lyſimachus & Seleucus victi Heracleam ſe receperint, victorque Antigonus cum exercitu in Syriam contendat. A quibus ille deceptus, cum verum eſſe nuncium crederet, cum Sidoniis in quatuor menſes inducias fecit, & praeſidio munitis, quae ſubegerat, oppidis, cum exercitu in Aegyptum remeavit. Dum haec geruntur, de militibus Lyſimachi quidam ex hybernis ad Antigonum tranſfugiunt, bis mille videlicet Autariatae, Lycii vero Pamphyliique circiter Iɔccc. Hos perhumaniter excipit Antigonus, & ſtipendiis, quae ſibi a Lyſimacho deberi affirmabant, perſolutis, honoraria inſu-
792. per adjungit. Per id tempus etiam Seleucus, cum numeroſo exercitu, ex ſuperioribus praefecturis ducto, in Cappadociam venit, militeſque praeparatis tabernaculis, in hyberna collocavit. Habebat autem ſub ſignis in peditatu ccIↃↃ. ccIↃↃ. in equitatu, ſagittariis equeſtribus adnumeratis, circiter ccIↃↃ. cIↃ. cIↃ. Elephantes ccccLXXX. curruſque falcatos ſupra centum. Regum itaque copiae hunc ad modum coibant; quod omnes ad futuram aeſtatem armis diſceptare conſtitutum haberent. Nos vero, ut initio propoſitum fuit, bellum, quod reges inter ſeſe de rerum ſumma geſſerunt, libri ſequentis initium faciemus.

διασωθῆναι πρὸς τὴν Ἡράκλειαν. τὴν δὲ δευτέραν ὑπὸ τῶν περὶ στόμα τοῦ Πόντου φυλακίδων νεῶν ἁλῶναι· κατὰ δὲ τὴν τρίτην αὐτῷ συνδιαβαίνοντος τοῦ Πλειστάρχου, χειμὼν ἐπιγενηθῆ τηλικοῦτος, ὥστε τὰ πλεῖστα τῶν σκαφῶν [q] καὶ τῶν σωμάτων διαφθαρῆναι. καὶ γὰρ ἡ κομίζουσα ναῦς ἑξήρης τὸν στρατηγὸν συνεκλύσθη, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πλεόντων οὐκ ἐλαττόνων ἢ πεντακοσίων τρεῖς πρὸς τοῖς τριάκοντα μόνοι διεσώθησαν. ἐν δὲ τούτοις ἦν καὶ ὁ Πλείσταρχος, ναυαγίου μὲν ἐπειλημμένος, εἰς δὲ τὴν γῆν ἡμιθανὴς ἐκβεβρασμένος. οὗτος μὲν οὖν ἀποκομισθεὶς εἰς Ἡράκλειαν, καὶ προσαναλαβὼν ἐκ τῆς ἀτυχίας τὸ σῶμα, πρὸς τὸν Λυσίμαχον εἰς τὴν χειμασίαν ἀνέζευξε, τὸ πλεῖον τῆς δυνάμεως ἀποβεβληκώς.

Ἐν δὲ ταῖς αὐταῖς ἡμέραις καὶ Πτολεμαῖος ὁ βα- 836.
σιλεὺς ἀναζεύξας ἐξ Αἰγύπτου μετὰ δυνάμεως ἀξιολόγου τὰς ἐν τῇ κοίλῃ Συρίᾳ πόλεις ἁπάσας ὑποχειρίους ἐποιήσατο. Σιδῶνα δὲ πολιορκοῦντος αὐτοῦ τινὲς παρῆσαν ἀπαγγέλλοντες ψευδῶς, ὅτι παρατάξεως γενομένης τοῖς βασιλεῦσιν οἱ μὲν περὶ Λυσίμαχον καὶ Σέλευκον ἡττηθέντες ἀποκεχωρήκασιν εἰς τὴν Ἡράκλειαν, Ἀντίγονος δὲ νενικηκὼς [r] προσάγει μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ Συρίας. παραλογισθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων, καὶ πεισθεὶς ἀληθῆ τὴν προσαγγελίαν εἶναι, πρὸς μὲν τοὺς Σιδωνίους εἰς τέτταρας μῆνας ἀνοχὰς ἐποιήσατο, τὰς δὲ χειρωθείσας πόλεις φρουραῖς ἀσφαλισάμενος, ἐπανῆλθε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Αἴγυπτον. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, οἱ τῶν παρὰ [s] Λυσιμάχῳ στρατιωτῶν αὐτομολήσαντες ἐκ τῆς χειμασίας παρ᾽ Ἀντίγονον, Αὐταριᾶται μὲν δισχίλιοι, Λύκιοι δὲ καὶ Πάμφυλοι περὶ ὀκτακοσίους. τούτους μὲν οὖν Ἀντίγονος φιλανθρώπως προσενεχθεὶς, τούς τε μισθοὺς ἔδωκεν, οὓς ἔφασαν ὀφείλεσθαι παρὰ Λυσιμάχου, καὶ δωρεαῖς ἐτίμησε. καθ᾽ ὃν δὴ χρόνον ἦλθε καὶ Σέλευκος ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν, [t] διαβεβηκὼς εἰς Καππαδοκίαν μετὰ πολλῆς δυνάμεως, καὶ κατασκευάσας στέγνα τοῖς στρατιώταις παρεχείμαζεν. εἶχε δὲ πεζοὺς μὲν εἰς δισμυρίους, ἱππεῖς δὲ σὺν τοῖς ἱπποτοξόταις περὶ μυρίους δισχιλίους, ἐλέφαντας δὲ ὀγδοήκοντα πρὸς τοῖς τετρακοσίοις, ἅρματα δὲ δρεπανηφόρα πλείω τῶν ἑκατόν. αἱ μὲν οὖν τῶν βασιλέων δυνάμεις τοῦτον τὸν τρόπον ἠθροίζοντο, κεκρικότων ἁπάντων κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν θερείαν διὰ τῶν ὅπλων κρῖναι τὸν πόλεμον. ἡμεῖς δὲ, καθάπερ ἐν ἀρχῇ προεθέμεθα, [u] τὸν γενόμενον τούτοις τοῖς βασιλεῦσι πρὸς ἀλλήλους πόλεμον περὶ τῶν ὅλων πράξεων ἀρχὴν ποιησόμεθα τῆς ἑπομένης βίβλου.

q Καὶ τῶν σωμ. Reg. 1. unde articulum addidi. r Προάγει Reg. 1. s Λυσιμάχῳ Reg. id. t Διαβὰς ἐκ Καππαδοκίας id. u Τὸν γενομένων κρίσιν — ἀλλήλους περὶ id. Reg.

Μίλαξε — Ἀπολλωνίας καὶ Γαλατίας] Optime *Palmerius* Καλατίας ſive Καλλατίας potius. Vide ad *Anton.* Itiner. pag. 228. P. Wess.

15. Παρὰ Λυσιμάχῳ] Reſtitue Λυσιμάχου. Sed ἀνανταπόδοτος hic eſt oratio & hiulca. Participio enim (αὐτομολήσαντες) nihil verbi reſpondet, nec indicatur quid transfugae illi egerint. Reficiatur ergo ἦλθον vel ſimile aliud. L. Rhod.

Παρὰ Λυσιμάχῳ] Ex veteri libro id reſtituo. Cetera quae vir doctus notavit, non plane aliena ſunt. Poterit tamen & ſalva eſſe oratio, ſi nominativi illi abſoluti ſint, ſicuti in *S. Lucae* A. A. Cap. VII, 40. ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος — οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ. Id enim genus cum *Diodorus* atque optimus quiſque, ut ſupra vidimus, ſibi elabi patiantur, utique & hic locum poteſt habere. P. Wess.

31. Τὸν γενόμενον — πόλεμον περὶ τῶν ὅλων] Elegans eſt ſchedarum *Reg. pr.* γενομένων κρίσιν — περὶ τῶν ὅλων, & *Diodoro* ſaepe probatum, quemadmodum exempla, L. XVII, 56. adſtructa, docebunt. Tu πόλεμον ſi praeoptaveris, pugnam ad ipſum intellige, uti κίνδυνον περὶ τῶν ὅλων *Appian.* Mithrid. p. 326. P. Wess.

ΕΚΛΟΓΑΙ,
ΕΚ ΤΩΝ
ΔΙΟΔΩΡΟΥ
ΤΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ
ΧΡΟΝΙΚΩΝ ΕΞ ΒΙΒΛΙΩΝ,
ΤΩΝ ΜΕΤΑ ΤΟ ΕΙΚΟΣΤΟΝ.

ECLOGAE, SEU EXCERPTA,
E CHRONICORUM
DIODORI SICULI
LIBRIS VI. QUI VIGESIMUM INSEQUUNTUR.

EX LIBRO XXI.

α΄. ΠΑσαν μὲν κακίαν φευκτέον ἐπὶ τοῖς νοῦν ἔχουσι, μάλιστα δὲ τὴν πλεονεξίαν. αὕτη γὰρ, διὰ τὴν ἐκ τοῦ συμφέροντος ἐλπίδα προκαλουμένη πολλοὺς πρὸς ἀδικίαν, μεγίστων κακῶν αἰτία γίνεται τοῖς ἀνθρώποις. διὸ καὶ μητρόπολις οὖσα τῶν ἀδικημάτων πολλὰς καὶ μεγάλας ἀπεργάζεται συμφορὰς, οὐ μόνον τοῖς ἰδιώταις, ἀλλὰ καὶ τοῖς μεγίστοις τῶν βασιλέων.

Ὁ Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς Ἀσίας τέσσαρσι βασιλεῦσιν ὁμονοήσασι πολεμήσας, [a] Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου, Αἰγυπτίων ὄντι βασιλεῖ, Σελεύκῳ [b] Βαβυλωνίων, Λυσιμάχῳ Θρᾳκῶν, Κασσάνδρῳ τῷ Ἀντιπάτρου Μακεδονίας, καὶ μάχην συνάψας, πολλοῖς βέλεσι τρωθεὶς ἀνῃρέθη, καὶ θάπτεται βασιλικῇ τιμῇ· ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Δημήτριος, σὺν τῇ μητρὶ αὐτοῦ Στρατονίκῃ, διατριβούσῃ περὶ Κιλικίαν, σὺν τοῖς χρήμασι πᾶσιν ἔπλευσεν εἰς Σαλαμῖνα τῆς Κύπρου, διὰ τὸ κατέχεσθαι ὑπὸ Δημητρίου.

β΄. Ὅτι Κέρκυρα πολιορκουμένη [c] πλοίοις καὶ πεζοῖς

OMne vitium ſana mente praeditis fugiendum eſt, maximeque plura habendi cupido. Haec enim dum utilitatis ſpe multos ad injuſtitiam invitat, maximorum hominibus malorum cauſa exſiſtit. Idcirco cum veluti metropolis ſit injuriarum, multas ingentesque calamitates efficit non plebeiis tantum, ſed maximis etiam regibus.

Antigonus enim rex Aſiae, bello IV. regibus, inter ſe conſentientibus, Ptolemaeo Lagi Aegyptiorum, Seleuco Babyloniorum, Lyſimacho Thracum, & Caſſandro Antipatri Macedoniae regi, illato, pugnaque commiſſa, multis ſauciatus jaculis perimitur, ſed regio honore ſepelitur. Filius autem ejus Demetrius, cum matre ſua Stratonice, in Cilicia tum commorante, opibusque cunctis, in Salaminem Cypri navigavit: quod haec in Demetrii poteſtate eſſet.

II. Corcyram navalibus & pedeſtribus copiis a Caſ-

[a] In *Hoeſchelii Rhodomanique* libro, quo utor, οἱ Πτολεμ. Ego abſurdam vocem delevi. [b] Βαβυλῶνι *id.*, quod ſubſtitutum ejus in locum eſt, conſpicitur in margine Edit. *Hoeſchelii*, ſibi vero tribuit *Rhodom.*, quod monuiſſe ſufficiat. [c] Πλοῖ καὶ πεζῷ.

7. Διὸ καὶ μητρόπολις οὖσα] Lege Eclog. 1. lib. XXV. & adſcripta quae ſunt l. 1, 2., tum *Teletem* in Stob. Serm. XCII. p. 510. P. WESS.

11. Πολεμήσας οἱ Πτολεμαίῳ &c.] Articulus in commatis locum mendoſe irrepſit. Niſi quis ἔτι τὸ διαστασθεῖσιν hic fuiſſe arbitretur. Lege porro Σελ. Βαβυλωνίων. L. RHOD.

21. Πλοῖ καὶ πεζῷ] Πλοίοις καὶ πεζοῖς. L. RHOD.

Πολιορκουμένη πλοίοις καὶ πεζοῖς] Recepi hanc correctionem *Rhodomani* an *Hoeſchelii*; neque enim cujus ea ceteraeque ſint, ſatis adparet. Leguntur in margine *Edit. Auguſtanae*, quae *Hoeſchelio* debetur, anni CIƆ IƆCIII. Suas eſſe ait *Rhodomannus*, ſibi certe tribuit, cui & eas auferre nolo. Recepi autem tanto promtius,

a Caſſandro Macedonum rege circumſeſſam, jamque facilem expugnatu, Agathocles, rex Siciliae, liberavit, univerſis Macedonum navigiis incenſis.

Multa belli vana. Ignorantia enim ac fraus ſaepe non minus efficiunt, quam ſtrenua in armis opera.

III. Ad relictum Agathocles exercitum profectus, poſt reditum e Corcyra: cum audiviſſet Ligures & Tyrrhenos, qui filium ejus Archagathum, abſente ipſo ſtipendium immodeſtius poſtulaverant, omnes trucidavit, duobus millibus haud pauciores. Ob quae cum alienati eſſent ab
863. eo Brutii oppidum illorum, Ethas nomine, obſidere inſtituit. Sed cum Barbari magnis viribus coactis, noctu ex improviſo illum adorirentur, militum IV. millia amiſit, atque ita Syracuſas repetivit.

IV. Agathocles, coactis navalibus copiis in Italiam transfretavit, in animoque habens adverſum Crotonem exercitum ducere, nuncium ad Menedemum, qui amicus illi erat, miſit, ne turbaretur: perque mendacium obſidere urbem volens, filiam prae ſe ferebat Lanaſſam in Epirum ad nuptias mittere, regia ornatam claſſe: Et hac fraude illectans illos imparatos offendit. Hinc obſidioni incumbens, a mari ad mare moenia circumdedit. Cumque petrariae & foſſae adjumento domum maximam diruiſſet, Crotoniatae id conſpicati apertis prae metu portis, Agathoclem exercitumque receperunt. Tum irruptione in oppidum facta aedes diripuerunt, viroſque trucidarunt. Rex vero cum Barbaris finitimis Iapygibus & Peucetiis, ſocietatem armorum iniit, naveſque praedatorias ſubminiſtrans partes de praedis accepit. Tandem praeſidio ad Crotonem relicto, Syracuſas renavigavit.

V. Diallus, Athenienſis ſcriptor, de rebus ubique terrarum geſtis XXVI. lib. hiſtoriam congmentavit. Pſaon vero Plataeenſis res ab eo ſuſceptas XXX. libris deſcripſit.

VI. In bello Hetruſcorum, Gallorum, Samnitum, caeterorumque ſociorum a Romanis Fabio Coſ. deleta ſunt centum millia, ut Duris teſtatur.

VII. Antipater ex invidia matrem e medio ſuſtulit. Alexander etiam frater Antipatri, rege Demetrio in auxilium accerſito, per dolum ab eo necatur. Conſimili modo ipſum etiam Antipa-

ὑπὸ Κασσάνδρου βασιλέως Μακεδόνων, καὶ ἑτοίμη οὖσα ἁλῶναι, ὑπὸ Ἀγαθοκλέους βασιλέως Σικελίας ἐρρύσθη, τὰς ναῦς τὰς Μακεδονικὰς ἁπάσας ἐμπρήσαντος.

Πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. ἄγνοια γὰρ καὶ ἀπάτη πολλάκις οὐκ ἔλαττον κατεργάζεται [d] τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις ἐνεργείας.

Ὅτι παραγενηθεὶς ἐπὶ τὸ [e] καταλειφθὲν στρατόπεδον Ἀγαθοκλῆς, μετὰ τὴν ἐκ Κερκύρας ἐπιστροφὴν, καὶ [f] πυθόμενος τούς τε Λίγυας καὶ τοὺς Τυρρηνοὺς ἀπῃτηκέναι τοὺς μισθοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀρχάγαθον, κατὰ τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ, πάντας ἀπέσφαξεν, οὐκ ἐλάττους τῶν δισχιλίων. τῶν δὲ Βρεττίων ἀλλοτρίως διὰ ταῦτα πρὸς αὐτὸν διατεθέντων, ἐπεχείρησε [g] πολιορκῆσαι πόλιν ὀνομαζομένην Ἠθας. τῶν δὲ Βαρβάρων ἀθροισάντων μεγάλην δύναμιν, καὶ νυκτὸς ἀπροσδοκήτως ἐπιθεμένων αὐτῷ, ἀπέβαλε στρατιώτας τετρακισχιλίους, καὶ οὕτως ἐπανῆλθεν εἰς Συρακούσας. γ'.

Ὅτι Ἀγαθοκλῆς τὰς ναυτικὰς δυνάμεις ἀθροίσας, διέπλευσεν εἰς Ἰταλίαν. διανοούμενος ἐπὶ Κρότωνα στρατεύειν, πρὸς Μενέδημον τὸν Κροτωνιατῶν τύραννον, ἑαυτοῦ φίλον ὄντα, [h] ἔπεμψεν ἀγγελιαφόρον μὴ θορυβεῖσθαι αὐτὸν, ψευδῶς θέλων αὐτὴν πολιορκῆσαι, Λάνασσαν τὴν θυγατέρα λέγει πέμπειν πρὸς τὴν Ἤπειρον ἐπὶ τὸν γάμον, στόλῳ κεκοσμημένην βασιλικῷ. καὶ οὕτως ἀπατήσας εὗρεν ἀνετοίμους. εἶτα πολιορκήσας ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν περιέβαλε τείχη, καὶ διὰ πετροβόλου καὶ διώρυχος τὸν μέγιστον οἶκον καταρράξας, ὡς ἴδον οἱ Κροτωνιᾶται, φόβῳ τὰς πύλας ἀνοίξαντες ἐδέξαντο τὸν Ἀγαθοκλέα καὶ τὸ στράτευμα. εἰσπεσόντες δὲ εἴσω τῆς πόλεως, τὰς μὲν οἰκίας διήρπαζον, τοὺς δὲ ἄνδρας κατέσφαξαν. πρὸς δὲ τοὺς [i] ὁμόρους Βαρβάρους καὶ Ἰάπυγας καὶ Πευκετίους συμμαχίαν ἐποιήσατο. καὶ ναῦς λῃστρικὰς χορηγῶν αὐτοῖς, τὰ μέρη τῶν [k] λειῶν ἐλάμβανε. καὶ φρουρὰν ἀπολείπων εἰς Κρότωνα, εἰς Συρακούσας ἔπλευσε. δ'.

Ὅτι Δίυλλος, Ἀθηναῖος συγγραφεὺς, τὰς κοινὰς πράξεις συντάξας ἔγραψε βίβλους εἴκοσι ἕξ. Ψάων δὲ ὁ [l] Πλαταιεὺς τὰς ἀπὸ τούτου διαδεξάμενος πράξεις ἔγραψε βίβλους τριάκοντα. ε'.

Ὅτι ἐπὶ τοῦ πολέμου τῶν Τυρρηνῶν καὶ Γαλατῶν καὶ Σαμνιτῶν, καὶ τῶν ἑτέρων συμμάχων, ἀνῃρέθησαν ὑπὸ Ῥωμαίων, Φαβίου ὑπατεύοντος, δέκα [m] μυριάδες, ὥς φησι Δοῦρις. ς'.

Ὅτι Ἀντίπατρος διὰ φθόνον τὴν ἰδίαν μητέρα ἀνεῖλε. ὅτι Ἀλέξανδρος ἀδελφὸς Ἀντιπάτρου, προσκαλεσάμενος Δημήτριον βασιλέα εἰς βοήθειαν, δολοφονεῖται ὑπ' αὐτοῦ, ὁμοίως καὶ Ἀντίπατρον τὸν μητρα- ζ'.

d Τῶν — ἐνεργειῶν. Paullo ante ἐμπρησάντων, quod Rhodom. correxit. e Καταλειφθέν. f Πυθόμενος — Λίγυας — Τυρρηνοὺς ἀπῃτηκέναι αὐτοὺς μισθοὺς — καὶ τὴν ἀπουσίαν. g Πολιορκῆσαι & Συρακούσας. Statim. h Πέμψας ἀγγελιαφόρον — αὐτὰς — λέγων πέμπειν. i Ὁμόρους. k Νεῶν. Paullo ante χορηγῶν Ed. Hoeſch., pro quo χορηγῶν in ſuo invenit Rhodom. l Πλαταιεύς. m Μυρία δὲ — φασὶ Δοῦρις Ed. Hoeſch.

tius, quod amanuenſi compendio ſcripturae videntur deberi, quamquam παρὰ ex περὶ facilius naſci potuit. Simile peccatum dat Eclog. II. lib. XXII. P. Wess.

26. Πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου] Confer L. XVII, 86. P. Wess.

31. Καὶ πυθόμενος τοὺς Τυρρηνοὺς &c.] Ita corrige καὶ πυθόμενος τούς τε Λίγυας καὶ τοὺς Τυρρηνοὺς ἀπαιτοῦντας αὐτὸν μισθοὺς, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀρχάγαθον κατὰ τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ διαχρήσασθαι &c. L. Rhod.

Καὶ πυθόμενος τούς τε Λίγυας &c.] Nimius eſt vir doctus. Quod reſtitui clariſſime edunt Excerpta Peireſciana p. 257., ſed plenius [illegible]. P. Wess.

36. Πόλιν ὀνομαζομένην Ἠθας] Videndum an ſit Clampetia. Ethas in Bruttiis non invenio. P. Wess.

39. Εἰς Συρακούσας] Infra ſic etiam ſingulari numero ſcriptum effertur: quod ab Auctore factum an ſit, non poſſim adfirmare. Vetus & genuina appellatio eſt in plurali ac in penultima ου, διφθόγγου. L. Rhod.

Εἰς Συρακούσας] Quum Diodorus ſemper ante Συρακούσας ſcripſerit, auctorque Eclogarum ſibi non conſtet, cur hanc inconſtantiam feremus? Nemo indignabitur credo, qui Συρακούσας & Συρακουσίους Auctoris conſuetudini redditos viderit. P. Wess.

42. Διανοούμενος ἐπὶ Κρότωνα] Διανοούμενος δ' ἐπὶ &c. L. Rhod.

45. Μὴ θορυβεῖσθαι αὐτὸν ψευδῶς, θέλων &c.] Recte haec videntur inſtaurata, ψευδῶς tamen & praecedentibus adhaereſcere poterit. Lanaſſa Agathoclis F., quam Appianus Excerpt. VII. Urſini Λάνασαν vocat prave, Pyrrho dotalem attulit Corcyraeorum urbem, a patre nuper in ditionem redactam, deinde maritum deſerens in Demetrii amplexus tranſiit, Plut. in Pyrrho pag. 387. F. & p. 388. D. tradente. P. Wess.

55. Βαρβάρους καὶ Ἰάπυγας &c.] Βαρβάρους, Ἰάπυγάς τε καὶ Πευκετίους, Strabo L. VI. (p. 390. &c.) L. Rhod.

58. Ἀπολείπων εἰς Κρότωνα εἰς Συρακούσας ἔπλευσε] Rhodomanus ἐν Κρότωνι, quo nihil admodum opus erit: optimus quiſque ſic ponit,

τραλοίαν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ αὐτὸν ἐδολοφόνησε, οὐ βουλόμενος σύνεδρον τῇ βασιλείᾳ.

η'. Ὅτι Ἀγαθοκλῆς συναθροίσας δυνάμεις, εἰς Ἰταλίαν διεπέρασεν ἔχων πεζοὺς τρισμυρίους, ἱππεῖς τρισχιλίους. τὴν δὲ ναυτικὴν δύναμιν Στίλπωνι παραδοὺς, λεηλατεῖν ἐπέταξε τὴν Βρεττίων χώραν. οὗτος [n] πορθῶν τὰς παραθαλαττίους κτήσεις, χειμῶνι περιπεσὼν τὰς πλείους τῶν νηῶν ἀπέβαλε. ὁ δὲ Ἀγαθοκλῆς πολιορκήσας τὴν [o] Ἱππωνιατῶν πόλιν καὶ διὰ μηχανῶν πετροβόλων τῆς πόλεως [p] ἐκυριεύσε, καὶ ταύτην εἷλε. τῶν δὲ Βρεττίων καταπλαγέντων, πρέσβεις ἀπέστειλαν ὑπὲρ διαλύσεως· καὶ λαβὼν παρ' αὐτῶν ἑξακοσίους ὁμήρους καὶ φρουρὰν ἀπολιπὼν, εἰς Συρακούσας ἐπανῆλθεν. οἱ δὲ Βρέττιοι τοῖς ὅρκοις μὴ ἐμμείναντες, ἀλλὰ πανδημεὶ στρατεύσαντες ἐπὶ τοὺς ἀπολειφθέντας στρατιώτας, τούτους κατέκοψαν· τοὺς δὲ ὁμήρους ἀνασώσαντες ἀπελύθησαν τῆς Ἀγαθοκλέους δυναστείας.

Συγγνώμη τιμωρίας αἱρετωτέρα.

θ'. Ὅτι οἱ πλεῖστοι τῶν ἀγόντων στρατόπεδα, καθ' οὓς ἂν καιροὺς ἐν ἀτυχήμασιν ὑπάρχωσι μεγάλοις, ἀκολουθοῦσι ταῖς τῶν πολλῶν ὁρμαῖς, φοβούμενοι τὰς ἐναντιώσεις αὐτῶν.

ι'. Ὅτι Δημήτριος ὁ βασιλεὺς, τὸ δεύτερον [q] ἀποστάντων Θηβαίων, πολιορκίᾳ τὰ τείχη καθελὼν, τὴν πόλιν κατὰ κράτος εἷλε, δέκα μόνους ἄνδρας ἀνελὼν, τοὺς τῆς ἀποστασίας κατεργαζομένους.

ια'. Ὅτι Ἀγαθοκλῆς ἀπέστειλεν Ἀγαθοκλέα τὸν υἱὸν πρὸς Δημήτριον τὸν βασιλέα, φιλίαν συνθέσθαι καὶ συμμαχίαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀσμένως δεξάμενος τὸν νεανίσκον, (καὶ) στολὴν περιθεὶς βασιλικὴν, καὶ δωρεὰς δοὺς μεγαλοπρεπεῖ, συναπέστειλεν [r] Ὀξύθεμιν τῶν φίλων ἕνα· τῷ μὲν δοκεῖν τὰ πιστὰ λαβεῖν τῆς συμμαχίας, τῷ δὲ ἔργῳ κατασκεψόμενον τὴν Σικελίαν.

ιβ'. Ὅτι Ἀγαθοκλῆς ὁ βασιλεὺς, πολὺν χρόνον εἰρηνεύων πρὸς Καρχηδονίους, μεγάλην ἐπεποίητο παρασκευὴν ναυτικῶν δυνάμεων. διενοεῖτο γὰρ πάλιν εἰς τὴν Λιβύην διαβιβάζειν στρατόπεδα, καὶ ταῖς ναυσὶν εἴργειν τοὺς Φοίνικας τῆς ἀπὸ τῆς Σαρδοῦς καὶ Σικελίας σιτοπομπίας. καὶ ἐν τῷ προγεγονότι κατὰ τὴν Λιβύην πολέμῳ θαλαττοκρατοῦντες οἱ Καρχηδόνιοι διέσωσαν ἐκ τῶν κινδύνων τὴν πατρίδα. εἶχε δὲ ναῦς Ἀγαθοκλῆς ὁ βασιλεὺς ἐξηρτυμένας διακοσίας τετρήρεις καὶ ἑξήρεις· ὅμως εἰς πέρας τὴν προαίρεσιν οὐκ ἤνεγκε, διὰ τοιαύτας αἰτίας. Μαίνων ἦν [s] Αἰγεσταῖος τὸ γένος· ἐν δὲ τῇ καταλήψει τῆς πατρίδος ἡλωκὼς, δοῦλος ἐγίνετο διὰ τὴν εὐπρέπειαν τοῦ σώματος τῷ βασιλεῖ. καὶ μέχρι μέν τινος [t] εὐδοκεῖν προσεποιεῖτο, τῶν ἐρωμένων καὶ φίλων εἷς ἀριθμούμενος. διὰ δὲ τὴν τῆς πατρίδος συμφορὰν, καὶ τὴν περὶ αὐτὸν ὕβριν, ὑπούλως ἔχων πρὸς

trum matricidam ipſius Alexandri fratrem doloſe occidit, regni ſocium habere nolens.

VIII. Agathocles vi militum coacta, in Italiam trajecit, peditum xxx. millia, Equitum cIↃ. cIↃ. cIↃ. in armis habens. Navalibuſque copiis Stilponi traditis, Brutiorum agrum praedis agendis infeſtum habere juſſit. Is dum fundos maritimos populatur, in tempeſtatem incidens pleraſque naves perdidit. Agathocles autem, Hipponiatarum urbe circumſeſſa, petrariarum adminiculo machinarum urbem cepit, & in poteſtatem redegit. Quo perculſi Brutii de pace legatos mittunt. Sexcentis igitur obſidibus acceptis, praeſidioque inibi relicto, Syracuſis redit. At Brutii non ſervato juramento, omni civitatis robore milites oppugnant, ipſoſque concidunt, recuperatis obſidibus, ab imperio Agathoclis ſeſe vindicant.

Veniae lenitas pro ſupplicii rigore deligenda.

IX. Maxima illorum pars qui exercitus ducunt, quo tempore in maximis fortunae difficultatibus haerent, vulgi affectus ſequuntur, dum adverſationes illorum metuunt. 864.

X. Demetrius rex cum iterum deſciviſſent Thebani, dirutis expugnatione muris, ſumma vi oppidum cepit, & x. duntaxat viros, defectionis auctores ſuſtulit.

XI. Agathocles filium Agathoclem miſit ad regem Demetrium, ut ſociale amorum foedus cum eo faceret. Rex vero juvenem lubens ſuſcepit, regiaque amictum ſtola donis cumulavit magnificis. Cumque eo unum ex amicis Oxythemin dimiſit, opinione quidem confirmandae per acceptam fidem ſocietatis, at reipſa, ut ſpeculator foret Siciliae.

XII. Rex Agathocles ubi longo tempore pacem cum Carthaginenſibus coluiſſet, magnos tandem navalium copiarum apparatus faciebat. Iterum namque caſtra in Libyam tranſportare, navibuſque frumenti ex Sardinia & Sicilia exportationem Poenis intercludere animo ſuo propoſuerat. Superiori enim per Africam bello maris imperium adepti Carthaginenſes, patriam e periculis in tutum collocarant. Etſi autem naves habebat Agathocles omni inſtructas copia, cc. quadriremes & hexeres, ad finem tamen quod moliebatur non perduxit, his de cauſis: Aegeſtanus quidam genere Maenon apud illum erat, qui in excidio patriae captus, in ſervitium regis, ob formae elegantiam adſcitus erat. Et ad tempus quidem perplacere ſibi conditionem ſimulabat, adeo ut unus ex amatis & amicis regis numeraretur. Sed quia ob patriae calamitatem, ſuique propudioſam dehoneſtationem clam prin-

n Πορθήσας — κτήσεις. o Ἱππωνιακῶν. p Ἐκυρίευσε — εἷλεν. q Ἀποστάντων Θηβαίων. r Ὀξυθέμιδα. Mox τὸ μέν. s Αἰγεσταῖος. t Εὐδοκεῖν — ἐναριθμούμενος.

ponit, ubi ei commodius videbatur. Conf. not. in L. iii, 44. Συνάκουσα recurrit iterum extrema Eclog. ii. L. xxii. & 14., etiam L. xiii, 75. Itaque non moveo ob cauſſas, alio loco allatas. P. Wess.

60. Ὅτι Δίυλλος, Ἀθηναῖος συγγραφεύς] Lege Δίυλλος & quae notata ſunt L. xvi, 14. De Piſone Plataceuſi Jonſius Hiſt. Philoſ. L. i, 2. & H. Valeſ. Emend. L. iii, 14. P. Wess.

65. Ἀνῃρέθησαν — δέκα μυριάδες] Duris augendo veri fidem ſuperjeciſſe videtur. Tu Livium conſule L. x, 29. 30. P. Wess.

69. Περικαλεσάμενος Δημήτριον βασιλέα] Rhodomani Edit. his obſtruebat Ἀντιπάτρῳ vocem, quam praepoſitione augendam κατ' Ἀντιπάτρου vel τὸν Ἀντίπατρον idem vir doctiſſimus in not. Correct. cenſuit: ego ſuam illi ſedem ex Hoeſchelii libro reddidi. De Antipatro, Caſſandri F., Theſſalonicae matris interfectore, fratreque ejus Alexandro, utriuſque etiam caede copioſius Plut. Pyrrh. pag. 389. Demetr. pag. 906. & Juſtin. xvi, 1. & ſeqq. P. Wess.

97. Δέκα μόνους ἄνδρας ἀνελών] In Excerptis Peireſc. pag. 258. πλὴν τῶν ἀνδρῶν δέκα ἢ τεττάρων — αἰτίους τῶν ἐγκλημάτων ἀπολύσας, forſan melius. P. Wess.

3. Ὀξύθεμιν τῶν φίλων ἕνα] Sic bene Rhodomannus. Auctor ipſe Eclog. ſeq. Ὀξύθεμις, ὁ πεμφθεὶς ὑπὸ Δημητρίου. Meminit ejus adulatoris Athenaeus L. xiv, 1. p. 614., nec agnovit tamen Interpres. P. Wess.

10. Εἴργειν — τῆς — σιτοπομπίας] Εἴργειν — ἀπὸ τῆς σιτοπομπίας. L. Rhod.

Εἴργειν — τῆς — σιτοπομπίας] Non audeo virum doctum ſequi. Lege not. in L. xiii, 88. Paullo ante παρασκευὴν idem reſingit, quod praeſtaret, niſi illud Graeciae inferioris videretur. P. Wess.

13. Εἶχε δὲ ναῦς &c.] Εἶχεν δὲ ναῦς. vel, ſi εἶχε retinetur, in antapodoſi lege ὅμως δέ. Tum pro Ἀιγεσταῖος ſcribe Αἰγεσταῖος, quod infra ſcriptum Αἰγεσταῖος videtur comprobare. L. Rhod.

16. Μαίνων Αἰγεσταῖος τὸ γένος] Mallem Μένων. Rectum Αἰγεσταῖος ſive Ἐγεσταῖος, uti ſolet Diodorus, eſt. Vid. L. xx, 61.

principi infenſus erat, ultionis de illo ſumendae tempus arripuit. Rex enim jam ſenio affectus, ſubdiales copias Archagatho commiſerat. Is Archagathi in Libya mactati filius erat, atque ita regis Agathoclis nepos, virili ſtrenuitate, audaciaque generoſi animi longe ceteros ex delectu ſupergrediens. Qui cum circa Aetnam caſtra haberet, rex ad ſucceſſionem regni filium Agathoclem provehere cupiens, primum Syracuſanis adoleſcentem commendat, & hunc imperii ſucceſſorem relicturum ſe denunciat. Poſtea in caſtra illum mittit, ſcriptiſque ad Archagathum literis, terreſtres & nauticas ei copias tradere jubet. Quare in alium devolvi regnum videns Archagathus, utrique inſidias tendit. Ad Maenonem enim Aegeſtanum miſſo nuncio, ut regem veneno tollat, perſuadet: ipſeque ſacris in Inſula quadam celebratis, cum Agathoclem navigio illuc delatum e-
865. pulo excepiſſet, noctu inebriatum jugulat. Cumque ejus cadaver in mare dejectum ad terram fluctus expuliſſet, agnitum id incolae Syracuſas retulerunt. Cum autem rex in more haberet, ut ſemper a coena dentes penna repurgaret: Compotatione tum deſurgens, pennam expetebat. Tum Maeno putrefaciente veneno illitam ei tradebat, qui operoſius per errorem illo utens, carnem dentibus circumjectam undique contingebat. Unde primum continuae aegritudines exortae, & cruciatus indies vehementiores. Deinde immedicabilis putredo undique dentes complexa. Morti ergo proximus populo in concionem advocato impietatem Archagathi accuſare, & multitudinem ad vindictam de illo ſumendam incitare, democratiam populo ſe jam reſtituturum, confirmans. Poſthaec extreme jam afflictum in rogo depoſuit Oxythemis, a rege Demetrio pridem miſſus, & ſpirantem adhuc cremavit: Cum propter mali ex putrefactione inſolentiam vocem edere non valeret. Ita Agathocles, cum plurimas diverſiſſimasque caedes imperii ſui tempore edidiſſet, & crudelitati in ſuae gentis homines impietatem in Deos etiam accumulaſſet, dignum ſceleribus exitum vitae exhibuit: poſtquam duo de triginta annos in principatu, LXXII. in vita exegerat, ut Timaeus Syracuſanus refert, & Callias, etiam ipſe Syracuſius XXII. librorum auctor, Antander praeterea, Agathoclis frater, qui etiam hiſtorias ſcripſit. Syracuſani vero popularem ſtatum iterum adepti, Agathoclis bona publicarunt, imaginesque illi poſitas convulſere. Maenon interim, qui regi inſidias ſtruxe-

τῷ δυνάστῃ, καιρὸν ἔλαβε τῆς κατ' αὐτοῦ τιμωρίας. ὁ γὰρ βασιλεὺς ἤδη γεγηρακὼς τὰς [v] ὑπαίθρους δυνάμεις Ἀρχαγάθῳ παραδεδώκει. οὗτος δὲ ἦν Ἀρχαγάθου [x] μὲν υἱὸς, τοῦ κατὰ Λιβύην σφαγέντος, υἱωνὸς δὲ τοῦ βασιλέως Ἀγαθοκλέους, ἀνδρείᾳ δὲ καὶ ψυχῆς εὐτολμίᾳ πολὺ τῶν κατὰ λόγον ὑπερφέρων. στρατοπεδεύοντος αὐτοῦ περὶ τὴν Αἴτνην, ὁ μὲν βασιλεὺς βουλόμενος [y] προάγειν ἐπὶ τὴν διαδοχὴν τῆς βασιλείας τὸν υἱὸν Ἀγαθοκλῆ, πρῶτον μὲν (τοῖς) ἐν ταῖς Συρακούσαις συνέστησε τὸν νεανίσκον, ἀποφαινόμενος διάδοχον ἀπολείψειν τῆς ἀρχῆς· μετὰ δὲ ταῦτα ἐξέπεμψεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. γράψας ἐπιστολὴν ἐπὶ τὸν Ἀρχάγαθον, προσέταξε, τούτῳ παραδιδόναι τὰς πεζικὰς καὶ ναυτικὰς δυνάμεις. δι' ἃς ὁ μὲν Ἀρχάγαθος ὁρῶν τὴν βασιλείαν εἰς ἕτερον καταντῶσαν, ἀμφοτέροις ἐπιβουλεῦσαι διέγνω. πρὸς Μαίνωνα τὸν [z] Αἰγεσταῖον διαπεμψάμενος, ἔπεισεν ἀνελεῖν τὸν βασιλέα διὰ φαρμάκου· αὐτὸς δὲ ἔν τινι νήσῳ θυσίαν [a] ἐπιτελέσας, καὶ καταπλεύσαντα τὸν νεώτερον Ἀγαθοκλέα προσλαβὼν πρὸς τὴν εὐωχίαν, νυκτὸς καταμεθύσας ἀπέσφαξε. τοῦ δὲ σώματος ῥιφθέντος εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ πρὸς τὴν γῆν ὑπὸ τοῦ κλύδωνος (ἐκβρασθέντος) ἐπιγνόντες τινὲς ἀπεκόμισαν εἰς Συρακούσας. ὁ δὲ βασιλεὺς εἰωθὼς μετὰ τὸ δεῖπνον ἀεὶ πτερῷ διακαθαίρεσθαι τοὺς ὀδόντας, ἀπολυθεὶς τοῦ πότου, τὸν Μαίνωνα τὸ πτερὸν ᾔτησεν. εἶτα ὁ μὲν φαρμάκῳ σηπτικῷ χρίσας ἀπέδωκεν. ὁ δὲ χρησάμενος αὐτῷ φιλοτιμότερον, διὰ τὴν ἄγνοιαν, ἥψατο πανταχόθεν τῆς περὶ τοὺς ὀδόντας σαρκός. καὶ πρῶτον μὲν πόνοι συνεχεῖς ἐγένοντο, καὶ καθ' ἡμέραν ἐπιτάσεις ἀλγηδόνων· ἔπειτα σηπεδόνες ἀνίατοι πάντῃ τοὺς ὀδόντας περιέσχον. ἐπὶ δὲ τῆς τελευτῆς γενόμενος, ἐκκλησιάσας τὸν λαὸν, κατηγόρησε τῆς ἀσεβείας Ἀρχαγάθου· καὶ τὰ μὲν πλήθη παρώξυνε πρὸς τὴν [b] αὐτοῦ τιμωρίαν, τῷ δὲ δήμῳ τὴν δημοκρατίαν ἔφησεν ἀποδιδόναι. μετὰ δὲ ταῦτα τὸν βασιλέα διακείμενον ἐσχάτως ἤδη κατέθηκεν ἐπὶ τῆς πυρᾶς Ὀξύθεμις, ὁ πεμφθεὶς ὑπὸ Δημητρίου τοῦ βασιλέως, καὶ κατέκαυσεν ὄντα μὲν ἔμπνουν ἔτι, διὰ δὲ τὴν ἰδιότητα τῆς περὶ τὴν σηπεδόνα συμφορᾶς οὐ δυνάμενον φωνὴν [c] προΐεσθαι. Ἀγαθοκλῆς μὲν πλείστους καὶ ποικιλωτάτους φόνους ἐπιτελεσάμενος κατὰ τὴν δυναστείαν, καὶ τῇ κατὰ τῶν ὁμοφύλων ὠμότητι προσθεὶς καὶ τὴν εἰς θεοὺς ἀσέβειαν, πρέπουσαν παρέσχε τῇ παρανομίᾳ τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν, δυναστεύσας μὲν ἔτη δύο τῶν τριάκοντα λείποντα, βιώσας δὲ δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη, καθὼς Τίμαιος ὁ Συρακούσιος συγγράφει, καὶ Καλλίας καὶ αὐτὸς Συρακούσιος εἴκοσι δύο βίβλους συγγράψας, καὶ Ἄντανδρος ὁ ἀδελφὸς Ἀγαθοκλέους καὶ αὐτὸς συγγραφεύς. οἱ δὲ Συρακούσιοι τῆς δημοκρατίας τυχόντες, τὴν Ἀγαθοκλέους οὐσίαν ἐδήμευσαν, τὰς δὲ εἰκόνας τὰς ἀνατεθείσας ὑπ' αὐτοῦ κατέσπασαν. Μαίνων δὲ ὁ ἐπιβουλεύσας

τῷ

v Ὑπαίθρους. x Μὲν. y Προσάγειν, mox μὲν ἐν ταῖς. z Αἰγεσταῖον, & paullo ſuperius ἐπιβουλεῦσαι. a Ἐπιτελέσας. b Αὐτῶν. Paullo ſuperius σηπτικῷ Edd. c Προΐεσθαι.

de Segeſtanorum excidio. P. Wess.

28. Πολὺ τῶν κατὰ λόγον ὑπερφέρων] Πολὺ τῶν καταλόγου (vel καταλόγων) — στρατοπεδεύοντος δ' αὐτοῦ. L. Rhod.

Πολὺ τῶν κατὰ λόγον ὑπερφέρων] Locus eſt defectus, quem Excerpt. Peireſc. p. 258. hunc in modum explent, πολὺ τῶν κατὰ λόγον ὑπερφέρων τῆς ἰδίας ἡλικίας, i. e. longe, quam aetas ferret, fortitudine & audacia praeſtantior. P. Wess.

34. Γράψας ἐπιστολὴν &c.] Γράψας δ' ἐπιστ. — τούτῳ παραδιδόναι — δι' ἃς αἰτίας &c. L. Rhod.

Γράψας ἐπιστολὴν &c.] Eclogarum auctor ad ſermonis cultum parum attendit. Itaque neſcio, an ſupervacaneae ſint iſtae correctiones. Certe δι' ἃ ὁ μὲν ſatius fuerat. Statim poſt Μαίνωνα τὸν Αἰγεσ. idem vir doctus. P. Wess.

45. Ὑπὸ κλύδωνος ἐπιγνόντες] Hic deeſſe videtur ἐκβρασθέντος (vel ἐκριφέντος.) L. Rhod.

49. Ὁ μὲν φαρμάκῳ σηπτικῷ χρίσας] Sic debuit. Στυπτικῷ nihili eſt. Φάρμακα σηπτὰ & σηπτικὰ Graeci vocant, quae illita molliorem carnem prorſus exedunt. Vid. Celſum L. VII, 21. & H. Steph. Theſaur. T. III. p. 776. P. Wess.

61. Καὶ κατέκαυσεν — ἔμπνουν ἔτι &c.] Huc ſpectant, quae L. XX. 101. leguntur. P. Wess.

69. Βιώσας δὲ δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη] Aut hic in numeris error eſt, aut apud Lucianum Macrob. C. 10. Ἀγαθοκλῆς δὲ ὁ Σικελίας τύραννος ἐτῶν ἐνενήκοντα τελευτᾷ, καθάπερ Δημοχάρης καὶ Τίμαιος ἱστοροῦσι. Citat enim uterque Timaeum. Mihi Diodori ſententia videtur melior. Vid. L. XIX, 2. & de Timaeo, quem Tauromenitam rectius alibi vocat, & Callia, rerum Agathoclis ſcriptoribus Excerpt. Peireſc. p. 261. P. Wess.

75. Τὰς

τῷ βασιλεῖ διέτριβεν ἐν τοῖς περὶ Ἀρχάγαθον, [d] πεφευγὼς ἐκ τῶν Συρακουσῶν· πεφρονηματισμένος δὲ ἐπὶ [e] τῷ δοκεῖν καταλελυκέναι τὴν βασιλείαν, τὸν μὲν Ἀρχάγαθον ἐδολοφόνησε· τοῦ δὲ στρατοπέδου κυριεύσας, καὶ τὰ πλήθη λόγοις φιλανθρώποις ἰδιοποιησάμενος, διέγνω πολεμεῖν τοῖς Συρακουσίοις, καὶ δυναστείας [f] ἀντέχεσθαι.

ιγ'. Ὅτι Ἱκέταν στρατηγὸν ἀπέλυσαν Συρακούσιοι μετὰ δυνάμεως πρὸς Μαίνωνα πολεμῆσαι· καὶ μέχρι μέν τινος διεπολέμει, φυγομαχούντων τῶν ἐναντίων, καὶ εἰς παράταξιν οὐδαμῶς καταβαινόντων. τῶν δὲ Καρχηδονίων συναντιλαβομένων τοῖς περὶ Μαίνωνα, (καὶ) πολὺ ταῖς δυνάμεσιν ὑπερεχόντων· ἠναγκάσθησαν οἱ Συρακούσιοι, δόντες ὁμήρους τοῖς Φοίνιξι τετρακοσίους, διαλύσασθαι τὸν πόλεμον, καὶ καταγαγεῖν τοὺς φυγάδας. τῶν δὲ μισθοφόρων ἀτιμαζομένων ἐν ταῖς [g] ἀρχαιρεσίαις, συνέβη στάσεως πληρωθῆναι τὴν πόλιν. [h] διαστάντων δὲ ἐν τοῖς ὅπλοις τῶν τε Συρακουσίων καὶ τῶν μισθοφόρων, οἱ πρεσβύται διαπρεσβευσάμενοι, καὶ πολλὰ δεηθέντες ἀμφοτέρων, μόγις κατέπαυσαν τὴν ταραχὴν, ἐπὶ [i] τῷ τοὺς μισθοφόρους ἐν τακτῷ χρόνῳ τὰς ἑαυτῶν [k] κτήσεις ἀποδομένους ἀπελθεῖν ἐκ Σικελίας. τούτων δὲ κυρωθέντων, οἱ μὲν ξένοι κατὰ τὰς ὁμολογίας ἐκλιπόντες τὰς Συρακούσας, καὶ παραγενηθέντες ἐπὶ τὸν πορθμὸν, ὑπεδέχθησαν ὑπὸ τῶν Μεσσηνίων ὡς ἂν φίλοι καὶ σύμμαχοι. ὑπὸ γὰρ τῶν πολιτῶν φιλοφρόνως ἀναληφθέντες εἰς τὰς οἰκίας, νυκτὸς ἐφόνευσαν τοὺς ὑποδεξαμένους· καὶ τὰς τούτων γυναῖκας γήμαντες, κατέσχον τὴν πόλιν. ἐκάλεσαν δὲ ταύτην Μαμερτίνην, ἀπὸ τοῦ Ἄρεως· διὰ τὸ τοῦτον κατὰ τὴν ἐκείνων διάλεκτον Μάμερτον καλεῖσθαι.

Οἷς γὰρ οὐ μέτεστι τῆς δημαρχίας, τούτους οὐδὲ τῆς ὑπὸ δημάρχου κυρουμένης ψήφου κοινωνεῖν.

ιδ'. Ὅτι δεῖ τοῖς μὲν πολεμίοις εἶναι φοβερώτατον, τοῖς δὲ φίλοις διαμένειν βέβαια προσηνέστατον.

ιε'. Ἐπειδὴ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀγνοήσαντες τὸ συμφέρον, τοῖς πρὸς χάριν λόγοις ἐπηκολουθήσατε· νῦν τοῖς ἔργοις ἑωρακότες τὰ κατὰ τὴν χώραν ἀτυχήματα, μεταδιδάχθητε.

Τὸ μὲν γὰρ ἀγνοῆσαί ποτε [l] (τὰ) κατὰ τὸν βίον, ἐστὶν ἀνθρώπου· τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πράγμασι πλεονάκις ἁμαρτάνειν, τέλειον ἐξεστηκότος τοῖς λογισμοῖς. ὅσῳ γὰρ πλείοσιν ἐλαττώμασι περιπεπτώκαμεν, τοσούτῳ μείζονος τιμωρίας ἄξιοι τυχεῖν ὑπάρχομεν.

Ἐπὶ τοσοῦτον γάρ τινες τῶν πολιτῶν προεληλύθασι πλεονεξίας, ὥστε βούλεσθαι τοὺς ἰδίους οἴκους λαμπροὺς κατασκευάζειν ἐκ τῶν τῆς πατρίδος ἀτυχημάτων.

Οἱ δὲ περὶ τοὺς βοηθοῦντας τοῖς ἄλλοις ἀνομήσαντες, πῶς ἂν χρήσαιντο [m] (τοῖς) περὶ αὐτῶν;

rat, in caſtris Archagathi verſabatur, fuga Syracuſis elapſus. Criſtaſque ob hoc erigens, quod regnum abrogaſſe videretur, Archagathum dolo interfecit, exercituque potitus, cum multitudinem verborum humanitate ſibi conciliaſſet, bellum Syracuſis facere conſtituit, & principatum ſibi vindicat.

XIII. Syracuſani Hiceram praetorem, ut adverſus Maenonem belligeraret, dimiſerunt. Is ad tempus bellum continuabat, detrectantibus pugnam adverſariis, nec ullo modo in aciem deſcendentibus. At cum Maenonis ſe partibus adjungerent Carthaginenſes, copiiſque multum praevalerent, coacti ſunt tandem Syracuſii, traditis cccc. obſidibus, bellum cum Poenis diſſolvere, & reducere exſules. Cum vero mercenarii in electione magiſtratuum honore ſuo fraudarentur, evenit ut ſeditione urbs repleretur. Dumque correptis armis ita diſſident Syracuſani & conductitii milites, tandem ſeniores miſſa legatione vix multis apud utroſque precibus obtinuerunt, ut a tumultu deſiſterent, hac equidem conditione: ut mercenarii ſtato tempore diſtractis facultatibus Sicilia excederent. His ita ratificatis, peregrini ex compacto Syracuſis emigrarunt, & ad fretum progreſſi, a Meſſeniis ut amici & ſocii armorum in urbem intromittuntur. Ibi humaniter in aedes recepti, noctu hoſpites obtruncant, ductiſque illorum uxoribus, ſuae poteſtatis urbem faciunt, Mamertinamque vocant, a Marte, qui illorum lingua Mamers nuncupatur.

Qui enim popularis regiminis non ſunt conſortes, hi nec in calculi a tribuno plebis confirmandi ſocietatem admittuntur.

XIV. Hoſtibus quam maxime terribilem eſſe, in benevolentia vero erga amicos conſtanter permanere decet.

XV. Quandoquidem illo tempore cum quid expediret, vos lateret, verbis ad gratiam compoſitis morem geſſiſtis: nunc quando calamitates in provincia reipſa cernatis, aliud edocti eſtis.

Nam ignorare interdum quae in vita accidunt hominis eſt: at iiſdem in rebus errare ſaepius, id in ratione prorſus deſtitutum cadit. Quanto enim plures in errores incidimus, tanto majori poena digni ſumus.

Eo civium nonnulli cupiditatis provecti ſunt, ut domos ſuas ex patriae detrimentis ſplendidiores facere velint.

Qui vero tam nefaria commiſerunt in aliorum opitulatores, quomodo ipſos quaeſo tractaſſent?

XVI. Pec- 866.

d Πεφυγώς. e Τό. f Ἀντέχεσθαι. Eclog. ſeq. pro πολὺ ταῖς Rhod. & Hoeſch. καὶ πολὺ, quos ſequor. g Ἀρχαιρεσίαις. h Διαστάσεις. Statim Συρακουσίων Rhod. Συρακοσίων Hoeſch. i Τό. k Κτίσεις. Mox ἐφόνευσαν. Porro fini Eclogae adſtantur in Hoeſchelii libro haec, αἰσχρὸν γάρ ἐστι τὸ μὲν ὄνομα φέρειν Πύῤῥου τοῦ Ἀχιλλέως υἱοῦ, ταῖς δὲ πράξεσι φαίνεσθαι Θερσίτην. quae Rhodom. exemplo recidi. Leguntur Eclog. 20. l Τὰ deerat. m Τοῖς deficiebat. Addiderunt utrumque docti viri.

75. Τὰς ἀνδριάντας — κατέσπασαν] Fuit ἀνδριάντας. Syracuſani non ſtatuas tantum Agathoclis everterunt, ſed ejuſdem cognatos & familiares, Soſiſtrato impulſore, ex urbe ejecerunt in Polyaeni L. v. 37. P. Wess.

82. Καὶ δυναστείας ἀντέχεσθαι] Rhodomannus ἀπέχεσθαι. Mallem equidem ἀντέχεσθαι, quod vides. P. Wess.

92. Ἀτιμαζομένων ἐν ταῖς ἀρχαιρεσίαις] Optime correctum eſt ab eodem docto viro. Malum vero illud Syracuſis haud ſemel obtigit, ut a mercenariis militibus, civitate donatis, ſeditione ob non delatos ſibi magiſtratus oppleterentur. Conf. L. xi, 73. & Iſ. Caſaubon. ad Polyb. L. i. p. 126. Ed. Gron. P. Wess.

6. Ἐκάλεσαν δὲ ταύτην Μαμερτίνην] Hinc ſumſit Hieronymus, quod ſe alibi legiſſe negat Caſaubon. in Polyb. i. p. 125., cum Meſſanam dictam olim fuiſſe Mamertiam in Chron. Euſeb. & L. i. advers. Jovin. prodidit. Falſa tamen res eſt, eodem Caſaub. & Ph. Cluverio Sicil. Antiq. L. i. p. 87. profitente. Incolae dicti ſunt Mamertini, urbs nunquam. Martem Italiae quidem populi Mamertum ſive Mamertem nuncupabant; unde Campani illi Mamertini. Lege Feſtum in Mamers & Mamertini, praetereaque Tzetzen ad Lycophron. v. 938., ubi haec Diodori advocat. P. Wess.

10. Κοινωνεῖν. αἰσχρὸν γάρ ἐστι &c.] Haec pars ſententiae de officio ejus, qui ex Aeacidarum proſapia natus ſit, librarii oſcitantia trajecta fuerat, quae Eclog. xx. tandem ponitur. L. Rhod.

24. Τοὺς ἰδίους οἴκους λαμπροὺς κατασκευάζειν &c.] His ſimilia ſcribit Libanius Proſphonet. Julian. p. 181. Ego vero adfirmare

XVI. Peccatis venia tribuenda eſt, & in reliquum tempus quieſcendum.

XVII. Non qui deliquerunt, ſed qui ob delicta non reſipiſcunt, omni modo puniendi ſunt.

XVIII. Aequitas & clementia apud homines antiquior eſt ira & ſupplicio.

XIX. Honeſtum eſt aptumque inimicitias diſſolvere, ejuſque loco amicitiam reducere. Nam quan-
867 do ad inopiam homo redactus eſt, ad primum veluti raptum amicorum feſtinare ſolet.

XX. Natura hominibus inſita plura conſequendi cupiditas, ab hujuſmodi affectione non plane abſtinere ſolet.

Domi relinquendus eſt tumor ſuperbiae, & tyrannicum veſtitus ſchema. Liberam vero civitatem qui ingreditur, cum legibus iſtic morem gerere oportet.

Cujus enim genus & regnum haereditario quis jure accepit, in hujus etiam gloriam ſuccedere volet. Turpe namque eſt Pyrrhi quidem Achillis filii nomen referre, actionibus vero Therſitem repraeſentare.

Quanto plus enim gloriae quis acquiſitum habet, tanto majorem illis habebit gratiam, per quos felices obtinuit ſucceſſus. Ideo quae cum gloria & gratia quis conſequi poteſt, iis cum injuria & opprobrio potiri ne expetat.

Pulcrum itaque eſt, ô homines, in alienis erratis propriae incolumitatis capere experimentum.

XXI. Non decet quemquam cognationi alienorum praeferre reſpectum, odiumque hoſtium benevolentiae ſociorum.

Ὅτι δεῖ τοῖς μὲν ἡμαρτηκόσι δοῦναι συγγνώμην, εἰς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ἔχειν εἰρήνην. ις'.

Ὅτι οὐ δεῖ τοὺς ἁμαρτήσαντας ἐκ παντὸς τρόπου κολάζειν, ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις μὴ μεταδιδασκομένους. ιζ'.

Ὅτι προάγει παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἡ μὲν ἐπιείκεια τῆς ὀργῆς, ἡ δὲ εὐεργεσία τῆς τιμωρίας. ιη'.

Ὅτι καλὸν καὶ εὔθετόν ἐστι, λύειν μὲν τὴν ἔχθραν, ἀντεισάγειν δὲ φιλίαν. ὅταν γὰρ εἰς ἀπορίαν ἔλθῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐπὶ πρώτην τὴν τῶν φίλων ἁρπαγὴν ὁρμᾶν εἴωθεν. ιθ'.

Ὅτι ἔμφυλος οὖσα τοῖς ἀνθρώποις ἡ τοῦ πλείονος ἐπιθυμία, τῆς τοιαύτης ὁρμῆς οὐδ' ὅλως ἀφέξεται. κ'.

Δεῖ γὰρ τὸ τῆς ὑπερηφανίας μέγεθος καὶ τὸ τῆς ἐσθῆτος τυραννικὸν οἴκοι φυλάττειν· εἰς δὲ πόλιν ἐλευθέραν εἰσιόντα τοῖς ἐνθάδε νόμοις πείθεσθαι.

Οὗ γάρ τις τὸ γένος καὶ τὴν βασιλείαν κεκληρονόμηκε, τούτου θελήσει καὶ τῆς εὐδοξίας γενέσθαι διάδοχος· αἰσχρὸν γάρ ἐστι τὸ μὲν ὄνομα φέρειν Πύρρου τοῦ Ἀχιλλέως, ταῖς δὲ πράξεσι φαίνεσθαι Θερσίτην.

Ὅσῳ γάρ τις πλείονος κυριεύει δόξης, τοσούτῳ [n] μείζονα χάριν ἕξει τοῖς αἰτίοις τῶν εὐτυχημάτων. ὥστε ἃ δύναταί τις τυγχάνειν μετὰ δόξης καὶ χάριτος, τούτων οὐκ ἂν ἐπιθυμήσαι μετὰ ἀδικίας καὶ ὀνείδους κυριεῦσαι.

Καλὸν οὖν ἐστιν, ὦ ἄνθρωποι, ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις ἁμαρτήμασι περὶ τῆς ἰδίας ἀσφαλείας λαμβάνειν τὴν πεῖραν.

Ὅτι οὐ δεῖ προκρίνειν τινὰ μὲν τῆς συγγενείας τὴν ἀλλοτριότητα, τῆς δὲ τῶν συμμάχων εὐνοίας τὸ τῶν πολεμίων μῖσος. κα'.

EX LIBRO XXII.

I. Ecloga. Patrium eſt Epirotis non pro patria ſua tantum decertare, ſed pro amicis etiam & belli ſociis pericula ſubire.

II. Decius Romae militum tribunus, Rhegio praeſidiis cuſtodiendo praefectus, ob Pyrrhum regem cives mactat, & facultates foeminasque ſibi mancipat. Campani hi erant, eodemque modo fecerunt quo Mamertini, ſicut illi Meſſenios trucidaverant. Poſtea, quod inique miſerorum peculium diviſiſſet, Rhegio excidit, a Campanis ſuis in exſilium actus. Adjuverant illos etiam Mamertini; Qui cum pecuniis adhuc reliquis ducem ſibi hunc creaverunt. Porro cum ocularis

ΒΙΒΛΙΟΝ ΚΒ'.

ὍΤΙ πάτριόν ἐστι τοῖς Ἠπειρώταις, μὴ μόνον ἐπὶ τῆς ἰδίας πατρίδος ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν φίλων καὶ συμμάχων κινδυνεύειν. α'.

Ὅτι Δέκιος ὁ Ῥωμαῖος χιλίαρχος, φύλαξ γενόμενος Ῥηγίου, διὰ Πύρρον τὸν βασιλέα, κατέσφαξεν αὐτούς, καὶ τὰς κτήσεις, καὶ τὰς γυναῖκας ἰδιοποιήσατο. Καμπανοὶ δὲ οὗτοι ἦσαν, καὶ ἐποίησαν κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον Μαμερτίνοις, ὥσπερ [o] ἐκεῖνοι Μεσσηνίους σφάξαντες. εἶτα τὴν διαίρεσιν τῶν κτήσεων τῶν ἠτυχηκότων ἄδικον ποιησάμενος, ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ Ῥηγίου, φυγαδευθεὶς ὑπὸ τῶν ἰδίων Καμπανῶν. συνήργησαν δὲ καὶ Μαμερτῖνοι, (οἳ) μετὰ τῶν λειφθέντων χρημάτων στρατηγὸν ἐποίησαν. καὶ δὴ ὀφθαλμίας νόσου αὐτὸν περιεχούσης, τῶν ἰατρῶν τὸν δοκι- β'.

[n] Μείζονος. Mox μετ' ἀδικίας. [o] Ἐκεῖνοι Μεσσηνίους. Mox οἱ deerat.

non audeo, partem ejus eſſe orationis, qua Appius Senatum, in Pyrrhi amicitiam pronum, compellavit. P. Wess.

38. Ἐπὶ — τῶν φίλων ἁρπαγὴν] Quid ſi ἁρπαγήν; L. Rhod.

49. Τὸ μὲν ὄνομα φέρειν Πύρρου τοῦ Ἀχιλλέως] Acute & contumelioſe in regem Pyrrhum, qui factis Achillem magis quam generis origine referre ſtudebat, teſte *Plutarcho* in ejus vita p. 387. A. P. Wess.

69. Δέκιος ὁ Ῥωμαῖος] Verius Ῥωμαίων Decius Jubellius domo Campanus fuit, non Romanus. P. Wess.

77. Συνήργησαν δὲ καὶ Μαμερτῖνοι. μετὰ τῶν &c.] Diſtingue poſt Μαμερτῖνοι, & ſubjunge οἱ μετὰ τῶν λειφθέντων (vel λοιφθέντων) — — στρατηγὸν αὐτὸν ἐποίησαν. Suppetias illis tulerant in occupando Rhegio & ducem ſibi poſtea iſtum fecerant cum opibus, quas habebat reliquas, vel in occupatione Rhegii acceperat. Hunc puto ſenſum hujus fragmenti eſſe, quem confirmat diſerta *Polybii* de hac re narratio L. 1, 7. Qui ad enodationem hujus loci adeatur. L. Rhod.

Συνήργησαν — Μαμερτῖνοι (οἱ) μετὰ τῶν &c.] Adſentitur viro doctiſſimo *Iſ. Caſaubonus* ad *Polyb.* 1. p. 122., a quibus, cum verborum ſeries, uti nunc eſt, eam poſtulet ſententiam, diſſentire nolo. Longe tamen alii ſcriptorum inde deflectunt. Nam Decium Mamertinorum ducem fuiſſe creatum, quis eſt, qui tradiderit? Imo Meſſanam abiiſſe negat *Appianus*, ſed Rhegii manſiſſe, medicum Meſſana arceſſiviſſe, dein Rhegio, a Romanis capto, in eorum manus veniſſe meritumque ſupplicium voluntaria antevertiſſe nece Excerpt. *Peireſc.* p. 454. P. Wess.

81. Κανθαρίσιν ἐπέλαψε] Lege κανθαρίσιν. L. Rhod.

Κανθαρίσιν ἐπέλαψε] Sic plane in Excerpt. *Peireſc.* p. 265. In *Appiano* καὶ χρίσας τοῖς καίουσι καὶ δάκνουσι, quod eodem redit. Cantharides corrodente atque exedente vi ſunt inſtructae, uti notum ex *Dioſcoride* Alexiph. C. 1., *Scribonio Largo* C. 57. *Plinio* L. XXIX, 6. Paullo ante ὄντος ad pleniorem ſententiam addidi. P. Wess.

85. Φύλαξ εἰς Ἀκράγαντα] *Rhodomanus* ἐν Ἀκράγαντι quem ſequi non audeo. Solet compendiariae hujus auctor illum praepoſitionis uſum adamare. Verius *Terdanius* teſtuxit, quomodo Ecloga 8. At περὶ τὸν Ὕλλαιον quid erit? an λόφον intellexit? Eſt profecto illa loci deſcriptio ambigua. P. Wess.

91. Καὶ

δόκιμον μεταπεμψάμενος αὐτοῦ (ὄντος) τῷ ὕδερι τῆς πατρίδος ἐκδικῶν, [p] κανθαρίσιν ὑπήλειψε τὸν Δέκιον καὶ τῆς ὁράσεως αὐτὸν ἐστέρησε, καὶ φυγὴν ἐκ Μεσσήνης.

eum morbus corriperet, accitus ab eo medicorum probatiſſimus, ut patriae injuriam ultum iret, cantharidibus Decium inunxit, viſuque orbavit. Sibi autem fuga ex Meſſene conſuluit.

Κατὰ δὲ Σικελίαν ἦσαν τύραννοι Ἱκέτας ἐν Συρακούσῃ, Φιντίας εἰς Ἀκράγαντα, [q] Τυνδαρίων ἐν Ταυρομενίῳ, καὶ ἕτεροι τῶν ἐλαττόνων πόλεων. Φιντίας δὲ καὶ Ἱκέτας πρὸς ἀλλήλους πόλεμον ἐνστησάμενοι, παρετάξαντο περὶ τὸ Ὑβλαῖον, καὶ τὴν νίκην Ἱκέτας ἀπηνέγκατο· καταδρομὰς δὲ πρὸς ἀλλήλους ποιούμενοι, τὰς κτήσεις διήρπασαν, τὴν δὲ χώραν ἀγεώργητον ἐποίησαν. Ἱκέτας δὲ τῇ νίκῃ ἐπαιρόμενος, παρετάξατο πρὸς Καρχηδονίους· καὶ [r] λειφθεὶς πολλοὺς στρατιώτας ἀπέβαλε περὶ τὸν Τηρίαν ποταμόν. Κτίζει δὲ Φιντίας πόλιν ὀνομάσας αὐτὴν Φιντιάδα, Γελῴους ἀναστάτους ὄντας [s] οἰκίσας ἐν αὐτῇ. ἔστι δὲ αὐτὴ [t] παραθαλάσσιος· καθαιρῶν τὰ τείχη, καὶ τὰς οἰκίας, τοὺς λαοὺς τῆς Γέλας εἰς τὴν Φιντιάδα μετήνεγκε, κτίσας τεῖχος καὶ ἀγορὰν ἀξιόλογον, καὶ ναοὺς θεῶν.

In Sicilia interim tyranni erant, Hicetas Syracuſis; Phintias Agrigenti; Et Tyndarion Tauromenii, urbiumque minorum alii. Phintias autem & Hicetas, conflato inter ſe bello, ad Hyblaeum acie inſtructa concurrerunt, victoriamque retulit Hicetas. Tum excurſionibus ultro citroque factis, opes diripiebant, & incultam hoc pacto faciebant regionem. Hicetas autem victoria elatus, Carthaginenſibus aciem oppoſuit, victusque magnam ſuorum militum jacturam fecit, ad Teriam 868. fluvium. Tum Phintias urbem condit Phintiada nominatam, Geloosque e patria ſubmotos in ea collocavit. Sita autem haec eſt ad mare. Muris enim domibuſque Gelae deſtructis, populum in Phintiadem tranſtulit, poſtquam moenia forumque memoratu dignum & templa deorum condiderat.

Ὅθεν μιαιφόνος γεγονώς, ὑπὸ πασῶν τῶν πόλεων ἐμισήθη τῶν οὐσῶν ὑπ' αὐτῷ· καὶ τοὺς πρὸς φρουρὰν ὄντας ἐδίωξαν, ἐν οἷς πρῶτον ἀπέστησαν Ἀγυριναῖοι.

Unde reus caedis peractus urbium cunctarum odiis illi ſubditarum flagravit, quae & praeſidia expulerunt. Inter quas primi defecerunt Agyrinaei.

γ'. Ὅτι ὑπὸ Γαλατῶν Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς ἐσφάγη, καὶ πᾶσα ἡ Μακεδονικὴ δύναμις κατεκόπη καὶ διεφθάρη.

III. A Gallis Ptolemaeus rex trucidatus, omnesque Macedonum copiae conciſae ac deletae.

δ'. Ὅτι ἡ Καδμεία νίκη παροιμία ἐστίν. ἔστι δὲ οὕτως· [u] τὸ τοὺς νικήσαντας συμφορὰν ἔχειν, τοὺς δὲ ἡττημένους μηδὲν κινδυνεύειν διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἡγεμονίας.

IV. Cadmea victoria proverbium eſt, hoc ſenſu: quando victores clade afficiuntur: victi autem nihil periculi habent, ob imperii magnitudinem.

ε'. Ὅτι Φιντίας ὁ Φιντιάδος [x] κτίστωρ, Ἀκράγαντος τύραννος, εἶδεν ὄναρ δηλοῦν τὴν τοῦ βίου καταστροφήν· ὗν ἄγριον [y] κυνηγοῦντος, ὁρμῆσαι κατ' αὐτοῦ τὴν ὗν, καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ τοῖς ὀδοῦσι πατάξαι, καὶ διελάσαντα τῇ πληγῇ κτεῖναι.

V. Phintias, conditor Phintiadis, & Agrigenti tyrannus, ſomnium vidit, exitum illi vitae repraeſentans. Dum aprum venatur, ſus in eum ruere, latuſque ejus ferire dentibus, & tranſadacto vulnere ipſum perimere viſus.

ς'. Ὅτι Ἱκέτας ἐννέα ἔτη δυναστεύσας [z] Συρακούσης, ὑπὸ Θοινίωνος τοῦ Μαμέως ἐκβάλλεται τῆς τυραννίδος.

VI. Hicetas ubi IX. annos Syracuſis principatum tenuerat, a Thynione Mammei F. e tyrannide exigitur.

ζ'. Ὅτι Θοινίων καὶ Σώστρατος διαδεξάμενοι Ἱκέταν, οὗτοι πάλιν προσκαλοῦνται Πύρρον τὸν βασιλέα εἰς Σικελίαν.

VII. Thynion & Soſtratus Hicetae ſucceſſores. Hi Pyrrhum regem in Siciliam iterum arceſſunt.

η'. Ὅτι Μαμερτῖνοι, οἱ [a] Μεσσηνίους δολοφονήσαντες, συμμαχίαν μετὰ Καρχηδονίων ποιήσαντες ἔκριναν κοινῇ διακωλύειν Πύρρον τὴν εἰς Σικελίαν διάβασιν· Τυνδαρίων δὲ ὁ Ταυρομενίας τύραννος ἔκλινε πρὸς αὐτόν, καὶ ἕτοιμος ἦν [b] δέξασθαι τῇ πόλει τὰς μετ' αὐτοῦ δυνάμεις.

VIII. Mamertini fraudulenti Meſſeniorum interfectores, militiae foedus cum Carthaginenſibus pacti, decreto publico Pyrrhum a tranſitu in Siciliam prohibere ſtatuerunt. Tyndarion vero, Tauromenitae tyrannus, ad illum inclinabat, paratuſque erat in urbem recipere copias illi adjunctas.

θ'. Ὅτι Καρχηδόνιοι συμμαχίαν ποιήσαντες μετὰ Ῥωμαίων, πεντακοσίους ἄνδρας ἔλαβον εἰς τὰς ἰδίας

IX. Carthaginenſes, Romanis in ſocietatem adſcitis, Iͻ. viros in naves receperunt ſuas, & ad Rhe-

p Κανθάρισιν. q Τυνδάριος. r Λυφθεὶς. s Οἰκήσας. t Παραθαλάσσιος & ſtatim καὶ τὰς λαοὺς, quam copulam delevi ex Rhodom. imperio. u Τὸ τὰς idem corrigit. Erat τοῦ τάς. x Κτίστος. y Κυνηγῶν iterum Rhod. Legebatur κυνηγεῖν. z Συρακούσης & mox Μαμμίου. a Μεσσηνίων. b Δέξαι.

92. Καὶ λειφθεὶς πολλοὺς — ἀπέβαλε] Λειφθεὶς mutavi. Vid. L. XI, 68. P. Wess.

96. Ἔστι δὲ αὐτὴ παραθαλάσσιος] Situm urbis & haec & Eclog. I. lib. XXIV. bene ſignant, copioſius deſcriptum a Ph. Cluver. Sicil. Antiq. L. I. pag. 213. & Rich. Bentleii de Epiſt. Phalarid. Diſſert. p. 94. P. Wess.

1. Ὅθεν μιαιφόνος γεγονὼς &c.] Nimis haec ſunt abrupta. Vide an ita voluerit. Pertinent ad Phintiam pleniuſque in excerpt. Peireſc. p. 265. traduntur. P. Wess.

4. Ὅτι ὑπὸ Γαλατῶν Πτολεμαῖος &c.] Ptolemaeus Ceraunus, nequam & confidentis ingenii princeps. Lege Juſtin. L. XXIV, 5. Plut. Pyrrho p. 397. & Pauſan. Phocic. C. 19. pag. 843. P. Wess.

6. Ὅτι ἡ Καδμεία νίκη &c.] Ariſtides T. II. p. 219. κινδυνεύειν γὰρ καὶ τὸ ἀκαταστατεῖν, κινδυνεύειν τάχα δὲ τὴν ΚΑΔΜΕΙΑΝ ΝΙΚΗΝ νικᾷν, πρὸς ἡμᾶς ἀνομοίους καὶ κρείττους ἂν ἀγωνίζεσθαι. Confer not. in L. XI, 12. P. Wess.

13. Ὗν ἄγριον κυνηγοῦντος] Sic praeſtat, niſi κυνηγοῦντα loco ſecundi caſus, ut ſaepe, poſitum velis. Lege notas Gronovii ad Arrian. L. V. p. 212. & Hemſterhuſii in Luciani Halcyon. C. 8. Ad id vero Phintiae ſomnium venandique ſtudium non ſine ratione numi ex Paruta Tab. CLIV., inſcripti ſpumante apro & ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΦΙΝΤΙΑ a L. Begero Spicileg. Antiq. Faſcic. I. pag. 5. referuntur. Id in Excerptore culpandum, quod ὗν in paucorum verborum ambitu diverſo genere ornet. P. Wess.

17. Τοῦ Θοινίωνος] Adpellatur Θοίνων in Dionyſii Excerpt. Peireſc. p. 540. & Plut. in Pyrrho p. 398., unde Θοινίων verius erit & Θοίνων. Ad Hicetam referendi Syracuſani numi cum ΙΚΕΤΑ in Paruta Tab. CLIV. P. Wess.

19. Καὶ Σώστρατος] Infra Σωσίστρατος, quod hinc & ex Plutarchi dicto loco corrigit Rhodomannus. Sed idem nomen eſt, propterea Σωσίστρατος in Dionyſio cit. loc. & Polyaeno L. V, 37., artes, quibus Syracuſis potitus fuit, exponente. P. Wess.

23. Ἔκριναν — διακωλύειν Πύρρον &c.] Ita refingit Rhodom., quod verum erit, aut τὸ — διαβαίνειν certe. P. Wess.

28. Καρχηδόνιοι συμμαχίαν ποιήσαντες] Foederis hujus non oblitus

Rhegium tranſgreſſi, urbem quidem oppugnare coeperunt, ſed ab obſidione tandem deſiſtunt, & materie, quae ad compingendas ibi naves parata fuerat, incenſa, ad fretum praeſidiis cuſtodiendum, tranſitumque Pyrrhi obſervandum, permanſerunt.

X. Dum Thynio Inſulam in poteſtate habet, & Soſtratus Syracuſis dominatur, decies mille armatis inſtructi inter ſe belligerantur. Sed bello defeſſi ambo legatos ad Pyrrhum mittunt.

XI. Pyrrhus in Italia annos II. & menſes IV. bellum geſſit. Dumque ad diſceſſum ille ſe parat,
869. Carthaginenſes obſidione premunt Syracuſas terra marique, C. navibus in portu magno ſtationem habentes, & terreſtri exercitu quinquaginta millium prope muros caſtra metati, Syracuſios intra moenia continebant, & regionem excurſionibus ſuis vaſtabant. Quamobrem bello defatigati Syracuſani in Pyrrho ſpes habebant, propter Lanaſſam uxorem, Agathoclis F. ex qua Alexandrum ſuſceperat. Ideo legatos, alium poſt alium, quotidie mittebant. Ille igitur, collocatis in naves militibus atque Elephantis caeteroque inſtrumento, Tarento ſolvit, decimoque die ad Locros appulit. Inde fretum ingreſſus, cum in Siciliam trajeciſſet, ad Tauromenium defertur. Hinc adjuncto in ſocietatem Tyndarione principe Tauromeniae, militibusque ab eo acceptis Catanam devehitur, & ab incolis magnifice ſuſceptus, aureiſque coronis redimitus, copias terreſtres exponit. Quibus Syracuſas iter habentibus, claſſis ad pugnam adornata oras interim legit. Ut Syracuſis proximarunt, Carthaginenſes, quod ad uſus neceſſarios jam ante xxx. naves dimiſerant, cum reliquis belli fortunam tentare non audebant. Idcirco Pyrrhus citra diſcrimen Syracuſas pervenit, & a Thynione Inſula, reliquaque urbe a Syracuſanis & Soſiſtrato accepta, potitur. Is enim Agrigentum multaſque alias tenebat urbes, in armis habens milites ſupra decies mille. Atque tunc Thynionem & Soſiſtratum, Syracuſioſque reconciliavit & ad concordiam reduxit, magnumque ab hac pace favorem conſecutus eſt. Rex autem tela machinaſque & apparatum urbis accepit. Naves, quas Syracuſis accepit, fuere cxx. tectae, & xx. apertae: Sed & regia Enneris erat. Univerſa igitur claſſis, cum iis quae cum ipſo advectae fuerant, cc. numerum excedebat. Eo dum occupatur, legati ex Leontinis, ab Heraclida dynaſta miſſi, veniebant renunciantes,

ναῦς καὶ εἰς τὸ Ῥήγιον διαβάντες, προσβολὰς μὲν ποιησάμενοι τῆς πολιορκίας ἀπέστησαν, τὴν δὲ παρεσκευασμένην ὕλην εἰς ναυπηγίαν [c] ἐνέπρησαν, καὶ διέμειναν φυλάττοντες τὸν πορθμὸν, παρατηροῦντες τὴν διάβασιν Πύῤῥου.

Ὅτι Θοινίων τῆς Νήσου κυριεύων, καὶ Σωστράτου τῆς Συρακούσης τυραννοῦντος, ἔχοντες στρατιώτας μυρίους διεπολέμουν [d] ἀλλήλους· ἀμφότεροι δὲ κάμνοντες ἐν τῷ πολέμῳ, διεπρεσβεύοντο πρὸς Πύῤῥον. ι'.

Ὅτι Πύῤῥος ἐν Ἰταλίᾳ ἐπολέμησεν ἔτη δύο, καὶ μῆνας τέσσαρας. Ὅτι τούτου παρασκευαζομένου πρὸς τὸν ἔκπλουν, τὰς Συρακούσας Καρχηδόνιοι ἐπολιόρκουν καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, ἑκατὸν ναυσὶν [e] ἐφορμοῦντες τῷ μεγάλῳ λιμένι· πεζῶν δὲ πέντε μυριάσι πλησίον τῶν τειχῶν στρατεύοντες, τειχήρεις συνεῖχον τοὺς Συρακουσίους, καὶ τὴν χώραν αὐτῶν κατατρέχοντες, ἔρημον κατεσκεύασαν. διὸ τῷ πολέμῳ κάμνοντες οἱ Συρακούσιοι, τὰς ἐλπίδας εἶχον ἐν τῷ Πύῤῥῳ διὰ [f] Λάνασσαν τὴν γυναῖκα, τὴν θυγατέρα Ἀγαθοκλέους, ἐξ ἧς ἐγέννησεν Ἀλέξανδρον υἱόν· καὶ διὰ τοῦτο καθ' ἡμέραν ἄλλους ἐπ' ἄλλοις πρέσβεις ἔστελλον πρὸς αὐτόν. ἐμβιβάσας δὲ τὸν λαὸν εἰς τὰς ναῦς καὶ τοὺς ἐλέφαντας, καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν, ἐξέπλευσεν ἐκ τοῦ Τάραντος, καὶ δεκαταῖος εἰς Λοκροὺς κατῆρεν· ἐντεῦθεν καταπλεύσας τὸν πορθμὸν, καὶ διάρας Σικελίαν κατῆρεν εἰς τὸ Ταυρομένιον. ἐκεῖθεν προσλαβόμενος εἰς συμμαχίαν Τυνδαρίωνα, τὸν δυνάστην Ταυρομενίας, λαβὼν παρ' αὐτοῦ στρατιώτας, κατέπλευσεν εἰς τὴν Κατάνην· καὶ προσδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων [g] μεγάλως, καὶ χρυσοῖς στεφάνοις στεφθεὶς, ἀπεβίβασε τὴν πεζὴν δύναμιν. ταύτης δὲ πορευομένης εἰς Συρακούσας, καὶ ὁ στόλος συμπαρέπλει κεκοσμημένος πρὸς ναυμαχίαν. ὡς δὲ πλησίον ἐγένοντο Συρακούσης, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι προαπεσταλκότες τριάκοντα ναῦς, διά τινας χρείας ἀναγκαίας, ταῖς καταλελειμμέναις οὐκ ἐτόλμησαν πολεμῆσαι. διόπερ Πύῤῥος ἀκινδύνως διέπλευσεν εἰς Συρακούσας, καὶ παραλαβὼν τὴν Νῆσον παρὰ Θοινίωνος, τὴν ἄλλην πόλιν παρὰ [h] Συρακουσίων, καὶ Σωσιστράτου· οὗτος δὲ ἐκυρίευσεν Ἀκράγαντος, καὶ πολλῶν ἄλλων πόλεων, ἔχων στρατιώτας ὑπὲρ τοὺς μυρίους· καὶ τὸν μὲν Θοινίωνα καὶ Σωσίστρατον καὶ τοὺς Συρακουσίους κατήλλαξε καὶ εἰς ὁμόνοιαν ἤγαγεν, ὡς μεγάλης ἀποδοχῆς διὰ τὴν εἰρήνην [i] (τετευχώς) ὁ δὲ βασιλεὺς παραλαβὼν τά τε βέλη, καὶ τὰς μηχανὰς, καὶ τὰς ἐν τῇ πόλει παρασκευάς. αἱ δὲ ναῦς, ἃς παρέλαβεν ἐν ταῖς Συρακούσαις, (ἦσαν) κατάφρακτοι ἑκατὸν εἴκοσι, καὶ ἄφρακτοι εἴκοσι· ἡ μὲν βασιλικὴ [k] ἐννήρης. ὁ δὲ σύμπας στόλος σὺν ταῖς μετ' αὐτοῦ κομισθείσαις πλείους διακοσίων. ἐν τούτῳ δὲ ὄντος αὐτοῦ, ἧκον πρέσβεις ἐκ Λεοντίνων ὑπὸ Ἡρακλείδου τοῦ δυνάστου, [l] λέγοντες παραδώσειν

c Ἐνέπρησε. d Ἀλλήλοις Rhod. e Ἐφορμῶντες & ſtatim πεζῇ. f Μάνασσαν Ed. Hoeſch., poſt pauca ἔστελλον πρὸς. g Μεγάλως. h Συρακουσίων. i Τετευχὼς deerat. Adſtruxit Rhodom., qui & mox παρέλαβε. k Θ' ἤρης ex ſcribendi compendio. Deficiebat paullo ante ἦσαν. l Λέγοντες Rhodom. Erat λέγοντος.

bitus eſt *Livius* Epit. lib. XIII, quod *Polybius* L. III, 25. ex ipſis tabulis exhibet. P. Wess.

35. Τῆς Νήσου κυριεύων] Thynion, ſeu Thoenon potius inſulam Ortygiam, quam NASON Syracuſani vocabant, armatis inſederat militibus, reliqua urbe Soſiſtrato parebat. Τὴν ἐν Συρακούσαις νῆσον Thoenoni tribuit *Dionyſius* Excerpt. *Vales.* pag. 541. Auctorque ipſe Ecloga ſequente. P. Wess.

49. Ἐξ ἧς ἐγέννησεν Ἀλέξανδρον] Lege *Plut.* in Pyrrho p. 387. Nam *Juſtinus* Helenum ex Agathoclis filia ſuſceptum referens L. XXIII, 3. errorem excuſare non poteſt. P. Wess.

55. Καὶ διάρας Σικελίαν] *Rhodomanus* forte, inquit, διαβὰς εἰς Σικελίαν. Ego vero διάρας non damno, εἰς recipio; cogitandum tamen, fuerintne καὶ διάρας, τῆς Σικελίας κατῆρεν εἰς τὸ Ταυρομένιον ſive Ταυρομενίαν, ut *Rhodom.* malebat, quomodo *Diodorus* plerumque. L. Rhod.

67. Καὶ παραλαβὼν &c.] Lege παρέλαβε — παρὰ Συρακουσίων — Σωστράτου. Nam ita *Plutarchus* hunc vocat, cui & Θοινίων eſt Θοίνων (in Pyrrho p. 398.) P. Wess.

79. Ὁ δὲ σύμπας στόλος σὺν ταῖς &c.] In numeri notis vitium eſſe reor. Pyrrhus a Soſiſtrato & Thoenone accepit ναῦς καταφράκτους ἐγγὺς τι διακοσίας, *roſtratas ferme naves ducentas*, teſte *Dionyſio* Excerpt. *Peireſc.* p. 540. Praeterea in Siciliam tranſmiſerat ex Italia peditum XXX. millia, equitum duo & quingentos, nam *Appiani* Excerpt. *Urſin.* VII. equitum octo millia veri fidem videntur excedere, navibus ducentis apud *Plut.* Pyrr. p. 397. Quid ſi πλείους τριακοσίων fuerit? P. Wess.

91. Μύρια πεντακισχίλια μυριάδων] Sic bene *Rhodomannus*. In *Pauſaniae* L. X, 19. in catalogum peditum duo millia adduntur, equites

σειν τῷ βασιλεῖ τὴν πόλιν, καὶ τὰ φρούρια καὶ στρατιώτας πεζοὺς τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντακοσίους. ἧκον δὲ καὶ ἕτεροι πλεῖστοι εἰς Συρακούσας, λέγοντες τὰς πόλεις παραδώσειν, καὶ συνεργήσειν τῷ Πύῤῥῳ. ὁ δὲ πάντας φιλανθρώπως ἀποδεξάμενος, ἀπέλυσεν εἰς τὰς ἰδίας πατρίδας, ἐλπίζων καὶ Λιβύης τυχεῖν.

ιβ'. Ὅτι ὁ λιμὴν ὁ Κορινθιακὸς Λέχαιος καλεῖται.

ιγ'. Ὅτι Βρέννος, ὁ βασιλεὺς Γαλατῶν, μετὰ πεντεκαίδεκα [m] μυριάδων θυρεοφόρων, καὶ ἱππέων μυρίων, καὶ ἑτέρου ἀγοραίου ὄχλου, καὶ ἐμπόρων πλείστων, καὶ ἁμαξῶν δισχιλίων, εἰς Μακεδονίαν ἐλθὼν πόλεμον ἐπήνεγκεν· ἐν ᾧ πολλοὺς στρατιώτας ἀπέβαλεν, ὥστε μὴ [n] ἰσχῦσαι, ὕστερον εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐλθὼν, καὶ εἰς τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον, θέλων ἀποσυλῆσαι αὐτό· καὶ πολλοῦ πολέμου γεγονότος, μυριάδας ἐκεῖσε στρατιωτῶν ἀποβαλὼν, ἐπλήγη καὶ αὐτὸς Βρέννος τρισὶ πληγαῖς. βαρυνόμενος δὲ καὶ πρὸς θάνατον, συναγαγὼν τὸν λαὸν αὐτοῦ, διελάλησε τοῖς Γαλάταις, συμβουλεύσας αὐτοῖς ἑαυτὸν καὶ τοὺς τραυματίας ἅπαντας ἀποκτεῖναι, καὶ τὰς ἁμάξας καύσαντας εὐζώνους εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπανελθεῖν· βασιλέα δὲ καταστῆσαι Κιχώριον. Βρέννος δὲ ἄκρατον πολὺν ἐμφορησάμενος, ἑαυτὸν ἀπέσφαξε. Κιχώριος δὲ τοῦτον θάψας, τοὺς τραυματίας, καὶ τοὺς ἀπὸ χειμῶνος καὶ πείνης ταλαιπωρήσαντας ἀνεῖλεν, ὄντας περὶ δισμυρίους· καὶ οὕτως (ἅμα) τοῖς λοιποῖς διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ πρὸς οἶκον τὴν πορείαν ἐποιεῖτο. κατὰ δὲ τὰς δυσχωρίας οἱ Ἕλληνες ἐπιτιθέμενοι, τὰς [o] οὐραγίας ἀπέκοπτον, καὶ τὴν ἀποσκευὴν ἦραν ἅπασαν. πορευόμενοι δὲ πρὸς Θερμοπύλας, καὶ σπανιζούσης αὐτοῖς τροφῆς, ἀπέλιπον ἄλλους δισμυρίους· διὰ δὲ [p] τῶν Δαρδάνων διερχόμενοι, ἅπαντες διεφθάρησαν, καὶ οὐδεὶς ὑπελείφθη ἀπελθεῖν οἶκον.

Ὁ Πύῤῥος τὰ κατὰ Συρακούσας καὶ Λεοντίνους καταστησάμενος μετὰ δυνάμεως ἐπὶ τὸν Ἀκράγαντα προῆλθεν. ὄντος δὲ αὐτοῦ περὶ τὴν ὁδοιπορίαν, ἧκον ἐν ναυσὶ, λέγοντες, τὴν φρουρὰν τῶν Καρχηδονίων ἐκβεβληκέναι, ἣν εἶχον, ὅπως μὴ Φιντίας δυναστεύσῃ αὐτῶν, λέγοντες, τὴν πόλιν παραδώσειν καὶ συμμάχους γενέσθαι. αὐτοῦ δὲ ἀναλαβόντος τὴν στρατιὰν, εἰς Ἀκράγαντα παραγενόμενος, τὴν μὲν πόλιν ἔλαβε παρὰ Σωσιστράτου, καὶ τοὺς στρατιώτας, πεζοὺς μὲν ὀκτακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ ὀκτακοσίους, πάντας δὲ ἐπιλέκτους, οὐδὲν ἀπολιπομένους τῶν Ἠπειρωτῶν. παρέλαβε δὲ καὶ τριάκοντα πόλεις, ὧν ἦρχε Σωσίστρατος. μετὰ δὲ ταῦτα ἀποστείλας εἰς Συρακούσας ἤγαγεν ὄργανα πολιορκητικὰ, καὶ βελῶν πλῆθος. ἐστράτευσεν ἐπὶ τῆς τῶν Καρχηδονίων ἐπικρατείας, ἔχων πεζοὺς τρισμυρίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους καὶ πεντακοσίους, καὶ ἐλέφαντας. καὶ πρώτην πόλιν Ἡράκλειαν [q] ὑπηγάγετο, φρουρουμένην ὑπὸ Καρχηδονίων. μετὰ δὲ ταῦτα Ἀζώνας παρέλαβεν. εἶτα

ſe urbem regi tradituros, una cum praeſidiis, & peditibus quater mille, Equitibuſque Iɔ. Complures etiam alii tum aderant Syracuſis, Pyrrho & urbium deditionem & auxilia pollicitantes. Is cunctos humaniter acceptos, in patrias ſuas remiſit, etiam Africa ſe potiturum ſperans.

XII. Portus Corinthiacus Lechaeus vocatur.

XIII. Brennus, Galatarum rex, cum CL. mil- 870. libus ſcutatorum & ccIɔɔ. equitum, caeteraque turba circumforanea, & mercatoribus plurimis, bis mille inſuper plauſtris, in Macedoniam progreſſus, bellum genti intulit, & ingentem militum jacturam fecit, ut nihil virium haberet impreſſione in Graeciam facta & oraculum apud Delphos, quantumvis expilare iſtud cupiens. Nam pugnae dum crebrae committuntur, myriadibus ibi aliquot deſideratis, Brenno etiam ipſi vulnera aliquot infliguntur. Ad mortem igitur gravatus, convocato ſuorum agmine ad Galatas verba fecit, iisque conſuluit, ut tum ipſum, tum vulneratos univerſos interficerent, crematisque plauſtris, expediti domum redirent, & Cichorium ſibi regem conſtituerent. Brennus tandem cum mero affatim ſe ingurgitaſſet, ſemet ipſe confodit. Quem ubi tumularat Cichorius, ſaucios & a tempeſtate fameque aegre habentes ad ccIɔɔ. ccIɔɔ. interemit. Atque ita cum ſuperſtitibus eadem via domum iter fecit. At circa locorum difficultates, ex inſidiis Graeci incumbentes, extremum agmen reſecare, impedimentaque omnia auferre. Ad Thermopylas deinde progreſſi, cum alimenta eos deficerent, alia xx. millia relinquunt. Dardanorum tandem regionem peragrantes, univerſi pereunt, ita ut nec unus ſupereſſet, qui domum rediiſſet.

XIV. Caeterum Pyrrhus, ubi apud Syracuſas & Leontinos res conſtituiſſet, cum exercitu Agrigentum verſus progreditur. Dumque adhuc in via eſt, in navibus occurrunt, qui nuncient ſe impoſitum a Carthaginenſibus praeſidium exturbaſſe, ne Phintias ipſis dominetur, urbemque ſe fidei illius permiſſuros, bellique ſocios fore, ſpondeant. Aſſumtis igitur copiis, cum Agrigentum veniſſet, urbem a Soſiſtrato accepit & milites, peditum, Iɔɔ. cIɔ. cIɔ. cIɔ. Equites vero Iɔ. ccc. delectos omnes, nihiloque inferiores Epirotis. In fidem etiam accepit xxx. urbes, quibus imperaverat Soſiſtratus. Poſthaec Syracuſas miſit, qui inſtrumenta expugnandis urbibus adveherent ac multitudinem telorum: Cum quibus expeditionem fecit in Carthaginenſium ditionem, habens in peditatu ccIɔɔ. ccIɔɔ. ccIɔɔ. in equitatu mille quingentos, & Elephantes aliquot. Primamque urbium Heracleam ſubegit, Carthaginenſium praeſidio firmatam. Deinde Azones occupat. Hinc Selinuntii regi ſe adjun-

[m] Μυριάδας. [n] Ἰσχύσας & ἀπέβαλλον. [o] Ἀργίας. Paullo ante ἅμα deerat. Addidit *Rhodom.* [p] Τῶ Δαρδάνων. [q] Ἠγάγετο. Paullo ante ἐπικράτειας legebatur.

equites vicies mille fuiſſe perhibentur & quadringenti, ſed ſpecie tenus, reapſe plures, ſicuti ibidem docetur. P. Wess.

4. Βασιλέα δὲ καταστῆσαι Κιχώριον] *Pausanias* Ἀκιχώριον ſemper adpellat L. x. pag. 844. & pag. 856., ubi de Brenni morte non diſſimilia. *Juſtinum* adde L. xxiv, 8., cui de veneno, quod ex *Pauſania* adſcripſit *Voſſius*, nihil eſt. P. Wess.

14. Διὰ δὲ τοῦ Δαρδάνου διερχόμενοι] Lege τῶν Δαρδάνων & vide *Plinium* L. iv. cap. 10. L. Rhod.

Διὰ τῶν Δαρδάνων διερχόμενοι] Optime *Rhodomannus*. Per Dardanorum fines, quos in Graeciam maturantes tranſierant, *Plutarcho* teſte, redire conſtituerunt. Id vero tolerabile, quod ab Auctore ſubjungitur, καὶ οὐδεὶς ὑπελείφθη ἀπελθεῖν οἶκον. Non item *Juſtini* L. xxiv, 8. *Quo pacto evenit, ut nemo ex tanto exercitu, — vel ad memoriam tantae cladis ſupereſſet.* Superfuerunt enim plures, pars in Aſiam, alii in Aegyptum deportati. Confer *Callimachum* H. Del. v. 145., quaeque ibi veteres Critici & Illuſt. *Spanhemius*. P. Wess.

18. Ἐπὶ τὸν Ἀκράγαντα] *Diodorus*, ſi paucos a librariis depravatos ſepoſueris locos, τὸν Ἀκράγαντα vocat: aliud Eclogarum excerptori placuit. Vid. Eclog. 2. lib. xxiii. Statim λέγοντες inſcite iteratur. P. Wess.

30. Βελῶν πλῆθος. ἐστράτευσεν &c.] Deeſt forte μεθ' ὧν ἐστράτευσεν. Mox numerus elephantorum deficit. L. Rhod.

35. Ἀζώνας παρέλαβεν] Eo cognomine urbem arcemve in Sicilia non reperies. *Ph. Cluverius* Sicil. Antiq. L. ii. p. 390. Μάζαραν, quod Selinuntiorum caſtellum erat L. xxiii. Eclog. 9., ſubſtituit, haud ſcio an prave. Ἀλικυαῖοι καὶ Αἰγεσταῖοι ab eodem Ἁλικυαῖοι & Ἐγεσταῖοι eſſe jubentur: quorum hoc pari peccato deturpatum Eclog. 12. lib. xxi. animadvertimus, illud recurret L. xxiii. Eclog. 3. P. Wess.

jungunt ; Itemque Halicyaei & Aegeſtani alia-
871. que civitates plurimae. Erycina tunc non contemnendum habebat praeſidium Carthaginenſium, natura alioqui firma & expugnatu difficilis. Hanc vi per oppugnationem capere ſtatuerat Pyrrhus: ideoque machinas moenibus admovet. Cum ingens ad multum temporis validaque fieret oppugnatio, rex gloriam ſibi comparare volens, & ad Herculis ſe modum conformans, princeps in moenia irruit, pugnamque ciens heroicam invadentes ipſum Carthaginenſes caedit, & tandem ſuppetias ferentibus amicis caeteris, ſumma vi urbem capit. Conſtituto autem ibi praeſidio, ad Aeginorum urbem contendit firmitate inſignem, & pulcro ad Panormum ſitu. Cumque Jetini ſe ultro accommodarent, ſtatim Panormitarum urbem aggreditur, quae pulcerrimum inter Siciliae urbes portum habet. Ex quo etiam appellationem iſtam urbs conſecuta eſt. Hanc ipſam etiam vi ſubegit. Et munitione Erctarum occupata, totam Carthaginenſium ditionem ſuae poteſtatis & arbitrii fecit, praeter Lilybaeum. Haec enim urbs a Carthaginenſibus erat condita, poſtquam Dionyſius tyrannus Motyam expugnarat Carthaginenſium. Congregatos enim, quos ex illa reliquos fecerat excidium, Lilybaei collocarant. Jamque in obſidendae hujus apparatu erat Pyrrhus, cum ex Africa Carthaginenſes vim copiarum memorabilem ad Lilybaeum transfretarunt: Et quia penes illos imperium maris, magnam annonae copiam, machinas etiam & tela incredibili numero advexerunt. Et quia urbs magna ſui parte in mare proſpectabat, acceſſum a continente praemuniverunt, crebris turribus excitatis, eductaque foſſa ingente. Tum legatos ad regem de transactione ac pacto miſerunt, ad paciſcendum, pecuniaſque tradendum parati. At cum pecuniae penſionem rex non admitteret: Lilybaeum tamen Carthaginenſibus concedere perſuaſum haberet: neceſſarii, qui tum concilio intererant, & legati civitatum avocantes illum, contenderunt, ne ullo modo Barbaris permitteret, ut acceſſum in Siciliam haberent: ſed ex tota Inſula Poenos abigeret, imperiumque pelago definiret. Continuo itaque rex prope moenia caſtra metatus, initio crebris murum incurſationibus per vices impetit: ſed Carthaginenſes eum repellunt, multitudine propugnatorum, & apparatus magnitudine adjuti. Tanta enim catapultarum tum acute ferientium, tum ſaxa ejaculantium vis coacta illis erat, ut appara-
872. tus copiam murus haud caperet. Ideo cum omnis generis tela in oppugnantes intorquerentur, multique oppeterent, nec pauci vulnerarentur, infe-

Σελινούντιοι τῷ βασιλεῖ προσεχώρησαν, εἶτα Ἀλικυαῖοι, καὶ Αἰγεσταῖοι, καὶ ἄλλαι πλεῖσται πόλεις. Ἐρυκίνης δὲ ἐχούσης φρουρὰν ἀξιόλογον Καρχηδονίων, καὶ φύσει ἐχούσης ὀχυρὰν καὶ δυσπολιόρκητον, ἔκρινεν ὁ Πύῤῥος βίᾳ ταύτην ἐξελεῖν διὰ πολιορκίας. διὸ καὶ τοῖς τείχεσι προσαγαγὼν μηχανὰς, καὶ πολιορκίας μεγάλης γενομένης καὶ ἰσχυρᾶς ἐπὶ πολὺν χρόνον, βουλόμενος φιλοδοξῆσαι ὁ βασιλεὺς, καὶ τὴν Ἡρακλέους τάξιν ἁμιλλώμενος, πρῶτος τοῖς τείχεσιν ἐπέβαλε, καὶ μάχην ἡρωϊκὴν συστησάμενος, τοὺς ἐπιῤῥάξαντας Καρχηδονίους ἀπέκτεινε. συνεπιλαβομένων δὲ καὶ τῶν ἄλλων φίλων, [r] κατὰ κράτος εἷλε τὴν πόλιν. φρουρὰν δὲ καταστήσας ἐν αὐτῇ, ἐπῆρε πρὸς τὴν Αἰγινέων πόλιν ὀχυρότητι διαφέρουσαν, καὶ κατὰ τοῦ Πανόρμου καλῶς κειμένην· τῶν δὲ Ἰετινῶν ἑκουσίως προσχωρησάντων, εὐθὺς ἧκεν ἐπὶ τὴν Πανορμιτῶν πόλιν, ἔχουσαν λιμένα κάλλιστον [s] τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν, ἀφ᾽ οὗ καὶ τὴν πόλιν συμβέβηκε τετευχέναι ταύτης τῆς προσηγορίας. εἷλε δὲ καὶ ταύτην κατὰ κράτος· καὶ τῶν Ἐρκτῶν κατασχὼν τὸ ὀχύρωμα, πάσης τῆς Καρχηδόνος ἐπεκράτησε δυνάμεως, καὶ κύριος ἐγένετο, πλὴν τοῦ Λιλυβαίου. αὕτη γὰρ ἡ πόλις ὑπὸ Καρχηδονίων ἐκτίσθη, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Καρχηδονίων Μοτύης ὑπὸ Διονυσίου τοῦ τυράννου. τοὺς γὰρ ἐκ ταύτης ὑπολειφθέντας ἀθροίσαντες κατῴκισαν εἰς τὸ Λιλύβαιον. τοῦ δὲ Πύῤῥου περὶ τὴν πολιορκίαν ταύτης παρασκευαζομένου, διεβίβασαν ἐκ τῆς Λιβύης οἱ Καρχηδόνιοι δύναμιν ἀξιόλογον εἰς τὸ Λιλύβαιον· πολὺν δὲ σῖτον ἐκόμισαν θαλασσοκρατοῦντες, μηχανὰς δὲ καὶ βέλη πλῆθος ἄπιστον. οὔσης δὲ τῆς πόλεως τὸ πλεῖστον μέρος ἐν θαλάσσῃ, τὰς ἀπὸ τῆς γῆς προσόδους ἐτείχισαν, καὶ πύργους πυκνοὺς ἐποίησαν καὶ τάφρον ὀρύξαντες μεγάλην, διεπρεσβεύσαντο πρὸς τὸν βασιλέα ὑπὲρ διαλύσεως καὶ εἰρήνης, [t] (ἕτοιμοι) συνθέσθαι, καὶ χρημάτων πλῆθος δοῦναι. τοῦ βασιλέως χρήματα λαβεῖν μὴ προσδεχομένου, πεισθέντος δὲ τὸ Λιλύβαιον συγχωρῆσαι τοῖς Καρχηδονίοις, οἱ μετέχοντες τοῦ συνεδρίου φίλοι, καὶ οἱ ἀπὸ τῶν πόλεων, ἀπεκαλοῦντες μηδενὶ τρόπῳ συγχωρεῖν τοῖς Βαρβάροις ἐπιβάθραν ἔχειν κατὰ τῆς Σικελίας, ἀλλ᾽ ἐξ ἁπάσης αὐτῆς ἐξελάσαι τοὺς Φοίνικας, καὶ ὁρίσαι τῷ πελάγει τὴν ἐπαρχίαν· [u] εὐθὺς ὁ βασιλεὺς πλησίον τῶν τειχῶν καταστρατοπεδεύσας, τὸ μὲν πρῶτον συνεχῶς τοῖς τείχεσιν ἐποιεῖτο προσβολὰς ἐκ διαδοχῆς· ἠμύναντο δὲ οἱ Καρχηδόνιοι διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀγωνιζομένων, καὶ τὸ μέγεθος τῆς παρασκευῆς. τοσοῦτον γὰρ πλῆθος καταπελτῶν ὀξυβελῶν τε καὶ πετροβόλων [x] ἤθροιστο παρὰ Καρχηδονίοις, ὥστε τὸ πλῆθος μὴ χωρεῖν τὸ τεῖχος τῆς παρασκευῆς. διὸ καὶ βελῶν παντοδαπῶν ἀγομένων ἐπὶ τοὺς πολιορκοῦντας, [y] πολλῶν πιπτόντων, πολ-

r Κατακράτος. s Τὸν κατὰ Σικελίαν. t Ἕτοιμοι debetur *Rhodom.* u Εὐθὺς οὖν idem. x Ἤθροιστο. Mox ἀχθομένων. y Καὶ πολ. μὲν *Rhodom.*

36. Εἶτα Ἀλικυαῖοι] Pro Ἀλικυαῖοι lege Ἁλικυαῖοι auctoritate *Plinii* & *Stephani Byzantini*. L. Rhod.

43. Καὶ τὴν Ἡρακλέους τάξιν ἁμιλλώμενος] Haec egregie a *Plut.* in Pyrrho p. 398. A. illuſtrantur. P. Wess.

47. Κατὰ κράτος εἷλε] Legebatur κατακράτος, quod vitioſe atque acſi adverbium eſſet compoſitum, ſcribi, recte monuit *Rhodomannus*: ſed in ſcriptis libris & vetuſte cuſis κατακράτος frequentatur. In *Baſil. Diodori* ἐκδόσει paene perpetuum eſt. Κατακράτος, κατατάχος, κατιδίαν, [illegible] & ſimilia ſemper *Reg. pr.* Lege quae de hoc genere diligentiſſime commentatus in Celeb. *Dukeri* Praefat., *Thucydidi* praefixa, *Joſeph. Waſſe.* P. Wess.

49. Ἐπῆρε πρὸς τὴν Αἰγινέων] Praeſtat ἀπῆρε. Pravum etiam eſt Αἰγινέων vocabulum, quod poſt *Rhodom.* in not. Correct. operam *Ph. Cluverius* Sicil. Ant. L. II. p. 390. Ἰετινῶν eſſe juſſit. Quae ſtatim ſuccedunt, utrique favent. P. Wess.

53. Τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν] *Rhodomannum* ſecutus ſum. Poſſes leviore opera ac mutatione κατὰ τὴν τῶν Σικελῶν legere. P. Wess.

55. Καὶ τῶν Ἐρκτῶν] Infra L. XXII. Eclog. XII. Ἑρκτὴν φρούριον nominat. L. Rhod.

Καὶ τῶν Ἐρκτῶν — ὀχύρωμα] *Polybius* L. I, 56. ἐπὶ τὰς Ἑρκτὰς λεγομένας τόπους, cui propter mare inter Erycem & Panormum ſedem attribuit. Conſule *Ph. Cluverii* Sicil. Antiq. L. II. pag. 277. P. Wess.

58. Μετὰ τὴν ἅλωσιν — Μοτύης] Inſpice not. in L. XIII, 54. P. Wess.

65. Μηχανὰς — πλῆθος ἄπιστον] Debetur compendii auctori. *Diodorus* μηχανῶν &c. πλῆθος ſcripſiſſet. P. Wess.

75. Ἀπεκαλοῦντες μηδενὶ τρόπῳ συγχωρεῖν] Deeſſe ἔλεγον arbitratur *Rhodomannus*, quicum, tametſi id verbum ſaepe reticeatur, diſſentire nolo. P. Wess.

86. Καὶ βελῶν — ἀγομένων] Ἀχθομένων quod olim erat, ita vir doctus reſinxit, arbitratus & ἀχθομένων poſſe legi. Ego ἀφιεμένων praeferrem. P. Wess.

99. Πολ-

πολλῶν δὲ τραυματιζομένων, ἠλαττοῦτο Πύῤῥος· ἐπεβάλετο καὶ αὐτὸς [z] μηχανὰς ὁ βασιλεὺς κατασκευάζειν, (χωρὶς) τῶν ἐκ Συρακούσης ἐνεχθεισῶν αὐτῷ. καὶ διὰ τῆς μεταλλείας ἐπεβάλετο τὰ τείχη σαλεῦσαι. τῶν δὲ Καρχηδονίων ἀντιμαχομένων, διὰ τὸ πετρώδη εἶναι τὸν τόπον, δύο μῆνας πολιορκήσας, καὶ ἀπογνοὺς τὴν ἐκ τῆς βίας ἅλωσιν, ἔλυσε τὴν πολιορκίαν. κρίνας δὲ στόλον μέγαν κατασκευάζειν, καὶ διὰ [a] τούτου θαλασσοκρατήσας δυνάμεις πρὸς Λιβύην διαβιβάζειν, ἔτρεπε τὴν ὁρμήν.

ιε'. Τῶν δὲ τὴν Μεσσήνην οἰκούντων Μαμερτίνων ηὐξημένων. . . . πολλὰ μὲν φρούρια. . . . αὐτοὶ δὲ εὔζωνον ποιήσαντες τὴν δύναμιν, ἧκον ἐν τάχει βοηθήσαντες τῇ Μεσσήνῃ πολεμουμένῃ. ὁ δὲ Ἱέρων, ἀπαλλαγεὶς ἐκ τῆς πολεμίας, Μύλας κατὰ κράτος ἑλών, ἐκυρίευσε στρατιωτῶν χιλίων καὶ πεντακοσίων· εὐθὺς δὲ καὶ τἄλλα χωρία χειρωσάμενος, κατήντησεν ἐπὶ τὸ Ἀμήσελον, κείμενον μεταξὺ Κεντοριπίνων καὶ [b] Ἀγυριναίων· ὀχυροῦ δὲ ὄντος, καὶ πολλοὺς στρατιώτας ἔχοντος, ἐκπολιορκήσας τὸ χωρίον, τοῦτο μὲν κατέσκαψε· τοὺς δὲ φρουροῦντας ἀπολύσας τῶν ἐγκλημάτων, ἔταξεν εἰς τὰς ἰδίας τάξεις. τὴν δὲ χώραν τὴν μὲν τοῖς Κεντοριπίνοις, τὴν δὲ τοῖς Ἀγυριναίοις ἐδωρήσατο. μετὰ δὲ ταῦτα Ἱέρων, ἔχων δύναμιν ἀξιόλογον, ἐστράτευσεν ἐπὶ Μαμερτίνους, καὶ τὴν μὲν Ἄλαισαν [c] παραδοῦσαν προσηγάγετο. ὑπὸ δὲ Ἀβακαινίνων καὶ Τυνδαριτῶν προθύμως προσδεχθεὶς, ἐκυρίευσε τῶν πόλεων τούτων· καὶ εἰς στενὴν χώραν συνέκλεισε τοὺς Μαμερτίνους. ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους τὴν ἐγγὺς [d] Μεσσήνης εἶχε πόλιν τὴν Ταυρομενιτῶν, ἀπὸ δὲ τοῦ Τυῤῥηνικοῦ τὴν Τυνδαριτῶν. ἐμβαλὼν δὲ εἰς Μεσσήνην, κατεστρατοπέδευσε παρὰ τὸν Λοιτανὸν ποταμὸν, πεζοὺς ἔχων μυρίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους πεντακοσίους, ἀντεστράτευσαν δὲ καὶ Μαμερτῖνοι ἔχοντες πεζοὺς ὀκτακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ μ'. στρατηγὸν δὲ εἶχον Κίωνα. οὗτος δὲ μάντεις ἀθροίσας ἱεροσκόπους, [e] (καὶ) θύσας ἐπηρώτησε περὶ τῆς μάχης. τῶν δὲ ἀποφηναμένων, ὅτι διὰ τῶν ἱερῶν οἱ θεοὶ σημαίνουσι, νυκτερεύσειν ἐν τῇ παρεμβολῇ τῶν πολεμίων· [f] περιχαρὴς ἦν, ὡς κυριεύσων τῆς τοῦ βασιλέως στρατοπεδείας· εὐθὺς ἐκτάξας τὴν δύναμιν, ἐπειρᾶτο διαβαίνειν τὸν ποταμόν. Ἱέρων δ' ἔχων τοὺς φυγάδας Μεσσηνίους διακοσίους συστρατευομένους, διαφέροντας ταῖς ἀνδρείαις καὶ ἀρεταῖς, προσθεὶς αὐτοῖς ἄλλους τετρακοσίους ἐπιλέκτους, προσέταξε τὸν πλησίον λόφον τὸν ὀνομαζόμενον Θώρακα περιελθεῖν, καὶ τοῖς πολεμίοις κατὰ νώτου προσπεσεῖν· αὐτὸς δὲ τὴν δύναμιν ἐκτάξας, κατὰ στόμα ἀπήντα. γενομένης δὲ περὶ τὸ ῥεῖθρον ἱππομαχίας, ἅμα καὶ τῶν πεζῶν παρατάξεως τοῦ βασιλέως προκατειληφότων ὀφρύν τινα περὶ τὸν ποταμὸν, καὶ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου πλεονεκτοῦντος· μέχρι μὲν τι-

rior abibat Pyrrhus. Machinas tamen fabricari etiam ipſe aggreſſus eſt, praeter adductas ipſi a Syracuſis. Et ſuffoſſione muros labefactare conatur. Sed cum ſtrenue pugnando reſiſterent Carthaginenſes, locusque petricoſus eſſet, continuata per duos menſes obſidione, ſpe per vim capiendae urbis deſiſtens, obſidionem ſolvit. Magnam igitur claſſem adornare, & hac maris imperium occupare, exercitum in Africam tranſportare ſecum ubi decreverat, alio impetum ſuum convertit.

XV. Cum Mamertini, qui Meſſenen incolebant, creviſſent, Caſtella ſane multa praeſidiis munierunt. Ipſi autem cum agmine, quod expeditum eſſe juſſerant, celerrime opitulatum Meſſeniae venerunt. Hiero autem ex hoſtico digreſſus, Mylis vi expugnatis, mille quingentos milites in poteſtatem redegit: & confeſtim aliis etiam locis ſubactis, Ameſelum verſus contendit, quod inter Centoripinos & [*] Agyrinaeos jacet. Id licet firmum eſſet, multumque haberet militum, expugnavit tamen diruitque, & praeſidiarios criminibus exſolutos, in ordines ſuos adſcivit. Agri vero partem Centoripinis, partem Agyrinaeis donavit. Poſthaec autem Hiero validum habens exercitum in Mamertinos expeditionem fecit, Aleſamque deditione ſibi adjungit, & ab Abacaeninis & Tyndaritis propenſe acceptus, his etiam civitatibus potitur. Mamertinoſque in anguſtum cogit locum. A pelago enim Siculo propinquam Meſſenae urbem Tauromenitarum habebat: & ab Hetruſco mari oppidum Tyndaritarum. In Meſſenen etiam irruptione facta, ad Loetanum amnem conſedit, peditum habens ccIↃↃ. Equites cIↃ. IↃ. Objecerunt autem illi copias ſuas Mamertini, peditum IↃↃ. cIↃ. cIↃ. cIↃ. Equites XL. Quibus Cios praeerat. Hic convocatis haruſpicibus ad ſacrificium, de pugna ſciſcitabatur. Qui reſponderunt, per exta Deos ſignificare, illum in hoſtium caſtris pernoctaturum. Is ergo laetabatur, ut quod caſtris regis potiturus eſſet. Et continuo diſtributis in ordinem copiis amnem tranſire conatur. Hiero autem cc. exſules Meſſenios in commilitio habens, fortitudine ſtrenuiſque factis praecellentes, quibus alios cccc. ex delectu adjunxit, vicinum collem, qui thorax appellatur, eos circumire juſſit, ita ut hoſtibus a tergo incumberent. Ipſe autem diſpoſito in ordinem exercitu a fronte occurrit. E- 873
queſtri igitur praelio ſimul ac pedeſtri commiſſo, (ubi rex tumulum quemdam circa fluvium occuparat, & loci opportunitate praevalebat) certamen in

z Μηχανὰς. Statim χωρὶς venit a *Rhodom.* Poſt pauca μεταλλείας Ed. *Rhodom.* Melius *Hoeſch.* a Τούτου. b Ἀγυρίνων & Κεντοριπίνων & ſtatim Ἀγυρίνοις. c Παραδοὺς. d Μεσσήνην εἶχε. Tum Τυῤῥηνικοῦ. e Θύσας ſine καί. f Ὁ δὲ περιχαρής. *Rhodom.* & mox εὐθὺς δὲ vel καὶ εὐθὺς id.

99. Πολλὰ μὲν φρούρια αὐτοὶ &c.] Hic lacuna eſt, non niſi ex Auctore aut accuratioribus manuſcriptis explenda. Si tamen divinare liceat, haec interim poſt φρούρια intexe τοῖς στρατιώταις διασφαλίζοντες vel ἐνσφαλίσαντες. L. Rhod.

Πολλὰ μὲν φρούρια, ...αὐτοὶ &c.] Hiatus manifeſtus. Quid deſit, nemo facile dixerit, quamquam hiſtoria obſcura non eſt. Lege *Iſ. Caſauboni* Commentar. in *Polyb.* p. 134. P. Wess.

5. Ἐπὶ τὸ Ἀμήσελον] Ad amnem *Cyamoſorum* ait *Polybius* L. 1, 9., unde refingendum eſſe *Diodorum* ſuſpicatur *Caſaubonus* dicto loco, cui ego quidem adſentiri non poſſum. Hic de caſtello, illic de amne ſermo eſt, rebus utique diverſis. *Ameſelum* alibi, fateor, non eſt obvium: at multa ſunt Siciliae oppida & caſtella, quae uni *Diodoro* debentur. Mox Κεντοριπίνων & Ἀγυριναίων reſtitui nomina, a librario depravata. P. Wess.

19. Ἐμβαλὼν δὲ εἰς Μεσσήνην] Εἰς Μεσσηνίαν legit *Ph. Cluverius* Sicil. Antiq. L. II. p. 303. Sed Μεσσήνη hoc loco non eſt urbs, ſed regio, χώρα, non πόλις, de quo jam olim monuit Auctor Ἐθνικῶν, ſicuti optime animadvertit *Iſ. Caſaubonus* in *Polyb.* p. 136., qui & mox παρὰ τὸν Λοιτανὸν ex *Polybio* ſuo L. 1, 9. Λογγανὸν refingit, *Cluverio* non diſſentiente. P. Wess.

21. Ἱππεῖς δὲ α. φ'.] Lege ͵α φ', eodemque verſu ἱππεῖς δὲ μ', ubi major numerus exitritus eſt. L. Rhod.

Ἱππεῖς δὲ χιλίους πεντακοσίους] Editio *Hoeſcheliana* correctionem *Rhodomani* exhibet. Mox ἱππεῖς δὲ μ', citra dubium vitioſum eſt. *Iſ. Caſaubonus* ad *Polyb.* p. 136. numeri notam μ' progenitam cenſet ex α, ſive ͵α i. e. χιλίους *mille*, probabili conjectura. P. Wess.

38. Καὶ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου πλεονεκτοῦντος] Fuiſſe puto καὶ διὰ τὸν —— πλεονεκτούντων, continuata enallage, quam exorſus erat. P. Wess.

40. Ἐπὶ

in aequilibrio ad tempus erat. Sed qui ad collem tranſierant, ex inopinato Mamertinos adorti, quod recentes erant, pugna defeſſos haud difficulter interimebant. Tandem undique circumventi, fugam arripuere. Syracuſani autem totis inſtantes viribus omnes conciderunt. Imperator autem ſtrenue dimicans, cum multis affectus vulneribus animo deficeret, vivus in hoſtis manus venit, ſpiranſque adhuc in regis caſtra defertur, curaque medicorum traditur, noctem illic juxta oraculum, ex haruſpicumque praedictione, in caſtris hoſtium exacturus. Dumque rex Cion in ſanitatem reſtitui magni aeſtimat, interea quidam veniunt, equos a pugna regi adducentes: Ibi Cion, agnito filii ſui equo, juvenem e medio ſublatum conjectabat. Majorem ergo in modum conturbatus, ligaturas vulnerum dirupit, morte ſua interitum filii dignum cenſens. Mamertini autem accepto nuncio, quod cum praetore ſuo Cio reliqui etiam milites cuncti interiiſſent, regi ſupplicum ritu occurrere decernunt. Nec tamen funditus Mamertinorum res occidere ſivit fortuna. Nam acciderat tunc, ut Hannibal Carthaginenſium praetor in Lipara Inſula ſtationem haberet. Is repentina clade audita, quanta potuit celeritate regem convenit, verbo tenus ut ei gratularetur: ſed revera, ut arte imperatoria regem circumveniret. Rex itaque Poeno fidem habens quievit. Hannibal vero Meſſenem digreſſus, cum Mamertinos jam ad urbis deditionem paratos offendiſſet, diverſum perſuaſit, ſibique illos adſtrinxit, XL. militum ſuppetiis in urbem introductis. Mamertini ergo poſtquam ob cladem acceptam animos deſpondiſſent, quo dictum eſt modo in tutum fuerunt reſtituti. Hiero autem, ſic arte deluſus a praetore Carthaginenſium, deſperata obſidione, Syracuſas ſe recepit, cum felicitatem ubique celebrem obtinuiſſet. Deinde ubi Carthaginenſes non minus quam Hiero Meſſene exciderant, in colloquium venere; & ſocietatem inter ſe pacti, conjunctis Meſſenem viribus oppugnare conſtituerunt.

νος ἰσόρροπος ἦν ὁ κίνδυνος. [g] ἐπὶ καὶ τὸν λόφον διελθόντες, ἐπιρράξαντες ἀπροσδοκήτως τοῖς Μαμερτίνοις· καὶ ἀκμαῖοι ὄντες τῆς κακοπαθείας τῇ μάχῃ ῥᾳδίως ἀνῄρουν. τότε δὲ πανταχόθεν κυκλωθέντες πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. ἐπικειμένων [h] τῶν Συρακοσίων δυνάμει, πάντας κατέκοψαν. ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Μαμερτίνων ἀγωνιζόμενος ἐκθύμως, καὶ περιπεσὼν πολλοῖς τραύμασι, καὶ λιποψυχήσας, [i] ἐζωγρήθη. οὗτος ἀνεκομίσθη ἔμπνους εἰς τὴν τοῦ βασιλέως παρεμβολὴν, καὶ παρεδόθη ἰατροῖς εἰς θεραπείαν, κατὰ τὴν μαντείαν, καὶ τὴν τῶν ἱεροσκόπων [k] πρόρρησιν, νυκτερεύσαντος αὐτοῦ εἰς τὴν τῶν ἐναντίων παρεμβολήν. τοῦ βασιλέως δὲ θέλοντος περὶ πολλοῦ θεραπεῦσαι τὸν Κίων, ἧκόν τινες, ἵππους φέροντες ἐκ τοῦ πολέμου εἰς τὸν βασιλέα. ὁ Κίως δὲ ἐπιγνοὺς τὸν τοῦ υἱοῦ ἵππον, ὑπέλαβεν ἀπηλλάχθαι τὸν νεανίσκον. περιαλγὴς δὲ γενόμενος, τὰς ῥαφὰς τῶν τραυμάτων διέρρηξε, τὴν ἀπώλειαν τοῦ τέκνου θανάτῳ τιμησάμενος. οἱ δὲ Μαμερτῖνοι ἀπαγγελίας γενομένης, ὅτι σὺν τῷ στρατηγῷ Κίῳ καὶ οἱ λοιποὶ στρατιῶται πάντες ἀπολώλασιν, ἔκριναν μεθ' ἱκετηρίας ἀπαντᾶν τῷ βασιλεῖ. ἡ μὴν ἡ τύχη εἴασε παντελῶς πεσεῖν τὰ κατὰ Μαμερτίνους πράγματα. Ἀννίβας γὰρ, ὁ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς, ἔτυχεν ὁρμῶν ἐν τῇ Λιπάρας [l] νήσῳ. ἀκούσας δὲ τὸ παράδοξον, ἧκε κατὰ τάχος εἰς τὸν βασιλέα, τῷ μὲν λόγῳ συγχαίρειν, τῷ δὲ ἔργῳ σπεύδων τὸν Ἱέρωνα καταστρατηγῆσαι δι' ἀπάτης. ὁ μὲν πεισθεὶς τῷ Φοίνικι, τὰς ἡσυχίας ἦγεν· ὁ δὲ Ἀννίβας παρελθὼν εἰς Μεσσήνην, καὶ καταλαβὼν Μαμερτίνους, μέλλοντας παραδιδόναι τὴν πόλιν, ἀνέπεισε· καὶ προσποιησάμενος βοήθειαν, εἰσήγαγεν εἰς τὴν πόλιν στρατιώτας μ. οἱ μὲν οὖν Μαμερτῖνοι ἀπογνόντες ἑαυτῶν διὰ τὴν ἧτταν, πάλιν ἀποκατεστάθησαν εἰς ἀσφάλειαν, τὸν εἰρημένον τρόπον. ὁ δὲ Ἱέρων καταστρατηγηθεὶς ὑπὸ τοῦ Φοίνικος, τὴν πολιορκίαν ἀπογνοὺς, ἐπανῆλθεν εἰς Συρακούσας, περιβόητον εὐημερίαν περιπεποιημένος. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι καὶ Ἱέρων, ἀποπεπτωκότες τῆς Μεσσήνης, συνῆλθον εἰς σύλλογον, καὶ συμμαχίαν πρὸς ἀλλήλους ποιησάμενοι συνέθεντο κοινῇ πολεμῆσαι [m] Μεσσήνην.

EX LIBRO XXIII.

I. ECloga. Sicilia inſularum omnium pulcerrima exſiſtit, ut quae multum conducat ad imperii, ſeu principatus, incrementum.

874. II. Hanno, Hannibalis filius, ut in Siciliam venit, contractis ad Lilybaeum copiis, uſque ad Selinuntem proceſſit: terreſtremque exercitum, prope urbem poſitis caſtris, reliquit, ipſe vero

ΒΙΒΛΙΟΝ ΚΓ'.

ΟΤι Σικελία πασῶν τῶν νήσων καλλίστη α'.
ὑπάρχει, ὡς μεγάλα δυναμένη συμβάλλεσθαι πρὸς αὔξησιν ἡγεμονίας.

Ὅτι Ἄννων ὁ Ἀννίβου εἰς Σικελίαν ἐλθὼν, καὶ β'.
τὰς δυνάμεις ἀθροίσας εἰς τὸ Λιλύβαιον, προῆλθε μέχρι Σελινοῦντος, καὶ τὴν πεζὴν στρατιὰν ἀπέλιπε πλησίον τῆς πόλεως παρεμβεβληκυῖαν, αὐτὸς δὲ παρ-

g Οἱ δὲ λόφον Rhodom. h Δὲ τῶν — πάσῃ τῇ δυν. Id. i Δευτερίω. k Πρόρρησιν. l Νήσῳ. Mox καλλίσχυς Ed. Rhodom. ſed κάλλιστος Hoeſch. m Ἐπὶ Μεσσήνην Rhodom., quo non opus eſt.

40. Ἐπὶ καὶ λόφον &c.] Aut οἱ δὲ τὸν cum Rhodomano lege aut, quod mihi magis arridet, ἐπεὶ δὲ καὶ οἱ τὸν &c. Sic certe proxime a vulgato receditur. P. Wess.

50. Νυκτερεύσαντος αὐτοῦ] Praeſtat νυκτερεύσαντα ex Rhodomani conjectura. In Hamilcare, Syracuſas oppugnante, ſimile exemplum deſcripſit L. XX, 30. Diodorus. P. Wess.

64. Ἐν τῇ Λιπάρας νήσῳ] Ἐν τῇ Λιπάρᾳ (vel Λιπάρῃ) νήσῳ. L. Rhod.

71. Εἰσήγαγεν — στρατιώτας μ'] Nimis exiguum hoc praeſidium: ideo major etiam hic numerus videtur omiſſus. L. Rhod.

Εἰσήγαγεν — στρατιώτας μ'] Idem peccatum, de quo paulo ante. Aberrans librarius μ' poſuit pro χ', i. e. quadraginta pro mille. P. Wess.

80. Πολεμῆσαι Μεσσήνην] Noli mutare. Mox Auctor L. XXIII. Ecl. 2. ἐπιστεύετο — συμμαχίαν Ῥωμαίοις πολεμοῦντι, & pluribus aliis in locis. Vid. L. IV, 61. P. Wess.

87. Ἄννων ὁ Ἀννίβου] Proſpera Hanno ſub adventum in inſulam fortuna uſus eſt, deinde offendit, a Mamertinis arce, quam tenebat, expulſus: quem caſum, ut erant Poeni in duces ſi quid male ceſſerat, crudeles, crucis ſupplicio luit, Polybio L. I, II. referente. P. Wess.

98. Ἐπὶ τὸν λόφον — Χαλκιδικόν] Sic melius Polybius περὶ τὸν Χαλκιδικὸν ὄρος, nullo diſcrimine. Nam Diodorus montes Siciliae, etiam celſiſſimos, λόφους vocare adſuevit. Imminebat mons Chalcidicus Meſſanae oppido a parte meridionali. P. Wess.

1. Ἐπὶ τὰς καλουμένας Ἐνεάς] In notis fratrum Addend. Ἐνέας Rhodomanus reſingebat, quem ſequi noli. Polybium potius dicto loco audi, περὶ Πελωριάδα στρατοπεδεύσαντας, τῷ δὲ πεζῷ —, περὶ τὰς Σύνεις καλουμένας. Vides vocabuli productionem bene habere, nec liquidam tamen, utra ſcriptura, Σύνεις an Ἐνεάς, praeſtet. P. Wess.

8. Τῆς πολιορκίας προσαπαγγελθείσης] Iſta ſic in ordinem redigenda ſunt & ſupplenda, πολιορκίας. διηγούμενοι δὲ προσαπαγγέλλειν, περὶ Ἱέρωνα πολεμεῖν (vel πολεμικῶς) μὴ ἐπιδεικνύειν. L. Rhod.

Τῆς

παρελθὼν εἰς τὴν Ἀκράγαντα, τὴν ἄκραν ἐτείχισε, πείσας τὸν δῆμον, Φίλον ὄντα συμμαχῆσαι [n] Καρχηδονίοις. ἐπανελθόντος δὲ αὐτοῦ εἰς τὴν ἰδίαν στρατοπεδείαν, ἧκον παρὰ Ἱέρωνος πρέσβεις περὶ τοῦ συμφέροντος. ἐπεποίηντο γὰρ κοινὴν συμμαχίαν Ῥωμαίοις πολεμῆσαι, ἐὰν μὴ τὴν ταχίστην ἐκ τῆς Σικελίας ἀπαλλάττωνται. ἀμφοτέρων δὲ τὰς δυνάμεις ἀγαγόντων ἐπὶ τὴν Μεσσήνην, Ἱέρων μὲν ἐπὶ τῷ λόφῳ, τῷ καλουμένῳ Χαλκιδικῷ, κατεστρατοπέδευσεν· οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τῇ πεζῇ στρατιᾷ παρενέβαλον εἰς τὰς καλουμένας Εὐνὰς, τῇ δὲ ναυτικῇ κατέσχον τὴν ἄκραν τὴν καλουμένην Πελωριάδα. συνεχῶς [o] δ' ἐπολιόρκουν τὴν Μεσσήνην. ὁ δὲ Ῥωμαίων δῆμος [p] πυθόμενος ἀπέστειλε τὸν ἕτερον ὕπατον καλούμενον Ἄππιον Κλαύδιον μετὰ δυνάμεως ἀδρᾶς, ὃς εὐθὺς ἦλθεν εἰς Ῥήγιον· πρὸς δὲ τὸν Ἱέρωνα καὶ Καρχηδονίους πρέσβεις ἐξέπεμψε περὶ διαλύσεως τῆς πολιορκίας προσεπηγγέλλετο. δημηγορεῖν δὲ πρὸς Ἱέρωνα πόλεμον μὴ ἐπιβαλέσθαι. ὁ δὲ Ἱέρων ἀπεκρίνατο, διότι Μαμερτῖνοι Καμάριναν καὶ Γέλαν ἀναστάτους πεποιηκότες, Μεσσήνην δὲ ἀσεβέστατα κατειληφότες, δικαίως πολιορκοῦνται· [q] Ῥωμαῖοι δὲ, θρυλλοῦντες τὸ τῆς πίστεως ὄνομα, παντελῶς οὐκ ὀφείλουσι τοὺς μιαιφόνους, μάλιστα πίστεως καταπεφρονηκότας, ὑπερασπίζειν· εἰ δὲ ὑπὲρ [r] ἀσεβεστάτων τηλικοῦτον ἐπαναιροῦνται πόλεμον, φανερὸν ἔσεσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅτι τῆς ἰδίας πλεονεξίας πρόφασιν ποιοῦνται τὸν τῶν κινδυνευόντων ἔλεον, τὸ δὲ ἀληθὲς Σικελίας ἐπιθυμοῦσιν.

Agrigentum digreſſus, arcem communivit. Tunc populum adduxit, ut ad Carthaginenſium amicitiam ſe applicans, ſocialibus eos armis adjuvaret. Ad hunc, poſtmodo in caſtra ſua reverſum, legati veniunt ab Hierone, ſuper bono communi. Nam ſocietatem inter ſe inierant de bello Romanis inferendo, niſi quamprimum ex Sicilia faceſſerent. Cum ergo uterque copias ad Meſſenem duxiſſet, Hiero in colle, qui Chalcidicus vocatur, caſtra poſuit. Carthaginenſes vero terreſtri exercitu conſederunt in Eunis (cubilibus), ut vocantur, nauticoque arcem occuparunt, quae Pelorias dicitur; Et continenter Meſſenen oppugnabant. Quod ubi populus Romae audivit, alterum ex conſulibus Appium Claudium nomine, cum manu valida miſit: qui ſtatim Rhegium pervenit. Ad Hieronem autem & Carthaginenſes legatos de ſolvenda obſidione expedit: Et advocata concione, inſuper promiſit, ſe Hieronem bello non invaſurum. Ad quae Hiero reſpondit, quod Mamertini ob Camarinam & Gelam, a ſe exciſam, Meſſeneque nefarie occupatam, jure oppugnentur. Et quod Romani, tantopere fidei nomen celebrantes, neutiquam ſanguinarios, qui extremo fidem contemtui habuiſſent, defendere ac protegere debeant. Quod ſi pro hominibus eſflictim impiis tantum ſuſcipiant bellum, cunctis manifeſtum mortalibus fore, quod miſericordiam erga periclitantes cupiditati ſuae praetextum adſciſcant, & revera Siciliam affectent.

γ'. Ὅτι Ῥωμαῖοι πρῶτον ἀσπίδας τετραγώνους εἶχον εἰς τὸν πόλεμον· ὕστερον ἰδόντες Τυρρηνοὺς χαλκᾶς ἀσπίδας ἔχοντας, ποιήσαντες οὕτως ἐνίκησαν αὐτούς.

III. Romani primum quadratos habebant clypeos ad bellum. Poſtea vero quam viderunt Tyrrhenos aeneos geſtare clypeos, eodem ſe comparantes modo illos devicerunt.

δ'. Ὅτι διαπεραιωθέντος τοῦ ὑπάτου εἰς Μεσσήνην, ὁ Ἱέρων νομίζων προδεδόσθαι τὴν διάβασιν ὑπὸ Καρχηδονίων, ἔφυγεν εἰς Συρακούσας. Καρχηδονίων δὲ πολεμησάντων, καὶ ἡττηθέντων, τὴν Αἴγεσταν ὁ ὕπατος ἐπολιόρκησε· καὶ στρατιώτας πολλοὺς ἀποβαλὼν εἰς Μεσσήνην ἀπέζευξεν.

IV. Quando Cos. ad Meſſenem trajecerat, Hiero proditum a Carthaginenſibus trajectum ſuſpicatus, Syracuſas refugit. Carthaginenſibus autem poſt jactam belli aleam victis, Aegeſtam Cos. oppugnat, multiſque ex militum numero deſideratis, retro movit.

ε'. Ὅτι τῶν ὑπάτων ἀμφοτέρων εἰς Σικελίαν ἐλθόντων, καὶ τὴν Ἀδρανιτῶν πόλιν πολιορκησάντων, εἷλον κατὰ κράτος. εἶτα τὴν Κεντοριπινῶν πολιορκούντων, καὶ πρὸς ταῖς χαλκαῖς πύλαις [s] καθημένων, ἧκον πρέσβεις πρῶτον παρ' Ἀλαισίνων· εἶτα δειλίας [t] πεσούσης καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι, καὶ αὐταὶ πρέσβεις ἀπέστελλον περὶ εἰρήνης, καὶ ἐπιδώσειν τὰς πόλεις Ῥωμαίοις [v] (ὑπέσχοντο.) ἦσαν δὲ ἑξήκοντα καὶ ἑπτά· ὧν προσλαβόντες τὰς δυνάμεις, εἰς Συρακούσας ἦλθον πολιορκήσοντες Ἱέρωνα. ὁρῶν δὲ τοὺς Συρακουσίους ἀγανακτοῦντας, πρέσβεις ἀπέστειλε πρὸς τοὺς ὑπάτους περὶ διαλύσεως. οἱ δὲ

V. Cum ambo Coſſ. in Siciliam profecti, Adranitarum urbem obſediſſent, vi illam ceperunt. Deinde cum Centoripinorum oppugnantes ad aeneas aulas ſederent, legati primum ab Aheſinis veniebant: poſtea cum aliis etiam civitatibus timor 875.
incubuiſſet, legatos etiam ipſae mittebant de pace, oppidaque Romanis dedere parati erant. Fuerunt autem numero LXVII. Quarum copiis aſſumtis Syracuſas petierunt, Hieronem oppugnaturi. Is cum graviter ferre Syracuſios id videret, legatos de bello dirimendo ad Coſſ. miſit. Hi ergo cum ſolis

n Καρχηδονίων. Statim ἐπὶ τοῦ λόφου. o δὲ πολιορκοῦσιν. p Πυθόμενος. q Ῥωμαῖοι. r Ἀσεβεστάτων. s Καθήμενοι & ſtatim παρὰ Ἀλαισίνων. t Ἐμπεσούσης deleto ἐν quod ſtatim ſequitur *Rhod.* v Ὑπέσχοντο vel ἐπηγγείλαντο *id.* addidit.

Τῆς πολιορκίας προσεπηγγέλλετο] Vereor ut locum bene vir doctus perceperit. Appius Claudius legatos miſit ad Hieronem & Carthaginienſes, qui utroſque monerent, Meſſanam obſidione ſolverent: iiſdem Conſul mandavit, ut Hieronem privatim convenirent, eique confirmarent, nihil a ſe hoſtile contra ipſum cogitari. Quare de oratione Appii quae Latinis inſeritur, non conveniunt. Locus negligentia aut excerptoris aut amanuenſis mutilus eſt: ſententiam optime veſtigavit *Caſaubonus* ad *Polyb.* p. 146. P. Wess.

20. Πρῶτον ἀσπίδας τετραγώνους εἶχον] Credo in *Diodoro* fuiſſe θυρεοὺς *ſcuta*, quae ferme quadrata. Ἀσπὶς rotunda erat. Compendii auctor imprudens haec permiſcuit vocabula, forſan etiam plura. Nam de Tyrrhenis clypeos eſſe ſumtos, exploratum non eſt. Romuli aetate Argolicos clypeos Romani gerebant, quibus rex ille ſcuta Sabina mutavit & ſubſtituit teſte *Plut.* Rom. p. 30. Poſtdein clypeis iterum fuerunt uſi uſque in Vejens bellum, quo ſcuta pro clypeis fecerunt apud *Livium* L. VIII, 8. Praeterea, uti Julius Caeſar ait in *Saluſt.* Catil. C. 51., *arma atque tela militaria ab Samnitibus ſumſerunt*; ab Etruſcis vero pugnae ſtatariae, σταδίας μάχης, ordinem, ſi fides *Athen.* L. VI. p. 273. F. Fieri poteſt, ut Excerptor *Diodori* diſputationem de Romanorum armis & quid illi in re militari ex uſu ſuo mutaverint, male perceperit. Tu *Lipſium* adi Milit. Rom. L. III, 1. P. Wess.

26. Ἔφυγεν εἰς Συρακούσας] Sic *Diodorus.* Alii Hieronem cum Romanis pugnaſſe, ſed infeliciter, prodiderunt, uti *Polyb.* L. I, 11. Lege magni viri Comment. p. 146. in eum ſcriptorem. P. Wess.

30. Τῶν ὑπάτων ἀμφοτέρων &c.] Duo Manii Otacilius & Valerius. Adi *Polyb.* I, 16. P. Wess.

34. Ἧκον πρέσβεις — παρ' Ἀλαισίνων] Quod olim erat παρὰ Λαισίνων correxi. Qui enim illi in Sicilia *Laeſini*? Ἀλαισῖνοι ſive Ἁλαισῖνοι notiſſimi ſunt. Vitium optime vidit & ſuſtulit *Ph. Cluver.* Sicil. Antiq. L. II, p. 388. P. Wess.

36. Ἐπιδώσειν — Ῥωμαίοις. ἦσαν &c.] Hic deeſt ὑπέσχοντο vel ἐπηγγείλαντο. L. Rhod.

lis Carthaginenſibus debellare properantes, conditionem non inviti admittebant. Pacem itaque ad xv. annos compoſuere, acceptis CL. millibus drachmarum; Et poſtquam captivos illis reddidiſſet, permiſerunt ei, ut & Syracuſanos ſub dominio ſuo retineret, & urbes illis ſubjectas, Acras, Leontinos, Megarenſes, Eloritas, Netinos, Tauromenios. Interea dum haec geruntur, Hannibal cum navalibus copiis ad Xiphoniam provectus erat, auxilium regi allaturus: ſed cognitis quae facta erant, retroceſſit.

σπεύδοντες πρὸς μόνους Καρχηδονίους διαπολεμεῖν, ἀσμένως ὑπήκουσαν. καὶ συνέθετο εἰρήνην ἔτη πεντεκαίδεκα, λαβόντες δραχμῶν ιε΄ μυριάδας, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδόντι κυριεύειν [x] (συνεχώρησαν) Συρακουσίων καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτὸν πόλεων, Ἀκρῶν, Λεοντίνων, Μεγαρέων, Αἰλώρων, Νεαιτίνων, Ταυρομενιτῶν. τούτων πραττομένων, κατέπλευσεν Ἀννίβας μετὰ ναυτικῆς δυνάμεως εἰς τὴν Ξιφωνίαν, βοηθήσων τῷ βασιλεῖ· μαθὼν δὲ τὰ πεπραγμένα, ἀνεχώρησεν.

Adranonem vicum & Macellam per multos dies cum oppugnaſſent Romani, ſine effectu abſceſſere.

Ὅτι Ἀδράνωνα κώμην καὶ Μάκελλαν πολλὰς ἡμέρας πολιορκήσαντες Ῥωμαῖοι ἀπῆλθον ἄπρακτοι.

VII. Aegeſtani, primum Carthaginenſium imperio ſubjecti, ad Romanos inclinarunt. Ita & Alienaei fecerunt. Hilarum vero & Tyrittum & Aſcelum expugnarunt. Tyndarii autem ubi derelictos ſe vident, metu adacti etiam ipſi dedere ſe volebant. Sed Poeni quid propoſitum haberent, ſuſpicati, nobiliſſimos eorum obſides receperunt in Lilybaeum, frumentumque ac vinum & caeteram ibi copiam aſportarunt.

Ὅτι Αἰγεσταῖοι πρῶτον κρατούμενοι ὑπὸ Καρ- ζ.
χηδονίων, εἰς Ῥωμαίους ἀπέκλιναν. παραπλήσιοι δὲ καὶ Ἀλιναῖοι ἐποίησαν. Ἴλαρον δὲ καὶ Τυρίττον καὶ τὸ Ἄσκελον ἐξεπολιόρκησαν. Τυνδαρῖται δὲ ἰδόντες αὐτοὺς ἀπολελειμμένους, φόβῳ συνεχθέντες ἠθελήθησαν καὶ αὐτοὶ δοῦναι (τὴν πόλιν.) ὑποπτεύσαντες δὲ Φοίνικες τὴν προαίρεσιν αὐτῶν, τοὺς ἐπιφανεστάτους ἔλαβον ὁμήρους εἰς τὸ Λιλύβαιον, καὶ σῖτον, οἶνον καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν ἀπεκόμισαν.

Philemon comicus fabulas ſcripſit xcvii. Vixit annos xcix.

Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς ἔγραψε δράματα ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα, βιώσας ἔτη ἐννέα καὶ ἐνενήκοντα.

Illi, qui Agrigentum obſederunt, foſſisque factis vallum jecerunt, una cum Romanis centum millia erant. Ad extremum cum ſtrenue pro Agrigento propugnaſſent Poeni, urbem Romanis dediderunt.

Οἱ δὲ πολιορκοῦντες Ἀκράγαντα τὴν πόλιν σὺν τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ ταφροποιοῦντες, καὶ χάρακας βάλλοντες, δέκα μυριάδες ὑπῆρχον· πολλὰ δὲ οἱ Φοίνικες ἀντιμαχεσάμενοι, τὴν πόλιν Ἀκράγαντα τοῖς Ῥωμαίοις παρέδωκαν.

VIII. Hanno ſenior, poſt obſidionem Agrigenti, magnum exercitum ex Africa in Siciliam traduxit, peditum Iↄↄↄ. Equitum Iↄↄ. cIↄ. Elephantes LX. Philinus Agrigentinus hiſtoricus, id deſcripſit. Hanno autem cum omnibus copiis ex Lilybaeo movens, Heracleam venit. Sub quod tempus adfuere, qui Erbeſi deditionem offerrent. Hanno igitur bellum perſequutus duobus praeliis amiſit tria millia peditum, Equites cc. Et cIↄ. cIↄ. cIↄ. cIↄ. captivorum. Interim evenit ut xxx. Elephantes oppeterent, ac tres vulnerarentur.

Ὅτι Ἄννων ὁ πρεσβύτερος [y] ἐκ τῆς Λιβύης μετὰ η.
τὴν πολιορκίαν Ἀκράγαντος ἐπέρασε μεγάλην δύναμιν [z] ἐν Σικελίᾳ, πεζῶν μυριάδας πέντε, ἱππεῖς δὲ ἑξακισχιλίους, ἐλέφαντας δὲ ἑξήκοντα. Φιλῖνος δὲ ὁ Ἀκραγαντῖνος ἱστορικὸς ἀνεγράψατο. ὅδε οὖν Ἄννων ἀναζεύξας μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἐκ τοῦ Λιλυβαίου, παρῆλθεν εἰς τὴν Ἡράκλειαν. καθ᾽ ὃν χρόνον ἦλθόν τινες, ἀπαγγέλλοντες τὴν Ἔρβησον προδώσειν. Ἄννων δὲ πολεμήσας, ἐν δυσὶ μάχαις ἀπέβαλε στρατιώτας πεζοὺς ͵γ, ἱππεῖς σ, ζωγρίας δὲ δ΄, [a] Ἐλέφαντας (συνέβη μὲν) θανεῖν τριάκοντα, τρεῖς δὲ κατατραυματισθῆναι.

Ὅτι

x Συνεχώρησαν ab eodem venit. Tum Συρακουσίων & mox αὐτοῦ ad oram Ed. Hoeſchel. & Rhod. In Ed. Συρακουσίοις. y Ὁ ἐκ τ. Delevi articulum. z Εἰς Σικελίαν Rhodoman. a Ἐλέφαντας ſ. θανεῖν.

n Ὑπάρξαι γνησίαν *Amſtel. H. Steph.* Vulgo γὰρ interponunt. Ἀτόσσαν iidem. In aliis Ἀτίσσαν. o Παιδάγαμον iidem: Παιδάμον marg. *Ed.* p Κῦρον *H. Steph. Amſtel.* Edebatur Κῦρ. q Ἀνανδρίαν marg. *Edd.* r Ἀρύσην *Ed. Rothomag.* s Γονὴ *Amſtel.* & marg. *Edd.* t Περισπωμένων *Rothom.* Rectius περισπωμένων *Amſtel. Steph.* & alii.

Equidem, verum ut fatear, non omnia laudo. Illic quae deſcribuntur, conveniunt pleraque in tempus belli Punici primi, aut illi certe proximum. Atqui inde prima regni Cappadocum initia exorſum eſſe *Diodorum*, res eſt falſiſſima. Ad hoc ſeptem ait *Syncellus* Cappadocum fuiſſe reges: hic recenſentur plures. Adde eos, qui Ariarathen, de quo Auctor Ecloga hac extrema, continua ſerie uſque ad Ariarathen Ariarathae & Laodices F., quem Mithridates per ſummum ſcelus occidit, exceperunt, & plures in catalogum addendi erunt. Vide tamen an hoc *Syncellus* ſpectaverit. Indicat *Diodorus* hac Ecloga Ariarathem, filium Ariarathae, quem vita & regno Macedones everterunt, Cappadociam armis recuperatam filio Ariamnae reliquiſſe. Puto eundem ſuperioribus libris perhibuiſſe, ab iſto Ariarathe aut, ſi mavis, Ariamne, nova regni Cappadocum inſtaurati primordia coepta eſſe, continuatamque ejus adminiſtrationem in annos CLX. uſque ad ultimum Ariarathem. Congruent tempora, modo ultimi Ariarathae mors, neque eſſe quod impediat videtur, in principium Olymp. CLXX. referatur. Eam vero *Syncelli* verborum ſententiam ii qui rejiciant, ſponte melioribus cedam. P. Wess.

78. Ἀδελφὴν ὑπάρξαι γνησίαν Ἀτίσσαν] Retinendum Ἀτόσσαν, alterum in marginem relegandum. L. Rhod.

81. Παῖδα Γάλλον] Hoccine juveni nomen fuerit an Γάμον, non dixero. ΓΑΜΟΝ & ΓΑΛΛΟΝ una duntaxat litera, ad ſcripturae errorem progenerandum prona, diſtinguit. Mox εἰς Κῦρον bene ſchedae. Porro Anapham, quem Auctor unum e ſeptem Perſiae principibus perhibet ex Cappadocum ſententia, *Cteſias* Perſic. C. 14. Onopham adpellat. Scribe praeterea ὃν φασι δι' ἀνδρείαν συγχωρηθῆναι, ut oratio ſibi conſtet. P. Wess.

95. Καὶ Ὀλοφέρνης] Infra eodem nomine alius eſt, qui tamen in Excerpt. *Peireſc.* p. 335. Ὀροφέρνης, etiam apud *Athen.* L. X, 11, pag. 440. & *Juſtinum* L. XXXV, 1., ſed Legat. CXXVI. *Polybii* Ὀλοφέρνης & *Appian.* Syr. p. 189. P. Wess.

12. Πεσόντος τε ἐν τῇ μάχῃ] Captus Ariarathes eſt & victoris arbitrio in crucem ſublatus, ut ipſemet *Diodorus* L. XVIII, 16., & *Arrianus* cum *Luciano*, quos ibid. excitavi teſtes, prodiderunt. Accedat in cumulum *Appianus* Mithridat. p. 302. Ἀριαράθην Καππαδοκίας ἡγούμενον —— τὸν (*Perdiccas*) ἐκρέμασε. Forſan ergo hoc *Photio* debetur. P. Wess.

ge Armeniorum, acceptis, Ductorem Macedonum Amyntam interfecit, ſubitoque Macedones e regione expulit, atque ita regnum gentile recuperavit. Tres huic filii erant, quorum aetate maximus Ariamnes regnum accepit. Is affinitate cum Antiocho, quem Deum nominant, contracta, filiam hujus Stratonicen Ariarathae, ex filiis natu majori, matrimonio conjunxit. Et quia liberorum amantiſſimus erat, diadema nato impoſuit, omnesque regni honores, ut aequali ſecum poteſtate
895. imperaret, cum illo communicavit. Patre autem vivis exemto, Ariarathes ſolus regnat. Et vitam cum morte commutans, regnum filio Ariarathae, tenerrimae adhuc aetatis relinquit. Is filiam Antiochi, (quem magnum vocant) Antiochidem nomine, aſtutia excellentem, in matrimonium accepit. Haec cum liberis careret, duos marito inſcio pueros ſuppoſuit, Ariarathen & Holophernen. Sed aliquanto poſt, natura ſemen receptante, praeter ſpem duas filias peperit, unumque filium, nomine Mithridatem. Exinde cum de ſubjectitiis virum edocuiſſet, ut aetate prior cum mediocri ſumtu Romam ablegaretur, effecit, poſterior vero in Ioniam: ne litem de regno moverent genuino. Hunc autem, ubi virilem aetatem attigit, etiam Ariarathem nominatum perhibent, diſciplinisque Graecis imbutum, caeteriſque inſuper virtutibus laudem promeruiſſe. Caeterum pater, ut filio, qui genitorem mirifice amabat, vicem amoris redderet, impenſe cupiebat. Et eo uſque mutuae benevolentiae ſtudium illis progreſſum eſt, ut parens toto imperio cedere filio certarit. Ille autem fieri non poſſe, ut a parentibus adhuc vivis tantum beneficium acciperet, demonſtrarit. Is ergo, cum fato parens conceſſiſſet, in regno ſucceſſit, cum caetera vitae conformatione laudabilem ſe exhibens, tum Philoſophiae ſtudiis animum intendens; Unde factum, ut ignota Graecis Cappadocia tunc eruditis aptiſſimam vitae ſtationem praeberet. Hic etiam amicitiae & ſocietatis foedus cum Romanis renovavit. Atqui narratio de generis illorum, qui huc uſque in Cappadocia regnarunt, reductione ad Cyrum, in hiſce jam ſubſiſtat.

σπωμένων, λαβὼν δύναμιν παρὰ τοῦ βασιλέως τῆς Ἀρμενίας Ἀρδοάτου, τὸν μὲν τῶν Μακεδόνων στρατηγὸν Ἀμύνταν ἀπέκτεινεν, ἐξέβαλε δὲ καὶ [v] Μακεδόνας ταχέως τῆς χώρας, καὶ τὴν οἰκείαν ἀρχὴν ἀνεκτήσατο. τούτῳ δὲ τριῶν παίδων γενομένων, παρέλαβε τὴν βασιλείαν ὁ [x] πρεσβύτατος, Ἀριάμνης· ὃς ἐπιγαμίαν πρὸς Ἀντίοχον ποιησάμενος, τὸν ἐπονομασθέντα Θεὸν, τὴν τούτου θυγατέρα Στρατονίκην συνῴκισε τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν υἱῶν Ἀριαράθῃ· ὑπάρχων δὲ φιλότεκνος διαφερόντως, περιέθετο τῷ παιδὶ διάδημα, καὶ συνάρχειν πάντων τῶν τῆς [y] βασιλείας προτερημάτων ἐπίσης μεταδίδωσι. τοῦ δὲ πατρὸς τελευτήσαντος, Ἀριαράθης βασιλεύει καθ' ἑαυτόν. καὶ μεταλλάσσων τὸν βίον, κατέλιπε τὴν βασιλείαν [z] Ἀριαράθῃ τῷ υἱῷ, νηπίῳ παντελῶς ὄντι τὴν ἡλικίαν. οὗτος δὲ ἔγημε θυγατέρα τοῦ μεγάλου κληθέντος Ἀντιόχου, ὀνομαζομένην [a] Ἀντιοχίδα, πανοῦργον μάλιστα. [b] ταύτην δὲ, μὴ γενομένων τέκνων, ὑποβάλλεσθαι δύο παῖδας, ἀγνοοῦντος τοῦ ἀνδρὸς, Ἀριαράθην καὶ Ὀλοφέρνην. μετὰ δέ τινα χρόνον τῆς φύσεως ἐπιδεξαμένης, ἀνελπίστως τεκεῖν αὐτὴν δύο μὲν θυγατέρας, υἱὸν δὲ ἕνα τὸν ὀνομασθέντα [c] Μιθριδάτην. ἐξ οὗ τοὺς ὑποβολιμαίους ἀναδιδαξαμένην τἀνδρὶ, τὸν μὲν πρεσβύτερον μετὰ συμμέτρου χρείας εἰς Ῥώμην ἀποσταλῆναι παρασκευάσαι· τὸν δὲ νεώτερον εἰς τὴν Ἰωνίαν· χάριν τοῦ μὴ διαμφισβητεῖν ὑπὲρ τῆς βασιλείας τῷ γνησίῳ. τοῦτον δὲ ἀνδρωθέντα καὶ Ἀριαράθην φασὶ μετονομασθῆναι, παιδείας τε Ἑλληνικῆς μεταχεῖν, καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ἐπαινεῖσθαι ἀρετήν. καὶ ὁ μὲν πατὴρ, φιλοπάτορι ὄντι τῷ υἱῷ, ἔσπευδεν ἀποδοῦναι τὴν τοῦ φιλοτέκνου σπουδήν· καὶ ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοῖς προέβη [d] τὰ πρὸς ἀλλήλους εὐνοίας, ὥστε ὁ μὲν πατὴρ ἐξίστασθαι τῆς ὅλης ἀρχῆς ἠγωνίζετο τῷ παιδί· ὁ δὲ ἀδύνατον [e] ἐδείκνυ δέξασθαι αὐτὸν παρὰ γονέων ἔτι ζώντων τὴν τοιαύτην χάριτα. οὗτος, τὸν πατέρα τοῦ πεπρωμένου καταλαβόντος, διεδέξατο τὴν βασιλείαν, τήν τε ἄλλην ἀγωγὴν τοῦ βίου ἀξιολογωτάτην ἐνδεικνύμενος, καὶ φιλοσοφίᾳ προσανέχων. ἐξ οὗ καὶ ἡ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀγνοουμένη πάλαι Καππαδοκία, τότε τοῖς πεπαιδευμένοις [f] ἐμβιωτήριον ὑπῆρχεν. ἀνενεώσατο δ' οὗτος καὶ τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν τε καὶ συμμαχίαν. ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τῆς εἰς Κῦρον ἀναφορᾶς τῶν μέχρι τοῦδε τῆς Καππαδοκίας βασιλευσάντων ἐν τούτοις.

EX EODEM LIBRO ECLOGA QUARTA.

ROMANORUM enim, qui generis nobilitate & gloria majorum praeſtant, ſimulacra fingun-

ΤΩν γὰρ [g] Ῥωμαίων οἱ ταῖς εὐγενείαις καὶ προγόνων δόξῃ διαφέροντες, μετὰ τὴν τελευτὴν εἰδω-

v Μακεδόνας ſchedae Amſtelod. & H. Steph. In Edd. Μακεδόνων. x Πρεσβύτερος in ora Edd. y Βασιλείας marg. Edd. z Ἀριαράθει eadem. a Ἀντιοχίδα Amſtel. b Ταύτης marg. Edd. & ὑποβαλέσθαι, quod & Steph. habet. c Μιθριδάτην Amſtel. & H. Steph. Vulgo Μιθριδάτης. d Τῆς τῆς Amſtel. & mox ἀγωνίζεσθαι, male. e Ἐδείκνυε H. Steph. & marg. Edd. f Ἐμβιωτήριον H. Steph. In Edd. ἐμβιώτερον. g Τούτου καὶ νῦν γίνεται. καὶ ὁρῶσι τὰς πράξεις τῶν βασιλέων οἱ καλῶς γενόμενοι τούτοις προσέχοντες τὰς εἰκόνας αὐτῶν καὶ ζῆν τῶν ὁμοίων Schol. M. Magunti.

19. Παρὰ τοῦ βασιλέως — Ἀρδοάτου] Hominem ignorant Armeniorum annales a *Moſe Chorenenſi* in ordinem digeſti: quod quidem minime mirum. Parum enim antiquiſſimas patriae ſuae res habuit exploratas. Praetereunt etiam, ſi bene memini, alii. Poſt pauca Μακεδόνας ſcriptum olim fuiſſe, pulcre animadvertit *Rhodomannus*. Rei ſeries & ſcripti Codd. idem ſibi poſtulant. P. Wess.

26. Τὴν τούτου θυγατέρα Στρατονίκην συνῴκισε] Puella id nominis ab avia Stratonice, feminarum nobiliſſima, quam Smyrnaei Θεὰν Στρατονίκην in Oxonienſi marmore vocant, impetraſſe videtur. De nuptiis ejus & Ariarathae, quantum quidem recordor, tacent alii. P. Wess.

35. Ὀνομαζομένην Ἀντιοχίδα] Eadem *Appianus* Syriac. p. 145. Hac affinitate Antiochus Ariarathen ſibi adjunxit in belli adverſus Romanos conſortionem. Confer *Livium* L. XXXVII, 39. & L. XXXVIII, 39. P. Wess.

50. Καὶ ἐπὶ τοσοῦτον — προέβη τὰ — εὐνοίας] Ab hac Patris filiique laudabili contentione ΕΥΣΕΒΟΥΣ titulum, quo Ariarathen numi ornant, repetunt viri docti, *Novius* ad Goltzii Numiſm. p. 305. & *Seguinus* Select. Numiſm. p. 61., ſed dubia admodum conjectura, ut bene vidit Illuſt. Ez. *Spanhemius* de Uſu & Praeſtant. Num. Diſſ. VIII. p. 469. P. Wess.

59. Ἐμβιώτερον ὑπῆρχεν] Pro ἐμβιώτερον ſcribe ἐμβιωτήριον, quo vocabulo vix quidquam elegantius eſt. L. Rhod.

Ἐμβιωτήριον ὑπῆρχεν] Placet viri doctiſſimi judicium, etſi ſimile exemplum non ſit ad manus. Ἐμβιοῦν illorum eſt, qui jucunde & libenter alicubi vitam agunt. *Libanius* T. II. p. 265. B. ἐν ᾧ μὲν ἐν γνώμῃ τῇ πατρῴᾳ τῇ Ἀθήνῃσι ἐμβιῶναί τε καὶ ἐγγηρᾶσαι, quo modo *Euſebius* ἐμβιῶναι καὶ ἐγγηράσκειν conjungit Praep. Evangel. L. V, 33. p. 229. D. Ipſam rem, de qua agitur, firmare Epiſtolae poterunt Carneadis ad hunc Ariarathen, quarum *Diogenes* L. IX, 65. meminit. P. Wess.

εἰδωλοποιοῦνται κατά τε τὴν τοῦ χαρακτῆρος ὁμοιότητα, καὶ κατὰ τὴν ὅλην τοῦ σώματος περιγραφήν, μιμητὰς ἔχοντες ἐκ παντὸς τοῦ βίου παρατετηρηκότας τήν τε πορείαν, καὶ τὰς κατὰ μέρος ἰδιότητας τῆς ἐμφάσεως. παραπλησίως δὲ καὶ τῶν προγόνων ἕκαστος προηγεῖται τοιαύτην ἔχων διασκευήν, καὶ κόσμον, ὥστε τοὺς θεωμένους, διὰ τῆς ἐκ τούτων ἐμφάσεως γινώσκειν, ἐφ᾽ ὅσον [h] ἕκαστος τιμῆς προήχθησαν καὶ μετέχον τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ καλῶν.

tur, ad lineamentorum ſimilitudinem, totamque corporis circumſcriptionem. Habent enim per omnem vitam, qui ingreſſum obſervent, & formae in oculos incurrentis proprietates ſingulas imitentur. Eodem modo progenitorum unusquiſque antecedit tali habitu & ornatu, ut qui intuentur, per evidentem illorum repraeſentationem cognoſcant, ad quos honoris gradus ſinguli evecti fuerint, & quantum de reipublicae bonis & ornamentis participarint.

EX EODEM LIBRO ECLOGA QUINTA.

ΩΣ Μέμμιος [i] ἐξαπέλεκυς στρατηγὸς εἰς τὴν Ἰβηρίαν ἐξαπέσταλτο μετὰ δυνάμεως, οἱ δὲ Λυσιτανοὶ συστραφέντες πρὸς αὐτὸν καὶ λαβόντες [k] ἐκπαράσκευον ἐκ κατάπλου, μάχῃ τε ἐνίκησαν, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ στρατοῦ διέφθειραν· περιβοήτου δὲ γενομένης τῆς τῶν Ἰβήρων εὐημερίας, οἱ μὲν [l] Αρουακοί, νομίσαντες πολὺ κρείττους εἶναι τῶν Ἰβήρων, κατεφρόνησαν τῶν πολεμίων, καὶ τὸ πλῆθος τὸ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν, διὰ ταύτην μάλιστα τὴν αἰτίαν, εἵλετο τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον.

MEMMIUS praetor cum exercitu in Hiſpaniam miſſus erat. At Luſitani in ipſum converti, cum imparatam a recenti navium appulſu 896. offendiſſent, & pugna vicerunt, & maximam exercitus partem interemere. Divulgato igitur paſſim hoc Iberorum ſucceſſu felice, Arevaci Iberis ſe longe praeſtantiores eſſe opinati, hoſtes contemſere: Et multitudo, quae ad concionem publicam confluxerat, hanc ob cauſam maxime, bellum contra Romanos ſuſcepit.

ΕΚ ΤΟΥ ΛΒ΄.

EX L. XXXII. ECL. I.

Ὁ Δὲ Ἀλέξανδρος ἀπὸ μὲν τῆς μάχης μετὰ [m] πεντακοσίων τὴν φυγὴν ἐποιήσατο τῆς Ἀραβίας εἰς τὰς καλουμένας Ἄβας πρὸς Διοκλέα τὸν δυνάστην, πρὸς ὃν ἦν καὶ τὸν υἱὸν Ἀντίοχον προεκτεθειμένος ὄντα νήπιον. εἶτα οἱ μὲν περὶ τὸν Ἡλιάδην ἡγεμόνες, οἳ συνῆσαν Ἀλεξάνδρῳ, λάθρα διεπρεσβεύσαντο περὶ τῆς ἰδίας ἡγεμονίας, [n] ἐπαγγελλόμενοι δολοφονήσειν τὸν Ἀλέξανδρον. συγχωρήσαντος δὲ τοῦ Δημητρίου περὶ ὧν ἠξίουν, οὐ μόνον προδόται τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ καὶ φονεῖς ἐγενήθησαν.

ALEXANDER a pugna quingentis comitatus fugam intendit urbem Arabiae verſus, quam Abas vocant, ad principem Dioclem: apud quem etiam filium Antiochum, tenerae adhuc aetatis, prius depoſuerat. Poſtea duces Heliadae adjuncti, qui cum Alexandro erant, clancularias de munere ſuo imperatorio legationes miſerunt, doloſe Alexandrum occiſuros promittentes. Quorum petitioni cum locum dediſſet Demetrius, non proditores tantum, ſed interfectores etiam, regis facti ſunt.

Οὐκ ἄξιον δὲ παρελθεῖν τὴν γενομένην περιπέτειαν [o] πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς, διὰ δὲ τὸ παράδοξον ἴσως ἀπιστηθησομένην. Ἀλεξάνδρου γὰρ τοῦ βασιλέως βραχὺ πρὸ τῶν [p] ἐνεστώτων χρόνων χρηστηριαζομένου κατὰ τὴν Κιλικίαν, ἔνθα φασὶν Ἀπόλλωνος Σαρπηδονίου ἱερὸν εἶναι, ἀνελεῖν αὐτῷ λέγεται τὸν θεόν, φυλάξασθαι τὸν τόπον τὸν [q] ἐνεγκόντα θεὸν δίμορφον. καὶ τότε μὲν αἰνιγματώδη τὸν χρησμὸν εἶναι δόξαι, ὕστερον μέντοι, μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως, ἐπιγνωσθῆναι τὸ λόγιον διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας. τῆς Ἀραβίας ἐν ταῖς καλουμέναις Ἄβαις ᾤκει τις Διόφαντος ὄνομα, τὸ δὲ γένος Μακεδών· οὗτος ἐγχώριον Ἀραβίαν γυναῖκα γήμας, ἐ-

Indignum vero eſſet, ſi, quod ante vitae Alexandri finem evenit, ſed propter inſolentiam forte non creditur, ſilentio praeteriremus. Alexandro enim rege, paulo antequam inſtarent haec tempora, conſulenti oraculum in Cilicia, ubi Sarpedonii Apollinis templum eſſe dicunt; Deum reſpondiſſe fertur, ut a loco ſibi caveret, qui geminae formae Deum protuliſſet. Et tunc quidem reſponſum divinum pro aenigmate habitum: ſed poſtea exſtincto rege, veritatem cognitam fuiſſe, hoc modo. In Arabiae urbe, quae Abae vocatur, quidam Diophantus nomine habitabat, natione Macedo. Is ducta ex indigenis Arabica uxore, filium ſibi co-

h Ἕκαστοι in ora *Edd.* i Ἐξ ὁ πέλεκυς ad marg. *Edd.* Tum Μέμμιος *Amſtel.* k Ἐκπαρασκευῶς ad oram *Edd.* l Ἀρουακοὶ *Amſtel.* m Πεντακοσίοις *id.* & ora *Edd.* n Ἐπαγγελλόμενοι *Amſtel.* o Πρὸς *Rothom.* p Ἐστώτων *Amſtel* & marg. *Edd.* q Ἐνεγκόντα θεὸν *Amſtel.* In *Edd.* ora θεῖον. Vulgo (τὸν) θεόν.

64. Τῶν γὰρ Ῥωμαίων οἱ ταῖς εὐγενείαις &c.] Haec partem fecerunt deſcriptionis juſtorum, quae magnifica Aemilio Paullo fuerant perſoluta: id *Photius* planiſſime indicat. Addiderat Auctor Paulli meritiſſimas laudes, quarum reliquias Excerpta dabunt *Peireſc.* p. 325. Cetera, quae hic produntur, a *Polybio* copioſius & cultius traduntur L. VI, 51. Mox *Rhodom.* γινώσκειν ἐφ᾽ ὅσον ἕκαστοι pro ἕκαστος ex margine adſciſcit. P. WESS.

81. Ὡς Μέμμιος ἐξαπέλεκυς] Quae librarii mutant, omnes ineptias poſt ſe relinquunt. Ἐξαπέλεκυς praetor eſt, uti in Excerpt. *Peireſc.* p. 346., ἐξαπέλεκυς ἀρχὴ praetura apud *Polybium* L. III, 40. Cauſſam, cur Graeci ita vocarint, ignorat nemo. De Memmio praetore alii certiora docebunt. Mihi Mummius eſſe videtur, de quo *Appianus* Iberic. p. 483. P. WESS.

83. Καὶ λαβόντες ἐκπαράσκευον] Muta ἐκπαράσκευον in ἀπαράσκευον. Nam lectio marginis prorſus aliena eſt. L. RHOD.

86. Οἱ μὲν Ἀρουακοὶ] *Luſitanos* verterat Interpres, aliud agens. *Arevaci* ſunt ſive *Arevacae*, Ἀραυάκαι, Ἀρουάκοι *Ptolemaeo* & *Straboni*. Scribe ergo Ἀρουακοί. P. WESS.

91. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀπὸ μὲν τῆς μάχης &c.] De pugna Alexandri cum Demetrio legatur *Joſephus* Antiq. Judaic. Lib. XIII, 418. L. RHOD.

93. Εἰς τὰς καλουμένας Ἄβας] Quaerendae ſunt Abae iſtae Arabicae; nam, quod ſuſpicabar olim, εἰς τὰς καλουμένας Σάβας, id, etſi haud male & hic & in ſequentibus videatur poſſe convenire, nemini obtrudo. Vid. ſupra L. III, 47. Porro Arabum regulus *Diocles*, ad quem Alexander Balas fugit, forte *Malchus* eſt *Joſephi* A. J. lib. XIII, 5, 1., aut *Elmalchuel* ſcriptoris libri Maccabaeor. 1. cap. XI, 39., ubi *Grotium* vide. Namque ad eum Alexander iſte filium Antiochum alendum & ſervandum miſerat. P. WESS.

6. Ἔνθα — Ἀπόλλωνος Σαρπηδονίου ἱερὸν εἶναι] Seleuciae erat. *Zoſimus* L. I, 57. ἐν Σελευκείᾳ κατὰ Κιλικίαν Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἵδρυτο, καλουμένου Σαρπηδονίου, καὶ ἐν τούτῳ χρηστήριον. & quidem propter ipſum mare in litore, ſicuti egregie docetur a *Baſilio* Seleucienſi praeſule lib. II. de Mirac. S. Theclae p. 136. & in ejuſdem vita p. 122. Ed. *Pantini.* P. WESS.

8. Ἐνεγκόντα θεὸν δίμορφον] Hermaphroditum intellige, alioqui θεῖον haud foret abſurdum. P. WESS.

18. Προ-

cognominem procreavit, & filiam Heraidem appellatam. Filium quidem ante maturum aetatis vigorem exſtinctum vidit, filiam autem, idoneam matrimonio aetatem cum attigiſſet, dotatam collocavit viro cuidam, cui nomen Samiades. Hic ubi annum cum nuptia vixiſſet, longinquam peregrinationem ſuſcepit. Interea in morbum admirabilem, & omni fide majorem, incidiſſe Heraidem ferunt. Nam inflammationem cum tumore vehementem circa imum ejus ventrem exſtitiſſe, magisque ac magis intumeſcente loco, cum exinde ad malum hoc magnae febres acceſſiſſent, exulcerationem circa matricis collum factam eſſe, medicos exiſtimaſſe. Adhibitis igitur medicamentis, quibus tumores illos ardentes ſe repreſſuros putabant, cum jam ſeptima dies eſſet, rupta ſuperficie virile inguen cum adjunctis teſticulis ex pudendis Heraidis procidiſſe. Diruptionem vero iſtam cum
897. affectione conjuncta accidiſſe, neque medico, neque alio extraneorum praeſente, ſed matre tantum & duabus ancillis. Tunc quidem ſtupore correptas & ob rei inſolentiam obmutuiſſe; Heraidis tamen curam pro facultate agentes ſubticuiſſe eventum, illamque a morbo liberatam muliebrem adhuc veſtitum geſtaſſe, caeterumque vitae domeſticae viroque ſubjectae morem retinuiſſe. Conſciis tamen hujus eventus ſuſpicionem obortam, Hermaphroditum eſſe. Atque ita in priore vitae conſuetudine cum viro, licet naturalis conjunctio repugnaret, maſculinis tamen complexibus familiariter ſe accommodaſſe, viſam. Interea dum extraneos haec conditio latet, Samiaden rediiſſe, &, ut congruebat, uxorem requiſiviſſe. At quia illa in conſpectum prodire verecundiae cauſa non audebat, graviter tuliſſe Samiaden. Dumque inſtat continenter, & conjugem expetit, parens vero non concedit, & tamen cauſam exponere veretur, diſſidium magnopere augeſcit. Iccirco litem patri de uxore ſua intendit, fortuna mirabilem hunc caſum, ut in fabularum actionibus fit, in crimen vocante. In judicium ergo conſeſſu, habitis ultro citroque orationibus, interfuit judicio etiam corpus, de quo diſceptabatur. Hic judices dubitant, utrum viro in uxorem, an patri in filiam major poteſtas conveniat. Tandem ubi judices oportere cenſebant, ut uxor virum ſequeretur: veritatem manifeſtavit, & fidente animo adſimulatam hactenus veſtem ſolvens, virilitatem ſexus cunctis monſtravit, cum ſtomacho etiam in hanc vocem erupit. Num aliqui virum viro nubere cogant? Tunc obſtupefactis omnibus, ac voce admirabunda rei novitatem ſignificantibus, Heraidem pudore detecto, aliter veſtitam, muliebrem ornatum in juvenis habitum mutaſſe, perhibent.

ἐγέννησε μὲν υἱὸν ὁμώνυμον ἑαυτῷ, θυγατέρα δὲ τὴν προσαγορευθεῖσαν Ἡραΐδα. τὸν μὲν οὖν υἱὸν πρὸ τῆς ἀκμῆς ἐπεῖδε τελευτήσαντα· τὴν δὲ θυγατέρα γάμου ἔχουσαν ὥραν προικίσας συγκατῴκισέ τινι ὄνομα [r] Σαμιάδῃ. οὗτος μὲν συμβιώσας τῇ γαμηθείσῃ χρόνον ἐνιαύσιον, ἀπεδήμησε μακρὰν ἀποδημίαν. τὴν δὲ Ἡραΐδα φασὶν ἀῤῥωστίᾳ περιπεσεῖν παραδόξῳ καὶ παντελῶς ἀπιστουμένῃ· φλεγμονὴν γὰρ ἰσχυρὰν γενέσθαι περὶ [s] τὸ ἦτρον αὐτῆς. ἐπὶ πλεῖον δὲ οἰδήσαντος τοῦ τόπου, ἔπειτα [t] τῶν πυρετῶν μεγάλων συνεπιγινομένων, καταδοξάσαι τοὺς ἰατροὺς, ἕλκωσιν γεγονέναι περὶ τὸν τράχηλον τῆς μήτρας. χρωμένων δὲ αὐτῶν θεραπείαις, αἷς ὑπελάμβανον καταστέλλειν τὰς φλεγμονὰς, ἑβδομαίας δ' οὔσης, ῥῆξιν ἐπιγενέσθαι τῆς ἐπιφανείας, καὶ [u] προπεσεῖν ἐκ τῶν τῆς Ἡραΐδος γυναικείων αἰδοῖον ἀνδρεῖον, ἔχον διδύμους προσκειμένους. Τὴν δὲ ῥῆξιν τούτων καὶ τὸ πάθος γενέσθαι, μήτε ἰατροῦ μήτ' ἄλλου [x] τῶν ἔξω παρόντων, πλὴν μητρὸς, καὶ δύο θεραπαινίδων. τότε μὲν ἀχανεῖς γενομένας διὰ τὸ παράδοξον, τὴν ἐνδεχομένην ἐπιμέλειαν ποιήσασθαι τῆς Ἡραΐδος, καὶ κατασιωπῆσαι τὸ γεγονός. τὴν δὲ ἀπολυθεῖσαν τῆς νόσου, τὴν ἐσθῆτα φορεῖν γυναικείαν, καὶ τὴν ἄλλην ἀγωγὴν οἰκουρὸν καὶ ὕπανδρον διαφυλάττειν. [y] καταδοξάσθαι δὲ ὑπὸ τῶν συνειδότων τὴν περιπέτειαν, ἑρμαφρόδιτον εἶναι. καὶ κατὰ τὴν γεγενημένην μετ' ἀνδρὸς συμβίωσιν, τῆς κατὰ φύσιν ἐπιπλοκῆς ἀντιπραττούσης, δοκεῖν αὐτὴν ταῖς ἀῤῥενικαῖς συμπεριφοραῖς καθωμιλῆσθαι. λανθανούσης δὲ τοὺς ἐκτὸς τῆς διαθέσεως ταύτης, ἐπανελθεῖν τὸν Σαμιάδην, καὶ (καθάπερ ἦν ἐπιβάλλον) τὴν γαμηθεῖσαν ἐπιζητεῖν. οὐ τολμώσης δὲ ἐκείνης εἰς ὄψιν ἐλθεῖν, διὰ τὴν αἰσχύνην, τὸν Σαμιάδην φασὶ βαρέως ἐνεγκεῖν· ἐπικειμένου δὲ συνεχέστερον, καὶ ἀπαιτοῦντος τὴν σύμβιον, καὶ τοῦ πατρὸς μὴ συγχωροῦντος μὲν, αἰσχυνομένου δὲ τὴν αἰτίαν εἰπεῖν, εἰς μέγα ηὔξετο ἡ διαφορά. ἐπενεγκεῖν τε διὰ τοῦτο δίκην τῷ πατρὶ περὶ τῆς ἰδίας γυναικός· τῆς τύχης ὥσπερ ἐν δράμασι τὸ παράδοξον τῆς περιπετείας ἀγούσης [z] εἰς ἔγκλημα. συνεδρευσάντων δὲ τῶν κριτῶν, καὶ λόγων ῥηθέντων, συμπαρεῖναι μὲν τῇ κρίσει τὸ ἀμφισβητούμενον σῶμα· διαπορεῖν δὲ τοὺς δικαστὰς, πότερον προσήκει τὸν ἄνδρα τῆς γυναικὸς, ἢ τὸν πατέρα τῆς θυγατρὸς κυριεύειν; πέρας τῶν κριτῶν οἰομένων δεῖν ἀκολουθεῖν τἀνδρὶ τὴν γαμηθεῖσαν, τὴν ἀλήθειαν διασαφῆσαι, τὸ τῆς φύσεως ἄῤῥεν, καὶ θυμῷ τετολμηκότι τὴν καθυποκρινομένην ἐσθῆτα λύσασαν δεῖξαι πᾶσι, ῥῆξαί τε φωνὴν δεινοπαθοῦσαν, εἴ τινες ἀναγκάζουσι συνοικεῖν ἀνδρὶ τὸν ἄνδρα; πάντων δὲ καταπλαγέντων, καὶ φωνῇ θαυμαζούσῃ τὸ παράδοξον ἐπισημαινομένων, τὴν μὲν Ἡραΐδα φασὶν, ἀποκαλυφθείσης τῆς αἰσχύνης, μεταμφιάσασθαι τὸν γυναικεῖον κόσμον εἰς νεανί-

r Σαμία ora Edd. In Amſtel. ultima Syllaba compendio deſignatur, videturque Σαμιάδῃ fuiſſe. Edebatur Σαμιάδης. s Τὸ ἦτρον Amſtel. t Τῶν πυρετῶν H. Steph. u Προπεσεῖν H. Steph. In Edd. προπεσεῖν. x Τῶν ἔξωθεν Amſtel. & mox γενομένας. y Καταδόξασθαι marg. Edd. z Deeſt Amſtel. praepoſitio.

18. Προικίσας συγκατῴκισε] Notetur verbum in Lexicis hactenus deſideratum προικίζειν, id eſt, dotare. Laertius προῖκα ἐπιδοῦναι. Philo (p. 787.) προικίζεται τὴν παῖδα ὁ φθόνος ἄλλῳ, ζημιώματα χρήματα. Epiphanius, μὴ πεπροικισμένη ὑπὸ τοῦ λόγου, atque inde ὁ προικισμὸς ibidem. Horum prototypum eſt ἡ προὶξ δος. hinc θεράπαιναι προικῷαι apud Philonem lib. περὶ εὐγενείας (p. 909.) Ἀπροίκους γάμους, ἀπροίκου, λαβεῖν Lucianus, Athenaeus, Laertius. D. Hoeschelius.

24. Ἔπειτα τῷ πυρετῷ μεγάλῳ &c.] Reſtitue ἔπειτα καὶ πυρετῶν μεγάλων. Aut inter τῷ & πυρετῷ inſere παλιν aut ἐπιόντι. Non equidem minori admiratione dignum eſt, quod annales Teutonici (Hiſtoricae relationis titulo) hoc anno, quo iſta vertimus, cIↃ IↃCI., de mercenario quodam milite, Daniele Burcamero, memoriae produnt & confirmant. Is enim tametſi androgynus erat, ducta ante ſeptennium uxore, hactenus ἄτεκνος ob impotentiam cum illa vixerat. Superiori autem anno in Belgio ex venerea cum Hiſpano quodam coitione praegnans factus, menſe Majo femellam peperit, quae in ſacro Chriſti lavacro Eliſabethae nomen accepit. Mammam tamen alteram, in quo latere virilia ſunt, inutilem ad lac infanti praebendum habere ibidem memoratur. Hoc pro demonſtratione nobis fuerit, non καθόλου verum eſſe, quod de ἀγονίᾳ ſive ſterilitate Hermaphroditorum vulgo perhibetur. L. Rhod.

Ἔπειτα τῷ πυρετῷ μεγάλῳ &c.] Si πυρετῶν legeretur ſublato articulo, ſana poſſent haec videri. Statim περὶ τὸ ἦτρον fuiſſe videtur nam τὸ ὑπὸ τῷ ὀμφαλῷ, ὑπογάστριον & ΗΤΡΟΝ, Rufus Epheſius ait. Ceterum de mutatione ſexus narrantur aliquot exempla cum a Medicis, tum a Plinio hiſtoriarum lib. VII, 4., a Joanne Joviano Pontano L. X. de Reb. Coeleſtib. C. 5., quae Hoeſchelii ad hunc locum verba. Alia ſi velis, adi Phlegontem Trallianum de Reb. Mirab. C. 6. &c., Mercurialem Lect. Var. L. VI, 20., Vivem & Coquaeum ad Auguſtini L. III. Civit. D. cap. 31., & quae ſua aetate Romae contigiſſe memorat Burat-

ini

νεανίσκου διάθεσιν. τοὺς δὲ ἰατροὺς, ἐπιδειχθέντων αὐτοῖς τῶν φανέντων, γνῶναι, ὅτι κατακέκρυπτο φύσις ἄῤῥενος ἐν [a] ὠοειδεῖ τόπῳ φύσεως θηλείας, καὶ δέρματος περιειληφότος παρὰ τὸ σύνηθες τὴν φύσιν, [b] σύντρησις ἐγεγένητο, δι' ὧν ἐξωδεύοντο τὰ περιττώματα· διόπερ τὸν προσεσυριγγωμένον τόπον ἑλκώσαντας δεῖν [c] κατουλῶσαι, τὴν δὲ ἀνδρὸς φύσιν εὐκόσμου ποιήσαντας, σὺν ἐνδεχομένῃ χρήσασθαι δόξαι θεραπείᾳ. τὴν δ' Ἡραΐδα μετονομασθεῖσαν Διόφαντον, εἰς τοὺς ἱππεῖς καταλεχθῆναι, καὶ σὺν τῷ βασιλεῖ παραταξάμενον εἰς τὰς Ἄβας συναναχωρῆσαι. [d] διὸ καὶ τὸν πρότερον ἀγνοούμενον χρησμὸν τότε γνωσθῆναι, φανέντος τοῦ βασιλέως ἐν ταῖς Ἄβαις, καθ' ὃν τόπον ὁ δίμορφος ἐγεγένητο. τὸν δὲ Σαμιάδην λέγουσιν, ἔρωτι καὶ τῇ προγεγενημένῃ συνηθείᾳ [e] δεδουλωμένον, αἰσχύνῃ τε τοῦ παρὰ φύσιν γάμου συνεχόμενον, τῆς μὲν οὐσίας τὸν Διόφαντον ἀναδεῖξαι διαθήκῃ κληρονόμον· ἑαυτὸν δὲ τοῦ ζῆν μεταστῆσαι. ὥστε τὴν μὲν γυναῖκα γεγενημένην, ἀνδρὸς ἀναλαβεῖν δόξαν καὶ τόλμαν, τὸν δ' ἄνδρα γυναικείας ψυχῆς ἀσθενέστερον γενέσθαι.

Παραπλησία δὲ ταύτῃ τῇ διαθέσει συνετελέσθη περιπέτεια τριάκοντα ἔτεσιν ὕστερον ἐν τῇ πόλει τῶν Ἐπιδαυρίων. ἦν γάρ τις Ἐπιδαυρία, κόρη μὲν εἶναι δοκοῦσα, γονέων δὲ ὀρφανὴ, [f] Καλλὼ δ' ὄνομα. αὕτη τὸν ἐπὶ τῆς φύσεως ἀποδεδειγμένον ταῖς γυναιξὶ πόρον ἄτρητον εἶχεν· [g] παρ' αὐτὸν δὲ τὸν καλούμενον κτένα, τόπου συριγγωθέντος ἐκ γενετῆς, τὰς περιττώσεις τῶν ὑγρῶν ἐξέκρινεν. εἰς δὲ τὴν ἀκμὴν τῆς ἡλικίας παραγενομένη, συνῳκίσθη τινὶ τῶν πολιτῶν. διετῆ μὲν οὖν χρόνον συνεβίωσε τἀνδρί· τὴν μὲν γυναικείαν ἐπιπλοκὴν οὐκ ἐπιδεχομένη, τὴν δὲ παρὰ φύσιν ὁμιλίαν ὑπομένειν ἀναγκαζομένη. μετὰ δὲ ταῦτα φλεγμονῆς αὐτῇ συμβάσης περὶ τὸν κτένα, καὶ δεινῶν ἀλγηδόνων ἐπιγενομένων, συνεκλήθη πλῆθος ἰατρῶν· καὶ τῶν μὲν ἄλλων οὐδεὶς ὑπισχνεῖτο θεραπεύειν, φαρμακοπώλης δέ τις ἐπαγγελλόμενος ὑγιάσειν, ἔτεμε τὸν ἐπηρμένον τόπον· ἐξ οὗπερ ἐξέπεσεν ἀνδρὸς αἰδοῖα, δίδυμοι, καὶ καυλὸς ἄτρητος. πάντων δὲ τὸ παράδοξον καταπλαγέντων, ὁ φαρμακοπώλης ἐβοήθει τοῖς λειπομένοις μέρεσι τῆς πηρώσεως. τὸ μὲν οὖν πρῶτον, τὸ αἰδοῖον ἄκρον ἐπιτεμὼν, συνέτρησεν εἰς τὸν οὐρητῆρα· καὶ καθεὶς ἀργυροῦν καυλίσκον, [h] ταύτῃ τὰ περιττώματα τῶν ὑγρῶν ἐξεκόμιζε, τὸν δὲ σεσυριγγωμένον τόπον ἑλκώσας, [i] ἐνέφυσε. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ὑγιοποιήσας, διπλοῦν ἀπῄτει τὸν μισθόν. ἔφη γὰρ, αὐτὸν παρειληφέναι γυναῖκα νοσοῦσαν, καθεστακέναι δὲ νεανίσκον ὑγιαίνοντα. ἡ δὲ Καλλὼ τὰς μὲν ἐκ τῶν ἱστῶν κερκίδας, καὶ τὴν ἄλλην τῶν γυναικῶν ταλασιουργίαν, ἀπέθετο· μεταλαβοῦσα δὲ ἀνδρὸς ἐσθῆτα, καὶ τὴν

Et Medicos, cum viſa ipſis quoque exhiberentur, cognoviſſe, quod natura maris in foemineae naturae loco, formam ovi referente, abſcondita latuiſſet, & quod in pellicula naturae circumvoluta, praeter morem foramen exſtitiſſet, per quod ſuperflua exiverint. Ideo locum prius fiſtulae inſtar excavatum, poſt factam exulcerationem cicatrice obducendum eſſe, naturaque virili in decorem ſuum reſtituta, debita utendum curatione, ſtatuiſſe. Poſtea Heraidem, Diophanti nomine aſſumto, in equitum ordines allectam, & poſtquam 898. in acie cum rege ſtetiſſet Abas ſe una recepiſſe. Idcirco etiam oraculi ſenſum prius non intellectum, tunc fuiſſe deprehenſum: Cum rex Abas comparuiſſet, quo in loco biformis ille natus erat. Samiaden tandem memorant, amore & priſtina conſuetudine victum, pudore matrimonii a natura abhorrentis ſubactum, bona ſua Diophanto teſtamento legaſſe, ſe autem abdicaſſe vita. Ita eam, quae mulier fuerat, audaciam viri gloriamque obtinuiſſe: virum autem imbecillitate animi muliere deteriorem abiiſſe.

Similis huic eventui caſus, xxx. annis poſt, in Epidauriorum urbe, contigit. Epidauria quaedam erat, ut habebatur quidem, puella, parentibus orba, cui nomen Callo. Haec meatum a natura mulieribus deſignatum ſine foramine habebat; juxta ipſum vero pectinem, uti vocant, qui locus erat inſtar fiſtulae pervius a primo ortu, ſuperfluos per illum humores excernebat. Ad maturam vero aetatem progreſſa, civi cuidam tradita fuit in matrimonium. Biennium itaque cum marito vixit, ita quidem ut foeminei complexus capax non eſſet, ſed coitum praeter naturam ſuſtinere cogeretur. Poſtea vero phlegmone circa pectinem oritur, ad quam horrendi cruciatus accedunt. Medicorum convocatur multitudo; quorum nemo curationis ſpem facit: ſed pharmacopola quidam ſanationem promittens locum tumore elatum incidit, unde viri pudendum, teſticuli & virga, ſed imperforata excidit. Ibi cum omnes rem inſolitam cum ſtupore demirarentur, reſtantibus particulis contra defectum auxiliatur. Initio extrema veretri inciſa ad ureterem (hoc eſt, urinae meatum) uſque terebravit, & argenteum immittens cauliculum, per hunc redundantes humiditates eduxit. Sed locum, qui ad fiſtulae modum perforatus erat, exulceravit prius, & tunc demum conſolidavit. Cum hunc ergo ad modum ſanitatem illi tribuiſſet, geminam mercedem expetebat. Aegrotam enim mulierem ſe accepiſſe, & ſanum adoleſcentem nunc praeſentare, dixit. Callo ergo telae radios aliaſque foeminarum tractationes depoſuit; Et aſſumto viri amictu

a Οὐδεῖ *Amſtel.* ὠοειδεῖ *H. Steph.* b Σύντρησίς τις *Steph.* c Κατουλῶσαι marg. *Edd.* Mox δόξαι ... *Steph.* d Διότι ... *Amſtel.* e Δεδουλωμένον *Amſtel.* f Καλὼ *Steph.* g Παρὰ δὲ τὸν καλούμενον συριγγωθεῖσα *H. Steph.* & in margine π. δ. τ. καλούμενον κτένα, συριγγωθέντος τόπου. Vulgo καλούμενον τόπον συριγγωθέντος edebatur. h Ταυτὶ in ora *Edd.* i Ἀνέφυσε *H. Steph.*

ταῖ in Epiſtol., ex iſincere ſcriptis, p. 170. P. Wess.

37. Ἄγνωστ' ...] Feminam ... *S. Paullus* ad Rom. vii, 2., *Polyb.* Excerpt. p. 1390., *Artemidorus* Oneirocrit. L. i, 80, & ... idem *Paullus* ad Tit. C. ii. *Philo* de Exſecr. p. 932., *Dio Caſſius* L. lvi, pag. 657. *Artemidorus* L. ii, 33., *Euripides* Hecub. v. 1276., aliique memorant, quod indicaſſe ſatis erit: neque enim nunc vacat, ſingula excutere. P. Wess.

39. ...] ... *Nazianzenus*, ... *Lucianus*, ... *Philo*. D. Hoeschel.

42. ...] Vide not. in L. iii, 63. p. 233. P. Wess.

59. Τῶν ἀληθινῶν διαγραφῆναι &c.] *Diodori* textum ita in ordinem redigendum eſſe puto: ... L. Rhod.

Τῆς ἀληθινῆς διαγραφῆναι &c.] Illuſt. *Scaliger* malebat ... quod commodius. P. Wess.

71. Δι' ὧν ἐξωδεύοντο] Δι' ἧς, niſi enallagen ſtatuas, potius foret. P. Wess.

79. Φανέντος τοῦ βασιλέως] Vide ſcriptumne fuerit φυγόντος ob ea, quae de regis Alexandri caede Eclogae principio prodita ſunt? Mihi id quid ſignificantius & grandius accideret, niſi tu, Lector, aliud cenſeas. P. Wess.

92. Αὕτη τὸν ἐπὶ τῆς φύσεως ἀποδεδειγμένον &c.] Legiſſe Interpretem ἀπὸ τῆς φύσεως ex ejus Latinis arbitreris. Ἐπὶ ſi retineatur, tum φύσις eam partem, ut ſaepe, notabit, qua feminae cenſentur. Vide *Artemidorum* L. v, 63. Mox παρ' αὐτὸν — καλούμενον κτένα, τόπου &c. ex *Stephani* ſchedis, ſecutus *Scaligeri* & *Rhodomani* judicium, probavi. P. Wess.

93. Παρ' αὐτὸν δ. τ. καλούμενον τόπου συριγγωθέντος &c.] Hic inter-

ctu caeteroque habitu Callon, uno ad finem elemento, N. videlicet adjecto, nominata fuit. Memoratur a quibuſdam, quod ante transformationem in virum ſacerdos Cereris fuerit, & quia viris non videnda conſpexiſſet, religionis profanatae judicium adierit. Conſimili modo Neapoli, aliiſque in locis, plures id genus caſus extitiſſe narrant, non
899. quod maris foeminaeque ſexus in duplicis formae figuram per naturae fabricationem tranſierit: (hoc enim fieri non poteſt) ſed quod natura corporis membra falſo deſcripſerit, ad ſtuporem hominum & deceptionem. Proinde nos hoſce eventus, qui literis ac memoria proderentur, dignos judicavimus, non voluptatis, ſed utilitatis ad lectores rediturae, cauſa. Multi enim cum talia pro monſtris habeant, ſuperſtitione obligantur, nec vero privati duntaxat homines, ſed etiam nationes & civitates. Sub initium equidem belli Marſici, prope Romam Italicum quendam habitaſſe perhibent; qui cum Androgynum, ſupra memoratis ſimilem, in matrimonium accepiſſet, Senatui id renunciavit. Qui ſuperſtitione captus, & ab Haruſpicibus Thuſcis perſuaſus, vivum cremari juſſit. Hunc igitur, quod ob ſimilem participationem ſexus in monſtrum (non vere tamen) degeneraſſet, ex ignorantia morbi, ſecus quam decebat, exitio multatum perhibent. Nec multo poſt cum apud Athenienſes etiam ſimile quiddam accidiſſet, quod affectionem hanc non intelligerent, vivum, aiunt, hominem fuiſſe combuſtum. Nam Hyaenas ſic dictas mares ſimul & foeminas eſſe, alterniſque ſe annis inire, nonnulli fabulantur: cum res ita non habeat. Licet enim uterque ſexus ſimplicem & impermiſtam habeat naturam, per falſam tamen deſcriptionem accidit, quod temere ſpectantibus imponit. Foemellae enim in ſua natura adjunctum eſt quiddam virili membro aſſimile; & maſculo contra, quod foeminei ſexus inſtar habet. Eadem ratio in cunctis animantibus locum habet, dum revera naſcuntur multa variique generis prodigia, ſed non aluntur, nec ad perfectum ſui incrementum progredi poſſunt. Haec ad corrigendam ſuperſtitionem dicta ſunto.

ἄλλην διάθεσιν, μετωνομάσθη Κάλλων, ἑνὸς στοιχείου ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ ν. προστεθέντος. λέγεται δ' ὑπό τινων, ὅτι πρὸ τοῦ μεταλαβεῖν τὴν εἰς ἄνδρα μορφὴν, ἱέρεια τῆς Δήμητρος ἐγεγένητο καὶ τὰ τοῖς ἄρρεσιν ἄβατα ἰδοῦσα, κρίσιν ἔσχεν ἀσεβείας. ὁμοίως δ' ἐν τῇ [k] Νεαπόλει, καὶ κατ' ἄλλους τόπους πλείονας, ἱστοροῦνται γεγονέναι τοιαῦται περιπέτειαι, οὐκ ἄρρενος καὶ θηλείας φύσεως εἰς δίμορφον [l] τύπον δημιουργηθείσης (ἀδύνατον γὰρ τοῦτο) ἀλλὰ τῆς φύσεως διὰ τῶν τοῦ σώματος μερῶν ψευδογραφούσης, εἰς ἔκπληξιν καὶ ἀπάτην τῶν ἀνθρώπων. Διόπερ ἡμεῖς τὰς περιπετείας ταύτας ἀναγραφῆς ἠξιώσαμεν, οὐ ψυχαγωγίας, ἀλλ' ὠφελείας ἕνεκα τῶν ἀναγινωσκόντων. πολλοὶ γὰρ, τέρατα τὰ τοιαῦτα νομίζοντες εἶναι, δεισιδαιμονοῦσιν, οὐκ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔθνη καὶ πόλεις. κατ' ἀρχὰς γοῦν τοῦ Μαρσικοῦ πολέμου, πλησίον τῆς Ῥώμης οἰκοῦντά φασιν Ἰταλικὸν, γεγαμηκότα παραπλήσιον τοῖς εἰρημένοις ἀνδρόγυνον, προσαγγεῖλαι τῇ συγκλήτῳ· τὴν δὲ δεισιδαιμονήσασαν, καὶ τοῖς ἀπὸ Τυρρηνίας ἱεροσκόποις πεισθεῖσαν, ζῶντα προστάξαι καῦσαι. τοῦτον μὲν οὖν [m] ὁμοίας κεκοινωνηκότα φύσεως, ἀλλ' οὐ πρὸς ἀλήθειαν τέρας γεγενημένον, φασὶν ἀγνοίᾳ τῆς νόσου παρὰ τὸ προσῆκον ἀπολωλέναι. μετ' ὀλίγον δὲ καὶ παρ' [n] Ἀθηναίοις (τοῦ) τοιούτου γενομένου, διὰ τὴν ἄγνοιαν τοῦ πάθους, ζῶντά [o] φασι κατακαῆναι. καὶ γὰρ καὶ τὰς λεγομένας ὑαίνας τινὲς μυθολογοῦσιν ἄρρενας ἅμα καὶ θηλείας ὑπάρχειν, καὶ παρ' ἐνιαυτὸν ἀλλήλας ὀχεύειν· τῆς ἀληθείας οὐχ οὕτως ἐχούσης· ἑκάτερον γὰρ τοῦ γένους ἁπλῆν ἔχοντος καὶ ἀνεπίμικτον τὴν φύσιν [p] προσώρισται τὸ ψευδογραφοῦν καὶ παρακρουόμενον τοὺς εἰκῇ θεωροῦντας. [q] τῇ μὲν θηλείᾳ πρόσκειταί τι κατὰ τὴν φύσιν [r] παρεμφερὲς ἄρρενι μορίῳ· τῷ δὲ ἄρρενι κατὰ τὸ ἐναντίον ἔμφασις θηλείας φύσεως. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ πάντων τῶν ζώων, γινομένων μὲν πρὸς ἀλήθειαν πολλῶν καὶ παντοδαπῶν τεράτων, μὴ τρεφομένων δὲ, καὶ εἰς τελείαν αὔξησιν ἐλθεῖν οὐ δυναμένων. ταῦτα μὲν εἰρήσθω πρὸς διόρθωσιν δεισιδαιμονίας.

EX EODEM LIBRO ECLOGA SECUNDA.

MOENIA Carthaginenſium XL. cubitorum altitudinem, & XXII. latitudinem habere, ajunt. Sed tamen licet ita ſeſe haberent, machinae Romanorum, ſtrenuaque in bello facinora praeſtantiora munimentis illorum viſa ſunt, urbsque capta & ſolo aequata fuit.

ΟΤι τὸ τεῖχος τῆς Καρχηδονίων τῆς πόλεώς φησιν ὕψος μὲν εἶναι πηχῶν τεσσαράκοντα, πλάτος δὲ εἰκοσιδύο· ὅμως, [s] καὶ τοιούτων ὄντων, αἱ Ῥωμαίων μηχαναὶ, καὶ τὰ κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθήματα, κρείττους ὤφθησαν τῆς ἐκείνων ἀσφαλείας· καὶ ἑάλω ἡ πόλις καὶ κατεσκάφη.

EX

[k] [illegible] M. Marg. [l] Τύπον H. Steph., & melius. Vulgo τόπον. [m] Ὁμοίας marg. Edd. [illegible] Amſtel. [n] Ἀθηναίοις [illegible] Amſtel., (τοῦ) τοιούτου Edd. Adſcribunt autem Schol. H. Steph. & M. Marg., [illegible] ἀλλ' [illegible]. [o] Φασὶ marg. Edd., vulgo φησί. [p] Προσώρισται M. Marg. [q] Τῇ μὲν [illegible] H. Steph. [r] Παρεμφερὲς in Edd. ora. [s] Καὶ τοι τοιούτων H. Steph.

intertexendum [illegible] & [illegible] vertendum in [illegible]. L. Rhod.

21. Καὶ τὰ τοῖς ἄρρεσιν ἄβατα ἰδοῦσα] De Dianae apud Epidaurios ſacris Pauſanias L. II, 27. Contra vero Tireſiae, ſi fabulis fides, accidit, qui imprudens lavantem cum vidiſſet Minervam in feminam perhibetur mutatus a Jo. Malala Chronograph. p. 47. Tu vide Ill. Spanhemium in Callimachi H. Pallad. v. 82. p. 605. P. Wess.

33. Κατ' ἀρχὰς γοῦν τοῦ Μαρσικοῦ πολέμου &c.] Prodigia, quae ſub Marſici belli initium Romam terruerunt, deſcribuntur plura ab Siſenna in Cicero. L. 1. Divin. C. 44. & P. Oroſio L. v, L. v, 18., androgynum tamen praetereuntibus. P. Wess.

38. Ζῶντα προστάξαι καῦσαι] Plerumque in mare deportabantur haruſpicum praecepto. Lege Schefferi notam ad Jul. Obſequentem C. 81. Nec combuſtorum tamen deſunt exempla. Memorabile eſt, modo verum, apud Phlegontem Rer. Mirabil. C. 2. P. Wess.

46. Καὶ παρ' ἐνιαυτὸν ἀλλήλας ὀχεύειν] Sic Aelian. de Animal. L. I, 25. Oppianus Cyneget. L. III, 289. pluresque alii, a Leone Allatio in unum conducti ad Euſtathii Hexaëmer. p. 183. P. Wess.

49. Προσώρισται τὸ ψευδογραφοῦν &c.] Videntur haec manca atque una alterave defecta voce. Recte vero fabulam de gemino hyaenarum ſexu explodit, plane conſentiens Ariſtoteli Hiſt. Animal. L. VI, 32., ubi [illegible] niſi cum Clariſſ. Cor. Pauw ad Horapollin. p. 386. legeris, oratio non conſtabit. Philoſopho adſtipulatur Euſtathius Hexaem. p. 39. P. Wess.

59. Ὕψος μὲν εἶναι πηχῶν τεσσαράκοντα] Lege Appianum de Bell. Punic. p. 95., haec accuratius exſequentem. Statim Rhodomanus καὶ τοι τοιούτων ὄντων praefert. P. Wess.

64. Ὅτι Μασανάσσης &c.] Maſiniſſa. Scripti omnes & H. Steph. editio Μασανάσσης, quod ut ſuſpectum rejeci in marginem. Illud reperies apud Plut. in vita Catonis Majoris (pag. 352. A.) & alibi; pro quo in Polybii excerptis Eclog. CXVIII. Μασαννάσσης legitur. Apud Lucianum in Macrob. (cap. 17.) Μασσανάσσης. D. Hoeschel.

65. Ἐνενήκοντα μὲν ἐβίω ἔτη &c.] Lege quae de Maſiniſſa atta-

tt

EX EODEM LIBRO ECLOGA TERTIA.

Ὅτι [t] Μασανάσσης ὁ Λιβύων βεβασιλευκὼς, καὶ τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν τετηρηκὼς, ἐνενήκοντα μὲν ἔζησεν ἔτη ἐν δυνάμει, παῖδας δέκα ἐν τῷ ἀπαλλάττεσθαι [v] καταλιπὼν, οὓς καὶ Ῥωμαίοις ἐπιτροπεύεσθαι παρεκατέθετο. ἦν δὲ καὶ κατὰ τὴν τοῦ σώματος εὐτονίαν διαφέρων, καὶ καρτερίᾳ καὶ πόνοις συνήθης ἐκ παιδός. ὅς γε στὰς ἐν τοῖς ἴχνεσιν, ὅλην τὴν ἡμέραν ἀκίνητος ἔμενε· καθεζόμενος δὲ οὐκ ἠγείρετο, μέχρι νυκτὸς ἐνημερεύων ταῖς τῶν πόνων μελέταις. ἐπὶ δὲ [x] τὸν ἵππον ἐπιβαίνων συνεχῶς ἡμέραν καὶ νύκτα, καὶ ταῖς ἱππασίαις χρώμενος, οὐκ ἐξελύετο. σημεῖον δὲ τῆς περὶ αὐτὸν εὐεξίας τε καὶ δυνάμεως μέγιστον· ἐνενήκοντα γὰρ σχεδὸν ἔχων ἔτη, υἱὸν εἶχε τετραετῆ, διαφέροντα τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ. ἐν ταῖς τῶν ἀγρῶν ἐπιμελείαις τοσοῦτον διήνεγκεν, ὡς ἑκάστῳ τῶν υἱῶν ἀπολιπεῖν ἀγρὸν μυριόπλεθρον, κεκοσμημένον πάσαις ταῖς κατασκευαῖς. [y] ἐβασίλευσε δ' ἐπιφανῶς ἔτη ἑξήκοντα.

MASANASSES (Latinis Maſiniſſa) qui inter Afros regnavit, & amicitiam cum Romanis perpetuo coluit, XC. annos in vigore aetatem exegit, filiosque X. e vita excedens reliquit, quos & Romanorum tutelae commiſit. Erat autem corporis firmitate praeſtans, & a puero ad fortitudinem & labores adſuefactus, in quibus inſtiterat veſtigiis, in his totum diem immotus permanebat, ſedens ad noctem uſque non ſurgebat, totum in laborum exercitationes diem conſumens. Equo ſemel conſcenſo, etiamſi diem ac noctem continenter equitaret, tamen non defatigabatur. Bonae valetudinis ac roboris maximum id ſignum fuit, quod XC. prope annos natus filium habuit quadrimum, corporis viribus excellentem. In agrorum etiam cultura tam eximiam collocavit operam, ut unicuique filio agrum relinqueret CIↃ. plethrorum, omni inſtrumento exornatum. LX. denique annos praeclare regnum adminiſtravit. 900.

EX EODEM LIBRO ECLOGA QUARTA.

Ὅτι Νικομήδης Προυσίαν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα καταπολεμήσας, καὶ καταφυγόντα εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν, ἀνελὼν, παρέλαβε τὴν βασιλείαν τῆς Βιθυνίας, ἀσεβεστάτῳ φόνῳ κτησάμενος τὴν ἀρχήν.

NICOMEDES parentem ſuum Pruſiam, armis profligatum, cum in templum Iovis perfugiſſet, necavit, regnumque Bithyniae nefaria caede acquiſitum in ditionem accepit.

EX EODEM LIBRO ECLOGA QUINTA.

Ὅτι Λυσιτανοί, φησι, τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἔχοντες ἀξιόχρεων ἡγεμόνα, [z] εὐάλωτοι καθίσταντο, Ῥωμαίοις πολεμοῦντες, ὕστερον δὲ [a] Οὐριάτθου κυρήσαντες, μεγάλα Ῥωμαίους ἔβλαψαν. ἦν μὲν οὗτος τῶν παρὰ τὸν ὠκεανὸν οἰκούντων Λυσιτανῶν, ποιμαίνων ἐκ παιδὸς, ὀρείῳ βίῳ καλέστη συνήθης, συνεργὸν [b] ἔχων καὶ τὴν τοῦ σώματος φύσιν· καὶ γὰρ ῥώμῃ, καὶ τάχει, καὶ τῇ τῶν λοιπῶν μερῶν εὐκινησίᾳ, πολὺ διήνεγκε τῶν Ἰβήρων. [c] συνείθισε δὲ αὑτὸν τροφῇ μὲν ὀλίγῃ, γυμνασίοις δὲ πολλοῖς χρῆσθαι, καὶ ὕπνῳ μέχρι μόνου τοῦ ἀναγκαίου. καθόλου δὲ σιδηροφορῶν συνεχῶς, καὶ θηρίοις καὶ λῃσταῖς εἰς ἀγῶνας καθιστάμενος, [d] περιβόητος ἐγένετο παρὰ τοῖς πλήθεσι, καὶ ἡγεμὼν αὐτοῖς ᾑρέθη, καὶ ταχὺ σύστημα περὶ ἑαυτὸν λῃστῶν ἤθροισε. καὶ προκόπτων ἐν τοῖς πολέμοις, οὐ μόνον ἐθαυμάσθη διὰ τὴν ἀλκὴν, ἀλλὰ καὶ στρατηγεῖν ἔδοξε διαφερόντως. ἦν δὲ καὶ δίκαιος ἐν ταῖς διανομαῖς τῶν λαφύρων,

CUM Luſitani ſatis idoneum initio ducem non haberent, in bello cum Romanis non magno ſubigebantur negocio, poſtea Viriathum nacti magnis Romanos detrimentis affecere. Hic ex Luſitanis Oceanum accolentibus erat, a puero inde uſque paſtor vitaeque montanae adſuetus, corporis etiam naturam adjutricem habuit. Nam robore ac celeritate, membrorumque agilitate caeteris Iberis longe antecelluit. Ita autem ſe adſuefecerat, ut exiguo nutrimento, & multa exercitatione, ſomnoque ad neceſſitatem ſolummodo uteretur; Ferrea denique arma perpetuo geſtando, & cum beluis ac latronibus decertando, apud multitudinem celebris evaſit, & dux tandem creatus, ſubito praedonum circa ſe agmen congregavit. Magnoſque in bellis progreſſus faciens, non ob alias tantum virtutes in admirationem venit, ſed imperatoriis etiam artibus excellere judicatus eſt. 901. In ſpoliorum praeterea diſtributione juſtus erat, & pro merito illos, qui fortiter rem geſſerant, mune-

t Μασάνασσης H. Steph. Amſtel. v Αὐτὸν marg. Edd. x Τὸν ἵππον ἐπιβαίνων H. Steph., mox [illegible] in ora Edd. Vulgo [illegible]. y Ἐβασίλευσεν Amſtel. & margo Edd. z [illegible] Edd. a Ὑριάτθου iterum. In ora Οὐριάτθ. & Steph. b Deeſt Amſtel. & aliis. c [illegible] in ora Edd. d Περιβόητος [illegible] Amſtel. Vulgo deerat verbum.

te diſputavi Obſervat. L. I, 29. De liberis, quos moriens reliquit, inter veteres non convenit. Nempe gentis more ex concubinis plures tulerat, legitimos pauciores. Hinc diſcordia. Vide *Eutropium* L. IV, II., *Valer. Maxim.* L. V, 2. 4. Extern., *Appianum* Punic. p. 106. *Zonaram* Annal. L. IX. pag. 351. P. WESS.

73. Ἐπὶ τὸν ἵππον ἐπιβαίνων συνεχῶς &c.] Hoc vulgato praetuli. Aemulatur *Polybium* Excerpt. p. 1472. [illegible] &c. P. WESS.

*77. [illegible]] Idem ex *Polybio* narrare *Plutarchum* libro [illegible] (p. 791.) adſcripſerat *Hoeſchelius*. Tu vide *Polybii* Excerpt. p. 1472. P. WESS.

79. [illegible] &c.] Nihil hujus apud *Polybium*. Is auctor eſt, Maſiniſſam, cum Numidia ante ſuam aetatem frugibus ferendis parum felix cenſeretur, ſaepe oſtendiſſe nullum eſſe fructuum, quem ferre recuſet: [illegible] [illegible]) παῖδας [illegible] [illegible]. Poſtrema, quae vides, his originem, niſi fallor, dederunt. Legiſſe enim videtur [illegible] &c., quam recte non dixero. *L. Kuſterus* ad *Suidam* in [illegible] in Polybianis iſtis fruſtra diligentiam exercuit. P. WESS.

84. Καὶ καταφυγόντα — ἀνελὼν] Copioſius hac de caede *Zonaras* Annal. L. IX. p. 351. Pruſias iſte cognomento Κυνηγὸς, victo Perſe Macedonum rege, turpiſſime Romanis blanditus eſt, eorum ſeſe libertum profeſſus. Vide *Urſini* ex *Diodoro* Ecl. XXII. P. WESS.

90. Ὕστερον δὲ Οὐριάτθου κυρήσαντες] Hoc elegi, quamquam Οὐριάτθου verius eſt. Hominis genus vitaeque inſtitutum pari paene modo deſcribit *Dio Caſſius* in Excerpt. *Peireſc.* pag. 614. Statim *Rhodomanni* [illegible] in not. *Correction.*, quod & paullo audacius & minime neceſſarium. P. WESS.

 6. Καὶ

muneribus extollebat. Ac ſubinde altius provectus, non latronem amplius, ſed principem ſe declaravit. Bella geſſit cum Romanis, multisque praeliis victor abiit, adeo ut Vetilium Romanorum ducem cum ipſo debellarit exercitu, captumque gladio ſuſtulerit; Et multa alia feliciter in bello patrarit: donec Fabius belli contra ipſum gerendi deſignatus eſſet imperator. Exinde decreſcere coepit. Sed recollectis viribus cum praeclare contra Fabium rem adminiſtraſſet, ad pactiones Romano nomine indignas illum adegit. At Caepio, cui ſummum exercitus imperium contra Viriathum fuerat commiſſum, pacta haec irrita fecit. Et Viriathum ſaepe victum, & in extremas cladis anguſtias compulſum, ut jam ad pacis conditiones reſpiceret, domeſticorum fraude & inſidiis circumventum, interemit: Cumque ſucceſſorem ejus Tautamum, & copias illi adjunctas, perterruiſſet, ut ad pactiones, quas ipſe vellet, deſcenderent, effecit, agrum denique & urbem habitationi illorum conceſſit.

καὶ κατ' ἀξίαν τοὺς ἀνδραγαθήσαντας [e] ἐξῄρει τοῖς δώροις. προϊὼν δὲ οὐκ ἔτι λῃστὴν, ἀλλὰ δυνάστην αὑτὸν ἀναδείξας, ἐπολέμησε Ῥωμαίοις, καὶ πολλαῖς ἐκράτησε μάχαις· ὡς καὶ στρατηγὸν Ῥωμαίων [f] Οὐιτέλιον αὐτῷ καταπολεμῆσαι στρατῷ, καὶ αἰχμάλωτον λαβεῖν, καὶ ξίφει ἀνελεῖν, καὶ πολλὰ ἕτερα εὐημερῆσαι κατὰ πόλεμον· ἕως Φάβιος στρατηγὸς τοῦ πρὸς αὐτὸν πολέμου κεχειροτόνητο. ἐκεῖθεν δ' ἐλαττοῦσθαι ἤρξατο [g] ἐπ' οὐκ ὀλίγον. εἶτα ἀναλαβὼν, καὶ κατευδοκιμήσας Φαβίου, εἰς συνθήκας αὐτὸν ἐλθεῖν, ἀναξίως Ῥωμαίων, ἠνάγκασεν. ἀλλ' ὅγε [h] Καιπίων στρατηγῶν κατ' Οὐριάτθου αἱρεθεὶς, τάς τε συνθήκας ἠκύρωσε, καὶ [i] πολλάκις Οὐρίατθον ἐλαττώσας, εἶτα εἰς ἔσχατον ἥττης συνελάσας, ὥστε καὶ πρὸς σπονδὰς ὁρᾷν, διὰ τῶν οἰκείων ἐδολοφόνησε· καὶ τὸν διαδεξάμενον αὐτοῦ τὴν στρατηγίαν Ταύταμον, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, καταπληξάμενος, καὶ σπονδὰς οἵας ἐβούλετο θέσθαι παρασκευασάμενος, ἔδωκε [k] χώραν καὶ πόλιν εἰς κατοίκησιν.

EX L. XXXIV. ECL. I.

ANTIOCHUS rex Hieroſolyma oppugnabat. Judaei autem ad tempus reſiſtebant: Sed abſumta omni victus copia, de transactione cum eo legatos mittere coacti ſunt. Tum amicorum ipſius plerique, ut ſumma vi urbem expugnaret, gentemque Judaeorum internecione deleret, conſulebant. Solos enim inter omnes nationes a conſuetudine alterius gentis abhorrere, & hoſtium loco habere cunctos mortalium. Majores etiam ipſorum ex omni Aegypto fugatos, velut impios & Diis exoſos fuiſſe, demonſtrabant. Cum enim corpora ipſorum vitiligine ac lepra infecta eſſent, expiandi cauſa, ut homines nefarios, congregatos e finibus ſuis expuliſſe. Exterminatos autem circumſita Hieroſolymis loca occupaſſe, gente Judaeorum in unum corpus redacta, odium adverſus homines traditione propagaſſe. Ideoque leges prorſus alienas promulgaſſe, ne menſam cum alia natione communem haberent unquam, neque

ΕΚ ΤΟΥ ΛΔ'.

ΩΣ Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς, φησιν, ἐπολιόρκει τὰ Ἱεροσόλυμα· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι μέχρι μέν τινος ἀντέσχον. ἐξαναλωθέντων δὲ τῶν ἐπιτηδείων ἁπάντων, ἠναγκάσθησαν περὶ [l] διαλύσεως διαπρεσβεύσασθαι. οἱ δὲ πλείους αὐτῷ τῶν φίλων συνεβούλευον κατὰ κράτος αἱρεῖσθαι τὴν πόλιν, καὶ τὸ γένος ἄρδην [m] ἀνελεῖν τῶν Ἰουδαίων. μόνους γὰρ ἁπάντων ἐθνῶν ἀκοινωνήτους εἶναι τῆς πρὸς ἄλλο ἔθνος ἐπιμιξίας, καὶ πολεμίους ὑπολαμβάνειν πάντας. ἀπεδείκνυον δὲ καὶ τοὺς προγόνους αὐτῶν ὡς ἀσεβεῖς καὶ μισουμένους [n] παρὰ θεῶν, ἐξ ἁπάσης τῆς Αἰγύπτου πεφυγαδευμένους. τοὺς γὰρ ἀλφοὺς ἢ λέπρας ἔχοντας ἐν τοῖς σώμασι, καθαρμοῦ χάριν, ὡς ἐναγεῖς συναθροισθέντας, ὑπερορίους ἐκβεβλῆσθαι. τοὺς δὲ ἐξορισθέντας καταλαβέσθαι μὲν τοὺς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα τόπους, συστησαμένους δὲ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, παραδόσιμον ποιῆσαι τὸ μῖσος [o] τὸ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. διὰ τοῦτο δὲ καὶ νόμιμα παντελῶς ἐξηλλαγμένα καταδεῖξαι, τὸ μηδενὶ ἄλλῳ ἔθνει τραπέζης κοινωνεῖν τὸ παράπαν, μήδ' εὐνοεῖν. ὑπέμνη-

e Ἐξαιρέτοις δώροις Amſtel. & margo. f Ἰετίλλιον iidem. g Οὐκ ἐπ' ὀλ. om. h Σκιπίων Amſtel. cum marg. & mox καὶ Ὑριάτθου. In Edd. Σκιπίων. i Πολλὰ Ὑριάτθου iterum. k Τούτοις additur ad marg. H. Steph. l Συλλύσεως in Amſtel. & aliis. m Ἀναιρεῖν M. Marg. n Ὑπὸ τῶν θεῶν marg. o Non eſt in Amſtel. neque aliis.

6. Καὶ κατ' ἀξίαν — ἐξῄρει τοῖς δώροις] Videbantur haec poſſe tolerari. At unde ἐξαιρέτοις τοῖς δώροις natum dicemus? An errore calami? Imo vero ſecus habet. Oſtendunt, quid Auctor dederit ipſe; videlicet κατ' ἀξίαν τιμῶν τοὺς ἀνδραγαθήσαντας ἐξαιρέτοις τοῖς δώροις. Inſpice Excerpt. Peireſc. p. 346., & falſum me negabis. P. Wess.

10. Οὐιτέλιον αὐτῷ καταπολ. στρατῷ] Pro Vitellio Flori Epitome (Epit. Livii lib. LII.) edit. M. Vetilium. Οὐετίλιον ergo ſcribendum. L. Rhod.

Οὐιτέλιον αὐτῷ καὶ. στρατῷ] Οὐετίλιον Appianus Iber. p. 490. & Oroſius L. v. 4. itidem adpellant, ſed hic fuga cum paucis elapſum addit, quod Diodorus, Livius, Appianus infitiantur. Vide viros clariſſimos Duker. & Drakenborch. ad Livii Epit. LII. Doctiſſimus Freinſhem. ad Flori L. II, 17. alibi animum habuit occupatum, cum Claudium Unimanum, quem Viriathus ſimili clade oppreſſit, a Diodoro Vitellium nuncupari memorat. P. Wess.

14. Εἶτα ἀναλαβὼν] Deſit ἑαυτὸν. De Fabio Serviliano ejusque geſtis qua proſperis qua adverſis in Hiſpania rebus & foedere cum Viriatho, aequis conditionibus ſociato, Appian. Iber. p. 497. P. Wess.

16. Ἀλλ' ὅγε Σκιπίων] Reſtitue ex Flori L. II, 17. Καιπίων vel Καιπίων. Adhibe etiam C. Sigonii Commentarios de Faſt. Rom. v. c. ann. DCXIII. Ταύταμον Appianus Tantalum vocat. L. Rhod.

Ἀλλ' ὅγε Καιπίων] Sic ſcripſi, Faſtis poſtulantibus. Librariis ſaepe uſu venit, ut, ſpreto Caepionis nomine, notius Scipionis adſumerent. Exempla dabit Celeb. Jac. Perizonius Animad. Hiſtor. C. x. p. 416. P. Wess.

25. Ὡς Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς &c.] Antiochus Pius, ſive Sidetes, eſt, de quo Hieroſolyma obſidente Joſephus Ant. L. XIII. 8, 2. P. Wess.

36. Τοὺς γὰρ ἀλφοὺς ἢ λέπρας ἔχοντας & ſeq.] Fabulam de Judaeis propter lepram, ſive tabem, quae corpora foedaret, Aegypto pulſis ut veram commemorat quoque Cornel. Tacitus lib. Hiſtor. v, 3., quae Hoeſchelii verba. Commemorant eandem, uti notum, gentis odio plures. Quin ipſum Moſem vitiligine infectum & propterea Ἄλφα, dictum, διότι ἀλφοῖς τὸ σῶμα κατάστικτος ἦν, ait Helladius apud Phot. Biblioth. Cod. CCLXXIX. Cujus calumniae originem optime veſtigaſſe mihi videtur Camp. Vitringa Obſervat. Sacr. Diſſert. III. lib. 1. cap. 1. Namque quae Jo. Nicolai in Diſquiſit. de Moſe Alpha C. 2. & ſeqq. conduxit, arceſſita nimis ſunt. P. Wess.

48. Οὐ νόμιμον εἴρηκας μόνον τῷ ἱερεῖ] Pontificem ſeu ἀρχιερέα intelligi, nemo ignorat. Tralatitium enim id eſt, & ſaepe obvium. Quem ἱερέα vocaverat, is brevi poſt ἀρχιερεὺς apud Porphyrium de Abſtin. L. I, 25. Romanorum Pontifex magnus Graecis modo ἱερεὺς, modo ἀρχιερεὺς audit, docente Spanhemio Diſſert. XII. de Praeſt. Num. pag. 423. Sed quid aliena conquiro? Judaeorum ſummus antiſtes ἱερεὺς in S. Matth. Evang. C. VIII, 4, Lucas A. A. Cap. v, 24., Epiſt ad Hebr. x, 11. dicitur. P. Wess.

50. Ἄγαλμα ἀνδρὸς — καθήμενον ἐπ' ὄνου] Antiochi Epiphanis aetate de aſino, aſinique capite in ſanctiſſimo templi penetrali reperto, ſpargi plura ſunt coepta, quae Judaeorum oſores, ſibi tamen parum conſtantes, cupide arripuerunt, merito notati a Joſepho L. II. C. Apionem C. 7. & ſeqq. Diodorus, ut Eclog. L. XL. indicat, Judaeos Moſemque hujus ſtultitiae abſolvit. P. Wess.

88. Ὑπὲρ τοὺς ἑξακισχιλίους τῶν ἐχθρῶν — ἀνελὼν] Ut haec uſque quaque vera ſint, vereor. *Appiano* ſi credimus, olim τήνδε τὴν τιμὴν ἐπὶ πᾶσι τοῖς μεγίστοις, ſeu quodvis ob illuſtre factum imperatoris nomen exercituum duces a militibus delatum admittebant Bell. Civil. lib. II. p. 747. Sed iſta generalia videntur. Nam hoſtium caeſorum in deferendo titulo habitam fuiſſe rationem, *Dio Caſſius* L. XXXVII. p. 53. agnoſcit. Antonium enim Imperatorem militari acclamatione ſalutatum ait, καίτοι τὸν ἀριθμὸν τῶν πεφονευμένων ἐλλιπέστερον παρὰ τὸ νενομισμένον ἔχοντος, *quantumvis interfectorum numerus conſtituto eſſet minor.* Jam lege cautum cum fuerit, *ne quis triumpharet, niſi qui quinque millia hoſtium una acie occidiſſet*, ſicuti ſcribit *Valerius Max.* L. II, 8, 1., ſatis profecto fuerat, ſi ὑπὲρ τοὺς πεντακισχιλίους legeretur. At vero quod mox de imperatoris nomine additur, ὅ ἐστι βασιλέα, quis ferat, atque a *Diodoro* profectum eſſe opinabitur? Optime Scipio *ſibi maximum nomen imperatoris eſſe* dixit Hiſpanis regem ingenti conſenſu ſe ſalutantibus, *quo ſe ſui milites adpellaſſent: regium nomen alibi magnum, Romae intolerabile eſſe* apud *Livium* L. XXVII. 19. Sic omnes libera republica, qua imperatores erant Graecorum ſermone στρατηγοὶ αὐτοκράτορες. Sub Caeſaribus mutata res eſt. Imperatores reapſe erant βασιλεῖς, atque hinc Excerptoris illud additamentum. P. Wess.

91. Ἐκ γὰρ τῆς διαφθορᾶς ταύτης &c.] Sic ſcripſi ex *Amſtelod.* & *Steph.*, omni oratione poſtulante. Ex morum corruptela, quae invecta in urbem Aſiatica luxuria cives inceſſit, larga ſeges ſeditionum pullularit. Credo *Diodorum* cauſas Marſici belli a prima origine arceſſiviſſe, quas *Photius*, ut pleraque, in compendium redigit. Tu vide *Appian.* Civil. Bell. L. I. p. 633., *Florum* L. III, 18, & Excerpta e *Diodoro Peireſc.* p. 589. P. Wess.

6. Ὀλυμπιὰς δ᾽ ἤχθη (δευτέρα) πρὸς ταῖς &c.] Defectu haec, ut olim legebantur, verba laborare, bene *Rhodomannus* vidit. *Mendum eſt*, inquit, & *defectus. nam pro* ἑβδομηκοστὴ, ἑβδομηκοστὴ β', *vel* δευτέρα, *eſt legendum.* Copioſius Jo. *Scaliger*, „ quum dicat hos conſules [illegible] Olympiade clxx., ergo „ accidit anno v. c. dclv. Atqui Faſti praeferunt annum „ dclxii. Septem anni diſcrepatur. Deeſt aliquid, puta Ὀ„λυμπιὰς δ᾽ ἤχθη β' πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα. Ita ille, quem ſequi

νομοθέτησαν δύο μὲν ὑπάτους κατ' ἐνιαυτὸν αἱρεῖσθαι, δώδεκα δὲ ϛρατηγούς. καὶ καθεϛάθησαν ὕπατοι μὲν Κόιντος Πομπαίδιος Σίλων, Μάρσος μὲν τὸ γένος, πρωτεύων δὲ τῶν ὁμοεθνῶν· καὶ δεύτερος ἐκ τοῦ Σαυνιτῶν γένους, Γάιος Απώνιος Μότυλος, καὶ αὐτὸς δόξῃ, καὶ πράξεσι τοῦ ἔθνους προέχων. τὴν δὲ ὅλην Ἰταλίαν εἰς δύο μέρη διελόντες, ὑπατικὰς ἐπαρχίας ταύτας καὶ μερίδας ἀπέδειξαν· καὶ τῷ μὲν Πομπαιδίῳ προσώρισαν χώραν ἀπὸ τῶν Κερκόλων καλουμένων, μέχρι τῆς Ἀδριατικῆς θαλάσσης, τὰ πρὸς δυσμὰς καὶ τὰ ἄρκτον νεύοντα μέρη. καὶ ϛρατηγοὺς ἔταξαν αὐτῷ ἕξ. τὸ δὲ λοιπὸν τῆς Ἰταλίας, τὸ πρὸς ἕω καὶ μεσημβρίαν κείμενον, προσώρισαν Γαΐῳ Μοτύλῳ, ϛρατηγοὺς ὁμοίως συζεύξαντες ἕξ. οὕτω πάντα δεξιῶς καὶ κατὰ μίμησιν, τὸ σύνολον φάναι, τῆς Ῥωμαϊκῆς καὶ ἐκ παλαιοῦ τάξεως τῆς ἑαυτῶν ἀρχῆς διαθέμενοι, κατὰ τὸ σφοδρότερον λοιπὸν εἴχοντο τοῦ ἐφεξῆς πολέμου, τὴν κοινὴν πόλιν Ἰταλίαν [t] ὀνομάσαντες. καὶ διεπολέμησαν Ῥωμαίοις τὰ πλεῖϛα, κατὰ τὸ ἐπικρατέϛερον, ἕως Γναῖος Πομπήιος, ὕπατος αἱρεθεὶς καὶ ϛρατηγὸς τοῦ πολέμου, καὶ Σύλλας ϛρατηγὸς ὑπὸ τῷ ἑτέρῳ ὑπάτῳ Κάτωνι, ἐπιφανεϛάταις [v] ταῖς μάχαις τοὺς Ἰταλιώτας οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις νικήσαντες, τὰ πράγματα αὐτῶν εἰς τὸ [x] συντριβῆναι περιέϛησαν. ἐπολέμησαν δ' οὖν [y] καὶ ἔτι· ἀλλὰ Γαΐου Κοσκωνίου ϛαλέντος εἰς Ἰαπυγίαν ϛρατηγοῦ, πολλάκις ἡττήθησαν· εἶτα ἐλαττωθέντες, [z] καὶ ἐκ πολλῶν ὀλίγοι καταλειφθέντες, κοινῇ γνώμῃ τὴν [a] κοινὴν ἐκλείπουσι πόλιν τὸ Κορφίνιον, διὰ τὸ τοὺς Μάρσους καὶ πάντα τὰ γειτνιῶντα τῶν ἐθνῶν προσκεχωρηκέναι τοῖς Ῥωμαίοις. εἰς δὲ τὴν ἐν Σαυνίταις Αἰσερνίαν καθίδρυσαν, πέντε ϛρατηγοὺς αὐτοῖς ἐπιϛήσαντες. ὧν ἐπὶ [b] μάλιϛα Κοΐντῳ Πομπαιδίῳ Σίλωνι τὴν τῶν πάντων ἡγεμονίαν ἐπίϛευσαν, διὰ τὴν περὶ αὐτὸν ἐν τῷ ϛρατηγεῖν ἀρετήν τε καὶ δόξαν. οὗτος δὲ μετὰ τῆς κοινῆς τῶν ϛρατηγῶν γνώμης κατεσκεύασε μεγάλην δύναμιν, ὡς τοὺς σύμπαντας μετὰ τῶν ὑπαρχόντων περὶ τρισμυρίους γενέσθαι. χωρὶς δὲ τούτων τοὺς δούλους ἐλευθερώσας, καὶ (ὡς ὁ καιρὸς ἐδίδου) καθοπλίσας, συνήγαγεν οὐ πολὺ λειπομένους τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δὲ χιλίους. συμβαλὼν δὲ Ῥωμαίοις, Μαμέρκου ϛρατηγοῦντος αὐτῶν, Ῥωμαίους μὲν ἀνεῖλεν ὀλίγους, τῶν δ' οἰκείων ὑπὲρ ἑξακισχιλίους ἀποβάλλει. καὶ Μέτελλος κατὰ τὴν Ἀπουλίαν τὴν [c] Οὐενουσίαν πόλιν ἀξιόλογον οὖσαν, καὶ ϛρατιώτας πολλοὺς ἔχουσαν, ἐξεπολιόρκησε κατὰ καιρὸν τὸν αὐτόν, καὶ πλείους τῶν

cita lex fuit, ut duo quotannis conſules & imperatores XII. crearentur. Ac tum conſules erant facti Q. Pompaedius Silo, natione Marſus, vir in gente ſua primarius, & alter ex gente Samnitum, C. Aponius Motulus, & ipſe gloria rebuſque geſtis popularibus ſuis antecellens. Hi cum totam Italiam in duas partes diviſiſſent, eas provincias conſulares deſignaverunt. Pompaedio regionem a Cercolis ſic vocatis inde usque ad mare Adriaticum, quippe tractus, qui ad occaſum & ſeptentriones vergunt, cum VI. ducibus, attribuere. Quod reliquum erat Italiae meridiem verſus & ortum C. Motulo, adjunctis totidem copiarum praefectis, aſſignarant. Hunc ad modum omnibus dextre compoſitis, &, ut in ſummam res conferatur, ad antiquum Romani imperii ordinem confirmato etiam ſuo, acrius in reliquum deinceps bellum incubuerunt, urbemque illam communem Italiae nomine indigitarunt. Bellum vero ita geſſere, ut partem maximam ſuperiores eſſent; donec Cn. Pompejus conſul factus ac ſummus belli ductor, Syllaque Catonis conſulis alterius legatus, Italicos non ſemel, verum ſaepius devictos eo redegerunt anguſtiarum, ut vires illorum frangerentur. At nihilominus tamen 918.
bellum adhuc alebant. Sed C. Coſconio imperatore in Iapygiam miſſo, aliquoties ſuccumbunt. Tot igitur affecti detrimentis, atque ad paucos redacti, Corfinium communem urbem deſerunt, quod Marſi & vicinae gentes jam in partes Romanorum conceſſerant, & communi omnium ſententia in Samnitum urbem Aeſerniam translatis ſedibus praetores V. ſibi praefecere; quorum uni praecipue, Q. Pompaedio Siloni, propter virtutem & gloriam in adminiſtrandis bellis, imperii ſummam credidere. Hic communi praetorum aſſenſu magnum contraxit exercitum, adeo ut numerus univerſus cum veteranis XXX. millium eſſet. At praeter hos ſervis ad pileum vocatis, & prout tempus ferebat, armatis, collegit ex genere iſto non multo pauciores vicies mille, ac mille inſuper equites. Praelioque cum Romanis commiſſo, quorum dux erat Mamercus, Romanorum quidem paucos caedit, ſuorum vero ſupra IↃↃ. CIↃ. amittit. Sub idem tempus etiam Metellus in Apulia Venuſiam, clari nominis urbem, cum numeroſa militum in ea manu, eodem tempore expugnavit, & plures ter mille

t Ἐπονομάσαντες ed., loco ἐπονομάσαντες credo. v Deeſt in quibuſdam articulus. x Τριβῆναι margo. y Οὐκ ἔτι Steph. & Rhodom. Mox Γαΐου Amſtel. & margo. At Κοσκωνίου Steph. Vulgo Κοτωνίου. z Εἰ καὶ Edd. Non legitur εἰ in Amſtel. nec Steph. Ego delevi. a Κοινὴν Amſtel. & Steph. Vulgo Καινήν. b Deſit Amſtel. hoc vocabulum, & aliis. Mox τῶν μηνῶν Steph. c Οὐενυσίαν ora. Poſt pauca ἔχουσαν. Solus ἔχουσαν Steph., quem ſequor.

ſequi libet, quod conſuetudo Auctoris ea ratione ſervetur. Vide ſolum illud ex L. XX, 57. παρὰ δὲ τοῖς Ἠλείοις Ὀλυμπιάς ἤχθη ὀγδόη πρὸς ταῖς ἑκατὸν δέκα. Scribo praeterea Ἀννίου Μαρκίου Φιλίππου. P. Wess.

12. Ῥωμαίοις ἐξενίκησε διαδιδόσθαι τὸ κράτος] Romanis uſu venit, ut imperium firmaretur. Interpres aliud in animo habuit. Stat a me Pauſanias L. I, 3. ὀψὲ δὲ ποτε αὐτοὺς καλεῖσθαι Γαλάτας ἐξενίκησε. Sero demum contigit, ut Galatae nuncuparentur. Tum L. VII, 1. p. 523. τὰς πόλεις ἐξενίκησεν Ἀχαιῶν καλεῖσθαι. Et L. VIII, 22. p. 641. ἐξενίκησε — Στυμφαλίδας ἐπὶ ὄρνισιν ὀνομάζεσθαι. Jure itaque doctiſſimus Sylburg. ejuſdem Pauſaniae verba mutat L. VII, 26. p. 592., quae vide. P. Wess.

32. Γάιος Ἀπώνιος Μότυλος] Appian. Bell. Civil. L. I. pag. 635. Γάιος Πάπιος, P. Oroſ. L. V, 18. Papius Mutilus, unde Voſſius ad Vellejum L. II, 16. & hic Γάιος Πάπιος Μότυλος ſive Μύτιλος haud injuria refingit. Idem Appianus in proſcriptorum a Triumviris hiſtoria L. IV. p. 972. Στάτιος δὲ ὁ Σαυνίτης, πολλὰ Σαυνίταις ἐν τῷ συμμαχικῷ πολέμῳ κατειργασμένος — περιφανείας δὲ, καὶ διὰ ταῦτα προγεγραμμένος &c. Tu mecum lege Πάπιος δὲ ὁ Σαυνίτης. Nam in eum unice iſta Appiani congruunt. De Papia gente poſt Clariſſimi Heinecii diligentiam Comment. ad L. Pap. Lib. I, 4. nihil addo. P. Wess.

36. Ἀπὸ τῶν Κερκόλων] Ubi terrarum iſte locus? Ab. Ortelius circa Galliam Togatam fuiſſe conjicit. Mihi non liquet. P. Wess.

45. Τὴν κοινὴν πόλιν Ἰταλίαν ὀνομάσαντες] Noli putare, Ἰταλικὸν cognomen Corfinii eſſe voluerunt, neque Diodorus ſcripſit aliter, ſicuti dudum Iſ. Caſaubonus docuit. Strabo planiſſime L. V. p. 369. Κορφίνιον τὴν τῶν Πελιγνῶν μητρόπολιν, κοινὴν ἅπασι τοῖς Ἰταλιώταις ἀποδείξαντες πόλιν — μετονομασθεῖσαν Ἰταλικήν, cui paria Vellejus L. II, 16. P. Wess.

53. Γαΐου Κοσκωνίου σταλέντος εἰς Ἰαπυγίαν] Melius Stephani exemplar. Coſconii an Romae fuerint, dubito. Adſentitur Appian. Belli Civil. L. I. p. 644. καὶ Γάιος Κοσκώνιος, ἕτερος Ῥωμαίων στρατηγὸς — Σαλαπίας τε ἐνέπρησε καὶ Κάννας παρέλαβε. Nec Livius Epitom. LXXV. diſſentit. Id itaque reſtitui. P. Wess.

56. Τὴν κοινὴν — πόλιν τὸ Κορφίνιον] Incertum eſſe Ph. Cluverius Ital. Ant. L. II. p. 758. cenſebat, utrum τὴν καινὴν Diodorus ſcripſiſſet. Mihi ob ea, quae dicta ante ſunt, & ſchedas Amſtelod. & Stephani, res extra omnem dubitationem videtur poſita. P. Wess.

69. Μαμέρκου στρατηγοῦντος αὐτῶν] Mamercus Aemilius eſt a quo legato Samnites ſunt caeſi in Epitom. Livii LXXVI. De Metelli geſtis rebus locupletius Appian. Civil. Bell. L. I. pag. 644.

mille vivos cepit. Jamque Romanorum vires magis ac magis contra hoſtes invaleſcebant. Cum Itali miſſis ad Mithridatem regem Ponti, bellica tum manu & apparatu vigentem, legatis, ut cum exercitu Italiam ad opprimendos Romanos invaderet, petebant. Hoc enim pacto facile potentiam Romanorum everſum iri. Ad quae Mithridates reſpondet, ſe copias adducturum, ſimulatque Aſiam (id enim tunc agebat) ſuae ditioni ſubjunxiſſet. Rebelles igitur ſpe atque opibus dejecti, animos deſpondebant. Pauci enim Samnites adhuc erant reliqui, & Sabelli in urbe Nola ſe continentes; Ac praeter hos Lamponius & Cleptius, qui Lucanorum reliquias ſub imperio habebant.

Quapropter bello Marſico propemodum ſopito, inteſtinae Romae ſeditiones prius ortae denuo ſe commoverunt: quod ex nobilitate multi certatim imperium adverſus Mithridatem, magnitudine praemiorum illectati, ambirent. Nam C. Julius & C. Marius, qui ſexies conſulatu functus erat, inter ſe contendebant, plebisque ſtudia in hanc & illam partem diviſa erant. Interim & aliae tum exſtiterant turbae. Sylla enim conſul, Roma profectus, ad copias circa Nolam congregatas ſe contulit, & multos finitimorum territatos ſeſe cum
519. urbibus dedere coëgit. Cum vero hic expeditionem contra Mithridatem in Aſiam ſuſcepiſſet, & Roma magnis tumultibus & caedibus inteſtinis diſtraheretur, M. Aponius & Tiberius Cleptius, adde & Pompaedium, Italicorum adhuc reliquorum praetores, in Brutia tunc commorantes, Aſias urbem munitam, longo tempore circumſeſſam, capere non poterant. Ideo relicta ad obſidionem exercitus parte, cum reliquis Rhegium acriter oppugnant, quod ſpes aderat, ſi hac fuiſſent potiti, ſe facile tranſportatis in Siciliam copiis, inſulam omnium ſub ſole beatiſſimam, ſuam in ditionem redacturos. At praetor ejus C. Urbanus, magno cum exercitu & apparatu alacriter rem gerens, perculſis magnitudine apparatus Italiotis, ex diſcrimine Rheginos eripuit. *Poſtea* cum civilis inter Syllanos & Marianos contentio exarſiſſet, alii Syllae alii Mario adhaerebant. Maxima autem pars

τρισχιλίους αἰχμαλώτους [d] εἷλεν. ἐπικρατούντων δ' ἐπὶ μᾶλλον καὶ μᾶλλον τῶν Ῥωμαίων, πέμπουσιν οἱ Ἰταλοὶ πρὸς Μιθριδάτην τὸν βασιλέα Πόντου, ἀκμάζοντα τότε πολεμικῇ χειρὶ καὶ παρασκευῇ, ἀξιοῦντες ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν κατὰ Ῥωμαίων ἄγειν τὰς δυνάμεις· οὕτω γὰρ [e] ῥᾳδίως ἂν συναφθέντων, τὸ Ῥωμαϊκὸν καταβληθήσεσθαι κράτος. ὁ δὲ Μιθριδάτης ἀπόκρισιν [f] δίδωσιν, ἄξειν τὰς δυνάμεις εἰς τὴν Ἰταλίαν, [g] ἐπειδὰν αὐτῷ καταστήσῃ τὴν Ἀσίαν· τοῦτο γὰρ καὶ ἔπραττε. διὸ παντελῶς οἱ ἀποστάται ταπεινούμενοι ἀπεγίνωσκον. [h] λοιποὶ γὰρ ὑπῆρχον Σαυνιτῶν ὀλίγοι, καὶ Σαβέλλοι διατρίβοντες ἐν τῇ Νώλῃ· καὶ πρός γε τούτοις οἱ περὶ Λαμπώνιον καὶ Κλεπίτιον, ἔχοντες λείψανα τῶν Λευκανῶν.

Διὸ τοῦ Μαρσικοῦ πολέμου σχεδὸν ἤδη διαλυομένου, πάλιν αἱ προγεγενημέναι στάσεις [i] ἐμφύλιοι κατὰ τὴν Ῥώμην κινήσεις ἐλάμβανον, ἀντιποιουμένων πολλῶν ἐνδόξων τοῦ τυχεῖν τῆς κατὰ Μιθριδάτου στρατηγίας, διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐπάθλων. Γάϊός [k] τε γὰρ Ἰούλιος καὶ Γάϊος Μάριος, ὁ ἑξάκις ὑπατεύσας, ἀντεφιλονείκουν· καὶ τὸ πλῆθος ἦν ἑκατέροις συμμεριζόμενον ταῖς γνώμαις. συνέβησαν δὲ καὶ ἕτεραι ταραχαί. ὁ μέντοι Σύλλας ὕπατος ὤν, χωρισθεὶς τῆς Ῥώμης πρὸς τὰς περὶ Νῶλαν ἠθροισμένας παρεγίνετο δυνάμεις· καὶ πολλοὺς τῶν πλησιοχώρων καταπληξάμενος, ἠνάγκασε παραδοῦναι σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὰς πόλεις. τοῦ δὲ Σύλλα στρατεύσαντος μὲν [l] ἐπὶ τὴν Ἀσίαν κατὰ Μιθριδάτου, τῆς δὲ Ῥώμης μεγάλαις ταραχαῖς καὶ φόνοις ἐμφυλίοις περισπωμένης, Μάρκος Ἀπώνιος καὶ Τιβέριος Κλεπίτιος, ἔτι δὲ Πομπήϊος, οἱ τῶν ὑπολοίπων στρατηγοὶ Ἰταλιωτῶν, διατρίβοντες ἐν τῇ [m] Βρεττίᾳ, Ἀσίας μὲν πόλιν ὀχυρὰν ἐπὶ πολὺν χρόνον [n] πολιορκήσαντες οὐκ ἴσχυσαν ἑλεῖν· μέρος δ' ἐπὶ τῆς πολιορκίας τοῦ στρατεύματος καταλιπόντες, τῷ λοιπῷ τὸ Ῥήγιον ἰσχυρῶς ἐπολιόρκουν, ἐλπίζοντες, εἰ ταύτης [o] κρατήσαιεν, ῥᾳδίως εἰς τὴν Σικελίαν διαβιβάσειν τὰς δυνάμεις, καὶ κρατήσειν τῆς εὐδαιμονεστάτης τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον νήσων. ἀλλ' ὁ ταύτης στρατηγὸς Γάϊος Οὐρβανὸς, πολλῇ δυνάμει καὶ παρασκευῇ καὶ προθυμίᾳ χρησάμενος, καὶ καταπληξάμενος τοὺς Ἰταλιώτας τῷ μεγέθει τῆς παρασκευῆς, ἐξήρπασε τοὺς [p] Ῥηγίνους. εἶτα τῆς περὶ Σύλλαν καὶ Μάριον ἐμφυλίου στάσεως ἀναρριπισθείσης Ῥωμαίοις, οἱ μὲν Σύλλᾳ, οἱ δὲ Μαρίῳ συνεμάχησαν. καὶ τὸ μὲν πλεῖον αὐτῶν ἔπεσε τοῖς πολέμοις·

d Εἷλεν *Amſtel. Steph.* Vulgo εἶλεν. Statim ἔτι μᾶλλον *Steph.* exemplar, & melius. e Ῥᾳδίως ex aliis in marg. & *Steph.* f Δίδωσιν, ἄξειν *Amſtel. Steph.* Legebatur δίδωσι, ἄξει. g Ἐπεὶ αὐτῷ καταστήσει *Amſtel.* & margo. h Λοιπὸν *Amſtel.* i Ἐμφύλιοι *id.* & Μιθριδάτου. In *Rhodom.* & *Steph.* Μιθριδάτου. Vulgo Μιθριδάτους. Statim τὸ τυχεῖν melius erit, quomodo *Steph.* Vulgo, τὸ τυχεῖν. k Τε *Amſtel.* l In *Amſtel.* & aliis κατά. m Βρεττίᾳ ora *Edd.* Mox Ἴσως πόλιν *Amſtel.* & *Steph.* poſt *Diodor.* n Πολιορκήσαντες, οὐκ ἴσχυσαν ἑλεῖν. μέρος δ' ἐπὶ τῆς πολιορκίας τοῦ στρατεύματος καταλιπόντες, τῷ λοιπῷ *Steph.* & *Amſtel.* In *Edd.* πολιορκήσαντες, τῷ λοιπῷ intermediis neglectis. o Κρατήσειαν *Amſtel.* & ora. p Ῥηγίνους *Edd.* In marg. Ῥηγίνους, quod verum atque ita *Steph.*

Mox στρατεύοντας πολλοὺς ἀθροίσαντας corrigebat Ill. *Scaliger.* Tu *Suidam* adi in Ἀθροίσει, ſi ἀθροίσαντας probes. Ego ſimplex adſcivi ex *Stephani* ſchedis. P. Wess.

79. Οὕτω γὰρ — συναφθέντων &c.] Deeſt αὐτῶν aut ſimile. Conjungi & ſuas & Mithridatis optabant copias ad Romanos premendos. Statim ἄξειν τὰς δυνάμεις nemo verum eſſe dubitat. Flagraſſe etiam Aſiam cum maxime Mithridatico bello conſtat abunde: At iſta Italicorum & Mithridatis conſilia apud alios vix reperias. P. Wess.

87. Καὶ Κλεπίτιον] Κλείτιον H. *Stephanus*, quod & ſibi placere teſtatus eſt *Rhodomanus*. Favet quidem utrique *Cleptius*, dux e Lucania Praetori Lucullo bello additus ſervili. Nec certum tamen. Mihi quidem hominem noſſe datum non eſt. P. Wess.

94. Γάϊός τε γὰρ Ἰούλιος καὶ Γάϊος Μάριος &c.] Haec *Photius*, brevitatem amplexus, obſcuriora reddidit. Puto narraſſe *Diodorum* acerrimam contentionem, quae civitatem ex conſulatus petitione C. Julii Caeſaris Strabonis in partes ſcidit. Aedilitius C. Julius erat, omiſſaque praetura conſulatum petebat. Contra venit Sulpicius tribunus plebis, C. Marii familiaris & quidam quaſi ſatelles. Operae erit *Aſconium*, cui hujus diſcordiae notitiam debemus, ad *Ciceronis* Scaurianam audire. *Caeſar* (Julius) *aedilitius occiſus eſt, ſed cantum in civitate potuit, ut cauſſa belli civilis contentio ejus cum Sulpicio tribuno fuerit: nam & ſperabat & id agebat Caeſar, ut omiſſa praetura Conſul fieret, cui cum primis temporibus jure Sulpicius reſiſteret, poſtea nimia contentione ad ferrum & ad arma proceſſit.* Quae quidem contentio niſi hic deſignetur, aliam Marium inter & C. Julium nullam novi: nam belli Mithridatici gloriam C. Julium Mario invidiſſe aut dubiam reddere fuiſſe conatum, quis eſt qui docuerit? P. Wess.

4. Μάρκος Ἀπώνιος] Rectius Λαμπώνιος in praecedentibus, & in *Appiani* L. 1. Civ. Bell. p. 677. Qui ſequitur Πομπήϊος a viris doctiſſimis *Rhodomano* & *Freinſhemio*, ad *Flor.* L. III, 18. jubetur eſſe Πομπαίδιος, plauſibili in ſpeciem conjectura; namque is & Πομπαῖος in Excerpt. *Peireſc.* pag. 398. & *Pompejus* in *Jul. Obſeq.* Prodig. C. 116. pari ſcribitur errore. Eſt tamen quod validiſſime eam infringat. Perierat dudum Pompaedius Silo, in praelio a Metello victus & caeſus, ſicuti *Livius* Epit. LXXVI. & *Appian.* Civil. lib. 1. pag. 644. memoriae prodiderunt. Vide itaque, lateatne in *Pompeii* hoc vocabulo Πο-

μοις· τὸ δὲ ὑπόλοιπον ἐπικρατήσαντι Σύλλᾳ [q] προσεχώρησε. καὶ οὕτω τέλεον τῇ ἐμφυλίῳ συναπέσβη στάσει μέγιστος γεγονὼς, καὶ ὁ Μαρσικὸς ἐπικληθεὶς πόλεμος.

bello occubuit. Reliqua Syllae victori ſeſe adjunxit. Et ſic bellum Marſicum, quod omnium fuit maximum, una cum inteſtina ſeditione, prorſus tandem fuit exſtinctum.

EX EODEM LIBRO ECLOGA SECUNDA.

ΟΤι μεγάλη στάσις ἐμφύλιος ἤδη [r] διαλυομένου Μαρσικοῦ γέγονε πολέμου, ἧς ἡγοῦντο Σύλλας καὶ Γάϊος Μάριος, νέος ὤν, ὁ Μαρίου τοῦ πολλάκις ὑπατευκότος (ἑπτάκις γὰρ ὑπάτευσε) παῖς. ἐν δὲ τῇ στάσει πολλαὶ μυριάδες ἀνθρώπων ἀνῃρέθησαν. ἐκράτησε δ' ὁ Σύλλας καὶ δικτάτωρ γεγονὼς, ἐπαφρόδιτόν τε ὀνομάσας ἑαυτὸν, οὐκ ἐψεύσθη τῆς ἀλαζονείας· κρατῶν γὰρ τοῖς πολέμοις, ἰδίῳ ἀπεβίω θανάτῳ. ὁ δὲ Μάριος μάχῃ τῇ πρὸς Σύλλαν γενναίως ἀγωνισάμενος, ὅμως ἡττηθεὶς κατέφυγεν εἰς Πραίνεστον, ἅμα μυρίοις πεντακισχιλίοις. συγκλεισθεὶς δ' ἐν αὐτῇ, καὶ χρόνον οὐκ ὀλίγον πολιορκηθεὶς, ἠναγκάσθη, πάντων αὐτὸν ἐγκαταλιπόντων, καὶ μηδεμίαν σωτηρίας ὁδὸν καθορῶν, τὴν ἑνὸς οἰκέτου τῶν πιστῶν χεῖρα εἰς λύσιν τῶν δεινῶν παρακαλέσαι. καὶ ὅ γε πεισθεὶς, καὶ μιᾷ πληγῇ τοῦ βίου τὸν δεσπότην ἀπαλλάξας, ἑαυτὸν ἐπικατέσφαξε. καὶ παύεται μὲν αὕτη ἡ στάσις. λείψανα μέντοι τοῦ πολέμου ὑπολειφθέντα τῆς Μαρίου μοίρας ἐπὶ χρόνον Σύλλᾳ διεμαχέσαντο, ἕως καὶ αὐτὰ συνδιεφθάρη τοῖς ἄλλοις.

Μετὰ μέντοι τὴν τούτων ἀπαλλαγὴν, Πομπηΐῳ, τῷ ἐπικληθέντι Μάγνῳ διὰ τὰς πράξεις, ἃς κατώρθωσε Σύλλᾳ τε [s] συμπράττων καὶ καθ' ἑαυτὸν Ῥωμαίοις· τούτῳ δὴ καὶ Ἰουλίῳ Καίσαρι ἔρις ἐκκαυθεῖσα, εἰς ἐμφυλίους σφαγὰς τοὺς Ῥωμαίους πάλιν ἠνάγκασε συρραγῆναι. Πομπηΐου δὲ λαμπρῶς τοῖς ὅλοις ἡττηθέντος, καὶ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀναιρεθέντος, συνεστάλθαι μὲν ἡ τῶν ὑπάτων ἀρχὴ εἰς μοναρχίαν Καίσαρι τῷ Ἰουλίῳ, παύει δὲ τέλεον καὶ ἡ στάσις. ἐκείνου δὲ ἀπηρημένου, κατὰ Βρούτου καὶ Κασσίου τῶν ἀνελόντων πόλεμος ἐμφύλιος κινεῖται, [t] χειριζομένων Λεπίδου τε καὶ Ἀντωνίου, καὶ Ὀκταβιανοῦ τοῦ Αὐγούστου τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἐχόντων. οὐ βραδέως δὲ τοῦ πολέμου κρίσιν τοῖς ὅπλοις λαβόντος, καὶ νικηθέντων καὶ ἀναιρεθέν-

JAm profligatum ac paene ſublatum erat bellum Marſicum, cum ingens ſeditio domeſtica Romae denuo conflata eſt: cujus auctores & ſigniferi erant Sylla & Cajus Marius adhuc juvenis; Marii qui tot conſulatus geſſit (ſepties enim fuit conſul) filius. In hoc autem motu, multa hominum millia interierunt. Sed victoriam tandem obtinuit Sylla; & Dictator factus, Epaphroditum, id eſt, Veneri gratum, ſe nominavit. Nec quamlibet arrogantiae plenum nomen eum fefellit. Tot enim bellis ſuperior ſua vitam morte terminavit. Marius autem quamvis praelio adverſus Syllam, ut generoſo animo dignum erat, decertaſſet, profligatus tamen in oppidum Praeneſte cum cIↃↃ. IↃↃ. refugit, ubi concluſus ad bene longum tempus obſidionem toleravit. Sed tandem a cunctis deſtitutus, cum nullam ſalutis viam cerneret, ut malis ſeſe exſolveret circumſtantibus, unius ex ſervorum fidelium numero manum auxilia- 920.
tricem implorare coactus fuit. Is vix tandem perſuaſus cum uno ictu dominum vita expuliſſet, mox etiam ſemetipſum confodit. Et tum demum motus hic civilis conquievit. Belli tamen hujus reliquiae, quae de Marii factione ſupererant, ad tempus cum Sylla armis diſceptarunt, donec & ipſae una cum aliis peſſum ivere.

Verum enim vero iſtis e medio ſublatis, inter Pompejum, (cui rerum, partim Syllae ductu, partim ipſius Marte, pro Romanis geſtarum magnitudo Magni cognomentum peperit) inter hunc ergo & Julium Caeſarem tantum diſcordiae incendium fuit excitatum, ut ad inteſtinas caedes & lanienas Romani ſe convertere denuo cogerentur. Simulatque vero Pompejus inſigni clade quicquid habebat virium perdidit, & prope Alexandriam occubuit trucidatus, ampliſſima conſulum poteſtas, anguſtis tandem circumſcripta finibus, ad unius Caeſaris dominatum recidit, ac ſeditionis tum finis erat. Sed illo trucidato adverſus Brutum & Caſſium ejus interfectores civile bellum denuo commovetur, quod Lepidus & Antonius cum Octaviano Auguſto conſules adminiſtrarunt. Id cum vi armorum non ſegniter, Caſſio & Bruto victis at-

[q] Προσεχώρησαν *Amſtel.* & alii. [r] Διαλυομένου *Amſtel.* [s] Συμπράττων *Steph.* quod placet. *Edd.* πράττων. [t] Χειριζομένων in marg. *Edd.* Χειριζομένων *Steph.* vere. Edebatur χειμαζομένων.

Πόντιος, ſive Pontius Teleſinus, acerrimus Romanorum oſor? Confer *Vellejum* L. II, 27. & *Appian* ibid. pag. 677. P. Wess.

7. Ἀσίας μὲ πόλιν ὀχυρὰν — πολιορκοῦντες] Tuetur urbis nomen *Ph. Cluver.* Ital. Ant. L. IV. p. 1320. iſtis *Stephani*: Τασία, ὡς Ἀσία, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν, Τασιάτης, ὡς Ἀσιάτης. Putat Ἀσίαν urbem eſſe Italiae, quam opinionem & *Th. Pinedo* probavit, mihi nondum. Si quid enim video, id ſolum *Stephan.* voluit, tono inter ſe voces iſtas convenire atque ejuſdem generis ἐθνικὸν formare, quod & in Ἀσία docuerat. Et quis eſt, a quo Ἀσία urbs Italiae memoretur? *Diodorum* dices? At ejus ſcriptura dubia eſt, ſcriptis Ἰσίας praeferentibus: quo quidem nomine cum Itali urbem non habeant, Τισίας ex *Stephano* & *Appiano* Hannib. p. 583., ubi in Bruttiis itidem collocatur, ſcriptum mallem. Porro integrum verſum, quem *Rothomag.* Ἐκδόσις *Photii* & Eclogae *Rhodomani* praetermiſerant, ſuum in locum inmigrare juſſi. P. Wess.

14. Γάϊος Ὀρβανὸς] *C. Urbanum* juxta cum iis novi qui ignorant, valdeque vereor, ne Γάϊος Νορβανὸς ſit, celebris in Marianis partibus vir. P. Wess.

31. Ἐπαφρόδιτόν τε ὀνομάσας ἑαυτὸν] *Felicem* ſeſe adpellavit, in literis tamen ad Graecos ἐπαφρόδιτον, quod codem paene redit, docente *Plut.* in Sulla p. 473. & *Appiano* Civil. Bell. L. I. pag. 685., quibus junge *Cl. Salmas.* in Solin. p. 39. Reddam ὡς σε παρῳδῇ id vocabuli *Malalae*, virum habitu & corporis colore venuſtum deſcribenti L. V, 167.

Σχήματι εὔμορφον, καὶ χρώματι ἐπαφρόδιτον.

Sic enim fuit. Namque ἀπαφρόδιτον, quod nunc legitur, quis tandem intelliget? P. Wess.

38. Τὴν ἑνὸς οἰκέτου — χεῖρα — παρακαλέσαι] Ita *Diodorus*. Alii ſua manu, alii concurrentem mutuis ictibus cum minore fratre Teleſino occubuiſſe prodiderunt. Lege *Vellejum* L. II, 27., *Plut.* Sulla p. 472. E., *Appian.* B. Civil. L. I. pag. 681. &c. P. Wess.

46. Μετὰ μέντοι τὴν τούτων ἀπαλλαγὴν &c.] Haud ſcio an *Photii* liberalitati ſequens, civiles turbas uſque ad Auguſtum continens, compendium debeatur: *Diodori* quidem certe omnia non ſunt. Perduxit hiſtoriarum ſeriem ad Olympiad. CLXXX., attigitque res in Gallia a Julio Caeſare geſtas, ſicuti ſcripſit L. I. 5. Qua eadem Olymp. CLXXX. Aegyptum adierat, ut praeſens omnia exploraret & rerum geſtarum commentarios, quos regia ſervabat bibliotheca, inſpiceret ibid. C. 44. Unde, me quidem arbitro, conficitur, aetatem ejus, niſi qui provectiſſimam, etſi nullo fundamento, effecerit, ultima Auguſti non attigiſſe. Fieri quidem poteſt, ut, occaſione belli civilis Sullani, παρέκβασιν quandam de bellis ejus generis inſecuto tempore adminiſtratis fuerit exorſus, nec certa tamen res, quoniam aliis in libris digreſſiones vitavit prolixiores. P. Wess.

57. Χειριζομένων Λεπίδου &c.] Everti poſſeſſione χειμαζομένων, quod legebatur, vocabulum. Putabimuſne vero ὕπατον ἀρχὴν *Diodorum* adpellaſſe ſimpliciter Triumviralem iſtam potentiam?

atque caeſis, diremtum ac finitum eſſet: non multo poſt occulta Auguſti & Antonii de primatu contentio in apertum bellum erupit. Et poſtquam cognati ſanguinis plurimum utrinque effuſum erat, imperium Auguſto confirmatur. Et ſumma penes illum poteſtas per totam inde vitam permanſit: cum magiſtratus conſularis ordinem ac principatum ſuum jam amiſiſſet.

τῶν περὶ Κάσσιον καὶ Βροῦτον· μετ' οὐ πολὺ ῥήγνυται εἰς τὸ φανερὸν ἡ ἐσθομυχοῦσα Αὐγούστου καὶ Ἀντωνίου ὑπὲρ τῆς φιλοπρωτείας ἅμιλλα· καὶ πολλῶν συγγενῶν αἱμάτων ἐκχυθέντων ῥεόντων, τὸ κράτος Αὐγούστῳ βεβαιοῦται, καὶ τῶν ὅλων ἡ ἐξουσία αὐτῷ παραμένει διὰ βίου, τῆς τῶν ὑπάτων λοιπὸν ἀρχῆς τὴν [v] ἰδίαν τάξιν καὶ δυναστείαν ἀποβεβληκυίας.

EX L. XXXVIII. ECL. I.

CINNA & Marius, convocato clariſſimorum ducum Senatu, inter ſe conſilitabant, quibus rationibus pacem confirmarent. Placuit ad extremum, ut inimicorum nobiliſſimos, qui litem de rerum ſumma movere poſſent, omnes necarent, ut repurgata partium ſuarum factione, ſecure deinceps & arbitratu ſuo res imperii una cum amicis adminiſtrarent. Continuo igitur fidem ac pacta reconciliatae prius gratiae loco nullo habuere, condemnatorum ab ipſis caedes ubique indicta cauſa perpetrantur. Tum & Q. Lutatius Catulus,
921. qui triumphum inſignem de Cimbris retulerat, & majorem in modum a civibus diligebatur, a quodam tribuno plebis, capitis ad populum arceſſitus erat. Cum igitur imminens a calumnia periculum extimeſceret, venit ad Marium, utque ſibi opem ferret, obſecravit. Is amicus pridem fuerat: verum tunc ex ſuſpicione quadam alienatus, hoc modo reſpondit; Moriendum eſt. Catulus ergo ſpe ſalutis abjecta, dum mortem contumeliae expertem obire properat, peculiari quodam more & inuſitato de vitae ſtatione deceſſit. In domum enim nuper incruſtatam ſe incluſit, ubi cum calcis evaporationem igni fumoque adauxiſſet, corrupta reſpiratione ſuffocatus, e vivis exceſſit.

ΕΚ ΤΟΥ ΛΗ'.

ὍΤι οἱ περὶ τὸν Κίνναν καὶ Μάριον συνεδρεύσαντες μετὰ τῶν ἐπιφανεστάτων ἡγεμόνων ἐβουλεύοντο, ὅπως βεβαίως καταστήσωσι τὴν εἰρήνην· τέλος ἔδοξεν αὐτοῖς τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ἐχθρῶν, καὶ δυναμένους [x] ἀμφισβητῆσαι περὶ πραγμάτων, πάντας ἀποκτεῖναι· ὅπως καθαρᾶς γενομένης τῆς ἰδίας αἱρέσεως καὶ μερίδος, ἀδεῶς τὸ λοιπὸν, καὶ ὡς ἂν βούλωνται, μετὰ τῶν φίλων διοικῶσι τὰ κατὰ τὴν ἡγεμονίαν. εὐθὺς οὖν τῶν μὲν γεγενημένων συνθέσεων καὶ πίστεων ἠμέλησαν· σφαγαὶ δὲ τῶν καταψηφισθέντων αὐτοῖς ἄκριτοι καὶ πανταχοῦ ἐγίνοντο. Κόϊντος δὲ Λυτάτιος ὁ Κάτλος, τεθριαμβευκὼς μὲν ἐπισήμως ἀπὸ [y] Κίμβρων, ἀγαπώμενος δὲ ὑπὸ τῶν πολιτῶν περιττότερον, ὑπό τινος δημάρχου κατηγορίας ἐτύγχανεν ἐν τῷ δήμῳ θανάτου. φοβούμενος δὲ τὸν ἐκ τῆς συκοφαντίας κίνδυνον, ἧκεν εἰς τὸν Μάριον, δεόμενος τυχεῖν βοηθείας. ὁ δὲ, τὸ μὲν ἔμπροσθεν γεγονὼς φίλος, τότε δ' ἔκ τινος ὑποψίας ἀλλοτρίως ἔχων πρὸς αὐτὸν, τοῦτο μόνον ἀπεκρίθη, θανεῖν δεῖ. καὶ ὁ Κάτλος ἀπογνοὺς μὲν τὰς [z] τῆς σωτηρίας ἐλπίδας, σπεύδων δὲ χωρὶς ὕβρεως καταστρέψαι τὸν βίον, ἑαυτὸν τοῦ ζῆν μετέστησεν, ἰδίῳ τινὶ καὶ παρηλλαγμένῳ [a] τρόπῳ, συγκλείσας ἑαυτὸν εἰς οἶκον νεόχριστον, καὶ τὴν ἐκ τῆς κονίας ἀναφορὰν πυρὶ καὶ καπνῷ συναυξήσας, τῇ τῆς ἀναπνοῆς φθορᾷ περιπνιγεὶς γενόμενος, ἀπήλλαξεν.

EX L. XL. ECL. I.

NOs bellum contra Judaeos literarum memoriae prodituri noſtri officii eſſe duximus, ſi prius ſummatim de origine hujus gentis & legibus ipſorum diſſeramus. In Aegypto lue peſtifera quondam exorta plerique mali cauſam ad offenſam Numinis referebant. Cum enim multi promiſcuae colluvionis advenae ibi habitarent, qui peregrinis ritibus in ſacrorum miniſteriis & immola-

ΕΚ ΤΟΥ Μ'.

ΗΜεῖς δὲ μέλλοντες ἀναγράφειν τὸν πρὸς Ἰουδαίους πόλεμον, οἰκεῖον εἶναι διαλαμβάνομεν προδιελθεῖν ἐν κεφαλαίοις τήν τε τοῦ ἔθνους τούτου ἐξ ἀρχῆς κτίσιν, καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς νόμιμα. κατὰ τὴν Αἴγυπτον τὸ παλαιὸν, λοιμικῆς περιστάσεως γενομένης, ἀνέπεμπον οἱ πολλοὶ τὴν αἰτίαν τῶν κακῶν ἐπὶ τὸ δαιμόνιον. πολλῶν γὰρ καὶ παντοδαπῶν κατοικούντων ξένων, καὶ διηλλαγμένοις ἔθεσι χρωμένων περὶ

v Hanc vocem Amſtel. & alii negligunt. x Ἀμφισβ. πραγμάτων iidem. y Σιμβρων Amſt. & in marg. ex aliis. z Τὰς σωτηρίας Amſtel., e quo articulum reſtitui. a Τρόπῳ iidem cum marg.

Semper ejus in libris Conſulatus ὑπάτων ἀρχὴ eſt, quo longe ampliorem ſibi III. viros vindicaſſe nemo ignorat. P. Wess.

67. Τὴν ἰδίαν τάξιν καὶ δυναστείαν ἀποβεβλ.] Neque haec, ad vivum ſi reſecentur, vera erunt. Priſtinam ſane vigoris auctoritatem ſive δυναστείαν, mutata reipublicae forma, Conſulatus amiſit. At τάξιν non item. Callidus quidem princeps ſuffectis conſulibus, quo pluribus ad ampliſſimum magiſtratum aditus foret, locum voluit eſſe, nec ordinario tamen Conſulatui veterem ordinem & honorem negavit. Adi ſis Tacitum Annal. I, 2. Porro Photius his plura adſtruxerat de Illuſtrium dignitate, patriciis, tribunis plebis, dictatore, ejuſque generis aliis, partim Diodori aetate longe recentioribus, partim minus accurate deſcriptis. Quas ridiculum eſſe, a Diodoro unquam fuiſſe prodita putare, bene Scaliger cenſuit. Illic itaque, ubi erant, ea reliqui. P. Wess.

69. Ὅτι περὶ τὸν Κίνναν] Hic in eadem Photii Bibliotheca praeſcriptum erat, ἐκ τοῦ μη., ex L. XLVIII., quod pravum eſſe res ipſa clamat. Diodori enim Bibliotheca quadraginta librorum ambitu abſolvebatur. Rectius relata a Rhodomano ſunt ob argumenti ſimilitudinem in librum XXXVIII. P. Wess.

76. Διοικῶσι τὰ κ. τ. ἡγεμονίαν] Διοικῶσι lege. L. Rhod.

91. Συγκλείσας ἑαυτὸν εἰς οἶκον νεόχριστον] Ἐν οἰκήματι νεοχρίστῳ τε καὶ ὑγρῷ Appian. Bell. Civil. lib. 1. p. 663. & Vell. Paterc. L. II, 22. Simile, ſed invito, fati genus Joviano Imp. obtigiſſe Ammian. L. XXV, 10. cum nota Valeſii prodidit. Photius certe ut Imperatoris eum caſum illuſtraret, hoc de Catulo praecipue excerpendum judicavit, ſicuti praefatio, quae in Bibliotheca ejus, indicat. P. Wess.

96. Ἡμεῖς δὲ μέλλοντες ἀναγράφειν τὸν πρὸς Ἰουδαίους &c.] Haec praepoſuiſſe videtur hiſtoriae ejus belli, quo Pompejus Hieroſolyma obſedit & occupavit, Ariſtobulo in catenis Romam ad triumphum abducto. Vide Joſeph. Ant. L. XIV, 4. Verſatur autem in his deſcribendis non ita criminoſe, ut pleique alii ſcriptorum. Nihil certe de lepra, ob quam ex Aegypto fuerint exacti; nihil de effigie animalis, quo monſtrante errorem ſitimque depulerint; nihil ferme eorum contumeliarum, quas cupidiſſime genti iſti impoſuerunt. Neque omnia tamen prudentioribus excuſabit. P. Wess.

3. Διηλλαγμένοις ἔθεσι χρωμένων περὶ &c.] Haud imprudenter his uſus eſt contra patronos Memphiticorum ſacrorum Marshamus

περὶ τὸ ἱερὸν [b] καὶ τὰς θυσίας, καταλελύσθαι συνέβαινε παρ᾽ αὐτοῖς τὰς πατρίους τῶν θεῶν τιμάς. ὅπερ οἱ τῆς χώρας ἐγγενεῖς ὑπέλαβον, ἐὰν μὴ τοὺς ἀλλοφύλους μεταστήσωνται, κρίσιν οὐκ ἔσεσθαι τῶν κακῶν. εὐθὺς οὖν [c] ξενηλατουμένων τῶν ἀλλοεθνῶν, οἱ μὲν ἐπιφανέστατοι καὶ δραστικώτατοι συστραφέντες ἐξερρίφησαν (ὥς τινές φασιν) εἰς τὴν Ἑλλάδα, καί τινας ἑτέρους τόπους, [d] ἔχοντες ἀξιολόγους ἡγεμόνας, ὧν ἡγοῦντο Δαναὸς καὶ Κάδμος τῶν ἄλλων ἐπιφανέστατοι· ὁ δὲ πολὺς λεὼς ἐξέπεσεν εἰς τὴν νῦν καλουμένην Ἰουδαίαν, οὐ πόρρω μὲν κειμένην τῆς Αἰγύπτου, παντελῶς δὲ ἔρημον οὖσαν κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους. ἡγεῖτο δὲ τῆς ἀποικίας ὁ προσαγορευόμενος Μωσῆς, [e] φρονήσει δὲ πολλῇ καὶ ἀνδρείᾳ πλεῖστον διαφέρων. οὗτος δὲ καταλαβόμενος τὴν χώραν, ἄλλας τε πόλεις ἔκτισε καὶ τὴν νῦν οὖσαν ἐπιφανεστάτην, ὀνομαζομένην Ἱεροσόλυμα. ἱδρύσατο δὲ καὶ τὸ μάλιστα παρ᾽ αὐτοῖς τιμώμενον ἱερὸν, καὶ τὰς τιμὰς καὶ [f] ἁγιστείας τοῦ θείου κατέδειξε, καὶ τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν ἐνομοθέτησέ τε καὶ διέταξε. διεῖλε δὲ τὸ πλῆθος εἰς δώδεκα φυλὰς, διὰ τὸ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον τελειότατον νομίζεσθαι, καὶ σύμφωνον εἶναι τῷ πλήθει τῶν μηνῶν τῶν τὸν ἐνιαυτὸν συμπληρούντων. ἄγαλμα δὲ θεῶν τὸ σύνολον οὐ κατεσκεύασε, διὰ τὸ μὴ νομίζειν ἀνθρωπόμορφον εἶναι τὸν θεόν· ἀλλὰ τὸν περιέχοντα τὴν γῆν οὐρανὸν μόνον εἶναι θεὸν, καὶ τῶν ὅλων κύριον. τὰς δὲ θυσίας ἐξηλλαγμένας συνεστήσατο τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι, καὶ τὰς κατὰ τὸν βίον ἀγωγάς. διὰ γὰρ τὴν ἰδίαν ξενηλασίαν ἀπάνθρωπόν τινα καὶ μισόξενον βίον εἰσηγήσατο. ἐπιλέξας δὲ τῶν ἀνδρῶν τοὺς χαριεστάτους καὶ μάλιστα δυνησομένους τοῦ συμπαντὸς ἔθνους προΐστασθαι, τούτους ἱερεῖς ἀπέδειξε· τὴν δὲ [g] τριβὴν ἔταξεν αὐτῶν γίνεσθαι περὶ τὸ ἱερὸν, καὶ τὰς τοῦ θεοῦ τιμάς τε καὶ θυσίας· τοὺς αὐτοὺς δὲ καὶ δικαστὰς ἀπέδειξε τῶν μεγίστων κρίσεων, καὶ τὴν τῶν νόμων καὶ τῶν ἐθῶν φυλακὴν τούτοις ἐπέτρεψε· διὸ καὶ βασιλέα μὲν μηδέποτε τῶν Ἰουδαίων (γενέσθαι φασὶ), τὴν δὲ τοῦ πλήθους προστασίαν δίδοσθαι διὰ παντὸς τῷ δοκοῦντι τῶν ἱερέων φρονήσει καὶ ἀρετῇ προέχειν. τοῦτον προσαγορεύουσιν ἀρχιερέα, καὶ νομίζουσιν αὐτοῖς ἄγγελον γίνεσθαι τῶν τοῦ θεοῦ προσταγμάτων. τοῦτον δὲ κατὰ τὰς ἐκκλησίας καὶ τὰς ἄλλας συνόδους φησὶν ἐκφέρειν τὰ παραγγελλόμενα· καὶ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος οὕτως εὐπειθεῖς γενέσθαι τοὺς Ἰουδαίους, ὥστε παραχρῆμα πίπτοντας ἐπὶ τὴν γῆν, προσκυνεῖν τὸν τούτοις ἑρμηνεύοντα ἀρχιερέα. προσγέγραπται δὲ καὶ τοῖς νόμοις ἐπὶ τῆς τελευτῆς,

tionibus uterentur, evenit, ut aviti Deorum honores apud eos exoleſcerent. Hinc ſuſpicio indigenis regionis illius injecta, niſi alienigenas ſubmoverent, futurum ut malis nunquam exonerarentur. Statim igitur expulſis aliarum nationum hominibus, pars nobiliſſima & ſtrenuitate aliis praeſtans, eximiorum ducum auſpiciis in Graeciam (ut perhibent) & alia quaedam loca, variis jactata caſibus, pervenit, quibus aliorum clariſſimi Danaus & Cadmus praeerant. Pars autem populi maxima in terram, quae Judaea nunc vocatur, ab Aegypto quidem haud longe diſſitam, at omnino temporibus illis deſertam rejecta eſt. Coloniae hujus ductor erat Moſes quidam, ut appellatur, ſapientia & fortitudine maxime excellens. Is occupata regione cum urbes alias, tum quae nunc clariſſima eſt, Hieroſolyma, ac templum ibi, quod in ſumma illis veneratione habetur, condidit. Tum Numinis honores & ceremonias ſacrorum docuit. Quin & rempublicam legibus inſtruxit, atque in 922
ordinem certum redegit. Multitudinem in XII. tribus diviſit, quod numerum hunc perfectiſſimum eſſe, ac menſibus, qui annum faciunt integrum, reſpondere exiſtimaret. At nullam omnino Deorum imaginem ſtatuamve fabricavit: quod in Deum minime cadere formam humanam, ſed coelum hoc, quod terram circumquaque ambit, ſolum Deum eſſe, cunctaque in poteſtate habere, judicaret. Sacrificiorum autem ritus vitaeque conformandae morem ita inſtituit, ut a caeterarum gentium inſtitutis plurimum diſcreparet. Nam propter gentis ſuae relegationem, inhumanam quandam & inhoſpitalem vitae rationem praecepit. Viros praeterea elegantiſſimos, & qui genti in unum tunc corpus redactae praeeſſe maxime valerent, delegit, quos ſacerdotes crearet. His munus illud deſtinavit, ut perpetuo templum obeuntes Dei cultibus & ſacrificiis operarentur. Eoſdem maximarum quoque rerum diſceptationi judices praefecit, legumque ac inſtitutorum cuſtodiam illorum fidei commiſit. Quocirca nunquam Judaeis regem fuiſſe ajunt. Sed multitudinis gubernandae curam & poteſtatem ei tradi perpetuo, qui inter ſacerdotes prudentia & virtute praecellere videtur. Hunc ſacerdotem principem ſummum pontificem appellant. Hunc pro nuncio & interprete juſſorum Dei habent. Hunc in concionibus publicis aliiſque congreſſibus mandata proferre, atque hac in parte tam morigeros eſſe Judaeos perhibent, ut extemplo ad terram proſtrati Sacrorum antiſtitem, oracula Dei ſibi interpretantem, adorent. In fine autem legibus adſcriptum eſt: MOSES AUDITOR

b Copulam *Amſtel.* non habet. c Ξενηλατῖμ. *Amſtel.* d Ἔχοντες in marg., quod verum. Ἔχοντας vulgo. e Φρονήσει τε ex conjectura ad oram. f Ἀγιωστείας *Edd.*, ἁγιστείας *Amſtel.* & margo. g Διατριβὴν *Amſtel.*

hamum & *Spencerum*, vir doctiſſimus *Jac. Triglandius* Diſſert. de Orig. Rituum Moſaicor. p. 138. P. Wess.

15. Παντελῶς δ᾽ ἔρημον οὖσαν κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους] Id ſacrae literae falſi arguunt; abit etiam a vero, quod de Moſe, Hieroſolyma & templum condente, additur, quamquam ea in re *Tacitum* pluresque alios conſentaneos habet. P. Wess.

25. Διὰ τὸ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον τελειότατον &c.] Veram cauſſam ex totidem familiarum capitibus ignoravit, ſecundariam & minus idoneam, ab ipſis Judaeis non ſpretam, arripuit. *Philo Jud.* de Profug. p. 477. τέλειος δ᾽ ἀριθμὸς ὁ δώδεκα· μάρτυς δ᾽ ὁ ζωδιακὸς ἐν οὐρανῷ κύκλος. —— Μωσῆς δ᾽ οὐκ ἐν ὀλίγοις ὑμνεῖ τὸν ἀριθμὸν ΔΩΔΕΚΑ ΦΥΛΑΣ τοῦ ἔθνους ἀναγράφων. P. Wess.

29. Ἀλλὰ τὸν περιέχοντα τὸν οὐρανὸν μόνον εἶναι θεὸν] Gemina. *Strabo* de Moſe L. XVI. pag. 1104. εἴη γὰρ ἓν τοῦτο μόνον θεὸς τὸ περιέχον ἡμᾶς ἅπαντας καὶ γῆν καὶ θάλατταν, ὃ καλοῦμεν οὐρανὸν καὶ κόσμον, καὶ τὴν τῶν ὄντων φύσιν. Judaei Deum ἀνθρωπόμορφον negantes ſola eum mente intelligebant, propterea, uti veteres Chriſtiani in atheis fuerunt cenſiti, quod nullas aras haberent, templa nulla, nulla nota ſimulacra, illi totum hoc, quo continemur, cujuſque nos partes & membra ſumus, & unum & Deum eſſe putaverunt. Egregie profecto! Et tamen *J. Tolandus* Orig. Judaic. C. 15., ut cornicum oculos configeret, hic ſibi reperiſſe viſus eſt, quo religioni illuderet. P. Wess.

39. Καὶ τὴν τῶν νόμων καὶ τῶν ἐθῶν φυλακὴν &c.] Satis ex vero iſtud. *Joſeph.* L. II. C. Apion. C. 21. τούτοις (ſacerdotibus) δ᾽ ἦν καὶ ἡ τοῦ νόμου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἀκριβὴς ἐπιμέλεια· καὶ γὰρ ἐπόπται πάντων καὶ δικασταὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, καὶ κολασταὶ τῶν καταγνωσθέντων οἱ ΙΕΡΕΙΣ ἐτάχθησαν. Id turpem *Diodori* ignorantiam rerum Judaicarum prodit, quod de regibus additur: qua in re cum oratio ſit defecta, duo vocabula, ut *Rhodom.* voluerat, adſtruxi. Confer *Jo. Seldenum* L. I. Succeſſ. Pontif. Hebr. C. 13. P. Wess.

43. Τῷ δοκοῦντι τῶν ἱερέων φρονήσει καὶ ἀρετῇ προέχειν] Errat. Summo ſacerdoti non virtutis & prudentiae eminentia ſed naſcendi ſorte pontificatus deferebatur. Illud haud pravum tamen, modo adorationem excipias, quod de Magni Pontificis inter ſuos dignitate adnectitur. Habebatur ἡγεμὼν τῆς ἰδίας σωτηρίας αὐτῶν in *Joſeph.* de Bel. L. IV, 5, 2. & quaſi mediae inter Deum & hominem conditionis, ἐν μεθορίῳ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ut hoc ſequeſtre homines cum Deo in gratiam redirent, ejuſdemque miniſterio Deus cum hominibus ſuam benivolentiam & mandata communicaret, ἵνα διὰ μέσου τινὸς ἄνθρωποι μὲν ἱλάσκωνται θεὸν θεὸς δὲ τὰς χάριτας ἀνθρώποις ὑποδιακόνῳ τινὶ χρώμενος ὀρέγῃ καὶ χορηγῇ *Philo Jud.* de Monarch. L. II. p. 828. B. P. Wess.

52. ΜΩ-

TOR DEI HAEC DICIT JUDAEIS. Ad haec multum ſtudii cum inſigni prudentia in res bellicas poſuit legislator, & juvenes ad tolerantiam & fortitudinem, ad conſtantiam denique in omnibus aerumnis exercendam, adegit. Quin etiam expeditiones in gentes finitimas ſuſcepit, multosque terrae bello acquiſitae tractus haereditario ſuis jure poſſidendos attribuit, ita quidem ut privatis aequales ſortis partes faceret, ſacerdotibus majores: ut ampliores percipientes reditus, Dei cultibus aſſidue citra diſtractionem inhaererent. Nec privatis ſortis ſuae patrimonium vendere licebat, ne aliqui, emtis per avaritiam fundis haereditariis, eliderent pauperiores, gentemque redigerent ad paucitatem.
923. Liberis inſuper educandis ut operam darent, regionis inhabitatores coëgit, cumque exiguo ſumtu infantes alantur, ſemper Judaeorum natio multitudine hominum viguit. Quod ad matrimonia & mortuorum funerationes attinet, ut ſuae a caeterorum hominum legibus differrent plurimum fecit. Sub imperiis poſteriori aetate exortis, in quarto Perſarum dominatu, & qui hunc everterunt, Macedonum, ex commixtione cum externis gentibus multa de legum avitarum inſtitutis apud Judaeos mutata exoleverunt.

ΟΤΙ ΜΩΣΗΣ ΑΚΟΥΣΑΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ, ΤΑΔΕ ΛΕΓΕΙ ΤΟΙΣ ΙΟΥΔΑΙΟΙΣ. ἐποιήσατο δ' ὁ νομοθέτης τῶν τε πολεμικῶν ἔργων πολλὴν πρόνοιαν, καὶ τοὺς νέους ἠνάγκαζε [h] καρτερίαν τε καὶ ἀνδρείαν ἀσκεῖν, καὶ τὸ σύνολον πάσης ὑπομονὴν κακοπαθείας. ἐποιεῖτο δὲ καὶ στρατείας εἰς τὰ πλησιόχωρα τῶν ἐθνῶν. καὶ πολλὴν κατακτησάμενος χώραν, κατεκληρούχησε τοῖς μὲν ἰδιώταις ἴσους ποιήσας κλήρους, τοῖς δὲ ἱερεῦσι μείζονας· ἵνα λαμβάνοντες ἀξιολογωτέρας προσόδους, ἀπερίσπαστοι συνεχῶς [i] προσεδρεύωσι ταῖς τῷ Θεῷ τιμαῖς. οὐκ ἐξῆν δὲ τοῖς ἰδιώταις τοὺς ἰδίους κλήρους πωλεῖν, ὅπως μή τινες διὰ πλεονεξίαν ἀγοράζοντες τοὺς κλήρους, ἐκθλίβωσι τοὺς ἀπορωτέρους, καὶ κατασκευάζωσιν ὀλιγανδρίαν. τεκνοτροφεῖν τε ἠνάγκαζε τοὺς ἐπὶ τῆς χώρας· καὶ δι' ὀλίγης δαπάνης ἐκτρεφομένων τῶν βρεφῶν, ἀεὶ τὸ γένος τῶν Ἰουδαίων ὑπῆρχε πολυάνθρωπον. καὶ τὰ περὶ τοὺς γάμους δὲ, καὶ τὰς τῶν τελευτώντων [k] ταφὰς, πολὺ τὸ παρηλλαγμένον ἔχειν ἐποίησε νόμιμα πρὸς τὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Κατὰ δὲ τὰς ὕστερον γενομένας ἐπικρατείας ἐκ τῆς τῶν ἀλλοφύλων ἐπιμιξίας, ἐπὶ τετάρτης τῶν Περσῶν ἡγεμονίας, καὶ τῶν ταύτην καταλυσάντων Μακεδόνων, πολλὰ τῶν πατρίων τοῖς [l] Ἰουδαίοις νομίμων ἐκινήθη.

h Καρτερίαν τε Amſtel., in quo τὸ σύνολον ſtatim deficiunt. *i Προσεδρεύωσι id.* *k Γραφὰς Edd. marg.* *l Ἰουδαίων Amſtel.* & marg. reliqq.

52. ΜΩΣΗΣ ΑΚΟΥΣΑΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ] Moſem verum Pentateuchi auctorem inde a priſcis ſeculis dictum atque habitum fuiſſe ex his *Diodori* cogit Cl. *Pet. Zornius* Proleg. in Hecat. Abder. Fragm. p. 37., quem vide. P. Wess.

60. *Τοῖς δ' ἱερεῦσι μείζονας*] Ex aliarum gentium more Judaeos ſpectaſſe videtur. Iſtic, ut nunc paſſim per Europam, optimae agrorum poſſeſſiones ſacerdotum erant. At in Judaea *τοῖς ἱερεῦσιν οὐκ ἀπένειμε χώρας ἀπόμοιραν ὁ νόμος*, *Philo Jud.* ait princ. de Sacerdot. Honor., nec deerant tamen ſua illis commoda, quae ibid. recenſentur. Vir doctus in Prolegom. *Hecataei Abderitae* optima haec eſſe pertendit. *Μείζονας κλήρους* urbes Leviticas & Sacerdotales indicare. At non ego credulus illi. P. Wess.

62. *Οὐκ ἐξῆν — τοὺς ἰδίους κλήρους πωλεῖν*] Lege *Levit.* xxv, 23., & quae copioſe diſputavit *Jo. Seldenus* de Succeſſ. ad Leg. Hebr. C. 24. P. Wess.

70. *Πολὺ τὸ παρηλλαγμένον ἔχειν ἐποίησε νόμιμα*] Corpora condere, quam cremare malebant Judaei: qua quidem re a plerisque aliis diſcreparunt. Leges de nuptiis multo illic, quam apud alios, honeſtiores. Vide *Joſeph.* L. 11. C. Apion. Cap. 24. & *Philon.* Leg. Special. p. 778. &c. P. Wess.

73. *Ἐπὶ τετάρτης τῶν Περσῶν ἡγεμονίας*] Hoccine vult, quarto Perſarum rege Judaeos patriis inſtitutis peregrina mutaſſe: an eum quarti Perſae imperium Aſiae poſt Aſſyrios, Babylonios & Medos obtinerent? Elige utrum velis, neque certum reperies. Xerxi quidem regi Judaeorum aliquos ſtipendia meruiſſe ex *Choerilo* poeta docet *Joſephus* C. Apion. L. 1, 22., qui ſi de ſacris ſuis quid deteri ſunt paſſi, pauci erant ad totam gentem, moris aviti conſtantiſſimam pariter & tenaciſſimam. Sub Perſarum imperio a ſatrapis regibusque divexatos fuiſſe Judaeos, quis negat diſtricte? *Καὶ προπηλακιζόμενοι ὑπὸ τῶν Περσικῶν βασιλέων καὶ σατραπῶν* verba *Hecataei Abderitae* ſunt in *Joſephi* L. 1. C. Apion. p. 456. Hiſce vero contumeliis & vexationibus quid effectum eſt? Mutaruntne Judaei majorum diſciplinam? Negat ibidem *Hecataeus* ille idque optime. Non diffiteor, ſuperſtitioſos quosdam ritus Perſarum Macedonumque aetate in mores veniſſe Judaeos; neque in ſummam tamen ſacra, legibus finita, inverſa ſunt. Atque his poſſem defungi, niſi *Photius* addidiſſet, ſubjunxiſſe *Diodorum* ſuperioribus, *περὶ μὲν τῶν Ἰουδαίων Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος ταῦτα ἱστόρησε*, *de Judaeis iſta narravit Hecataeus Mileſius*. Inde concluſione quadam Cl. *Pet. Zornius* confecit in Prolegom. Hecat. Abderit. hanc de Judaeis Eclogam non eſſe *Diodori*, ſed *Hecataei Mileſii*, omnesque in errore verſari, qui *Diodoro* tribuant, aſpero ſatis decreto. Ecquid enim illi commiſerunt, qui ex *Diodoro* produxerunt, quae ejus in libris legebantur? At *Diodorus* dicit, *Hecataeus ταῦτα ἱστόρησε* de Judaeis? Quid tum poſtea? Excerpſit Diodorus libros Cteſiae, Thucydidis, Xenophontis, Anaximenis, Theopompi, Athanis, Cazarchi, Timaei, Calliae, Diylli, Soſili, Polybii, Poſidonii & plurium aliorum: illine in poſterum nominandi erunt, neglecto *Diodoro*? Mitto, nuſquam a Conſtantinopolitano praeſule tradi verborum habitum & colorem *Hecataei* eſſe *Mileſii*. Quaeramus potius, quis *Hecataeus* ille *Mileſius*? Vir doctus diverſum cenſet ab *Hecataeo* iſto, domo Mileſio, qui Cyri Cambyſisque aetate floruit: nolo refragari, quanquam cauſſa, quae adfertur ex Perſarum quarto principatu & Macedonum imperio, de quo utroque in Ecloga, parum eſt ſollicita; verbis pugnatur *Diodori*, ex quo iſta Excerpta, non *Hecataei*. Sed ſit alius. Demiror vehementer neminem neque Judaeum neque Chriſtianum hominis in tam illuſtri cauſſa meminiſſe. *Hecataeum* Abderitam cupide utraque ex ſecta in partes vocant, neque illi injuria. *De Mileſio* altum tacent. Quae mihi res paene extorquet, ut Abderitam *Hecataeum* a *Diodoro* advocatum opiner, notum rerum Judaearum ſcriptorem, erroremque deberi *Photio*. Tu vide *G. Jo. Voſſium* Hiſt. Graec. L. iv, 3. & *Spencerum* ad Origen. L. 1. C. Celſ. cap. 15. p. 334. *Ed. Nov.* P. Wess.

ΕΚ ΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΕΚΛΟΓΑΙ ΠΕΡΙ ἈΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΚΑΚΙΑΣ.

EX HISTORIA DIODORI SICULI EXCERPTA

DE VIRTUTIBUS ET VITIIS.

E LIBRO VI.

ΟΤΙ παραδέδονται Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης, οἱ καὶ Διόσκουροι, πολὺ τῶν ἄλλων ἀρετῇ διενεγκεῖν, καὶ συστρατεῦσαι τοῖς Ἀργοναύταις ἐπιφανέστατα. πολλοῖς δὲ δεομένοις ἐπικουρίας βεβοηθηκέναι· καθόλου δὲ ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, πρὸς δὲ τούτοις στρατηγίᾳ καὶ εὐσεβείᾳ παρὰ πᾶσι σχεδὸν ἀνθρώποις ἔσχον δόξαν, ἐπιφανεῖς βοηθοὶ τοῖς παρὰ λόγον κινδυνεύουσι γινόμενοι. διὰ δὲ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀρετῆς Διὸς υἱοὺς νενομίσθαι, καὶ ἐξ ἀνθρώπων μεταστάντας τιμῶν τυχεῖν ἀθανάτων.

Ὅτι Ἐπωπεὺς βασιλεὺς Σικυῶνος τοὺς θεοὺς εἰς μάχην προκαλούμενος, τὰ τεμένη καὶ τοὺς βωμοὺς αὐτῶν ἐλυμαίνετο.

Ὅτι φασὶ τὸν Σίσυφον πανουργίᾳ καὶ φιλοτεχνίᾳ διενεγκεῖν τῶν ἄλλων, καὶ διὰ τῆς ἱεροσκοπίας ἀ-

CASTOR & Pollux, quibus 220.
Dioſcuris etiam nomen eſt, virtute multum caeteris praeſtitiſſe dicuntur, & in commilitio Argonautarum egregiam operam navaſſe; multisque infirmioribus opem tuliſſe, ac, ut breviter abſolvam, fortitudinis, juſtitiae, pietatis, reique bellicae gloriam ubique terrarum ſibi pepererunt, cum omnibus in ſummo diſcrimine poſitis praeſto eſſent. Quare ob virtutis praeſtantiam, Jovis filii ſunt habiti, & poſt obitum divinis honoribus affecti.

Epopeus Sicyonis Rex, Deos in certamen provocans, fana araſque eorum deſtruebat.

Siſyphus calliditate ac verſutia caeteros mortales ſuperaſſe dicitur, atque extiſpicio futura omnia prae-

10. Ἐπιφανεῖς βοηθοὶ τοῖς παρὰ λόγον &c.] Confer quae dicta ſunt ad L. IV, 43. P. WESS.

14. Ὅτι Ἐπωπεὺς βασιλεὺς Σικυῶνος] His multum contraria narrat *Pauſanias* in Corinthiacis (lib. II, 6.) Nam Epopea templum magnificum Palladi, item & Apollini & Dianae aedificari curaſſe ait. Sed quid mutabilius hominis mente? J. PALM.

Ὅτι Ἐπωπεὺς βασιλεὺς Σικυῶνος] Agnoſcit regem Epopea catalogus regum Sicyoniorum Euſebianus, nec praeteritura Criticis ad *Apollon. Rhod.* L. IV, 1090. Forſan etiam ab eo Sicyone Ceres Ἐπωπὶς adpellata fuit. *Heſychius*, Ἐπωπίς, Δημήτηρ παρὰ Σικυωνίοις. Quod tamen diſtricte adfirmare nolim, cum & alia tituli, ſive Ἐπωπὶς ſeu Ἐπωπίς fuerit, cauſſa dari poſſit. Lege Tzetzen ad *Lycophron.* v. 1176. P. WESS.

17. Τὸν Σίσυφον πανουργίᾳ — διενεγκεῖν] Principi poëtae κέρδιστος ἀνδρῶν Siſyphus, de cujus verſutia & ſtrophis ſerior aetas plurima prodidit, petenda ex Schol. ad *Sophoclis* Ajac. v. 190.

praevidere ſolitus, & hominibus praedicere.

Salmoneus impius atque inſolens fuit, qui Deos ſpernebat, ſuaque facinora Jovis rebus geſtis anteponebat. Proinde ex quadam machina, quae ingentem edebat ſonitum, detonare conſueverat: neque ulla ſacrificia aut ferias Diis celebrabat.

Hujus Salmonei filia fuiſſe perhibetur Tyro, quae ob candorem ac molliciem corporis, hujusmodi nomen ſortita eſt.

Admetus pietatis ac juſtitiae cauſa adeo acce-
223. ptus caruſque Diis immortalibus fuit, ut cum Apollo in offenſam Jovis incidiſſet, ad miniſtrandum Admeto ſit traditus. Ajunt etiam Alceſtim Peliae filiam, quae ſola ſceleris in patrem admiſſi particeps non fuerat, ob juſtitiam Admeto nupſiſſe.

Melampus cum aequitate caeteros anteiret, Apollinis gratiam meruit.

Expugnato Ilio, Aeneas occupata civitatis parte impetum hoſtium fortiter ſuſtinuit, adjunctis ſecum aliquot civibus. Cumque Graeci oblatis conditionibus eos dimiſiſſent, quantumque ex ſuis quiſque bonis poſſet auferre, ſingulis conceſſiſſent, caeteri quidem aurum argentumque, & quidquid ejuſmodi in pretio habetur, tulerunt: Sed Aeneas patrem jam ſenio confectum humeris ſuis avexit. Cujus rei Graeci admiratione capti, rurſus facultatem ei dederunt quidquid vellet ex domeſticis opibus eligendi. Cumque ille Deos penates extuliſſet domo, longe majorem laudem & admirationem etiam apud hoſtes virtus viri concitavit. Quippe eum videbant maximo in diſcrimine maximam & officii erga parentes, & pietatis in Deos curam habuiſſe. Quapropter ei ac Trojanis qui ſuperfuerant, conceſſum eſſe ajunt, ut ex Troade, quocunque demum vellent, abire eis liceret.

Romulus Silvius Albanorum Rex, quamdiu vixit, ſuperbiſſimus, Deorumque contemptor extitit. Qui, cum Jupiter tonaret, imperabat militibus, ut ſimul omnes ſigno dato gladiis ſcuta percuterent, ajebatque majorem eſſe ſonitum qui ab illis edebatur. Quamobrem fulmine ictus interiit.

Cumis per ea tempora tyrannus erat nomine

πάντα εὑρίσκειν καὶ προλέγειν τοῖς ἀνθρώποις.

Οτι ὁ Σαλμωνεὺς ἀσεβὴς καὶ ὑπερήφανος ἦν, καὶ τὸ θεῖον διέσυρε, τὰς δὲ αὐτοῦ πράξεις ὑπερέχειν τῶν τοῦ Διὸς ἀπεφαίνετο· διὸ καὶ κατασκευάζων διά τινος μηχανῆς ψόφον ἐξαίσιον, καὶ μιμούμενος τὰς βροντὰς, ἐβρόντα, καὶ οὔτε θυσίας, οὔτε πανηγύρεις ἐτέλει.

Οτι ὁ αὐτὸς Σαλμωνεὺς ἔσχε θυγατέρα Τυρὼ, ἥτις διὰ τὴν λευκότητα καὶ τὴν τοῦ σώματος μαλακότητα, ταύτης τῆς προσηγορίας τέτυχε.

Οτι Ἄδμητος ἐπὶ δικαιοσύνῃ καὶ εὐσεβείᾳ διενέγκας, προσφιλὴς θεοῖς ἐγένετο, ἐπὶ τοσοῦτο δὲ δι' ἀρετὴν [a] τιμηθεὶς, ὥστε τὸν Ἀπόλλωνα προσκόψαντα Διῒ, δοθῆναι θητεύειν παρὰ τὸν Ἄδμητον. Φασὶ δὲ Ἄλκηστιν τὴν Πελίου θυγατέρα, μόνην τῶν κατὰ τὸν πατέρα ἀσεβείας μὴ μετασχοῦσαν, δοθῆναι γυναῖκα δι' εὐσέβειαν Ἀδμήτῳ.

Οτι Μελάμπους εὐσεβείᾳ διενεγκὼν, φίλος ἐγένετο τοῦ Ἀπόλλωνος.

Οτι τῆς Τροίας ἁλούσης, Αἰνείας μετά τινων καταλαβόμενος μέρος τῆς πόλεως, τοὺς ἐπιόντας ἠμύνετο. τῶν δὲ Ἑλλήνων ὑποσπόνδους τούτους ἀφέντων, καὶ συγχωρησάντων ἑκάστῳ λαβεῖν ὅσα δύναιτο τῶν ἰδίων, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἄργυρον ἢ χρυσὸν, ἤ τινα τῆς ἄλλης πολυτελείας ἔλαβον· Αἰνείας δὲ τὸν πατέρα, γεγηρακότα τελείως, ἀράμενος ἐπὶ τοὺς ὤμους ἐξήνεγκεν. ἐφ' ᾧ θαυμασθεὶς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ἔλαβεν ἐξουσίαν πάλιν ὃ βούλοιτο τῶν οἰκείων ἐκλέξασθαι. ἀνελομένου δὲ αὐτοῦ τὰ ἱερὰ τὰ πατρῷα, πολὺ μᾶλλον ἐπαινεθῆναι συνέβη τὴν ἀρετὴν καὶ ὑπὸ πολεμίων ἐπισημασίας τυγχάνουσαν. ἐφαίνετο γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις πλείστην φροντίδα πεποιημένος τῆς τε πρὸς γονεῖς ὁσιότητος, καὶ τῆς πρὸς θεοὺς εὐσεβείας. διόπερ φασὶν αὐτῷ συγχωρηθῆναι, μετὰ τῶν ὑπολειφθέντων Τρώων ἐκχωρῆσαι τῆς Τρῳάδος μετὰ πάσης ἀσφαλείας, καὶ ὅπῃ βούλεται.

Οτι Ῥωμύλος Σιλούιος παρ' ὅλον τὸν βίον ὑπερήφανος γενόμενος, ἡμιλλᾶτο πρὸς τὸν θεόν. βροντῶντος γὰρ αὐτοῦ, ἐκέλευε τοὺς στρατιώτας ταῖς σπάθαις τύπτειν τὰς ἀσπίδας ὑφ' ἑνὸς συνθήματος, καὶ λέγειν ὡς ὁ παρ' αὐτῶν γινόμενος ψόφος εἴη μείζων. διὸ ἐκεραυνώθη.

Οτι ἐγένετο τύραννος κατὰ τὴν Κύμην τὴν πόλιν ὀνο-

a Τιμηθεὶς ſcriptus liber.

190. & ad *Ariſtophan.* Acharn. v. 390. P. Wess.

24. Ἐβρόντα, καὶ οὔτε θυσίας — ἐτέλει] Vidit in inferis Aeneas,

Crudeles dantem Salmonea poenas,
Dum flammas Jovis & ſonitus imitatur Olympi.

Aeneid. vi, 585.; quam tamen hominis vanitatem dicam an inpietatem *Homerum* ignoraſſe ex Odyſ. Λ, 235. haud prava concluſione confecit *Euſtath.* in Odyſ. p. 1681. P. Wess.

27. Ἥτις διὰ τὴν λευκότητα &c.] Vide *A. Bebelii* Apophor. L. iii, 14. Notae ſunt blandiciae Polyphemi ad Galateam λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν Idyl. *Theocriti* xi, 20., hac parte ſimilem Salmonei filiae, quae & *candida Tyro* in *Propertii* L. ii, 21, 51. De ea Auctor abunde L. iv, 68. P. Wess.

32. Θητεύειν παρὰ τὸν Ἄδμητον] Mallem παρὰ τῷ Ἀδμήτῳ. *Homerus* Odyſ. Λ, 488.

Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ ——

Atque ita *Diodorus* ipſe L. iv, 71., ubi vide. P. Wess.

45. Ἐφ' ᾧ θαυμασθεὶς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων] His fere concinunt, quae *Aur. Victor* Orig. Rom. C. 9. ex *Alexandro Epheſio* excerpſit. Alii aliter. Vide *Dionyſ.* A. Rom. L. i, p. 37. P. Wess.

56. Ὅτι Ῥωμύλος Σιλούιος] Ita cum & *Livius* appellat, ſed *Ovidius* in 4. Faſt. (v. 50.) & Euſebius, aliique Remulum Silvium vocant. *Dionyſius Halicarnaſſeus* lib. i. (p. 57.) Ἀλλάδιον, magno diſcrimine. Apud *Zonaram*, Ἀμύλιος ſcribitur, Aremulus in *Oroſii* lib. i. (cap. 20.) H. Valesius.

62. Κατὰ τὴν Κύμην — ὄνομα Μαλακὸς] Ariſtodemus eſt, Ariſtocratis F., qui Μαλακὸς eſt dictus, οὐχ ὅτι θηλυδρίας ἐγένετο παῖς ὢν, καὶ τὰ γυναιξὶν ἁρμόττοντα ἔπασχεν. ἀλλ' ὅτι πρᾶος ἦν φύσει καὶ μαλακὸς εἰς ὀργήν, uti *Dionyſius* ait Rom. Ant. L. vii. p. 418., hominis, Cumis Italicis graviſſimi, res fuſe deſcribens. Adde *Plut.* de Virt. Mulier. p. 261. E. P. Wess.

70. Ἔπη τάδε] Extant hi verſus apud *Herodotum* lib. i. (cap. 65.) ac *Themiſtium*, (Orat. xix. p. 225.) H. Vales.

74. Ἐπὶ ἔτη πλείω τῶν υ.] Lacedaemonios per continuos 400. annos Graeciae principes fuiſſe ait Diodorus Siculus, quamdiu Lycurgi legibus ſunt uſi. Ita igitur computare oportet ab temporibus Lycurgi ad cladem uſque Leuctricam, quae contigit anno 2. Olymp. cii. Floruit autem Lycurgus ſub primam Olympiadem, cum in conſtituendo Olympico certamine Iphitum Eleum conſilio atque opera ſua adjuviſſe dicatur ab *Ariſtotele*, *Phlegonte*, & *Pauſania* in Heliacis (L. v, 4.) & *Plutarcho* (Princ. Vit. Lycurg.) Ita paulo plus aut minus quadringenti anni conficiuntur. Sed cum *Eratoſthenes* & *Apollodorus* Lycurgum multis annis ante primam Olympiadem vixiſſe ſcribant, certumque ſit *Diodorum Siculum* Apollodori ſupputationem ubique ſecutum eſſe, ut ipſemet in procemio operis ſui profitetur, alia computandi ratio ineunda eſſe videtur. Igitur cum conſtet Athenienſes pulſis Lacedaemoniis principatum Graeciae obtinuiſſe anno 4. Olymp. lxxv., ut initio lib. xi. docet *Diodorus Siculus*, inde ſi retro numeraveris ad primam uſque Olympiadem, anni fiunt trecenti. A prima autem Olympiade ad Lycurgum, intervallum annorum centum debet eſſe, ut quadringenti anni compleantur. Ex quo conficitur Lycurgum cea-

ὄνομα Μάλακος, ὃς εὐδοκιμῶν παρὰ τοῖς πλήθεσι, καὶ τοὺς δυνατωτάτους ἀεὶ διαβάλλων, περιεποιήσατο τὴν δυναστείαν. καὶ τοὺς μὲν εὐπορωτάτους τῶν πολιτῶν ἀπέσφαξε, τὰς δὲ οὐσίας ἀναλαβὼν μισθοφόρους ἔτρεφε, καὶ φοβερὸς ἦν τοῖς Κυμαίοις.

Ὅτι τηλικοῦτον περὶ τὸν Λυκοῦργον ἦν τὸ τῆς ἀρετῆς τὸ μέγεθος, ὥστε παραγενηθέντος εἰς Δελφοὺς αὐτοῦ, τὴν Πυθίαν ἀποφθέγξασθαι ἔπη τάδε. ΖΗΤΕΙ ΕΝ ΤΩ ΠΕΡΙ ΓΝΩΜΩΝ.

Ὅτι οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῖς τοῦ Λυκούργου νόμοις ἐκ ταπεινῶν δυνατώτατοι ἐγένοντο τῶν Ἑλλήνων, τὴν δὲ ἡγεμονίαν διεφύλαξαν ἐπὶ ἔτη πλείω τῶν υ. μετὰ δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον καταλύοντες, ἔτι δὲ διαφθαρέντες νομίσματι χρῆσθαι, καὶ πλούτους ἀθροίζειν, ἀπέβαλον τὴν ἡγεμονίαν.

Ὅτι τῶν Ἠλείων πολυανδρουμένων καὶ νομίμως πολιτευομένων ὑφορᾶσθαι τοὺς Λακεδαιμονίους τὴν τούτων αὔξησιν, συγκατασκευάσαι τὸν κοινὸν βίον, ἵν' εἰρήνης ἀπολαύοντες μηδεμίαν ἔχωσιν ἐμπειρίαν τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων. καὶ καθιέρωσαν αὐτοὺς τῷ θεῷ συγχωρησάντων σχεδὸν ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων. καὶ οὔτε [b] τῆς ἐπὶ Ξέρξη στρατείας συνεστρατεύθησαν, ἀλλὰ ἀφείθησαν διὰ τὸ ἐπιμελεῖσθαι τῆς τοῦ θεοῦ τιμῆς. Ὅτι δὲ καὶ κατ' ἰδίαν ἐν τοῖς τῶν Ἑλλήνων ἐμφυλίοις πολέμοις οὐδεὶς αὐτοὺς παρηνώχλει, διὰ τὸ πάντας τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν σπεύδειν ἱερὰν καὶ ἄσυλον φυλάττειν. ὕστερον δὲ πολλαῖς γενεαῖς [c] συνέβη καὶ στρατεῦσαι τούτους καὶ ἰδίᾳ πολέμους ἐπανελέσθαι.

Ὅτι [d] τούτων ἐκτεθέντων, ἐπειδὴ τοῦ χρόνου προϊόντος ἠνδρώθησαν, πολὺ διέφερον τῶν ἄλλων κάλλει καὶ ῥώμῃ. διὸ καὶ πᾶσι τοῖς ποιμνίοις ἀσφάλειαν παρείχοντο ῥᾳδίως τοὺς λῃστεύειν εἰωθότας ἀποκρουόμενοι, καὶ πολλοὺς μὲν ἀναιροῦντες τῶν ἐπιτιθεμένων, ἐνίους δὲ καὶ ζῶντας συλλαμβάνοντες. χωρὶς δὲ τῆς ἐν τούτῳ φιλοτιμίας ὑπῆρχον ἅπασι τοῖς πλησίον νομεῦσι προσφιλεῖς, ταῖς τε ὁμιλίαις συνόντες, καὶ τὸν ἑαυτῶν τρόπον μέτριον, καὶ κοινὸν τοῖς δεομένοις ἀναδεικνύντες. διὸ καὶ τῆς πάντων ἀσφαλείας ἐν τούτοις κειμένης οἱ πλεῖστοι τούτοις ὑπετάττοντο, καὶ τὸ παραγγελλόμενον ἐποίουν, συντρέχοντες εἰς οὓς προστάξαιεν τόπους.

Ὅτι Πολυχάρη Μεσσήνιον πλούτῳ καὶ γένει δια-

Malacus, qui cum apud plebem gratia valeret, ac potentiſſimum quemque calumniaretur, hoc modo dominationem ſibi comparavit. Cumque opulen- 224 tiſſimos cives neci dediſſet, opibusque illorum occupatis ſatellites conduxiſſet, Cumanis omnibus magno terrori erat.

Tanta tamque excellens in Lycurgo virtus inerat, ut cum aliquando Delphos veniſſet, his verſibus a Pythia ſalutatus ſit. Quaere in Excerptis Sententiarum.

Lacedaemonii cum legibus Lycurgi uſi eſſent, ex infimis brevi potentiſſimi extiterunt, annisque plusquam quadringentis principatum Graeciae tenuerunt. Poſtmodum cum paulatim ſingulas leges labefeciſſent, ſeque ad luxum ac deſidiam tranſtuliſſent, coepiſſentque etiam moneta uti, & congerendis opibus ſtudere, principatu exciderunt.

Cum Elei juventute abundarent, ac Rempublicam haberent recte conſtitutam, Lacedaemonii incrementum eorum veriti, operam dederunt ut ſacroſancti eſſent, quo in pace degentes, nullam rei militaris peritiam haberent. Itaque conſentientibus fere Graecis omnibus illos Jovi conſecraverunt. neque cum Xerxes in Graeciam irrupiſſet, milites conferre ſunt coacti, ſed utpote Jovis ſacerdotes, ludorumque curatores, immunes fuerunt. Nec ſecus in civilibus Graecorum inter ſe bellis nemo eis unquam moleſtiam faceſſere ſuſtinuit, cum univerſi illorum regionem ac civitatem ſacroſanctam & inviolabilem cuſtodire ſtuderent; ſed ſubſecutis temporibus Elei etiam ſua ſponte ipſi bella ſuſcepere.

Romulus ac Remus fratres in alveo expoſiti, cum progreſſu aetatis adoleviſſent, pulcritudine ac robore multum aequalibus ſuis praeſtiterunt. Itaque & omnibus gregibus ſecuritatem praeſtabant, cum fures & abactores facile repellerent, partimque eos gregibus inſidiantes interficerent, partim vivos comprehenderent. Ac praeter hanc fortitu- 227 dinis gloriam, omnibus vicinis paſtoribus erant cariſſimi, tum ob gratiam in familiaribus colloquiis, tum ob moderationem ac comitatem quam omnibus adeuntibus exhibebant. Quamobrem cum communis omnium ſecuritas in iis ſita eſſet, plerique ſe illis ultro ſubjiciebant, dictoque audientes erant, &, quo illi imperaviſſent, conveniebant.

Polychares Meſſenius, vir genere opibusque flo-

b Ἐπὶ τὸν Ξέρξη ſchedae. c Hanc vocem addidit *H. Vales.* de ſuo. d Ad marginem ΡΩΜΟΣ καὶ ΡΕΜΟΣ.

centum annis Olympiadem primam anteceſſiſſe. quae fuit ſententia Apollodori, ut patet ex iis quae *Porphyrius* libro 1. Philoſophicae hiſtoriae ex eo producit in excerptis Euſebianis *Joſephi Scaligeri*, pag. 216. In qua opinione eſt etiam *Tatianus* in Apologetico (cap. 63.) & *Eratoſthenes* apud *Clementem Alexandrinum* lib. 1. Strom. (pag. 389.) Ex quo etiam conficitur falli *Euſebium*, qui in Chronico ſcribit, numero 1218. anno 15. Alcamenis. *Lycurgi leges a Lacedaemoniis hac aetate ſuſceptae juxta ſententiam Apollodori.* Atqui ex *Plutarcho* ac *Porphyrio* oſtendimus Apollodorum in alia ſententia fuiſſe, prorſusque cum Eratoſthene conſenſiſſe. Igitur ex ſententia Apollodori ἐπιτροπεία Lycurgi convenit numero Euſebiano 1133. anno 33. Regis Spartanorum Archelai. quo anno etiam Euſebius Lycurgum floruiſſe recte poſuit, ſiquidem Charilaus, cujus tutelam geſſit Lycurgus, una cum Archelao regnum tenuit, teſte Plutarcho (in Lycurg. pag. 42.) ac Pauſania in Laconicis. (cap. 2. p. 208.) H. Vales.

Ἐπὶ ἔτη πλείω τῶν τετρακοσίων] Elegantia atque erudita ſunt, quae a *Valeſio* diſputantur, nec talia tamen, quae perſuadere poſſint, *Diodori* eam eſſe manum. Solet ille annis quingentis Lacedaemonis decus & potentiam circumſcribere, a quo ſuo more cur hic deſciſcere voluerit, nulla cauſſa adfertur. Verum praeterea eſt, a conſtituta ab Lycurgo republica usque ad Leuctricam cladem, quae civitatis opes infregit, annos quingentos abiiſſe. Itaque opinatus ſemper ſum πλείω τῶν φ', ſive πεντακοσίων hic primitus fuiſſe, neque me ejus judicii poeniret. Lege quae ſuper iſta re diſputata fuerunt ad Princip. L. xv. P. Wess.

78. Ὅτι τῶν Ἠλείων] Idem de Eleis ſcribit *Polybius* lib. 4. (cap. 73. p. 468. *Ed. Gron.*) eis conſenſu totius Graeciae immunitatem & ſacroſanctum quoddam religionis jus ob ludicrum Olympiorum conceſſum fuiſſe. quod jus diu quidem Elei cum retinuiſſent, poſtea Olymp. ciii. anno 4. cum Arcadibus, qui Laſionem & Piſatidem regionem occupaverant, bellare coacti, priſtinum genus vitae commutarunt, neque ut deinceps veterem ſuam immunitatem & quietem a Graecis reciperent, curam ullam habuerunt. Vide & Strabonem lib. 8. (p. 514. Ed. Amſt.) H. Vales.

83. Καὶ οὔτε τῆς ἐπὶ Ξέρξη στρατείας] Legebatur in ſcripto libro ἐπὶ τὸν Ξέρξη, unde *Salmaſius* ad oram ſui libri, quem mecum communicavit vir doctiſſimus Jo. Godof. Richter, ἐπὶ τὸν Ξέρξου στρατείας levi mutatione effinxit, ſatis bene. Res ipſa dubia eſt. Nam *Pauſanias* L. v, 4. pag. 383. Eleos in partem iſtius belli veniſſe aſſeverat: Ἠλεῖοις, inquit, μέτεστι καὶ ἔργων κατὰ Μήδων ἐς τὴν Ἑλλάδα ἔφοδον. P. Wess.

89. Ὕστερον δὲ πολλαῖς γενεαῖς &c.] Vide L. xiv, 17. & xv, 77. P. Wess.

5. Πολυχάρη Μεσσήνιον] Hic narrabat *Diodorus* initium belli Meſſenici, quod coeptum eſt nona Olympiade: cui cauſam dederunt Euaephnus Spartanus, & Polychares Meſſenius, quorum Polychares quidem iv. Olympiade ſtadio victor fuerat, ut refertur in catalogo Olympionicarum, quem ex bibliotheca Regia edidit *Scaliger*. Hiſtoriam hanc Polycharis legere eſt apud *Pauſaniam* in Meſſeniacis (cap. 4. pag. 289.) ubi bellum Meſſeniacum accurate deſcribit, quod per xx. annos tractum tandem expugnatione Ithomae finem accepit anno 1. Olymp. xiv. Et hoc quidem Meſſenicum bellum primum fuit. Poſtea vero bellum Meſſenicum ſecundum 39. poſt annis eſt excita-

florens cum Euaephno Spartiata ſocietatem contraxit, qui cum gregum paſtorumque curam ac cuſtodiam ſuſcepiſſet, cupidine habendi exarſit: ſed fraus illius ſtatim detecta eſt. Nam cum boves aliquot cum bubulcis vendidiſſet mercatoribus deportandos, finxiſſetque a latronibus per vim abductos eſſe, forte evenit ut mercatores ſecundum Peloponneſi oram in Siciliam navigantes, coorta ſubito tempeſtate in terram ejicerentur. Tum bubulci noctu exſcenſione facta, freti locorum peritia aufugerunt. Cumque Meſſenem delati rem omnem domino aperuiſſent, Polychares occultatis paſtoribus Euaephnum Lacedaemone arceſſivit. Qui cum dejeraret affirmaretque paſtores partim a latronibus abductos, partim occiſos eſſe, ſtatim Polychares homines in medium produxit. At Euaephnus horum adſpectu obſtupefactus, convictusque apertiſſime, mox ad preces ſe convertit, boveſque omnes reſtituturum ſe eſt pollicitus, impetrandae veniae cauſa nihil non dicens. Itaque Polychares hoſpitii reverentia ductus, factum reticuit, filiumque ſuum ad res recuperandas una cum Euaephno Lacedaemonem miſit. Verum Euaephnus promiſſorum oblitus, adoleſcentem interfecit. Quo ſcelere commotus Polychares, reum caedis ſibi a Spartanis noxae dedi poſtulavit. Sed Lacedaemonii ejus poſtulatis minime aurem commodantes, filium Euaephni cum litteris Meſſenem
228. miſerunt, quibus jubebant, ut Polychares Lacedaemone adeſſet, arbitrio Ephororum ac Regum jus ſuum recuperaturus. Polychares vero par pari referens juvenem occidit, praedamque ex Spartano agro egit.

Archias Corinthius Actaeonis amore captus, initio quidem puerum muneribus variiſque pollicitationibus tentavit: ſed cum nullatenus ei perſuadere poſſet, tum ob patris honeſtatem, tum ob adoleſcentis ipſius modeſtiam, tandem magna ami-

φέροντα συνθέσθαι μεθ' ὧν κοινωνίαν πρὸς Εὐαίφνον Σπαρτιάτην. ὃν εἰς ἐπιμέλειαν καὶ φυλακὴν παραλαβόντα τάς τε ἀγέλας καὶ τοὺς νομεῖς ἐπιχειρῆσαι μὲν πλεονεκτεῖν, καταφανῆ δὲ γενέσθαι. πωλήσαντα γὰρ ἐμπόροις τῶν τε βοῶν καὶ τῶν νομέων τινὰς ἐπ' ἐξαγωγῇ, προσποιηθῆναι τὴν ἀπώλειαν αὐτῶν ὑπὸ λῃστῶν γεγονέναι βιαίαν. τοὺς δὲ ἐμπόρους εἰς Σικελίαν πλέοντας κομίζεσθαι παρὰ τὴν Πελοπόννησον. γενομένου δὲ χειμῶνος προσορμισθῆναι τῇ γῇ, καὶ τοὺς νομεῖς νυκτὸς ἀποβάντας διαδρᾶναι τῇ τῶν τόπων ἐμπειρίᾳ πιστεύσαντας. παραγενηθέντων δὲ αὐτῶν εἰς Μεσσήνην, καὶ τῷ κυρίῳ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν εἰπόντων, τὸν Πολυχάρη τούτους μὲν κρύψαι, τὸν δὲ κοινωνὸν ἐκ τῆς Σπάρτης μεταπέμψασθαι. διαβεβαιουμένου δὲ αὐτοῦ καὶ λέγοντος τῶν νομέων τοὺς μὲν ὑπὸ λῃστῶν ἀφηρπάσθαι, τοὺς δὲ τετελευτηκέναι, τὸν δὲ Πολυχάρη προάγειν τοὺς ἄνδρας. οὓς ἰδόντα τὸν Εὐαίφνον καταπλαγῆναι, καὶ φανερῶς ἐλεγχόμενον τραπῆναι πρὸς δέησιν, καὶ τάς τε βοῦς ἀποκαταστήσειν ἐπαγγέλλεσθαι, καὶ πᾶσαν προέσθαι φωνὴν εἰς τὸ σωθῆναι. τὸν δὲ Πολυχάρη ἐντραπέντα τὴν ξενίαν κρύψαι τὴν πρᾶξιν, καὶ τὸν υἱὸν συναποστεῖλαι τῷ Σπαρτιάτῃ πρὸς τὸ τυχεῖν τῶν δικαίων. Εὐαίφνον δὲ καὶ τῶν ἐπαγγελιῶν ἐπιλαθέσθαι, τόν τε εἰς Σπάρτην συνεκπεμφθέντα νεανίσκον ἀνελεῖν. οὗ συντελεσθέντος τὸν Πολυχάρη ὡς ἐπὶ τηλικούτοις ἀνομήμασιν ἀγανακτεῖν, καὶ τὸν αἴτιον ἐξαιτεῖν. τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους τούτῳ μὴ προσέχειν, τὸν δὲ υἱὸν Εὐαίφνου μετ' ἐπιστολῆς εἰς Μεσσήνην ἀποστεῖλαι δηλοῦντα, διότι Πολυχάρης εἰς Σπάρτην καθηγορήσεται περὶ ὧν ἔπαθεν, ἐπί τε τῶν Ἐφόρων καὶ τῶν Βασιλέων. τὸν δὲ * Πολυχάρη τυχόντα τῶν ἴσων τόν τε νεανίσκον ἀνελεῖν, καὶ τὴν πόλιν ῥυσιάζειν.

Ὅτι Ἀρχίας ὁ Κορίνθιος ἐραστὴς ὢν Ἀκταίωνος, τὸ μὲν πρῶτον προέπεμπέ τινα τῷ παιδί, θαυμαστὰς ἐπαγγελίας ποιούμενος. οὐ δυνάμενος δὲ αὐτὸν ἀναλαβεῖν διὰ τὴν τοῦ πατρὸς καλοκἀγαθίαν, καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ παιδὸς σωφροσύνην, ἤ-

θροισε

* Εὐαίφνου Codex.

citatem anno 4. Olymp. xxiii. ut ait *Pauſanias* (L. iv, 15.) Magiſtratu Athenis Tíclia. quamquam *Juſtinus* poſt octoginta annos id bellum repetitum eſſe ſcribit lib. iii, 5. Cui accedit *Euſebius* in Chronico, qui Olymp. xxxv. anno 3. *Meſſana*, ait, a *Lacedaemoniorum ſocietate diſcedit*. Eamque ſententiam prope eſt ut veriorem putem. Nam *Tyrtaeus*, qui eo bello a Lacedaemoniis juſſu oraculi eſt accitus, tertia aetate poſt primum Meſſenicum bellum rebellaſſe Meſſenios innuit his verſibus:

Ἀμφ' αὐτὴν δ' ἐμάχοντ' ἐννεακαίδεκ' ἔτη
Νωλεμέως αἰεὶ ταλασίφρονα θυμὸν ἔχοντες
Αἰχμηταὶ πατέρων ἡμετέρων πατέρες.

Tres autem aetates ſeu γενεαὶ octoginta plus minus annos conficiunt. Accedit quod Tyrtaeus Olymp. xxxv. floruiſſe dicitur a Suida in Τυρταῖος. *Euſebius* Olymp. xxxvi. floruiſſe ſcribit. Floruit autem Tyrtaeus bello Meſſenico ſecundo, ut ſatis conſtat. H. Vales.

6. Συνθέσθαι μεθ' ὧν κοινωνίαν] Mediam vocem non intelligo, niſi prava quod ſit. Eſſe novi, qui μεθ' ὧν loco μετά τινων malit, ſed neque id ſatis placet. P. Wess.

12. Ὑπὸ λῃστῶν γεγονέναι βιαίαν] Doctiſſimus *Kuhnius* ad *Pauſan.* L. iv. p. 289. γεγονέναι βιαίαν, ſcilicet ἀπώλειαν, praeoptavit. Simulaſſe enim hominem per vim amiſſos eſſe boves. P. Wess.

37. Πολυχάρη τυχόντα τῶν ἴσων &c.] Defecta haec videntur & non ſatis recte Latine reddita. *Kuhnius* legit Πολυχάρη μὴ τυχόντα &c., vertitque: *Polycharem vero, quum aeque jure rem ſuam recuperare non poſſet, adoleſcentem interfeciſſe, & Spartae civibus, quos capere potuiſſet, manum injeciſſe.* Addidit dein, „ aliter reddit ultima verba *Valeſius*, ſed invita, ut ajunt, Mi„ nerva. Τυχεῖν τῶν ἴσων, paullo ante dixerat ipſe *Diodorus* τυ„ χεῖν τῶν δικαίων, *jus ſuum recuperare*. Ideoque non ſignificat „ *par pari referre*. Reſtringit *Pauſanias* ad homines per ἀνδρα„ ποδισμὸν captos: πολλά τινα ἐν ἄλλοις Λακεδαιμονίων ἀπάγειν φο„ νεύων inquit. Ergo nimis generaliter *H. Valeſius*, praedam „ ex Spartano *agro* egit. Hactenus *Kuhnius*, cui adſentiri non recuſo. Poſſit fortaſſe ῥυσιάζειν τὴν πόλιν & homines & bona civium complecti, uti ῥύσια καταγγέλλειν τοῖς Ῥοδίοις, ſuis jus concedere res Rhodiorum occupandi apud *Polyb.* L. iv, 54. & aliis locis, a *Valeſio* ad *Harpocrat.* in Σύλας conductis. Sed vid. *Aeſchyl.* Supplic. v. 430. & *Euripid.* Jon. v. 523. P. Wess.

40. Ὅτι Ἀρχίας] Hanc hiſtoriam narrat fuſe *Plutarchus* ἐν ἐρωτικαῖς διηγήσεσι (p. 772. E.) & Scholiaſtes *Apollonii* lib. 4. Argonaut. pag. 219. & *Maximus Tyrius* diſſert. 8. ſed Maximus Tyrius Actaeonem Aeſchyli filium vocat, quem *Plutarchus* & Scholiaſtes *Apollonii* filium Meliſſi memorant, quibuſcum conſentit & *Alexander Aetolus* in Apolline his verſibus:

Πρηξέων ἔαρ· Θηλυμένης ἀπὸ Μηλίου,
Πηγαῖς καθαρὰς ἀλφεσιβοίου ὕδωρ
Θήσεις μέγαν αἶνον, ἀφ' ὧν μέγα χάρμα Κορίνθῳ
Ἔσται, καὶ βριαρῇ ἄλγεα Βακχιάδαις.

Extant hi verſus apud *Parthenium* in Eroticis, cap. 14. ſed depravati. Caeterum haec hiſtoria eo eſt notabilior, quod ab ea pendet origo celeberrimarum urbium. Namque ob hoc ſcelus Archias cum reliquis Bacchiadis pulſus Corintho, Syracuſas condidit, Cherſicrates autem Corcyram, ut ex *Timaeo* ſcribit Scholiaſtes *Apollonii* (v. 1216.) & Strabo lib. (vi. p. 414.) & Plutarchus cap. xi. Quaeſt. Graec. Quamvis autem annus quo conditae ſunt Syracuſae, in his Excerptis non notatur, ex eo tamen quod poſt Meſſeniacum bellum id refertur, apparet poſt ix. Olympiadem id contigiſſe. Itaque aſſentior *Euſebio*, qui anno ult. xi. Olymp. Syracuſas ab Archia conditas prodit. Sed quod idem *Euſebius* Corcyram a Corinthiis conditam ponit Olymp. xviii. pugnantia loquitur. Eodem quippe tempore condita eſt Corcyra quo Syracuſae, annis ſexcentis poſt excidium Trojanum, ut ait *Timaeus* apud Scholiaſtem *Apollonii*, p. 220. Sunt & qui aſſerant Syracuſas eodem tempore conditas quo Crotonem, ut eſt apud *Strabonem* & Graecos paroemiographos in Πλεύρωνι. Condita autem eſt a Myſcello Croton xvii. Olymp. anno 3. ut ſcribit *Dionyſius* (lib. ii. Rom. A. p. 121.) H. Vales.

Ὅτι

θροίσας τῶν συνήθων τοὺς πλείστους ὡς βιασόμενος τὸν ἐν χάριτι καὶ δεήσει μὴ ὑπακούοντα. τέλος δὲ μεθυσθεὶς μετὰ τῶν συμπαρακληθέντων, ἐπὶ [f] τοσοῦτον ἀνοίας προσέπεσεν ὑπὸ τοῦ πάθους, ὥστε εἰς τὴν οἰκίαν ἐμπεσὼν τοῦ Μελίσσου, τὸν παῖδα βιαίως ἀπήγαγεν. ἀντεχομένου δὲ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, παρ' ἀμφοτέροις φιλοτιμίας βιαιοτέρας γενομένης ἔλαθεν ὁ παῖς ἐν ταῖς χερσὶ τῶν ἀντεχομένων ἀφεὶς τὴν ψυχήν. ὥστε τὸ παράδοξον τῆς πράξεως ἀναλογιζομένους ἐλεεῖν ἅμα τὴν τοῦ παθόντος συμφοράν, καὶ θαυμάζειν τὴν τῆς τύχης περιπέτειαν. ᾧ γὰρ ὁ παῖς τῆς αὐτῆς ἐκείνης ἔτυχε προσηγορίας, τούτῳ τὴν ὁμοίαν τοῦ βίου καταστροφὴν ἔσχεν, ἑκατέρων ὑπὸ τῶν μάλιστα ἂν βοηθησόντων, τοῦ ζῆν παραπλησίῳ τρόπῳ στερηθέντων.

corum manu coacta, quoniam precibus & gratia nihil obtinuerat, vi eum rapere conſtituit. Itaque mero inebriatus, cum iis quos convocaverat, prae amoris impatientia eo furoris proceſſit, ut effracta Meliſſi domo puerum vi abripuerit. Sed cum pater una cum reliquis domeſticis puerum injecta manu retineret, & utraque pars acrius contenderet, interim nemine ſentiente puer inter diſtrahentium manus exſpiravit; ut, qui incredibilem caſum reputabant, ſimul pueri vicem dolerent, & fortunae eventum admirarentur. Cujus enim nomen puer ferebat, ei quoque ſimilem vitae exitum eſt ſortitus, cum uterque ab iis ipſis, qui lubentiſſime opem tuliſſent, pari modo occiſus fuerit.

Οτι Αγαθοκλῆς ἐπιστάτης αἱρεθεὶς τῆς περὶ τὸν ναὸν τῆς Ἀθηνᾶς οἰκοδομίας, τοὺς καλλίστους τῶν τεμνομένων λίθων ἐπιλεγόμενος, τὴν μὲν δαπάνην ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ἐποιεῖτο, τοῖς δὲ λίθοις καταχρησάμενος οἰκίαν ᾠκοδόμησε πολυτελῆ. ἐφ' οἷς πᾶσιν ἐπιφανῆναι τὸ δαιμόνιον· κεραυνωθέντα γὰρ τὸν Ἀγαθοκλέα μετὰ τῆς οἰκίας καταφλεχθῆναι. οἱ δὲ Γεωμόροι ἔκριναν τὴν οὐσίαν αὐτοῦ δημοσίαν εἶναι, καίπερ τῶν κληρονόμων δεικνυόντων μηδὲν εἰληφότα τῶν ἱερῶν δημοσίων χρημάτων. τὴν δὲ οἰκίαν καθιερώσαντες, ἄβατον τοῖς εἰσιοῦσιν ἐποίησαν. ὡς ἔτι καὶ νῦν ὀνομάζεται Εμβρονταῖον.

Agathocles, cui cura aedificandi templi Minervae mandata erat, ſumptus quidem ex propria arca fecit, caeterum ex lapidibus caeſis pulcherrimos quosque ſeligens, magnificam ſibi domum conſtruxit. Sed enim vero Deae virtus praeſens adfuit, ſiquidem fulmine Agathocles cum ſua domo conflagravit. At Geomori bona ejus publicavere, tametſi haeredes liquido oſtenderent, nihil ex ſacra pecunia ab illo ſubreptum fuiſſe; conſe- 231.
crataque domus ſuperficie, inacceſſum eum locum fecere, qui etiamnum Embrontaeum dicitur.

Οτι Πομπήλιος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς πάντα τὸν τοῦ ζῆν χρόνον ἐν εἰρήνῃ διετέλεσε. λέγουσι δέ τινες ἀκουστὴν γενόμενον Πυθαγόρου παρ' ἐκείνου λαβεῖν τά τε περὶ θεῶν νομοθετήματα, καὶ πολλὰ διδαχθῆναι· δι' ὧν ἐπιφανὴς ἀνὴρ ἐγένετο, καὶ βασιλεὺς ᾑρέθη μετάπεμπτος.

Pompilius Romanorum Rex toto vitae tempore pacem coluit. Nec deſunt qui dicant auditorem Pythagorae eum fuiſſe, legeſque quas de ſacris ſcripſit, ab eo accepiſſe, ac pleraque alia, ex quibus maximam gloriam conſecutus, & peregrinus ad regnum adſcitus ſit.

Οτι Δηιόκης ὁ Μήδων βασιλεὺς πολλῶν ἀνομημάτων γενομένων ἤσκει δικαιοσύνην καὶ ἄλλας ἀρετάς.

Deioces Medorum Rex, cum plurima ſcelera admitterentur, ipſe juſtitiam ac reliquas virtutes colebat.

Οτι οἱ Συβαρῖται γαστρίδουλοί εἰσι καὶ τρυφηλοί. τοσοῦτος δὲ ἦν ζῆλος παρ' αὐτοῖς τρυφῆς, ὥστε καὶ τῶν ἔξωθεν ἐθνῶν μάλιστα ἠγάπων Ιωνας καὶ Τυρ-

Erant Sybaritae ventri ac deliciis addicti, tantaque apud eos aemulatio luxuriae erat, ut inter exteros populos, maxime Iones & Thuſcos diligerent,

f Forte τοῦτο μανίας *H. Vales.*

Ὅτι Ἀρχίας] Vide & *Daviſium* ad Max. Tyr. p. 580., ibidem *Alexandri Aetoli* verſus ita refingentem:

— Οὐδὲ Μελίσσῳ
Πειρήνης ταύτην ἀλφεσίβοιον ὕδωρ
Θεῖναι μέγαν υἱὸν —

Et melius, me quidem arbitro. P. Wess.

47. Ἐπὶ τοσοῦτον ἀνοίας προσέπεσεν] *Valeſius* forte inquit τοῦτο μανίας quem minime ſequor. Si quid mutandum ἐπὶ τοσοῦτον ἀπονοίας praeferrem, ut apud *Demoſt.* in Ariſtocr. 1. pag. 486. At neque id neceſſarium. Vid. *Pauſan.* L. IX, 36. pag. 782., ubi ὑπὸ ἀνοίας κ. τ. λ. P. Wess.

65. Ἐφ' οἷς πᾶσιν ἐπιφανῆναι τὸ δαιμόνιον] Solet Auctor [illegible], cum manifeſta irae ſuae argumenta numen exhibet, plerumque ſemper ponere. Conf. ad L. V, 3. & L. XI, 45. Nec is tamen ſum, qui vulgato dicam inpingam. P. Wess.

67. Οἱ δὲ Γεωμόροι] Geomori dicebantur optimates Syracuſanorum qui Rempublicam adminiſtrabant. erant autem, ut videtur, poſteri Graecorum qui cum Archia Corinthio Syracuſas occupaverant, unde & nomen habuiſſe videntur. Sunt enim Γεωμόροι coloni, & ita ſumit *Dionyſius Halicarnaſſ.* libro 1. (p. 665.) hi poſtea a ſervis & clientibus & Syracuſana plebe expulſi ſunt paulo ante LXXII. Olymp. ut docet Dionyſius Halicarn. lib. (VI. p. 388.) in Oratione illa Appii Claudii, ἐὰν ἐκβάλωσιν ἡμᾶς τελευτῶντες ἐκ τῆς πόλεως ὡς ἐν πολλαῖς ἄλλαις καὶ ἐν τῇ Συρακουσίων ἐν Συρακούσαις, ὅτε καὶ οἱ Γεωμόροι πρὸς τῶν πελατῶν ἐξηλάθησαν. Exinde Democratia, ſeu verius, ὀχλοκρατία apud Syracuſanos obtinuit, Callicyriis (ſic enim vocabantur Geomororum clientes ac ſervi) Remp. tenentibus, donec Gelo Geomoros exules in patriam reduxit, quibus a populo Syracuſ. receptis, Syracuſani principatum Geloni detulerunt, Olymp. LXXII. anno 2., ut narrat *Herodotus* lib. (VII, 155.) Geomororum nomen corruptum eſt in Marmoribus Arundellianis quae nuper ab *I. Seldeno* viro doctiſſimo ſunt edita. Ἀφ' οὗ Σαπφὼ ἐκ Μιτυλήνης εἰς Σικελίαν ἔπλευσε φυγοῦσα...... ἄρχοντος Ἀθήνησι μὲν Κριτίου προτέρου, ἐν Συρακούσαις δὲ τῶν ἀμόρων κατεχόντων τὴν ἀρχήν. lege meo periculo, ἐν Συρακούσαις δὲ Γεωμόρων. Plura *Suidas* in Καλλικύριοι ex Timaeo & Ariſtotele. *Heſychius*, Καλλικυρίους vocat τοὺς ἐπεισελθόντας γεωμόρους. H. Vales.

Οἱ δὲ Γεωμόροι] Parium marmor eodem modo explendum & corrigendum cenſuerunt viri eruditiſſimi *Marſhamus* & *Palmerius*. Vid. *Humfrid. Prideaux* Oxon. Marm. p. 201. De Γεωμόροις ſive γαμόροις, quos pleraeque veteres Graecorum civitates habuerunt, ruſticis quaſi tribubus adſcriptos, *Spanhem.* ad *Callim.* H. Jov. v. 74. & *Plut.* Quaeſt. Graec. p. 303. P. Wess.

71. Καὶ νῦν ὀνομάζεται Ἐμβρονταῖον] *Bidental* Latine diceres. *Corn. Fronto* de Voc. Differ. p. 2195. *Bidental, locus fulmine tactus & expiatus ove: bidentes enim oves appellantur.* Vid. Ill. *Scaligerum* ad *Feſtum* in *Bidental.* P. Wess.

74. Λέγουσι — ἀκουστὴν γενόμενον Πυθαγόρου] At eos ratio temporum redarguit. Si enim Philoſophus Olymp. LXI., ut inferius p. 241. horum Excerptor. *Diodorus* ſcribit, inclareſcere coepit, non potuit utique Numae eſſe praeceptor. Alia de hoc genere oppoſuerunt iiſdem *Dionyſius* Ant. Rom. L. II. p. 120. & *Livius* L. I, 18. P. Wess.

79. Ὅτι Δηιόκης ὁ Μήδων βασιλεὺς] Confer *Herodotum* L. I, 96. & ſeqq. P. Wess.

82. Ὅτι οἱ Συβαρῖται] *Suidas* haec & quae de Mindyride ſequuntur excripſit in voc. Συβαριτικαῖς. Legit autem γάστριες εἰσι, pari ſententia: neque enim γάστρις alius ac γαστρίδουλος. Junguntur λίχνος καὶ γάστρις a Juliano Or. V. pag. 176., cui *Aelian.* V. Hiſt. L. I, 28. cum *Perizonii* nota adjunge. Porro διὸ συνέβαινεν αὐτοῖς, τοὺς μὲν &c. idem habet, neque id male. P. Wess.

84. Ἴωνας καὶ Τυρρηνούς] Ex *Timaeo* ſumpſit haec *Diodorus*, cujus *Timaei* verba refert *Athenaeus* lib. XII. pag. 519. ubi ait Sybaritas geſtaſſe veſtes ex Mileſia lana confectas, unde & amicitia inter illas civitates nata eſt. ἠγάπων γὰρ τῶν ἐξ Ἰταλίας Τυρρηνούς, τῶν δ' ἔξωθεν τοὺς Ἴωνας διὰ τὸ τρυφῇ προσέχειν. de ſocietate & ami-

gerent, quod hi quidem Graecorum, illi barbarorum omnium luxurioſiſſimi ac molliſſimi eſſent.

Inter Sybaritas praecipuae luxuriae fuiſſe dicitur Mindyrides. Nam cum Cliſthenes Sicyoniorum tyrannus quadrigarum certamine victor fuiſſet, ac per praeconem edixiſſet, ut quicunque filiam ſuam virginem eximia forma ambiret, Sicyone ad diem certum adeſſet, hic Sybari ſolviſſe fertur vectus nave actuaria, quam remigibus ex propria familia ſumptis inſtruxerat, quorum alii piſcatores, alii aucupes erant. Cum autem Sicyonе portum tenuiſſet, non procos ſolum aemulos, ſed ipſum etiam tyrannum apparatu longe ſuperavit, tametſi univerſa civitas gloriae ſtudio opes Cliſtheni libentiſſime conferret. Idem in coena qua poſt adventum ſtatim exceptus eſt, cum quidam juxta eum accumbere vellet, adeſſe ſe dixit ex praeconis edicto aut cum ſponſa, aut ſolum accubiturum.

Hippomenes Athenienſium magiſtratus, cum ejus filia a neſcio quo vitiata fuiſſet, acerbum & inhumanum de ea ſupplicium ſumpſit. Incluſam
232. enim in ſtabulo una cum equo, victu per aliquot dies fruſtratus eſt, quo facto equus fame adactus infelicem puellam mandere eſt coactus.

Arceſilaus Cyrenarum Rex cum plurimis calamitatibus vexaretur, commotus Delphorum oraculum conſuluit: cui Apollo reſponſum dedit, Deos infenſos eſſe; neque enim ſubſecutos Reges eadem virtute regnum adminiſtrare, qua primus Battus imperaviſſet. Illum enim ſola Regis appellatione contentum clementer ac civiliter imperaſſe, quodque praecipuum eſt, Deorum cultum ſtudioſe conſervaſſe, ſucceſſores vero ſemper violentius dominationem exercuiſſe, & publica vectigalia in privatum uſum vertiſſe, ac Deorum immortalium cultum neglexiſſe.

Seditionis Cyrenenſium arbiter fuit Demonax Mantinenſis, qui prudentia & aequitate tum ce-

ρήνους· [g] ὅτι συνέβαινεν αὐτοὺς τοὺς μὲν τῶν Ἑλλήνων, τοὺς δὲ τῶν Βαρβάρων προέχειν τῇ κατὰ τὸ ζῆν πολυτελείᾳ.

Ὅτι Μινδυρίδης λέγεται ὑπερουσιάσαι τρυφῇ παρὰ Συβαρίταις. οὗτος γὰρ Κλεισθένους τοῦ Σικυωνίων τυράννου νικήσαντος ἅρματι, καὶ κηρύξαντος παραγενέσθαι τοὺς προαιρουμένους γαμεῖν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα, δοκοῦσαν κάλλει διαφέρειν, ἀναχθῆναί τινα ἐκ Συβάρεως ἐν πεντηκοντόρῳ τοὺς ἐρέτας ἔχοντα ἰδίους οἰκέτας· [h] ὧν εἶναι τοὺς μὲν ἁλιεῖς, τοὺς δὲ ὀρνιθοθήρας. παραγενόμενος δὲ εἰς Σικυῶνα ταῖς κατὰ τὴν οὐσίαν παρασκευαῖς οὐ μόνον τοὺς ἀντιμνηστευσάντας, ἀλλὰ καὶ τὸν τύραννον αὐτὸν ὑπερᾶραι, καίπερ τῆς πόλεως αὐτῷ πάσης συμφιλοτιμουμένης. ἐν δὲ τῷ μετὰ τὴν ἄφιξιν δείπνῳ προσιόντος τινὸς ὅπως κατακλιθῇ πρὸς αὐτὸν, εἰπεῖν ὅτι κατὰ τὸ κήρυγμα πάρεστιν ἢ μετὰ τῆς γυναικὸς, ἢ μόνος κατακλιθησόμενος.

Ὅτι Ἱππομένης ὁ τῶν Ἀθηναίων ἄρχων, τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ φθαρείσης ὑπό τινος, τιμωρίαν ἔλαβε παρ' αὐτῆς ἀνήκεστον καὶ παρηλλαγμένην. μεθ' ἵππου γὰρ αὐτὴν εἰς οἰκίσκον τινὰ συγκλείσας, καὶ τὴν τροφὴν παρελόμενος ἐπί τινας ἡμέρας, ἠνάγκασε τὸ ζῶον διὰ τὴν ἔνδειαν ἀναλῶσαι τὸ σῶμα τῆς παραβληθείσης.

Ὅτι Ἀρκεσίλαος ὁ τῶν Κυρηναίων βασιλεὺς δυσπαθήσας ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς ἐπηρώτα εἰς Δελφούς. ἔχρησε δὲ ὁ θεὸς ὅτι θεῶν ἐστι μῆνις· τοὺς γὰρ ὕστερον βασιλεῖς οὐχ ὁμοίως ἄρχειν τῷ πρώτῳ Βάττῳ. ἐκεῖνον μὲν γὰρ αὐτῇ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ βασιλέως ἀρκούμενον ἐπιεικῶς ἄρξαι καὶ δημοτικῶς, καὶ τὸ μέγιστον τηροῦντα τὰς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμάς. τοὺς δὲ ὕστερον ἀεὶ τυραννικώτερον δυναστεύοντας, ἐξιδιοποιήσασθαι μὲν τὰς δημοσίας προσόδους, ὀλιγωρῆσαι δὲ τῆς πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείας.

Ὅτι τῆς τῶν Κυρηναίων στάσεως διαιτητὴς ἐγένετο Δημῶναξ Μαντινεὺς, συνέσει καὶ δικαιοσύνῃ δοκῶν δια-

g In Manuſcripto hic caput inchoatur. h *Salmaſius* in ſchedis ὄντας legi monet.

amicitia Mileſiorum cum Sybaritis teſtis eſt etiam *Herodotus* lib. VI. initio, ubi capta Sybari tantum Mileſiorum publicum fuiſſe luctum commemorat, ut univerſi puberes caput raſerint. H. VALES.

88. Ὅτι Μινδυρίδης] De Smindyridis hoc luxu loquitur *Herodotus* lib. VI. (cap. 127.) & *Athenaeus* (L. VI. p. 273.) & *Aelianus* lib. XII. Variae Hiſt. & lib. IX. cap. 24. Caeterum hoc exemplum Sybaritici luxus hic affertur a Diodoro per occaſionem. neque enim exiſtimandum eſt Smindyridis ac Cliſthenis Sicyonii aetatem his temporibus convenire. nam Cliſthenes Solonis aetate vixit, ut ex *Herodoto* conſtat aliiſque. Μινδυρίδης porro an Σμινδυρίδης ſcribas parum intereſt. ſic enim & Micythus ab *Herodoto* ac *Diodoro Siculo* vocatur qui ab aliis Σμίκυθος. Pauſanias lib. Heliacorum primo. (cap. 26.) H. VALES.

92. Ἀναχθῆναί τινα ἐκ Συβάρεως] *Salmaſius* margini alleverat [illegible], ſubintelligent, ut moris eſt, [illegible]. At *Suidas* [illegible] &c. E quo ſi ἔχων recipiatur una cum *Salmaſii* conjectura ad ſententiam nihil admodum deſiderabitur. Nam [illegible] *Suidae* pravum eſt. Plures adminiſtros ſervoſque ſecum adduxit Mindyrides, & mille quidem, ſi *Athenaeus* non fallit L. VI. p. 273. B. Scribendum [illegible], quod probe Cel. *Jac. Perizonius* ad *Aelian.* Hiſt. Var. L. IX, 24. perſpexit. P. WESS.

1. Ὅπως κατακλιθῇ πρὸς αὐτὸν, εἰπεῖν] In Suida diſtinguunt, [illegible]. Ego non ſequor. P. WESS.

3. Ὅτι Ἱππομένης] Hic ex Codridarum genere decennalis Archon Athenis fuit, cujus initium ex Olymp. XIV. conſurgit, teſte *Euſebio*. Ex Pauſania autem in Meſſenicis Olymp. XIII. praeeſſe coepit, ut recte *Scaliger* obſervavit. ſed ſi in his *Diodori* fragmentis ordo hiſtoriae ſervatur, quod equidem perſuaſum habeo, neceſſe eſt ut alia Diodori computatio fuerit. Nam poſt Numam ac Deiocem de Hippomene dicere aggreditur. Orſus autem eſt Numa anno 3. Olymp. XVI. Deioces Olymp. XVIII. ex *Euſebio*. Quanquam de Deioce res controverſa eſt, ſed *Diodori* rationes non poſteriorem hac *Euſebii* epocha fuiſſe convincunt; imo anteriorem potius. Igitur Hippomenis exitus competet aliquanto poſt annum 3. Olymp. XVI. ex Diodoro, & niſi fallor Olymp. XVII. Ex quo etiam conſequitur anno 3. Olymp. XXIV. primum Athenis annuos Magiſtratus creari coepiſſe. H. VALES.

6. Μεθ' ἵππου] De hac Hippomenis crudelitate loquitur *Aeſchines* in Orat. contra Timarchum (pag. 16.) & *Heraclides* in Rep. Athenienſium, & *Suidas* in Παρ' ἵππον, aliique multi. ſed Dio Chryſoſtomus Orat. 32. (p. 385. D.) ad Alexandr. diſſentire a ceteris videtur. Ait enim Hippomenis filiam equi cujuſdam amore captam una cum equo a patre incluſam eſſe: [illegible]. H. VALES.

Εἰς οἰκίσκον — συγκλείσας] Adſcripſerat *Salmaſius* verſioni *Valeſianae* οἰκίσκον non eſſe *ſtabulum*: quod preſſius ſi examinaveris, verum videbitur. Caveam [illegible] vocant, uti illuſtriſſimo *Demoſthen.* Or. pro Coron. pag. 153. loco conſtat. At caveam ſi ſubſtituas equo non bene conveniet. Fortaſſe artius ſtabulum ſeu aedicula anguſtior fuit. *Nicol. Damaſcenus* Excerpt. *Peireſc.* p. 446. de eodem Hippomene, [illegible]. Et Scholiaſtes *Aeſchin.* Or. in Timarch. p. 26., nondum editus, [illegible]. Addit idem ex *Callimacho* Hippomenem ex Codridis fuiſſe, filiae vero nomen Λειμωνίς. Ad *Salmaſium* redeo; Culpat etiam τὸ σῶμα τῆς [illegible] *infelicem puellam* verti. Verius utique fuerat, *objectae corpus*. Sed non ſemper *Valeſius* verbum verbo reddit, ſententia ſui ſcriptoris contentus. P. WESS.

10. Ὅτι Ἀρκεσίλαος] Hic eſt Arceſilaus Batti Eudaemonis filius cognomento χαλεπός, teſte *Plutarcho* in libro de fortibus mulierum geſtis (p. 260. E.) quartus Cyrenaeorum Rex, qui primus regni formam in tyrannidem convertit, tandemque a Laarcho occiſus eſt, uti narrat *Plutarchus* & *Polyaenus*, (lib. VIII, 41.) ſeu Aliarcho fratre, ut ait *Herodotus* lib. IV, 160. quo loco etiam de Demonacte Mantinenſi loquitur, qui ſub Batto claudo arbiter juſſu oraculi evocatus eſt. Ex quo colligitur *Diodorum* hoc loco occaſione capta ex Cyrenarum conditu, omnium Battiadarum hiſtoriam ſimul pertexuiſſe. Neque enim Arceſilaus IV. Battuſque ejus ſucceſſor ante Tarquinium

διαφέρειν. οὗτος οὖν πλεύσας εἰς Κυρήνην, καὶ παρὰ πάντων λαβὼν τὴν ἐπιτροπὴν, διέλυσε τὰς πόλεις ἐπὶ τούτοις.

Ὅτι Λεύκιος Ταρκύνιος ὁ τῶν Ῥωμαίων βασιλεὺς σπουδαίας ἔτυχεν ἀγωγῆς, καὶ γενόμενος ζηλωτὴς παιδείας, οὐ μετρίως διὰ τὴν ἀρετὴν ἐθαυμάζετο. ἀνδρωθεὶς γὰρ συνεστάθη τῷ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων Ἄγκῳ Μαρκίῳ, καὶ φίλος αὐτοῦ μέγιστος ἐγένετο, καὶ πολλὰ τῶν κατὰ τὴν βασιλείαν συνδιῴκει τῷ βασιλεῖ. καὶ μεγαλόπλουτος ὢν πολλοῖς τῶν ἀπόρων ἐβοήθει, χρήματα διδοὺς, καὶ πᾶσι προσφιλῶς ὁμιλῶν, ἄμεμπτος ἦν καὶ ἔνδοξος ἐπὶ σοφίᾳ.

[i] Ἦν δὲ καὶ (Σόλων) πατρὸς μὲν Ἐξηκεστίδου, τὸ γένος ἐκ Σαλαμῖνος τῆς Ἀττικῆς. σοφίᾳ δὲ καὶ παιδείᾳ πάντας τοὺς καθ' ἑαυτὸν ὑπερβεβηκώς· φύσει δὲ πρὸς ἀρετὴν τῶν ἄλλων πολὺ διαφέρων, ἐζήλωσεν ἀρετὴν ἐπαινουμένην. πᾶσι γὰρ τοῖς μαθήμασι πολὺν χρόνον ἐνδιατρίψας, ἀθλητὴς ἐγένετο πάσης ἀρετῆς. κατὰ μὲν γὰρ τὴν τοῦ παιδὸς ἡλικίαν παιδευταῖς ἐχρήσατο τοῖς ἀρίστοις, ἀνδρωθεὶς δὲ συνδιέτριψε τοῖς μεγίστην ἔχουσι δύναμιν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ. διὸ καὶ τούτοις ὁμιλῶν καὶ συνδιατρίβων, ὠνομάσθη μὲν εἷς ἑπτὰ σοφῶν. καὶ τὸ πρωτεῖον τῆς συνέσεως οὐ μόνον παρὰ τούτοις τοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς θαυμαζομένοις ἀπηνέγκατο.

Ὅτι ὁ αὐτὸς Σόλων ἐν τῇ νομοθεσίᾳ μεγάλην δόξαν περιποιησάμενος, ἐν ταῖς ἰδιωτικαῖς ὁμιλίαις καὶ ἀποκρίσεσιν, ἔτι δὲ συμβουλίαις θαυμαστὸς ἐτύγχανε διὰ τὴν ἐν παιδείᾳ προκοπήν.

Ὅτι ὁ αὐτὸς Σόλων τὴν ὅλην ἀγωγὴν τῆς πόλεως ἐχούσης Ἰωνικὴν, καὶ διὰ τὴν τρυφὴν καὶ τὴν ῥᾳστώνην ἐκτεθηλυμμένων τῶν Ἀθηναίων, μετέθηκε τῇ συνηθείᾳ πρὸς ἀρετὴν καὶ ζῆλον τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων. διὸ τῇ τούτου νομοθεσίᾳ καθοπλισθέντες τὰς ψυχὰς Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων καταλύειν ἐπεχείρησαν τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχήν.

Ὅτι Μύσων τις ἦν Μαλιεὺς, ὃς ᾤκει ἐν κώμῃ Χη-

leberrimus habebatur. Hic cum Cyrenas appuliſſet, delato ab omnibus arbitrio, urbes inter ſe conciliavit his conditionibus.

L. Tarquinius Romanorum Rex liberaliter educatus a puero, & diſciplinarum omnium ſtudioſus, maxima in admiratione ob ſingularem virtutem omnibus erat. Proinde cum virilem aetatem attigiſſet, Anco Marcio Romanorum Regi gratus inprimis & carus fuit, plurimaque negocia ad regnum ſpectantia una cum Rege adminiſtravit. Cumque maximis opibus abundaret, permultorum egeſtatem ſua liberalitate ſublevabat, & cum omnibus urbane & comiter verſabatur. Proinde magnam modeſtiae & ſapientiae laudem eſt adeptus.

Solon patre natus Execeſtide, civis Athenienſis fuit, domo Salaminius. Hic ſapientia ac doctrina cunctos ſui temporis longe ſuperavit: cumque eximia quadam ac ſingulari ad virtutem indole eſſet praeditus, ad optimas artes animum applicuit. Omnibus enim diſciplinis immoratus atque imbutus diutiſſime, in omni genere virtutis ſeſe exercuit. Namque a puero optimis uſus magiſtris, poſteaquam adolevit, vixit in contubernio hominum qui 235. ſapientia caeteris praeſtare ferebantur. Quorum in conſuetudine ac convictu verſatus, ipſe ex ſeptem Sapientibus unus eſt habitus; neque inter hos ſolum, ſed inter omnes qui ſapientiae laude celebres exſtiterunt, palmam tulit.

Idem in ferendis legibus ſummam gloriam adeptus, in privatis ſermonibus ac reſponſis & conſiliis ob ſingularem prudentiam admirationi omnibus fuit.

Cum Athenienſium civitas Ionicis fere moribus uteretur, luxuque ac mollicie prope effeminati omnes eſſent, Solon paulatim eos adſuefactos ad virtutem & optimarum artium ſtudia traduxit: hujus enim legibus ac diſciplina animati Harmodius & Ariſtogito, Piſiſtratidarum tyrannidem extinguere adorti ſunt.

Erat Myſo quidam Malienſis in pago, cui Che-

i Ἦν δὲ καὶ Mſſ. ad marginem Σόλων.

nium Priſcum vixerunt. Fuerunt autem ex Battiadis octo Cyrenarum Reges perpetua ſerie generis, Batti & Arceſilai alternis dicti. manſitque eorum regnum per annos cc. ut docet Scholiaſtes Pindari in Oden I. (Od. IV. in principio) Pythion. quod & oraculo praedictum fuerat ut refert Herodotus lib. IV, 163. ἐπὶ μὲν τέσσαρας Βάττους καὶ Ἀρκεσίλεως τέσσαρας, ὀκτὼ ἀνδρῶν γενεὰς διδοῖ ὑμῖν Λοξίης βασιλεύειν Κυρήνης. πλέον μέντοι τούτου οὐδὲ πειρᾶσθαι παραινέει. Primus fuit Battus cognomine οἰκιστής, qui XL. regnavit annos. 2. Arceſilaus Batti F. cui annos XVI. tribuit *Herodotus*. 3. Battus Arceſilai F. cognomine Eudaemon. 4. Arceſilaus Eudaemonis F. χαλεπὸς cognominatus. 5. Battus Arceſilai F. cognomento χωλός. 6. Arceſilaus Batti F. 7. Battus Arceſilai filius cognomento καλὸς teſte *Heraclide* in Republica Cyrenenſium. 8. Arceſilaus qui Pythiis victoriam reportavit. ob quam victoriam Epinicium ei cecinit *Pindarus*, in quo octavum ex Battiadis eum fuiſſe dicit, παισὶ τούτοις ὄγδοον θάλλει μέρος Ἀρκεσίλας, quo a Cyrenaeis occiſo Battus ejus filius regnum occupare eſt molitus, ſed a Cyrenaeis repulſus Heſperidas ſe contulit ibique deceſſit. Finitum eſt regnum Battiadarum anno I. Olymp. 87. H. Vales.

21. Δημώναξ Μαντινεὺς] Vide *Herodot*. L. IV, 161. Catalogus regum Battiadarum, ab *H. Vales*. digeſtus, longe ſuperat diligentiam *Eraſmi Schmidii* in Prolegom. ad Od. IV. Pythionic. Habet & ille Battos quatuor & totidem Arceſilaos, ſed tertium Battum, ſive quintum regem, Εὐδαίμονα cenſet, non bene intellectis *Herodoti* verbis ex cap. 159., quae ſi hoc modo diſtinxeris, ἐπὶ δὲ τοῦ τρίτου, Βάττου τοῦ εὐδαίμονος καλεομένου, Ἕλληνας &c., tertium regem, uti debent, indicabunt. Praeterea Arceſilaum, Batti Claudi & Pheretimae F., regum poſtremum fuiſſe ait, eumque, quem *Pindarus* Od. IV. celebraverit: quod miror vehementer. Arceſilaus iſte ultimis Cambyſis annis aut certe principio Darii Hyſtaſpidae occiſus eſt, diuque adeo ante Pythiadem XXXI., qua victor fuit ultimus Arceſilaus renuntiatus. Ex *Herodoto* L. IV, 165. res eſt clariſſima. P. Wess.

30. Τῶν κατὰ τὴν βασιλείαν συνδιῴκει &c.] Ex *Polybio* Except. p. 1368. videntur ſumta, ut *Vales*. ibi animadvertit. P. Wess.

33. Ἐπὶ σοφίᾳ …… ἦν δὲ πατρὸς Ἐξηκεστίδου] Hoc loco inter σοφίᾳ & ἦν δὲ plura deſunt, & notari debet hiatus: duo capita procul dubio in unum coierunt. J. Palm.

Ἦν δὲ καὶ (Σόλων) πατρὸς μὲν &c.] Nihil deerit, ſi meum hoc inſtitutum probetur. Καὶ in ſcripto Codice *Salmaſius* reperit. Σόλων, quod ad marginem legebatur, ſuum in locum reſtitui: nam de Solone agi Execeſtidae F., quiſque animadvertit. Lege obſervata Cl. *Hemſterhus*. ad *Luciani* D. Mort. XX, 5. P. Wess.

51. Διὰ τὴν ἐν παιδείᾳ προκοπὴν] Quod Interpres dedit, verum id quidem eſt, ſed generalius. Eruditionis profectum *Diodorus* intelligit, ut de Pythagora Excerpt. horum p. 241. προκεκοφὼς ἤδη ἐν παιδείᾳ neque in diſciplinis tantum, ſed quavis re. Οἱ πλεῖστοι προκεκοφότες infra p. 361. Excerpt. Et L. XIV, 98. ὁ βασιλεὺς —— Εὐαγόραν προκόπτοντα ἐπὶ πλεῖον cui, verba ſi ſpectes, gemellum eſt *S. Pauli* Epiſt. ad Timoth. II, cap. III, 9. Hinc ἀπρόκοποι & res & homines, quibus ſucceſſus minime commodus & felix *Maneth*. L. II, 444. & L. III, 23, 375. & *Jul. Firmic. Matern*. L. II. Mathemat. pag. 35. Ed. prim. *Veſpertini in diurna genitura inefficaces, aprocopes reddunt, & qui nihil agere poſſint*. Sic enim ſcriptum fuiſſe *Manetho* apertiſſime oſtendit, non *apprecopes*. P. Wess.

52. Τὴν ὅλην ἀγωγὴν τῆς π. ἐχ. Ἰωνικὴν] Teſtatur id *Thucydides* libro I. ſub initium, & *Ariſtophanes*, ἐν Θεσμοφορ. (v. 170.) de puellabus Athenienſium ἐμπεφορημένον τε καὶ διακεχυμένον Ἰωνικῶς. Sed de veterum Athenienſium luxu vide quae narrat *Aelianus* lib. 4. variae hiſt. cap. 22. & *Athenaeus* lib. 12. initio. H. Vales.

Τὴν ὅλην — ἀγωγὴν —— Ἰωνικὴν] Jones olim ob animi corporiſque mollitiem male audiiſſe confirmari poteſt *Hermogenis* Scholiaſtae verbis p. 393. ἁβρότεροι δὲ ἀρχαῖοι οἱ Ἴωνες, ὡς Βακχυλίδης ὁ Λυρικός φησι,

Τῶν ἁβροβίων Ἰώνων ἄναξ.

καὶ Θουκυδίδης ἐν πρώτῃ. Confer etiam Scholia in *Ariſtophan*. Theſmoph. v. 170. P. Wess.

59. Ἐν κώμῃ Χηνὶ] Rectius Χηναῖς legeretur, ut apud *Maximum Tyrium* Serm. XV. Sunt autem Χηναί, vicus in OEtaica regione, ut docet *Pauſanias* in Phocicis (cap. 24.) ubi de ſeptem ſapientibus diſſerit. Τὸν δὲ ἕβδομον Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος ἀντὶ Πε-

Chenae nomen eſt, degens; qui ut plurimum in agro verſabatur, obſcurus, & hominibus fere ignotus. Hunc abdicato Periandro Corinthio, quod tyrannus acerbiſſimus extitiſſet, in ſeptem Sapientum collegium cooptarunt.

Chilo conſentientem cum ſermonibus ſuis vitam agebat, quod raro admodum reperias. Pleroſque enim aetatis noſtrae philoſophos videre eſt, pulcherrimis quidem utentes ſermonibus, moribus vero turpiſſimis: qui gravitatem ac prudentiam quam aſpectu verbiſque promittunt, factis ſuis refutant. At Chilo praeter conſtantem in omni vita virtutem, multa & cogitavit, & dixit praeclare, quae memoria inprimis digna ſunt.

Pittacus Mityſenaeus non ſolum ſapientiae nomine vir admirandus fuit, ſed etiam ejusmodi civis, qualem antea nullum Lesbos inſula produxit; neque in poſterum meo judicio productura eſt,
236. donec vinum quoque largius ac ſuavius ferat. Fuit enim optimus legiſlator, & erga populares ſuos civilis ac perhumanus in omnibus congreſſibus, tribusque maximis calamitatibus patriam liberavit, tyrannide, ſeditione, ac bello.

Idem prudentiſſimus ac benigniſſimus fuit, & qui aliorum culpam libenter excuſaret. Proinde in omni genere virtutis undecunque abſolutus vir videbatur: quippe in legibus ferendis prudens ac ſollers, in ſervanda fide juſtiſſimus, in re autem militari fortis, in contemnendo lucro abſtinentiſſimus erat.

Prienenſes Biantem narrant cum virgines Meſſenias a latronibus captas redemiſſet, eas domi tanquam proprias filias honorifice habuiſſe. Poſtmodum vero cum virginum neceſſarii perquirendi cauſa Prienem veniſſent, eas reddidit, nec alimenta, nec redemptionis precium ab eis repetens; ſed contra plurima inſuper munera largitus. Quamobrem puellae eum ut patrem benevolentia complectebantur, cum ob domeſticam educationem, tum ob magnitudinem beneficii; adeo ut cum propinquis domum reverſae, minime eam gratiam oblivioni tradiderint.

Itaque cum piſcatores Meſſenii jactu retis nihil praeter aereum tripodem e mari extraxiſſent, cui inſcriptum erat, SAPIENTISSIMO, ut Bianti is daretur, fecere.

Idem Bias ſui temporis diſertiſſimus atque eloquentiſſimus fuit, ſed longe aliter ac caeteri eloquentia eſt uſus. Non enim ad mercenariam operam, neque ad quaeſtum ullum faciendum, ſed ad opem hominibus injuria affectis ferendam, eloquentiam ſuam commodavit, quod paucos admodum feciſſe comperias.

Cyrus Cambyſis & Mandanae filius, Aſtyagis Medorum regis nepos, fortitudine ac prudentia & reliquis virtutibus eminentiſſimus ſaeculi ſui fuit;
239. quippe cum pater regia inſtitutione formaverat, ad

νὰς καλουμένη, τὸν ἅπαντα χρόνον ἐν ἀγρῷ διατρίβων, καὶ ὑπὸ τῶν πολλῶν ἀγνοούμενος. ὃν ἀντιτάξαι εἰς τοὺς ἑπτὰ σοφοὺς, ἐκκρίναντες τὸν Περίανδρον τὸν Κορίνθιον, διὰ τὸ τύραννον γεγονέναι πικρόν.

Ὅτι Χίλων τῷ λόγῳ σύμφωνον εἶχε τὸν βίον, ὅπερ σπανίως εὕροι τις ἂν γινόμενον. τῶν γὰρ καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων τοὺς πλείστους ἰδεῖν ἔστι, λέγοντας μὲν τὰ κάλλιστα, πράττοντας δὲ τὰ χείριστα, καὶ τὴν ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτῶν σεμνότητα καὶ σύνεσιν διὰ τῆς πείρας ἐλεγχομένην. ὁ δὲ Χίλων χωρὶς τῆς κατὰ τὸν βίον ἐν ἅπασι τοῖς πραττομένοις ἀρετῆς, πολλὰ διενοήθη καὶ ἀπεφθέγξατο μνήμης ἄξια.

Ὅτι Πιττακὸς ὁ Μιτυληναῖος οὐ μόνον ἐν σοφίᾳ θαυμαστὸς ἦν, ἀλλὰ καὶ πολίτης ἐγένετο τοιοῦτος, οἷον ἕτερον οὐκ ἤνεγκεν ἡ νῆσος· δοκῶ δ' οὐδ' ἂν ὕστερον ἐνέγκῃ, μέχρι ἂν τὸν οἶνον φέρῃ πλείω τε καὶ ἡδίω. νομοθέτης τε γὰρ ἀγαθὸς ὑπῆρχε, καὶ τοῖς κατὰ μέρος πρὸς τοὺς πολίτας κοινὸς καὶ φιλάνθρωπος, καὶ τὴν πατρίδα τριῶν τῶν μεγίστων συμφορῶν ἀπέλυσε, τυραννίδος, στάσεως, πολέμου.

Ὅτι Πιττακὸς βαθὺς ἦν καὶ ἥμερος, καὶ τὴν παραίτησιν ἔχων αὐτὸς ἐν αὐτῷ. διὸ δὴ πᾶσιν ἐδόκει τέλειος ἀνὴρ εἶναι πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν ὁμολογουμένως. κατὰ μὲν γὰρ τὴν νομοθεσίαν ἐφαίνετο πολιτικὸς καὶ φρόνιμος, κατὰ δὲ τὴν πίστιν δίκαιος, κατὰ δὲ τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις ὑπεροχὴν ἀνδρεῖος, κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὸ κέρδος μεγαλοψυχίαν ἀφιλάργυρος.

Ὅτι φασὶν οἱ Πριηνεῖς ὅτι Μεσσηνίας τὸ γένος ἐπισήμους παρθένους λυτρωσάμενος ὁ Βίας παρὰ λῃστῶν, ἦγεν ὡς ἰδίας θυγατέρας ἐντίμως. μετὰ δέ τινας χρόνους παραγινομένων τῶν συγγενῶν κατὰ ζήτησιν, ἀπέδωκεν αὐτὰς, οὔτε τροφεῖα πραξάμενος, οὔτε λύτρα· τοὐναντίον δὲ τῶν ἰδίων πολλὰ δωρησάμενος. εἶχον οὖν πρὸς αὐτὸν αἱ κόραι πατρικὴν εὔνοιαν, διά τε τὴν συντροφίαν, καὶ τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας· ὥστε καὶ χωρισθεῖσαι μετὰ τῶν ἰδίων εἰς τὴν πατρίδα, τῆς ὑπερόχου χάριτος οὐκ ἐπελάθοντο.

Ὅτι σαγηνεῖς Μεσσήνιοι κατὰ τὸν βόλον ἕτερον μὲν οὐδὲν ἀνείλκυσαν, χαλκοῦν δὲ τρίποδα μόνον, ἐπιγραφὴν ἔχοντα ΤΩ ΣΟΦΩΤΑΤΩ. ἀναχθέντος δὲ τοῦ κατασκευάσματος δοῦναι τῷ Βίαντι.

Ὅτι Βίας ἦν δεινότατος καὶ τῷ λόγῳ προέχων τῶν καθ' ἑαυτόν. κατεχρήσατο δὲ τῇ τοῦ λέγειν δυνάμει πολλοῖς ἀνάπαλιν. οὐ γὰρ εἰς μισθαρνίας, οὐδὲ εἰς προσόδους, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν ἀδικουμένων κατετίθετο βοήθειαν. ὅπερ ἂν σπανιώτατον ἄν τις εὕροι.

Ὅτι Κῦρος ὁ Καμβύσου μὲν υἱὸς καὶ Μανδάνης τῆς θυγατρὸς Ἀστυάγους τοῦ Μήδων βασιλέως, ἀνδρείᾳ καὶ συνέσει καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς ἐπρώτευσε τῶν καθ' αὐτόν. βασιλικῶς γὰρ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἦγε παι-

Περιάνδρου τοῦ Κυψέλου Μύσωνα κατέλεγε τὸν Χηνέα· κώμας δὴ ἐν τῇ Οἴτῃ τῷ ὄρει φασὶν αἱ Χῆναι. *Platonis* locus quem intelligit *Pausanias*, eſt in Protagora (pag. 343. A.) *Diogenes* Laertii filius ſeribit alios OEtaicae, alios Laconicae id oppidum tribuere, ſed *Diodorus Siculus* Malienſium id oppidum fuiſſe teſtis eſt. Erant autem Malienſes ad OEtam montem poſiti. Quare quomodo Laconicae tribui poſſit non video, niſi forte quia Lacedaemonii OEtaicam regionem colonis occuparunt, ut docet Thucydides. ſed hoc multis poſt annis accidit. Porro de Myſone Chenaeo loquitur & *Muſonius* apud *Stobaeum* cap. 222. περὶ Μύσωνα τὸν Χηναῖον χαριέντως εἰπόντα ὁ Θεὸς ἀπέφη σοφόν. lege Χηνέα. H. VALES.

Ἐν κώμῃ Χηνεῖ] Tetigit & hunc locum *Aeg. Menag.* ad *Laertii* L. I, 106., Χῆνα ſive Χῆνα corrigens, aut potius Χηνεῖ ex *Pauſan.* L. X, 24. At *Palmerius* „ ex hoc loco ſolvitur *Diogenis Laertii* dubitatio, qui de hoc Myſone ſit in ejus vitae „ initio: τὸ γένος Χηνεὺς ἀπὸ κώμης τινὸς Οἰταϊκῆς ἢ Λακωνικῆς. Nam ſi fuit quidam pagus Laconicus nomine Χηναί, „ non fuit patria Myſonis, qui a Diodoro *Malieus* Μαλιεὺς dicitur. At Oeta mons fuit Μαλιέων ſive Μαλιαίων, eos a meridie terminans. Haec ille. P. WESS.

69. Ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτῶν &c.] Si Philoſophorum orationes reſpicit, ſicuti videtur, melius ἐν ταῖς ἀπαγγελίαις erit, quemadmodum L. I, 1. & L. IV, 83., ubi in *Codd.* utriuſque vocabuli manifeſta eſt confuſio. Confer *Jo. Davis.* ad *Ciceron.* Finib. L. II, 31. P. WESS.

82. Ὅτι Πιττακὸς βαθὺς ἦν] Vide *Caſaubon.* in *Sueton.* Vitell. C. 13. & *H. Vales.* ad *Polyb.* Excerpt. p. 1441. Poſſes ex *Philone Jud.* Leg. Caj. p. 997. [illegible] planius exprimere, aut *Aeſchyli* voce βαθύφρων Choephor. v. 650. In *Appiano* Bell. L. III. p. 896. [illegible] Apud *Lucian.* Salt. C. 81. βαθὺς τὴν παιδείαν. Et *Eunapius* Excerpt. *Hoeſchel.* p. 12. μάλα βαθείας παιδείας καὶ φρονήματος. Imp. *Antoninus* L. III, 2. pag. 65. [illegible] quae omnia *incredibilem* quandam *ingenii altitudinem*, ut *Salluſtius* vocat Jugurth. C. 95., indicant. De Pittaci fortitudine abſti-

παιδεύων, ζῆλον ἐμποιῶν τῶν κρατίστων. καὶ ἔκδηλος ἦν ἁδρῶν ἁψόμενος πραγμάτων, διὰ τὸ τὴν ἀρετὴν προφαίνειν ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν.

Hamilcar cognomento Barca, egregiam atque utilem patriae operam navavit, tum in Sicilia ad- 279.
verſus Romanos, tum in Libya adverſus mercenarios milites & Afros, qui a Poenis cum defeciſſent, ipſam Carthaginem obſidione premebant. Etenim in utroque bello cum multa eximiae fortitudinis ac prudentiae facinora edidiſſet, merito ab univerſis civibus colebatur. Poſtea vero confecto Libyco bello, perditiſſimorum hominum manum coëgit. Cumque hinc atque ex praeda magnas opes collegiſſet, atque ex rebus geſtis auctoritatem ſibi peperiſſet, plebis gratiam aucupatus effecit, ut Africa provincia ſibi ad tempus mandaretur.

EX

i In ſcripto Cod. οἱ Πυκρινοὶ *Salmas.* invenit. k Ἀμίλκας καὶ ὁ Βάρκας edebatur.

que arbitrium relinquo. P. Wess.

99. Οὐ τηλικούτων ἐπειράθησαν ἀτυχημάτων &c.] Confer Eclog. 1. Lib. XXV. p. 509. P. Wess.

8. Τὴν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν αἰτούμενοι] Giſgonis & Carthaginienſium ad ſeptingentos, quos inmani crudelitate mutilatos & excarnificatos conjurati contrucidarant apud *Polybium* L. 1, 80. P. Wess.

9. Οἱ δὲ περὶ τὸν Σπόνδιον] Spendium Campanum *Polybius* hunc vocat libro primo (cap. 69.) qui de hujus Libyci belli hiſtoria conſulendus eſt. H. Vales.

17. Εἰς τὴν Καρχηδόνα] *Polybius* L. 1, 81. εἰς Καρχηδονίους in codice Auguſtano εἰς Καρχηδόνα, quod verum eſſe, haec *Diodori* adfirmant, bene *Jo. Henr. Boeclero* Lect. Polybian. pag. 25. monente. P. Wess.

27. Ἱππακρινοὶ] Hos Ἱππακρίτας *Polybius* libro primo (cap. 70. 73.) ſemper appellat. urbs ipſa Hippagreta ab *Appiano* dicitur in Libycis (p. 111.) quam moenibus, arce & portu Agathocles olim inſtruxit, media inter Carthaginem atque Uticam. Ejus incolas ibidem Ἱππαγρέτας nominat. *Sigiſmundus Gelenius* interpres *Appiani*, Hipponem Zaritum vertit, quod plane confirmat *Zonaras* (pag. 352.) ubi Ἱππῶνα eandem urbem vocat, quam Appianus Hippagretam. quod ſi ita eſt, fallitur certe *Appianus*, qui id oppidum inter Uticam & Carthaginem medium eſſe dicit, cum ipſa potius Utica media inter Hipponem ſit atque Carthaginem. Suſpicatus ſum aliquando Ἱππακρίτας ab ἵππου ἄκρα dictos eſſe, cujus meminit *Ptolemaeus* in Africae deſcriptione, idque plane confirmat *Stephanus* Grammaticus, Ἱππούακρα πόλις Λιβύης· ὁ πολίτης Ἱππακρίτης. Fuerunt autem duae hujus nominis urbes in Africa, teſte *Diodoro* lib. XX, 54. H. Vales.

Ὅτι οἱ Ἱππακρινοὶ] Vide quae diſputavi ad L. XX, 54. & 57. p. 447. 449. P. Wess.

32. Ἀμίλκας καὶ ὁ Βάρκας] Lege, ὁ καὶ Βάρκας. H. Vales.

Ἀμίλκας καὶ ὁ Βάρκας] Ex ſequentibus patet de uno ſolo viro hoc loco mentionem fieri: utitur enim ſemper numero ſingulari παρεχόμενος & πολιτευόμενος, & ſic ſemper. Ideo corrigendus hic locus eſt, quod facillime fiet legendo ὅτι Ἀμίλκας ὁ καὶ Βάρκας. Nam binominis fuit Hamilcar ille: teſtis *Aemilius Probus* ſive *Cornelius Nepos* in ejus vita, quae ſic incipit: *Hamilcar Hannibalis filius cognomine Barca.* Et *Polyb.* lib. 1. (cap. 56.) οἱ δὲ Καρχηδόνιοι μετὰ ταῦτα στρατηγὸν καταστήσαντες αὐτῶν Ἀμίλκαν, τὸν Βάρκαν ἐπικαλούμενον. & paſſim apud Auctores, & ipſe *Diodorus* infra Excerpt. horum p. 282. Ἦν γὰρ υἱὸς Ἀμίλκα τοῦ Βάρκα μὲν ἐπικαλουμένου. Jac. Palm.

Ἀμίλκας ὁ καὶ Βάρκας] Certiſſima virorum praeſtantiſſimorum eſt conjectura, neque adeo veritus ſum ex eorum opinione locum inſtaurare. Lege, ſi operae putaveris, not. ad Eclog. 1. lib. XXV. p. 510. & p. 564. P. Wess.

52. Κα-

EX LIBRO XXVI.

ERAT Hannibal natura bellicoſus, & in re militari a puero exercitatus; cumque multos per annos in contubernio maximorum ducum vixiſſet, magnam bellicarum rerum peritiam collegerat. Itaque & ſolertia quadam praecipua a natura inſtructus, & exercitatione diuturna firmatus, magnam ſui ipſius ſpem conceperat.

Victo ab Hannibale Minucio, ſatis eventus ipſe comprobavit, Minucium quidem imprudentia ſua atque imperitia omnia peſſumdediſſe: Fabium vero conſilio ac virtute militari ſalutem Reipublicae praeſtitiſſe.

Dorimachus Praetor Aetolorum rem nefariam aggreſſus eſt. Nam cum templum Dodonaei Jovis oraculo celebre ſpoliaſſet, flammis deinde integrum praeter cellam ipſam cremavit.

Hannibalis copiae cum Campanorum bonis diutius ſe ingurgitaſſent, prorſus in diverſa mutatae ſunt. Continuae enim deliciae, molles lectuli, & unguentorum ac dapum omnis generis apparatus, fortitudinem eorum atque in perferendis laboribus
280. conſtantiam adſuetam fregerunt, corpuſque adeo ac mentem in muliebrem molliciem luxumque ſolverunt.

Hannibal cum in Romanorum crudelitatem ac malitiam potius quam arrogantiam multa dixiſſet, Senatorum filios ac propinquos ex captivorum numero lectos neci dedit, hujuſmodi poenam Senatui rependens.

Idem infeſto adverſus populum Romanum odio flagrans, ſelectos ex omnibus captivis ad ſingulare certamen aptiſſimos inter ſe compoſuit, & fratres quidem cum fratribus, patres cum liberis, cognatis autem cognatos dimicare juſſit. Quo quidem tempore merito quis ſaevitiam Poeni ducis deteſtatus, Romanorum pietatem ac conſtantiam miratus fuiſſet. Nam cum flammae ac ſtimuli ac duriſſima verbera iis admoverentur, nemo tamen cum hominibus conjunctiſſimis manus conſerere ſuſtinuit: ſed invicta animi magnitudine omnes tormentis immortui ſunt, cum ab hujuſmodi piaculo manus puras ſervaſſent.

Gelone & Hierone in Sicilia mortuis cum principatus Syracuſanorum ad Hieronymum adoleſcentem admodum deveniſſet, haud quaquam idoneum rectorem nactum erat Siciliae regnum. Proinde adoleſcens proximorum adulatione corruptus, ad luxum & intemperantiam

ΕΚ ΤΗΣ Κϛ'.

Ὅτι Ἀννίβας ἦν φύσει μάχιμος, καὶ τὴν τῶν πολεμικῶν ἔργων ἐκ παιδὸς πεῖραν πεποιημένος, καὶ συνεστρατευκὼς ἔτη πλείω μεγάλοις ἡγεμόσι, πολλὴν εἶχε τριβὴν τῶν πολεμίων ἀγώνων· κεχορηγημένος δὲ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀγχινοίᾳ, καὶ πεποιημένος στρατηγικὴν ἀρετὴν διὰ τῆς πολυχρονίου περὶ τὸν πόλεμον ἀσκήσεως, μεγάλας ἐλπίδας εἶχεν ἐν ἑαυτῷ.

Ὅτι τοῦ Μινυκίου ἡττηθέντος ὑπὸ τοῦ Ἀννίβου, ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων ὑπὸ πάντων ἐκρίθη, Μινύκιος μὲν ἀφροσύνῃ καὶ ἀπειρίᾳ τοῖς ὅλοις ἐπταικώς· Φάβιος δὲ ἀγχινοίᾳ καὶ ἀρετῇ στρατηγικῇ διὰ παντὸς προνενοημένος τῆς ἀσφαλείας.

Ὅτι Δωρίμαχος ὁ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγὸς ἀσεβῆ συνετελέσατο πρᾶξιν. τὸ γὰρ περὶ Δωδώνην μαντεῖον συλήσας, ἐνέπρησε τὸ ἱερὸν πλὴν τοῦ σηκοῦ.

Ὅτι ἡ τοῦ Ἀννίβου δύναμις πολὺν χρόνον τῆς τῶν Καμπανῶν εὐδαιμονίας ἀπλήστως ἐμπλησθεῖσα, μετέβαλε ταῖς ἀγωγαῖς εἰς τοὐναντίον. τρυφὴ γὰρ συνεχὴς καὶ μαλακαὶ εὐναὶ καὶ μύρων παντοῖαι, καὶ παντοίας τροφῆς πολυτέλεια, τὴν μὲν ἀλκὴν καὶ συνήθη τῶν δεινῶν ἐξέλυσεν ὑπομονήν, τὰ δὲ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς εἰς γυναικώδη καὶ τρυφερὰν διάθεσιν μετέστησεν.

Ὅτι τῶν Ῥωμαίων ὁ Ἀννίβας πολλὰ κατηγορήσας εἰς ὠμότητα καὶ πονηρίαν [l] μᾶλλον ἢ ὑπερηφανίαν, τοὺς τῶν συγκλητικῶν υἱοὺς καὶ συγγενεῖς ἐκλέξας ἀπέσφαξε, ταύτην παρὰ τοῦ συνεδρίου λαμβάνων τιμωρίαν.

Ὅτι ὁ Ἀννίβας ἀλλοτριώτατα διακείμενος πρὸς Ῥωμαίους, ἐκ τῶν αἰχμαλώτων ἐπιλέξας τοὺς εὐθέτους εἰς μονομαχίαν συνέζευξεν. ἀδελφοὺς μὲν ἀδελφοῖς, πατέρας δὲ υἱοῖς, συγγενεῖς δὲ συγγενέσι μονομαχεῖν ἠνάγκαζεν. ἔνθα δὴ δικαίως ἄν τις τοῦ μὲν Φοίνικος ἐμίσησε τὴν ὠμότητα, τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐθαύμασε τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς ὑπομονήν τε καὶ καρτερίαν. [m] πυρὸς γὰρ αὐτοῖς προσαγομένου καὶ κέντρων, ἔτι δὲ χαλεπωτάτων πληγῶν, οὐδεὶς ὑπήκουσε προσενεγκεῖν τὰς χεῖρας τοῖς ἀναγκαιοτάτοις· πάντες γὰρ εὐγενῆ παραστήματα λαβόντες, ἐναπέπνευσαν ταῖς ἀνάγκαις, ἀθίκτους ἑαυτοὺς τηρήσαντες τῆς πρὸς ἀλλήλους μιαιφονίας.

Ὅτι Γέλωνος καὶ Ἱέρωνος τῶν βασιλέων κατὰ τὴν Σικελίαν τετελευτηκότων ἐν Συρακούσαις, Ἱερωνύμου δὲ τὴν ἀρχὴν διαδεδεγμένου, καὶ τὴν ἡλικίαν ὄντος ἀντίπαιδος, οὐκ εἶχεν ἡ βασιλεία τὸν προστησόμενον ἀξιόχρεον. διὸ καὶ τὸ μειράκιον ταῖς τῶν κολάκων πρὸς χάριν ὁμιλίαις ἐξετράπη

l Ἢ addidit *Vales.* ante μᾶλλον, *Salmas.* poſt id vocabulum poſuit: cui adſentior. m Πυρὸς MS.

52. Κεχορηγημένος δὲ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀγχινοίᾳ] Annibalem egregio a natura ingenio fuiſſe inſtructum, idque cum multo uſu & virorum eruditorum praeceptis haud parum adauxiſſe atque exornaſſe *Dio Caſſius* agnoſcit in Excerpt. *Vales.* p. 593. Adde & Clariſſimi *T. Hemſterh.* ad *Lucian.* D. Mort. XII, 3. notas. P. WESS.

61. Δωρίμαχος] De hoc Dorimachi ſcelere vide *Polybium* in libro IV, 67. (pag. 460. *Ed. Gron.*) H. VALES.

Ὅτι Δωρίμαχος] In *Polybio* Δωρίμαχος, quod ego verius arbitror, tametſi codex Auguſtanus *Diodori* ſcripturae conſentiat. P. WESS.

66. Τρυφὴ γὰρ συνεχὴς καὶ μαλακαὶ &c.] Eadem haec de Annibalis exercitu, Campanis deliciis vehementer infracto, Eclog. 8. lib. XXV. p. 514. P. WESS.

79. Ἀδελφοὺς μὲν ἀδελφοῖς & ſeq.] *Valer. Maxim.* L. IX, 2, 1. Ext. *Quos vero in caſtra perduxerat* (Annibal) *paria fere fratrum & propinquorum jungens, ferro decernere cogebat: neque ante ſanguine explebatur, quam ad unum victorem omnes redegiſſet.* A quo non diſſentit *Zonaras* Annal. L. IX. p. 316. *Ed. Venet.* At *Polybium* ſi adieris, videbis prudentiſſimum ſcriptorem Excerpt. p. 1386. in ambiguo eſſe, utrum Annibalis indoli avara & crudelia, quae a Romanis aggeruntur, facinora tribuat an amicis, qui circa eum fuerunt. P. WESS.

84. Πυρὸς γὰρ αὐτοῖς προσαγομένου] In ſchedis περὶ *Vales.* invenit, *Salmaſius* πυρός. Credo compendio vocem fuiſſe ſcriptam, atque inde veniſſe iſtam diſcordiam. Similis ſcriptura, in alio tamen genere, haec ſacri Oratoris verba inter *Jo. Chryſoſtomi* Opera T. XII. p. 420. B. obſcuravit: Παῦλος γὰρ ... πρὸς τὰ αἰσθητὰ ζῶσα, ἀρχὴν μὲν λαβόντα, τέλος δὲ παρουσίαν δεξάμενα. Dederat auctor πρῶτος, nec aliud librarii voluerunt ſuo περὶ, quod fraudi editoribus fuit. P. WESS.

90. Γέλωνος καὶ Ἱέρωνος] Gelo Hieronis Syracuſanorum Regis filius fuit, ſed cum ante patrem mortuus eſſet, regnum ad Hieronymum Hieronis nepotem Geloniſque filium pervenit. quare in his Excerptis male Gelo rex appellatur. Habuit porro hic Gelo in matrimonio Nereidem Pyrrhi Aeacidae filium, ut

σιν πρὸς τρυφὴν καὶ ἀκολασίαν καὶ τυραννικὴν ὠμότητα. ἐπετελεῖτο γὰρ γυναικῶν ὕβρεις· καὶ τοὺς παῤῥησίᾳ χρωμένους τῶν φίλων ἀπέκτεινε, καὶ πολλῶν ἀκρίτως οὐσίας ἐδήμευσε, καὶ τοῖς πρὸς χάριν ὁμιλοῦσιν ἐδωρεῖτο. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐπηκολούθει ἐκ τῶν ὄχλων μῖσος, εἶτα καὶ ἐπιβουλία, καὶ ὁ τοῖς πονηροῖς δυνάσταις εἰωθὼς ἐπακολουθεῖν ὄλεθρος.

Ὅτι μετὰ τὴν Ἱερωνύμου τελευτὴν, οἱ Συρακούσιοι ἐλθόντες εἰς ἐκκλησίαν ἐψηφίσαντο τοὺς συγγενεῖς τοῦ τυράννου κολάσαι, καὶ τὰς γυναῖκας ὁμοίως τοῖς ἀνδράσιν ἀνελεῖν, καὶ μηδὲ ῥίζαν ἀπολιπεῖν τυραννικῆς συγγενείας.

Ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Σεμπρωνίου Μάγωνος ἀποστείλαντος πρὸς Ἀννίβαν, οἱ μὲν στρατιῶται κείμενον ὁρῶντες ἐβόων κατατέμνειν, καὶ κατὰ μέρη διασφενδονῆσαι· ὁ δὲ Ἀννίβας φήσας οὐ προσήκειν τὴν ὀργὴν εἰς ἀναίσθητον σῶμα ἐναποτίθεσθαι, καὶ λαβὼν πρὸ ὀφθαλμῶν τὸ τῆς τύχης ἄδηλον, ἅμα δὲ καὶ θαυμάζων τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρὸς, πολυτελοῦς ταφῆς ἠξίωσε τὸν τετελευτηκότα· ἀναλέξας δὲ τὰ τοῦ σώματος ὀστᾶ, καὶ φιλανθρώπως περιστείλας ἀπέστειλεν εἰς τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον.

Ὅτι τῶν Συρακουσίων μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως ἀπαντησάντων Μαρκέλλῳ μεθ' ἱκετηρίας, τὰ μὲν ἐλεύθερα ἔφη σώματα φυλάξαι, τὰς δὲ κτήσεις ἁπάσας διαρπάσαι.

Ὅτι Καρχηδόνιοι καταλύσαντες τὸν Λιβυκὸν πόλεμον, τὸ τῶν Μικατανῶν Νομάδων ἔθνος σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις τιμωρησάμενοι, πάντας τοὺς συλληφθέντας ἀνεσταύρωσαν. διόπερ οἱ τούτων ἀπόγονοι τῆς εἰς τοὺς πατέρας ὠμότητος ἀναμιμνησκόμενοι, χαλεπώτατοι τοῖς Καρχηδονίοις πολέμιοι καθεστήκεισαν.

Ὅτι οὐκ εἴασε τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν φημὶ δὴ τοῦ Ασδρούβα ἀνεπισήμαντον. ἀλλὰ φησὶν, ἦν γὰρ υἱὸς Ἀμίλκου τοῦ Βάρκα μὲν ἐπικαλουμένου, μεγίστην δὲ δόξαν ἐσχηκότος τῶν καθ' ἑαυτόν. καὶ γὰρ ἐν τῷ Σικελικῷ πολέμῳ μόνος τῶν ἡγεμόνων πολλάκις ἐνίκησε Ῥωμαίους· καὶ τὸν ἐμφύλιον καθελὼν πόλεμον, πρῶτος διεβίβασε δύναμιν εἰς Ἰβηρίαν. τούτου δ' ὢν παῖς, οὐκ ἀνάξιον ἑαυτὸν παρείχετο τῆς ἐκείνου δόξης. ὁμολογουμένως γὰρ ἄριστος ἦν στρατηλάτης ἁπάντων Καρχηδονίων, μετὰ τὸν ἀδελφὸν Ἀννίβαν· διὸ καὶ τῶν ἐν Ἰβηρίᾳ δυνάμεων Ασδρούβαν κατέλιπεν ἡγεμόνα. πολλὰς δὲ μάχας ἀγωνισάμενος κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, καὶ διὰ παντὸς ἐκ τῶν ἐλαττωμάτων ἀναλαμβάνων τὰς δυνάμεις, πολλοὺς καὶ παντοίους ὑπέμεινε κινδύνους· καὶ εἰς τὴν μεσόγειον ἀποδιωχθεὶς, διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν μεγάλην ἤθροισε δύναμιν, καὶ παρεγενήθη παρ' ἐλπίδας εἰς Ἰταλίαν.

& tyrannicam ſaevitiam declinavit. Etenim matronis ſtuprum inferebat, amicos qui liberiorem vocem edidiſſent, necabat, multorum etiam indemnatorum bona publicabat, eaque aſſentatoribus ſuis largiebatur; unde principio quidem populi odium adverſus eum exarſit, deinde inſidiae, & quae tyrannos comitari ſolet pernicies erupit.

Poſt Hieronymi caedem, Syracuſani concione habita decreverunt ut omnes propinqui tyranni necarentur, utque mulieres etiam una cum viris tollerentur, neque ullus ex regia ſtirpe ſuperſtes relinqueretur. 282.

Cum Sempronii Gracchi cadaver ab Magone ad Hannibalem miſſum fuiſſet, milites quidem membratim concerpendum ac disjiciendum illud eſſe conclamabant: ſed Hannibal ſimul incertos fortunae exitus ſibi ob oculos proponens, ſimul virtutem hominis admiratione proſecutus, nefas eſſe dixit in cadaver ſenſu orbatum iram effundere, omnique honoris genere exequias Gracchi celebravit; oſſa quinetiam ac cineres in urna conditos ad Romanorum caſtra miſit.

Captis Syracuſis cum cives ramos oleae praeferentes obviam M. Marcello proceſſiſſent, ingenuis quidem omnibus parcere ſe Marcellus dixit, ſed bona univerſa in praedam militis ceſſura eſſe.

Carthaginenſes profligato Libyco bello in Micatanos Numidas eorumque uxores ac liberos graviter ſaevierunt, captivosque omnes crucibus affixerunt. Quamobrem horum poſteri ſaevitiam in parentes ſuos exercitam recordati, infeſtiſſimi hoſtes populi Carthaginenſis extiterunt.

Caeterum Haſdrubalis virtus haud quaquam ſilentio praetereunda eſt. Nam cum Amilcaris cognomento Barcae filius eſſet, omnium aetatis ſuae ducum praeſtantiſſimi, qui & in Sicilienſi bello ſolus Romanos ſaepe ſuperaverat, & confecto civili bello primus in Hiſpaniam copias trajecerat, hujusmodi patris gloria non indignum ſe filium praeſtitit. Etenim, quod ſine controverſia eſt, omnium Poenorum ducum poſt Hannibalem fratrem optimus habebatur. quo circa & Hiſpanicis copiis ab Hannibale eſt praepoſitus: cumque multa & magna praelia in Hiſpania feciſſet, & ex priſtinis cladibus exercitum recreaſſet, in maximis periculis ſaepe verſatus eſt. 285. Ac tandem procul ab ora maritima fugatus, ſua virtute validiſſimas copias comparavit, praeterque omnium expectationem in Italiam venit.

Na-

ut docet *Polybius* cap. 1. legationum, & *Pauſanias* in lib. Eliac. ii, 12. & *Juſtinus* lib. xxviii, 3. qui poſt obitum Pyrrhi has nuptias celebratas eſſe manifeſte docet. Itaque errat *Pauſanias*, qui vivente adhuc Pyrrho id factum innuit his verbis: ἦν δὲ ὁ Ἱέρων ξένος πρὸς Πύῤῥον τὸν Αἰακίδην, καὶ ὁμοῦ τῇ ξενίᾳ καὶ ἐπιγαμίαν ἐπεποίηντο Γέλωνι τῷ παιδὶ Νηρηΐδα ἀγαγόμενος τὴν Πύῤῥου. Deceſſit e vita Pyrrhus Olymp. cxxvi. Hieronymus vero Gelone ac Nereide genitus, Hieroni ſucceſſit Olymp. cxl., admodum puer, ut docet *Polybius* ac *Diodorus*. quod ſi vivo adhuc Pyrrho Nereis Geloni nupſit, fieri non poteſt, ut ex illa ortus Hieronymus ſexaginta poſt annos puer ad regnum acceſſerit, xv. annos natus, ea enim aetate avo ſucceſſit, ut docet *Livius* lib. xxiv, 4. Verum itaque eſt quod dixi, Nereidem diu poſt poſt Pyrrhi obitum Geloni nupſiſſe. ſed nec in eo tantum ibi fallitur *Pauſanias*, qui Hieronem Hieroclis filium a Dinomene occiſum eſſe ſcribit, cum tamen ex *Polybio* ac *Livio* & *Luciano* in Longaevis ſatis conſtet Hieronem ex morbo deceſſiſſe. ſed forraſſe in *Pauſaniae* codicibus lacuna eſt, & Hieronymi nomen deſideratur, qui a Dinomene eſt occiſus. certe Dinomenem inter conjuratos nominat *Livius* lib. xxiv, 7. H. Vales.

9. Ἐξετράπη πρὸς τρυφὴν — καὶ τυρ. ὠμότητα] Inhumanam crudelitatem *Livius* aliique Hieronymo adſcribunt, *Polybio* non uſque quaque adſentiente, cujus de puero hoc rege prudens judicium lege Excerpt. pag. 1368. *Pauſaniae* errorem non reliquit intactum doctiſſimus *Kuhnius*. P. Wess.

97. Γυναικῶν ὕβρεις] Intemperantiae Hieronymi hoc vel maximum indicium ſit, quod publicum quoddam proſtibulum, cui nomen erat Pitho, uxorem duxerit ac Reginam declaraverit, ut ſcribit *Eumachus* Neapolitanus lib. ii. rerum geſtarum Hannibalis (apud *Athen.* xiii. p. 577.) H. Vales.

3. Μετὰ τὴν Ἱερωνύμου τελευτὴν] Vide *T. Livium* lib. xxiv, 25. ubi haec fuſe & elegantiſſime narrantur. H. Vales.

8. Τοῦ Σεμπρωνίου] Idem narrat *T. Livius* lib. xxv, 17. qui tamen quoſdam de Gracchi ſepultura diſſentire ſcribit. H. Vales.

16. Καὶ φιλανθρώπως περιστείλας] Credo *Valeſium* ſcriptoris ſententiam optime expreſſiſſe: Annibal certe Sempronium ἔθαψε καὶ τὰ ὀστᾶ Ῥωμαίοις ἔπεμψεν in *Appian.* Annibal. pag. 571. Namque ἔθαψε nihil illic aliud indicat quam ignium ſepulturam, ut alias oſtenſum fuit. Idem Marcelli oſſa urnae indita & recondita, ad filium remiſit, teſte *Plut.* Marcel. p. 316. & *Appiano* Annibal. p. 589., humanitatis haud oblitus. P. Wess.

22. Καταλύσαντες τὸν Λιβυκὸν πόλεμον] Id bellum eſſe, quod primo Punico defuncti in mercenarios & Afros ſumere Carthaginienſes coacti ſunt, ex *Polybio* L. i, 70. nemo ignorat. De Micatanis Numidis nil legere memini praecipuum. P. Wess.

28. Ὅτι οὐκ εἴασε τὴν τοῦ ἀνδρὸς — ἀνεπισήμαντον] Aemula-

tur

Nabis Lacedaemoniorum tyrannus, Pelopem Lycurgi quondam Regis filium admodum puerum e medio ſuſtulit. Verebatur enim ne puer olim adoleſcentiam ingreſſus, elatusque ob ſplendorem generis, libertatem patriae redderet. Praeterea ex Lacedaemoniis optimum quemque neci dedit, ac perditiſſimos homines ad cuſtodiam corporis ac dominationis undique conduxit. Igitur ex omnibus partibus ſacrilegi, fures, latrones, capitis damnati Spartam confluebant. Namque ille dominationem ſcelere partam nonniſi hujusmodi hominum praeſidio confirmari poſſe ſperabat.

Cretenſes navibus ſeptem piraticam facere aggreſſi, multos in mari navigantes ſpoliabant; quamobrem cum mercatores animis jam fracti eſſent, Rhodii has injurias ad ſe pertinere rati, bellum Cretenſibus indixere.

Pleminius Scipionis legatus, Locris cum praeſidio relictus, ſumma vir impietate, Proſerpinae theſauris per vim apertis pecuniam omnem ſacram abſtulit. Cumque aegre id Locrenſes ferrent, & populi Romani implorarent fidem, duo Tribuni militum ſimulantes tanto facinore ſe commoveri, Pleminium acriter objurgarunt, non quod revera indignarentur, ſed quia direptae pecuniae nullam ipſi partem acceperant. Verum brevi omnibus poenam ſceleris ſui numen rependit. Quippe id fanum totius Italiae celeberrimum fuiſſe dicitur, 586. cunctiſque retro ſaeculis intactum incolarum manſiſſe cura. Et cum Pyrrhus, quo tempore e Sicilia trajecit Locros, flagitantibus ſtipendia militibus, pecuniam ſacram contingere coactus eſſet, ajunt claſſem omnem Pyrrhi inter redeundum foediſſima tempeſtate jactatam fuiſſe; ac Pyrrhum ipſum religione perculſum, Deam placaſſe, neque prius abiiſſe quam univerſam pecuniam reſtituiſſet. At Tribuni indignatione adſimulata, cauſam Locrenſium ſuſcepere, & Pleminium criminati ſunt poenam ei interminati. Creſcente ut fit jurgio, tandem ad manus ventum eſt, & Tribuni Pleminio ad terram proſtrato aures naſumque morſibus detruncarunt, ac labia conſciderunt. Poſtmodum vero Pleminius comprehenſos Tribunos virgis ad mortem cecidit. Interim Senatus populuſque Romanus contractum eo ſacrilegio piaculum vehementer reformidabat; & Pub. Scipionis adverſarii opportunam calumniae anſam nacti, eum accuſabant, Pleminium omnia ex ejus conſilio ac mandato e-

Ὅτι Νάβις ὁ τύραννος τῶν Λακεδαιμονίων ἀνεῖλε Πέλοπα, τὸν Λυκούργου μὲν τοῦ βασιλεύσαντος υἱόν, παῖδα δὲ τὴν ἡλικίαν ὄντα· εὐλαβεῖτο γὰρ μήποτε ὁ παῖς προσγινόμενος εἰς ἡλικίαν, ἀποκαταστήσῃ τῇ πατρίδι τὴν ἐλευθερίαν, πεφρονηματισμένος διὰ τὴν εὐγένειαν. αὐτὸς δὲ τοὺς χαριεστάτους τῶν Λακεδαιμονίων ἐπιλεγόμενος ἀνῄρει· καὶ μισθοφόρους πανταχόθεν τοὺς χειρίστους συνήγαγε, φύλακας τῆς δυναστείας. διόπερ ἐκ παντὸς τόπου συνέῤῥεον εἰς τὴν Σπάρτην ἱερόσυλοι, φῶρες, λῃσταί, καταδίκοι θανάτου. ἀσεβῶς γὰρ τὴν τυραννίδα περιπεποιησάμενος, ὑπὸ μόνων τούτων ἤλπιζε βεβαιότατα τηρηθήσεσθαι.

Ὅτι Κρῆτες ναυσὶν ἑπτὰ πειρατείαν ἐπιβαλόμενοι, τῶν πλεόντων ἐλῄστευσαν οὐκ ὀλίγους. διὸ καὶ τῶν ἐμπόρων ἀθυμούντων, Ῥόδιοι πρὸς αὑτοὺς τἀδικήματα νομίσαντες ἥκειν, πρὸς τοὺς Κρῆτας πόλεμον ἐξήνεγκαν.

Ὅτι Πλημίνιος, ὁ κατασταθεὶς Λοκρῶν ἡγεμὼν παρὰ Σκιπίωνος, ἀσεβὴς ὤν, τοὺς τῆς Περσεφόνης θησαυροὺς ἀνασπάσας, καὶ τὰ χρήματα συλήσας ἀπήνεγκε. τῶν δὲ Λοκρῶν ἀγανακτούντων ἐπὶ τούτοις, καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀνακαλουμένων πίστιν, δύο τῶν χιλιάρχων μισοπονηρεῖν ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασι προσεποιήσαντο. τοῦτο δὲ ἔπραττον οὐκ ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἀγανακτοῦντες, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τὸ μέρος μὴ εἰληφέναι τῶν σεσυλημένων χρημάτων, ἐγκαλοῦντες ª τὸ πλημμέλημα. ταχὺ δ' αὐτοῖς ἅπασιν ἀξίαν τῆς πονηρίας ἐπέθηκε τὸ δαιμόνιον. καὶ γὰρ ἐπιφανέστατον τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἱερῶν τοῦτ' εἶναι λέγεται, καὶ διὰ παντὸς ἁγνὸν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων τετηρῆσθαι. καθ' ὃν γὰρ καιρὸν Πύῤῥος ἐκ τῆς Ἰταλίας διεβίβαζε τὰς δυνάμεις εἰς Λοκρούς, καὶ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀπαιτούμενος τοὺς μισθούς, ἠναγκάσθη δι' ἀπορίαν ἅψασθαι τῶν χρημάτων, κατὰ τὸν ἔκπλουν ἐπιγενέσθαι χειμῶνα φασίν, ὥστε τὸν στόλον πάντα ναυαγῆσαι τοῦτον. τὸν δὲ Πύῤῥον δεισιδαιμονήσαντα, τὴν θεὸν ἐξιλάσασθαι, καὶ μὴ πρότερον ἀπελθεῖν, ἕως ἀποκατέστησε τὰ χρήματα. οἱ δὲ χιλίαρχοι προσποιούμενοι μισοπονηρεῖν, προΐσταντο τῶν Λοκρῶν, καὶ τὸν Πλημίνιον κακῶς ἔλεγον, καὶ δίκην ὑφέξειν ἠπείλουν. τέλος ἐπὶ πλεῖον τῆς λοιδορίας προβάντες, εἰς χεῖρας ἦλθον. οἱ δὲ χιλίαρχοι τοῦτον ῥίψαντες ἐπὶ γῆν, τά τε ὦτα περιέτραγον αὐτοῦ, καὶ τὴν ῥῖνα, πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὰ χείλη διέσχισαν. ὁ δὲ Πλημίνιος συλλαβὼν τοὺς χιλιάρχους, καὶ δειναῖς αἰκίαις περιβαλὼν διέφθειρεν. ἡ δὲ σύγκλητος τῶν Ῥωμαίων διὰ τὴν ἱεροσυλίαν οὐ μετρίως ἐδεισιδαιμόνει· οἱ δὲ ἀντιπολιτευόμενοι τῷ Σκιπίωνι, καιρὸν εὑρόντες οἰκεῖον διαβολῆς, κατηγόρουν αὐτοῦ, λέγοντες ὡς ἀπὸ τῆς ἐκείνου γνώμης ἅπαντα πε-

ª MS. τῷ. lego τῷ Πλημινίῳ Valeſius.

tur apertiſſime in his omnibus *Polybium* L. XI, 2, quem conſuluiſſe non pigebit. P. Wess.

46. Πέλοπα τὸν Λυκούργου] Lycurgus mortuo Cleomene Rex ab Ephoris per ambitum conſtitutus fuerat Olymp. CXL, ut docet *Polybius* lib. IV, 35. Hujus filius Pelops a Diodoro hic nominatur, cujus etiam meminiſſe mihi videtur *Livius* lib. XXXIV, ſub finem in Oratione Titi Quintii ad Nabim. *Amicitia & ſocietas nobis nulla tecum, ſed cum Pelope Rege Lacedaemoniorum juſta ac legitima facta eſt. cujus jus tyranni quoque qui poſtea per vim tenuerunt Lacedaemone imperium uſurparunt, ſicut tu quoque hoc Macedonico bello feciſti.* H. Vales.

Πέλοπα τὸν Λυκούργου] Pelopem, Lycurgi F., Spartanorum regem fuiſſe, haud certo conſtat. Machanidas certe, qui ſublato Lycurgo Spartanos tyrannide preſſit, regem Lacedaemone toleraſſe non videtur: ſi tamen, regis umbra fuit puer Pelops, quem etiam Nabis principio tyrannidis interfecerit, merito viri eruditi ad *Livium* L. XXXIV, 32. dubitant de Pelope illo Livii & *Valeſii* conjectura. Nabidis amicos & tyrannidis ſatellites deſcribit *Polyb.* L. XIII, 4. P. Wess.

61. Πρὸς αὐτοὺς τἀδικήματα — ἥκειν] Obſcurius Interpres: verebantur Rhodii, ne Cretenſium piratarum ſcelera & rapinae ſibi quoque civibus detrimento forent. Itaque ut ſaepe alias bellum in raptores illos ſuſceperant. Vide p. 390. Excerptor. horum. P. Wess.

64. Πλημίνιος] Paulum ab hac narratione variat *Titus Livius* lib. XXIX, 8. H. Vales.

72. Ἐγκαλοῦντες τὸ πλημμέλημα] Τῷ Πλημινίῳ, quod H. *Valeſius* ex vulgato exulit, ſi non verum, elegans certe eſt. Alioqui ἐγκαλοῦντες αὐτῷ τὸ πλημμέλημα praeſtitiſſet. P. Wess.

77. Ἐκ τῆς Ἰταλίας] Siciliae legendum eſſe arbitror, quod & in interpretando ſum ſecutus. idque confirmat *Dionyſius Halic.* lib. XX. & *Livius* lib. XXIX, in Oratione illa Locrenſium: *Fanum eſt apud nos Proſerpinae, de cujus ſanctitate credo aliquam famam ad vos perveniſſe Pyrrhi bello: qui cum ex Sicilia rediens Locros claſſe praeterveheretur, &c.* H. Vales.

Ἐκ τῆς Ἰταλίας] Mihi dubium non eſt, quin veriſſima ſit H. *Valeſii* haec emendatio. Egregie firmatur a *Dionyſio* Excerpt. *Peireſc.* p. 542. & *Zonara* Ann. lib. VIII, p. 385. P. Wess.

3. Ter

πεπραχέναι Πλημίνιος. ἡ δὲ σύγκλητος ἀπέστειλε πρεσβευτὰς ἀγορανόμον καὶ δύο δημάρχους, εἰ μὲν εὕρωσιν ἀπὸ τῆς Σκιπίωνος γνώμης γεγενημένην ἱεροσυλίαν, κατὰ τάχος ἀγαγεῖν αὐτὸν εἰς τὴν Ῥώμην· εἰ δὲ μή, ἐᾶν αὐτὸν διαβιβάζειν τὰς δυνάμεις εἰς τὴν Λιβύην. τούτων δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ὄντων, ὁ Σκιπίων μεταπεμψάμενος τὸν Πλημίνιον ἔδησεν εἰς ἅλυσιν, καὶ περὶ τὴν γυμνασίαν ἦν τῶν δυνάμεων. οἱ δήμαρχοι ταῦτα θαυμάσαντες, ἐπῄνεσαν τὸν Σκιπίωνα. εἰς δὲ Ῥώμην ἀπαχθέντος τοῦ Πλημινίου, τοῦτον ἡ σύγκλητος εἰς φυλακὴν ἀπέθετο, καθ' ἣν αὐτὸν τελευτῆσαι συνέβη· τὴν δὲ οὐσίαν αὐτοῦ καθιέρωσε, καὶ τὰ προσελλείποντα τῶν ἱεροσυληθέντων χρημάτων ἐκ τοῦ δημοσίου προσθεῖσα, τῇ θεῷ καθιέρωσεν. ἐψηφίσατο δὲ καὶ τοὺς Λοκροὺς ἐλευθέρους εἶναι, καὶ τῶν στρατιωτῶν τοὺς ἔχοντάς τι τῶν ᵒ Φέρσεως χρημάτων, ἐὰν μὴ καταθῶσιν, ἐνόχους εἶναι θανάτου.

Ὅτι ὁ Σκιπίων παραγενηθέντων πρὸς αὐτὸν τῶν περὶ Σύφακα, τὸ μὲν πρῶτον ἰδὼν τὸν ἄνδρα δεδεμένον, ἐδάκρυσε, λογιζόμενος τὴν πάλαι ποτὲ μακαριζομένην αὐτοῦ βασιλείαν. μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον κρίνας ἀνθρώπινα φρονεῖν ἐν τοῖς εὐτυχήμασιν, ἐπέταξεν αὐτὸν λῦσαι· καὶ τὴν ἰδίαν σκηνὴν ἀπέδωκε, καὶ τὴν ἄλλην ἀκολουθίαν ἔχειν συνεχώρησε. τηρῶν δὲ αὐτὸν ᵖ ἐν ἐλευθερίᾳ φυλακῇ, φιλανθρώπως ὡμίλει, καὶ πολλάκις ἐπὶ δεῖπνα παρελαμβάνετο.

Ὅτι Σοφώνισβα ἡ πρότερον μὲν Μασανάσσῃ, μετὰ δὲ ταῦτα συνοικήσασα Σύφακι, τὸ δὲ τελευταῖον πάλιν εἰς ᑫ συμβίωσιν ἐλθοῦσα διὰ τὴν αἰχμαλωσίαν τῷ Μασανάσσῃ, τήν τε ὄψιν ἦν εὐπρεπὴς, καὶ τοῖς νόμοις ποικίλη, καὶ πᾶν ἐξομηρεύσασθαι δυναμένη. ἦν δὲ Καρχηδονίων συμμαχίς, προσέκειτο λιπαροῦσα καὶ δεομένη καθ' ἡμέραν τἀνδρὸς, ὅπως ἀποστῇ Ῥώμης. ἦν γὰρ ἡ γυνὴ δεινῶς φιλόπατρις. ἃ δὴ γινώσκων ὁ Σύφαξ, ἐδήλωσε τῷ Σκιπίωνι περὶ τῆς γυναικὸς, καὶ παρεκελεύσατο φυλάττειν. τούτοις δὲ σύμφωνα καὶ Λαιλίου λέγοντος, ὁ Σκιπίων ἐκέλευσεν ἄγειν πρὸς ἑαυτὸν τὴν γυναῖκα. παραιτουμένου δὲ τοῦ Μασανάσσου, πικρότερον ἐπέπληξεν. ὁ δὲ εὐλαβηθεὶς, ἐκέλευσεν ἀποστέλλειν τοὺς παραληψομένους· αὐτὸς δὲ παρελθὼν εἰς τὴν σκηνὴν, φάρμακον θανάσιμον τῇ γυναικὶ ʳ (δίδους) πιεῖν ἠνάγκασε.

Ὅτι Σκιπίων διὰ τὸν πρὸς τοὺς ἑαλωκότας ἔλεον, βεβαίαν ἔσχε τὴν Μασανάσσου συμμαχίαν εἰς ἅπαντα τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον.

Ὅτι Ἀννίβας συγκαλεσάμενος τοὺς συμμάχους ἐδήλωσεν αὐτοῖς, ὡς ἀναγκαῖόν ἐστι διαβῆναι εἰς

giſſe aſſeverant. Igitur Senatuſconſulto duo Tribuni plebis adjuncto Aedili in Siciliam miſſi, ut ſi id ſacrilegium juſſu aut voluntate P. Scipionis admiſſum eſſe comperiſſent, cum protinus Romam abducerent, ſin contra, ſinerent illum copias in Africam tranſportare. Qui dum adhuc iter faciunt, accerſitum ad ſe Pleminium Scipio in carcerem conjecit, ipſe interim aſſidue militem exercere non ceſſabat. Cujus rei Tribuni plebis admiratione capti, Scipionem magnopere laudarunt. At Pleminius Romam in vinculis perductus, extemplo juſſu Senatus in carcerem conditus eſt, nec multo poſt in cuſtodia deceſſit: bona ejus ſano Proſerpinae conſecrata ſunt, utque, quod ex direpta ſacra pecunia deeſſet, ex aerario ſuppleretur, Senatus cenſuit. Si quis miles, quod ex Proſerpinae theſauris penes ſe haberet, non reſtituiſſet bona fide, capital fore. Additum praeterea ut Locrenſes liberi eſſent.

289. P. Scipio cum ad eum Syphax in vinculis adductus eſſet, principio quidem collacrymatus eſt, priſtinam hominis in Regia fortuna felicitatem animo reputans. Paulo poſt cum fortunam ſuam Scipio moderate ferre decreviſſet, Syphacem vinculis abſolvi juſſit, eique tabernaculum ſuum cum reliquo famulatu Regio conceſſit: aſſervatumque in libera cuſtodia ſaepe benigne alloquebatur, & convivio etiam accipiebat.

Sophonisba, (quae prius quidem Maſiniſſae, poſtea vero Syphaci nupſerat, tandemque bello capta, in Maſiniſſae manum rurſus convenerat,) mulier erat praeſtanti forma, variiſque artibus ac delinimentis quidvis impetrare facile poterat. Cumque patriae amantiſſima eſſet, virum a partibus Romanorum avocare quotidie non ceſſabat. Quae cum Syphaci probe comperta eſſent, rem Scipioni aperuit, utque ab ea femina caveret monuit. Eadem confirmante etiam Laelio, Scipio mulierem adduci ad ſe juſſit. Quod cum recuſaret Maſiniſſa, Scipio acerbe eum objurgavit. Proinde terrefactus Maſiniſſa, mitti ab eo juſſit qui illam abducerent. Ipſe interim in tabernaculum profectus, Sophonisbam venenatum haurire poculum coegit.

Scipio ob miſericordiam ac clementiam adverſus eos qui bello capti erant, firma in poſterum & conſtanti Maſiniſſae ſocietate perpetuo eſt uſus.

Hannibal convocatis ſociis, ſibi in Africam neceſſario trajiciendum eſſe ſignificavit, & ſi quis co-

ᵒ Forte Φερσεφάττης Valeſius. ᵖ Ἐν Vales. ſe addidiſſe ait: at Salmas. in Cod. deeſſe negat. Mox Σοφώνισβα in ſchedis. ᑫ MS. συμβίωσιν. ʳ Hanc vocem Cod. non habuit.

3. Τὸν Πλημίνιον ἔδησεν εἰς ἅλυσιν] Variatum in annalibus fuiſſe de Pleminii poena teſtis Livius eſt L. XXIX, 22.; cui adjungi poteſt Appianus Annib. p. 593. P. Wess.

12. Τοὺς ἔχοντάς τι τῶν Φέρσεως χρημάτων] Ineptum eſt Φέρσεως; verum Φερσεφάττης, quod Valeſius ſubſtituit, aut Φερσεφόνης, ut apud Appianum ſcribitur. P. Wess.

22. Ἐν ἐλευθερίᾳ φυλακῇ] Liberalem cuſtodiam ſive ἄδεσμον intelligit, de qua Lipſius ad Taciti Ann. L. VI, 3. P. Wess.

25. Ὅτι Σοφώνισβα] Sic in exemplari ſcriptum fuit, quod mutare nolui. a Dione & Zonara Σοφωνὶς dicitur. Eam prius Maſiniſſae nuptam fuiſſe ait Diodorus, quod confirmat etiam Appianus in Libyco (p. 10.) certe deſponſam primo a patre Maſiniſſae fuiſſe teſtis eſt Zonaras, cumque nihilominus Syphaci contra fidem Maſiniſſae datam copulata fuiſſet, eam ob cauſam a Poenis Maſiniſſam defeciſſe. H. Vales.

Ὅτι Σοφώνισβα] Sic editum reperio: itaque invito Valeſio nobiliſſimae feminae ſuum nomen rediit, quod mutare nolui. De Appiano quod Valeſius ſcribit, ab eo Sophonisbam Maſiniſſae nupſiſſe prodi, id ſecus eſt: deſponſam illi fuiſſe refert. P. Wess.

34. Καὶ παρεκελεύσατο φυλάττειν] Furiam peſtemque vocabat, quae omnibus delinimentis animum ſuum averterit atque alienarit: perditoque ſibi atque afflicto hoc in miſeriis ſolatii eſſe, quod in omnium inimiciſſimi ſibi domum ac penates eandem furiam ac peſtem tranſiiſſe videat in Livii L. XXX, 13. At apud Appianum Bell. Punic. p. 24. ad Scipionem Syphax, καὶ δὲ παρ' ἐμοῦ — φύλαξαι Σοφωνίσβαν, μὴ Μασανάσσην ἐς ἃ βούλεται μεταγάγῃ &c. quae ad hunc mire ſunt adpoſita locum. P. Wess.

40. Φάρμακον — τῇ γυναικὶ (δίδους) πιεῖν &c.] Deeſſe bene vidit Salmaſius vocem, quam uncis circumdedi: ſine ea oratio non conſtat. Ceterum praeſenti Sophonisbae id poculum a Maſiniſſa fuiſſe praebitum negat Livius L. XXX, 15. Alter tamen Appian. Punicor. p. 25. P. Wess.

42. Πρὸς τοὺς ἑαλωκότας] Numidas intelligo qui in Syphacis exercitu fuerant, quos Scipio in gratiam Maſiniſſae benigne tractavit, & Senatus tandem Maſiniſſae remiſit, Livius lib. XXX, 17. H. Vales.

eorum ſecum proficiſci vellet, poteſtatem navigandi fecit. Ac nonnulli quidem ejus ſigna ſequi minime recuſarunt. Quibus vero in Italia reſidere gratius erat, circumducto iis exercitu, primum quidem quoſlibet ex iis in ſervitutem abducendi co-
290. piam militibus fecit, caeteros deinde ſupra xx. peditum ac tria equitum millia trucidavit, cumque iis infinitam prope jumentorum multitudinem.

Equites quater mille ad Hannibalem transfugerunt, ex iis qui poſt Syphacis cladem ad Maſiniſſam ſigna tranſtulerant. His infenſus Hannibal copias circunduxit, & poſtquam omnes jaculis confixiſſet, equos eorum militibus ſuis diviſit.

Scipio legatos Carthaginem cum miſiſſet, parum abfuit quin a multitudine occiderentur: ſed Carthaginenſium prudentiſſimi legatos ex praeſenti periculo eripuere, & triremibus impoſitos ad Scipionis caſtra remiſere. At vero ij qui populares Carthagine habebantur, & qui gratia apud plebem plurimum poterant, triremium praefecto mandatum dederunt, ut cum triremes, quibus legatos deduxerant, redire coepiſſent, in legatos impetum faceret, cunctoſque interimeret, quod ille, ut imperatum fuerat, praeſtitit. Sed legati in terram cum enataſſent, ad Scipionem incolumes pervenere. Porro iis qui tantum ſcelus ſuſceperant, brevi praeſens Deorum numen apparuit. Carthaginenſium enim legati Roma tum forte revertentes, ad Romanorum navale tempeſtate delati ſunt. Quibus ad Scipionem perductis, cum univerſi conclamarent, ſceleratis reddendam vicem eſſe, Scipio negavit committendum eſſe quod ipſi Carthaginenſibus exprobrarent. Hi igitur dimiſſi, Carthaginem ſalvi appulerunt, pietatem Romanorum maxima admiratione proſecuti.

Philippus Macedonum Rex cum perſuaſiſſet Dicaearcho Aetolo, viro ſingularis audaciae, ut piraticam faceret, naves ei tradidit viginti, mandavitque ut ab inſulis tributa exigeret, & Cretenſibus in bello adverſus Rhodios opem ferret. Igitur ille, prout mandatum fuerat, mercatores quidem ſpoliabat, inſulas autem vaſtans, pecuniam ab iis exigebat.

293. Erat in comitatu Philippi Heraclides quidam Tarentinus, vir nequiſſimus, qui ſeorſim occultis ſuſurris principes amicorum Philippi apud Regem calumniabatur, tandemque eo impietatis perpulit Philippum, ut quinque principes publici conſilii necaverit. Quo factum eſt ut res Philippi paulatim in deterius labi coeperint. quippe cum bella minime neceſſaria ſuſciperet, parum abfuit quin a Romanis regno ſpoliaretur. Caeterum nemo ex amicis libere eum adloqui & admonere amplius audebat, cum ejus inſolentiam omnes formidarent. Bellum autem intulit Dardanis, tametſi nihil ab eis hoſtile admiſſum fuiſſet, victorque decem hoſtium millia in acie cecidit.

Λιβύης, καὶ ἔδωκεν ἐξουσίαν αὐτῶν τοῖς βουλομένοις αὐτῷ συστρατεύειν. ἔνιοι μὲν εἵλαντο τὴν μετ' Ἀννίβου διάβασιν· τοῖς δὲ ἡδομένοις τῇ ἐν Ἰταλίᾳ μονῇ περιστήσας τὴν δύναμιν, τὸ μὲν πρῶτον τοῖς στρατιώταις ἔδωκεν ἐξουσίαν, εἴ τινα βούλοιντο λαμβάνειν ἐξ αὐτῶν δοῦλον· τοὺς δὲ λοιποὺς κατέσφαξεν, ἄνδρας μὲν περὶ δισμυρίους, ἱππεῖς δὲ περὶ τρισχιλίους, καὶ τῶν ὑποζυγίων ἀναρίθμητον πλῆθος.

Ὅτι αὐτόμολοι ἦλθον πρὸς Ἀννίβαν ἱππεῖς τετρακισχίλιοι. οὗτοι δὲ τοῦ [1] Σύφακος πταίσαντος πρὸς Μασσανάσσην ἦσαν ἀφεστηκότες. ὁ δὲ ὀργισθεὶς αὐτοῖς περιέστησε τὴν δύναμιν, καὶ πάντας κατακοντίσας διέδωκε τοὺς ἵππους τοῖς μετ' αὐτοῦ στρατιώταις.

Ὅτι Σκιπίων ἀπέστειλε πρὸς Καρχηδονίους πρέσβεις· οἱ δὲ ὄχλοι παρ' ὀλίγον αὐτοὺς ἀπώλεσαν. οἱ δὲ συνέσει διαφέροντες τούτους ἐξήρπασαν, καὶ μετὰ τριήρων ἐξέπεμψαν. οἱ δὲ δημοκρατοῦντες ἐν Καρχηδόνι τὸν ναύαρχον παρεκελεύσαντο, ὅταν αἱ παραπέμψασαι τριήρεις ἀναστρέψωσιν, ἐπιπλεῦσαι τοῖς πρεσβευταῖς, καὶ πάντας κατασφάξαι· ὃ καὶ γέγονεν. οἱ δὲ καταφυγόντες ἐπὶ τὴν γῆν, διεσώθησαν πρὸς τὸν Σκιπίωνα. τὸ δὲ θεῖον τοῖς ἀσεβῆσαι βουλομένοις ταχέως ἐνεδείξατο τὴν αὐτοῦ δύναμιν. οἱ γὰρ εἰς Ῥώμην ἀποσταλέντες πρεσβευταὶ τῶν Καρχηδονίων ἀναστρέφοντες, ὑπὸ χειμῶνος κατηνέχθησαν εἰς τὸν τῶν Ῥωμαίων ναύσταθμον. ὧν ἀναχθέντων ἐπὶ τὸν Σκιπίωνα, καὶ πάντων βοώντων ἀμύνασθαι τοὺς ἀσεβεῖς, ὁ Σκιπίων οὐκ ἔφη δεῖν πράττειν, ἃ τοῖς Καρχηδονίοις ἐγκαλοῦσι. οὗτοι μὲν οὖν ἀφεθέντες διεσώθησαν εἰς τὴν Καρχηδόνα, θαυμάζοντες τὴν τῶν Ῥωμαίων εὐσέβειαν.

Ὅτι Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς Δικαίαρχον τὸν Αἰτωλὸν ἄνδρα τολμηρὸν πείσας πειρατεύειν, ἔδωκεν αὐτῷ ναῦς εἴκοσι· προσέταξεν δὲ τὰς μὲν νήσους φορολογεῖν, τοῖς δὲ Κρησὶ συμβοηθεῖν, ἐν τῷ πρὸς Ῥοδίους πολέμῳ. αὐτὸς δὲ κατὰ τὰς ἐντολὰς τοὺς μὲν ἐμπόρους ἐλῄστευε, τὰς δὲ νήσους λεηλατῶν χρήματα εἰσεπράττετο.

Ὅτι Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεύς, Ἡρακλείδην τινὰ Ταραντῖνον εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ πονηρὸν ἄνθρωπον, ὃς κατ' ἰδίαν αὐτῷ λαλῶν, πολλὰς καὶ ψευδεῖς διαβολὰς τῶν ἐν ἀξιώματι κειμένων φίλων ἔλεγε. τέλος δὲ εἰς τοῦτο ἦλθεν ἀσεβείας, ὥστε τοὺς πρώτους τοῦ συνεδρίου πέντε ἄνδρας ἀπέσφαξε. διὸ καὶ τὸ λοιπὸν ἐπὶ τὸ χεῖρον αὐτῷ τὰ πράγματα προηγάγετο. πολέμους γὰρ οὐκ ἀναγκαίους ἐπαναιρούμενος, ἐκινδύνευσεν ἀποβαλεῖν τὴν βασιλείαν ὑπὸ Ῥωμαίων. οὐκέτι γὰρ οὐδεὶς ἐτόλμα τῶν φίλων ἔχειν παρρησίαν, οὐδὲ ἐπιπλήττειν τῇ τοῦ βασιλέως ἀνοίᾳ, πεφρικὼς αὐτοῦ τὴν προπέτειαν. ἐστράτευσε δὲ ἐπὶ Δαρδανεῖς οὐδὲν ἀδικοῦντας, καὶ τούτους παρατάξει νικήσας ἀνεῖλεν ὑπὲρ μυρίους.

Ὅτι

[1] In Mſ. Σόφακος, & ſic ſemper.

51. Εἴ τινα βούλοιντο λαμβάνειν &c.] Non praeteriit *Appianus* Extremo Annibal. libro hanc ingrati ducis atrociſſimam crudelitatem, neque reticuit, diſſentiens tamen, *Livius* L. xxx, 20. P. Wess.

65. Τὸν ναύαρχον παρεκελεύσαντο] Aſdrubalem, qui claſſi praeerat, ſicut *Polybius*, haec fuſius referens L. xv, 2., & ex eo *Livius* L. xxx, 25., prodiderunt. P. Wess.

79. Δικαίαρχον τὸν Αἰτωλὸν] Hic ad hujuſmodi latrocinium a Philippo miſſus in ſtatione, quam navibus ſuis ſubducendis elegerat, duas aras poſuit, alteram Impietatis, Iniquitatis alteram, eandem una cum Scopa Aetolo Alexandriae tortus occiſuſque eſt, ut refert *Polybius* lib. xvii. in fine. H. Vales.

86. Ἡρακλείδην τινὰ Ταραντῖνον εἶχε] Hominem ſi penitius cognoſcere velis, *Polybium* adi L. xiii, 2., is cum ex virtutibus ſuis ornavit egregie. P. Wess.

91. Πρώτους τοῦ συνεδρίου] Erant apud Macedones quidam Senatores quos συνέδρους vocabant, ut ex *Polybio* docet *Livius* lib. xlv, 32. *Senatores quos ſynedros vocant, legendos eſſe, quorum conſilio Reſp. adminiſtraretur. Polybius* legat. 115. ἃς κατέσφαξεν ἐν τῷ θανεῖν τοὺς συνέδρους, ἔφυγον ἐκ τῆς Μακεδονίας. H. Vales.

4. Ἀντίοχος δὲ τὰ κατὰ τὴν Ἐλλάδα &c.] Vide poſt pauca p. 298. horum Excerptor. Habet autem *Diodorus* hanc rerum Philippi & Antiochi inter ſeſe comparationem ex *Polybii* aemulatione; cujus L. xv, 20 lege. P. Wess.

14. Ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος] Idem videtur eſſe ac ſi diceret, ὥσπερ ἐκ συνθέσεως. nam Diodorus Antiochi Magni ac Philippi facinora inter ſe conferebat, quibus aequalem a Diis redditam eſſe mercedem dicit. H. Vales.

14. Τὸ

Ὅτι Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς χωρὶς τῆς πλεονεξίας ἔτυχεν ὑπερήφανος ὢν ἐν ταῖς εὐτυχίαις, ὥστε τοὺς μὲν φίλους ἀκρίτως ἀποσφάξαι, τοὺς δὲ τάφους τῶν προτετελευτηκότων, καὶ πολλὰ τῶν ἱερῶν κατασκάπτειν· Ἀντίοχος δὲ τὸ κατὰ τὴν Ἐλυμαΐδα τέμενος τοῦ Διὸς συλᾶν ἐπιβαλόμενος, πρέπουσαν τὴν καταστροφὴν εὗρε τοῦ βίου, μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἀπολόμενος. ἀμφότεροι δὲ τὰς αὐτῶν δυνάμεις ἀνυποστάτους εἶναι νομίσαντες, μιᾷ παρατάξει συνηναγκάσθησαν ἑτέροις ποιεῖν τὸ προσταττόμενον. διὸ καὶ τῆς μὲν περὶ αὐτοὺς γενομένης ἀτυχίας, τὰς ἰδίας ἁμαρτίας ᾐτιῶντο· τῆς δὲ συγχωρηθείσης φιλανθρώπου τὰς χάριτας εἶχον τοῖς ἐν τῷ κρατεῖν ἐπιεικῶς αὐτοῖς χρησαμένοις. τοιγαροῦν ὥσπερ ἀπὸ παραγραφῆς τῶν ἰδίων πράξεων, ἐπὶ τὸ χεῖρον ἑώρων τὰς αὐτῶν βασιλείας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου προαγομένας. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι καὶ τότε, καὶ μετὰ ταῦτα δικαίους ἐνιστάμενοι πολέμους, καὶ πλείστου ὅρκων καὶ σπονδῶν ποιούμενοι λόγον, οὐκ ἀλόγως συμμάχους εἶχον τοὺς θεοὺς ἐν ἁπάσαις ταῖς ἐπιβολαῖς.

Philippus Macedonum Rex, praeter inſitam animi cupiditatem, ea in rebus ſecundis inſolentia erat, ut amicos indicta cauſa necaret, templaque ac ſepulcra dirueret. Similiter Antiochus Jovis templum in Elymaïda ſpoliare aggreſſus, dignum vitae habuit exitum, cum omnibus copiis illic confoſſus. Ambo etiam cum invictos exercitus habere ſe exiſtimaſſent, uno proelio debellati, leges ab aliis impoſitas accipere ſunt coacti. Ac calamitatem quidem ſuam ſuae ipſorum culpae imputabant, veniam vero ſibi conceſſam victorum humanitati accepto ferebant. Itaque prout eorum factis conveniebat, ſua imperia Deorum ira afflicta viderunt. At Romani & tum & poſtea non niſi juſta ſuſcipientes bella, juſque jurandum ac foedera magni facientes, non immerito in omnibus ſuis conſiliis Deorum ope adjuti fuerunt.

Ὅτι Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς σπανίζων τροφῆς, οὐ διέλιπε τὴν ὑπ' Ἄτταλον χώραν λεηλατῶν, μέχρι τῆς τῶν Περγαμηνῶν πόλεως. κατέσκαψε δὲ καὶ τὰ περὶ τὸ Πέργαμον ἱερά, τό τε Νικηφόριον πολυτελῶς κατεσκευασμένον, καὶ τἆλλα γλυφὰς ἔχοντα θαυμαζομένας εἰς τέλος παρώνησε. δι' ὀργῆς γὰρ ἔχων τὸν Ἄτταλον, ἐπεὶ τοῦτον οὐ κατέλαβε περὶ τούτους τοὺς τόπους, τὸν θυμὸν εἰς ταῦτα κατετίθετο.

Philippus Rex annonae penuria oppreſſus, uni- 294.
verſam Attali ditionem ad ipſas Pergamenae urbis portas vaſtare non deſtitit. Fana quinetiam in ſuburbanis Pergami ſita evertit, Nicephorium inprimis omni apparatu inſtructum, aliaque haud minus mirabili opere inſignia. Quippe infenſus Regi Attalo, quando eum iis in locis comprehendere non potuerat, furorem ſuum in ejuſmodi opera effundebat.

Ὅτι Φίλιππος ὁ Μακεδὼν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας* ἐλθὼν, κατεστρατοπέδευσεν ἐπὶ τὸ Κυνόσαργες. μετὰ δὲ ταῦτα τὴν Ἀκαδημίαν ἐνέπρησε, καὶ τοὺς τάφους κατέσκαψεν, ἔτι δὲ τὰ τεμένη τῶν θεῶν ἐλυμήνατο. χαρισάμενος δὲ τῷ θυμῷ, καθάπερ εἰς Ἀθηναίους, ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ θεῖον ἐξαμαρτάνων, ὑπὸ μὲν τῶν ἀνθρώπων καὶ πάλαι βλασφημούμενος, τότε τελέως ἐμισήθη· ὑπὸ δὲ θεῶν ταχὺ τῆς προσηκούσης ἐπιτιμήσεως ἔτυχε, διὰ μὲν τὴν ἰδίαν ἀβουλίαν τοῖς ὅλοις σφαλεὶς, διὰ δὲ τὴν Ῥωμαίων ἐπιείκειαν τυχὼν συγγνώμης.

Philippus agrum Atticum ingreſſus, caſtra ad Cynoſarges poſuit, deinde vero Academiam incendit, ſepulcra ſubvertit, templa Deorum immortalium vaſtavit. Cumque iracundiae ac furori plus aequo indulſiſſet, quaſi in populum Athenienſem, non in ipſos Deos ſaeviret, in omnium hominum, apud quos jampridem male audiebat, odium tum incurrit, Diiſque meritas brevi poenas dedit, ſua quidem imprudentia peſſumdatus, Romanorum autem clementia ſervatus.

Ὅτι Φίλιππος θεωρῶν τῶν Μακεδόνων τοὺς πλείστους ἑαυτῷ χαλεπῶς ἔχοντας, ἐπὶ τῷ τὸν Ἡρακλείδην ἔχειν φίλον, παρέδωκεν αὐτὸν εἰς τὴν φυλακήν. ἦν δὲ οὗτος Ταραντῖνος μὲν τὸ γένος, πονηρίᾳ δὲ ὑπερβαλλούσῃ κεχρημένος, καὶ τὸν Φίλιππον ἐξ ἐπιεικοῦς βασιλέως πεποιηκὼς πικρὸν καὶ ἀσεβῆ τύραννον. διὸ δὴ παρὰ πᾶσι τοῖς Μακεδόσι καὶ τοῖς Ἕλλησιν, ὑπερβαλλόντως συνέβαινε μισεῖσθαι τὸν Ἡρακλείδην.

Philippus cum ob amicitiam Heraclidis odio ſere omnium Macedonum expoſitum ſe eſſe cerneret, eum in vincula conjecit. Erat autem Heraclides patria Tarentinus, vir ſingulari nequitia praeditus, qui Philippum ex moderato Rege acerbum & immanem tyrannum reddiderat, quamobrem & Macedones & Graeci omnes eum odio non mediocri proſequebantur.

Ὅτι Ἀννίβας διὰ μόνης τῆς περὶ αὐτὸν φήμης καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην περίβλεπτος ἐγίνετο, κατὰ πᾶσαν πόλιν ἑκάστου σπουδάζοντος θεάσασθαι τὸν ἄνδρα.

Hannibal fama nominis ſui per orbem terrarum celebris ac ſpectatus erat, cunctique per ſingulas urbes atque oppida ad eum ſpectandum concurrebant.

Ὅτι Πτολεμαῖος ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς μέχρι μὲν τούτου ἐπῃνεῖτο· Ἀριστομένην δὲ τὸν ἐπίτροπον αὐ-

Ptolemaeus Aegypti Rex aliquandiu quidem ſe praeclare geſſit, magnamque laudem retulit: poſtea vero

* In ſcripto codice erat 'Αθήνας, quod retineri potuerat.

14. Τό τε Νικηφόριον] Lucus erat prope Pergamum, τὸ Νικηφόριον ἄλσος in *Strabonis* L. xiii. p. 926, ab Eumene conſitus, multiſque Deorum fanis refertus, & Nicephorio in primis, ſive Jovis Νικηφόρου templo, ut recte opinatur Ampl. *Cuperus* ad *Lactant.* Mort. Perſec. C. 44. p. 234. Meminit ejus ſaepe *Polybius* L. xvii, 2. 6. & ſeq. *Livius* etiam L. xxxii, 33. Statim παρώνησε ſcriptum a *Diodoro* fuiſſe arbitror. P. Wess.

31. Κατεστρατοπέδευσεν ἐπὶ τὸ Κυνόσαργες] *Caſtra ad Cynoſarges (templum Herculis, gymnaſiumque & lucus erat circumjectus)* Philippus *poſuit. Et Cynoſarges, & Lyceum & quidquid ſancti amoenive circa urbem erat, incenſum eſt: dirutaque non tecta ſolum, ſed etiam ſepulcra:* ſic *Livius* ex fonte Polybiano, unde & Noſter hauſit, L. xxxi, 24. Mox εἰς Ἀθήνας, quod in membranis erat, mutari non debuerat. P. Wess.

43. Παρέδωκεν αὐτὸν εἰς τὴν φυλακήν] *Livium* vide L. xxxii, 5. P. Wess.

55. Ἀριστομένην τὸν ἐπίτροπον] Narrat *Plutarchus* in dialogo quomodo diſcernendus ab adulatore ſit amicus (p. 71. C.) Ariſtomenem tutorem Ptolemaei cum Regem obdormiſcentem in conſpectu neſcio cujus legati excitaſſet, calumniatoribus anſam dediſſe, qui Regi aſſentantes ajebant, ſi poſt tot & tanta, quae ſuſtineret negocia, poſt tot vigilias, quas Reip. cauſa ferret, interdum in ſomnum delaberetur, haud quaquam coram tot exterarum gentium hominibus objurgandum Regem eſſe.

vero ab adulatoribus corruptus, Ariſtomenem qui tutor ipſius fuerat, & cuncta negotia prudenter
297. adminiſtraverat, quem antea inſtar patris obſervabat, tandem odio proſequi coepit ob illius in dicendo libertatem, ac poſtremo epoto cicutae poculo, mori coëgit. Exinde magis ac magis efferatus, & tyrannica ſaevitia, non regia utens poteſtate, in odium Aegyptiorum venit, parumque abfuit quin regno excideret.

Templum eſt non procul ab oppido Chalcide, quod Delium appellatur. Ibi milites aliquammulti ex ſociis populi Romani viſendi gratia ſecure vagantes, nondum indicto bello, ab Antiochi exercitu ſubito oppreſſi ſunt. Quam rem Graeci vitio vertebant Regi, qui belli cum Romanis gerendi initium ab ejuſmodi ſcelere feciſſet. Proinde Flamininus, qui circa Corinthum erat, Deos hominesque conteſtatus eſt, cauſam ac principium belli Regem commoviſſe.

Antiochus cum Demetriade hibernaret, omiſſa apparatus bellici cura, puellae cujuſdam amore captus, nuptias celebrare inſtituit, ipſe pluſquam quinquaginta annos natus, ludoſque magnificos edere: quo facto non ſolum corporis animique ſui virtutem penitus infregit, ſed & exercitus impetum atque ardorem minuit. Itaque milites qui in luxu ac deliciis hiemem traduxerant, poſtquam ex hibernis educti ſunt, neque famem, neque ſitim, neque aliam hujuſmodi difficultatem ferre potuerunt: ſed partim morbos contrahebant, partim per vias relicti procul a ſignis aberant.

Antiochus Rex cum urbes Theſſaliae ad partes Romanorum tranſire cerneret, & copias quas ex Aſia expectabat moram trahere, praeterea Aetolos ſegnius agere, atque in dies cauſas alias ex aliis praetexere, magna in difficultate verſabatur. Proinde eis qui ſibi imparato ac ſolis Aetolorum auxiliis ſuccincto belli ſuſcipiendi auctores fuerant, non mediocriter ſuccenſebat. Hannibalem vero qui
298. in alia ſententia fuerat, tum maxima admiratione proſequebatur, cunctaſque in eo ſpes ſuas collocabat; cumque antea illum ſuſpectum habuiſſet, tunc temporis fidiſſimo amico, & conſiliorum omnium ſocio utebatur.

Antiochus ob acceptam cladem fractus ac depreſſus, Europa abſcedere, Aſiamque duntaxat tutari ſtatuit, & Lyſimachienſes relicta urbe cum omnibus familiis in Aſiam migrare juſſit. Quod quidem haud ſatis prudenter ab eo factum cuncti cenſebant, cum urbem opportuniſſimam arcendo hoſti, quo minus ex Europa in Aſiam ſine moleſtia copias trajiceret, hoſtibus ſine certamine prodidiſſet, atque id eventus poſtea confirmavit: namque Scipio

τοῦ γεγενημένου, καὶ πάντα καλῶς διῳκηκότα, τὴν μὲν ἀρχὴν ἠγάπα καθάπερ πατέρα, καὶ πάντα ἔπραττεν ἀπὸ τῆς ἐκείνου γνώμης· μετὰ δὲ ταῦτα ὑπὸ τῶν κολακευόντων διαφθαρεὶς τὴν ψυχὴν, τὸν Ἀριστομένη παῤῥησιαζόμενον ἐμίσησε, καὶ τέλος συνηνάγκασεν αὐτὸν πιόντα κώνειον τελευτῆσαι. ἀεὶ δὲ μᾶλλον θηριούμενος, καὶ τυραννικὴν παρανομίαν, ἀλλ᾽ οὐ βασιλικὴν ἐξουσίαν ζηλώσας, ἐμισήθη μὲν ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων, ἐκινδύνευσε δὲ ἀποβαλεῖν τὴν βασιλείαν.

Ὅτι τὸ Δήλιον ἱερὸν ἦν, οὐ μακρὰν ἀπέχον τῆς Χαλκίδος. διόπερ ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐβλασφημεῖτο, τὴν ἀρχὴν τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου πεποιημένος ἐξ ἀσεβείας. ὁ συνελθόντος * Φλαμίνιος περὶ Κόρινθον διατρίβων, ἀπεμαρτύρατο πάντας ἀνθρώπους τε καὶ θεοὺς, ἐπὶ τῷ προκατῆρχθαι τοῦ πολέμου τὸν βασιλέα.

Ὅτι Ἀντίοχος ἐν Δημητριάδι τὴν παραχειμασίαν ποιούμενος, καὶ πλείω τῶν πεντήκοντα ἐτῶν βεβιωκὼς, τῆς μὲν περὶ τὸν πόλεμον παρασκευῆς ἠμέλησε· παρθένου δὲ εὐπρεποῦς ἐρασθεὶς, ἐκαθῆτο τοὺς ταύτης ἐπιτελῶν γάμους, καὶ πανηγύρεις λαμπρὰς συνῆγαγε. ταῦτα δὲ πράττων, οὐ μόνον ἑαυτοῦ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν διέφθειρεν, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν δυνάμεων ὁρμὰς ἐξέλυσε. καὶ οἱ στρατιῶται τὴν χειμασίαν κατατετριφότες ἐν ἀνέσει καὶ τρυφῇ, κακῶς ἀπήλλαττον ἐν ταῖς ἀπορίαις, οὔτε δίψαν, οὔτε ἄλλην κακοπάθειαν φέρειν δυνάμενοι. διόπερ αὐτῶν οἱ μὲν εἰς νόσους ἐνέπιπτον, οἱ δὲ ἐν ταῖς ὁδοῖς ὑπολειπόμενοι πολὺ τῆς τάξεως ἀπεσπῶντο.

Ὅτι Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς τὰς ἐν Θετταλίᾳ πόλεις πυνθανόμενος πρὸς Ῥωμαίους μετατεθεῖσθαι, τὰς δὲ ἐκ τῆς Ἀσίας δυνάμεις ὑστερούσας, καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς καταμελοῦντας, καὶ προφάσεις ἀεὶ πορίζομένους, ἐν ἀγωνίᾳ πολλῇ καθειστήκει. διὸ καὶ τοὺς πεποιηκότας αὐτὸν, ἀπαράσκευον ὄντα, καὶ πείσαντας ἐπὶ τὴν τῶν Αἰτωλῶν συμμαχίαν τὸν πόλεμον ἐπανελέσθαι, δι᾽ ὀργῆς εἶχε· τὸν δὲ Ἀννίβαν, τὴν ἐναντίαν γνώμην ἐσχηκότα τότε ἐθαύμαζε, καὶ τὰς ἐλπίδας εἶχεν ἐν τούτῳ· τὸν δὲ πρὸ τούτου χρόνον ὑπόπτως πρὸς αὐτὸν διακείμενος, τότε πιστότατον αὐτὸν εἶχε φίλον, καὶ ἀπὸ τῆς τούτου γνώμης πάντα ἔπραττε.

Ὅτι ὁ Ἀντίοχος διὰ τὴν ἧτταν ταπεινωθεὶς, ἔκρινε τῆς μὲν Εὐρώπης ἐξίστασθαι, περὶ δὲ τῆς Ἀσίας διαγωνίζεσθαι. καὶ προσέταξε τοῖς Λυσιμαχεῦσι πανδημεὶ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν, εἰς δὲ τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεις μετοικῆσαι. καὶ ἔδοξε πᾶσιν ἀφρόνως βεβουλεῦσθαι, καὶ πόλιν ἐπικαιροτάτην κειμένην πρὸς τὸ διακωλῦσαι τοὺς πολεμίους ἐκ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν περαιοῦν τὰς δυνάμεις, ἀκονιτὶ προΐεσθαι τοῖς πολεμίοις· ἀκολούθως δὲ τῇ διαλήψει ταύτῃ καὶ τὸ τῶν ἀποτελεσμάτων ἔργον ἐπληρώθη. ὁ γὰρ Σκι-

* Praeſtat Φλαμινῖνος. Vid. infra Leg. 3.

Quibus verbis incitatus Ptolemaeus venenatam potionem ad Ariſtomenem miſit, eamque haurire illico juſſit. Hujus Ariſtomenis meminit Polybius lib. xvii. in fine. H. Vales.

56. Καὶ πάντα καλῶς διῳκηκότα] Non diſſentit *Polybius*, cum de Ariſtomene hoc Acarnane γενόμενος κύριος τῶν ὅλων πραγμάτων, κάλλιστα καὶ τιμιώτατα φησὶ προστῆναι τῆς τε βασιλείας καὶ τοῦ βασιλέως L. xv, 29. P. Wess.

66. Τὸ Δήλιον] In interpretatione Latina quaedam addidi ad majorem lucem ex *Livii* lib. xxxv. ſub finem. H. Vales.

Ὅτι τὸ Δήλιον ἱερὸν ἦν] Vid. ſuperius L. xii, 69. Meminit fani & praeſidii ad illud commiſſi *Appian.* Syr. p. 151. τοὺς περὶ Δήλιον Ῥωμαίων ἐπικτείνει, ἱερὸν δ᾽ ἐστὶ τὸ χωρίον Ἀπόλλωνος & ſeq. Sic lege: nam περὶ Δῆλον, ut nunc editur, manifeſto pravum eſt. Vid. *L. Holſten.* ad *Stephani* Δήλιον, ubi ſimiles librariorum lapſus corriguntur. P. Wess.

73. Ἐν Δημητριάδι] Error haud dubie ſeu *Diodori*, ſeu potius compilatoris. Neque enim Demetriade, ſed Chalcide hae nuptiae per hyemem ab Antiocho celebratae ſunt, ut docent *Polybius* lib. xx. & *Livius*. H. Vales.

Ἐν Δημητριάδι] Verum praeſtat *Valeſii* ſententiam *Appianus*, ἐς Χαλκίδα (Antiochus) παρελθὼν, [illegible], [illegible] γάμους καὶ πανηγύρεις ἦγε Syr. p. 156., quae hinc aut ex *Polybii* apud *Athen.* L. x. p. 439. F. fragmento ſumta putes. P. Wess.

91. Ἐπὶ τὴν — συμμαχίαν] Lego ἐπὶ τῇ συμμαχίᾳ. H. Val.

99. Διὰ τὴν ἧτταν ταπεινωθεὶς] Cladem indicat, qua ad Myonneſum regia claſſis adfecta eſt: ea territus Antiochus praeſidium ab Lyſimachia deduci pravo conſilio juſſit. Confer *Livium* L. xxxvii, 31. & *Appian.* Syr. p. 168. P. Wess.

11. Ὅτι Μάρκος Φούλβιος] Verius erit Μάρκος Φούριος, de quo *Livius* ita: *In Gallia M. Furius praetor inſontibus Cenomanis, in pace ſpeciem belli quaerens, ademerat arma. Id Cenomani conque-* *ſti*

Σκιπίων τὴν πόλιν καταλαβὼν ἔρημον, αὐτομάτως εὐημέρησε ταύτην καταλαβών.

Ὅτι Μάρκος Φολούιος στρατηγὸς ὤν, παρανομήσας εἰς τοὺς κατὰ τὴν Λιγυστικὴν συμμάχους, ἔτυχε τῆς προσηκούσης κολάσεως. παρελθὼν γὰρ εἰς τοὺς ὀνομαζομένους Κενομανοὺς ὡς φίλος, παρείλετο τὰ ὅπλα, μηδὲν ἔχων ἔγκλημα. ὁ δὲ ὕπατος πυθόμενος τὸ γεγονός, τούτοις μὲν ἀπέδωκε τὰ ὅπλα, τὸν δὲ Μάρκον ἐζημίωσε χρήμασι.

Ὅτι Ἀντίοχος ἀπορῶν χρημάτων, ἀκούων δὲ κατὰ τὴν Ἐλυμαΐδα τὸ ἱερὸν τὸ τοῦ Βήλου πολὺν ἐκ τῶν ἀναθημάτων ἔχειν ἄργυρόν τε καὶ χρυσόν, ἔγνω τοῦτο συλῆσαι. καὶ ἧκεν εἰς τὴν Ἐλυμαΐδα, καὶ καταιτιασάμενος τοὺς ἐγχωρίους πολέμου κατάρχειν, τὸ μὲν ἱερὸν ἐσύλησε, χρημάτων δὲ πλῆθος ἀθροίσας, ταχέως τῆς προσηκούσης ἐκ θεῶν ἔτυχε κολάσεως.

Ὅτι ὁ Φιλοποίμην ὁ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγός, ἀνὴρ ἐγγεγονὼς φρονήσει καὶ στρατηγίᾳ, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς διαφέρων, πάντα τὸν τοῦ ζῆν χρόνον πεπολιτευμένος ἀμέμπτως· καὶ πολλάκις μὲν στρατηγίας ἠξιώθη, τεσσαράκοντα ἔτη τοῦ πολιτεύματος ἡγησάμενος· μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων εἰς κοινὸν ηὐξηκὼς τὴν Ἀχαιῶν συμπολιτείαν, πρός τε τοὺς ἰδιώτας ἡμερώτατα πολιτευόμενος, καὶ δι' ἀρετὴν παρὰ Ῥωμαίων ἀποδοχῆς τετευχώς· ἐπὶ δὲ τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς ἀγνώμονι τύχῃ συγκεχρημένος. ἀλλ' ὅμως μετὰ τὴν τελευτήν, ὥσπερεί τινι θείᾳ προνοίᾳ τὰς [v] ἰσοθέους τιμὰς ἠλλάξατο τῶν κατὰ τὴν τελευτὴν ἀπηντηκότων ἀκληρημάτων. χωρὶς δὲ (τῶν) κοινῇ τοῖς Ἀχαιοῖς [x] καταψηφισθέντων εἰς τιμὴν τἀνδρός, (στήλην) ἡ πατρὶς ἱδρύσατο, καὶ τοῦ βουθυτεῖν αὐτῷ κατ' ἐνιαυτόν, καὶ τῆς ἀρετῆς ἐγκώμιά τε καὶ ὕμνους κατέδειξεν ᾄδειν τοὺς νέους.

Ὅτι ὁ Ἀννίβας, στρατηγικῇ συνέσει καὶ μεγέθει πράξεων πάντων Καρχηδονίων πεπρωτευκώς, οὐδέποτε στάσιν ἔσχεν ἐν τῷ στρατεύματι, ἀλλὰ τῇ φύσει πλεῖστον διεστῶτα, καὶ διαλέκτοις πολυφώνοις διειλημμένα, διὰ τῆς ἰδίας προνοίας ἐν ὁμονοίᾳ καὶ συμφωνίᾳ διετήρησεν. ὁμοίως δὲ τῶν ὁμοεθνῶν εἰωθότων διὰ τὰς τυχούσας αἰτίας ἀφίστασθαι πρὸς τοὺς ἐναντίους, οὐδεὶς ἐπ' αὐτοῦ τοῦτο ἐτόλμησε. μεγάλας δὲ δυνάμεις ἀεὶ τρέφων, οὐδέποτε χρημάτων, οὐδὲ τροφῆς ἠπόρησε. καὶ τὸ πάντων παραδοξότατον, οἱ μετ' αὐτοῦ στρατευόμενοι τῶν ἀλλοεθνῶν τῆς πολιτικῆς εὐνοίας οὐκ ἀπελείφθησαν, ἀλλὰ πολὺ διήνεγκαν. τοιγαροῦν καλῶς ἄρχων τῶν στρατιωτῶν, καλῶς καὶ τὰς πράξεις ἐπετελέσατο. πρὸς γὰρ τοὺς δυνατωτάτους πόλεμον ἐξενηνοχώς, ἑπτακαίδεκα ἔτη σχεδὸν τὴν Ἰταλίαν ἐπόρθησεν, ἀήττητος δὲ ἐν πάσαις ταῖς μάχαις ἐγένετο· τηλικαύταις δὲ καὶ τοσαύταις πράξεσι τοὺς τῆς οἰκουμένης ἡγεμόνας ἐνίκησεν, ὥστε διὰ τὸ πλῆθος τῶν κατακοπτομένων ὑπ' αὐτοῦ, μηδένα ποτὲ τολμᾶν ἔτι κατὰ στόμα μάχεσθαι πρὸς αὐτόν. πολλὰς μὲν πόλεις δοριαλώτους κατέσχε, τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἔθνη πο-

vacua Lyſimachienſium urbe potitus, maximum momentum partibus ſuis adjecit.

M. Fulvius Praetor cum ſocios in Liguria violaſſet, merita poena affectus eſt: a Cenomanis enim tanquam amicus exceptus arma eis ademit, tametſi nihil hoſtile de illis queri poſſet. Cujus rei fama ad Conſulem perlata, Conſul Cenomanis arma reddi juſſit, & Fulvio mulctam dixit.

Antiochus Rex pecuniae inopia conſtrictus, Iovis Beli templum in Elymaide auro & argento, ac pretioſiſſimis refertum eſſe donariis cum didiciſſet, ſpoliare illud conſtituit. Igitur in Elymaidem ingreſſus, cauſatusque ab incolis bellum ſibi illatum eſſe, fanum expilavit, coactaque grandi pecunia brevi meritas Diis poenas dedit.

Philopoemenes Praetor Achaeorum, vir fuit in bello & in toga praeſtans, qui in omni vita procul a culpa abfuit, ac multoties Praetura functus, perque annos quadraginta Rempublicam moderatus, plurimum incrementi rebus Achaeorum attulit, 301.
ſemperque cum privatis comiter verſatus, Graecis pariter ac Romanis virtutis cauſa admirationi fuit. Idem tamen haudquaquam felicem exitum vitae eſt ſortitus. Verum velut divina quadam providentia haec illius viri ſuprema infelicitas heroïcis poſt mortem honoribus compenſata eſt. Nam praeter ea quae illius honoris ergo a gente Achaeorum ſunt publice decreta, cives etiam ſtatuam ei poſuerunt, utque quotannis tauro eidem fieret ſanxerunt, utque encomia rerum ejus geſtarum, & hymni ab adoleſcentibus canerentur, juſſerunt.

Hannibal uſu rei militaris ac magnitudine rerum geſtarum omnium Poenorum facile princeps, nulli unquam militum ſeditione appetitus eſt, ſed copias ſuas & ingenio & lingua plurimum inter ſe diſſidentes, ſua prudentia in officio ac concordia continuit. Cumque miles urbanus leviſſimas ob cauſas ad hoſtem deficere conſueviſſet, nemo ſub eo Imperatore ejuſmodi quidquam facere auſus eſt. Praeterea magnos ſemper exercitus circumducenti nunquam ei pecunia aut annona defuit: quodque maxime admirabile eſt, in benevolentia erga ipſum haudquaquam externus miles urbano conceſſit, quin potius ſuperior extitit. Igitur cum militem praeclare regeret, praeclara quoque facinora edidit. Bello enim potentiſſimis gentibus illato, per ſeptemdecim annos Italiam vaſtavit. Ipſe in omnibus praeliis invictus, tot tantiſque cladibus dominos orbis terrarum affecit, ut prae caeſorum multitudine nemo eſſet qui collatis ſignis apertoque Marte cum eo congredi auderet. Multas etiam urbes vi captas inflammavit,

[v] Ἐς θεὸς in ſchedis. [x] Καταψηφισθέντα τῷ in iisdem. Deerant etiam quae uncis incluſa ſunt.

ſit Romae apud ſenatum, rejectique ad conſulem Aemilium —— magno certamine cum praetore habito, tenuerunt cauſam: arma reddita Cenomanis: decedere provincia praetor juſſus lib. XXXIX, 3. P. Wess.

19. Τὸ ἱερὸν τὸ τοῦ Βήλου] Nihil diſſentit *Strabo* L. XVI. pag. 1080. A., neque *Juſtinus* L. XXXII, 2. Namque ejus *Jupiter Elymaeus* non alius eſt ac Belus. P. Wess.

25. Ὅτι ὁ Φιλοποίμην &c.] Videtur *Diodorus* exemplo *Polybii* adfirmaſſe, eodem anno tres claros imperatores deceſſiſſe, Philopoemenem, Annibalem & Scipionem, ſingulisque meritam laudem atque elogium perſolviſſe. Vide *Livium* L. XXXIX, 50. 52., & *Polyb.* Excerpt. p. 1437. *Ed. Gron.* P. Wess.

35. Τὰς ἰσοθέους τιμὰς ἠλλάξατο] Optime aberrantis librarii delictum emendavit *Valeſius*. Ἰσοθέους τιμὰς omnium frequentiſſime *Diodorus* memorat, ſicuti ad principium L. IV. oſtenditur. *Sepultus ab univerſo Achaico eſt concilio* Philopoemen, *adeo omnibus humanis congeſtis honoribus, ut ne divinis quidem abſtineretur*, bene Livius L. XXXIX, 38. ἰσοθέους his τιμὰς explicans. P. Wess.

37. Χωρὶς δὲ (τῶν) κοινῇ τοῖς Ἀχαιοῖς &c.] Legebatur antea χωρὶς δὲ κοινῇ τ. Ἀχαιοῖς καταψηφισθέντα τῷ εἰς τιμὴν τἀνδρὸς, ἡ πατρὶς &c., quae partim prava partim erant hiulca. Καταψηφισθέντων bene rennuit *Valeſius*. Addendum eſſe pronomen *Salmaſius* vidit ſicuti & στήλην, eandem tamen εἰς τιμὴν. Ego vero ſervo, locumque, uti vides, inſtauro. Fuiſſe vero Philopoemeni ſtatuam publice cum titulo poſitam, docebit *Pauſanias* L. VIII, 52. & *Plut.* extrema Philopoemen. vita. P. Wess.

56. Ἑπτακαίδεκα ἔτη σχεδὸν &c.] Ex *Polybii* Excerpt. pag. 1438., quem & in omni hoc elogio auctorem habuiſſe videtur.

vit, & Italiae antehac numeroſa juventute florenti
302. vaſtitatem intulit. Quas quidem ille res ut ſumptibus ac viribus urbanis, ſic mercenario milite ac ſociorum ingentibus auxiliis confecit, viroſque concordia invictos aſtu ac peritia militari ſuperavit, & cunctis liquido oſtendit, quemadmodum mentem in corpore, ſic in exercitu Imperatorem ſolum omnia facere, ac victoriam praeſtare.

P. Scipio admodum juvenis maximas res praeter omnium ſpem in Hiſpania geſſit, & Carthaginenſibus victis, patriam graviſſimis periculis liberavit. Hannibalem enim invictum bello abſque certamine & pugna Italia excedere conſilio ſuo coëgit, ac poſtremo fortitudine ac virtute militari cum eundem Hannibalem ingenti praelio ſuperaſſet, Carthaginem in ditionem populi Romani redegit.

Leocritus Pharnacis Regis praefectus cum oppidum Tium crebris oppugnationibus urgeret, mercenarios milites, qui praeſidio urbi erant, ad deditionem oppidi coëgit, ea conditione ut ipſi quocunque libitum eſſet, tuto deducerentur. Qui dum oppido egreſſi juxta foederis leges deducuntur, Leocritus (cui mandatum ab Pharnace erat ut univerſos caederet, eo quod olim Pharnacem offenderant,) contra foederis fidem in eos iter agentes impreſſione facta, cunctos ſagittis interfecit.

Seleucus coactis haud contemnendis copiis ad opem Pharnaci ferendam profectus, Taurum montem ſuperare jam parabat: ſed cum apud ſe reputaſſet leges foederis quod populus Romanus cum patre percuſſerat, quibus non licebat.

Hi vero qui tantum facinus admiſerant, ac Demetrii caedem patraverant, haudquaquam divinam ultionem effugere potuerunt. Namque hi quidem qui falſas ab urbe Roma calumnias confinxerant,
305. paulo poſt cum in offenſam Regis incurriſſent, necati ſunt. Philippus vero exinde quoad vixit, perpetua inquietudine agitatus, caediſque in praeſtantiſſimae indolis filium admiſſae conſcientia turbatus, ne biennium quidem ſuperfuit, ſed dolore continuo contabeſcens, extremum diem clauſit. At Perſeus totius auctor & architectus ſceleris a Romanis ſuperatus, in Samothraciam cum fugiſſet, ob immanitatem patrati in fratrem parricidii, religione templi omni aevo ſanctiſſima minime eſt defenſus.

λυανθρωπίᾳ διαφέρουσα, σπανίζειν ἐποίησεν ἀνδρῶν. καὶ τὰς πρεπούσας πράξεις ἐπετελέσατο, πολιτικοῖς μὲν τελέσμασι καὶ δυνάμεσι, μισθοφόροις δὲ καὶ συμμάχοις παμμιγέσι· καὶ διὰ τῆς συμφωνίας δυσυποστάτων περιεγένετο, διὰ τῆς ἰδίας ἀγχινοίας καὶ στρατηγικῆς ἀρετῆς· καὶ πᾶσιν ἔδειξεν, ὅτι καθάπερ ἐπὶ τοῦ σώματος ὁ νοῦς, οὕτως ἐπὶ στρατεύματος ὁ τὴν ἡγεμονίαν ἔχων ποιεῖ τὰ κατορθώματα.

Ὅτι ὁ Σκιπίων, νέος ὢν παντελῶς, κατὰ τὴν Ἰβηρίαν [y] ἀνελπίστως ἐχρήσατο, καταπολεμήσας τοὺς Καρχηδονίους· τὴν δὲ πατρίδα κινδυνεύσασαν ἐξείλετο τῶν μεγίστων κινδύνων. τὸν γὰρ ἀήττητον Ἀννίβαν διὰ τῆς ἐπινοίας ἠνάγκασεν ἄνευ μάχης καὶ κινδύνων ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐκχωρῆσαι. τὸ δὲ τελευταῖον ἐκ τῆς ἀνδρείας τε καὶ στρατηγίας μεγάλῃ παρατάξει τὸν ἀνίκητον γεγενημένον Ἀννίβαν καταπολεμήσας, ὑπέταξε τὴν Καρχηδόνα.

Ὅτι Λεώκριτος ὁ τοῦ Φαρνάκου στρατηγὸς συνεχεῖς προσβολὰς ποιούμενος ἠνάγκασε τοὺς ἐν [z] τῷ Τίῳ μισθοφόρους τὴν μὲν πόλιν παραδοῦναι, αὐτοὺς δὲ ὑποσπόνδους προπεμφθῆναι μετὰ ἀσφαλείας. τῶν δὲ μισθοφόρων τότε μὲν ἐκ τῆς πόλεως κατὰ τὰς συνθήκας προπεμπομένων, ἐν δὲ τοῖς ἐπάνω χρόνοις ἠδικηκότων τὸν Φαρνάκην, ὁ Λεώκριτος ἐντολὰς ἔχων παρὰ τοῦ Φαρνάκου πάντας ἀνελεῖν, παρασπονδήσας τοὺς μισθοφόρους κατὰ δὲ τὴν ἐκ [a] τοῦ Τίου μετάστασιν αὐτοῖς ἐπέθετο κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν, καὶ πάντας κατηκόντισεν.

Ὅτι ὁ Σέλευκος ἀξιόλογον δύναμιν ἀναλαβὼν, προῆγεν ὡς ὑπερβησόμενος τὸν Ταῦρον ἐπὶ τὴν βοήθειαν τοῦ Φαρνάκου· ἔννοιαν δὲ λαβὼν τῶν πρὸς Ῥωμαίους τῷ πατρὶ γενομένων συνθηκῶν, καθ᾽ ἃς οὐκ ἐξῆν.

Ὅτι οἱ τὰ δεινὰ τολμήσαντες, καὶ τὸν Δημήτριον ἀνελόντες, οὐκ ἐξέφυγον τὴν τοῦ δικαίου δαιμονίου τιμωρίαν· ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἐκ Ῥώμης τὰς ψευδεῖς διαβολὰς πλασάμενοι, μετ᾽ ὀλίγον χρόνον τῷ βασιλεῖ προσκόψαντες, ἀπέθανον, ὁ δὲ Φίλιππος τὸν λοιπὸν τοῦ ζῆν χρόνον ὀνειροπολούμενος, καὶ διὰ τὴν συνείδησιν τῆς εἰς τὸν εὐγενέστατον υἱὸν ἀσεβείας ταραττόμενος, οὐδὲ διετῆ χρόνον ἐπεβίωσε, τῇ δὲ λύπῃ ἀδιαλείπτως συνεχόμενος, κατέστρεψε τὸν βίον. ὁ δὲ πάντων τῶν κακῶν ἀρχηγέτης Περσεὺς ὑπὸ Ῥωμαίων καταπολεμηθεὶς, καὶ φυγὼν εἰς Σαμοθρᾴκην, ἄκυρον ἔσχε τὴν τῶν ἁγιωτάτων θεῶν ἱκεσίαν διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς εἰς τὸν ἀδελφὸν τετολμημένης ἀσεβείας.

Ὅτι

y Forte ἀνελπίστῳ τύχῃ. z Τῷ Πίῳ ex Cod. edebatur. a Τοῦ Πίου iterum.

tur. P. Weſs.

81. Λεώκριτος] Hujus Leocriti mentio fit in cap. 55. legationum *Polybii*. H. Vales.

82. Τοὺς ἐν τῷ Τίῳ] Legendum exiſtimo τῷ Τίῳ. Eſt autem Tius urbs Paphlagoniae quae & Tejum dicitur a *Polybio* cap. 59. legat. *Strabone* lib. (p. 818.) & *Conſtantino* in lib. 1. περὶ Θεμάτων. *Porphyrio* in *Horatium* L. 1. Od. xvii. *Tejum*, inquit, *urbem in Paphlagonia eſſe Saluſtius indicat cum de ſitu Pontico loquitur. unde apud Ovidium Teja muſa.* quae ultima verba expungenda ſunt. Apud *Stephanum* Τῖος ſcribitur. In *Scylace* Caryandeno Τίβιον corrupte. Caeterum Τίον in *Diodoro* legi debere patet, ex cap. 59. legat. Polybii. H. Vales.

Τοὺς ἐν τῷ Τίῳ] Cum ex *Polybio* certiſſima ſit & dubio omni libera *Valeſii* correctio, vitium amanuenſium propagari nolui. De urbe ejuſque ſitu plura *Stukius* ad Peripl. Ponti Euxini p. 130. & *L. Holſten.* in Steph. Τῖος. P. Weſs.

95. Καθ᾽ ἃς οὐκ ἐξῆν] Deeſt ἀπέστη τῆς ἐπιβολῆς, aut quid ſimile. Leges foederis, quod Antiochum inter & Romanos coiluit, habet *Polybius* Leg. xxxv., & ex eo *Livius* L. xxxviii, 38., expeditionem trans Taurum conſecutione quadam vetantes. P. Weſs.

99. Ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἐκ τῆς Ῥώμης &c.] *Livium* conſule L. xl, 55. & ſeqq. P. Weſs.

11. Τιβέριος Γράκχος] Hic Praetor anno urbis 573. citeriorem Hiſpaniam obtinuerat. biennio poſt confecta provincia triumphavit ſequenti anno, qui eſt ab urbe condita 576. Conſul fuit collega C. Claudio Pulchro. H. Vales.

Τιβέριος Γράκχος] De T. Gracchi in Celtiberia geſtis rebus *Livius* L. xl, 33., *Florus* L. ii, 17. *Applanus* Hiſpan. pag. 470. atque alii. P. Weſs.

17. Ὁ καὶ πάτρων] Patronum gentis Macedonum intelligi exiſtimavi. Nam ut ait Cicero de Officiis (L. 1, 11.) *Tantopere apud Rom. juſtitia culta eſt, ut ii, qui civitates aut nationes bello in fidem recepiſſent, earum patroni eſſent more majorum.* Idem ſcribit *Dionyſ. Halic.* lib. ii. pag. 84. H. Vales.

Ὁ καὶ πάτρων] Nihil melius ſuccurrit, tametſi πάτρων ſimpliciter ac ſine adjecta voce poſitum, ſatis ſit inſolens. Alioqui citra omnem uſum Graecis id vocabulum non eſt. Vide modo hoc Corcyraeorum epigramma apud *Sponium* Itiner. T. 1. p. 372.

Α ΠΟΛΙϹ ΜΑΡΚΟΝ ΚΑΛΗ...
ΓΑΙΟΥ ΥΙΟΝ ΒΙΒΛΟΝ ΤΟΝ
ΠΑΤΡΩΝΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ
ΕΡΜΑΙ ΗΡΑΚΛΕΙ.

Poſitum eſt Corcyraeorum patrono M. Calpurnio Bibulo, quem ΚΑΛΗ... exſcriptoris errore vocat: fuit enim ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟΝ. P. Weſs.

16. Ἐκ τῶν βασιλικῶν ὑπομνημάτων] In ſchedis reperit *Valeſius* ὑπομνημάτων.

Ὅτι Τιβέριος Γράκχος ἐξαπέλεκυς ὢν στρατηγὸς, ἐνεργῶς διῴκει τὰ κατὰ τὸν πόλεμον. νέος γὰρ ὢν τὴν ἡλικίαν, πάντων ἡλικιωτῶν διέφερεν ἀνδρείᾳ καὶ φρονήσει· θαυμαζόμενος δὲ ἐπ' ἀρετῇ, καὶ μεγάλας τοῦ μέλλοντος ὑποφαίνων ἐλπίδας, πολὺ τῶν ἡλικιωτῶν προεῖχε δόξῃ.

Ὅτι ὁ Αἰμίλιος ὁ ὕπατος, ὁ καὶ πάτρων γεγονὼς, ὢν εὐγενής τε καὶ κατὰ τὴν ὄψιν εὐπρεπὴς, ἔτι δὲ συνέσει πολὺ διαφέρων τῶν ἄλλων, διὰ τοῦτο ἡ μὲν πατρὶς αὐτὸν ἁπάσαις ταῖς ἐπιδόξοις ἀρχαῖς ἐτίμησεν· αὐτὸς δὲ ἕν τε τῷ ζῆν διετέλεσεν ἐπαινούμενος, καὶ τῆς μετὰ θάνατον εὐφημίας προενοήθη, μετὰ τοῦ τῆς πατρίδος συμφέροντος.

Ὅτι Ἀντίοχος προσφάτως παρειληφὼς τὴν βασιλείαν, ἐνεστήσατο βίον παράλογον καὶ ἀσυνήθη τοῖς ἄλλοις βασιλεῦσι. πρῶτον μὲν γὰρ ἐκ τῆς βασιλείας [a] ὑπάγων λάθρα τῆς θεραπείας, περιῄει τὴν πόλιν, ἀλύων ἅμα τύχοι δεύτερος ἢ τρίτος· μετὰ δὲ ταῦτα ἐφιλοτιμεῖτο μετὰ δημοτῶν ἀνθρώπων συγκαταβαίνειν εἰ τύχοι, καὶ μετὰ τῶν παρεπιδημούντων ξένων εὐτελεστάτων συμπίνειν. καθόλου δ', εἴ τινας τῶν νέων αἴσθοιτο ἀφ' ἡμέρας μετ' ἀλλήλων γινομένους, ἐξαίφνης ἐπὶ κῶμον παρεγίνετο μετὰ κερατίου καὶ συμφωνίας· ὥστε διὰ τὸ παράδοξον τῶν ἰδιωτῶν τοὺς μὲν φεύγειν, τοὺς δὲ διὰ τὸν φόβον σιωπᾶν. τὸ δὲ τελευταῖον τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα καταθέμενος, περιεβάλλετο τήβενναν, καθάπερ ἦν ἑωρακὼς ἐν Ῥώμῃ τοὺς μεταπορευομένους τὰς ἀρχάς, ἐντυγχάνων τε τοῖς ἰδιώταις ἀσπαζόμενος καὶ περιπτύσσων ἕκαστον, καὶ ποτὲ μὲν παρεκάλει φέρειν ἑαυτῷ τὴν ψῆφον ὡς ἀγορανόμῳ, ποτὲ δὲ ὡς δημάρχῳ. τυχὼν δὲ ἀρχῆς, ἐκάθιζεν ἐπὶ δίφρον ἐλεφάντινον, καθὼς ἐπὶ Ῥωμαίοις ἔθιμον, διήκουε τῶν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητούντων περὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ συμβολαίων. καὶ ταῦτ' ἔπραττε μετὰ πολλῆς ἐπιστάσεως καὶ φιλοτιμίας, ὥστε τοὺς χαριεστάτους ἄνδρας ἀπορεῖν περὶ αὐτοῦ· οἱ μὲν γὰρ ἀφέλειαν, οἱ δὲ ἀλογίαν, τινὲς δὲ μανίαν αὐτοῦ κατεγίνωσκον.

Ὅτι μετὰ τὴν ἐπιβουλὴν τὴν κατὰ Εὐμένους, εἰς τὸ Πέργαμον διαδοθείσης φήμης ὅτι τετελεύτηκεν Εὐμένης, Ἄτταλος ἐπεπλάκη τῇ βασιλίσσῃ προχειρότερον· οὐ * μὴν Εὐμένης γε προσεποιήθη μετὰ ταῦτ' ἀνακάμψας, ἀλλὰ φιλοφρόνως ἀσπασάμενος τὸν ἀδελφὸν, διέμεινεν ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν εὐνοίᾳ.

Ὅτι ὁ Κότυς ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς ἦν ἐν τοῖς πολέμοις ἀνὴρ [b] ἐμπράκτως ἐμφερόμενος, καὶ γνώμῃ διαφέρων, ἔν τε τοῖς ἄλλοις σπουδαῖος, καὶ

Tiberius Gracchus Propraetor in Hiſpaniam miſſus, ſtrenue bellum gerebat. Namque hic in primo adhuc flore aetatis caeteros aequales ſuos induſtria ac prudentia ſuperabat, maximarumque rerum omnibus ſpem oſtentans, non mediocri admiratione ac fama ob virtutem celebrabatur.

Paulus Aemilius Conſul, qui & patronus gentis Macedonum fuit, vir ſplendore generis & formae decore & prudentia inſignis cum eſſet, omnibus honorum titulis a populo Romano ornatus eſt. Ipſe & quamdiu in vita fuit, omnium hominum laudibus celebratus eſt, ſuaeque poſt obitum famae cum utilitate Reipub. conjunctae rationem habuit.

Antiochus Syriae regnum recens adeptus, novam quandam & caeteris inſolitam Regibus vitae rationem inſtituit. Primum enim clam e Regia digreſſus inſciis miniſtris, per urbem temere vagabatur uno aut altero comite adſcito. Praeterea honori ducebat cum plebeiis atque infimae ſortis peregrinis & advenis verſari ac compotare, quod ſi quos forte juvenes tempeſtivum celebrare convivium ſenſerat, ſtatim cum poculo & ſymphonia ad comiſſationem accedebat, adeo ut rei novitate perculſi plerique partim ſe in fugam darent, par- 306.
tim metu conticeſcerent. Poſtremo dempta veſte Regia toga amictus, perinde ac Romae a candidatis fieri viderat, ſalutabat ac prehenſabat obvium quemque ex plebe, atque interdum Aedilitatem, interdum Tribunatum plebis petebat. Magiſtratum demum populi ſuffragiis adeptus, Romano more poſita eburnea ſella jus dicebat, cognoſcebatque de forenſibus cauſis ac controverſiis civium, eo ſtudio eaque diligentia, ut prudentiſſimus quiſque ambigeret quidnam ſibi vellet. Quidam ſimplicitatem, quidam imprudentiam, nonnulli inſaniam id interpretabantur.

Poſt inſidias Eumeni factas, allata Pergamum fama Eumenem Regem obiiſſe, Attalus paulo calidius in amplexus Reginae ruit. Verum Eumenes haud multo poſt reverſus, id diſſimulavit, fratremque amice exoſculatus, eadem qua ante benevolentia proſecutus eſt.

Cotys Thracum Rex, vir fuit bello ſtrenuus, & conſilio praeſtans, & in reliquis rebus induſtrius, ac

[a] Mſ. ὑπάτων, pro quo *Vales.* ὑπάγων reſcripſit. * Vide *Suidam* in προσεποιήθη. [b] Ἔμπρακτος ſcriptus liber.

των, depravatum ex eo, quod reſtituimus, *Salmaſio* pulcre animadvertente. Itaque ἐκείνων, cui locum vir doctiſſimus dederat, exterminavimus. P. Wess.

30. Ἐν τυχόν] Placet hoc *Valeſio*. Dixit *Polybius* μετὰ δημοτῶν ἀνθρώπων συγκαταβαίνων ὁμιλεῖν ᾗ τύχοι. quod fuiſſe puto εἰ τύχοι. Idem & hic praeferrem. Auctor ipſe p. 321. Excerpt. horum, προσιὼν τοῖς ἐγχωρίοις εἰ τύχοι i. e. ubicunque ſeſe occaſio dabat. P. Wess.

32. Ἀφ' ἡμέρας γινομένους] Quod Latini dicunt convivia de die ducere, id Graeci efferre ſolent ἀφ' ἡμέρας. a quibus mutuati eſſe videntur Latini. Sic *Polybius* lib. VIII, 23. Τοῖς τῷ Διῒ γενομένου μετὰ τῶν πότων ἀφ' ἡμέρας. & paulo poſt bis eadem locutione utitur. Haec Latini tempeſtiva convivia appellant, quae ſcilicet ante horam nonam inchoabantur, ut recte *Lipſius* ad librum XIV, 2. *Taciti* adnotavit. quare errat is, qui aliter contra *Lipſii* ſententiam interpretatur de die, ut idem ſit quod meridie. Igitur ſi quis ab hora 7. convivium inierit, is de die potare non dicetur? quo quid eſt abſurdius? Sane illud convivium C. Livii, quod *Polybius* de die coeptum fuiſſe dicit, poſt meridiem inchoatum eſſe non dubito. Scribit enim Polybius circa ſolis occaſum maxime convivium ferbuiſſe, τοῦ ἀκμαιοτάτου ἔχοντος διάθεσιν. unde probabile eſt hora octava fuiſſe inchoatum. Quid ſi ante meridiem, ut Saturnalibus fieri ſolebat, initum fuerit convivium? nonne & tempeſtivum id dicetur ac de die? *Caeſar* de bello Hiſpanienſi (cap. 33.) *ipſe de tempore coenavit, vinum & nardum ſibi infudit.* H. Vales.

33. Μετὰ κερατίου καὶ συμφωνίας] Interpres *cum poculo & Symphonia.* Mallem ego, *Salmaſium* ſecutus, *cum tibia & Symphonia.* Κέρας & κεράτιον hanc poteſtatem non reſpuere, lege in Cl. T. *Hemſterhuſii* nota ad *Lucian.* D. Dialog. XII, 1. Μετὰ κεραμίου, quod apud *Athen.*, vide quomodo expediat magnus Animadverſor L. V, 4. & de *tempeſtivis conviviis* iſtis *Salmaſ.*, quem *Valeſius* deſignat, ad *Vopiſci* Florian. C. 6. P. Wess.

42. Ἐκάθιζεν ἐπὶ δίφρον ἐλεφ.] Haec ex *Polybii* lib. XXVI. tranſcripta pene ad verbum ſunt. ſed & *Livius* lib. XLI. (cap. 20.) eadem ex *Polybio* ut ſolet tranſtulerat ** *more, ſella eburnea poſita jus dicebat, diſceptabatque controverſias minimarum rerum.* Et mox: *Itaque neſcire quid ſibi vellet quibuſdam videri: quidam ludere eum ſimpliciter, quidam haud dubie inſanire ajebant.* Caeterum quaedam in hoc *Diodori* loco emendatius leguntur quam apud *Polybium.* ut ἀλύων ἅμα τύχοι & συγκαταβαίνειν εἰ τύχοι, & μετὰ κερατίου, pro quibus in *Polybio* legitur αὐτὸν & συγκαταβαίνων ᾗ τύχοι, & μετὰ κεραμίου. Porro εἰ τύχοι ſic dictum videtur ut in *Tertulliano*, ſi forte. H. Vales.

51. Ἄτταλος ἐπεπλάκη] Idem narrat *T. Livius* lib. XLII, 16. ubi Attalum cum Regina Stratonice duntaxat de nuptiis locutum eſſe ait, nihil amplius. *Plutarchus* in dialogo περὶ φιλαδελφίας (p. 489. E.) Attalum deſpondiſſe ſibi fratris uxorem, & cum ea rem habuiſſe dicit. H. Vales.

ac praeterea unicae ſobrietatis ac temperantiae, quodque praecipuum eſt, procul ab inſitis genti Thracum vitiis alienus.

Perſeus expugnato Chaleſtro oppido, puberes omnes interfecit: cumque circiter quingenti in quendam ſatis munitum locum armati ſe recepiſſent, & ſalutem ſibi concedi peterent, Rex eos armis depoſitis incolumes abire juſſit. Qui cum, ut conceſſum erat, ex oppido excederent, Macedones ſive ſuopte motu, ſive ex Regis mandato eos aſſecuti, univerſos obtruncaverunt.

309. Charopus Epirota, nepos Charopi illius qui Philippi bello ſervum ad T. Flamininum direxerat, qui per anguſtos montium calles eum perduceret, quo factum eſt ut Romani praeter ſpem tranſgreſſi, anguſtias occupaverint, hujus, inquam, nepos Charopus Romae educatus, cum pluribus viris nobiliſſimis ob avi ſui erga populum Romanum merita, amicitiam & hoſpitium contraxit. Cumque natura ſingularis vir audaciae malitiaeque eſſet, Epirotarum omnium principes falſis apud populum Romanum calumniis appetebat, ut territis oppreſſiſque omnibus, qui adverſari ei in Republica poterant, ipſe totius Epiri quidam quaſi tyrannus ſupereſſet. Quamobrem Cephalus aliique, calumniis ejus oppreſſi, cum Perſeo ſocietatem inire coacti ſunt, pollicitique per internuncios ſunt ſe Epirum Regi tradituros.

Eumenes Rex cum Abderam oppugnaret, urbemque vi capi poſſe penitus deſperaſſet, Pythonem quendam Abderitanorum principem, qui potiorem urbis partem per ſervos libertoſque ſuos numero ducentos cuſtodiebat, clam ſollicitavit. Eoque variis pollicitationibus delinito intra portas introductus urbiſque potitus eſt. At Pytho exigua proditionis mercede accepta, cum patriae excidium ob oculos cerneret, moerore factique poenitentia paulatim contabuit.

Cum a Fortuna Perſeo oblata eſſet ingens opportunitas totius exercitus Romani ad internecionem delendi, Perſeus circa Dium Macedoniae interim morabatur haud procul ab iis locis, in ipſis rerum momentis ſolutus ac negligens: quippe ſolo

φιλίας ἄξιος. ἦν δὲ καὶ νήπτης, καὶ σώφρων καθ' ὑπερβολὴν, ἔτι δὲ τὸ μέγιστον, πάντων τοῖς Θρᾳξὶ παρηκολουθηκότων κακῶν ἀλλοτριώτατος.

Ὅτι τὸ Χάλεστρον τὸ πολισμάτιον πολιορκήσας ὁ Περσεὺς, καὶ πάντας ἀποσφάξας, περὶ πεντακοσίους δὲ συμφυγόντων εἴς τινα τόπον ὀχυρὸν μετὰ τῶν ὅπλων, καὶ αἰτησαμένων ἀσφάλειαν, ἔδωκεν αὐτοῖς τὴν ἐξουσίαν ἀποθεμένοις τὰ ὅπλα σώζεσθαι· τούτων δὲ ποιησαμένων τὸ συγχωρηθὲν, οἱ Μακεδόνες εἴτ' ἀφ' ἑαυτῶν, εἴτε καὶ τοῦ βασιλέως προστάξαντος, ἐπηκολούθησαν τοῖς λαβοῦσι τὴν πίστιν, καὶ πάντας ἀπέσφαξαν.

Ὅτι κατὰ τὴν Ἤπειρον Χάροψ υἱὸς τοῦ τὴν αὐτὴν ἐσχηκότος προσηγορίαν, κατὰ τὸν πρὸς Φίλιππον πόλεμον ἐξαπεσταλκότος Φλαμινίνῳ τὸν ἡγησόμενον τὴν ἀνελπίστην διὰ τῶν ὀρῶν ἀτραπὸν, δι' ἧς οἱ Ῥωμαῖοι παραδόξως πορευθέντες, τῶν στενῶν ἐκράτησαν. τραφεὶς δὲ ἐν Ῥώμῃ διὰ τὴν τοῦ πάππου πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν, πολλοῖς τῶν ἐπισήμων ἐπεξενώθη. ὢν δὲ τόλμῃ καὶ πονηρίᾳ διαφέρων, τοὺς ἐνδοξοτάτους τῶν Ἠπειρωτῶν διέβαλλε πρὸς Ῥωμαίους, ψευδεῖς ἐπιφέρων αἰτίας, ὅπως ἅπαντας καταπληξάμενος τοὺς δυναμένους ἀντιπολιτεύεσθαι, καταστῇ εἰ κύριος ἁπάσης τῆς Ἠπείρου. διόπερ πρὸς Περσέα ἐξαπέστειλαν εἰς Μακεδονίαν, ἐπαγγελλόμενοι παραδώσειν τὴν Ἤπειρον.

Ὅτι οἱ περὶ τὸν Εὐμένη τὴν τῶν Ἀβδηριτῶν πόλιν πολιορκοῦντες, καὶ τὴν ἐκ τῆς βίας ἅλωσιν ἀπογνόντες, διεπέμψαντο λάθρα πρός τινα Πύθωνα τῇ δόξῃ πρωτεύοντα τῶν Ἀβδηριτῶν, καὶ τὸ κυριώτατον μέρος διαφυλάττοντα διὰ δούλων ἰδίων καὶ ἀπελευθέρων διακοσίων. ψυχαγωγήσαντες δ' αὐτὸν ἐπαγγελίαις, διὰ τούτου παρεισηνέχθησαν ἐντὸς τοῦ τείχους, καὶ τῆς πόλεως ἐκυρίευσαν. ὁ δὲ τὴν πόλιν προδοὺς Πύθων μετρίας τυχὼν εὐεργεσίας, πρὸ ὀφθαλμῶν λαμβάνων τὴν τῆς πατρίδος κατασκαφὴν, ἐν ἀθυμίᾳ καὶ μεταμελείᾳ τὸν καταλειπόμενον ἐβίωσε χρόνον.

Ὅτι ὁ Περσεὺς κάλλιστον εἰληφὼς παρὰ τῆς τύχης καιρὸν εἰς τὸ διαφθεῖραι τὴν δύναμιν ἄρδην τῶν Ῥωμαίων, διέτριβε περὶ Δῖον τῆς Μακεδονίας, ἀπέχων μὲν οὐ πολὺ τῶν τόπων, ῥαθυμῶν δὲ περὶ τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων. κραυγῆς γὰρ μόνον ἦν χρεία

καὶ

58. Ἦν δὲ καὶ νήπτης] Mutua haec ſumſit ex *Polybio* Excerpt. p. 1441., qui & alibi rariore, & in Lexicis neglecta, voce uſus eſt L. x, 3. P. Wess.

61. Ὅτι τὸ Χάλεστρον] *Herodotus* L. vii, 123. Χαλέστρην, alii Χαλάστραν vocant. *Plut.* Alex. p. 692. ἐν Χαλάστρᾳ, prave. A vicino lacu Χαλαστραῖον νίτρον dicebatur: *Moeris*, Χαλαστραῖα, λίμνη πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ ἐν ᾗ τὸ Χαλαστραῖον νίτρον, οὗ μέμνηται Πλάτων. Philoſophi locus eſt L. iv. Rep. p. 430. A., cui addi poſſunt *Plut.* T. ii. pag. 134. & *Alciphron.* L. iii, Ep. 61. P. Wess.

70. Χάροψ υἱὸς τοῦ τὸν &c.] Quae conſequuntur, ἱκανῶς poſtulant. Charopus hic patrem habuit Machatam, avum Charopum. Vide *Polybium* Excerpt. p. 1442. Porro poſt voces τῆς Ἠπείρου deſideratur ad perfectam ſtructuram γένος, aut quid ſimile. P. Wess.

84. Τὴν Ἀβδηριτῶν πόλιν] Abderam expugnavit Hortenſius Praetor, ac diripuit, Aulo Hoſtilio & A. Attilio Coſſ. ut narrat *Livius* lib. xliii, 4. qua in expugnatione videtur adfuiſſe Eumenes. H. Vales.

1. Κραυγῆς γὰρ μόνον ἦν &c.] Haec Polybianum quid ſonant, habent enim admirabilem ἐνέργειαν meo quidem judicio. Sane *Polybius* lib. iv, pag. 401. eadem locutione utitur, καίπερ διὰ τούτων πειρώμενοι τοὺς πολεμίους κατάδηλον καὶ τούτῳ καὶ μόνον σαλπιγκτοῦ δεομένην. Intelligit autem *Diodorus* tranſitum Q. Marcii Conſulis in Macedoniam per ſaltum arduum & aſperum, de quo conſulendus eſt *Livius* lib. xliv. initio. H. Vales.

Κραυγῆς γὰρ μόνον &c.] In *Polybio* eſt μόνον σαλπιγκτοῦ δεομένων quod eodem redit, tametſi Cl. *Jacob. Gronovius* aliud ſectetur. Non minus elegans eſt hoc *Ariſtidis* T. i. p. 29. ὑφ' ὧν καὶ νῆσοι καὶ πόλεις ἀνάστατοι γίγνονται, πρὸ σάλπιγγος ἁλοῦσαι, φαίη τις ἄν. ex alio tamen ritu ſumtum. P. Wess.

8. Νικίαν τὸν θησαυροφύλακα] Niciam eum vocat *Appianus* apud *Suidam* in Περσεύς. & *Livius* lib. xliv, 10. Male *Caſaubonus* cum locum qui eſt apud *Suidam* in Περσεύς, adſcripſit *Polybio*, cum ſit *Appiani*, ut dixi, extatque pag. 561. hujus editionis (Excerpt.) H. Vales.

9. Ἐν τῷ Φακῷ.] Pellam dicit *Livius* loco ſupra indicato. Sane Pellae regiam gazam fuiſſe docet idem *Livius* in fine lib. xliv. Phaci oppidi in Macedonia meminit *Polybius* legat. 115. H. Vales.

Ἐν τῷ Φάκῳ] Vide & Cl. *Drakenborch* in *Livii* L. xliv, 10. Fuit ſane gaza regia Pellae ſervata, ſed nihil inpedit ſi & ejus partem Phaci fuiſſe putemus: neque enim uno ſemper in loco aſſervabatur. Jugurthae pleraque theſauri erant Thalae, nec omnes tamen, ut ex *Salluſtio* Jugurth. C. 75. & *Strabone* L. xvii, p. 1188. notum. Id vero male, quod *Pellam* prorſus ſilentio *Diodorus* praeterierit. At enim *Phacus* idemne ſit ac *Phacium* Theſſaliae, quod in *L. Holſten.* opinionem venit, mihi nondum liquet. P. Wess.

14. Νομίζων φίλους τοὺς ἄλλους κριθῆναι Ῥωμαίους] Adſcripſerat *Salmaſius* Ῥωμαίοις· quod qui volet, recipiat. Mihi neſcio quid ſcabri hic locus habere videtur, vereorque ut ſit ſatis integer. *Livius* L. xliv, 10. Andronicum navalia tempus trahendo ſervaſſe ait, id quod accidit, poenitentiae regiae locum relinquentem: de ſtudio Romanis gratificandi nihil. P. Wess.

16. Τοὺς χρυσοῦς ἀνδριάντας] *Livius* haec initio lib. xliv. ſic refert: *Ipſe ab Dio auratis ſtatuis omnibus raptim, ne praeda hoſti eſſent, in claſſem congeſtis, acius demigrare Pydnam juſſit.* H. Vales.

23. Καταλαβόντες τὸν τῶν Ἀπολλωνιατῶν &c.] Attigit hanc Cydoniatarum perfidiam & crudelitatem *Polybius* Exc. p. 1445.. Cretenſes eos, ut erant, adpellans. P. Wess.

27. Ὁ Ἀντίοχος δυνάμενος] Haec ad primam Antiochi Epiphanis in Aegyptum irruptionem ſpectant, quae hac de cauſa contigit. Ptolemaeus Philometor Rex Aegypti, cum Coeleſyriam

καὶ σάλπιγγος, εἰς τὸ τὴν στρατείαν τῶν πολεμίων λαβεῖν αἰχμάλωτον, περικεκλεισμένην ἐν κρημνοῖς καὶ φάραγξι δυσεξιτήτοις. διόπερ ἐκείνου διὰ τοῦτον ἠμεληκότος, καὶ οἱ τὴν παρεμβολὴν ἔχοντες ἐπὶ τὰς ἀκρωρείας Μακεδόνες, περὶ τὰς φυλακὰς καὶ τὰς κοίτας ἐρᾳθύμουν.

Ὅτι τελέως ὁ Περσεὺς νομίσας ἐπταικέναι τοῖς ὅλοις, κατὰ πᾶν συντριβεὶς τῇ ψυχῇ, Νίκωνα μὲν τὸν θησαυροφύλακα ἐξέπεμψε, συντάξας τὴν ἐν τῷ Φάκῳ γάζαν καὶ τὰ χρήματα καταποντίσαι· Ἀνδρόνικον δὲ τὸν σωματοφύλακα εἰς Θεσσαλονίκην, συντάξας ἐμπρῆσαι τὰ νεώρια τὴν ταχίστην. ὃς γενηθεὶς τούτου φρονιμώτερος ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην, οὐ μὴν ἐποίησε τὸ προσταχθὲν, νομίζων φίλιον τοῖς ὅλοις κρατήσειν Ῥωμαίοις.

Ὅτι ὁ αὐτὸς τοὺς χρυσοῦς ἀνδριάντας ἀνασπάσας ἐκ Δίου, πάντας τοὺς ἐκ τῆς πόλεως ἀναλαβὼν μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἀνεχώρησεν εἰς Πύδναν. οὗ μεῖζον ἁμάρτημα τῷ Περσεῖ πεπραγμένον οὐκ ἄν τις εὕροι.

Ὅτι οἱ Κυδωνιᾶται ἐπετελέσαντο πρᾶξιν ἔκνομον καὶ τελέως ἀλλοτριωτάτην τῶν Ἑλληνικῶν νομίμων. ἐν εἰρήνῃ γὰρ ὡς φίλοι πιστευόμενοι, καταλαβόντες τὴν τῶν Ἀπολλωνιατῶν πόλιν, τοὺς μὲν ἄνδρας ἡβηδὸν ἀνεῖλον, τέκνα δὲ καὶ γυναῖκας διανειμάμενοι κατεῖχον τὴν πόλιν.

Ὅτι ὁ Ἀντίοχος δυνάμενος ἐλαττωθέντας τοὺς Αἰγυπτίους ἀποκτεῖναι, παριππεύων ἐβόα μὴ κτείνειν αὐτοὺς, ἀλλὰ ζῶντας συλλαμβάνειν. ταχὺ δὲ τοὺς καρποὺς ταύτης ἀγχινοίας ἐκομίσατο, καὶ [e] περὶ τὴν τοῦ Πηλουσίου κατάληψιν, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν κατάκτησιν τῆς Αἰγύπτου, ταύτης φιλανθρωπίας μέγιστα συμβαλλομένης.

Ἡμεῖς δὲ τοῦ Πτολεμαίου τὴν οὕτως ἀγεννῆ φύσιν οὐκ ἂν προηγουμένως ἀνεπισήμαντον ἐάσαιμεν. τὸ γὰρ ἐκτὸς γενόμενον τῶν δεινῶν, καὶ τοσαῦτα ἀφεστηκότα τῶν πολεμίων, αὐτόθεν καθάπερ ἀκοντὶ παραχωρῆσαι βασιλείας μεγίστης καὶ μακαριωτάτης, πῶς οὐκ ἄν τις ἡγήσαιτο ψυχῆς τελείως ἐκτεθηλυμμένης εἶναι; ἣν εἰ μὲν συνέβαινε φυσικῶς ὑπάρχειν Πτολεμαίῳ τοιαύτην, ἴσως ἄν τις ἐκείνην καταμέμψαιτο· ὅτε δὲ διὰ τῶν ὕστερον πράξεων ἡ φύσις ἱκανῶς ὑπὲρ αὐτῆς ἀπελογήθη, δείξασα τὸν βασιλέα καὶ στάσιμον ὄντα, καὶ δραστικὸν οὐδενὸς ἧττον, ἀναγκαῖόν ἐστι τὰς αἰτίας ἀναθεῖναι τοῦ τότε

clamore ac tubae ſonitu opus erat ad capiendas hoſtium copias, quae in locis praeruptis ac confragoſis concluſae tunc tenebantur. Quocirca cum Rex ejuſmodi negligentia uteretur, Macedones quoque, quorum praeſidium in ipſis montium verticibus collocaverat, ſimili deſidia ſtationes ac vigilias obibant.

Perſeus profligatas res ſuas ratus, animoque pe- 310.
nitus fractus, Niconem theſaurorum cuſtodiae praefectum direxit, qui gazam ac pecuniam, quae Phaci erat, in mare dejiceret: Andronicum deinde ſatellitem Theſſalonicam miſſum, navalia confeſtim cremare juſſit. Sed hic prudentiori conſilio uſus, exequi id diſtulit, ſperans rem Romanis gratam facturum eſſe.

Ipſe interim Perſeus ab Dio aureis ſtatuis revulſis, incolas cum omnibus familiis Pydnam demigrare ſecum juſſit; quo quidem nihil imprudentius eo bello geſtum a Perſeo eſſe jure quis affirmaverit.

His temporibus Cydoniatae facinus impium, & a Graecorum inſtitutis longe alienum admiſerunt: pacis enim tempore tanquam amici ab Apolloniatis excepti urbem occuparunt, ac puberes omnes interfecerunt, diviſiſque inter ſe eorum uxoribus ac pueris, regionem poſſederunt.

Antiochus Rex fuſis fugatiſque Aegyptiis cum ad internecionem delere omnes poſſet, equo circumvectus occidi eos vetuit. ſed potius vivos comprehendi juſſit. Cujus conſilii brevi maximum fructum retulit. Namque ob hanc maxime humanitatem & Peluſio, & paulo poſt, univerſa Aegypto eſt potitus.

Hanc vero Ptolemaei ignaviam abſque elogio praeterire pro inſtituto noſtro non poſſumus. Ipſum enim adeo ab omni remotum periculo tantiſque ſpatiis ab hoſte diviſum, nihilominus regno maximo atque opulentiſſimo ſine certamine ceſſiſſe quis non animi penitus effeminati id fuiſſe fateatur? quae quidem mollicies ſi natura in Ptolemaeo inſita fuiſſet, eſſet forte ipſe accuſatione dignus. Cum vero ex iis rebus quas poſtea geſſit, ſatis ſuperque apparuerit eum Regem conſtantia 313.
atque induſtria in agendo nemini inferiorem fuiſſe, hu-

e In veteri libro πρὸς erat, quod ſperni non debebat.

ſyriam majoribus ſuis ſemper paruiſſe intelligeret, eam ab Antiocho Epiphane per legatos repetiit ſuaſu Eulaei nutricii, ac Lenaei ducis, qui tum, Rege admodum puero, poſt mortem Cleopatrae cuncta adminiſtrabant. quae cum ab Antiocho minime redderetur, ingentem belli apparatum Ptolemaeus facere inſtituit quo eam recuperaret, ut narrat *Diodorus* legat. 18. & apud *Suidam* in Ἀμφισβητῶ. *Ὁ δὲ Πτολεμαῖος εἰδὼς τοὺς ἑαυτοῦ προγόνους ἐσχηκότας τὴν Κοίλην Συρίαν, παρασκευὰς ἐποιεῖτο μεγάλας ἀμφισβητῶν ταύτης· ἤλπιζε γὰρ τὸν ἀδίκως πολέμου πρότερον ἀρξάμενον τότε δικαίως τοῖς αὐτοῖς νόμοις ἀναπεπτωκότα.* Antiochus cum Ptolemaeum videret ſeſe ad bellum accingere, Meleagrum legatum Romam miſit, qui Senatui referret, bellum ſibi praeter fas a Ptolemaeo inferri, ut eſt in legatione 71. *Polybii* & 72. Interim ipſe celeriter contractis copiis, cum duces Ptolemaei ſegniter agerent, & in Syriam ſtrenue cunctarentur, ultro iis obviam proceſſit, commiſſoque praelio inter montem Caſium ac Peluſium eos profligavit. cumque Aegyptiorum copias internecione delere poſſet, equo circumvectus occidi eos vetuit, vivos tantum modo capi juſſit. Itaque ob hanc humanitatem mox Peluſio, ac brevi univerſa Aegypto eſt potitus, ut narrat hic *Diodorus*. Cui conſentit *Hieronymus* in cap. XI. Danielis, ex *Porphyrio* & *Callinico Sutorio* haec referens: *Et cum poſt mortem Cleopatrae Eulaeus Eunuchus nutricius Philometoris, & Lenaeus Aegyptum regerent, & repeterent Syriam quam Antiochus fraude occupaverat, ortum eſt inter avunculum & puerum Ptolemaeum praelium. cumque inter Peluſium & montem Caſium praelium commiſiſſent, victi ſunt duces Ptolemaei.* Haec pugna contigit Marcio Philippo II. & Servilio Caepione Coſſ. Olymp. CLII. anno 3. ut patet ex ſerie ipſius narrationis *Diodori* noſtri, & maxime ex cap. 8. legationum *Polybii*. Bellum ipſum coepiſſe videtur biennio ante, Conſulatu Licinii Craſſi, & Caſſii Longini, ut docet *Livius* libro XLII, 19.

H. VALES.

37. Ἀκοντὶ παραχωρῆσαι] Philometor audita ſuorum clade, ac deditione Peluſii aliarumque urbium, metu perculſus ac fortaſſe etiam Alexandrini populi ſeditione impetitus, fugit Alexandria. cumque in manus Antiochi veniſſet, Antiochus puero pepercit, & amicitiam cum eo firmavit, curamque illius ſuſcipere ſe ſimulavit, quemadmodum indicat *Hieronymus*, cujus haec verba ſunt illis, quae ſupra attuli, connexa. *Porro Antiochus parcens puero, & amicitias ſimulans, aſcendit Memphim, & ibi ex more Aegypti regnum accipiens, puerique rebus ſe providere dicens, cum modico populo omnem Aegyptum ſubjugavit ſibi.* Igitur cum Antiochus Epiphanes puero diadema ademiſſet, atque ipſe Aegypti regnum accepiſſet, Alexandrini Ptolemaeum juniorem, qui Euergetes & Phyſcon dictus eſt, fratrem Philometoris, regem renunciarunt, ac ſtrenue Antiocho reſtiterunt. Sed Antiochus victis navali praelio ad Peluſium Alexandrinis, & ponte per Nilum facto tranſgreſſus cum copiis, Alexandriam obſidere inſtituit, ſimulans ſe Ptolemaeo majori regnum recuperare. Hanc hiſtoriam (caetera enim ſatis jam ex T. *Livio* nota ſunt) ita concinnavi, partim ex conjectura, partim ex auctoritate optimorum auctorum, in qua qui ante nos ſcripſere, mirum eſt quantopere hallucinantur; nec recentio-

hujus ignaviae cauſam Spadonis educationi tribuamus neceſſe eſt, qui Ptolemaeum in deliciis ac muliebribus inſtitutis a puero cum habuiſſet, vim mentis ejus enervavit.

Antiochus Rex in agendo induſtrius gnavusque omnibus viſus eſt, ac ſi ea excipias quae ad Peluſium geſſit, regia majeſtate minime indignus.

Perſeus lectiſſimam Gallorum manum Iſtro trajecto ſuppetias ſibi veniſſe cum accepiſſet, gaudio exultans legatos in Maedicam miſit, qui accelerare eos juberent. Sed Gallorum dux ſtipendium praeſens, prout pactus erat, numerari poſtulabat, ad quingenta circiter talenta. Quae cum a Perſeo promiſſa ob inſitam ei avaritiam minime ſolverentur, Galli retro in patriam abierunt.

Paulus Aemilius cum legiones accepiſſet, convocata concione animos addidit militibus: quippe hic vir & aetate (jam ſexaginta annos natus,) & rerum geſtarum amplitudine maximam auctoritatem inter Romanos adeptus erat. Multa quoque eo bello nova, neque inventu facilia ipſe excogitavit, ſuoque conſilio ac conſtantia Macedonas debellavit.

Perſeus cum plures fugae ac navigationis comites allicere vellet, ſexaginta talenta in medio diripienda propoſuit. Galepſum deinde appulſus, ex iis quae diripienda objeciſſet, quaedam eſſe dixit Alexandri Magni vaſa, pollicituſque repenſurum ſe ea pari pecunia, ut ſibi quamprimum redderentur, petiit. Quod cum ab omnibus libentiſſime

314 praeſtitum eſſet, promiſſo pretio eos fraudavit.

Longe diſſimili ac Perſeus animo Alexander fuit: hic enim egregia quadam animi magnitudine praeditus, par indoli ſuae regnum ſibi comparavit. Ille vero prae ſordida parſimonia ſpretis Gallorum auxiliis, caeteriſque rebus perinde adminiſtratis, opulentum ac diuturnum imperium extinxit.

Poſt Perſei fugam, L. Aemilius minorem filium requirere coepit P. Scipionem, qui cum Aemilii filius naturalis eſſet, Scipionis qui Hannibalem vicerat, adoptione erat nepos. Is tum admodum adoleſcens, quippe ſeptemdecim annos natus, in contubernio ac diſciplina patris militans adeo diffi-

δουλείας καὶ ἀγεννίας εἰς τὸν σπάδωνα καὶ τὴν ἐκείνου συντροφίαν· ὃς ἐκ παιδὸς τὸ μειράκιον ἐν τρυφῇ καὶ γυναικείοις ἐπιτηδεύμασι συνέχων, διέφθειρεν αὐτοῦ τὴν ψυχήν.

Ὅτι ὁ Ἀντίοχος ἀνὴρ ἐφάνη πραγματικὸς, καὶ τοῦ προσχήματος τῆς βασιλείας ἄξιος, πλὴν τοῦ κατὰ τὸ Πηλούσιον στρατηγήματος.

Ὅτι ὁ Περσεὺς πυθόμενος ἐπιλέκτους Γαλάτας πεπεραικέναι τὸν Ἴστρον ἐπὶ συμμαχίᾳ, περιχαρὴς γενόμενος ἀπέστειλεν εἰς τὴν [d] Μαιδικὴν, προτρεπόμενος ἥκειν τὴν ταχίστην. ὁ δὲ τῶν Γαλατῶν ἡγούμενος συμφωνήσας μισθὸν ᾔτει ταχθὲν, τοῦ σύμπαντος χρήματος εἰς φ' τάλαντα γινομένου. τοῦ δὲ Περσέως ὁμολογήσαντος μὲν δώσειν, οὐ ποιοῦντος δὲ τὸ συμφωνηθὲν διὰ φιλαργυρίαν, ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν πάλιν οἱ Γαλάται.

Ὅτι Αἰμίλιος ὁ Ῥωμαῖος παραλαβὼν τὰς δυνάμεις, καὶ συναγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν, προετρέψατο τὰς τῶν στρατιωτῶν ψυχὰς εἰς τὸ θαρρεῖν. ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ οὗτος περὶ ἑξήκοντα ἔτη, καὶ διὰ τὰς προκατεργασθείσας πράξεις μέγιστον ἔχων τότε Ῥωμαίων ἀξίωμα. πολλὰ δὲ καὶ κατὰ τὸν πόλεμον ἐπενοήσατο ξένα καὶ τοῖς ἄλλοις δυσεξεύρετα, καὶ διὰ τῆς ἰδίας ἀγχινοίας καὶ τόλμης κατεπολέμησε τοὺς Μακεδόνας.

Ὅτι ὁ Περσεὺς βουλόμενος κατὰ τὴν φυγὴν προτρέψασθαι πλείους αὐτῷ συνεκπλεῦσαι, τῶν χρημάτων εἰς ξ' τάλαντα προθεὶς, ἔδωκε τοῖς βουλομένοις διαρπάσαι. ἐκπλεύσας δὲ καὶ κατενεχθεὶς εἰς Γαληψὸν, ἔφησε πρὸς τοὺς διαρπάσαντας τὰ χρήματα, ζητεῖν τὰ διὰ τῶν ὑπ' Ἀλεξάνδρου καταληφθέντων κατασκευασθέντα. ἐπαγγειλάμενος δὲ ἀντιστήσειν τοῖς ἀποδοῦσι τιμὴν, ἠξίου ταχέως ἀνενεγκεῖν ταῦτα· πάντων δὲ προθύμως ποιησάντων, ἀπολαβὼν τὰ διαρπασθέντα, τοὺς ὄντας ἀπεστέρησε τῆς ἐπαγγελίας.

Ὅτι ὁ Ἀλέξανδρος οὐχ ὁμοίαν ἔσχε τῷ Περσεῖ τῆς ψυχῆς διάθεσιν. ἀλλ' ὁ μὲν διὰ τὴν μεγαλοψυχίαν, ἁρμόζουσαν ταῖς ἰδίαις ἐπιβολαῖς ἐκτήσατο βασιλείαν· ὁ δὲ διὰ τὴν σμικρολογίαν τούς τε Κελτοὺς ἀποτρεψάμενος, καὶ τἄλλα τούτοις ἀκόλουθα πράξας, κατέλυσε πολυχρόνιον καὶ μεγάλην βασιλείαν.

Ὅτι ὁ Αἰμίλιος μετὰ τὴν φυγὴν Περσέως ἐπεζήτει τὸν νεώτερον τῶν υἱῶν Πόπλιον Ἀφρικανὸν, ὃς ἦν Αἰμιλίου κατὰ φύσιν υἱὸς, Σκιπίωνος δὲ τοῦ καταπολεμήσαντος Ἀννίβαν κατὰ θέσιν υἱωνὸς, κομιδῇ νέος, ὡς ἂν περὶ τὸ ἑπτακαιδέκατον γεγονὼς ἔτος. ὃς ἐκ νέου τηλικούτοις ἀγῶσι συμπαρὼν, καὶ τριβὴν λαμ-

d Edebatur Μαιδικόν.

res tantum, ſed & Zonaras tomo 2. pag. 110. (p. 348. Ed. Venetae. H. Vales.

46. Εἰς τὸν Σπάδωνα] Eulaeum intelligo, qui auctor hujuſce belli fuit, ut ex Hieronymo ſupra notavi. quod confirmat Polybius cap. 82. legationum: Τὴν μὲν γὰρ αἰτίαν τῶν συμβεβηκότων πάντες ἀνέφερον ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Εὐλαῖον. H. Vales.

Καὶ τὴν ἐκείνου συντροφίαν] Credo συντροφίας fuiſſe olim, indicarique familiarem uſum, qui ſpadonem inter & regem interceſſerat; ... συντροφία πρὸς ὑμᾶς Strabo L. VIII. pag. 520. A. in eam ferme ſententiam. Eleganter incertus auctor Epigrammatis Anth. L. III, 17. — τίς παρὰ ... Πᾶνες, ὃς ἂν ὅλης φύσεως συντροφίην. P. Wess.

50. Καὶ τοῦ προσχήματος τῆς βασιλείας ἄξιος] Salmaſius πρόσχημα non eſſe majeſtatem regiam, quam Valeſius vertendo expreſſit, ſed nomen regium ad libri ſui oram alleverat. Favet Polybius Exc. pag. 1446., unde haec a Diodoro exſcripta ſunt. Vide quae diximus ad L. XVIII, 42. De Peluſio eadem Polybius. Videtur Antiochus priore illa expeditione Aegyptiaca ad Peluſium Ptolemaeum Philometora majore calliditate & aſtutia circumſcripſiſſe quam quidem regem animi egregii decebat; atque hoc praeter Joſephum innuit Hieronymus, ſicuti Vales. ad iſtum prudentiſſimi ſcriptoris locum admonuit. P. Wess.

53. Ἐπιλέκτους Γαλάτας] Quos hic Diodorus Γαλάτας Gallos vocat, Plut. in Aemilio pag. 259. D. Baſtarnas nominat, eos rurſus Γαλάτας vocat infra pag. 318. Exc. & Titus Livius L. XL. in fine Baſtarnas vocat, & eorum ducem Clondicum, quos L. XLIV. Gallos ſemper vocat ſub eodem duce Clondico militantes, unde nobis Gallis licet vindicare gentem illam bellicoſiſſimam contra eos, qui Gallorum gloriae hoſtes eam gentem a Gallorum nomine abjudicare contra tot antiquorum teſtimonia non erubeſcunt. Jac. Palm.

Ἐπιλέκτους Γαλάτας] Ph. Cluverium perſtringere Palmerius voluit, Baſtarnas Germanis vindicentem L. III. Ger. Antiq. C. 43. At is ſuis ſe munitionibus ita obſepſit, ut haec nihil illi noceant. Tetigit eandem controverſiam H. Vales. ad Appiani Exc. Peireſc. pag. 562., ſed minore cupiditate. Mox Μαιδικὴν Maedicam, ut bene vir eruditus, praeſtat. A Μαῖδις venit Μαιδικὴ apud Stephan. cum Holſten. nott. Adde Cl. Fr. Oudendorpium in J. Obſequent. Prodig. C. 118. P. Wess.

72. Τῶν χρημάτων εἰς ἑξήκοντα τάλαντα &c.] Livius L. XLIV, 45. quinquaginta talenta iis poſita ſunt in ripa diripienda. Neque Plutarchus aliter. Forſan itaque in numeri nota vitium eſt, quod certe occupavit verba ζητεῖν τὰ διὰ τῶν ὑπ' Ἀλεξάνδρου καταληφθέντων κατασκευασθέντα. Fuit cum ſcriptum fuiſſe putarem κατα-

λαμβάνων τὸν κατὰ πόλεμον ἔργων, οὐχ ἧττον ἐγένετο τοῦ πάππου. οὐ μὴν ἀλλὰ τούτου εὑρεθέντος εἰς τὴν παρεμβολὴν, ἀπελύθη τῆς ἀγωνίας ὁ ὕπατος, ἔχων [e] οὐ πατρὸς μόνον ἀλλὰ καθάπερ [f] ἐρωμένου τινὰ διάθεσιν πρὸς τὸ μειράκιον.

Ὅτι ὁ Αἰμίλιος φιλανθρώπως προσενεχθεὶς τῷ Περσεῖ, καὶ πρὸς τὰ σύνδειπνα παραλαβὼν καὶ τοῦ συνεδρίου μεταδιδοὺς, πᾶσιν ἐνεδείξατο πρὸς μὲν τοὺς ὑφισταμένους ὄντα βαρὺν ἑαυτὸν, πρὸς δὲ τοὺς κρατηθέντας ἐπιεικῆ. τὴν παραπλησίαν δὲ διάθεσιν καὶ τῶν ἄλλων ζηλούντων, τὴν τῆς οἰκουμένης ἡγεμονίαν οὐκ ἐπίφθονον εἶχεν ἡ Ῥώμη, τοιούτοις χρωμένη τῶν ὅλων προστάταις.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις τῶν μεγίστων βασιλέων Ἀντιόχου καὶ Φιλίππου πολέμῳ περιγενόμενοι, τοσοῦτον ἀπέσχοντο τοῦ τιμωρίαν λαμβάνειν παρ᾽ αὐτῶν, ὥστε μὴ μόνον συγχωρῆσαι τὰς βασιλείας ἔχειν, ἀλλὰ καὶ φίλους αὐτοὺς ποιήσασθαι. ἐν δὲ τούτοις τοῖς χρόνοις προδιηγωνισμένοι πολλάκις πρὸς Περσέα, καὶ κινδύνους μεγάλους ὑπομεμενηκότες, ἐπειδὴ τῆς Μακεδόνων βασιλείας ἐκράτησαν, ἐλευθέρας ἀφῆκαν τὰς ἁλούσας πόλεις παρὰ τὴν ἁπάντων προσδοκίαν. οὐ γὰρ οἷον τῶν ἄλλων ὑπέλαβεν ἄν τις, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ αὐτοὶ Μακεδόνες ἤλπιζον ἀξιωθήσεσθαι τηλικαύτης φιλανθρωπίας, συνειδότες αὑτοῖς πολλὰ καὶ μεγάλα παρανενομηκόσιν εἰς Ῥωμαίους. τετυχηκότες γὰρ ἐπὶ τοῖς πρότερον ἀγνοήμασι συγγνώμης, εἰκότως ἂν τοῖς ὕστερον ἁμαρτήμασιν ὑπελάμβανον ἑαυτοὺς μηδένα λόγον δίκαιον εἰς ἔλεον καὶ παραίτησιν ἀπολελεῖφθαι. οὐ μὴν ἡ σύγκλητος ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐμνησικάκησεν, ἀλλὰ μεγαλοψύχως καὶ προσηκόντως ἑκάστοις προσηνέχθη. Περσέα μὲν γὰρ ἐκ προγόνων ὀφείλοντα χάριτας, ἐπειδὴ παρὰ τὰς συνθήκας ἄδικον ἐξήνεγκε πόλεμον, λαβόντες αἰχμάλωτον εἰς [g] ἐλευθέραν ἀπέθεντο φυλακὴν, ἐλάττονά [h] γε τῶν παρανομημάτων λαμβάνοντες τιμωρίαν· τὸ δὲ τῶν Μακεδόνων ἔθνος εἰς δουλείαν δικαίως ἂν ἔχοντες, ἠλευθέρωσαν· οὕτως εὐγενῶς καὶ ταχέως προέμενοι τὴν εὐεργεσίαν, ὥστε μηδὲ παρὰ τῶν ἐπταικότων δέησιν ἀναμεῖναι. [i] ὁμοίως καὶ τῶν Ἰλλυριῶν πολέμῳ κρατήσαντες, αὐτονόμους ἀφῆκαν, οὐχ οὕτως ἀξίους ἡγούμενοι χάριτος τοὺς βαρβάρους, ὡς ἑαυτοῖς προσήκειν νομίζοντες καθάρχειν εὐεργεσίας, καὶ μὴ μεγάλα φρονεῖν ἐν ταῖς ἐξουσίαις.

Ὅτι ἔδοξε τῇ συγκλήτῳ τούς τε Μακεδόνας καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς ἐλευθέρους ἀφεῖναι, τὰ ἡμίση διδόντας ὧν πρότερον ἐτέλουν τοῖς ἰδίοις βασιλεῦσιν.

cili ac periculoſo bello, poſtmodum haud inferior dux avo evaſit. Quo demum invento ac ſoſpite reducto in caſtra, cura & anxietate Conſul liberatus eſt. Non enim paterna tantum benevolentia, ſed prolixo ac fervido quodam amore adoleſcentem complectabatur.

Aemilius perhumane excepto Perſe, eoque & ad convivium & ad conſeſſum in conſiliis vocato palam declaravit, ſe quidem adverſus armatum in acie hoſtem gravem ac metuendum, in victos autem placidum mitemque eſſe: cujusmodi inſtitutum cum reliqui etiam ſectarentur, imperium orbis terrarum citra invidiam penes populum Romanum fuit, quamdiu ejuſmodi Imperatoribus eſt uſus.

Namque ſuperiore quidem memoria cum Romani Reges potentiſſimos Antiochum & Philippum bello ſuperaſſent, non modo victos nulla affecerunt poena, verum etiam regna eis ſua conceſſerunt, & praeterea amicitiam cum iis junxerunt. His autem temporibus cum Perſe ſaepius congreſſi, multiſque ac maximis exantlatis diſcriminibus, poſtquam Macedoniae univerſae potiti ſunt, captas urbes praeter omnium ſpem liberas eſſe pronunciarunt. Qua quidem humanitate ne ipſi quidem Macedones, ne dum alius quiſquam, 317. uſurum fuiſſe populum Romanum ſperaverant: quippe qui injuriarum adverſus Romanos ſibi probe conſcii eſſent. Cum enim priora delicta condonata iis fuiſſent, jure merito nullum ſibi miſerationis ac veniae locum reliquum eſſe exiſtimabant. Tamen Senatus, oblivioni traditis injuriis omnibus, generoſe & clementer ſe erga cunctos geſſit. Perſeum enim Regem, qui domeſtica gratia populo Romano erat obſtrictus, cum adverſus foederis fidem injuſtum intuliſſet bellum, captum in libera cuſtodia poſuit, mitiore quam pro delictis poena: ac gentem Macedonum, quam ſuo jure in ſervitutem redigere poterat, liberam eſſe juſſit, tanta celeritate ac magnitudine animi oblato beneficio, ut ne eorum quidem qui victi erant, preces expectarit. Quin etiam Illyrios bello ſubactos ſuis legibus uti permiſerunt: magis quia exiſtimabant decere majeſtatem populi Romani beneficentia in alios uti, neque in rebus ſecundis inſolentia efferri, quam quod barbaros ea dignos gratia judicarent.

Macedonas & Illyrios liberos eſſe Senatus cenſuit, ac tributum dimidium ejus quod pependiſſent propriis Regibus pendere populo Romano.

EX

e Mſ. οὐ πρὸς υἱὸν. f Ἐρωμένου idem. g Ἐλευθέρως Mſ. h Δὲ in eodem. i Ὅμως idem iterum.

καταλειφθέντων, ut vaſa ſint ex relictis ab Alexandro adornata. *Plut.* Aemil. p. 267. E. τῶν Ἀλεξάνδρου τοῦ μεγάλου χρυσωμάτων ... a rege repetita refert. Ergone ſcripſit τῶν καταλειφθέντων τὰ ὑπ᾽ Ἀλεξάνδρου κατασκευασθέντα; P. Wess.

85. Τούς τε Κελτοὺς ἀποστρεψάμενος] Lege ἀποτρεψάμενος. Infra iterum de Perſe pag. 318. Exc. ἐκεῖνος — Γαλατῶν παραγενομένων — ἀπετρέψατο τὴν τηλικαύτην συμμαχίαν. & ſic ſaepe. P. Wess.

96. Εὑρεθέντος εἰς τὴν παρεμβολὴν] Poſt verbum, εὑρεθέντος, in Mſ. punctum notatur, quo appareat aliquid deeſſe, quod ita ſupplendum eſſe exiſtimo, εὑρεθ. καὶ κομισθέντος εἰς τὴν παρ. H. Vales.

Εὑρεθέντος εἰς τὴν παρεμβολὴν] Non intercedo. *Livium* L. XLIV, 44. & *Plut.* Aemil. p. 266. F. vide. P. Wess.

98. Ἔχων οὐ πρὸς υἱὸν] Hunc locum ſic legendum eſſe exiſtimavi, ἔχων οὐ πατρὸς μόνον, ἀλλὰ καθάπερ ἐρωμένου τινὰ διάθεσιν πρὸς τὸ μειράκιον. Originem mendi eſſe eam arbitratus ſum, quod in Mſ. πρὸς, fere pro πατρὸς ſcribebatur, ex quo hic πρὸς υἱὸν nobis imperiti antiquarii concinnarunt. Simile mendum cum aliis prope infinitis haeſit apud *Libanium*. In Oratione, πρὸς τοὺς νέους περὶ τοῦ λόγου. (T. II. p. 569.) Νέος χρήματα παρὰ τοῦ προσλαμβάνων ὡς τῷ σοφιστῇ κομιῶν, cum legendum ſit, παρὰ τοῦ πατρὸς λαμβάνων ὡς τῷ σοφιστῇ κομιῶν, ut in Mſ. legitur. H. Vales.

Ἐρωμένου.] In Mſ. erat ἐρωμένου, ex quo ἐρωμένης quis legendum eſſe forte exiſtimet, quod tamen minus probo. Magis placeret ἐρωμένῳ, ſed omnino praeſidet illud quod edi curavimus. reſpondet enim ei voci τοῦ πατρός. Ἐρώμενον autem tam de amatore quam de amaſio dici conſtat vel ex *Suida*. H. Vales.

11. Ὥστε μὴ μόνον συγχωρῆσαι &c.] Exſcripſit haec *Syncellus* Chronograph. p. 213., ſed parum mutata. P. Wess.

29. Εἰς ἐλευθέραν — φυλακὴν] In Mſ. ἐλευθέρως legitur, ſed ω eraſum eſt. Ego malim ἐλευθέρᾳ φυλακῇ. Sic *Philoſtrat.* lib. 7. cap. XI. ἐλευθέριον δεσμωτήριον vocat liberalem cuſtodiam, & cap. 17. H. Vales.

Εἰς ἐλευθέραν — φυλακὴν] Supra Exc. horum p. 289. τηρεῖν αὐτὸν ἐν ἐλευθέρᾳ φυλακῇ. At *Syncellus* Chronograph. p. 213. εἰς ἐλευθέραν ἀπέθετο φυλακὴν hinc ſumſit, neque male, ut alias dixi. P. Wess.

32. Εἰς δουλείαν — ἂν ἔχοντες] Lege ἀγαγόντες. Vulgatum tueri ſe non poteſt. P. Wess.

42. Ὧν πρότερον ἐτέλουν τοῖς ἰδίοις βασιλεῦσιν] Eadem haec *Syncellus* loco indicato. Addit alia, itidem hinc ſumta, de Macedonia ex Pauli & decem legatorum ſententia in quatuor regiones diviſa, deque magnifico Pauli triumpho, quae ſuum locum inter *Diodori* fragmenta occupabunt. P. Wess.

EX LIBRO XXXI.

PERSEUS in carcerem conjectus in tantis anguſtiis vitam miſere finiiſſet, niſi Aemilius, ſenatus princeps, *& caetera quae leguntur in Excerptis lib.* XXXI. *ex Photii Bibliotheca.*

Praefectus Gallorum a perſequendis hoſtibus reverſus, convocatis captivis facinus impium atque inſolens perpetravit: ſelectum enim ex omni turba pulcherrimum quemque & aetate florentiſſimum Diis immolavit, ſi tamen hujusmodi ſacrificia admittunt Dii immortales, caeteros vero telis obruit: quorum pleroſque antiqua conſuetudine notos cum haberet, nemini tamen in amicitiae gratiam pepercit. Adeo barbari in rebus ſecundis immani inſolentia efferuntur.

318.

Eumenes conductis mercenariis militibus, & ſtipendium praeſens ſolvit, & praeterea dona ſingulis addidit; plura etiam in poſterum pollicitus, fidos ſuis partibus ac benevolos omnes praeſtitit, haud perinde ac Perſeus. Hic enim cum Gallorum viginti millia auxilio adeſſent, pecuniae ſuae nimium parcus, hujuſmodi auxilium reſpuit. At Eumenes quamvis haud tantis abundans opibus, conducto mercenario milite omnes qui ſuis partibus prodeſſe poterant, liberalitate ſua proſequebatur. Igitur ille haud quaquam regia magnificentia, ſed ſordida quadam parſimonia uſus, opes quas tanta diligentia cuſtodierat, una cum regno in victoris poteſtatem redactas ipſe vidit. Hic vero cum victoria nihil antiquius habuiſſet, non modo maximis periculis regnum ſuum liberavit, ſed etiam univerſam Gallorum gentem in ditionem ſuam redegit.

Erant Antiochi conſilia quaedam & facta prorſus Regia, atque admiratione digna: quaedam contra abjecta adeo ac vilia, ut ab omnibus ſpernerentur. Nam cum ſolennes ederet ludos, primum quidem contrarium ac caeteri Reges conſilium ſecutus eſt; qui cum & copiis & pecunia pro virili parte regnum ſuum confirmarent, id ut maxime occultum eſſet, metu populi Romani laborabant. Hic vero diverſam viam ſecutus, ex omnibus orbis partibus viros celeberrimos ad ſpectaculum invitavit, atque univerſam regiam magnificentiſſime exornavit; cumque cunctas imperii o-

ΕΚ ΤΗΣ ΛΑ'.

Ὅτι ὁ Περσεὺς εἰς τὸ κατάγειον ἐμβληθεὶς οἴκημα, ἐκεῖ ἂν κατέστρεψε τὸν βίον, εἰ μὴ ὁ Αἰμίλιος προκαθήμενος τοῦ βουλευτηρίου, καὶ τηρῶν τὸ τῆς βουλῆς ἀξίωμα, &c. quae leguntur in Excerptis lib. XXXI.

Οτι ὁ τῶν βαρβάρων Γαλατῶν στρατηγὸς ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ γενόμενος, καὶ συναθροίσας τοὺς αἰχμαλώτους, πρᾶξιν ἐπετελέσατο βαρβαρικὴν, καὶ παντελῶς ὑπερήφανον. τοὺς τε γὰρ τοῖς εἴδεσι καλλίστους, καὶ ταῖς ἡλικίαις ἀκμαιοτάτους [k] καταστέψας ἔθυσε τοῖς θεοῖς, εἴ γέ τις τῶν θεῶν δέχεται τὰς τοιαύτας τιμάς· τοὺς δὲ ἄλλους πάντας κατηκόντισε, πολλῶν μὲν ἐν αὐτοῖς γνωριζομένων διὰ τὰς προγεγενημένας ἐπιξενώσεις, οὐδενὸς δὲ διὰ τὴν φιλίαν ἐλεηθέντος. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν εἰ βάρβαροι παρ' ἐλπίδας κατορθώσαντες, ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐχρήσαντο τοῖς εὐτυχήμασιν.

Οτι ὁ Εὐμένης ξενολογήσας, τά τε ὀψώνια ἅπασιν ἀπέδωκε, καὶ δωρεαῖς ἐτίμησε, καὶ ἐπαγγελίαις ἐψυχαγώγει πάντας, ἐκκαλούμενος τὴν εὔνοιαν, οὐχ ὁμοίως τῷ Περσεῖ. ἐκεῖνος γὰρ δισμυρίων Γαλατῶν παραγενομένων εἰς τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον, ἀπερρίψατο τὴν τηλικαύτην συμμαχίαν, ἵνα φείσηται τῶν χρημάτων· ὁ δ' Εὐμένης οὐ λίαν εὐπορούμενος, ξενολογῶν δωρεαῖς ἐτίμα τοὺς δυναμένους μάλιστα χρείας παρέχεσθαι. τοιγαροῦν ἐκεῖνος μὲν οὐ βασιλικὴν μεγαλοφροσύνην, ἀλλ' ἰδιωτικὴν τοῦ τυχόντος ἀναλαβὼν μικροψυχίαν, ἅμα τῇ βασιλείᾳ πάσῃ καὶ τὸν τηρηθέντα πλοῦτον ἐπεῖδεν αἰχμάλωτον· οὗτος δὲ τῆς νίκης πάντα δεύτερα τιθέμενος, οὐ μόνον ἐκ μεγάλων κινδύνων ἐρρύσατο τὴν βασιλείαν, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ τῶν Γαλατῶν ἔθνος ὑποχείριον ἐποιήσατο.

Οτι ἔνιαι τῶν ἐπιβολῶν τοῦ Ἀντιόχου καὶ τῶν πράξεων βασιλικαὶ καὶ θαυμάσιαι τελέως ἦσαν· τινὲς δὲ πάλιν οὕτως εὐτελεῖς καὶ ληρώδεις, ὥσθ' ὁλοσχερῶς ὑπὸ πάντων καταφρονεῖσθαι. συντελῶν γὰρ τοὺς ἀγῶνας, πρῶτον μὲν ἐναντίαν τοῖς ἄλλοις βασιλεῦσιν ἔσχε προαίρεσιν. ἐκεῖνοι γὰρ αὔξοντες τὴν ἰδίαν βασιλείαν καὶ δυνάμεσι, καὶ χρημάτων πλήθεσι, καθὸ οἷοί τ' ἦσαν ἐπεκρύπτοντο τὴν διαίρεσιν διὰ τὴν Ῥωμαίων ὑπεροχήν· οὗτος δὲ τὴν ἐναντίαν λαβὼν διάθεσιν, συνήγαγε σχεδὸν ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης τοὺς ἐπιφανεστάτους ἄνδρας εἰς τὴν πανήγυριν. πάντα τὰ τοῦ [l] βασιλείου μέρη διαφέροντας

τας

k Καταστέψας ex ſchedis edebatur. l Legebatur βασιλέως. Unde *Vales.* βασιλείου, *Salmas.* βασιλικοῦ.

52. Καταστέψας] Sic correximus, cum in exemplari καταστρέψας legeretur nullo ſenſu. Notum eſt victimas infulis coronari ſolitas eſſe, id καταστέφειν Graeci dicebant. *Aeſchines* contra Cteſiphontem, χρυσόκερων ἀποκαλῶν καὶ καταστέφεσθαι λέγων. Notanda autem haec conſuetudo eſt Gallograecorum, qui captivos Diis immolare ſoliti erant, ut docuerat etiam Sopater Paphius in comoedia, quam Γαλάται inſcript. *Athenaeus* lib. IV. (cap. 16. p. 160. Ἐγὼ δὲ κατὰ τοὺς τοῦ Παφίου Σωπάτρου Γαλάτας, παρ' οἷς ἔθος ἐστὶν, ἐπὰν πράξωσί τι ἐν τοῖς πολέμοις λαμπρὸν, θύειν τοῖς θεοῖς τοὺς αἰχμαλώτους. quam conſuetudinem a Gallis Gallograeci accepere. Nam ut ait *Caeſar* lib. VI. (cap. 16.) *Natio eſt omnium Gallorum admodum dedita religionibus, atque ob eam cauſam qui ſunt affecti gravioribus morbis, quique in praeliis periculiſque verſantur, aut pro victimis homines immolant, aut ſe immolaturos vovent.* Adde *Diodorum* lib. V, 31. H. VALES.

Καταστέψας ἔθυσε] Simile mendum eraſimus ex L. II, 55. Infra de Diegylide, pari immanitate juvenes immolante, Exc. p. 357. ἀμφοτέρους καταστέψας ἱερείων τρόπον. P. WESS.

74. Ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ τῶν Γαλατῶν &c.] Lege tamen *Polybii* Legat. XCVII. P. WESS.

83. Ἐπεκρύπτοντο τὴν διαίρεσιν] Mallem αἵρεσιν aut προαίρεσιν. Poſt pauca *Valeſius* ſcribi jubet καὶ πάντα τ. τῆς βασιλείου, *Salmaſius* τοῦ βασιλικοῦ, quod propius a vulgato recedens praetuli. Spectant autem omnia haec ludos, quos Antiochus aemulatione Aemilianorum in Macedonia, poſt debellatum Perſen, ludorum Antiochiae edidit apud *Athen.* L. V, 4. ex *Polybio.* P. WESS.

95. Παρὰ τὸν πότον] Ita emendavi, cum ποτοῦ eſſet in Mſ. Auctorem emendationis habui *Polybium*, ex cujus lib. 31. haec tranſcripta ſunt. H. VALES.

7. Πᾶσι δὲ ἐκτείνων τὰ ποτήρια] In *Polybio* illud ἐκτείνων deeſt, pendentque omnia ex praecedenti participio. Itaque ἐκτείνων parum hic accommodatum eſt, in ἐπιτείνων, ut *Salmaſius* voluit, convertendum. P. WESS.

14. Τῆς συμφωνίας προαναφωνούσης] Symphonia nihil aliud eſt quam concentus chori, chorus enim conſtabat e ſeptem ſymphoniacis, quando autem chorus canebat, choricis tibiis Choraulus artifex concinebat, ut ait *Diomedes*: quae συναυλία Graece dicitur. Itaque parum inter συμφωνίαν & συναυλίαν intereſt. unde *Semus Delius* apud *Athenaeum* (Lib. XIV. 2. p. 618.) συναυλίαν ſic definit: ἀγωνισμὸς δὲ ὑπῆρχε καλούμενος συναυλία, ὡς τις ἀγὼν συμφωνίας αὐλοῦ καὶ ῥυθμοῦ χωρὶς λόγου τοῦ προσμελῳδοῦντος. Mimis porro chorus praecinebat, ut ex *Hieronymi* Chronico patet, ubi de Pylade Pantomimo, *Hyginus* in Poetico Aſtronomico de Delphine, *Quod Liber ſuſpicatus jubet comites ſymphonia canere.* Acron quoque, *Ambubaiae*, inquit, *dicuntur mulieres tibicines lingua Syrorum. Etenim lingua eorum tibia,*

ſive

τας ἐκόσμησε, εἰς ἕνα δὲ τόπον ἀθροίσας, καὶ καθάπερ ἐπὶ σκηνὴν ἀναβιβάσας τὴν βασιλείαν ἅπασαν, ἐποίησε μηδὲν ἀγνοεῖν τῶν περὶ αὐτόν.

Ὅτι τοὺς πολυτελεῖς ἀγῶνας καὶ τὴν θαυμαστὴν πανήγυριν ἐκτελέσας ὁ Ἀντίοχος, πάντας τοὺς πρὶν ὑπερέβαλεν· ὁ δὲ δι' αὐτοῦ χειρισμὸς πολλῆς εὐτελείας καὶ καταφρονήσεως ἦν οἰκεῖος. παρέτρεχε γὰρ παρὰ τὴν [m] πομπὴν ἱππάριον ἔχων εὐτελές, καὶ τοὺς μὲν προάγειν κελεύων, τοὺς δὲ ἐπέχειν, ἄλλους δὲ ὡς ἔτυχε διατάττων· ὥστε εἴ τις ἀφείλεν αὐτοῦ τὸ διάδημα, μηδένα τῶν ἀγνοούντων πιστεῦσαι τοῦτον εἶναι τὸν βασιλέα τὸν τῶν ὅλων κύριον, ὁρῶντα μηδ' ὑπηρέτου μετρίου φαντασίαν ἔχοντα. ἐν δὲ τοῖς πότοις αὐτὸς ἐφεστάμενος ταῖς εἰσόδοις, οὓς μὲν εἰσῆγεν, οὓς δὲ ἀνέκλινε, καὶ τοὺς διακόνους, τοὺς τὰς παραθέσεις φέροντας διέταττεν. ἀκολούθως δὲ τούτοις, προσιὼν τοῖς εὐωχουμένοις οὗ τύχοι, ποτὲ μὲν ἐκάθιζε, ποτὲ δὲ προσανέπιπτε. καὶ ποτὲ μὲν ἀποτιθέμενος τὸν [n] ψωμόν, ποτὲ δὲ τὸ ποτήριον, ἀνεπήδα καὶ μετανίστατο, καὶ περιῄει πάντα τὸν [o] πότον, προπόσεις λαμβάνων ὀρθός, καὶ τοῖς ἀκροάμασι προσπαίζων. καὶ δή ποτε προκοπτούσης ἐπιπολὺ τῆς ἑστιάσεως, καὶ τῶν πλειόνων ἤδη κεχωρισμένων, ἧκεν ὑπὸ τῶν μίμων ἐκφερόμενος συγκεκαλυμμένος. τεθεὶς δὲ ἐπὶ τὴν γῆν ὑπὸ τῶν συμπαιζόντων, μετὰ ταῦτα τῆς συμφωνίας προκαλουμένης ἀνεπήδα γυμνός, καὶ τοῖς μίμοις προσπαίζων ὠρχεῖτο, τῶν ὀρχήσεων τὰς γελοίας καὶ χλευασμὸν εἰωθυίας ἐπισπᾶσθαι· ὡς πάντας αἰσχυνθέντας ἐπὶ τοῖς πραττομένοις, φεύγειν ἐκ τοῦ πότου· καὶ ἕκαστον τῶν ἀπηντηκότων ἐπὶ τὴν πανήγυριν, ὅτε μὲν εἰς τὴν ὑπερβολὴν τῆς χορηγίας ἐμβλέψαι, καὶ τὴν ἐν τοῖς ἀγῶσι καὶ πομπαῖς οἰκονομίαν καὶ διάταξιν τῶν ὅλων, καταπλήττεσθαι καὶ θαυμάζειν καὶ τὸν βασιλέα, καὶ τὴν βασιλείαν· ὅτε δὲ εἰς αὐτὸν ἀτενίσαι, καὶ τὸ τῶν ἐπιτηδευμάτων κατεγνωσμένον, ἀπιστεῖν εἰ περὶ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν φύσιν, τοσαύτην ἀρετὴν καὶ κακίαν ὑπάρξαι δυνατόν ἐστιν.

Ὅτι τούτων συνελθόντων ἧκον οἱ τοῦ Γράκχου πρεσβευταὶ κατασκεψόμενοι τὴν βασιλείαν. οἷς ὁ βασιλεὺς ὡμίλησε φιλοφρόνως, ὥστε μηδὲν ὑποπτεῦσαι περὶ αὐτοῦ πραγματικὸν ἢ διαφορᾶς ἔμφασιν ἔχον, τῆς δοκούσης ὑποικουρεῖν ἐκ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον γενομένης [p] προσκοπῆς. οὐκ ἦν δὲ τῇ προαιρέσει τοιοῦτος, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἀλλοτριώτατα διέκειτο πρὸς Ῥωμαίους.

Ὅτι τοῦ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως ἐκπεσόντος

pes unum in locum coegiſſet, & quaſi ſpectandas in ſcena propoſuiſſet, id aſſecutus eſt ut ex rebus 321.
ſuis nihil eſſet quod Romanos lateret.

Atque in hujus quidem tanti ſpectaculi apparatu ſuperiores Principes longo intervallo Antiochus ſuperavit. Verum ipſa totius ludicri ordinatio, quam ipſe per ſe obibat, admodum vilis atque indecora viſa eſt. Namque ipſe modico vectus cantherio ultro citroque pompae adequitans, illos progredi, hos ſubſiſtere jubebat; alios, prout erat libitum, ordinabat: adeo ut ſi quis diadema ei detraxiſſet, nemo Regem eſſe illum crediturus fuerit, qui ne medioeris quidem atque honeſtioris miniſtri ſpeciem prae ſe ferret. Jam vero in publico epulo ipſe ſtans in veſtibulo, alios introducebat, alios accumbere jubebat; adhaec miniſtros fercula geſtantes ordinabat. Interdum etiam ad aliquem ex epulantibus accedens, modo adſidebat, modo humi accubabat, nec raro aut buccam interim in menſa ponens, aut poculum lavans exiliebat diſcurrebatque. Triclinium etiam circumluſtrans, propinatos ſibi nunc ab his, nunc ab illis calices ſtans hauriebat, & cum ſymphoniacis ſaepe colludebat ac jocabatur. Quin & producto in multam veſperam convivio cum multi jam exceſſiſſent, ipſe linteo coopertus a mimis elatus eſt, humique depoſitus, tandem vero velut ſymphonia excitatus, exſurrexit nudus, & ludibundus cum mimis ſaltationes maxime jucundas ac ridiculas deſaltare coepit, adeo ut prae pudore cuncti ex convivio diffugerent. Ac ſinguli qui ad ſpectaculum convenerant, quoties in magnitudinem apparatus & in pompae ac ludicri totius diſpoſitionem oculos conjiciebant, Regem ipſum ac regni opes maxima admiratione proſequebantur: ſi quando autem Regem ipſum ac prava ejus ſtudia intuerentur, vix credebant in uno atque eodem 322.
ingenio tot virtutes ſimul ac vitia poſſe reperiri.

Peracto demum ludicro, legatus advenit Tiberius Gracchus ad inſpiciendas res Syriae miſſus: quem ea humanitate Antiochus excepit, ut nullatenus Gracchus ſuſpecta Regis conſilia habuerit, nullum in eo ſubalienati & offenſi ob ea quae in Aegypto acciderant, animi ſignum deprehenderit: tametſi longe alia re ipſa Antiochus voluntate eſſet, prorſuſque a populo Romano alieniſſimus.

Ptolemaeus regno pulſus, cum Romam pedeſtri iti-

m In ſchedis σιωπήν. n MS. ψωμόν. o Idem τόπον, nota confuſione. Conf. *Salmaſ.* ad *Achillem Tat.* p. 93. & *Bryanum* ad *Plut.* Themiſtocl. p. 93. p Edebatur προκοπῆς.

ſive ſymphonia, ambubaia dicitur. H. Vales.

27. Ὅτι τούτων συνελθόντων] Legendum eſt, συντελεσθέντων, ex *Polybio* cap. 101. legationum, ex quo fere ſuperiora omnia ad verbum tranſcripſit *Diodorus*. Hinc igitur patet caput illud 101. legationum *Polybii* ad librum 31. hiſtoriarum ejus pertinere, in quo libro retulerat *Polybius* eos agones, quos Antiochus Epiphanes Daphnae celebravit, ut patet ex fragmentis ejus libri apud *Athenaeum*, quae perperam *Caſaubonus* inter reliquias lib. 26. retulit. H. Vales.

31. Ἐκ τῶν — γενομένης προσκοπῆς] Sic ſcripſi. Intelligitur Popilii legatio & natum inde, ne Aegyptus occuparetur, impedimentum, ob quae Romanis clanculum ſuccenſebat Antiochus. Ei autem rei aptum eſſe προσκοπῆς vocabulum, ut in *Polybii* L. vi, 4. 5., non προκοπῆς, nemo ignorat. P. Wess.

35. Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως ἐκπεσόντος] Poſtquam Antiochus Epiphanes tentatis, ut ſupra dixi, moenibus Alexandriae, fruſtratus ſpe ſua, in Syriam receſſit, Ptolemaeus Philometor, quem Memphi reliquerat, perſpectis conſiliis Antiochi, qui amicitiam ſecum ſimulabat, ſed revera ſibi ipſi regnum Aegypti comparare in animo habebat, miſſis ad Juniorem fratrem & Cleopatram ſororem legationibus id perfecit, ut in regnum reſtitueretur, fraterque minor ſecum ſimul regnaret, L. Aemilio Paulo 2. Coſ. anno 4. Olymp. CLII. ut docet T. *Livius* lib. 45. Itaque in publicis actibus ſcribi coepit anno 12. Philometoris, Euergetis autem primo, manſitque haec fratrum concordia ad annum Philometoris ſeptimum decimum, quo fratres diffidere coeperunt, ut ſcribit *Porphyrius* in fragmento luculentiſſimo, quod *Joſ. Scaliger* inter Euſebiana excerpta edidit, pag. 22. Igitur Philometor bello victus, regnoque expulſus, Romam pedes petendi auxilii gratia proficiſci intendit modico comitatu, demptoque capitis inſigni, ac ſquallore obſitus. cui cum Demetrius obviam veniſſet, equumque regalibus ornatum phaleris & diadema obtuliſſet, cuncta Ptolemaeus eſt aſpernatus, & Romam cum veniſſet, in hoſpitium Alexandrini pictoris ſe contulit. quod ubi Senatui nunciatum eſt, Senatus arceſſito juvene, diligenter factum excuſavit, quod nec Quaeſtorem more majorum ei obviam miſiſſet, nec publico hoſpitio excepiſſet, idque non ſua negligentia, ſed illius clandeſtino adventu eſſe factum. hortatuſque eſt, ut poſitis ſordibus adeundi ipſius diem peteret, ut narrat *Valerius Max.* libro v. cap. 1. H. Vales.

Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως] Si quis dubitet de hoc Ptolemaeo, quiſnam fuerit, diſcat eum fuiſſe Phyſcona, qui & Cacergetes vocabatur, quod *Polybius* docet. Jac. Palmer.

Πτο-

itinere proficiſceretur, agnitus eſt a Demetrio Seleuci filio, qui inſperato caſu commotus, magnificentiae ſuae ac plane regii animi illuſtre ſpecimen edidit. Statim enim parata veſte regia cum diademate & equo aureis ornato phaleris, ſtipatus ſuis famulis, Ptolemaeo obviam proceſſit, eique viceſimo ſexto ab urbe lapide occurrit. Quem poſtquam comiter ſalutavit, hortari coepit, ut ornatus regiis inſignibus eo quo par erat comitatu Romam ingredi vellet, ne forte deſpectui haberetur. Sed Ptolemaeus prolixam quidem in ſe Demetrii voluntatem multum laudavit: caeterum tantum abſuit ut quidquam eorum quae ſibi offerebantur, acciperet, quin potius Demetrium rogavit ut in aliquo ex perviis oppidis una cum Archia ſubſiſteret.

καὶ πεζῇ ἀπερχόμενος εἰς Ῥώμην, ἐγνώρισεν αὐτὸν ὁ Δημήτριος ὁ τοῦ Σελεύκου, καὶ θαυμάσας τὸ παράδοξον, ἐποίησέ τι βασιλικὸν καὶ μεγαλοπρεπὲς δεῖγμα τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως. παραχρῆμα γὰρ προχειρισάμενος βασιλικὴν ἐσθῆτα καὶ διάδημα, πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἵππον πολυτελῆ χρυσοφάλαρον, μετὰ τῶν ἰδίων παίδων ἀπήντησε τῷ Πτολεμαίῳ. συμμίξας δὲ αὐτῷ τῆς πόλεως ἀπὸ διακοσίων σταδίων, καὶ φιλοφρόνως ἀσπασάμενος, παρεκάλει κοσμηθέντα τοῖς τῆς βασιλείας παρασήμοις ἀξίαν ἑαυτοῦ ποιήσασθαι τὴν εἰς τὴν Ῥώμην εἴσοδον, ἵνα μὴ τελέως εὐκαταφρόνητος εἶναι δόξῃ· ὁ δὲ Πτολεμαῖος τὴν μὲν προθυμίαν ἀπεδέξατο, τοσοῦτον δὲ ἀπέσχε τοῦ δέξασθαί τι τῶν διδομένων, ὥστε καὶ τὸν Δημήτριον ἠξίωσεν ἐν [q] τινι τῶν κατὰ τὴν ὁδὸν πόλεων καταμεῖναι, καὶ τοὺς περὶ τὸν Ἀρχίαν μετ᾽ αὐτοῦ.

Cum Antipater inter tormenta exſpiraſſet, Aſclepiadem Praefectum urbis adduxerunt vociferantem totius negocii ſcenam abs Timotheo compoſitam eſſe, ejuſque perſuaſione inductum adoleſcentem ut impio atque injuſto ſupplicii genere fratrem afficeret. Cumque proceres totius fraudis ſeriem inde odorari ac conijcere coepiſſent, ac crudeliter
325. excruciatorum vicem miſerarentur, timore perculſus Timotheus, reliquos qui delati fuerant, tormentis liberatos, poſtmodum clam e medio ſuſtulit.

Ὅτι τοῦ Ἀντιπάτρου ταῖς ἀνάγκαις ἐναποθανόντος, Ἀσκληπιάδην τὸν ἐπὶ τῆς πόλεως τεταγμένον ἤγαγον βοῶντα, διότι Τιμόθεος τοῦτο τὸ δρᾶμα συνέθηκε, καὶ τὸ μειράκιον προκεκλημένος εἴη πρὸς ἄδικον καὶ ἀσεβῆ τιμωρίαν τἀδελφοῦ. τοῦ δὲ πλήθους τῶν ἡγεμόνων ἐκ τούτου κατ᾽ ὀλίγον ἔννοιαν λαμβάνοντος τῆς ὅλης ῥᾳδιουργίας, καὶ τοὺς ἀνήκεστα πάσχοντας ἐλεοῦντος, φοβηθέντες οἱ περὶ Τιμόθεον, τοὺς λοιποὺς τῶν καταιτιαθέντων ἀπολύσαντες τῆς βασάνου, κατ᾽ ἰδίαν ἀνείλαντο.

Ariarathes cognomento Philopator, cum hereditario jure paternum regnum ſuſcepiſſet, ante omnia patris exequias omni magnificentiae genere celebravit. Poſthaec amicos ac duces ſubditoſque omnes debita ſollicitudine complexus, omnium ordinum benevolentiam ſibi conciliavit.

Ὅτι ὁ Φιλοπάτωρ κληθεὶς Ἀριαράθης διαδεξάμενος τὴν πατρῴαν βασιλείαν, πρῶτον μὲν τὸν πατέρα μεγαλοπρεπῶς ἔθαψεν· ἔπειτα τῶν τε φίλων, καὶ τῶν ἐφ᾽ ἡγεμονίας τεταγμένων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὑποτεταγμένων τὴν καθήκουσαν ἐπιμέλειαν ποιησάμενος, μεγάλην εὔνοιαν παρὰ τοῖς πλήθεσιν ἀπηνέγκατο.

Cum Mithrobuzanem in paternum regnum Ariarathes reduceret, Artaxias Armeniae Rex a priſtina ſua cupiditate haudquaquam deſciſcens, legatione ad Ariarathem miſſa hortatus Regem eſt, ut ſecum conſentire vellet, & altero e duobus fratribus, quem penes ſe habebat, interfecto Sophenem partiretur. Sed Ariarathes qui multum ab hujuſmodi fraude abhorrebat, legatos graviter objurgavit, litteriſque ad Artaxiam datis monuit, ut ab ejuſmodi ſcelere abſtineret. Quo facto magnum Ariarathes cumulum laudibus ſuis adjecit. At Mithrobuzanes ob egregiam ejus, ad quem confugerat fidem ac virtutem, regnum paternum obtinuit.

Ὅτι τὸν Μιθροβουζάνην ἐπὶ τὴν πατρῴαν ἀρχὴν καταγαγόντος Ἀριαράθου, Ἀρταξίας ὁ τῆς Ἀρμενίας βασιλεύς, οὐκ ἀφιστάμενος τῆς ἐξαρχῆς πλεονεξίας, πρέσβεις ἀπέστειλε πρὸς Ἀριαράθην, παρακαλῶν συμφρονῆσαι, καὶ τῶν νεανίσκων ἑκάτερον τὸν παρ᾽ ἑαυτῷ διαχειρισαμένους διελέσθαι τὴν Σωφηνήν· ὁ δὲ Ἀριαράθης πολὺ κεχωρισμένος τῆς τοιαύτης ῥᾳδιουργίας, τοῖς πρεσβευταῖς ἐπέπληξε, καὶ πρὸς Ἀρταξίαν ἔγραψε παρακαλῶν αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων ἔργων. Ἀριαράθης μὲν οὖν ἀκολούθως οὕτω γενηθείσης τῆς πράξεως, οὐ μετρίως ηὔξησε τὴν περὶ αὐτοῦ δόξαν· ὁ δὲ Μιθροβουζάνης διὰ τὴν θαυμαζομένην τοῦ καταγαγόντος αὐτὸν πίστιν καὶ καλοκἀγαθίαν, ἐκράτησε τῆς πατρῴας ἀρχῆς.

L. Aemilius, is qui de Perſe triumphavit, vir Conſularis ac Cenſorius, atque omnium aetatis ſuae in omni virtute princeps, his temporibus eſt mor-

Ὅτι ὁ Αἰμίλιος ὁ Περσέα καταπολεμήσας, τιμητὴς ὢν καὶ σχεδὸν ἐν πᾶσι τοῖς μέρεσι τῆς ἀρετῆς πρωτεύων τῶν πολιτῶν, ἐτελεύτησεν. ὡς δὲ ἡ περὶ αὐ-

q Τῷ ſcriptus liber.

Πτολεμαῖος — [illegible]] *Valer. Maximus* pugnat & obviam venit ſententiae *Valeſii*, prima fronte favens *Palmerio*: Sic enim, *Rex Ptolemaeus a majore fratre regno ſpoliatus — Romam venerat*. Ea Ptolemaeum Euergetem, non Philometora, deſignant: qui quidem Euergetes Romam venit, nec dum in Syriam profecto Demetrio: Sed neque eo ſqualore obſitus, nec auxilii petendi cauſſa, verum eo fine, ut inſtitutam cum fratre regni diviſionem faceret infectam, referente *Polybio* Legat. CXIII. Itaque in *Valerio* aut *a minore fratre* fuit, aut error eſt. Alterutrum a vero non deflectere *Livius* Epit. XLVI. & *Porphyrius*, quos *Valeſius* auctores habuit, confirmant, & *Palmerium* redarguunt. P. Wess.

36. Ὁ Δημήτριος] Is Demetrius Seleuci filius obſes tunc Romae erat, qui cum Ptolemaeum ignobili comitatu Romam appropinquare didiciſſet, id facinus edidit. Quippe expulſus eſt Philometor anno regni 17. ex *Porphyrio*, id eſt, Olymp. CLIV. anno 1. Sempronio Graccho & Juventio Talna Coſſ. ut etiam indicat Epitome lib. 46. *Titi Livii*. Demetrius vero Roma profugit anno 3. ſupradictae Olymp. ſeu 151. Graecorum, ut eſt in lib. 1. Macchab. (cap. VII, 1.) H. Vales.

62. Ὁ Φιλοπάτωρ] Hic Ariarathes filius erat Antiochidis, Antiochi Magni filiae, quae cum liberis careret, duos ſibi clam ſuppoſuit, Ariarathem & Orophernem, ſed aliquanto poſt cum praeter ſpem filias duas ac filium nomine Mithridatem peperiſſet, de ſuppoſiticiis maritum admonuit, & priorem quidem cum mediocri ſumptu Romam miſit, alterum in Ioniam: ne legitimo puero controverſiam de regno moverent. Hic Mithridates poſtea Ariarathes dictus eſt, cognomento Philopator, ob ſingularem pietatem qua patrem dilexit, ut teſtatur *Diodorus* lib 31. ex quo patet hoc fragmentum ad librum 31. pertinere. Regnum iniit Olymp. CLIV. anno 2. Scipione Naſica & Figulo Coſſ. non ut *Caſaubonus* in Polybiana chronologia ponit Olymp. ſupradictae, anno 3. Namque ante Demetrii ex urbe fugam regnare coepit, ut conſtat ex *Polybio* & *Livio* lib. 46. Atqui Demetrius anno 3. dictae Olymp. Roma clam profugit, ut ſupra dixi. Periit autem hic Ariarathes in bello quod Romani cum Ariſtonico geſſerunt, ut docet *Juſtinus* libro 38, 2. H. Vales.

63. Mi-

αὐτοῦ φήμη τῆς τελευτῆς διεδόθη, καὶ συνήγγιζεν ὁ τῆς ἐκφορᾶς καιρὸς, τοιαύτην συνέβη γενέσθαι πάσης τῆς πόλεως συμπάθειαν, ὥστε μὴ μόνον τοὺς ἐργαστηριακοὺς καὶ τὸν ἄλλον ὄχλον συντρέχειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὴν σύγκλητον ὑπερθέσθαι τοὺς χρηματισμούς. ἀκολούθως δὲ τούτοις καὶ τῶν περιοικίδων τῆς Ῥώμης πόλεων, ὅσαις ὁ χρόνος τὴν ἀναστροφὴν ἐδίδου ἐλθεῖν πρὸς τὸν τῆς ἐκφορᾶς καιρὸν, καὶ τὴν εἰς τὴν Ῥώμην τιμὴν σχεδὸν, τιμὴν μετὰ προθυμίας, ἅμα θεασόμενοι καὶ τιμήσοντες τὸν μεταλλαχότα.

Ὅτι ὁ αὐτὸς Αἰμίλιος οἷος ἐν τῷ ζῆν ὑπάρχειν τῇ τύχῃ ἐδοξάζετο, τοιοῦτον ἀπέλιπε τὸν βίον μεταλλάξας. πλεῖστον γὰρ τῶν καθ' αὐτὸν ἐξ Ἰβηρίας χρυσὸν κομίσας εἰς τὴν Ῥώμην, μεγίστων δὲ θησαυρῶν τῶν κατὰ Μακεδονίαν ἐγκρατὴς γενόμενος, πλείστης δὲ περὶ τὰ προειρημένα τυχὼν ἐξουσίας, τοσοῦτον ἀπέσχετο τοῦ σφετερίσασθαί τι τῶν χρημάτων, ὥστε μετὰ τὴν τελευτὴν τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, τοὺς δοθέντας εἰς υἱοθεσίαν, διαδεξαμένους τὴν κληρονομίαν, ἐκ πάντων τῶν ἐπίπλων μὴ δύνασθαι διαλῦσαι τῇ γυναικὶ τὴν φερνὴν, εἰ μὴ καὶ τῶν ἐγγείων κτημάτων ἕνια προσαπέδοντο. διὸ καὶ πολλοῖς ἔδοξεν ὑπερβεβηκέναι κατὰ τὴν ἀφιλαργυρίαν τοὺς παρὰ τοῖς Ἕλλησι περὶ τοῦτο τὸ μέρος θαυμαζομένους, Ἀριστείδην τε καὶ Ἐπαμινώνδαν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, διδομένων χρημάτων ἐπὶ τῷ λυσιτελεῖ τῶν διδόντων, ἀπέσχοντο τῆς δωρεᾶς· τοῦτον δὲ αὐτὸν ἐξουσίαν ἔχοντα λαβεῖν ὁπόσα βούλοιτο, μηδενὸς τῶν τοιούτων ἐπιθυμῆσαι. εἰ δὲ ἄπιστόν τισι φαίνεται τὸ λεγόμενον, ἐκεῖνο λογίζεσθαι, ὅτι οὐ χρὴ τὴν τῶν ἀρχαίων ἀφιλαργυρίαν ἐκ τῆς νῦν Ῥωμαίων πλεονεξίας τεκμαίρεσθαι. ἐπὶ γὰρ τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου, μεγίστην ὁρμὴν τοῦτο τὸ ἔθνος ἐσχηκέναι δοκεῖ πρὸς τὴν τοῦ πλείονος ἐπιθυμίαν. ἐπεὶ δὲ περὶ ἀνδρὸς νῦν ἐμνήσθην ἀγαθοῦ, βούλομαι βραχέα διελθεῖν περὶ τῆς Σκιπίωνος ἀγωγῆς, τοῦ Νομαντίας ὕστερον καταστρέψαντος, ὅπως μὴ παράδοξός τισιν ἡ πρᾶξις τούτου δόξῃ γεγονέναι κατὰ τοὺς ὕστερον χρόνους, ἀγνοουμένης τῆς κατὰ τὴν νεότητα περὶ τὰ κάλλιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων σπουδῆς. Πόπλιος τοίνυν Σκιπίων Αἰμιλίου μὲν τοῦ Περσέα θριαμβεύσαντος ἦν κατὰ φύσιν υἱὸς, καθάπερ ἤδη προείρηται, δοθεὶς δὲ εἰς υἱοθεσίαν Σκιπίωνι τῷ παιδὶ τοῦ τὸν Ἀννίβαν καὶ Καρχηδονίους καταπολεμήσαντος, ἔγγονος κατὰ θέσιν πάππου Σκιπίωνος τοῦ Ἀφρικανοῦ προσαγορευθέντος, μεγίστου τῶν πρὸ αὐτοῦ Ῥωμαίων. ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς ῥίζης γεγονὼς, καὶ τηλικούτου βάρους οἰκίας καὶ γένους διαδεδεγμένος, ἄξιος ἐφάνη τῆς τῶν προγόνων δόξης. ἐκ παίδων γὰρ Ἑλληνικῆς παιδείας ἐπιπολὺ μετειληφὼς, καὶ γεγονὼς κατὰ τοῦτον

tuus: cujus de obitu poſtquam palam factum eſt, ſub ipſum maxime funeris tempus, tantus univerſae civitatis moeror fuit, ut non modo operarii ac reliqua forenſis turba certatim confluerent, ſed Senatus etiam Magiſtratuſque omnes indicto juſtitio res proferrent. Quin etiam ex conterminis urbis Romae municipiis quicunque ad ipſam funebris pompae diem adeſſe poterant, ingenti ſtudio 326. & viſendi funeris & honoris cauſa concurrerunt.

Quantae Lucii Aemilii opes, dum viveret, opinione vulgi aeſtimabantur, tantae poſt obitum ejus repertae ſunt. Nam cum unus ſuae aetatis plurimam auri vim ex Hiſpania in aerarium retuliſſet, maximarumque in Macedonia opum eſſet potitus, atque utrobique ſummam licentiam nactus fuiſſet, adeo nihil ex iis in ſinum ſuum condidit, ut cum duo filii, quos in adoptionem dederat, hereditatem ipſius adiiſſent, ſupellectilis auctione facta tantum redigere non potuerint unde uxori dos ſolveretur, niſi venditis praeterea aliquot poſſeſſionibus. Quamobrem nonnulli ejus viri abſtinentiam Ariſtidi atque Epaminondae, quos maxime eo nomine Graeci admirantur, praeferendam eſſe duxerunt. Illos enim ab ea pecunia, quae pro dantis utilitate offerebatur, abſtinuiſſe: hunc vero maximam nactum licentiam capiendi quantum vellet, nihil hujuſmodi concupiiſſe. Quod ſi cui id incredibile eſſe videatur, is cogitet, abſtinentiam veterum Romanorum haudquaquam ex eorum, qui hodie ſunt, avaritia ac cupiditate eſſe metiendam. Noſtra enim certe aetate, Romani prae caeteris gentibus maxima habendi cupidine rapiuntur. Caeterum quandoquidem in optimi viri mentionem incidimus, pauca de L. Scipionis ejus filii, qui poſtea Numantiam delevit, inſtituto ac diſciplina ordiri lubet: ne forte ignorata cura ac diligentia, qua ille in optimarum artium ſtudiis a puero incubuit, novum atque inſolens videatur tantum in omni virtute eum poſtea profeciſſe. Igitur P. Scipio Lucii quidem Aemilii, ejus qui de Rege Perſe triumphavit, naturalis filius fuit, ut ſuperius dixi. Pub. autem Scipioni Publii filio, ejus qui Hannibalem & Carthaginenſes debellavit, 329. in adoptionem datus, Scipionis Africani viri aetatis ſuae eminentiſſimi nepos factus eſt. His majoribus ortus Scipio, atque in tantum familiae decus ac ſplendorem ſuccedens, haudquaquam ſe indignum majorum gloria praeſtitit. Namque a tenera aetate Graecis litteris apprime imbutus, cum hoc

64. Μεγαλοπρεπῶς ἔθαψε] Non patrem tantum, ſed & matrem & ſororem, Antiochiae in Syria non ſine ſcelere & vi defunctas. Lege *Polyb.* Leg. cxii. P. Wess.

70. Ἀρταξίας] Hujus Artaxiae meminit *Plutarchus* in Antonii vita: Victus captuſque fuerat ab Antiocho Epiphane, ut docet *Appianus* in Syriacis. (p. 188.) *Hieronymus* in caput xi. Danielis ex *Porphyrio*. *Pugnans*, ait, *contra Aegyptios, Libyas, Aethiopaſque pertranſiens audiet ſibi ab Aquilone & ab Oriente praelia concitari, unde & regrediens capit Aradios reſiſtentes, & omnem in littore Phoenices vaſtat provinciam, confeſtimque pergit ad Artaxiam regem Armeniae.* Fuerat hic prius Antiochi magni Satrapa in Armenia: quo a Romanis victo, cum ad Rom. partes tranſiiſſet, Rex a populo Romano appellatus eſt, teſte *Strabone* lib. xi. (p. 800.) & celeberrimum Armeniorum fundavit imperium. H. Vales.

Ἀρταξίας] Meminit ejus *Plut.* in Lucullo pag. 513. Fortaſſe Mithrobuzanes ille filius Thariadae fuit, qui Sophenen eo tempore occupavit, quo Artaxias Armeniam, uti *Strabo* refert L. xi. p. 800. P. Wess.

88. Τοιαύτην συνέβη γενέσθαι πάσης &c.] Conf. *Plut.* in Aemilio p. 276. Quid vero iſta ſibi volunt verba, καὶ τὴν εἰς τὴν Ῥώμην τιμὴν σχεδὸν, τιμήν; quorſum inquam iſta pertinent? Ego, ne longum faciam, & corrupta eſſe & defectu laborare cenſeo. Vide an placere poſſit: καὶ τῶν εἰς τὴν Ῥώμην τιμὴν (ἐχουσῶν) σχεδὸν (πάντες παρεγένοντο) μετὰ προθυμίας κ. λ. Sic dicet, ex viciniis urbi oppidis atque ex municipiis ferme omnes ſpectatum exſequias confluxiſſe Romam. Municipia vocantur αἱ εἰς τὴν Ῥώμην, ſive ἐν τῇ Ῥώμῃ, τιμὴν ἔχουσαι πόλεις, haud ſane abſurde. Aliter ſi qui opinentur, pati poſſum: nam *Diodori* verba me conjiciendo aſſecutum eſſe, non temere adfirmavero. P. Wess.

98. Οἷος ἐν τῷ ζῆν ὑπάρχειν] Apud *Polybium* ex quo haec deſumpta ſunt, alius eſt verborum ſenſus. plus enim dicit *Polybius*, ut ex utriuſque loci interpretatione clarum eſt. H. Val.

6. Τοὺς δοθέντας εἰς υἱοθεσίαν] P. Scipionem & Q. Fabium, de quibus *Polybius* p. 1457., unde haec deſcripta. Junge *Plut.* Aemil. p. 257. P. Wess.

34. Καὶ τηλικούτου βάρους οἰκίας] Mox iterum καὶ τοῦ βάρους τῆς οἰκίας ἐν ἀξιόχρεως διάδοχος. Reſpice not. in L. iv, 61. P. Wess.

37. Κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν μεταλλάξαντα] Annum intelligit quo L. Aemilius Paulus Scipionis pater eſt mortuus. Atqui eo anno Scipio xxv. aetatis annum agebat. Deceſſit enim Aemilius L. Ani-

hoc anno octavum & decimum aetatis annum ageret, ad philoſophiam animum applicuit praeceptore uſus Polybio Megalopolitano annalium conditore. Cujus in contubernio diu verſatus, atque in omni virtutis genere exercitatus, non modo aequales ſuos ſed & majores natu, & continentia, & benignitate, & magnitudine animi, reliquiſque adeo virtutibus longe ſuperavit. Quamquam priusquam ſe ad philoſophiam contuliſſet, opinione omnium ferebatur lentiore ac tardiore ingenio eſſe, parumque idoneus tantae familiae heres. Enimvero prout aetati conveniebat, ante omnia continentiae laudem ſibi comparare ſtuduit, quod quidem oppido arduum tunc erat. Mirum enim quo impetu ad foedas libidines, atque ad ipſum intemperantiae faſtigium juvenes eo tempore ferebantur: alii in pueros delicatos, alii in meretrices, hi in acroamata & hujuſmodi conviviorum luxum effuſi: quippe bello Perſico diutius tracto, Graecorum in eo genere molliciem celeriter hauſerant Romani, ac maximarum praeterea opum compotes facti, habebant affatim unde luxuriam ſuam alerent atque explerent.

At Scipio contrarium vitae inſtitutum ſecutus, & cum omnibus naturae cupiditatibus tanquam cum teterrimis beſtiis colluctatus, intra quinquennium conſtantem ac teſtatam modeſtiae & continentiae laudem eſt adeptus. Quae cum omnium ore ac teſtimonio mire celebraretur, inde ad magnificentiae &
330. liberalitatis in eroganda pecunia gloriam contendit. Quam ad rem domeſticum patris Aemilii exemplum Scipioni contigerat, ſub cujus diſciplina diu verſatus; jam quaſi adumbratam ac delineatam ejuſmodi virtutem egregie expreſſerat; ſed fortuna etiam non mediocriter contulit, quae praeclaram declarandae liberalitatis ſuae occaſionem ei ſubminiſtravit. Nam cum Aemilia majoris Africani conjux, L. Aemilii, ejus qui Perſem ſuperavit, ſoror, e vita abiiſſet, Scipio opulentiſſima illius feminae hereditate adita, primum animi ſui ſpecimen edidit ex ejuſmodi caſu. Mater enim ejus Papiria jamdudum a L. Aemilio repudiata ſeorſim degebat arctiore, quam pro ſplendore generis, re familiari. At vero Aemilia patris ejus adoptivi mater, praeter reliquas opes, inſignem ornatum ac muliebrem mundum cum eleganti famulitio in bonis habuerat: quippe quae majoris Africani conjux ac omnis fortunae particeps vixiſſet. Hunc omnem plurium talentorum apparatum Scipio matri donavit ſuae. Quae cum in ſolennibus matronarum

τὴν ἡλικίαν ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν, ἔδωκεν ἑαυτὸν πρὸς τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ λόγους, λαβὼν ἐπιστάτην Πολύβιον τὸν Μεγαλοπολίτην, τὸν τὰς ἱστορίας συντεταγμένον. τούτῳ δὲ συμβιώσας, καὶ πάσης ἀρετῆς ζηλωτὴς γενόμενος, οὐχ οἷον τῶν ἡλικιωτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν πρεσβυτέρων πάντων πολὺ προέσχε σωφροσύνῃ καὶ καλοκἀγαθίᾳ, καὶ μεγαλοψυχίᾳ, καὶ καθόλου πᾶσι τοῖς τῆς ἀρετῆς γένεσι. καίτοι γ' ἐν ἀρχαῖς πρὸ τοῦ φιλοσοφίας ἅψασθαι, διάληψιν εἶχε παρὰ τοῖς πολλοῖς ὡς νωθρὸς ὢν τὴν ψυχήν, καὶ τοῦ βάρους τῆς οἰκίας οὐκ ἀξιόχρεως διάδοχος, καὶ προστάτης. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἡλικίας οἰκείως πρῶτον ἤρξατο περιποιεῖσθαι τὴν ἐπὶ σωφροσύνῃ δόξαν. πολλὴ γάρ τις ὁρμὴ πρὸς τὰς ἀναιδεῖς ἡδονάς, καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀκολασίας τοῖς τότε νέοις ἐνεπεπτώκει· οἱ μὲν γὰρ εἰς ἐρωμένους, οἱ δὲ εἰς ἑταίρας, οἱ δὲ εἰς ἀκροάματα παντοδαπά, καὶ πότους, καὶ καθόλου τὴν ἐπὶ τούτοις πολυτέλειαν ἐξεκέχυντο. ἐν γὰρ τῷ Περσικῷ πολέμῳ χρόνον πλείω διατρίψαντες, ταχέως ἐζηλώκασι τὴν Ἑλλήνων τὴν περὶ τοῦτο τὸ μέρος εὐχέρειαν, ἄλλως τε καὶ χρημάτων εὐπορηκότες, καὶ χορηγὸν ἀξιόχρεων τὸν πλοῦτον ἔχοντες ταῖς πρὸς τὰς ἡδονὰς δαπάναις.

Ὅτι ὁ Σκιπίων ὁρμήσας ἐπὶ τὴν ἐναντίαν ἀγωγὴν τοῦ βίου, καὶ πάσαις ταῖς τῆς φύσεως ἐπιθυμίαις, ὥσπερ τισὶ θηρίοις, ἀντιταξάμενος, ἐν οὐδ' ὅλοις πέντε ἔτεσι περιεποιήσατο πάνδημον, καὶ συγκεχωρημένην τὴν ἐπ' εὐταξίᾳ σωφροσύνην. ταύτης δ' αὐτῷ συμφώνως μαρτυρουμένης, καὶ παρὰ πᾶσι μεγάλης ἐπισημασίας τυγχανούσης, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν μεγαλοψυχίαν καὶ τῇ περὶ τὰ χρήματα ἐλευθεριότητι διενεγκεῖν τῶν ἄλλων. πρὸς δὲ τοῦτο τὸ μέρος τῆς ἀρετῆς, εἶχε μὲν καὶ τὸ ἦθος τοῦ κατὰ φύσιν πατρὸς Αἰμιλίου, πρὸς μίμησιν κάλλιστον ἀρχέτυπον. καὶ καθόλου τὴν μετ' ἐκείνου συμβίωσιν πεποιημένος, προεῖχεν ἤδη τι τῶν πρόσθεν, καὶ προυπετίθετο. οὐκ ὀλίγα δὲ αὐτῷ συνήργησε καὶ ταὐτόματον, παραδοξοτάτας ἀφορμὰς τοῦ ταχὺ περιβόητον αὐτοῦ γενέσθαι ἀφιλαργυρίας. Αἰμιλία γάρ τοι μεγάλου Σκιπίωνος, ἀδελφιδῆ τοῦ Περσέα καταπεπολεμηκότος Αἰμιλίου, μετήλλαξε τὸν βίον, ἀπολιποῦσα μεγάλην οὐσίαν, ἧς οὗτος ὑπῆρξε κληρονόμος. ἐν τούτοις δὴ πρώτην ἔδωκε πεῖραν τῆς ἰδίας προαιρέσεως, ἐκ περιστάσεως τοιαύτης. ἡ γὰρ μήτηρ αὐτοῦ Παπειρία πολὺ πρὸ τῆς τοῦ πατρὸς τελευτῆς ἐτύγχανε κεχωρισμένη μὲν ἀπὸ τἀνδρός· κατ' ἰδίαν δὲ διάγουσα, τῆς τοῦ βίου χορηγίας ἐλλειπεστέραν εἶχε τῆς περὶ αὐτὴν εὐγενείας. ἡ δὲ τοῦ κατὰ θέσιν πατρὸς μήτηρ τὴν κληρονομίαν ἀπολιποῦσα, χωρὶς τῆς ἄλλης εὐπορίας μεγάλην εἶχε καὶ [r] περικοπὴν κόσμου περὶ αὐτήν, καὶ θεραπαινίδων καὶ τῶν ἄλλων, ὡς ἂν συνηκμακυῖα τῷ τε βίῳ καὶ τῇ τύχῃ τοῦ μεγάλου Σκιπίωνος. ταύτην ἅπασαν τὴν κατασκευὴν πολλῶν οὖσαν ταλάντων, φέρων ἐδωρήσατο τῇ μητρί. ἧς κατὰ τὰς ἐπισήμους ἐξόδους χρω-

r Mſ. προκοπήν.

L. Anicio & Cornelio Cethego Coſſ. anno urbis 593. ut patet ex Titulo Adelphorum *Terentii*. Igitur cum ex ipſo *Diodoro* ac *Livio* lib. XLV. anno urbis 585. quo L. Aemilius Perſeum debellavit, Scipio annum aetatis 17. ingreſſus ſit, ſequitur eum anno urbis 593. quintum ac viceſimum attigiſſe. Videtur autem deceptus eſſe *Diodorus* ex illis *Polybii* verbis, quae in fragmentis libri 31. a nobis editis, leguntur. ὁ γὰρ εἶχε πλείω ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα τότε. Nam quia *Polybius* haec poſt obitum L. Aemilii narraverat, putavit *Diodorus* τότε illud ſignificare poſt obitum parentis: in quo longe falſus eſt. Nam *Polybius* eo loci ἀνακεφαλαίωσιν quandam totius adoleſcentiae Scipionis proponit, eaque narrat, quae ante Aemilii obitum contigerant, ut ſatis patet. H. VALES.

51. Πρὸς τὰς ἀναιδεῖς ἡδονάς] Eſt, qui ἀνέδην mallet: a quo diſſentio. Hoc loco bene habet, non item Exc. horum pag. 193. Conferendus *Polybius* eſt Excerpt. p. 1457., unde haec omnia deprompta. P. WESS.

67. Ὥρμησεν ἐπὶ τὴν μεγαλοψυχίαν] In *Polybio* ὥρμησεν ἐπὶ τῷ περὶ τὰ χρήματα μεγαλοψυχίᾳ καὶ καθαρειότητι διενεγκεῖν τῶν ἄλλων. Praeferrem propterea ἐπὶ τῇ μεγαλοψυχίᾳ καὶ τῇ κ. λ., ut aptius omnia cohaereſcant. P. WESS.

76. Αἰμιλία γάρ τοι τοῦ μεγάλου] Deeſt γυνὴ, quam vocem Latini eleganter omittere ſolent, cum dicunt Aemiliam Africani & ſimilia, ut apud *Ciceronem* occurrit & *Suetonium* aliiſque. H. VALES.

77. Ἀδελφιδῆ τοῦ Περσέα καταπεπολεμηκότος] Scriptum fuit ἀδελφή. Nam Aemilia Scipionis patrem Paullum habuit, qui ad Cannas periit, ſicuti & Aemilius, a quo Perſes debellatus.

Cla-

χρωμένης τῇ δοθείσῃ χορηγίᾳ καὶ λαμπρότητι, τὸ μὲν πρῶτον ἐν ταῖς γυναιξὶν, εἶτα ἐν τοῖς ἀνδράσι καθ' ὅλην τὴν πόλιν περιβόητος ἦν χρηστότης καὶ μεγαλοψυχία τοῦ νεανίσκου, καὶ τὸ σύνολον πρὸς τὴν τεκοῦσαν ὁσιότης. τοῦτο δὲ κατὰ πᾶσαν πόλιν κρίνοιτ' ἂν καλὸν καὶ θαυμαστὸν, μάλιστα δὲ παρὰ Ῥωμαίοις, παρ' οἷς οὐδεὶς οὐδενὶ δίδωσι τῶν ὑπαρχόντων εὐχερῶς ἑκὼν οὐδέν. μετὰ δὲ ταῦτα ταῖς Σκιπίωνος τοῦ μεγάλου θυγατράσι προσοφειλομένων εἰς τὴν φερνὴν πολλῶν χρημάτων, καὶ τῶν Ῥωμαίων πάντων εἰθισμένων ἐν τρισὶν ἔτεσι κατὰ μέρος ἀποδιδόναι τὰς φερνάς, οὗτος εὐθέως ἁπάσας ἀπέλυσεν. ἑξῆς δὲ μεταλλάξαντος Αἰμιλίου τοῦ κατὰ φύσιν πατρὸς, καὶ τούτῳ τε καὶ τῷ Φαβίῳ, τοῖς δοθεῖσιν εἰς υἱοθεσίαν, ἀπολιπόντος τὴν οὐσίαν, ἐποίησεν ὁ Σκιπίων καλόν τι καὶ μνήμης ἄξιον. ὁρῶν γὰρ τὸν ἀδελφὸν ἑαυτοῦ καταδεέστερον ὄντα τοῖς χρήμασιν, ἐπεχορήγησεν αὐτῷ τὴν ἰδίαν μερίδα τῆς κληρονομίας, οὔσης ὑπὲρ ἑξήκοντα τάλαντα τῆς τιμήσεως· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἐποίησεν ἴσην ἑαυτῷ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν γενέσθαι τὴν ὅλην ὕπαρξιν. ἀποδοχῆς δὲ τυγχάνοντος καὶ φήμης παρὰ πᾶσι, θαυμασιώτερόν τι διεπράξατο. τοῦ γὰρ ἀδελφοῦ Φαβίου μονομαχίας βουλομένου ποιεῖν ἐπὶ τῷ πατρὶ, μὴ δυναμένου δὲ ὑποδέξασθαι τὴν δαπάνην διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀναλισκομένων εἰς ταῦτα χρημάτων, τὴν ἡμίσειαν τῶν ἀναλωμάτων εἰσήνεγκεν ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας. ἀποθανούσης δὲ τῆς μητρὸς, τοσοῦτον ἀπέσχετο τοῦ κομίσασθαί τι τῶν πρότερον δωρηθέντων, ὥστε καὶ ταῦτα, καὶ τὴν ἄλλην οὐσίαν συνεχώρησεν ἔχειν ταῖς ἀδελφαῖς, οὐ προσηκούσης αὐταῖς κατὰ νόμον τῆς κληρονομίας. ἀεὶ δὲ καὶ μᾶλλον περίβλεπτος ἐγένετο κατὰ τὴν πόλιν, ἀναντίρρητον ἀπολαμβάνων ἔπαινον χρηστότητος καὶ μεγαλοψυχίας· οὐχ οὕτως τῷ πλήθει τῶν χρημάτων τὸ προκείμενον κατεργασάμενος, ὡς τῷ καιρῷ τῆς δωρεᾶς, καὶ τῷ χειρισμῷ τῆς προθέσεως. τὴν δὲ σωφροσύνην περιεποιήσατο δαπανήσας μὲν οὐδὲν, τῶν δὲ ἐπιθυμιῶν ἀπεχόμενος, προσωφελήθη τήν τε σωματικὴν ὑγίειαν, καὶ τὴν εὐεξίαν. ἥτις αὐτῷ πάντα τὸν βίον συμπαραμείνασα, καλὰς ἀμοιβὰς καὶ χάριτας ἀπέδωκε. τῆς δὲ κατὰ τὴν ἀνδρείαν μερίδος, ὅπερ ἐστὶν ἀναγκαιότατον παρὰ πᾶσι μὲν, μάλιστα δὲ Ῥωμαίοις, ἐξεπόνησε καὶ τοῦτο περιττῶς, ἀφορμὴν δούσης αὐτῷ μεγάλην τῆς τύχης. τῶν γὰρ κατὰ τὴν Μακεδονίαν βασιλέων πλείστην πεποιημένων σπουδὴν περὶ τὰς κυνηγεσίας, πάντας ὑπερέβαλε.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι καταπολεμήσαντες τὸν Περσέα, τῶν μετασχόντων τοῦ πολέμου τοῖς Μακεδόσι τοὺς μὲν ἐκόλασαν, τοὺς δὲ ἀπήγαγον εἰς τὴν Ῥώμην. τῶν δὲ κατὰ τὴν Ἤπειρον λαβὼν ἐξουσίαν Χάροψ διὰ τὸ δοκεῖν εἶναι φιλορώμαιος, τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγα καὶ πεφεισμένως εἰς αὐτοὺς ἐξημάρτανεν, ἀεὶ δὲ προβαίνων τῇ παρανομίᾳ, εἰς τέλος ἐλυμήνατο τὰ κατὰ τὴν Ἤπειρον. οὐ γὰρ διέλειπεν αἰτίας ψευδεῖς ἐπι-

pompis eo ornata cultu proceſſiſſet, primum quidem inter feminas, poſtea vero in omnibus virorum coetibus tanta adoleſcentis benignitas & magnitudo animi, atque in matrem pietas celebrari laudibus coepit. Atque id facinus cum ubique praeclarum, tum vero Romae admiratione dignum videatur eſſe, qua in urbe nemo alteri facile quidquam de ſuo donat. Praeterea, cum majoris Africani filiabus dotis nomine adhuc multa pecunia reliqua deberetur, & ex legibus populi Romani dos annua bima trima die ſolvi conſueviſſet, Scipio utrique mulieri pecuniam dotis titulo debitam ſimul repraeſentavit. Poſthaec mortuo L. Aemilio naturali patre, ipſe cum fratre Fabio heres inſtitutus, praeclarum facinus ac memoria dignum geſſit. 333

Nam cum ſciret Fabium minus a re familiari inſtructum eſſe, portionem ſuam in bonis paternis, quae haud minus talentis ſexaginta aeſtimabatur, Fabio conceſſit, atque ita fratrem opibus aequalem ſibi praeſtitit. Quod factum cum ab omnibus magnopere praedicaretur, ipſe aliud majori dignum admiratione adjecit. Nam cum Fabius in funere patris gladiatores dare conſtituiſſet, neque eum ſumptum ob magnitudinem facile poſſet ſuſtinere, Scipio dimidiam impenſae partem ex arca ſua contulit. Paulo poſt cum mater ipſius deceſſiſſet, ea quae olim illi donaverat, non modo non recepit, ſed & ea omnia, & univerſam matris hereditatem conceſſit ſororibus: tametſi nulla pars bonorum legibus ad eas pertineret. Ita P. Scipio benignitatis ac magnificentiae omnium ordinum conſenſu laudem adeptus, magis ac magis in dies enituit; quod quidem magis opportunitate ac dexteritate in conferendo beneficio, quam impenſae magnitudine eſt conſecutus. Continentiae porro laudem nullo quidem ſuo ſumptu comparavit, verum ſola abſtinentia, ex qua praeterea optimam corporis valetudinem retulit: Qua per totum vitae ſpatium continua uſus, ampliſſimam temperantiae ſuae mercedem cum maxima voluptate percepit. Poſtremo cum praecipuae fortitudinis partes tum in omni Republica, tum maxime Romae cenſeantur, eam quoque partem haudquaquam Scipio perfunctorie exercuit. Ad quod ſtudium maximam illi opportunitatem ultro obtulit fortuna. Nam cum Macedonum Reges prae caeteris deditieſſent venationi, Scipio omnes eos longo intervallo ſuperavit.

Poſtquam in Macedonia debellatum eſt, Romani eos qui Macedonum partes foverant, partim ſupplicio affecerunt, partim Romam ad cauſam dicendam miſerunt. Caeterum in Epiro ampliſſimam tum licentiam nactus Charopus, eo quod praecipuus fautor partium populi Romani videbatur, principio quidem parce ac leviter Epirotas vexabat; poſtea vero creſcente in dies inſolentia, res Epiri funditus afflixit. Nam calumniis adverſus 334

Clara res ex *Plut.* in Aemil. p. 256. A. P. Wess.

82. Παπιρία] Haec Papiria erat Papirii Maſſonis filia viri conſularis, ut ait *Plutarchus* in L. Aemilio (pag. 257.) In Mſ. noſtro perperam ſcriptum erat Πακυρία. H. Vales.

87. Μεγάλην ἐκχέουσα περίστασιν] Optime *Valeſius*. Solet *Polybius* ea voce omnem ornatum atque apparatum deſcribere. Sic Diogenes & Timotheus, legati Olophernis, pro regis ſui opibus cultiſſime inſtructi, κατὰ τὴν ἄλλην περίστασιν εὐτυχῶς Legat. cxxvi. Contra Philopoemen λιτὸς κατὰ τὴν περίστασιν Excerpt. p. 1389. Et haec ipſa Papiria ibid. pag. 1459. ἐν τῇ τοῦ Αἰμιλίου περιστάσει καὶ χορηγίᾳ ἐκπορευομένη. Adde *Suidam* in Περίστασις. P. Wess.

91. Φέρειν ἐδωρήσατο τῇ μητρί.] *Ultra donavit.* quod genus tanta eruditione explicuit Cel. T. *Hemſterhuſius* ad *Luciani* D. Mort. vi, 3., ut nihil ſupra. Hinc unum atque alterum exemplum. Καὶ φέρειν ἐγχειρίζει τοῖς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμόσιν Tiberius ad Cajum apud *Joſeph.* Antiq. L. xviii, 6, 9. καὶ γῆν καὶ θάλατταν φέρειν εἰς τὰς ἐκείνου χεῖρας ἐκδοὺς ὁ Θεὸς *Jo. Chryſoſtomus* T. iii. pag. 303. E. τὸ βασιλικὸν ἱεράτευμα — τῇ κοινῇ πανηγύρει φέρειν παρέδωκας *Gregor. Nazianzen.* Or. iii. p. 63. E. P. Wess.

3. Ἐν τρισὶν ἔτεσι κατὰ μέρος ἀποδιδόναι τὰς φερνάς.] Hunc & ſimilem *Polybii* locum de dote, annua, bima, trima die perſolvenda tractavit atque illuſtravit Cel. *Ger. Noodt* L. iii. de Foen. & Us. C. 6. P. Wess.

12. Ἐποίησεν ἴσην ἑαυτῷ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν &c.] Erit fortaſſe, qui τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν maluerit. *Polybius* multo clarius ἐποίησεν ὑπάρχειν αὐτῷ κατὰ τὴν οὐσίαν τοῦ Φαβίου Exc. p. 1461. P. Wess.

31. Καὶ τὴν εὐεξίαν] In *Polyb.* Exc. p. 1458. editur ἐπ' αὐταρκείᾳ ex *Valeſii* correctione, qui tamen *Diodori* ſcripturam merito meliorem pronuntiavit. P. Wess.

38. Πάντας ὑπερέβαλε] Haec Excerptoris negligentia juſto videntur breviora: *Polybius* rem fuſius declarat Exc. pag. 1463. Sci-

ſuis opulentiſſimum quemque comparatis, alios exilio, alios extremo ſupplicio damnabat, bonaque omnium publicabat. Neque ab viris ſolum, ſed etiam a locupletoribus feminis pecuniam exigebat matris Philotae opera: fuit enim haec mulier nequitia ac crudelitate pluſquam muliebri. Multos praeterea accuſatos, quod a partibus populi Romani aliena ſentirent, populi judicio permiſit; qui omnes capitali ſententia damnati ſunt.

Pulſo fratre Ariarathe, Orofernes cum res ſumma prudentia adminiſtrare, & favorem multitudinis gratia ac beneficiis conciliare ſibi debuiſſet, nihil horum praeſtitit: ſed cogendae pecuniae intentus, multiſque per ſummum ſcelus occiſis, Timotheum quidem quinquaginta, Regem Demetrium ſeptuaginta talentis coronavit: reliqua quadringenta talenta brevi ſe perſoluturum, ac ſexcenta praeterea additurum pollicitus. Qua re cum Cappadocibus ſe inviſum eſſe cerneret, cunctos ſpoliare, atque principum bona in fiſcum ſuum redigere coepit. Collectaque immenſa pecuniae vi, quadringenta talenta ad incertos fortunae caſus apud Prienenſes depoſuit, quae ei poſtea fideliter ſunt reddita.

Ptolemaeus Philometor maximis copiis ſuccinctus, cum fratrem intra unius oppidi anguſtias brevi redegiſſet, & obſeſſum ad extremam neceſſitatem
337. compuliſſet, ei tamen pepercit, tum ob innatam clementiam ac germanitatis vinculum, tum metu populi Romani. Nec vero veniam duntaxat illi indulſit, ſed foedus quoque cum eo percuſſit, quo contentum eſſe Cyrenarum regno illum jubebat, ac certo quotannis frumenti modo. Ita bellum inter fratres cum ad maximam animorum alienationem, atque extrema pericula adductum fuiſſet, repente humaniſſimis conditionibus terminatum eſt.

Oroſernes cum res ſuas valde imminui cerneret, ſtipendium mercenariis quamprimum ſolvere conſtituit, ne forte negato ſtipendio ſeditionem concitarent. Caeterum pecuniae inopia tum coartatus, templum Jovis ſub monte Ariadnes poſitum, quod ab ultimis temporibus ſanctum atque inviolatum fuerat, ſpoliavit; atque ita ſtipendia, quae militibus debebat, cuncta perſolvit.

Pruſias Rex Bithyniae, conſilio ac ſpe capiendi Attali fruſtratus, Nicephorium ſub ipſis Pergami moenibus ſitum vaſtare coepit, ac templum quidem ipſum diſturbavit: ſtatuas vero atque imagines Deorum immortalium, atque in his celebre Aeſculapii ſimulacrum, cujus artifex fuiſſe perhibetur Phyromachus, denique ſacra omnia diripuit.

φέρων τοῖς εὐπορωτάτοις, καὶ τοὺς μὲν φονεύων, τοὺς δὲ φυγαδεύων, καὶ τὰς οὐσίας δημεύων. οὐ μόνον δὲ τοὺς ἄνδρας ἠργυρολόγησεν, ἀλλὰ καὶ τὰς γυναῖκας διὰ τῆς μητρὸς Φιλώτας. πάνυ γὰρ εὐφυὲς ἐγένετο καὶ τοῦτο τὸ πρόσωπον εἰς ὠμότητα καὶ παρανομίαν πλείονα ἢ κατὰ γυναῖκα. καὶ πολλοὺς εἰσήγαγεν εἰς τὸν δῆμον, καταιτιασάμενος φρονεῖν ἀλλότρια Ῥωμαίων. καὶ πάντων κατέγνωσαν θάνατον.

Ὅτι Ὀροφέρνης τὸν ἀδελφὸν Ἀριαράθην ἐκβαλὼν ἐκ τῆς ἀρχῆς, τοῦ μὲν νουνεχῶς ἕκαστα διοικεῖν, καὶ ταῖς εὐεργεσίαις καὶ φιλανθρωπίαις ἐκκαλεῖσθαι τὰ πλήθη πρὸς εὔνοιαν, πλεῖστον ὅσον ἀπεῖχεν. ἀργυρολογῶν δὲ καὶ πολλοὺς ἐπαναιρούμενος, πεντήκοντα μὲν ταλάντοις ἐστεφάνωσε Τιμόθεον, ἑβδομήκοντα δὲ ταλάντοις Δημήτριον τὸν βασιλέα. καὶ χωρὶς τούτων χ΄ τάλαντα προσεπαγγειλάμενος, καὶ τὰ λοιπὰ τετρακόσια δώσειν ἐν ἑτέρῳ καιρῷ. ὁρῶν δὲ τοὺς Καππάδοκας ἀλλοτρίως διακειμένους, ἐνήρξατο πάντας ἀργυρολογεῖν, καὶ τὰς οὐσίας τῶν ἐπιφανεστάτων εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναλαμβάνειν. ἀθροίσας δὲ χρημάτων πλῆθος, τετρακόσια τάλαντα παρέθετο Πριηνεῦσι πρὸς τὰ τῆς τύχης παράλογα. ἅπερ ὕστερον ἀπέδωκαν.

Ὅτι ὁ πρεσβύτερος Πτολεμαῖος ταχὺ διὰ τὸ μέγεθος τῆς στρατείας συγκλείσας τὸν ἀδελφὸν εἰς πολιορκίαν, καὶ πεῖραν πάσης ἀπορίας λαβεῖν ἀναγκάσας, ἐπανελέσθαι μὲν αὐτὸν οὐκ ἐτόλμησεν· ἅμα μὲν διὰ τὴν χρηστότητα, καὶ διὰ τὸ τῆς φύσεως συγγενές, ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸν ἀπὸ Ῥωμαίων φόβον. συνεχώρησε δὲ αὐτῷ τὴν ἀσφάλειαν, καὶ συνθήκας ἐποιήσατο, καθ᾽ ἃς ἔδει Κυρήνην ἔχοντα τὸν νεώτερον εὐδοκεῖν, καὶ σίτου πλῆθος τακτὸν λαμβάνειν κατ᾽ ἐνιαυτόν. καὶ τὰ κατὰ τοὺς βασιλεῖς εἰς πολλὴν ἀλλοτριότητα καὶ κινδύνους ἀπηλπισμένους προαχθέντα, παραδόξου καὶ φιλανθρώπου συλλύσεως ἔτυχε.

Ὅτι οἱ περὶ τὸν Ὀροφέρνην, ἐπὶ τὸ χεῖρον αὐτοῖς τῶν πραγμάτων προκεχωρηκότων, ἔσπευδον ἀποδοῦναι τοὺς μισθούς, φοβούμενοι μὴ στασιάζειν ἐπιχειρήσωσιν. ἀπορούμενος δὲ τὸ παρὸν χρημάτων, ἠναγκάσθη ἱεροσυλῆσαι τὸ τοῦ Διὸς ἱερόν, ὃ καθίδρυται μὲν ὑπὸ τὸ καλούμενον ὄρος Ἀριάδνης, ἄσυλον δ᾽ ἦν ἐκ παλαιῶν χρόνων, τοῦτο μὲν ἐσύλησε, καὶ τὰ προσοφειλόμενα τῶν ὀψωνίων ἀπέδωκεν.

Ὅτι Προυσίας ὁ Βιθυνῶν βασιλεὺς ἀποτυχὼν τῆς ἐπιβολῆς τῆς περὶ τὸν Ἄτταλον, τὸ πρὸ τῆς πόλεως τέμενος τὸ καλούμενον Νικηφόριον διέφθειρε, καὶ τὸν νεὼν ἐλυμήνατο. ἐσύλησε δὲ καὶ τοὺς ἀνδριάντας, καὶ τὰ τῶν θεῶν ξόανα, καὶ τὸ περιβόητον ἄγαλμα τοῦ Ἀσκληπιοῦ, δοκοῦν ἔργον εἶναι Φυρομάχου, περιττῶς κατεσκευασμένον. καὶ τὰ ἱερὰ πάντα ἐσύλα. ἀνθ᾽

ὧν

Scipio veterem patriae ſuae morem probavit, quo *vera illa Romuli proles aſſiduis venatibus, nec minus agreſtibus operibus exercitata, firmiſſimis praevaluit corporibus, ac militiam belli, cum res poſtulavit, facile ſuſtinuit*, ut *Columella* loquitur. Conf. *Jan. Vliitium* ad *Nemeſian.* Cyneget. v. 298. P. Wess.

51. Διὰ τῆς μητρὸς Φιλώτας] Rectius apud *Polybium* Exc. pag. 1465. Φιλωτίδ☉. Id prave & ex Noſtro corrigendum, quod ibi adjungitur, πάνυ γὰρ εὐφυὴς ἐγένετο καὶ τοῦτο τὸ πρόσωπον. Deerat καὶ τοῦτο τὸ πρόσωπον. P. Wess.

57. Ὀροφέρνης] Hic eſt Oroſernes quem ſibi Antiochis regina ſuppoſuerat, ut ſupra ex *Diodoro* dixi: quod & *Zonaras* commemorat (p. 348. Ed Venet.) qui Demetrii Syriae regis opibus Ariarathem regno expulit. Erat Demetrius infenſus Ariarathi ob faſtiditas ab Ariarathe ſororis nuptias, & amicitiam ac ſocietatem ſuam. Itaque cauſam Oroſernis libentiſſime amplexus, bellum intulit Ariarathi, cui Eumenes auxilium ferebat. Victus tandem Ariarathes Romam confugit. Sex. Julio Caeſare & Aurelio Oreſte Coſſ. Olymp. CLV. anno 3. ut docet *Polybius* cap. 126. legationum. vide *Diodorum* legat. 24. & *Juſtinum* (lib. XXXV. 1.) H. Vales.

Ὅτι ὁ Ὀροφέρνης] Apud *Photium* & alios Ὀλοφέρνης legitur, & liber *Judith* nos docet, fuiſſe id nomen Orientalibus uſurpatum. Fuit ille Ὀλοφέρνης ſuppoſititius, ab Antiochide uxore Ariarathi, antequam peperiſſet, ſuppoſitus. Sed poſtea cum peperiſſet filium Mithridatem, qui & Ariarathes dictus eſt, in Joniam amandatus. Vide *Photium* in *Diodori* Excerptis ex Lib. XXXI. Ex eo enim magna fit lux his *Diodori* fragmentis. Jac. Palmer.

64. Καὶ τὰ λοιπὰ τετρακόσια δώσειν &c.] Demetrius Orophernem in Cappadociae regnum, dejecto Ariarathe, reſtituerat ἐπὶ χιλίοις ταλάντοις, ut *Appian.* Syr. p. 189. refert. Hinc promiſſi ratio apparet. De Oropherne *Jac. Perizon.* ad *Aelian.* V. H. Lib. II, 41. P. Wess.

69. Τετρακόσια τάλαντα παρέθετο Πριηνεῦσι] Unde tanta de Prienenſibus fidei opinio, tam longe a Cappadocia ſitis? Nimirum poſt natum Mithridatem, qui & Ariarathes, in Joniam amandatus fuerat, uti in nota praecedenti diximus, & Prienae forte habitaverat, unde ea Prienenſium in eum nutricium ſuum benevolentia & ejus in eos fides. At Prienenſes ob id depoſitum bellum paſſi ſunt ab Ariarathe, Cappadociae rege, & Attalo, ut docet *Polybius* in fragmentis (p. 1470.) Jac. Palmer.

76. Ἅμα μὲν διὰ τὴν χρηστότητα.] Haec fere iiſdem verbis leguntur

ὧν αὐτῷ ταχὺ τὸ δαιμόνιον ἐπεσήμαινε. τῆς γὰρ δυνάμεως δυσεντερίᾳ περιπεσούσης, οἱ πλεῖστοι τῶν στρατιωτῶν διεφθάρησαν. παραπλήσια δέ τι συνέβη καὶ περὶ τὴν ναυτικὴν δύναμιν. τοῦ γὰρ στόλου χειμῶνι παραλόγῳ περιπεσόντος ἐν τῇ Προποντίδι, συνέβη τῶν νεῶν πολλὰς μὲν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι ὑπὸ τῆς θαλάσσης καταποθῆναι, τινὰς δὲ πρὸς τὴν γῆν ἐκπεσόντας ναυαγῆσαι. καὶ τὰς πρώτας ἀμοιβὰς τῆς εἰς τὸ θεῖον ἀσεβείας τοιαύτας ἐκομίσατο.

Ὅτι οἱ Κρῆτες καταπλεύσαντες εἰς Σίφνον, προσέβαλον τῇ πόλει· καὶ τὰ μὲν καταπληξάμενοι, τὰ δὲ ἐξαπατήσαντες παρεδέχθησαν ἐντὸς τῶν τειχῶν. δόντες δὲ πίστιν ὥστε μηδὲν ἀδικήσειν, χρώμενοι δὲ τῇ συνήθει τοῖς Κρησὶν ἀθεσίᾳ, τήν τε πόλιν ἐξηνδραποδίσαντο, καὶ τοὺς τῶν θεῶν ναοὺς συλήσαντες, εἰς Κρήτην [a] ἀπῄεσαν κατάγομοι ταῖς ὠφελείαις ὄντες. ταχὺ δὲ τῆς παρανομίας αὐτοῖς τὸ θεῖον ἐπέθηκε τὴν δίκην, παραδόξως τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν ἐπισημηναμένου τοῦ δαιμονίου. συναναγκασθέντες γὰρ ὑπὸ τῶν πολεμίων νυκτὸς ποιήσασθαι τὸν ἔκπλουν, διὰ τὸ δεδιέναι τὰ μεγέθη τῶν σκαφῶν, μεγάλου πνεύματος ἐπιφράξαντος, οἱ πλεῖστοι μὲν ὑποβρύχιοι κατεπόθησαν ὑπὸ τῆς θαλάσσης· τινὲς δὲ ταῖς πρὸς τῇ γῇ πέτραις προσραχθέντες ἀπώλοντο. παντελῶς δὲ ὀλίγοι διεσώθησαν, οἱ τῆς κατὰ τοὺς Σιφνίους ἀθεσίας μὴ μετασχόντες.

Cujus ſceleris brevi a Diis ei inflicta poena eſt. Pleriquae enim ex pedeſtribus copiis inteſtinorum torminibus perierunt. Nec diſſimilis caſus navales copias afflixit: quippe ingenti tempeſtate in Propontide ſubito excitata, naves pleraeque mari abſorptae ſunt una cum ipſis militibus ac remigibus: nonnulli in terram ejecti ſunt naufragi. Has primas impietatis ſuae poenas tum Pruſias dedit.

Cretenſes Siphnum appulſi, urbem oppugnarunt, 338. & partim terrore, partim falſis pollicitationibus effecerunt ut intra oppidum admitterentur, fide prius data nemini ſe injuriam illaturos: verum haud inſueta Cretenſibus perfidia uſi, & Siphnios in ſervitutem redegerunt, & fanis Deorum immortalium ſpoliatis, in Cretam reverſi ſunt, praeda omni in naves congeſta. Enim vero hujus perfidiae brevi poenas dederunt, tantam eorum impietatem inexpectato vindicantibus Diis. Nam cum metu hoſtium, quibus grandiores erant naves, noctu ſolvere coacti fuiſſent, repente coorto turbine plerique mari hauſti ſunt; quidam ejecti in terram, ſaxiſque alliſi miſere interierunt: pauci admodum qui huic perfidiae minime conſenſerant, ex naufragio evaſerunt.

ΕΚ ΤΟΥ ΛΒ'.

Ὅτι Φίλιππος ὁ Ἀμύντου δουλεύουσαν Ἰλλυριοῖς τὴν ἡγεμονίαν παραλαβών, τοῖς ὅπλοις ἅμα καὶ τῇ κατὰ τὴν στρατηγίαν ἀγχινοίᾳ τὴν βασιλείαν ἀνεκτήσατο· ταύτην δὲ μεγίστην τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην δυναστειῶν κατεσκεύασεν, ἐπιεικῶς προσφερόμενος τοῖς κρατηθεῖσιν. Ἀθηναίους γὰρ ἀμφισβητοῦντας τῆς ἡγεμονίας νικήσας ἐπιφανεῖ μάχῃ, τοὺς μὲν τετελευτηκότας τῶν ἡττημένων ἀτάφους ἀπολελειμμένους, μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἐκήδευσε· τοὺς δὲ ἁλόντας ὑπὲρ δισχιλίους ὄντας τὸν ἀριθμόν, ἄνευ λύτρων ἀπέλυσεν εἰς τὴν ἰδίαν πατρίδα. τοιγαροῦν οἱ περὶ τῆς ἡγεμονίας διὰ τῶν ὅπλων ἀγωνισάμενοι, διὰ τὴν εἰς αὐτοὺς ἐπιείκειαν ἑκουσίως ἐξεχώρησαν τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀρχῆς· ὁ δὲ διὰ πολλῶν ἀγώνων καὶ κινδύνων μὴ δυνάμενος τυχεῖν τῆς ἀρχῆς, διὰ μιᾶς φιλανθρωπίας ἔλαβε παρὰ τῶν πολεμίων ἐθελοντὴν τὴν τῆς Ἑλλάδος ἡγεμονίαν. καὶ τὴν τελευταίαν τῆς βασιλείας παραμονὴν τῷ φόβῳ κατέσχε, κατασκάψας πόλιν μυρίανδρον τὴν Ὄλυνθον. ὁμοίως δὲ τούτῳ καὶ ὁ υἱὸς Ἀλέξανδρος Θήβας μὲν ἁρπάσας, τῇ ταύτης τῆς πόλεως ἀπωλείᾳ τοὺς πρὸς νεωτερισμὸν ὁρμωμέ-

EX LIBRO XXXII.

Philippus Amyntae filius cum regnum Illyriis obnoxium ac ſtipendiarum accepiſſet, ſolertia ſua ac fortitudine illud recuperavit, ac totius Europae ampliſſimum praeſtitit, cum ſingulari in victos clementia uteretur. Victis enim maximo praelio Athenienſibus, qui de principatu Graeciae cum eo contendebant, cadavera eorum qui in bello ceciderant inſepulta ab ſuis relicta, ipſe ſepulturae magna diligentia mandari curavit: & captivos plusquam bis mille abſque ullo redemptionis pretio gratis in patriam remiſit. Itaque qui de principatu armis cum eo certaverant, audita hac Regis in cives ſuos humanitate, ultro illi principatu Graeciae ceſſere; atque ille quod tot diſcriminibus ac praeliis aſſequi non potuerat, ſola clementiae ſpecie ab hoſtibus minime invitis obtinuit. Tandem vero imperium ſuum metu ac terrore confirmavit, exciſa Olyntho urbe incolis frequentiſſima. Eodem conſilio filius ejus Ale- 341. xander Thebarum excidio Athenienſes & Lacedaemonios

a Hanc vocem de ſuo addidit *H. Valeſius.*

guntur in Excerptis *Georgii Syncelli*, quae *Scaliger* pro Euſebianis edidit pag. 54. H. Vales.

Ἅμα μὲν διὰ τὴν χρηστότητα] Inſpice ipſum *Syncellum* Chronograph. p. 226. *Ed. Venet.* & *Polybium* Leg. cxiii., unde his Excerptis haud exigua lux adfulget. P. Wess.

92. Ὅτι ὁ Προυσίας] Plures fuerunt Pruſiae, ſed ille, dequo hic ſermo eſt, fuit ille, qui Κυνηγὸς *Venator* & Μονόδους nuncupatur. Vid. *Suidam* in Ἀπολλωνιάς. Jac. Palmer.

96. Τὸ καλούμενον Νικηφόριον διέφθειρε] Reſpice not. ad p. 573. Excerpt. hujus editionis. *Appianus* de Pruſia Κυνηγῷ, Attalum bello laceſſente, Mithrid. p. 198. καὶ χωρίον τι Νικηφόριον ἐξῄρει καθιερωμένον, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ ναοὺς διεσκύλευσε. Quod vero *Palmerius* Pruſiam hunc Μονόδοντα fuiſſe ſcribit, id ſecus eſt. Filio Pruſiae Κυνηγῷ, nomine eodem quo pater, pro ſuperiori dentium ordine unum os continens enatum erat, propter quod Μονόδους dictus eſt, teſte *Feſto* in *Monodos* & *Livio* in primis Epit. lib. L. Habet de hoc Pruſia *H. Vales.* ad *Polyb. Exc.* p. 1471. plurima, quae legiſſe non poenitebit. P. Wess.

97. Λαμπὰς ἔργον εἶναι Φυρομάχου] In *Polyb.* Exc. 1468., quem *Diodorus* ſolito more aemulatur, ὑπὸ Φυλομάχου κατεσκευασμένον. Rectius Noſter. Phyromachum ſtatuarium memorat elegans in Priapum Epigramma Anthol. L. iv, 12. p. 478., eſtque apud *Plinium* L. xxxiv, 8. *Phyromachus*, ſive *Pyromachus*, Attali regis aequalis, uti monuit *Valeſius.* Mox αὐτοῖς ἀνδράσιν ſine articulo cultius videtur. Lege *Davis.* ad *Max. Tyr.* Diſſert. vii. p. 520. P. Wess.

11. Χρώμενοι — συνήθει τοῖς Κρησὶν ἀθεσίᾳ] Haud praeter verum de Cretenſibus *Leonides* Anthol. L. iii. p. 369.

Αἰεὶ λῃσταί, καὶ ἁλιφθόροι, οὐδὲ δίκαιοι
Κρῆτες. τίς Κρητῶν οἶδε δικαιοσύνην;

Confer adſcripta L. xviii, 31., & *Polybium*, ſollemnem iſtam Cretenſium perfidiam notantem, Exc. pag. 1445. Geſta vero haec eo ſunt bello, quod inter Cretenſes & Rhodios ob exercitam piraticam flagrabat apud eumdem *Polyb.* Legat. cxxxix. & *Trogum*, qui L. xxxv. id fuſius deſcripſerat, docente Epitoma. P. Wess.

33. Μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἐκήδευσε] Plura L. xvi, 87. & *Polybius*, quem ob oculos *Diodorus* habuit, lib. v, 10. P. Wess.

43. Πόλιν μυρίανδρον τὴν Ὄλυνθον] Vid. ad L. xi, 49. Mox mallem Θήβας μὲν ἀναρπάσας. Ita certe ſolent frequentius, quod

 dec

monios rerum novarum ſtudio ſuſpenſos, a defectione deterruit. Bello autem Perſico eximia in captivos humanitate uſus, non tam fortitudine quam ſingulari clementia Aſiaticos populos ſuis partibus conciliavit. At ultimis temporibus Romani cum imperium orbis terrarum concupiiſſent, id quidem militari virtute atque armis aſſecuti ſunt: clementia autem adverſus victos uſi, maximum incrementum rebus ſuis addidere. Tantum enim ab omni ſaevitia ac ſupplicio de victis ſumendo alieni erant, ut viderentur prorſus non quaſi hoſtibus, ſed tanquam amicis ac bene meritis uti. Quippe cum victi extrema omnia a victoribus expectarent, ipſi tamen victores incredibili humanitate victoriam ſuam temperabant: aliis civitatis, aliis connubiorum jure conceſſo, nonnullis libertate reddita, in nullos denique victoria acerbius quam par fuit uſi. Proinde ob ſingularem eorum benignitatem, Reges ac civitates, genteſque adeo omnes in clientelam populi Romani confugiebant. Sed poſtquam pene univerſi orbis imperio potiti ſunt, tum vero terrore ac celeberrimarum urbium excidio dominationem, ſuam munierunt. Namque in Achaïa Corinthum ſolo aequarunt, Carthaginem in Africa, in Hiſpania Numantiam everterunt funditus; & Macedoniae reges, veluti Perſen, extinxerunt, ac terrori multis fuerunt.

Romani maxime id ſtudent ac prae ſe ferunt, ut juſta bella ſuſcipiant, neque in iis leviter quidquam ac temere decernant.

342. P. Scipio, qui poſtea Africani cognomen tulit, tunc Tribunus, cum caeteri fere Romani pacta ac ſacramenta hoſtibus praeſtita facile violarent; contra ipſe fidem obſeſſis datam maxima religione ſervabat, ac dediticios clementer ac perhumane tractabat. Quamobrem cum haec illius aequitas fama per Africam celebris eſſet, nemo ex obſeſſis, niſi prius interpoſita P. Scipionis fide, ſe Romanis dedebat.

Cum in pugna tres duntaxat e Romanis deſiderati eſſent, iique inſepulti remanſiſſent, cuncti eum caſum moleſte ferebant. At Scipio, Conſulis permiſſu, per literas ab Haſdrubale petiit, ut cadavera ſepulturae mandare vellet. Qui cum eam rem mature impleviſſet, & exequiis curatis cineres eorum ad Conſulem miſiſſet, Scipio maximam gloriam eſt adeptus, quippe cujus ſumma etiam apud hoſtes auctoritas eſſet.

Pſeudophilippus victis magno praelio Romanis ad ſaevitiam & tyrannicam inſolentiam converſus, opulentiſſimum quemque per ſummum ſcelus ac confictas calumnias necavit. Plurimos quoque a-

τοὺς Ἀθηναίους τε καὶ Λακεδαιμονίους τῆς ἀποστάσεως ἀπέτρεψεν. ἐν δὲ τοῖς πρὸς τοὺς Πέρσας πολέμοις ἐπιεικέστατα χρώμενος τοῖς αἰχμαλώτοις, οὐ μόνον ἀνδρείᾳ, ἀλλὰ καὶ ἡμερότητι περιβόητος τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντας ἐπιθυμητὰς ἔσχε τῆς ἰδίας ἀρχῆς. ἐν δὲ τοῖς νεωτέροις χρόνοις Ῥωμαῖοι τῆς τῶν ὅλων ἡγεμονίας ὀρεχθέντες, συνεστήσαντο μὲν αὐτὴν διὰ τῆς τῶν ὅπλων ἀνδρείας, πρὸς αὔξησιν δὲ μεγίστην ἤγαγον, ἐπιεικέστατα χρώμενοι τοῖς καταπολεμηθεῖσι. τοσοῦτον γὰρ ἀπεῖχον τῆς κατὰ τῶν ὑποπεπτωκότων ὠμότητος καὶ τιμωρίας, ὥστε δοκεῖν μὴ ὡς πολεμίοις, ἀλλ' ὡς εὐεργέταις καὶ φίλοις προσφέρεσθαι. οἱ μὲν γὰρ κρατηθέντες προσεδόκων τῆς ἐσχάτης † ἕξεσθαι τιμωρίας, ὡς πολέμιοι γεγονότες· οἱ δὲ κρατοῦντες ὑπερβολὴν ἐπιεικείας ἑτέροις οὐκ ἀπέλειπον. οἷς μὲν γὰρ πολιτείας μετέδοσαν, οἷς δὲ ἐπιγαμίας συνεχώρησαν, τισὶ δὲ τὴν αὐτονομίαν ἀπέδοσαν, οὐδενὶ μνησικακήσαντες πικρότερον τοῦ δέοντος. τοιγαροῦν διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἡμερότητος, οἵ τε βασιλεῖς καὶ αἱ πόλεις, καὶ συλλήβδην τὰ ἔθνη πρὸς τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ηὐτομόλησαν. ἤδη δὲ σχεδὸν τὴν ἀρχὴν πάσης τῆς οἰκουμένης ἔχοντες, ταύτην ἠσφαλίσαντο φόβῳ, καὶ τῇ τῶν ἐπιφανεστάτων πόλεων ἀπωλείᾳ. Κόρινθον γὰρ κατέσκαψαν, καὶ τοὺς κατὰ τὴν Μακεδονίαν ἐξερριζώκασιν, οἷον τὸν Περσέα. καὶ Καρχηδόνα κατέσκαψαν, καὶ ἐν Κελτιβηρίᾳ τὴν Νομαντίαν, καὶ πολλοὺς κατεπλήξαντο.

Ὅτι σφόδρα οἱ Ῥωμαῖοι φροντίζουσι δικαίους ἐνίστασθαι τοὺς πολέμους, καὶ μηδὲν εἰκῇ καὶ προπετῶς περὶ τῶν τοιούτων ψηφίζεσθαι.

Ὅτι Σκιπίων ὁ Ἀφρικανὸς κληθεὶς ὕστερον, τότε δὲ χιλίαρχος ὤν, τῶν ἄλλων τὰς εἰς ὁμολογίας καὶ ὅρκους καταστήσαντας παρασπονδούντων, καὶ τὰς δοθείσας πίστεις ἀθετούντων, οὗτος τηναντίον μάλιστα τὰς δοθείσας πίστεις τοῖς πολιορκουμένοις ἐτήρει, καὶ τοῖς ἑαυτοὺς ἐγχειρίζουσιν ἐπιεικῶς προσεφέρετο. διὸ καὶ τῆς περὶ αὐτοῦ φήμης δικαίας διαδιδομένης κατὰ τὴν Λιβύην, οὐδεὶς τῶν πολιορκουμένων ἐνεπίστευεν αὑτόν, εἰ μὴ Σκιπίων συνθεῖτο τὰς ὁμολογίας.

Ὅτι κατὰ τὴν μάχην τριῶν Ῥωμαίων πεσόντων, καὶ τούτων ἀτάφων γεγονότων, πάντες χαλεπῶς ἔφερον ἐπὶ τῇ τῶν ἀνδρῶν ἀπωλείᾳ τε καὶ στερήσει τῆς ταφῆς. ὁ δὲ Σκιπίων συγχωρήσαντος τοῦ ὑπάτου, διὰ γραμμάτων παρεκάλεσε τὸν Ἀσδρούβαν θάψαι τοὺς ἄνδρας. οὗ ποιήσαντος τὸ παρακληθέν, καὶ μετὰ μεγάλης τιμῆς κηδεύσαντος τοὺς ἄνδρας, καὶ τὰ ὀστᾶ πέμψαντος πρὸς τὸν ὕπατον, ὁ Σκιπίων προέκοπτε τῇ δόξῃ, ὡς ἂν καὶ παρὰ τοῖς πολεμίοις μεγάλης τυγχάνων ἀποδοχῆς.

Ὅτι ὁ Ψευδοφίλιππος περιβοήτῳ μάχῃ νικήσας Ῥωμαίους, ἐξετράπη πρὸς ὠμότητα καὶ παρανομίαν τυραννικήν. πολλοὺς μὲν γὰρ τῶν εὐπόρων ἀνῄρει, ἐπιρρίψας αἰτίας διαβολῆς ψευδεῖς· οὐκ ὀλίγους

† Forte τεύξεσθαι *Valeſius.*

Aeſchinis, *Dinarchi*, aliorumque teſtimoniis conſtabilire ſuperius L. XIII, 56. memini. P. Wess.

64. Ὅτι τε βασιλεῖς καὶ αἱ πόλεις] Idem teſtatur *Cicero* in lib. 2. de Officiis (cap. 8.) his graviſſimis verbis: *Verumtamen quamdiu imperium pop. Rom. beneficiis tenebatur, non injuriis, bella aut pro ſociis aut de imperio gerebantur, exitus erant bellorum aut mites aut neceſſarii. Regum, populorum, nationum portus erat & refugium Senatus.* Et paulo poſt: *Itaque illud patrocinium orbis terrae verius quam imperium poterat nominari.* H. Vales.

69. Καὶ τοὺς — ἐξεῤῥιζώκασι] Lege not. in L. XVI, 82. P. Wess.

71. Καὶ ἐν Κελτιβηρίᾳ τὴν Νομαντίαν] De urbis Numantinae in Celtiberia ſitu *Jo. Mariana* L. III. ineunte, & B. *Aldrete* L. I. Antiq. Hiſpanic. cap. 6. & ſeq. diſputarunt egregie. P. Wess.

73. Ὅτι σφόδρα οἱ Ῥωμαῖοι φροντίζουσι] Veſtigiis *Polybii*, cujus fragmentum dabit *Suidas* in Ἀναμφισβητήτως & Ἐμβαίνειν, inhaeret diligenter. Confer & Legat. 1. *Diodori.* P. Wess.

79. Οὗτος — τἀναντίον — ἐτήρει] Rem eamdem refert *Appian.* Punic. p. 101. P. Wess.

86. Τριῶν Ῥωμαίων πεσόντων] Satiſne juſta haec ſint, adfirmare nolo. Ex *Appiano* quidem certe Punic. p. 104. confici poſſe videtur, plures gregariorum & tribunorum inſepultos fuiſſe relictos. P. Wess.

7. Εἰς τὸ τῶν ὑπάτων ἀρχεῖον κατέφυγε] Conſule *Livii* Epit. lib. L. & *Appian.* Punic. p. 113. P. Wess.

14. Τὸ εἶδος ὢν εἰδεχθής] Multo plenius Pruſiae hujus deformitatem cum animi tum corporis depingit *Polybius* Excerpt. p. 1471. P. Wess.

16. Καὶ ὁ περιβόητος ταῦρος ὁ Ἀκραγαντῖνος] Nihil diſſentit *Cicero* L. IV. Verr. C. 33., ſicuti ſupra L. XIII, 90. indicatum

λίγους δὲ τῶν φίλων ἐμιαιφόνησεν. ἦν γὰρ φύσει θηριώδης, καὶ φονικός, καὶ κατὰ τὰς ἐντεύξεις ὑπερήφανος, ἔτι δὲ πλεονεξίας καὶ πάσης κακίας ἀνάπλεως.

Ὅτι ὁ δῆμος τηλικαύτην εὔνοιαν ἔσχε πρὸς τὸν Σκιπίωνα, ὥστε μήτε τῆς ἡλικίας συγχωρούσης, μήτε τῶν νόμων ἐπιτρεπόντων, μεγάλην εἰσφέρεσθαι σπουδὴν εἰς τὸ τὴν ὕπατον ἀρχὴν αὐτῷ περιθεῖναι.

Ὅτι ὁ τῶν Ῥωμαίων ὕπατος Καλπούρνιος δι' ὁμολογίας τινὰς τῶν πόλεων εἰληφὼς κατέσκαψεν, οὐδὲν τῆς πίστεως φροντίσας. διόπερ ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς ἀπιστούμενος ἀπετύγχανεν, ὥσπερ δαιμονίου τινὸς ἀντιπράττοντος· εἰς πολλὰς γὰρ ἐπιβολὰς δυσεπιτεύκτους ἔσχε τὰς πράξεις.

Ὅτι ὁ Προυσίας ὁ βασιλεὺς τήν τε ὄψιν ὢν εἰδεχθής, καὶ τὸ σῶμα διὰ τὴν τρυφὴν ἔχων γυναικεῖον, ὑπὸ τῶν Βιθυνῶν ἐμισεῖτο.

Ὅτι ὁ Σκιπίων μετὰ τὴν ἅλωσιν Καρχηδόνος, τοῖς ἀπὸ τῆς Σικελίας καταντήκοσι πρεσβευταῖς ἐπιδείξας ἅπαντα τὰ λάφυρα, προσέταξεν ἑκάστους τὰ ἐκ τῆς ἰδίας πατρίδος εἰς Καρχηδόνα πάλαι μετενηνεγμένα ἐπιλεγομένους ἀποκομίζειν εἰς Σικελίαν. καὶ πολλαὶ μὲν εὑρέθησαν ἐπίσημοι ἀνδρῶν γραφαί, πολλοὶ δὲ ἀνδριάντες ἐπιφανεῖς ταῖς κατασκευαῖς, οὐκ ὀλίγα δὲ ἀναθήματα διαπρεπῆ θεῶν ἀργυρᾶ τε καὶ χρυσᾶ. ἐν δὲ τούτοις ὑπῆρχε καὶ ὁ περιβόητος ταῦρος ἐξ Ἀκράγαντος, ὃν κατασκευάσας Πέριλλος Φαλάριδι τῷ τυράννῳ, καὶ πρῶτος τὴν ἀπόδειξιν τῆς ἰδίας τέχνης ἐν τῇ καθ' αὐτὸν τιμωρίᾳ δικαίως ὑπομείνας ἀνῃρέθη.

Ὅτι κατὰ τοὺς τῆς παλαιᾶς ἡλικίας χρόνους διαληλυθότων σχεδὸν ἐτῶν ἑκατὸν θεασάμενος τὴν Κόρινθον Γάιος Ἰούλιος Καῖσαρ, ὁ διὰ τὰς πράξεις ὀνομασθεὶς θεός, εἰς τοιαύτην ἦλθε συμπάθειαν καὶ φιλοδοξίαν, ὥστε μετὰ πολλῆς σπουδῆς πάλιν αὐτὴν ἀνεστήσατο. διόπερ τὸν ἄνδρα τοῦτον, καὶ τῆς ὑπερβολῆς τῆς περὶ αὐτὸν ἐπιεικείας δίκαιόν ἐστι μεγάλης ἀποδοχῆς ἀξιοῦσθαι, καὶ διὰ τῆς ἱστορίας ἀπονέμειν αὐτῷ τὸν αἰώνιον τῆς χρηστότητος ἔπαινον. τῶν γὰρ προγόνων αὐτοῦ σκληρότερον κεχρημένων τῇ πόλει, οὗτος διὰ τῆς ἰδίας ἡμερότητος διωρθώσατο τὰς ἐκείνων ἀπανθρωπίας, προκρίνας τῆς τιμωρίας τὴν συγγνώμην. ὑπερεβάλετο δὲ οὗτος τοὺς πρὸ αὐτοῦ τῷ μεγέθει τῶν κατεργασθέντων. καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὸν ἀρετῆς δικαίως ἐκτήσατο. καθόλου δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος εὐγενείᾳ τε, καὶ λόγου δεινότητι, καὶ στρατηγήμασι πολεμικοῖς, καὶ ἀφιλαργυρίᾳ, ἀποδοχῆς ἄξιός ἐστιν ἀξιοῦσθαι. καὶ διὰ τῆς ἱστορίας ἄξιον ἀπονέμειν αὐτῷ τὸν τῆς χρηστότητος ἔπαινον. μεγέθει γὰρ πράξεων ἅπαντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ Ῥωμαίους ὑπερέθετο.

Ὅτι Οὐρίατθος ὁ λῄσταρχος ὁ Λυσιτανὸς κατὰ δίκαιος ἦν ἐν ταῖς διαιρέσεσι τῶν λαφύρων, καὶ καθ'

micorum e medio ſuſtulit. Erat enim natura ferus ac cruentus, ac praeterea in congreſſu familiari ſuperbus, poſtremo cupiditate atque omni ſcelere contaminatus.

Populus Romanus tanta P. Scipionem benevolentia complectabatur, ut tametſi neque aetas illius, neque leges paterentur, nihilominus eum Conſulem ſuffragiis ſuis declarare omni ſtudio contenderet.

L. Calpurnius Piſo Conſul cum aliquot oppida deditione cepiſſet, calcata poſtmodum fide cuncta funditus diruit: quamobrem omnia ejus deinceps conſilia tanquam adverſantibus Diis irrita fuere: 345 multa enim aggreſſus, nihil omnino perficere valuit.

Pruſias Rex & aſpectu deformis, & corpore molli atque effeminato cum eſſet, Bithynis odio erat.

P. Scipio expugnata Carthagine legatos Siculorum qui tum aderant ornamenta civitatum ſuarum, quae pridem Carthaginem fuerant tranſlata, recognoſcere in praeda, & in patriam referre juſſit. Ac multae quidem clarorum virorum imagines, ac ſtatuae eleganti opere factae, ſunt repertae: multa etiam Deorum donaria, partim aurea, partim argentea a Siculis recognita. Inter quae & celebris ille Taurus Agrigentinus, quem cum Perilaus Phalaridi tyranno fabricatus eſſet, primus artificii ſui praeſtantiam ſuomet ipſius ſupplicio probavit.

Noſtra vero aetate, poſt annos circiter centum, C. Iulius Caeſar, qui ob magnitudinem rerum geſtarum, Divus cognominatus eſt, cum Corinthi rudera ac ruinas ſpectaviſſet, tanta miſeratione ſimul & gloriae cupiditate correptus eſt, ut eam reſtaurare ſummo ſtudio contenderit. Proinde benignitatis cauſa, quae ſingularis in eo viro fuit, maximas laudes meretur, aequumque eſt, ut ejus viri virtus ad ſempiternam memoriam annalibus commendetur. Nam cum majores ejus adverſus eam civitatem acerbius ſe geſſiſſent, hic ſua manſuetudine illorum acerbitatem emendavit, clementiam anteponens ſaevitiae. Idem porro rerum geſtarum amplitudine cunctos e ſuperiori memoria longe ſuperavit, ac virtutis cauſa cognomen Divi merito retulit. Denique & ſplendore generis, & eloquentiae vi ac ſcientia rei militaris, & contemptu pecuniae omnium aetatis ſuae celeberrimus fuit. 346

Viriathus Luſitanus in diſtribuenda praeda admodum erat juſtus, eosque qui ſe in pugna ſtrenue

tum fuit. P. Wess.

30. Κατὰ τοὺς τῆς παλαιᾶς ἡλικίας] Haec vox παλαιᾶς non *Diodori*, ſed compilatoris videtur eſſe. Nam Diodorum ita ſcripſiſſe pro certo habeo, κατὰ δὲ τοὺς τῆς ἡμετέρας ἡλικίας χρόνους. H. Vales.

Διαληλυθότων σχεδὸν ἐτῶν ἑκατὸν] C. Julius Caeſar Corinthum inſtauravit, miſſa eo colonia libertini generis anno urbis conditae 710, cum ipſe Conſul quintum eſſet collega M. Antonio ut ſcribit *Dio* lib. 43. (p. 270.) *Appianus* in Libycis. (p. 140.) *Strabo* lib. 8. (p. 585.) & Pauſanias in Corinthiacis. (cap. 1.) Hinc in nummis *Colonia Julia Corinthus* dicitur. Coloni autem dicti ſunt Corinthienſes, ut ſcribit *Pompejus Feſtus*. H. Vales.

34. Ὥστε — πάλιν αὐτὴν ἀνεστήσατο] Confer *L. Holſtenium* ad *Stephani* Κόρινθος. Eſt in hanc urbem libertinae conditionis coloniis a Caeſare attributam *Crinagorae* Epigramma:

Οἵην ἀνθ' οἵων οἰκήτορας, ὦ ἀλεεινὴ
Ἔλλαβες, φεῦ μεγάλης Ἑλλάδος [illegible].
Αὐτίκα καὶ γαίης εἰς χθαμαλωτέρη, οὔτε Κόρινθε
Κεῖσθαι, καὶ Λιβυκῆς ψάμμου ἐρημοτέρη,
Ἢ τοίοις ὅλη πανταπάμπρηχοισι δοθεῖσα
Θλίβειν ὀστέα Βακχιαδῶν.

Aere quidem illud, ſed ſua venere haud carens, & quantum quidem recordor, nondum editum. P. Wess.

43. Καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπὸ τῆς &c.] Bene Interpres. Vid. ad lib. v, 21. Quae ſtatim ſequuntur poſt ἀξιοῦσθαι, ea recte *Valeſius* in Latinis neglexit: ſunt enim ex praecedentibus imprudenter a librariis repetita. P. Wess.

51. Καὶ δίκαιος ἦν ἐν ταῖς διαιρέσεσι] De Viriatho idem teſtatur & *Tullius* L. ii. C. 11. de Officiis his verbis: *Quin etiam leges latronum eſſe dicuntur. Itaque propter aequabilem praedae partitionem & Bargulus Illyrius latro, de quo eſt apud Theopompum, magnas opes habuit, & multo majores Viriathus Luſitanus.* Quo loco, ut obiter moneam, legendum eſt *Bardylis Illyrius latro*: Sic enim vocitatus eſt. Hunc ex carbonario regem evaſiſſe

nue geſſerant, donis ingentibus pro merito ſingulorum ornabat, neque ex publica pecunia quidquam intercipiebat: proinde Luſitani ut ſervatorem atque optime meritum de Republica eum obſervantes, eo duce ac comite nulla pericula adire detrectabant.

C. Plautius Romanorum Praetor provinciam male adminiſtravit. Itaque populi judicio damnatus, eo quod majeſtatem populi Romani imminuiſſet, in exilium abiit.

At in Syria Alexander Rex, ob ſegniciem minime par tanto faſtigio, Antiochiae praefecturam Hieraci ac Diodoto tradidit.

Imminuto Syriae regno, Demetrius ſolus propemodum e Regio ſanguine ſuperſtes, cum ab omni ſe immunem periculo eſſe crederet, contempto ſuperiorum Regum inſtituto, qui gratiam vulgi comitate ſua emereri ſtuduerant, ipſe in dies mandatorum gravitate intolerabilior, tandem ad tyrannicam crudelitatem ac multiplicia ſcelera prorupit. Cujus rei cauſa non ſolum pravo illius ingenio, ſed etiam illius amico, qui univerſo Regno praepoſitus erat, tribuenda eſt. Hic enim ſceleratus ac temerarius cum eſſet, auctorque omnium malorum, juvenem aſſentationibus corruptum ad nefaria crimina incitabat. Principio igitur quicunque in bello adverſati ejus partibus erant, cunctos inuſitatis ſuppliciis e medio ſuſtulit. Deinde cum Antiocheni ſolitis eum dicteriis inceſſerent, mercenarios milites adverſus * eos
349. comparavit, armaque eis adimi juſſit. Quae cum Antiocheni tradere recuſarent, ac vim vi repellerent; alios quidem repugnantes interfecit, alios vero cum uxoribus ac liberis intra proprios penates trucidavit. Cumque gravis ob eam rem tumultus in civitate ortus fuiſſet, ipſe maximam urbis partem incendio conſumpſit. Multiſque qui hujus ſeditionis principes arceſſebantur, capite damnatis, bona eorum in fiſcum ſuum redegit. Itaque permulti ex civibus Antiochenis odio ac metu Demetrii e patria profugi, per omnem Syriam paſſim vagabantur, opportunum vindictae locum tempuſque obſervantes. Interim Demetrius cunctis inviſus, caedibus atque exiliis & bonorum publicationibus nihilo minus ſaeviebat, patris ſui crudelitatem longo intervallo ſuperans. Hic enim haudquaquam Regia benignitate, ſed tyrannica abuſus licentia, ſubditos acerbiſſimis calamitatibus oppreſ-

ἀξίαν τιμῶν τοὺς ἀνδραγαθήσαντας ἐξαιρέτοις δώροις· ἔτι δὲ οὐδὲν ἁπλῶς ἐκ τοῦ κοινοῦ νοσφιζόμενος. διὸ καὶ συνέβαινε τοὺς * Λυσιτανοὺς προθυμότατα συγκινδυνεύειν αὐτῷ, τιμῶντας οἱονεί τινα κοινὸν εὐεργέτην καὶ σωτῆρα.

Ὅτι ὁ Πλαύτιος ὁ ἐξαπεσταλκὼς στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, κακὸς προστάτης ἐγένετο ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ. ἀνθ' ὧν καταδικασθεὶς(?) ἐν τῇ πατρίδι γενόμενος ἐπὶ τῷ ταπεινῶσαι τὴν ἀρχήν, ἔφυγεν ἐκ τῆς Ῥώμης.

Ὅτι κατὰ τὴν Συρίαν Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς ψυχῆς ἄχρηστος ὢν εἰς προστασίαν βασιλείας, τὰ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἐπέτρεψεν Ἱέρακι καὶ Διοδότῳ.

Ὅτι Δημήτριος ταπεινωθείσης τῆς κατ' Αἴγυπτον βασιλείας, καὶ μόνος ἀπολειφθεὶς, ἀπολελύσθαι διέλαβεν ἑαυτὸν παντὸς κινδύνου. διόπερ τῆς συνήθους τοῖς ὄχλοις ἀρεσκείας καταφρονήσας, καὶ βαρύτερος ἀεὶ μᾶλλον τοῖς προστάγμασι γινόμενος, ἀπέσκηψεν εἰς ὠμότητα τυραννικὴν καὶ ποικίλων ἀνομημάτων ὑπερβολάς. αἰτία δ' ἦν αὐτῷ τῆς διαθέσεως ταύτης οὐ μόνον ἡ φύσις, ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς βασιλείας προεστηκώς· οὗτος γὰρ ἀσεβὴς ὢν καὶ ῥᾳδιουργὸς πάντων τῶν κακῶν εἰσηγητὴς ἐγένετο, κολακεύων τὸ μειράκιον καὶ προτρεπόμενος εἰς τὰς αἰσχίστας πράξεις. τοὺς μὲν οὖν πρῶτον τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ γεγονότας ἀλλοτρίους, οὐ μετρίαις ἐπιτιμήσεσιν ἐκόλαζεν, ἀλλὰ τιμωρίαις ἐξηλλαγμέναις περιέβαλλεν. ἔπειτα τῶν Ἀντιοχέων χρωμένων πρὸς αὐτὸν τῇ συνηθείᾳ, ξενικὴν δύναμιν ἀξιόλογον ἐπ' αὐτοὺς συνεστήσατο. καὶ τὰ μὲν ὅπλα παρείλετο, τῶν δὲ μὴ προαιρουμένων παραδοῦναι, τοὺς μὲν ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε, τοὺς δὲ ἐν ταῖς οἰκίαις μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν κατεκέντησε. μεγάλης δὲ ταραχῆς γενομένης περὶ τὸν παροπλισμὸν, τὰ πλεῖστα τῆς πόλεως ἐνέπρησε. πολλοὺς δὲ τῶν καταιτιαθέντων τιμωρησάμενος, εἰς τὸ βασιλικὸν ταμεῖον τὰς οὐσίας ἀνέλαβε. διὰ δὲ τὸν φόβον καὶ τὸ μῖσος πολλοὶ τῶν Ἀντιοχέων φυγόντες ἐκ τῆς πατρίδος, ἠλῶντο καθ' ὅλην τὴν Συρίαν, τηροῦντες τοὺς κατὰ τοῦ βασιλέως καιρούς. ὁ δὲ Δημήτριος ὑπάρχων αὐτοῖς πολέμιος, οὐ διέλιπε ποιῶν σφαγὰς καὶ φυγὰς, καὶ χρημάτων ἀφαιρέσεις, πολὺ καὶ τὴν τοῦ πατρὸς χαλεπότητα καὶ μιαιφονίαν ὑπερβαλλόμενος. καὶ γὰρ ἐκεῖνος οὐ βασιλικὴν ἐπιείκειαν, ἀλλὰ τυραννικὴν παρανομίαν ἐζηλωκὼς, ἀνηκέστοις κακοῖς τοὺς ὑποτατομένους πε-

ριβε-

* Vocem iſtam addidit *Valeſius* ex Exc. lib. xxxii.

vaſiſſe ſcribit *Helladius Beſantinous* in Χρηστομαθείαις apud *Photium* (Bibl. Cod. cclxxix. pag. 1579.) *Libanius* in Oratione, quae πρὸς τὸν βάλον vulgo inſcribitur ſub finem, ubi diſſerit Orator de fortunae in rebus humanis poteſtate. Sed quia locus corruptiſſimus, hic eum, prout legi debet, apponere non inutile forſan fuerit. Καὶ τί [illegible] Ἀταρίας, ἀλλὰ [illegible] Βάρδυλιν, [illegible] Ἰλλυριοῖς; Ac in codice quidem Auguſtano, in quo haec Oratio κατὰ Σελεύκου inſcribitur rectius, diſerte ſcriptum eſt [illegible]. Cetera nos certiſſima conjectura emendavimus. Ceterum hujus Bardylis Illyriorum reguli meminit *Diodorus* L. xvi. 4. & *Plutarchus* in Pyrrho (p. 387.) ac *Frontinus* L. ii. Strateg. C. 5. his verbis: *Arrybas Rex Moloſſorum bello petitus a Bardylle Illyrio.* Sic enim legendum eſt. H. Valesius.

53. Τιμῶν —— ἐξαιρέτοις δώροις] Vid. L. xxxii. Eclog. 5. p. 524. P. Wess.

58. Ὁ Πλαύτιος] Hic eſt C. Plautius Praetor qui adverſus Viriathum male rem geſſit. de quo vide *Sigonium* in Faſtis ad annum urbis 607. H. Vales.

61. Ἐπὶ τῷ ταπεινῶσαι τὴν ἀρχήν] Id eſt lege majeſtatis poſtulatus; ea enim lege tenebatur, quiſquis male geſta Rep. majeſtatem pop. Rom. minuiſſet, ut ait *Tacitus* lib. 1. (Annal. 1, 72.) H. Vales.

Ἐπὶ τῷ ταπεινῶσαι] C. Plautius bellum imprudenter negligenterque in Hiſpania adminiſtravit, paſſuſque eſt populi Romani decus atque imperium imminui, ut ex *Appiani* Iber. pag. 491. & *Oroſio* L. v. 4. videbis. P. Wess.

63. Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς] Hic eſt Alexander cognomine Bala, quem adverſus Demetrium, Ptolemaeus & Attalus ſubornaverant, tanquam Antiocho Epiphane genitum, anno Graecorum 160. ut eſt in lib. 1. Machab. (cap. x, 1.) Olympiade clvii. quo etiam anno ſubdititius hic Alexander una cum Laodice ſponſa Epiphanis filia Romam venit, ut Senatus auctoritate in paternum regnum reſtitueretur, idque tandem obtinuit, cum Heraclides, qui eum Romam adduxerat, pleroſque Senatores muneribus corrupiſſet, ut docet *Polybius* cap. 140. legationum. H. Vales.

67. Ταπεινωθείσης τῆς κατ' Αἴγυπτον] Exiſtimavi legendum eſſe κατὰ Συρίαν, idque in verſione ſecutus ſum, ſuſtineri tamen poteſt altera lectio, quippe morte Philometoris valde majeſtas regni Alexandrini erat imminuta, cum Ptolemaeus Phyſcon regnum teneret imbellis atque ignavus. Erant autem aſſidui hoſtes Syrorum reges Aegypti jam inde a Ptolemaeo Philadelpho. quare eo metu levatus eſſe videbatur Demetrius Nicator, Demetrii Soteris filius. H. Vales.

74. Ὁ τῆς βασιλείας προεστηκώς] Laſthenem Cretenſem intelligo quem πατέρα & συγγενῆ vocat ipſe Demetrius apud *Joſephum* lib. 13. cap. 8. Antiq. Is Laſthenes Demetrium in recuperando regno multum adjuverat. H. Vales.

81. Χρωμένων —— τῇ συνηθείᾳ] Malim hunc locum interpretari de Antiochenſium levitate ac ſtudio rerum novarum, quam

de

βεβεβλήκει· ὥστε συνέβαινε τοὺς μὲν ἀπὸ ταύτης τῆς οἰκίας βασιλεῖς διὰ τὴν παρανομίαν μισεῖσθαι, τοὺς δὲ ἀπὸ τῆς ἑτέρας διὰ τὴν ἐπιείκειαν ἀγαπᾶσθαι. διὸ καὶ παρ᾽ ἕκαστον ἀγῶνες καὶ πόλεμοι συνεχεῖς ἐγίνοντο κατὰ Συρίαν, ἐφεδρευόντων ἀλλήλοις τῶν δυναστῶν, τῶν ἀφ᾽ ἑκατέρας οἰκίας. καὶ γὰρ τὰ πλήθη, διὰ τὴν τῶν καθιόντων ἀεὶ βασιλέων ἀρέσκειαν, εὐθέτως εἶχε πρὸς τὰς μεταβολάς.

Ὅτι οἱ Ἀράδιοι ταῖς ψυχαῖς ἀνηρημένοι τοὺς πρεσβευτὰς ἠτίμασαν. ἐπιβοωμένων δὲ τῶν ἀτυχούντων τὴν ἱερὰν τῶν ἱκετῶν τιμὴν, καὶ τὴν ἄδειαν τῆς τῶν πρεσβευτῶν ἀσυλίας, παροξυνθέντες οἱ τολμηρότατοι τῶν νέων, ἐξεκέντησαν τοὺς ἱκέτας. οἱ δὲ ἀνόσιον φόνον ἐπιτελεσάμενοι, συνέδραμον ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τοῖς ἑαυτῶν παρανομήμασι συνεπιχειρονομοῦντες, ἄλλην κατὰ τῶν Μαραθηνῶν ἐπιβολὴν ἀσεβῆ συνεστήσαντο. περιελόμενοι γὰρ τῶν σφαγέντων τοὺς δακτυλίους, ἔπεμψαν ὡς παρὰ τῶν πρεσβευτῶν ἐπιστολὴν πρὸς τὸν δῆμον τῶν Μαραθηνῶν, ἐν ᾗ ἐδήλουν ἐπαγγελλόμενοι τοὺς Ἀραδίους πέμψαι στρατιώτας τοὺς βοηθήσοντας· ὅπως πιστεύσαντες τῶν Μαραθηνῶν ὡς πρὸς ἀλήθειαν ἔχειν συμμάχους ἀποστελλομένους, προσδεχθῶσιν οἱ παρ᾽ αὐτῶν στρατιῶται. οὐ μὴν ἠδυνήθησάν γε τὴν ἄνομον ἐπιβολὴν εἰς πέρας ἀγαγεῖν, ἀνδρὸς εὐσεβοῦς καὶ δικαίου κατελεήσαντος τὴν τύχην τῶν μελλόντων πάσχειν ἀνήκεστα. τῶν γὰρ Ἀραδίων πάντα τὰ πλοῖα παρειλημμένων, ὅπως μηδεὶς δυνηθῇ δηλῶσαι τοῖς ἐπιβουλευομένοις τὴν κατ᾽ αὐτῶν σκευωρίαν, θαλαττουργός τις πρὸς τοὺς Μαραθηνοὺς οἰκείως διακείμενος, καὶ τὸν αὐλῶνα τὸν περὶ ἐκείνους τοὺς τόπους ἐργαζόμενος, παρηγμένης αὐτῷ τῆς ἁλιάδος διενήξατο νυκτὸς τὸν πόρον, καὶ παραβόλως διήνυσε τοὺς ὀκτὼ σταδίους, καὶ ἐδήλωσε τοῖς Μαραθηνοῖς τὴν κατ᾽ αὐτῶν ἐπιβουλήν. οἱ δὲ Ἀράδιοι γνόντες διὰ τῶν κατασκόπων μεμηνυμένην τὴν ἰδίαν ἐπιβολὴν, ἀπέστησαν τῆς διὰ τῶν ἐπιστολῶν κακουργίας.

Ὅτι ὁ Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος ἀδελφὸς, βασιλεύσας ἐξ ἀνομημάτων ἤρξατο μεγάλων διοικεῖν τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν. πολλοὺς μὲν γὰρ ψευδέσιν αἰτίαις περιβάλλων ὡς ἐπιβουλεύσαντας αὐτῷ, ὠμῶς καὶ παρανόμως ἀνῄρει· ἄλλους δὲ ποικίλαις προφάσεσι συκοφαντῶν ὡς ἀδικοῦντας ἐφυγάδευε, καὶ τὰς τούτων οὐσίας ἀφῃρεῖτο. ἐφ᾽ οἷς δυσχεραινόντων καὶ ἀγανακτούντων, τὴν παρὰ πάντων ὀργὴν ἐπανῃρημένος, ταχὺ τοῖς ὑπο-

fera, adeo ut Reges quidem hujus familiae ob inclementiam inviſi omnibus eſſent, alterius autem ſtirpis Reges clementiae cauſa ab univerſis amarentur, proinde inſidiantibus ſibi viciſſim utriuſque familiae principibus, aſſidua in Syria certamina committebantur: plebs quoque ipſa Regum ſubinde ſuccedentium aſſentationibus corrupta, novis rebus gaudebat.

Aradii animis arrecti & concitati legatos Marathenſium violarunt, qui cum quiritantes & ſupplicum religionem, & ſacroſanctum legatorum jus conteſtarentur, a quibusdam audaciſſimis juvenibus necati ſunt. At auctores hujus ſceleris ſtatim in concionem progeſſi, malumque malo cumulantes, impiam adverſus Marathenſes fraudem machinati ſunt. Detractis enim interemptorum annulis, litteras tanquam a legatis ad populum Marathenſem miſerunt, quibus ſignificabant Aradios propediem auxilia miſſuros eſſe: eo conſilio, ut Marathenſes admiſſis Aradiorum militibus, rati eos revera ſibi auxilio adeſſe, ignari interciperentur. Sed hoc 350.
impium conſilium haud quaquam Aradii ad exitum deducere potuerunt. Nam cum navigia omnia ademiſſent privatis, ne quis eam fraudem Marathenſibus indicare poſſet, quidam nauta non alienus a Marathenſibus, eorum vicem miſeratus, cum in proximo freto commeare eſſet ſolitus, adempto navigio, noctu id fretum audacter enatavit, octo circiter ſtadiorum intervallo, & Marathenſibus Aradiorum inſidias detexit. Igitur Aradii, cum conſilia ſua explorata eſſe intelligerent, ab hujusmodi per litteras fraude abſtinuerunt.

Ptolemaeus Phyſcon Philometoris frater cum regnare occoepiſſet, rerum adminiſtrationem a maximis ſceleribus orſus eſt. Multos enim calumniatus tanquam ſaluti ſuae inſidiatos crudelibus ſuppliciis exſtinxit: alios varias commentus cauſas in exilium miſit, ademptis facultatibus. Quas ob res brevi indignationem atque odium ſubditorum omnium

de dicacitate. Idque firmant poſtrema *Diodori* verba quae in hoc capite leguntur. *Herodianus* lib. II. φύσει δὲ κοῦφον τὸ Σύρων ἔθνος, ἐς κακοήθειάν τε τὰ καθεστῶτα ἑτοιμότατον. H. Vales.

Ξενικῶν ὀψωνίων ἀξιώλογον] Ex Creta aliiſque inſulis, Judaeos praeterea, qui ſeditione iſta Antiochena ignem tectis ſubdiderunt, *Joſepho* referente L. XIII, 4. 5. P. Wess.

86. Μεγάλης δὲ ταραχῆς] De hac ſeditione Antiochenſi vide omnino lib. 1. Machab. cap. XI. & *Joſephum* lib. Ant. XIII. cap. 9. H. Vales.

96. Καὶ τὸ ἐκείνου &c.] Demetrii Soteris ſuperbiam crudelitatiſque ſtudia non praeteriit *Joſephus* Ant. XIII, 2. P. Wess.

1. Τοὺς ἀπὸ τῆς ἑτέρας οἰκίας] Ex ſtirpe ſcilicet Antiochi Epiphanis, ex qua oriundus erat Alexander Balas, cujus ſtirpis reges clementiores habebantur. Certe Alexandro Balae hanc laudem tribuit *Athenaeus* lib. V. (p. 211. D.) Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος πρᾶος ἦν ἐν πᾶσι καὶ φιλόλογος ἐν ταῖς ὁμιλίαις. Altera autem ſtirps Seleuci Philopatoris male ob ſuperbiam ac ſaevitiam audiebat. H. Vales.

7. Ὅτι Ἀράδιοι ταῖς ψυχαῖς &c.] Hoc fragmentum connecti debet cum cap. 29. legationum *Diodori*. Nam poſt haec quae illic leguntur ultima verba, ſequebantur ſine dubio ἐπιβοωμένων δὲ, &c. ut edidimus. H. Vales.

Ὅτι Ἀράδιοι &c.] Adſentior *Valeſio*, in cujus tamen nota quiddam deeſſe videtur. Leguntur Legat. cap. 29. eadem ferme verba, quae initium hujus faciunt articuli, & apud *Suidam* in Ἀνηρπακότες, ſuntque illic peropportuna. Hic ab Excerptore videntur poſita, ut liqueret, de quibus ageretur. Itaque quae apud *Urſinum* ſunt poſtrema προστάξαντες εἰς τὴν φυλακὴν αὐτοὺς ἀπαγαγεῖν proxime locum occuparunt ante ἐπιβοωμένων δὲ τῶν ἀτυχούντων. Atque hoc voluit vir doctiſſimus. P. Wess.

14. Τῶν Μαραθηνῶν] Marathus urbs eſt Phoeniciae, cujus meminit *Polybius* lib. V. C. 59. *Strabo* ac *Ptolemaeus*. In Itinerario Burdegal. mutatio Maraccas dicitur 16. millibus diſtans ab Antarado. Hujus incolae Μαραθῖται, an Μαραθηνοὶ dicendi ſint obſcurum eſt. *Cicero* in Bruto (cap. 26.) Menelaum Marathenum memorat. In Mſ. ſemper Μαρα ſupra poſito θ ſcriptum erat. Ego Μαραθίους praetulerim ut diſtinguantur ab incolis Marathi oppidi in Acarnania, qui Μαραθηνοὶ dicuntur teſte *Stephano Byzantio*. tamen in cap. 29. legationum *Diodori* edidit *Urſinus* Μαραθηνοί. H. Vales.

Τῶν Μαραθηνῶν] Aradios inter & Marathenos, ut inter vicinos aſſolet, perpetuae ferme controverſiae interceſſerunt: teſtis *Polybius* L. V, 59. Quod vero *Valeſius* haeret in incolarum nomine, Μαραθῖται an Μαραθηνοὶ fuerint, & Μαραθίους amplectitur, id merito improbat ad *Stephani* Μάραθος *L. Holſtenius*. Μαραθηνοὶ Syrorum conſuetudine profertur, atque hic & Leg. 29. reperitur. Quin ne id quidem vero adſine, *Mutationem Maraccas* Itiner. Hieroſolymitani eſſe Marathum. Vide quae illi Itiner. p. 582. a me olim adpoſita ſunt. P. Wess.

27. Θαλαττουργός τις] Piſcatorem rectius intelliges, & τὸν αὐλῶνα ἐργαζόμενον, *qui in anguſto freto piſcari adſueverat*. Quod genus illuſtrare exemplisque firmare memini Obſervat. L. 1, 15. P. Wess.

34. Ἀπέστησαν τῆς διὰ — κακουργίας] Vi enim aperta Marathenos aggreſſi ſunt, atque urbe capta & everſa agros eorum ſorte diviſerunt, ut ait Strabo lib. XVI. (p. 1093.) Μάραθος πόλις ἀρχαία Φοινίκων κατεσκαμμένη· τὴν δὲ χώραν Ἀράδιοι κατεκληρούχησαν. H. Vales.

mnium conciliavit ſibi. Regnavit tamen annis quindecim.

Viriathus cum multa in nuptiis aurea & argentea pocula, plurima etiam omnis generis ſtragula eleganti opere texta, expoſita eſſent, lancea cuncta allevans deſpiciebat, tot tantaſque opes nequaquam admiratione, ſed potius contemptu proſecutus. Idem cum ſapienter multa dixiſſet, unico reſponſo multos ac maximos ſenſus concluſit. Primum enim eo dicto ſignificavit maximae imprudentiae eſſe in fortunae bonis, quae admodum in-
353. certa ſunt, ſpem ponere: deinde vero has omnes ſoceri divitias armis ac lanceae ſubeſſe: proſtremo gratiam ſibi potius a ſocero deberi: nihil enim ab eo proprium donari ſibi, qui horum omnium dominus eſſet. Caeterum Viriathus tunc neque lavit, neque diſcubuit, tametſi multum rogatus. Cumque exquiſitiſſimis dapibus menſa inſtructa eſſet, panes duntaxat carneſque comitibus ſuis diviſit: ipſe deguſtato modico cibo ſponſam adduci juſſit, & ſacrificio rite peracto ex more inſtitutoque Hiſpanorum, virginem equo impoſuit, ſtatimque ad diverſoria, quae in montibus ſtructa habebat, eam abduxit: quippe ſobrietatem maximas opes eſſe exiſtimabat, patriam in libertate, firmiſſimam poſſeſſionem in fortitudine ponebat. Idem praeterea in pactionibus & colloquiis maxima fide erat atque urbanitate praeditus, utpote qui ingenio incorrupto nulliſque erudito diſciplinis ſimpliciter ac ſincere loqueretur.

Demetrius Laodiceae moratus, conviviis celebrandis, exquiſitis voluptatibus effuſiſſime capiendis, atque hujuſcemodi luxu ſegne otium terebat: ac nihilominus multos interim injuria afficiebat, calamitatibus ſuis nullatenus prudentior factus.

Cnoſſii de principatu inſulae certabant, quem ad ſe pertinere aſſerebant, tum ob antiquum civitatis ſplendorem, tum ob famam quae de eorum majoribus jam inde ab heroïcis temporibus percrebuit. Jovem enim apud ipſos educatum eſſe nonnulli ajunt, & Minoëm, qui maris imperium primus obtinuit, Cnoſſo oriundum ab Jove inſtitutum fuiſſe, ac virtute reliquos mortales longe ſuperaſſe.

At in Aegypto Ptolemaeus Rex crudelitatis & flagitiorum cauſa cunctis odio erat; quippe ipſius mores cum Philometoris fratris moribus compoſiti ne com-

τεταγμένοις ἦλθεν εἰς μῖσος. ὅμως ἐβασίλευσεν ἔτη πεντεκαίδεκα.

Οτι Οὐρίατθος πολλῶν παρατεθέντων κατὰ τὸν γάμον ἀργυρῶν τε καὶ χρυσῶν ἐκπωμάτων, καὶ ποικίλων καὶ παντοδαπῶν ὑφασμάτων, τῇ λόγχῃ προσαπερεισάμενος ἀπεθεώρει τὸ τοιοῦτον πλῆθος, οὐ θαυμάζων οὔτε ἐκπληττόμενος, ἀλλὰ μᾶλλον καταφρονήσεως ἔννοιαν ἐπιφαίνων. καὶ πολλὰ εἰπὼν πραγματικῶς, ἀποκρίσει μιᾷ πολλὰς ἐμφάσεις ἀπέλιπεν [x] ἀχαριστίας εἰς τοὺς εὐεργέτας καὶ ἀφροσύνης. ἐπὶ τὸ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς ἀστάτοις τῆς τύχης δωρήμασι. τὸ δὲ μέγιστον ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ περιβόητος τοῦ συγκηδεστοῦ πλοῦτος, δοῦλος ἦν τοῦ τὴν λόγχην ἔχοντος. πρὸς δὲ τούτοις ὅτι χάριν αὐτῷ μᾶλλον ὀφείλει, δίδωσι δὲ οὐδὲν ἴδιον τῷ κυρίῳ πάντων. ὁ δ' οὖν Οὐρίατθος οὔτε ἐλούσατο λιπαρούντων, οὔτε κατεκλίθη· τραπέζης δὲ παρατεθείσης παντοδαπῶν βρωμάτων, ἀφελὼν ἄρτους καὶ κρέα τοῖς μεθ' ἑαυτοῦ πορευθεῖσιν ἔδωκε. καὶ αὐτὸς ἀπὸ χειρῶν βραχέα προσενεγκάμενος, ἄγειν ἐκέλευσε τὴν νύμφην. θύσας δὲ τοῖς θεοῖς, [y] καὶ τὰ νομιζόμενα παρ' Ἴβηρσι ποιήσας, ἐπέθετο τὴν παρθένον ἐπὶ τὸν ἵππον, καὶ παραχρῆμα ἀπήλαυνεν εἰς τὰς ἐν τοῖς ὄρεσι παρασκευάς. ὑπελάμβανε γὰρ τὴν μὲν αὐτάρκειαν μέγιστον ὑπάρχειν πλοῦτον, τὴν δὲ ἐλευθερίαν πατρίδα, τὴν δὲ ἐκ τῆς ἀνδρείας ὑπεροχὴν βεβαιοτάτην κτῆσιν. ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος καὶ κατὰ τὰς ὁμολογίας εὔστοχος, ὡς ἂν ἐξ αὐτοδιδάκτου καὶ ἀδιαστρόφου φύσεως ἀμαθήτως φέρων τοὺς λόγους.

Οτι ὁ Δημήτριος ἐν Λαοδικείᾳ διατρίβων ῥαθύμως διῆγε, πότους τε συνάγων, καὶ ταῖς πολυτελεστάταις ἀπολαύσεσιν ἐκκεχυμένως χρώμενος. ὁμοίως δὲ κατὰ τὴν ἀγωγὴν ὁ αὐτὸς διέμεινεν εἰς πολλοὺς εἰκῆ παρανομῶν, καὶ μὴ δυνάμενος ὑπὸ τῶν ἐλαττωμάτων διορθωθῆναι.

Οτι οἱ Κνώσσιοι τῆς πρωτείας ἀντείχοντο. προῆγε δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τὴν τῆς ἡγεμονίας φιλοτιμίαν τὸ παλαιὸν ἀξίωμα τῆς πόλεως, καὶ τῶν προγόνων ἡ διαβεβοημένη δόξα, κατὰ τοὺς ἡρωικοὺς χρόνους. τόν τε γὰρ Δία παρ' αὐτοῖς τετράφθαι μυθολογοῦσί τινες, καὶ Μίνω τὸν θαλαττοκρατήσαντα, Κνώσσιον ὄντα, παιδευθῆναι ὑπὸ Διός, καὶ πολὺ τῶν ἄλλων ἀρετῇ διενεγκεῖν.

Οτι κατὰ τὴν Αἴγυπτον ὁ Πτολεμαῖος, διὰ τὴν πρὸς τοὺς ἀρχομένους ὠμότητα καὶ παρανομίαν, οὐ μετρίως ἐμίσει τὸ πλῆθος. παράλληλος γὰρ ὁ τούτου τρόπος πρὸς τὸν τοῦ Φιλομήτορος θεωρούμενος,

x Nonnulla deeſſe monuit *Valeſius*. y In ſchedis καλά.

45. Ὅμως ἐβασίλευσεν ἔτη πεντεκαίδεκα] Haec ita accipienda ſunt, non quaſi dicat *Diodorus* Phyſconem 15. dumtaxat annos regnaſſe: id enim eſſet falſiſſimum, cum 29. annis imperaverit. ſed quaſi dicat Aegyptios ejus crudelitatem & acerbum imperium paſſos eſſe ad annum quintum decimum, quod verum eſt. Hoc enim anno ab Alexandrinis expulſus incenſa Regia clam Cyprum profugit anno urbis 623. ut ex *Livii* Epitome 59. jamdudum notaveram in Indice Regum Aegypti. quod hic *Diodori* locus unice confirmat, & ita plane *Oroſius* ponit ex *Livio*, Appio Claudio & M. Perpenna Coſſ. Porro hunc auctoris noſtri locum citat *Georgius Syncellus* in Excerptis Euſebianis *Joſephi Scaligeri* pag. 54. Διόδωρος δέ φησιν ὅτι ὁ νεώτερος Πτολεμαῖος ἐβασίλευσε μετὰ τὸν πρεσβύτερον ἀδελφὸν πολλάς τε παρανομίας διαπραξάμενος, τήν τε ἰδίαν ἀδελφὴν Κλεοπάτραν γήμας, καὶ πολλοὺς περιβαλὼν ψευδέσι συκοφαντίαις ὡς ἐπιβεβουλευκότας αὐτῷ, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρῶν, τοὺς δὲ φυγαδεύσας, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀφαιρούμενος. H. Vales.

53. Πολλὰς ἐμφάσεις ἀπέλιπεν] Quae ſequuntur, his parum apta connexaque ſunt. Deſunt nonnulla, quae ſine librorum veterum ope inſtaurari non poſſunt. P. Wess.

63. Καὶ αὐτὸς ἀπὸ χειρῶν βραχέα &c.] Vim dictionis Latina non exprimunt. Id vult, Viriathum, poſtquam cibum manibus prehenſum modice guſtaſſet, ſponſam adduci juſſiſſe. Noti ſunt ἀποχειρίδιοι, ſed ſignificatione diverſiore. P. Wess.

71. Καὶ κατὰ τὰς ὁμολογίας &c.] Scripſit κατὰ τὰς ὁμιλίας. P. Wess.

83. Κατὰ τοὺς ἡρωικοὺς χρόνους] Reſpice L. v, 66. &c. Credo *Trogum* L. xxxv. hanc contentionem Cnoſſiorum memoraſſe, ſcribique in Epitoma debere, *Seditio Cnoſſiorum adverſus Cretenſes.* Tempus convenit, nec longe abit vetus ſcriptura. P. Wess.

88. Διὰ τὴν πρὸς τοὺς ἀρχομένους ὠμότητα] Magnas peperit tenebras ea nominum ſimilitudo in Aegyptiorum regum hiſtoria: Sed ex iis moribus & cum fratre meliore comparatione manifeſtum fit, *Diodorum* hoc loco de Ptolemaeo, Phyſcone & Cacergeta dicto, loqui. Plerique auctorum Ptolemaeorum cognomina addere inſuper habuerunt. Sic & in Seleucidarum ſerie, ubi alternis Seleuci & Antiochi recenſentur, & ſaepe ſine cognomine, magna dubiorum ſilva naſcitur. Jac. Palm.

93. Τὸ μὲν ἐπιεικὲς] Ptolemaei Philometoris clementiam praedicavit *Polybius* Excerpt. pag. 1486., quem adi, ſi libet. P. Wess.

97. Ἐνθρονιζόμενον] Memphis Regia erat Aegyptiorum, alterum poſt Alexandriam Aegypti caput, quia & antequam Alexandria conderetur, regum ſedes fuerat. Hinc igitur ortus ille mos videtur, ut Aegypti Reges etiam poſt celebrata ἀνακλητήρια, Memphi quoque in palatio ſolenniter inaugurarentur, quod etiam docet *Hieronymus* in cap. xi. Danielis. *Porro Antiochus parcens puero & amicitias ſimulans aſcendit Memphim, & ibi ex more Ægypti regnum accipiens*, &c. Sed omnem ritum unice declarat *Germanicus* in Aratum ubi de Capricorno. *Typhon*, ait, *ful-*

ος, οὐδὲ σύγκρισιν ἐπεδέχετο, διὰ τὰς παρ' ἀμφοτέροις ὑπερβολάς, τῆς μὲν ἐπιεικείας, τῆς δὲ ὠμότητος καὶ μιαιφονίας. διὸ τὰ πλήθη καὶ πρὸς μεταβολὴν οἰκείως ἔχοντα, τὸν τῆς ἀποκαταστάσεως ἐκαραδόκει καιρόν.

Ὅτι Πτολεμαίου κατὰ τὴν Μέμφιν ἐνθρονιζομένου τοῖς βασιλείοις κατὰ τοὺς Αἰγυπτίων νόμους, παῖς ἐγένετο ἐκ τῆς Κλεοπάτρας τῷ βασιλεῖ. ἡσθεὶς δὲ διαφερόντως, προσηγόρευσε τὸν παῖδα Μεμφίτην, ἀπὸ τῆς πόλεως, καθ' ἣν τὰς θυσίας ἐπιτελοῦντος ἐγεννήθη. ἄγων δὲ παιδογόνια, καὶ τῇ συνήθει μιαιφονίᾳ χρώμενος, προσέταξεν ἀποκτεῖναι τῶν Κυρηναίων τοὺς συγκαταγαγόντας μετ' αὐτὸν εἰς τὴν Αἴγυπτον, ἐγκαλουμένους δὲ ἐπί τισι δικαίαις παρρησίαις διὰ τὴν παλλακὴν Εἰρήνην.

Ὅτι [z] Διέγυλις ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεύς, παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, καὶ παραδόξως αὐτῷ τῶν ἀγαθῶν ἐπιρρεόντων, οὐκέτι τῶν ὑποτεταγμένων ὡς φίλων καὶ συμμάχων ἦρχεν, ἀλλ' ὡς ἀργυρωνήτων ἢ πολεμίων αἰχμαλώτων ὠμῶς ἐδέσποζε. πολλοὺς μὲν γὰρ καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας Θρᾳκῶν ἀνεῖλε μετ' αἰκίας. οὐκ ὀλίγους δὲ ὕβριζε, καὶ ταῖς ἐσχάταις παρανομίαις περιέβαλλεν. οὐ γὰρ ἦν οὐ γυναικός, οὐ παιδὸς αὐτῷ κάλλος ἄθικτον· οὐ κατασκευὴ κτημάτων πολυτελὴς ἀναφαίρετος· ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ὑφ' ἑαυτὸν δυναστείαν ἔπλησε παρανομίας. ἐπόρθει δὲ καὶ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων τὰς πλησιοχώρους, καὶ τῶν ἁλισκομένων, οὓς μὲν ὕβριζεν, οὓς δὲ δειναῖς καὶ παρηλλαγμέναις αἰκίαις ἐτιμωρεῖτο. κυριεύσας δὲ ὁ αὐτὸς πόλεως Λυσιμαχείας, τεταγμένης ὑπὸ τὸν Ἄτταλον, τὴν μὲν πόλιν ἐνέπρησε· τῶν δ' αἰχμαλώτων ἐπιλέξας τοὺς ἀξιολογωτάτους, ἰδίαις καὶ παρηλλαγμέναις κατ' αὐτῶν ἐχρήσατο τιμωρίαις. παίδων μὲν γὰρ ἀποκόπτων χεῖρας, καὶ πόδας, καὶ κεφαλάς, ἐξῆπτε ταῦτα φέρειν τοῖς τῶν γονέων τραχήλοις. ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἑκατέρων διήλλαττεν ἀμφοτέρων τὰ μέλη. καὶ τινὰς μὲν χειροκοπήσας διεμέλιζε τὰ σώματα κατὰ ῥάχιν. ἔστι δ' ὅτε καὶ τὰς διακοπὰς ἐπ' ἄκραις ταῖς λόγχαις φέρειν. ὡς Φάλαριν καὶ τὸν Κασσανδρέων τύραννον Ἀπολλόδωρον ὑπερβάλλειν ὠμότητι. παραλιπὼν δ' ἄν τις τὰ λοιπὰ τῆς περὶ αὐτὸν μιαιφονίας, ἐξ ἑνὸς τοῦ μέλλοντος λέγεσθαι τεκμήραιτο τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὠμότητος. γάμων ἀγομένων τούτῳ κατά τι Θρᾳκικὸν παλαιὸν ἔθος, δύο νεανίσκους Ἕλληνας ἐκ τῆς Ἀτταλικῆς βασιλείας καθ' ὁδοιπορίαν συνήρπασεν, ἀδελφοὺς μὲν ὑπάρχοντας, τῇ δὲ εὐπρεπείᾳ

parationem quidem admittebant, cum ille eximia manſuetudine, hic ſumma ſaevitia eſſet praeditus, proinde vulgus avidum rerum novarum, oppor- 354
tunum defectionis tempus cupide expectabat.

Quo tempore Ptolemaeus ex ſolenni Aegyptiorum more apud urbem Memphim in palatio inaugurabatur, natus eſt ei filius ex Regina Cleopatra, qua re ſupra modum exhilaratus, puerum Memphitem nominavit, quod ſibi in urbe Memphi ſolenne ſacrum peragenti natus eſſet. Porro dum natalitia pueri celebrat, a ſolita crudelitate nequaquam deſciſcens, Cyrenaeos quoſdam, qui eum in Aegyptum deduxerant, interfici juſſit, quod paulo liberius ob Irenem pellicem ipſum objurgaſſent.

Diegylis Thracum Rex, poſtquam ad regnum acceſſit, rebus ſupra votum proſpere ſuccedentibus elatus, ſubditis non jam quaſi amicis ac ſociis imperare, ſed tanquam mancipiis aut captivis acerbe dominari coepit. Multos quippe ex Thracibus bonos in primis viros tortos necavit, plurimos injuriis atque ultimis contumeliis affecit. Etenim nullius mulieris aut ingenui adoleſcentis formae ac pudori parcebat, nullas non opes per vim rapiebat: ſed univerſam ditionem ſcelere ac violentia replebat. Quin & Graecas urbes regioni ſuae conterminas praedabatur, captoſque partim violabat, partim exquiſitiſſimis tormentis e medio tollebat. Cumque urbem Lyſimachiam, quae ditionis Attali erat, cepiſſet, ipſam quidem incendio conſumpſit: ex captivis autem ſelectum nobiliſſimum quemque novis atque inauditis ſuppliciis excarnificavit. Praeciſa enim filiorum capita ac manus pedeſque ex parentum collo ſuſpendebat, virorumque ac mulierum amputata membra permutabat: nonnullos etiam manibus mutilatos per ſpinam dorſi diſſecabat, atque interdum abſciſſa membra contis praefigebat, adeo ut crudelitate Phalarim ipſum, & Apollodorum Caſſandrenſium ty- 357
rannum longe ſuperaret. Verum, ut caetera omittam, ex hoc unico facto illius atrocitas abunde deprehenditur. Cum ex more veteri inſtitutoque Thracum nuptias celebraret, duos juvenes Graecos ſimul iter facientes corripuit. Erant illi ex Attali regno fratres, ambo ſingulari forma; alter jam

z. Ad marginem erat Ζήτει ἐν τῷ περὶ γάμου.

fulmine interficitur ab Apolline in templo Aegypti Memphi, ubi mos fuit ſolio regio decorari reges qui regnabant. ibi enim ſacris initiabantur primum, ut dicitur, reges ſatis religioſe tunicati, & tauro quem Apim appellant jugum portare fas fuit, & per vicum unum duci ut periti exiſtimabant labore humanae neceſſitatis, ne crudelius his qui ſub eis ſunt abutantur. Deducitur autem a ſacerdote Iſidis in locum qui nominatur ἄδυτος, & ſacramento adigitur neque diem, neque menſem intercalandum, &c. Similis inauguratio regum Perſarum fiebat Paſargadis quam τελετὴν vocat *Plutarchus* in Artaxerxe (p. 1012). H. VALES.

Ἐνθρονιζομένου] Videtur ex ſacrorum initiatione, quod Schol. *Germanici* confirmat, ſumtum. Opportune *Dio Chryſoſtomus* Orat. XII. p. 203. A. καθάπερ εἰώθασιν ἐν τῷ καλουμένῳ ΘΡΟΝΙΣΜΩΙ καθίσαντες τοὺς μυουμένους οἱ τελοῦντες κύκλῳ περιχορεύειν. Inde & lux *Heſychio* in Θρόνωσις. P. WESS.

6. Διὰ τὴν παλλακὴν Εἰρήνην] Tritum in Aegypto feminarum nomen. Huc refer elegantiſſimum Epigramma Anth. L. II, 5, 5.

Εἰρήνη πάντεσσιν, ἐπίσκοπος εἶπεν ἐπελθών,
Πῶς δύναται πᾶσιν, ἣν μόνος ἔνδον ἔχει.

Scriptum eſt in Dioſcurum, Alexandrinorum praeſulem, qui ſacra obiturus εἰρήνη πᾶσιν pro Eccleſiae ejus more dicere ſolebat, domi vero amicam habebat Irenen nomine, ſicuti ex Actis Synodi Chalcedonenſis docuit vir eruditiſſimus *M. V. La Croze* Hiſt. Chriſt. Aeth. & Armen. L. IV. p. 361. Ceterum Irenes pellicis Ptolemaei Phyſconis meminit *Joſephus* L. II. C. Apion. C. 5. p. 473. Errant ergo, qui crudelitatem, in Judaeos exercitam, de qua ibi *Joſeph.*, Ptolemaeo Philometori tribuunt, ſcriptoremque Judaeum erroris accuſant. P. WESS.

7. Διέγυλις] Hunc Attalus Philadelphus praelio victum cepit, ut docet *Strabo* lib. 13. (p. 926.) *Appianus* in Mithridatico (p. 301.) eum Pruſiae generum fuiſſe ſcribit, & Διέγυλιν Θρᾷκα vocat Ἀστῶν ἄρχοντα. Corruptum eſt hujus reguli nomen apud *Valerium Max.* lib. 9. cap. 2. *Nummiſſanthis*, inquit, *Diegiridis filia Thraciae regis*. legendum eſſe puto Diegylidis. Erat autem Rex ut opinor Caenorum Thracum, quod elicuiſſe mihi videor ex Prologo 36. *Trogi Pompeii* in quo ſic legitur. *Ut Rex Aſiae Attalus Caenos Thracas ſubegit.* H. VALES.

Διέγυλις] De Caenis Thracibus veriſſime *Valeſius*. Firmatur conjectura *Strabonis* teſtimonio, cum L. XIII. p. 926. de Attalo, ἐχρημάτιζε δὲ καὶ Διεγύλιον τὸν Καινῶν βασιλέα, ἐπιδόντας τὰς τῶν Θρᾳκῶν. Nam pro ἐκείνων, quod vulgo legitur, ita ſcribendum eſſe optime *Palmerius* animadvertit & Abbas *Longuerue* ad Trogi Epit. XXXVI. P. WESS.

11. Πολλοὺς — καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς] Vide quae contra *Suidam* de hoc loquendi genere diſputavi in Diatribe de Jud. Archont. C. 1. P. WESS.

27. Ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἑκατέρων &c.] Pravum videtur ἑκατέρων,

jam primam lanuginem praeferebat, alter eum aetatis florem proxime attigerat. Diegylis utrumque infulis victimarum more redimitum introduxit. Cumque juniorem quaſi medium conciſurus extendi a ſatellitibus ſuis juſſiſſet, repente exclamavit, non iiſdem Reges ac privatos uti victimis debere. Ad haec cum major natu ingemiſceret, ac prae charitate in fratrem ſemet ferro ſupponeret, Diegylis hunc quoque ſimiliter ſterni praecepit, ac crudelitatem geminans, ambos unica plaga confecit, applaudentibus tantae dexteritati ſpectatoribus. Hujuſmodi alia plurima ab eo ſunt nefarie geſta.

Attalus cum Diegylim avaritiae & crudelitatis cauſa ſubditis ſuis inviſum eſſe intelligeret, ipſe contrariam prorſus viam inſtituit: proinde cum permultos Thraces quos ceperat, liberaliter dimitteret, multos manſuetudinis ſuae praecones ſibi comparavit. Cumque Diegylidis odio multi ex principibus Thracum ad eum confugerent, ac benigne exciperentur, ea re comperta, Diegylis defectorum obſides graviſſimis contumeliis tormentiſque ſubdidit: quorum plerique cum adhuc tenera aetate eſſent, nihilominus partim membratim concerpti, partim pedibus manibuſque & capite truncati ſunt: eorumque alii crucibus affixi, alii arboribus ſuſpenſi. Nec paucas mulieres notis compunctas, (eae apud Thracas primariae habentur) antequam ad ſupplicium ducerentur, proſtituebat omnium libidini, inſolentia barbarica ad omne genus injuriae praeceps. Quae quidem cum
358. impudentem quandam illius ſaevitiam palam teſtarentur, pleroſque etiam ſpectantium atque eorum, qui aliquo humanitatis ſenſu praediti erant, ad miſerationem commovebant.

Q. Pompejus cum urbem Lagni obſidere aggreſſus eſſet, Numantini in gratiam popularium ſuorum quadringentos illis milites noctu ſuppetias miſerunt. Quos Lagnitani initio quidem libentiſſime acceptos, donis proſecuti ſunt haud ſecus ac ſervatores ſuos. Paucis poſt diebus metu obſidionis perterriti, de dedenda urbe cum Pompejo collocuti ſunt, incolumitatem duntaxat poſtulantes. Sed cum Pompejus nullas conditiones admitteret, niſi auxiliares Numantini ſibi dederentur, primum quidem Lagnitani tantum ſcelus adverſus bene meritos admittere minime auſi, obſidionem perferre ſtatuerunt. Poſtea vero cum ad extremas anguſtias redacti eſſent, miſſa ad Pompejum legatione paratos ſe eſſe dixerunt ſociorum pernicie ſalutem ſuam

διαφόρους· τὸν μὲν ἴουλον καθάγοντα, τὸν δὲ ὑπογραφὴν ἄρτι λαμβάνοντα ταύτης τῆς ἀκμῆς. τούτους ἀμφοτέρους καταστέψας ἱερείου τρόπον, εἰσήγαγε. καὶ τὸν μὲν νεώτερον κατατείνας μακρὸν διὰ τῶν ὑπηρετῶν, ὡς μέσον διακόψων, ἀνεφώνησεν ὡς οὐχ ᵃ ὁμοίως ἱερείοις δεῖ χρῆσθαι τοὺς ἰδιώτας καὶ τοὺς βασιλεῖς. κλαίοντος δὲ τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ φιλάδελφον πάθος προφαίνοντος, καὶ τιθέντος ἑαυτὸν ὑπὸ τὸν σίδηρον, προσέταξε τοῖς ὑπηρέταις καὶ τοῦτον ὁμοίως τεῖναι μακρόν. διπλασιάζων δὲ τὴν ὠμότητα, καὶ μιᾷ πληγῇ καθ' ᵇ ἑκατέρου χρησάμενος, ἐν ἀμφοτέροις εὐστόχησε, παιᾶνα τῶν θεωμένων ἐπισημηνάντων τῇ κατορθώσει. πολλὰ καὶ ἄλλα παράνομα ἐποίησεν.

Ὅτι ὁ Ἄτταλος ἀκούων τὸν Διήγυλιν παρὰ τοῖς ὑποτεταγμένοις διαβεβλῆσθαι, διά τε τὴν πλεονεξίαν, καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὠμότητος, ἐζήλωσε τὴν ἐναντίαν προαίρεσιν. διὸ καὶ τοὺς ἁλισκομένους τῶν Θρᾳκῶν ἀπολύων μετὰ φιλανθρωπίας, πολλοὺς εἶχε κήρυκας τῆς ἰδίας ἐπιεικείας. ἃ δὴ πυνθανόμενος ὁ Διήγυλις, τοὺς μὲν ἀποχωροῦντας τοὺς ὁμήρους δειναῖς ὕβρεσι καὶ παρηλλαγμέναις αἰκίαις περιέβαλλεν, ὧν ἦσάν τινες τῶν ἀσθενεστάτων παίδων, ἡλικίᾳ καὶ φύσει. καὶ τούτων οἱ μὲν διαμεμελισμένοι τὰ σώματα ποικίλως, οἱ δὲ κεφαλὰς καὶ χεῖρας, καὶ πόδας ἀφῃρημένοι· καὶ τούτων οἱ μὲν ἐπὶ σκόλοψιν, οἱ δὲ ἐπὶ δένδρεσιν ἀνηρτῶντο. οὐκ ὀλίγας δὲ καὶ τῶν γυναικῶν ἀνεπτυγμένας τὰ σώματα πρὸς ὕβριν τε ἦν ἰδεῖν πρὸς ταῖς τοῦ θανάτου συμφοραῖς προκειμένας, παντοίας διαθέσεις αἰσχύνης ἐξ ὑπερηφανίας βαρβάρου συντελουμένας. αἱ ταῖς μὲν πράξεσιν ὠμότητος ἀναισχύντου διήγημα ᶜ προέκειτο, τῶν δὲ θεωρούντων καὶ τὸν ἥμερον ἐχόντων λογισμὸν, πολλοὺς ἐξεκαλοῦντο πρὸς τὸν τῶν ἠτυχηκότων ἔλεον.

Ὅτι τοῦ Πομπηΐου ἐλθόντος ἐπὶ πόλιν τὴν καλουμένην Λαγνὴ, καὶ ταύτην πολιορκοῦντος, οἱ Νουμαντῖνοι βουλόμενοι βοηθῆσαι τοῖς ὁμοεθνέσιν, ἔπεμψαν στρατιώτας τετρακοσίους νυκτός. οἱ δὲ τούτους ἀσμένως δεξάμενοι, σωτῆρας ἀπεκάλουν καὶ δωρεαῖς ἐτίμων. μετὰ δὲ ἡμέρας ὀλίγας καταπλαγέντες, καὶ τὴν πόλιν παραδιδόντες, τοῖς σώμασιν ᾔτουν ἀσφάλειαν. τοῦ δὲ Πομπηΐου δόντος ἀπόκρισιν, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ποιήσαιτο πρὸς αὐτοὺς ὁμολογίας, εἰ μὴ πρῶτον ἐκδώσουσι τοὺς συμμάχους, τὸ μὲν πρῶτον ἐντρεπόμενοι τὸ πρὸς τοὺς εὐεργέτας ἀνόμημα διεκαρτέρουν. τοῦ δὲ δεινοῦ πλησίον ὄντος διαπρεσβευσάμενοι, καὶ τῇ τῶν φίλων ἀπωλείᾳ τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς ἐπεχείρουν περιποιῆσαι. οὐ μὴν ἔλαθόν γε τοὺς ἐπιβουλευομέ-

νους,

a MS. ὁμοίως. b Ἑτέρου in eodem. c Προέκειτο ſcriptus liber.

τίρων, parum certe huic aptum loco & conveniens. Suſpicor nonnulla deeſſe, quae meliores libri reſtituent. P. Wess.

39. Τὸν μὲν ἴουλον καθάγοντα] Poſſes de infelici hoc juvene ex *Apollonio Rhodio* Argon. 1. 972. adponere:

Ἶσον πω χνοάων ἐπιτερχόμενον ἴουλον.

Cultum profecto in juvene, cujus genas prima lanugo veſtire & quaſi pingere orditur, ὑπογραφὴν λαμβάνων ταύτης τῆς ἀκμῆς. Alioqui ὑπογραφὴ & ὑπογράφειν five ὑπογράφεσθαι τὰς ὄψεις de fuco & ceruſſa paene perpetua. Vide *Philon. Jud.* L. II. Allegor. p. 72., *Joſeph.* Bel. Jud. L. IV, 9, 10., *Themiſtium* Or. XXII. p. 282., & quos Cl. *L. Bos* conduxit ad *Luciani* Bis Accuſ. C. 31. P. Wess.

66. Ἀνεπτυγμένας τὰ σώματα] Legendum eſſe arbitror ἀνεστιγμένας, id eſt notis compunctas, quae mulieres nobiliſſimae a Thracibus habentur. Nam quo mulier quaepiam in Thracia nobilior eſt ac clariori familia prognata, eo pluribus magisque verſicoloribus ſe notis compungit, ut ſcribit *Dio Chryſoſt.* Orat. XIV. (p. 233. D) de ſervitute, & ante eum *Herodotus* initio lib. V. Καὶ τὸ μὲν ἐστίχθαι εὐγενὲς κέκριται· τὸ δ' ἄστικτον ἀγεννές. His notis inuſtas fuiſſe a viris Thracum mulieres ob caedem Orphei canit *Phanocles Lesbius* verſibus cultiſſimis apud *Stobaeum* ſermone 185,

Ποινὰς δ' Ὀρφῆος κταμένου τίζουσι γυναῖκες
Εἰσέτι νῦν, κείνης εἵνεκεν ἀμπλακίης.

Sed aliam cauſam affert *Athenaeus* lib. XII. (cap. 2. p. 524.) Has Threſſarum notas notas ſic deſcribit *Valerius Flaccus* lib. 2, 150.

Picta manus uſtoque placet, ſed barbara mento.

Et mox v. 160.

— Noſtroſque toros virgata tenebit
Et plauſtro devecta nurus. ——

H. Vales.

Ἀνεπτυγμένας τὰ σώματα] De Thracum feminis, ob Orphei caedem notis compungi ſolitis, paria Phanoclis verſibus *Plutarchus* prodidit Ser. Num. Vind. p. 557. D. Huc vero illa pertinere atque ἐστιγμένας τὰ σώματα *Diodorum* reliquiſſe, eſt cur dubitem: quorſum enim πρὸς ὕβριν, quae illis arte cohaerent, referas? Niſi erro, ſcriptum fuit ἀναπεπταμένας τὰ σώματα πρὸς ὕβριν *corpore ad omnem injuriam ac libidinem explicato.* Mox ante παντοίας copulae defectus eſt. P. Wess.

69. Αἱ ταῖς μὲν πράξεσιν ὠμότητος &c.] Erit credo, conſequentibus aptior oratio, ſi ἐν ταῖς μὲν πράξεσιν —— προέκειτο legatur.

ους, ἀλλὰ τοῦτο μαθόντες πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο, καὶ νυκτὸς τοῖς κατὰ τὴν πόλιν ἐπιθέμενοι, πολὺν ἐποίουν φόνον. ὁ δὲ Πομπήϊος τοῦ θορύβου αἰσθόμενος, καὶ κλίμακας προσερείσας τοῖς τείχεσιν, ἐκυρίευσε τῆς πόλεως· καὶ τοὺς μὲν εὐγενεῖς ἅπαντας ἀπέσφαξε, τοὺς δὲ συμμάχους ὄντας διακοσίους τὸν ἀριθμὸν ἀπέλυσε τῶν κινδύνων· ἅμα μὲν ἐλεήσας κινδυνεύουσαν ἀρετὴν, καὶ τὸ περὶ τοὺς ἀκληροῦντας γινόμενον πάθος δι' ἀχαριστίαν· ἅμα δὲ τὴν Νουμαντίνων εὔνοιαν πρὸς Ῥωμαίους πόρρωθεν ἐκκαλούμενος ταῖς εὐεργεσίαις· τὴν δὲ πόλιν κατέσκαψεν.

Ὅτι ὁ Ἀρσάκης ὁ βασιλεὺς ἐπιείκειαν καὶ φιλανθρωπίαν ζηλώσας, αὐτομάτην ἔσχε τὴν ἐπίρροιαν τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὴν βασιλείαν ἐπὶ πλεῖον ηὔξησε. μέχρι γὰρ τῆς Ἰνδικῆς διατείνας, τῆς ὑπὸ τὸν Πῶρον γενομένης χώρας ἐκυρίευσεν ἀκινδύνως. εἰς τηλικοῦτο δὲ μέγεθος προαχθεὶς βασιλείας, οὐκ ἐζήλωσε τρυφὴν οὐδὲ ὑπερηφανίαν, ἅπερ ταῖς πλείσταις δυναστείαις ἀκολουθεῖν εἴωθεν· ἀλλ' ἐπιείκειαν μὲν πρὸς τοὺς ὑποτεταγμένους, ἀνδρείαν δὲ πρὸς τοὺς ἀντιταττομένους· καθόλου δὲ πολλῶν ἐθνῶν ἐγκρατὴς γενόμενος, τὰ παρ' ἑκάστοις ἄριστα τῶν νομίμων κατέδειξε τοῖς Πάρθοις.

Ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Οὐριάτθου ταφῆς ἐνδόξου καὶ μεγαλοπρεποῦς ἠξίωσαν, καὶ διακοσίοις ζεύγεσι μονομάχων ἀγῶνα πρὸς τῷ τάφῳ συνετέλεσαν, τιμῶντες αὐτοῦ τὴν διαβεβοημένην ἀνδρείαν. ὁμολογουμένως γὰρ ἦν πολεμικώτατος μὲν ἐν τοῖς κινδύνοις, στρατηγικώτατος δὲ ἐν τῷ προϊδέσθαι τὸ συμφέρον. τὸ δὲ μέγιστον διετέλεσε πάντα τὸν τῆς στρατηγίας χρόνον ἀγαπώμενος ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ὡς οὐδεὶς ἕτερος. κατὰ μὲν γὰρ τὰς ἐκ τῆς λῃστείας διανομὰς, οὐδὲν πλέον ἀπεφέρετο τῆς τοῖς ἰδιώταις ἐπιβαλλούσης μοίρας· ἀπὸ δὲ τῶν αὐτῷ πορισθέντων ἐτίμα τοὺς ἀξίους χάριτος, καὶ τοὺς ἀπόρους τῶν στρατιωτῶν [d] ὑπελάμβανεν. ὑπῆρχε δὲ καὶ νήπτης καὶ ἀγρυπνητικὸς, καὶ παντὸς πόνου καὶ κινδύνου κατεξανεστηκώς· ἔτι δὲ πάσης ἡδονῆς κρείττων. αἱ δὲ ἀποδείξεις τῆς περὶ αὐτὸν ἀρετῆς ἐμφανεῖς εἰσιν. ἕνδεκα γὰρ ἔτη δυναστεύοντος αὐτοῦ Λυσιτανῶν, οὐ μόνον αἱ δυνάμεις ἀστασίαστοι διέμειναν, ἀλλὰ καὶ σχεδὸν ἀνίκητοι. μετὰ δὲ τὴν τούτου τελευτὴν, τὸ σύστημα τῶν Λυσιτανῶν διελύθη στερηθὲν τῆς τούτου προστασίας.

Ὅτι Πτολεμαῖος διὰ τὴν ὠμότητα καὶ μιαιφονίαν, καὶ διὰ τὰς ἀναιδεῖς τῶν αἰσχίστων ἡδονῶν ἀπολαύσεις, καὶ τὸ τοῦ σώματος ἀγεννὲς πάθος, διὸ Φύσκων ἐκαλεῖτο. ὁ δὲ στρατηγὸς Ἱέραξ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις θαυμαστὸς ὢν, καὶ κατὰ τὰς ἐντεύ-

redimere. Quod cum auxiliares Numantini ſenſiſſent, noctu impreſſione in cives nec opinantes facta, maximam caedem ediderunt. At Pompejus intellecto hoc tumultu, ſcalis protinus ad moenia admotis, urbem cepit: ac Lagnitanos quidem omnes internecione occidit, Numantinos autem auxiliares numero ducentos benigne dimiſit. Simul virtutem hominum prorſus indigne in extremum diſcrimen adductam miſeratus, ſimul etiam Numantinorum benevolentiam erga populum Romanum jam tum ea gratia alliciens; urbem deinde ſolo aequavit.

Arſaces Parthorum Rex cum clementiam atque manſuetudinem in primis coleret, admodum proſpera ubique fortuna eſt uſus, atque imperii ſui limites longiſſime propagavit. Etenim adusque Indiam, in qua Porus olim regnaverat, progreſſus, cuncta nullo negotio ſubegit. Caeterum in tantam regni amplitudinem evectus, haudquaquam ad 361 luxum ac ſuperbiam, quod pleriſque principibus uſu venire ſolet, ſe contulit: ſed clementia in ſubditos, adverſus hoſtes fortitudine uti inſtituit. Cumque plurimas gentes imperio ſuo ſubjeciſſet, ex ſingulis collecta optima quaeque inſtituta Parthos docuit.

Viriathi cadaver magnifico exequiarum honore celebratum eſt a Luſitanis, quippe ducenta gladiatorum paria ad ejus tumulum decernere juſſerunt, dantes id eximiae hominis fortitudini. Fuit enim ille, ut inter omnes conſtat, bellicoſiſſimus quidem in periculis: in providendo autem quid potiſſimum conduceret, ſagaciſſimus, quodque praecipuum eſt, quamdiu copias duxit, adamatus a militibus quantum antea nemo. Etenim in dividenda praeda nihil praecipuum ſupra caeteros ſumebat: ex iis vero quae ſibi comparaverat, & viros fortes muneribus donabat, & egentiſſimorum militum inopiam ſublevabat. Erat praeterea ſobrietate ac vigilantia incredibili, quique nullum laborem ac periculum detrectaret, adverſus omnes voluptates infractus. Ac virtutis quidem illius argumenta in aperto ſunt. Nam cum undecim annos Luſitanis praefuerit, non modo concordes abſque ſeditione ulla, ſed propemodum invictae ejus copiae manſere. Mortuo autem Viriatho, Luſitanorum manus eo duce orbatae, brevi diſſipatae ſunt.

Ptolemaeus ob crudelitatem caedeſque, atque ob foedas libidines ac deformem corporis habitum, (unde & Phyſcon cognominatus eſt) cunctis erat inviſus. At Praefectus Hierax cum & rei bellicae ſcientiſſimus, & in congreſſibus admodum popu-

[d] Sic fuit in Cod., pro quo ſine cauſſa ἀνελάμβανεν *Valeſius*.

gatur. P. Wess.

72. Ὅτι ὁ Πομπήϊος] Hic eſt Q. Pompejus, qui Conſul fuit anno urbis 612. & provinciam Celtiberiam ſortitus male cum Numantinis pugnavit. H. Vales.

75. Ἡ δὲ τούτους — ἀξιώματα] Numeri & generis enallage tueri hanc poterit ſtructuram: mallem tamen, ſi res mei foret arbitrii, αἱ δὲ τούτους ἀγνοοῦντες &c. Ceterum urbem Hiſpaniae *Lagni* legere alibi non memini. Habet *Appianus* Iber. p. 507. de Malienſibus aliquos, qui, praeſidio Numantinorum per inſidias interfecto, ſeſe Pompejo tradiderint, nec eadem tamen videntur. P. Wess.

97. Ὅτι ὁ Ἀρσάκης] Mithridates Arſaces eſt, inſignis virtutis vir, qui regni ſui fines longiſſime in ultimam Indiam protulit, referente *Juſtino* L. xli, 6. &c. & *Oroſio* L. v, 4. Confer *Jo. Vaillant.* Hiſt. Arſacid. pag. 44. & praeter ceteros *Th. Sig. Bayerum* Hiſt. Bactrian. p. 91. P. Wess.

9. Τοῦ Οὐριάτθου] Sic ſemper id nomen ſcribitur tum in *Diodori*, tum in *Appiani* Excerptis. Neque aliter apud *Silium Italicum* lib. iii. (vers. 354.)

Hos Viriathus agit, Luſitanumque remotis
Extractum luſtris, primo Viriathus in aevo
Nomen Romanis factum mox nobile damnis.

H. Vales.

Τοῦ Οὐριάτθου] Lege, quae notavit Cl. *Drakenborch* ad *Silii* L. x, 220. de Viriathini nominis ſcriptura. P. Wess.

20. Καὶ τοὺς ἀπόρους τ. ς. ὑπελάμβανεν] Sic bene ſcriptus codex. Ἀνελάμβανεν, quod *Valeſius* in ejus locum ſuffecit, nulla parte melius eſt. Vide hoc *Strabonis* ex L. xiv. p. 965. de Rhodiis, καὶ οἱ εὔποροι τοὺς ἐνδεεῖς ὑπολαμβάνουσιν ἔθει τινὶ πατρίῳ. *ditiores majorum inſtituto tenuioribus ſubvenire ſolent.* Et *Diodorum* ipſum L. xix, 67. p. 370., quaeque ex *Diotogene* adſcripta ſunt ibi. P. Wess.

24. Ἕνδεκα γὰρ ἔτη] Haud ſatis inter auctores conſtat quot annos Viriathinum bellum durarit. *Appianus* in Iberico (pag. 504.) annis octo tractum id bellum aſſerit. *Juſtinus* libro ultimo annis decem: ſic enim de Hiſpanis ſcribit. *In tanta ſaeculorum ſerie nullus illis dux magnus praeter Viriathum fuit, qui annis x. Romanos varia victoria fatigavit. adeo feris propiora quam hominibus ingenia gerunt.* *Diodorus* noſter annis xi. dicit, Eutropius lib. iv, 7. quatuordecim. Sed ego *Juſtini* aut *Diodori* veriorem eſſe ſententiam puto ob eam rationem, quam adfert *Sigonius* in Faſtis ad annum 607. H. Vales.

32. Φύσκων ἐκαλεῖτο] Sic ob ſaginam corporis vocatus eſt Ptolemaeus quaſi προγάστωρ. eſt enim φύσκη κοιλία ut docet *Heſychius*. vide *Juſtinum* lib. xxxviii, 8. H. Vales.

Φύσκων ἐκαλεῖτο] Luxum & ſaginam hominis egregie deſcribit *Poſidonius* apud *Athen.* L. xii. p. 549. Qui quidem *Poſidonius* & Hieracem Antiochenum attigit, Ptolemaei hujus aſſenta-

pularis, ac praeterea eximia animi magnitudine eſſet, Ptolemaei imperium ſuſtinuit. Nam cum Ptolemaeus pecuniae inopia premeretur, militesque ſtipendiis fraudati deficere ad Galaeſtem parati eſſent, ipſe ex ſua pecunia numerato militibus ſtipendio ſeditionem pacavit.

ξις τοῖς ὄχλοις εὔθετος, ἔτι δὲ μεγαλόψυχος, συνέσχε τὴν τοῦ Πτολεμαίου βασιλείαν. τούτου γὰρ ἀπορουμένου χρημάτων, καὶ τῶν στρατιωτῶν βουλομένων ἀφίστασθαι πρὸς Γαλαίστην, διὰ τὸ μὴ κομίζεσθαι τοὺς μισθούς, ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ὀψωνιάσας τὴν δύναμιν, διωρθώσατο τὴν ὅλην μεταβολήν.

362. Aegyptii Ptolemaeum prorſus deſpiciebant, cum eum viderent & in ſermonibus puerilem, & effuſum in foediſſimas libidines, & ob intemperantiam effeminato corpore eſſe.

Ὅτι τοῦ Πτολεμαίου παντελῶς οἱ Αἰγύπτιοι κατεφρόνησαν, ὁρῶντες ἔν τε ταῖς ὁμιλίαις ὄντα παιδαριώδη, καὶ πρὸς τὰς αἰσχίστας ἡδονὰς ἐκκεχυμένον, καὶ διὰ τὴν ἀκολασίαν τὸ σῶμα γυναικῶδες πεποιημένον.

M. Aemilius Conſul, cum ob nimiam ſaginam & craſſitiem gravi tardoque corpore eſſet, ad res bellicas minime idoneus erat.

Ὅτι ὁ Αἰμίλιος ὁ ὕπατος διὰ τὴν βαρύτητα καὶ δυσκινησίαν τοῦ σώματος, τῇ διὰ τὸν ὄγκον ὑπεροχῇ, καὶ τῷ πλήθει τῶν περικεχυμένων σαρκῶν, ἄχρηστος ἦν ἐν ταῖς κατὰ πόλεμον ἐνεργείαις.

EX LIBRO XXXIV.

ΕΚ ΤΗΣ ΛΔ'.

Iſdem temporibus in Sicilia ſeditio ſervorum excitata eſt, omnium quae unquam extiterunt, longe maxima, qua plurimae urbes afflictae, hominum utriusque ſexus multitudo innumerabilis in graviſſimas incidit calamitates, parumque abfuit, quin univerſa inſula in fugitivorum ditionem redigeretur; qui eum potentiae ſuae terminum ſtatuerant, ut in dominos ſuos omni atrocitate ſaevirent. Et haec quidem multis nec opinantibus praeter ſpem contigerunt: ii vero, qui ſingula ſagaciter diſpicere ſolent, haud fortuito id evenire cenſebant. Namque ob nimiam omnium rerum copiam, qua incolae hujus opulentiſſimae inſulae fruebantur, ditiſſimus fere quiſque in luxum, deinde ſuperbiam atque inſolentiam proruperat. Itaque cum ex his cauſis magis magisque in dies creſceret & dominorum adverſus ſervos ſaevitia, & ſervorum malevolentia in dominos, tandem aliquando opportunitate oblata odium erupit, ac permulta ſervorum millia nullo ſigno dato repente ad peſtem dominorum ac perniciem concurrerunt. Idem quoque in Aſia eodem fere tempore accidit. Nam cum Ariſtonicus regnum Aſiae nullo ſibi jure vindicaſſet, ſervi ob ſaevitiam dominorum ei ſe adjunxerunt, multasque urbes & oppida maximis cladibus affecerunt.

Ὅτι οὐδέποτε στάσις ἐγένετο τηλικαύτη δούλων, ἡλίκη συνέστη ἐν τῇ Σικελίᾳ, δι' ἣν πολλαὶ μὲν πόλεις δειναῖς περιέπεσον συμφοραῖς, ἀναρίθμητοι δὲ ἄνδρες καὶ γυναῖκες μετὰ τέκνων ἐπειράθησαν τῶν μεγίστων ἀτυχημάτων. πᾶσα δὲ ἡ νῆσος ἐκινδύνευσε πεσεῖν εἰς ἐξουσίαν δραπετῶν, ὅρον τῆς ἐξουσίας τιθεμένων τὴν τῶν ἐλευθέρων ὑπερβολὴν τῶν ἀκληρημάτων. καὶ ταῦτα ἀπήντησε τοῖς μὲν πολλοῖς ἀνελπίστως καὶ παραδόξως, τοῖς δὲ πραγματικῶς ἕκαστα δυναμένοις κρίνειν οὐκ ἀλόγως ἔδοξε συμβαίνειν. διὰ γὰρ τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐπορίας τῶν τὴν κρατίστην νῆσον εὐκαρπουμένων, ἅπαντες σχεδὸν οἱ τοῖς πλούτοις προκεκοφότες, ἐζήλωσαν τὸ μὲν πρῶτον τρυφήν, εἶθ' ὑπερηφανίαν καὶ ὕβριν. ἐξ ὧν ἁπάντων αὐξανομένης ἐπ' ἴσης τῆς τε κατὰ τῶν οἰκετῶν κακουχίας καὶ τῆς κατὰ τῶν δεσποτῶν ἀλλοτριότητος, ἐρράγη ποτὲ σὺν καιρῷ τὸ μῖσος. ἐξ οὗ χωρὶς παραγγέλματος πολλαὶ μυριάδες συνέδραμον οἰκετῶν, ἐπὶ τὴν τῶν δεσποτῶν ἀπώλειαν. τὸ παραπλήσιον δὲ γέγονε καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, Ἀριστονίκου μὲν ἀντιποιησαμένου τῆς μὴ προσηκούσης βασιλείας, τῶν δὲ δούλων διὰ τὰς ἐκ τῶν δεσποτῶν κακουχίας συναπονοησαμένων ἐκείνῳ, καὶ μεγάλοις ἀτυχήμασι πολλὰς πόλεις περιβαλόντων.

365. Caeterum in Sicilia ſinguli qui latifundia poſſidebant, integra ergaſtula coëmebant ad arandos agros; & ſervorum alios in cippum dabant, alios gravitate operarum premebant, univerſam vero familiam notis compungebant: proinde tanta mancipiorum multitudo Siciliam inundaverat, ut vix

Ὅτι παραπλησίως καὶ πρὸς τὰς γεωργίας ἕκαστος τῶν πολλὴν χώραν κεκτημένων, ὅλα σωματοτροφεῖα συνηγόραζον [c] καὶ τοὺς μὲν πέδαις δεσμεύειν, τοὺς δὲ βαρύτησι τῶν ἔργων καταπονεῖν, πάντας δὲ τοῖς ὑπερηφάνοις χαρακτῆρσι κατέστιζον. διὸ καὶ τοσοῦτο τῶν οἰκετῶν ἐπέκλυσε πλῆθος ἅπασαν Σικελίαν,

c Copulam debemus *Valeſio*.

ſentatorem & rerum gerendarum adminiſtrum in Athen. L. VI. pag. 252., eumdem fortaſſe, de quo ſtatim *Diodorus*. P. Wess.

45. Ὁ Αἰμίλιος ὁ ὕπατος] Hic M. Aemilius Lepidus cognomento Porcina ob nimiam corporis ſaginam ac molem, Conſul fuit anno urbis 616. H. Vales.

48. Ἄχρηστος ἦν ἐν ταῖς — ἐνεργείαις] Belli Numantini occaſione haec ſcripta videntur. Aemilius poſt Mancini ignominioſam cladem ad id bellum miſſus rem publicam & ob corporis ſaginam, & animi torporem male geſſit apud *Appian.* Iber. p. 513., alioqui in optimis oratoribus habitus, *Cicerone* teſte in Bruto C. 25. P. Wess.

59. Τῶν — εὐκαρπουμένων] Etſi damnare hoc neutiquam ſuſtineo, haud tamen ſcio an ἐκκαρπουμένων fuerit? Id certe ad hanc rem opportunum, ut ex *Demoſthene* in Timocrat. p. 441. & Schol. *Thucydid.* L. V, 28., quos & *H. Stephanus* teſtes excitavit, notum. Quod ſuccedit ἐζήλωσαν πρῶτον τρυφήν, εἶθ' ὑπερηφανίαν &c. convenit his *Menandri*,

Ὑπερήφανόν που γίγνεθ' ἡ λίαν τρυφή,
Ὅ τε πλοῦτος ἐξώκειλε τὸν κεκτημένον
Εἰς ἕτερον ἦθος, οὐχ ὃ ἦν τὸ πρόσθεν οἱ·

Vide *Jo. Stobaei* Florileg. Cap. XCI. p. 508. P. Wess.

71. Συναπονοησαμένων ἐκείνῳ] Ita correxi, cum in exemplari ἐκείνων legeretur abſque ſenſu. Confirmat autem hanc emendationem *Strabo*, qui lib. XIV. (p. 957. A.) ſcribit Ariſtonicum, qui ſe Eumenis filium ferebat, Leucas occupaſſe, deinde ab Epheſiis ſuperatum navali pugna, in mediterranea receſſiſſe, ac ſervis ad libertatem vocatis, armatiſque egenorum hominum catervis magnum exercitum comparaſſe. Eos autem ſervos Heliopolitas appellabat, ut ait ibidem *Strabo*. H. Vales.

75. Καὶ τοὺς — δεσμεύειν, τοὺς — καταπονεῖν] Aut deeſt verbum, aut ἐδέσμευον & κατεπόνουν ſcribendum. De ſervorum ſtigmatibus nihil addo. Collegit plurima *Jo. Rhodius* ad Compoſit. CCXXXI. p. 309. *Scribonii Largi*. P. Wess.

83. [illegible]] Confer Eclog. 2. L. XXXIV. pag. 525. P. Wess.

19. Φοβεροὶ ταῖς ἀρχαῖς] Idem teſtatur *Cicero* in Frumentaria (L. III. Verr. 41.) *Antea cum equeſter ordo judicaret, improbi & rapaces magiſtratus in provinciis inſerviebant publicanis, ornabant eos quicunque in operis erant, &c.* H. Vales.

Φοβεροὶ ταῖς ἀρχαῖς] Lege Eclog. 2. L. XXXIV. pag. 526. P. Wess.

21. Οἱ περὶ τὰς γεωργίας ἐργ.] Italicos intelligo, ſeu circa Rom.

κελίαν, ὥστε τοὺς ἀκούοντας τὴν ὑπερβολὴν μὴ πιστεῦσαι. καὶ γὰρ τῶν Σικελιωτῶν οἱ πολλοὺς πλούτους κεκτημένοι, διημιλλῶντο πρὸς τὰς τῶν Ἰταλιωτῶν ὑπερηφανίας τε καὶ πλεονεξίας, καὶ κακουργίας. εἰς τοιαύτην γὰρ συνήθειαν ῥᾳδιουργίας τοὺς νομεῖς ἤγαγον οἱ πολλοὺς οἰκέτας κεκτημένοι τῶν Ἰταλικῶν, ὥστε τροφὰς μὲν μὴ παρέχειν, ἐπιτρέπειν δὲ λῃστεύειν. τοιαύτης δοθείσης ἐξουσίας ἀνθρώποις διὰ μὲν τὴν ἰσχὺν τῶν σωμάτων δυναμένοις πᾶν τὸ κριθὲν ἐκτελεῖν, διὰ δὲ τὴν ἄνεσιν καὶ σχολὴν εὐκαιροῦσι, διὰ δὲ τὴν τῆς τροφῆς ἔνδειαν ἀναγκαζομένοις ταῖς παραβόλοις ἐγχειρεῖν πράξεσι, συνέβη ταχὺ τὴν παρανομίαν αὐξηθῆναι. τὸ γὰρ πρῶτον ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις τόποις τοὺς καθ' ἕνα καὶ δύο τὰς ὁδοιπορίας ποιουμένους ἐφόνευον. εἶτα ἐπὶ τὰς τῶν ἀσθενεστέρων ἐπαύλεις νυκτὸς ἀθρόοι συντρέχοντες, ἐξῄρουν βίᾳ ταύτας, καὶ κτήσεις διήρπαζον, καὶ τοὺς ἀνθισταμένους ἀνῄρουν. ἀεὶ δὲ μᾶλλον τῆς τόλμης προβαινούσης, οὔτε τοῖς ὁδοιπόροις νυκτὸς ἡ Σικελία βάσιμος ἦν, οὔτε τοῖς ἐπὶ τῆς χώρας ζῆν εἰωθόσιν ἀσφαλὴς ἐπὶ ταύτης ἡ διατριβή· πάντα δὲ βίας καὶ λῃστείας, καὶ παντοδαπῶν φόνων ἦν μεστά. τοῖς δὲ νομεῦσιν ἀγραυλίας γεγενημένης καὶ σκευῆς στρατιωτικῆς, εὐλόγως ἅπαντες ἐνεπίμπλαντο φρονήματος καὶ θράσους. περιφέροντες γὰρ ῥόπαλα καὶ λόγχας, καὶ καλαύροπας ἀξιολόγους, καὶ δέρματα λύκων ἢ συάγρων ἐσκεπασμένοι τὰ σώματα, καταπληκτικὴν εἶχον τὴν πρόσοψιν, καὶ πολεμικῶν ἔργων οὐ πόῤῥω κειμένην. κυνῶν τε ἀλκίμων ἄθροισμα συνεπόμενον ἑκάστῳ, καὶ τροφῆς καὶ γάλακτος καὶ κρεῶν παρακειμένων πλῆθος ἐξηγρίου τάς τε ψυχὰς καὶ τὰ σώματα. ἦν οὖν πᾶσα χώρα μεστὴ καθαπερεὶ στρατευμάτων διεσπαρμένων, ὡς ἂν ὑπὸ τῆς τῶν δεσποτῶν ἐπιτροπῆς τοῦ θράσους τῶν δούλων [f] καθωπλισμένη. οἱ δὲ στρατηγοὶ κωλύειν μὲν ἐπεχείρουν τὴν ἀπόνοιαν τῶν οἰκετῶν, κολάζειν δὲ οὐ τολμῶντες διὰ τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ βάρος τῶν δεσποτῶν, ἠναγκάζοντο περιορᾷν τὴν ἐπαρχίαν λῃστευομένην. οἱ πλεῖστοι γὰρ τῶν κτητόρων ἱππεῖς ὄντες ἐντελεῖς τῶν Ῥωμαίων, καὶ κριταὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἐπαρχιῶν κατηγορουμένοις στρατηγοῖς [g] γινόμενοι, φοβεροὶ ταῖς ἀρχαῖς ὑπῆρχον.

Ὅτι οἱ περὶ τὰς γεωργίας ἀσχολούμενοι τῶν Ἰταλικῶν, παμπληθεῖς οἰκέτας ὠνούμενοι, καὶ πάντας χαράττοντες τοῖς στίγμασι, τροφὰς μὲν οὐχ ἱκανὰς παρείχοντο, τῇ δὲ βαρύτητι τῶν ἔργων κατέξαινον τὴν παρ' αὐτῶν ταλαιπωρίαν.

Ὅτι Δαμόφιλός τις ἦν, τὸ γένος Ἐνναῖος, τὴν

credi numerus poſſit, quippe Siculorum opulentiſſimus quisque cum Italicis ſuperbia & avaritia ac pravitate certabat. Plerique enim Italicorum, qui magnas familias alebant, ejusmodi nequitiae ac licentiae paſtores ſuos aſſueſecerant, ut cum eis alimenta non praeberent, latrocinium exercere permitterent. Qua licentia ſemel iis hominibus conceſſa, quibus & corporis robur ad quidvis impigre exequendum ſuppetebat, & otium ſupererat, ac propter victus penuriam extrema quaeque audendi neceſſitas incumbebat, brevi maximum incrementum ſceleri acceſſit. Principio enim eos, qui per celeberrimas vias ſoli aut cum uno duntaxat comite iter faciebant, occidere erant ſoliti. Deinde vero infirmiorum hominum villas per noctem impetu facto ingreſſi, cuncta diripiebant; ſi quis vim repellere vellet, obtruncabatur. Porro creſcente in dies audacia, nec viatoribus noctu itinera erant tuta, neque iis, qui ruri degere ſolebant, ſecurum erat perfugium domorum ſuarum, ſed rapinis ac latrociniis & caedibus referta erant omnia. At paſtoribus, quippe militari cultu armatis, aſſuetisque ſub dio degere, animus atque audacia addebatur quotidie. Clavas enim & lanceas nec mediocres baculos geſtantes, & lupinis aprorumque pellibus tecti, terribilem quandam ac propemodum militarem ſpeciem circumferebant. Praeterea canum ingentium caterva aſſidue ſtipati, lacteque & carnibus atque omni cibo ſemet ſubinde ingurgitantes, animo & corpore efferabantur. Igitur plena erat inſula quibusdam veluti copiis per varia loca diſperſis, cum quaſi permittentibus dominis armata ſervorum audacia debaccharetur. At Praetores conabantur quidem hanc ſervorum in- 366.
ſolentiam comprimere: ſed quia poenas infligere non audebant propter auctoritatem ac potentiam dominorum, provinciam latrociniis infeſtari, licet inviti, patiebantur. Nam cum plerique ex dominis eſſent Equites Romani, penes quos tunc judicia Romae erant, atque ex equeſtri ordine ſolerent ſortito judices educi in cauſa Praetorum ac Proconſulum, quibus poſt adminiſtratam provinciam dies dicta erat, merito illi magiſtratibus erant formidabiles.

Italici, qui maximas arationes in Sicilia poſſidebant, cum plurimos ſervos emerent, omniumque vultus notis inſcripſiſſent, alimentis eos fraudabant, & gravitate operarum premebant.

Erat Damophilus quidam Ennenſis, vir magnis qui-

f Καθωπλισμένων MS. g Γινομένοις in eodem.

Rom. qui arationes in Sicilia poſſidebant, aut teſtamento ſibi relictas, aut alio quopiam jure. Hi aratores dicebantur, *Cicero* in Frumentaria (cap. 10.) *Hunc principem Verres ad fortunas aratorum vexandas diripiendasque eſſe voluit. Hujus audaciae, nequitiae, crudelitati fideliſſimos ſocios optimosque cives, ſcitote hoc Praetore traditos atque addictos fuiſſe.* Et paulo poſt, Q. Septicium equitem Rom. ex aratorum numero fuiſſe teſtatur, itemque Q. Lollium ex equeſtri ordine, & Anneium Brocchum Senatorem populi Romani. H. Vales.

24. *Τῇ δὲ βαρύτητι τῶν ἔργων κατέξαινον* &c.] Hoc velle videtur, ſervos, dominorum atroci imperio miſerabiles, operum gravi mole fuiſſe magis atque magis attritos, quod quidem in re *κατεξαίνειν* haud eſt abſurdum. *Euripides* Troas. v. 755.

Μάτην δ' ἐμόχθουν καὶ κατεξάνθην πόνοις.

Lycophron Alexandr. v. 300.

—— Καὶ στερνῶν ὀγκωμένας
Ἃς καὶ καταξαίνουσιν ἐμβρύων χέρες.

Neque inconcinnum de femina, amoris igniculis miſere perdita, illud *Parthenii* Erotic. C. 17. *μὴ περιορᾶν αὐτὴν ἀπολλυμένην κα-ταξαινομένην*, nedum iſtud *Euripidis* de Hecuba, lacrymarum continuo fluxu ob alias ſuper alias calamitates debilitata, Troas. v. 508.

—— — ὡς πεσοῦσ' ἀποφθαρῶ
Δακρύοις καταξανθεῖσα ——

Culte ergo & ex veterum more Falconilla ad matrem *παρακαλεῖ σε —— μὴ δακρύοις ἀσίγητα, μηδὲ τὸν ἀεὶ καταξαίνειν τοῖς ὀδυρμοῖς ψυχὴν* apud *Baſilium Seleuc.* L. I. Vit. S. Theclae pag. 78. *Ed. Pant.*, & in *Antipatri* Epigrammate

—— σὺ δὲ ξαίνουσα παρειὰς
Δάκρυσιν, ἐξῆλθες φίλο ἄνευθεν ἔτος.

Anthol. L. III. p. 340. P. Wess.

26. *Ὅτι Δαμόφιλος*] Haec ex *Poſidonii* libro 8. hiſtor. *Diodorus* tranſcripſit, ut videre eſt ex Poſidonii verbis, quae refert *Athenaeus* libro XII. (cap. 11. p. 542.) *Τρυφῆς οὖν δοῦλος ἦν καὶ κακουργίας, διὰ μὲν τῆς χώρας τετρακύκλους ἀπήνας περιαγόμενος καὶ ἵππους καὶ θεράποντας ὡραίους, καὶ παρατρέχοντας ἀνάγωγον κολάκων τε καὶ παίδων στρατιωτικῶν.* Porro id ſervile bellum coeptum eſt annis ſexaginta poſt debellatam a majore Africano Carthaginem, ut

quidem opibus, ſed arroganti ingenio: qui cum latiſſimum agrum araret, atque ingentem numerum pecoris paſceret, Italicorum qui in Sicilia degebant, luxum ac ſaevitiam in ſervos aemulatus eſt. Namque rhedis vectus, trahentibus equis generoſiſſimis, ſtipatusque armatis famulis per regionem diſcurrebat, pueros etiam formoſos atque aſſentatores ac paraſitos quamplurimos ſecum aſſidue circumducebat. Praeterea in urbe ac per villas vaſa argentea probe caelata habebat, & ſtragula conchyliata ingentis pretii. Coenas porro opiparas & magnificentia prorſus regia apponebat, Perſicum luxum ſumptibus longe ſuperans. Similiter & arrogantia reliquos mortales anteibat. quippe homo rudis ac diſciplinae omnis expers, liberam licentiam & maximas opes nactus, primum quidem ex ſatietate ad inſolentiam prorupit, ad extremum peſtem ſibi ipſi, & graviſſimas calamitates patriae attulit. Coëmptis enim quamplurimis ſervis, per maximam contumeliam iis abutebatur. Siquidem vultum eorum, qui cum ingenui in patria nati eſſent, bello capti in ſervitutem redacti erant, ferreis ſtylis compungebat: quorum alios compedibus
369. vinctos ad ergaſtula mittebat, alios paſcendo pecori deſtinatos, nec veſtibus, nec demenſo quantum ſatis erat, proſequebatur.

Porro diem nullum elabi ſinebat, quin ſervos nulla ipſorum culpa verberibus afficeret, tanta erat crudelitate morumque inſolentia. Nec ſecius uxor ejus Megallis ſuppliciorum atrocitate gaudens, ancillas crudeliter tractabat, ſervosque, qui in ipſus manus inciderant. Itaque ob utriuſque contumeliam ac ſaevitiam exaſperati adverſus dominos ſervi, & nihil praeſenti acerbitate gravius ſibi accidere poſſe rati, repente conſurrexerunt.

Erat Damophilo filia, adhuc quidem tenera aetate virgo, ſed morum facilitate & humanitate excellens: haec ſervos qui a parentibus ſuis verberati eſſent, ſtudioſe curare ac fovere conſueverat, vinctisque alimenta ſubminiſtrare; proinde ab omni familia mirum in modum amabatur, ac tunc ob priſtinam gratiam cum omnes, de quibus bene merita erat, miſeratione ejus commoverentur, non modo nemo vim atque injuriam puellae inferre auſus eſt, ſed cuncti integrum atque illibatum ejus pudorem cuſtodierunt, delectiſque ex ſuo numero expeditiſſimis, quorum princeps erat Hermias, virginem ad quosdam neceſſarios Catinam deduxerunt.

Poſtquam Eunus a fugitivis Rex declaratus eſt, multos e medio ſuſtulit: ſolisque iis parcebat,

οὐσίας μεγαλόπλουτος, τοῖς τρόποις ὑπερήφανος· ὃς πολλὴν χώρας πάροδον γεωργῶν, παμπληθεῖς δὲ βοσκημάτων ἀγέλας κεκτημένος, οὐ μόνον τὴν τρυφὴν τὴν κατὰ Σικελίαν Ἰταλικῶν ἐζήλωσεν, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ τοὺς οἰκέτας πλῆθος, καὶ τὴν εἰς τούτους ἀπανθρωπίαν καὶ βαρύτητα. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς χώρας ἵππους τε πολυτελεῖς, καὶ τετρακύκλους ἀπήνας μετ' οἰκετῶν στρατιωτικῶν περιήγετο. πρὸς δὲ τούτοις εὐπρεπῶν παίδων πλῆθος, ἔτι δὲ κολάκων ἀναγώγων παραδρομὴν ἔχειν ἐφιλοτιμεῖτο. κατὰ δὲ τὴν πόλιν καὶ τὰς ἐπαύλεις ἀργυρωμάτων ἐκθέσεις τορευτῶν, καὶ στρωμάτων θαλαττίων πολυτελείας ἐκποιούμενος, παρετίθετο τραπέζας ὑπερηφάνους, καὶ βασιλικὰς ταῖς δαψιλείαις, ὑπεραίρων τὴν Περσικὴν τρυφὴν ταῖς δαπάναις καὶ πολυτελείαις· ὑπερέβαλλε δὲ καὶ κατὰ τὴν ὑπερηφανίαν. ἀνάγωγος γὰρ καὶ ἀπαιδευτότερος, ἐξουσίας ἀνυπευθύνου καὶ οὐσίας μεγαλοπλούτου κυριεύσας, τὸ μὲν πρῶτον κόρον ἐγέννησεν, εἶθ' ὕβριν, τὸ δὲ τελευταῖον ὄλεθρον ἑαυτῷ, καὶ συμφορὰς μεγάλας τῇ πατρίδι. ἀγοράζων γὰρ οἰκετῶν πλῆθος, ὑβριστικῶς αὐτοῖς προσεφέρετο, στίγμασι σιδηροῖς χαράττων τὰ σώματα τῶν ἐλευθέρων μὲν ἐν πατρίσι γεγεννημένων, αἰχμαλωσίας δὲ καὶ δουλικῆς τύχης πεπειραμένων. καὶ τούτων τοὺς μὲν πέδαις δεσμεύων, εἰς τὰς συνεργασίας ἐνέβαλλε· τοὺς δὲ νομεῖς ἀποδεικνύων, οὔτ' ἐσθῆτας, οὔτε τροφὰς ἐχορήγει τὰς ἁρμοζούσας.

Ὅτι ὁ αὐτὸς Δαμόφιλος διὰ τὴν αὐθάδειαν καὶ τὴν ὠμότητα τῶν τρόπων, οὐκ ἦν ἡμέρα, καθ' ἣν οὐκ ᾐκίζετό τινας τῶν οἰκετῶν ἐπ' αἰτίαις οὐ δικαίαις. οὐχ ἧττον δὲ ἡ γυνὴ τούτου [h] Μεγαλλὶς χαίρουσα ταῖς ὑπερηφάνοις τιμωρίαις, ὠμῶς προσεφέρετο ταῖς θεραπαινίσι, καὶ τῶν οἰκετῶν τοῖς ὑποπεσοῦσι. καὶ διὰ τὴν ἐξ ἀμφοτέρων ὕβριν καὶ τιμωρίαν, ἀπεθηριώθησαν οἱ δοῦλοι πρὸς τοὺς κυρίους, καὶ διαλαβόντες μηδὲν ἔτι χεῖρον τῶν παρόντων αὐτοῖς κακῶν ἀπαντήσεσθαι.

Ὅτι κατὰ τὴν Σικελίαν ἦν τοῦ Δαμοφίλου θυγάτηρ, παρθένος μὲν τὴν ἡλικίαν, ἁπλότητι δὲ τρόπων καὶ φιλανθρωπίᾳ διαφέρουσα. αὕτη τοὺς μαστιζομένους ὑπὸ τῶν γονέων, ἀεὶ φιλοτίμως εἰώθει παρηγορεῖσθαι, καὶ τοῖς δεδεμένοις τῶν οἰκετῶν ἐπαρκοῦσα, διὰ τὴν ἐπιείκειαν θαυμαστῶς ὑπὸ πάντων ἠγαπᾶτο. καὶ τότ' οὖν τῆς προγεγενημένης χάριτος ξενολογησάσης αὐτῇ τὸν παρὰ τῶν εὖ πεπονθότων ἔλεον, οὐ μόνον οὐδεὶς ἐτόλμησε μεθ' ὕβρεως ἐπιβαλεῖν τῇ κόρῃ τὰς χεῖρας, ἀλλὰ πάντες ἄθικτον πάσης ὕβρεως τὴν ἀκμὴν αὐτῆς ἐτήρησαν. προχειρισάμενοι δ' ἐξ αὐτῶν τοὺς εὐθέτους, ὧν ἐκτενέστατος ἦν Ἑρμείας, ἀπήγαγον εἰς Κατάνην πρός τινας οἰκείους.

Ὅτι [i] Εὖνος μετὰ τὸ ἀναγορευθῆναι βασιλέα πάντας ἀνελὼν, ἐκλέψας μόνους ἀφῆκε τοὺς ἐν τοῖς ἐμ-

h Legebatur Μίγαλλις. i In MS. Δαμόφιλος.

ut ait *Diodorus* lib. 34. id eſt, anno urbis circiter 613. H. Vales.

35. Κολάκων ἀναγώγων παραδρομὴν] Petulantem & diſſolutum horum adulatorum diſcurſum innuit, ut apud *Strabon*. L. xvii. p. 1148. C. & *Plut*. T. ii. p. 520. B. Mox ἀνάγωγος καὶ ἀπαιδευτότερος junguntur uti apud *Philon*. *Jud*. ἀνάγωγος καὶ ἀπαίδευτος de Temul. p. 241. P. Wess.

44. Τὸ μὲν πρῶτον κόρον ἐγέννησεν] In oculis atque animo habuiſſe videtur *Solonis* celebre dictum,

Τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ὅτ' ἂν κακῷ ὄλβος ἕπηται.

quod & ab aliis imitatione quadam fuiſſe expreſſum, docet *Clemens Alex*. Stromat. L. vi. p. 740., ſed verbis non omni ex parte integris. Conf. *Duker*. in *Thucydidem* L. iii, 39. & *Menagium* ad *Diogen*. L. i, 59. P. Wess.

57. Μέγαλλις] Malui eam lectionem ſequi quae in Excerptis libri 34. *Diodori* legitur, Μεγαλλίς. H. Vales.

Μεγαλλὶς] Sic correxi, non invito *Valeſio*. Vide Eclog. 1. lib. xxxiv. p. 527. P. Wess.

65. Ἀπαντήσεσθαι] Poſt haec verba collocare oportet ea quae leguntur in iiſdem Excerptis, pag. 904. *Ed*. *Rhodom*. Συνέθεντο πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ ἀποστάσεως καὶ φόνου τῶν κυρίων. H. Vales.

68. Καὶ τοῖς δεδεμένοις — ἐπαρκοῦσα] Erunt fortaſſe, qui τοῖς δεομένοις maluerint ex *Luciani* Timon. C. 5. cum *Hemſterhuſii* nota. Ego vero veto; cauſſa enim nulla eſt. Verbum teritur in omni ope, quae miſeris & egenis praeſtatur. *Euripidis* Bellerophon, ſe ipſe allocutus,

Ἦσθ' εἰς θεοὺς μὲν εὐσεβής, ὅτ' ἦσθ', ἀεὶ
Ξένοις τ' ἐπήρκεις ———

ἔμπροσθεν χρόνοις κατὰ τὰς ἐκ τοῦ κυρίου συμπεριφορὰς ἐν τοῖς συνδείπνοις ἀποδεδεγμένους αὐτόν, ἔν τε τῇ μαντικῇ, καὶ κατὰ τὰς τῆς τραπέζης δόσεις φιλανθρώπους. ὥστε θαυμάσαι τήν τε τῆς τύχης περιπέτειαν, καὶ [k] τὸ τὴν κατὰ τῶν εὐτελεστάτων εὐεργεσίαν ἀμειφθῆναι σὺν καιρῷ τηλικαύτῃ χάριτι.

Οτι καὶ ἄλλη τις ἐγένετο ἀπόστασις δραπετῶν, καὶ σύστημα ἀξιόλογον. Κλέων γάρ τις Κίλιξ ἐκ τῶν περὶ τὸν Ταῦρον τόπων, συνήθης ὢν ἐκ παίδων τῷ λῃστρικῷ βίῳ, καὶ κατὰ τὴν Σικελίαν νομεὺς γεγονὼς ἱπποφορβίων, οὐ διέλιπεν ὁδοιδοκῶν, καὶ παντοδαποῖς φόνοις ἐπιτελλόμενος. ὃς πυθόμενος τὴν κατὰ τὸν Εὔνουν προκοπήν, καὶ τὰς τῶν μετ' αὐτοῦ δραπετῶν εὐημερίας, ἀποστάτης ἐγένετο καί τινας τῶν πλησίον οἰκετῶν πείσας συναπονοήσασθαι, κατέτρεχε τήν τε πόλιν τῶν Ἀκραγαντίνων καὶ τὴν πλησιόχωρον πᾶσαν.

Οτι κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἄτταλος ὁ βασιλεὺς προσφάτως διαδεδεγμένος τὴν ἀρχήν, ἀλλοτρίαν εἶχε διάθεσιν τῶν προβεβασιλευκότων. οἱ μὲν γὰρ ἐκείνου χρηστότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ χρώμενοι, ταῖς βασιλείαις εὐδαιμόνησαν· οὗτος δὲ γενόμενος ὠμὸς καὶ μιαιφόνος, πολλοὺς τῶν ὑπὸ τὴν βασιλείαν τεταγμένων ἀνηκέστοις συμφοραῖς καὶ σφαγαῖς περιέβαλε. τῶν δὲ πατρῴων φίλων τοὺς δυνατωτάτους ὑποπτεύσας, ὥς κατ' αὐτοῦ τι βουλευσαμένους, ἔκρινε δεῖν ἅπαντας ἐκποδὼν ποιήσασθαι. ἐπιλεξάμενος οὖν τῶν βαρβάρων μισθοφόρων τοὺς ἀγριωτάτους εἰς φόνον, ἀπληστοτάτους δὲ εἰς χρημάτων περιουσίαν, τούτους ἔν τισιν οἰκήμασι κατέκρυψεν ἐν τοῖς βασιλείοις, τῶν δὲ φίλων τοὺς ὑποπτευομένους μετεπέμπετο. παραγενομένων δὲ τῶν φίλων πάντας ἀπέκτεινεν, ἔχων ὑπηρέτας οἰκείους τῆς ἰδίας μιαιφονίας. εὐθὺς δὲ τέκνα καὶ γυναῖκας τούτων προσέταξε τῆς αὐτῆς τιμωρίας ἀξιῶσαι. τῶν δὲ ἄλλων φίλων τοὺς ἐπ' ἐξουσίᾳ στρατιωτῶν ἢ πόλεων τεταγμένους, οὓς μὲν ἐδολοφόνησεν, οὓς δὲ συλλαβὼν πανοικίους ἀνεῖλε. διὰ δὲ τὴν ὠμότητα μισηθείς, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀρχομένων, ἀλλὰ καὶ τῶν πλησιοχώρων, πάντας τοὺς ὑποτεταγμένους ἐποίησε μετεώρους πρὸς καινοτομίαν.

Οτι Τιβέριος ὁ Γράκχος ἦν υἱὸς Τιβερίου δὶς ὑπατευκότος, καὶ πολέμους ἐπιφανεῖς καὶ μεγάλους κεχειρικότος, ἔτι δὲ καλῶς πεπολιτευμένου· θυγατριδοῦς δὲ Ποπλίου Σκιπίωνος, τοῦ καταπεπολεμηκότος Ἀννίβαν καὶ Καρχηδονίους. ἐξ ἀμφοτέρων δὲ τῶν γονέων ἐπισημοτάτου γένους πεφυκώς, ἰδίᾳ πολὺ προεῖχε τῶν ἡλικιωτῶν συνέσει τε καὶ λόγου δεινότητι, καὶ τὸ σύνολον πάσῃ παιδείᾳ, καὶ δυνάμενος παῤῥησίαν ἄγειν πρὸς τὴν ὑπεροχὴν τῶν ἀντιπραττόντων.

qui ipſum antea vaticinii cauſa laudaverant in conviviis, ad quae illum jocandi cauſa Antigenes dominus ducere ſecum ſolebat, & qui partes ei e coena comiter dederant; adeo ut mirum videretur,
ex ſervo Regem ſubito factum eſſe, & collatis in 370.
tenuiſſimos homines beneficiis, tantam gratiam opportune redditam eſſe.

Eodem tempore alia quoque fugitivorum conjuratio gravis emerſit. Cleon quidam natus in Cilicia, haud procul monte Tauro, latrociniis a puero aſſuetus, cum paſcendis equorum armentis in Sicilia praepoſitus eſſet, vias obſidere, ac caedes paſſim edere non ceſſabat. Qui cum Euni fortunam, ac fugitivorum, qui cum Euno erant, proſperos ſucceſſus accepiſſet, ſollicitatis aliquot e proximo ſervulis, ſubito defecit, urbemque Agrigentinorum ac vicinum late agrum populatus eſt.

At in Aſia Attalus recens adminiſtrationem regni adeptus, diverſa a ſuperioribus Regibus vitae inſtituta ſectari coepit: quippe illi clementia ac benignitate uſi, diuturna felicitate regnum traduxerunt. Hic vero ſaevus ac cruentus, graviſſimis calamitatibus ac caedibus ſubditos afflixit. Cumque ex paternis amicis potiſſimos ac nobiliſſimos inſidiarum adverſus ſe ſuſpectos habuiſſet, cunctos e medio tollendos ſibi eſſe ſtatuit. Delectos igitur ex barbaris ſtipendiariis cruentiſſimos quosque, & pecuniae avidiſſimos in cellis quibusdam palatii abſcondit, moxque arceſſitis in Regiam ex omni amicorum numero iis quos maxime ſuſpectos habebat, cunctos barbarorum miniſterio interfecit, ac confeſtim liberos uxoreſque eorum eodem ſupplicio affici mandavit. Caeteros vero amicos, qui aut militaribus copiis, aut civitatibus praeerant, partim per fraudem & inſidias ſuſtulit, partim comprehenſos cum omni familia obtruncavit. Itaque cum ob crudelitatem non ſubditis modo, ſed etiam finitimis omnibus inviſus eſſet, cuncti ex ejus ditione rerum novarum deſiderio arrecti erant.

Erat Tiberius Gracchus filius Tiberii iterum
Conſulis, viri in armis & toga praeſtantiſſimi, 373.
P. Scipionis ejus, qui Hannibalem & Carthaginenſes bello ſuperavit, ex filia nepos. Utroque autem genere nobiliſſimus, ipſe prudentia atque eloquentia caeteros aequales ſuos longe antecedebat, atque optimarum artium ſtudiis eminebat, adeo ut adverſariorum ſuorum auctoritatem parum formidaret.

Syri

k Edebatur τὸ κατὰ τὴν τῶν.

apud *Aelian* Hiſt. Anim. L. v, 34. *Charondas* in *Stobaei* Serm. XLII. p. 290. [illegible] — [illegible]. Mitto *Euripid.* Heraclid. v. 324., *Plut.* Solon. p. 88., *Suidam* v. Ἄλλως. Accedat ex *Aeliano* de Animal. L. XVII, 45. paullo quidem diverſum, ſed, ut nunc eſt, pravum, [illegible]. Dederat ipſemet [illegible]. P. Wess.

76. Ἐμμανῶς] Operae pretium erit reſpicere Eclog. 2. Lib. XXXIV. p. 527. P. Wess.

82. Καὶ κατὰ τὰς τῆς τραπέζης] Lege, τὰς ἐν τῇ τραπέζῃ, quae praepoſitio ſuperiori linea loco prorſus alieno irrepſit. Videſis Excerpta libri 34. *Diodori.* Mox corrige, καὶ τὸ τὴν κατὰ τῶν εὐτελ. H. Vales.

84. Καὶ τὸ τὴν κατὰ τῶν &c.] Librariorum negligentia transpoſitis vocabulis ſuum ſibi locum reſtitui. De re ipſa paullo plenius dicta Eclog. p. 526. P. Wess.

91. Οὐ διέλιπεν ὁδοιδοκῶν] *Euſtathius* in Odyſſ. p. 1435. [illegible] ΟΔΟΙΔΟΚΕΙΝ [illegible], ἀλλὰ καὶ [illegible] quibus gemina *Heſychius* v. Ὀδοιδοκεῖ & *Feſtus* in Hodoedocos. Vide vero de Cleone ſuperius Ecl. 2. Lib. XXXIV. p. 528. P. Wess.

68. Ἄτταλος ὁ βασιλεὺς] Attalus cognomine Philometor ultimus rex Pergami, regnum iniit anno urbis 616. Aemilio Porcina & Hoſtilio Mancino Coſſ. Deceſſit Q. Mucio & Calpurnio Piſone Coſſ. anno urbis 620. cum quinquennio imperaſſet, ut ſcribit *Strabo* (lib. XIII. pag. 926.) De hujus crudelitate eadem refert *Juſtinus* (lib. XXXVI, 4.) Fuit autem inprimis hortorum curae ac plantarum cognitioni deditus, ut praeter *Juſtinum* docet *Plutarchus* in Demetrio (p. 897. E.) adeoque etiam de plantis libros ſcripſit, ut teſtis eſt *Varro* in Procemio librorum de re ruſtica. H. Vales.

Ἄτταλος ὁ βασιλεὺς] Attalum de re ruſtica commentatum fuiſſe poſt *Varronem* indicarunt *Columella* L. I, 1, 8. & *Plinius* L. XVIII, 3., quorum verba bene reſinxit *Harduinus* in Indice Auctorum, *Plinio* praefixo, & *Cuperus* ad *Varron.* R. R. I, 1, 8. P. Wess.

Syri fugitivi captivorum manus non ad ipſas commiſſuras & internodia, ſed cum ipſis ſimul brachiis abſcindebant.

Senatus iram Deorum veritus, conſultis libris Sibyllinis, legatos ex collegio Decemvirali in Siciliam mittendos cenſuit. Hi univerſam inſulam obeuntes, aras Jovi Aetnaeo poſitas, certis ceremoniis ac ſacrificiis conſecrarunt, additaque maceria, aditum omnibus intercluſerunt, praeterquam iis, qui ex ſingulis civitatibus patria ſacrificia more majorum ad eas aras factitare ſolebant.

Gorgus erat Murgentinus, cognomento Cambalus, vir opibus & gloria civitatis ſuae princeps. Hic venatum egreſſus cum in latronum manus incidiſſet, curſu in oppidum contendere coepit. Cui cum forte Gorgus pater, equo vectus, obviam occurriſſet, ſtatimque equo deſiliens, filium hortaretur, ut equo inſcenſo protinus ſe in urbem abripere vellet, neque filius ſalutem ſuam patris incolumitati praeverti paſſus eſt, neque pater occiſo filio ſupereſſe ſuſtinuit: proinde cum alter alterum flens oraret, ac pietate ambo inter ſe certarent, commiſſo paterno amore cum filii caritate, interim latrones utrumque aſſecuti confoderunt.

Zibelmius, Diegylidis filius, veſtigia paternae ſaevitiae ſectatus, offenſusque ob ea, quae Thra-
37+ ces egerant, eo crudelitatis proceſſit, ut cunctos quibus infenſus erat, cum omni familia necaret, atque ob leviſſimas cauſas hos quidem membratim dilaniabat, illos vero in crucem tollebat, alios ſerra vivos diſſecabat. Quin etiam in conſpectu ac gremio parentum liberos trucidabat: conciſaque eorum membra neceſſariis apponebat; prorſus ut veteres illas Terei & Thyeſtis epulas renovare videretur. Tandem vero cum ipſe a Thracibus comprehenſus eſſet, nec eum Thraces pro meritis ſatis multare poſſent: quo enim pacto poenam admiſſi in univerſam gentem ſceleris corpus unum ferre valeat? nihilominus pro eo ac poterant, omni contumeliae ac ſuppliciorum acerbitate eum affecerunt.

Ptolemaeus Phyſcon cum ſororem Cleopatram adeo alienato erga ſe animo eſſe comperiſſet, neque eam aliter afficere injuria poſſet, rem nefariam aggreſſus eſt. Namque ſcelus atque atrocitatem Medeae imitatus, communem filium Memphitem no-

Ὅτι οἱ Σύροι οἱ δραπέται τῶν αἰχμαλώτων τὰς χεῖρας ἀπέκοπτον οὐκ ἀρκούμενοι ταῖς παρὰ τοὺς καρποὺς τομαῖς, ἀλλὰ σὺν αὐτοῖς τοῖς βραχίοσι συνακρωτηριάζοντες.

Ὅτι ἡ σύγκλητος δεισιδαιμονοῦσα ἐξαπέστειλεν εἰς Σικελίαν περὶ τοὺς Σιβύλλης χρησμοὺς κατὰ Σιβυλλιακὸν λόγιον· οἱ δὲ ἐπελθόντες καθ' ὅλην τὴν Σικελίαν τοὺς τῷ Αἰτναίῳ Διὶ καθιδρυμένους βωμοὺς θυσιάσαντες, καὶ περιφράγματα ποιήσαντες, ἀβάτους ἀπεδείκνυον τοὺς τόπους, πλὴν τοῖς ἔχουσι καθ' ἕκαστον πολίτευμα πατρίους θύειν θυσίας.

Ὅτι ἦν τις Γοργὸς Μοργαντῖνος ἐπικαλούμενος Κάμβαλος, πλούτῳ καὶ δόξῃ διαφέρων· ὃς ἐπὶ κυνηγίαν ὁρμήσας, καὶ περιπεσὼν λῃστηρίῳ δραπετῶν, ἔφευγε πεζὸς πρὸς τὴν πόλιν. ἀπαντήσαντος δὲ αὐτῷ Γοργοῦ τοῦ τούτου πατρὸς ἐφ' ἵππου, καὶ καθαλλομένου, καὶ παραδιδόντος τὸν ἵππον, ὅπως ἐφαλλόμενος ἀφιππεύσῃ πρὸς τὴν πόλιν, οὔθ' ὁ παῖς τὴν ἰδίαν σωτηρίαν τῆς τοῦ πατρὸς προέκρινεν, οὔθ' ὁ πατὴρ προσεδέχετο τῷ τοῦ τέκνου θανάτῳ διαφυγεῖν τὸν κίνδυνον. δεομένων δὲ ἀλλήλων μετὰ δακρύων, καὶ διαφιλοτιμουμένων ὑπὲρ εὐσεβείας τε καὶ φιλοστοργίας, σύγκρισίν τε λαμβάνοντος ἴσως φιλοτέκνου πρὸς τρόπον φιλοπάτορα, συνέβη τοὺς λῃστὰς ἐπιφανέντας ἀμφοτέρους ἀνελεῖν.

Ὅτι ὁ τοῦ Διεγύλιος υἱὸς Ζιβέλμιος, ἐξηλωκὼς τὰς τοῦ πατρὸς μιαιφονίας, μνησικακῶν δὲ ὑπὲρ τῶν τοῖς Θρᾳξὶ πραχθέντων, ἐπὶ τοσοῦτο προῆλθεν ὠμότητος καὶ παρανομίας, ὥστε τοὺς προσκόψαντας πανοικίους τιμωρεῖσθαι· ἐπὶ γὰρ ταῖς τυχούσαις αἰτίαις τοὺς μὲν διεμέλιζε, τοὺς δὲ ἀνεσταύρου, τοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἐνέπριζε. γονέων δὲ ἐν ὄμμασι καὶ κόλποις ἐγκατέσφαζε τέκνα· καὶ κρεανομούμενα τὰ σώματα παρετίθει τοῖς συγγενεστάτοις, ἀνανεούμενος τὰς παλαιὰς ἐκείνας Τηρέως καὶ Θυέστου θοίνας. οἱ δὲ Θρᾷκες συλλαβόντες τὸν Ζισέλμιον, τὸ μὲν καθ' ἓν αὐτὸν ἀντιδιατιθέναι σχεδὸν ἀδύνατον ὑπῆρχε· πῶς γὰρ ἐνεδέχετο ἓν σῶμα τῆς εἰς ὅλον ἔθνος παρανομίας γενομένης ἀναδέξασθαι; ὅμως δ' ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ἐφιλοτιμήθησαν πᾶσαν ὕβριν καὶ τιμωρίαν προσαγαγεῖν τῷ σώματι.

Ὅτι ὁ Πτολεμαῖος ὁ Φύσκων προσαγορευόμενος, πυθόμενος τὴν τῆς Κλεοπάτρας πρὸς αὐτὸν ἀλλοτρίωσιν, καὶ οὐ δυνάμενος ἄλλως αὐτὴν λυπῆσαι, πρᾶξιν ἀνοσιωτάτην ἐτόλμησεν ἐπιτελέσασθαι. μιμησάμενος γὰρ τὴν τῆς Μηδείας ὠμότητα καὶ μιαιφονίαν, τὸν κοινὸν αὐτοῦ τε κἀκείνης υἱὸν ἔσφαξεν ἐν

τῇ

32. Οἱ δραπέται] Fugitivos in Sicilia intelligo, quorum rex Eunus ſe Antiochum, milites Syros vocavit, teſte *Diodoro*. H. VALES.

36. Δεισιδαιμονοῦσα] Intelligi puto id, quod narrat *Cicero* (IV. 49.) in Verrem: *Tib. Graccho occiſo cum magnorum periculorum metus ex oſtentis portenderetur, P. Mucio, L. Calpurnio Coſſ. aditum eſt ad libros Sibyllinos, in quibus inventum eſt, Cererem antiquiſſimam placari oportere. Tum ex collegio Decemvirali ſacerdotes Ennam profecti ſunt.* Idem ait *Valerius* lib. I. initio. H. VALES.

37. Περὶ τοὺς Σιβύλλης χρησμούς] An carminum & oraculorum conquirendorum cauſſa eodem profecti ſunt? Videntur iſtud praeſcripta verba velle, de qua tamen re nihil definio. Ceterum legatorum, Ennam miſſorum, ad antiquiſſimam Cererem placandam, meminit quoque *Lactantius* Inſtit. L. II, 4. P. WESS.

39. Τῷ Αἰτναίῳ Διΐ] Colebatur in Aetna monte. Unde ad Jovem ὦ Κρόνου παῖ, ὃς Αἴτναν ἔχεις *Pindarus* Olymp. Od. IV, 10., & Ζεὺς Αἰτναῖος Od. VI. extrema & Nemeonic. Od. I, 7. P. WESS.

58. Ὁ τοῦ Διεγύλιος υἱὸς Ζιβέλμιος] Mox Ζισέλμιος, haud ſcio an operarum peccato. Ut ut eſt, propius hinc deflectit vetus ſcriptura in *Valer. Maximo* L. IX, 2, 4. Ext. *Ziſemis Diegiridis filii, Thraciae regis, etſi minus admirabilem crudelitatem gentis ipſius feritas, narrandam tamen rabies ſaevitiae facit, cui neque vivos homines medios ſecare, neque parentes liberorum veſci corporibus nefas fuit.* Refinge *Ziſelmii Diegylidis filii*, & habebis eumdem tyrannum. Vitium quod patris foedavit nomen, ſupra ſuſtulit *Valeſius*, Ziſelmium vero indicari, optime ſuſpicatus eſt doctiſſimus *Abr. Torrenius*. P. WESS.

81. Μεμφίτην] Idem narrat *Valerius Max.* lib. IX. cap. 2. *Juſtinus* lib. XXXVIII, 8. & *Livius* lib. LIX. H. VALES.

Μεμφίτην] Cauſſam nominis expoſuit ſupra p. 595. horum Excerpt. Recte proin viri docti *Menephitem* in *Valerio* ex vetuſtis editionibus *Memphitem* eſſe juſſerunt. P. WESS.

92. Πλεῖστα ἐν ταῖς ἐπισταθμίαις] Ex hoc loco explicanda ſunt haec *Juſtini* verba lib. XXXVIII, 10. ubi de hac ipſa Antiochi Sidetae in Parthos expeditione loquitur. *Nam cum gravari ſe copiarum praebitione & injuriis militum civitates viderent, &c.* Per copiarum praebitionem intelligit annonam & pabula, quae duces Antiochi Sidetae ab hoſpitibus exigebant. H. VALES.

94. Τὸν Ἀθήναιον ἐγκαταλιπόντα] *Juſtinus* ibid. *Ad poſtremum cum virtute hoſtes vincerent, metu ſuorum deſertus occiditur.* Porro hunc Antiochum bis adverſus Parthos profectum eſſe ſcribit *Plutarchus* in Apophthegm. (p. 184.) H. VALES.

Τὸν Ἀθήναιον ἐγκαταλιπόντα] Sumta haec videntur ex *Poſidonio*, qui Antiochi hanc expeditionem ejuſque infelicem ſucceſſum copioſe deſcripſerat. Lege quae ex eo excerpſit *Athen.* L. X. p. 439. & L. XII. p. 540. P. WESS.

1. Παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ πρεσβύτερῳ] Putes haec pertinere ad diſſenſiones & turbas, quae Phyſcone mortuo inter ejus filios ſunt ſubnatae apud *Pauſan.* L. I, 9. Πρεσβύτερῳ vocabulum huc vide-

τῇ Κύπρῳ, παῖδα μὲν ὄντα τὴν ἡλικίαν, ὀνομαζόμενον δὲ Μεμφίτην. οὐκ [1] ἀρκεσθεὶς δὲ τῷ ἀσεβήματι τούτῳ, πολλῷ μεῖζον μύσος ἕτερον ἐπετελέσατο. ἀκρωτηριάσας γὰρ τὸ σῶμα τοῦ παιδὸς, καὶ ἐνθεὶς εἴς τινα κίστην, προσέταξέ τινι τῶν ὑπηρετῶν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν διακομίσαι. κατὰ τύχην δὲ συνεγγὺς ὄντων τῶν Κλεοπάτρας γενεθλίων, τῇ πρὸ τούτων νυκτὶ θεῖναι τὴν κίστην πρὸ τοῦ βασιλείου παρεσκευάσατο. οὗ συντελεσθέντος, καὶ τῆς περιστάσεως ἐπιγνωσθείσης, ἡ Κλεοπάτρα πένθος ἤρατο, καὶ τὸ πλῆθος παντελῶς ἀπεθηριώθη πρὸς τὸν Πτολεμαῖον.

Ὅτι ὁ στρατηγὸς Ἀντιόχου Ἀθήναιος πλεῖστα ἐν ταῖς ἐπισταθμίαις εἰργασμένος κακὰ, τῆς φυγῆς κατάρξας καὶ τὸν Ἀντίοχον ἐγκαταλιπὼν, τῆς προσηκούσης καταστροφῆς ἔτυχε. διεκπεσόντος γὰρ αὐτοῦ πρός τινας κώμας ἠδικημένας ἐν ταῖς ἐπισταθμίαις, οὐδεὶς αὐτὸν ἐδέξατο εἰς οἰκίαν, οὔτε τροφῆς μετέδωκεν, ἀλλὰ κατὰ τὴν χώραν ἀλώμενος λιμῷ κατέστρεψε τὸν βίον.

Ὅτι ἀποσταλεὶς παρὰ Πτολεμαίου τοῦ πρεσβυτέρου Ἡγέλοχος στρατηγὸς ἐπὶ Μαρσύαν τὸν τῶν Ἀλεξανδρέων στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως, αὐτόν τε ἐζώγρησε καὶ τὴν μετ' αὐτοῦ δύναμιν ἄρδην ἀνεῖλεν. ἐπαναχθέντος δὲ τοῦ Μαρσύου πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ πάντων προσδοκώντων τιμωρίας αὐτὸν τεύξεσθαι τῆς μεγίστης, ἀπέλυσεν αὐτὸν τῶν ἐγκλημάτων. μετενόει γὰρ ἤδη, καὶ ταῖς φιλανθρωπίαις ἔσπευδε διορθώσασθαι τὴν τῶν ὄχλων πρὸς αὐτὸν ἀποθηρίωσιν.

Ὅτι Εὐήμερος ὁ τῶν Πάρθων βασιλεὺς, Ὑρκάνιος ὢν τὸ γένος, ὠμότητι δὲ ὑπερβάλλων πάντας τοὺς μνημονευομένους τυράννους, οὐκ ἔστιν ὁποῖον τιμωρίας γένος ἀπέλιπε. πολλοὺς δὲ τῶν Βαβυλωνίων καὶ ἐπὶ ταῖς τυχούσαις αἰτίαις πανοικίους ἐξανδραποδισάμενος, εἰς τὴν Μηδίαν ἐξέπεμψε, προστάξας λαφυροπωλῆσαι· καὶ τῆς Βαβυλῶνος τὴν ἀγορὰν, καί τινα τῶν ἱερῶν ἐνέπρησε, καὶ τὸ κράτιστον τῆς πόλεως διέφθειρε.

Ὅτι Ἀλέξανδρος ὁ Ζαβινᾶς ἐπικληθεὶς, ἀξιολόγων ἡγεμόνων ἀποστάντων Ἀντιπάτρου καὶ Κλωνίου καὶ Αἰρόπου, τούτους καταλαβομένους Λαοδίκειαν ἐξεπολιόρκησεν. καὶ χρησάμενος μεγαλοψύχως αὐτοῖς, ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων. ἦν γὰρ πρᾶος καὶ συγγνωμονικὸς, ἔτι δὲ ἐν ταῖς ὁμιλίαις, καὶ ἐν ταῖς ἐντεύξεσι προσηνής. ὧν χάριν διαφερόντως ὑπὸ τῶν πολλῶν ἠγαπᾶτο.

Ὅτι Σέξτου τὴν τῶν Γαλατῶν πόλιν ἑλόντος, καὶ

omine, admodum puerum in inſula Cypro occidit. Neque hoc facinore contentus, aliud multo gravius adjecit. Etenim truncatos filii artus, & in ciſta compoſitos ſatelliti tradidit Alexandriam portandos: cumque Natalis Cleopatrae forte appropinquaret, mandavit eidem ſatelliti, ut nocte quae Natalem antecedebat, ciſtam in veſtibulo regiae deponeret. Quo ut juſſum erat peracto, ingens Cleopatrae luctus, magnusque adverſus Ptolemaeum multitudinis furor exarſit.

Athenaeus Antiochi dux, cum per ſingula hoſpitia gravi inſolentia eſſet uſus, brevi meritas poenas luit. Nam cum primus auctor fugae fuiſſet, & Antiochum deſeruiſſet in pugna, delatus ad pagos quoſdam, quos in hoſpitiis vexaverat, ab omnibus tecto excluſus eſt, cunctiſque alimenta ei 377. negantibus huc illuc per regionem errabundus, tandem fame interiit.

Hegelochus Ptolemaei Phyſconis dux, miſſus adverſus Marſyam Alexandrinorum ducem, vivum eum cepit, copiaſque ejus internecione delevit. Porro adducto in conſpectum Regis Marſya, cum cuncti acerbiſſimis ſuppliciis eum protinus extinctum iri crederent, Ptolemaeus praeter ſpem illi pepercit. Jam enim praeteritae crudelitatis poenitere eum coeperat, & infenſum ſibi vulgus conciliare hujusmodi clementibus factis cupiebat.

Evemerus Parthorum Rex, patria Hyrcanus, cunctos tyrannos acerbitate vincens, nullum ſaevitiae genus praetermiſit: plurimos enim Babylonios levibus de cauſis ſerrituri addictos, cum omni familia in Mediam diſtrahendos miſit. Forum quoque & nonnulla delubra urbis Babyloniorum igni tradidit, ac pulcherrima quaeque urbis loca evertit.

Alexander, cognomento Zabinas, cum ab eo illuſtriſſimi duces Antipater & Clonius & Aeropus defeciſſent, urbemque Laodiceam occupaſſent, eos tandem expugnavit. Caeterum ſingulari animi magnitudine in captos uſus, omnibus pepercit. Erat quippe ingenio leni ac placido, & in congreſſu ac ſermonibus mirabili comitate: quapropter ab omnibus non mediocriter amabatur.

C. Sextius cum Gallorum urbem cepiſſet, incolaſ-

1 In ſcripto Codice ἀμεθείς.

videtur ducere, quod Phyſconi, cum ſolus imperaret, parum congruit. At ordo geſtarum rerum ſi his in fragmentis ſit obſervatus, ut merito putamus, Phyſcon eſſe debet. Id poſtulant, quae de Alexandro Zabina ſequuntur, planiſſime. Ergone *ſenior* πρεσβύτερος reſpectu filii Ptolemaei Soteris dicitur? P. Wess.

9. Εὐήμερος ὁ τῶν Πάρθων βασ.] Magnum hoc loco mendum eſſe ſemper ſuſpicatus ſum. quippe eo tempore regnabat apud Parthos Phraates, cum quo Antiochus Sidetes bellum geſſit. Phraati ſucceſſit Artabanus, ac deinde Mithradates. quinam igitur eſt ille Euemerus, qui adeo in Babylonios ſaeviit? longe fallor niſi Diodorus ita ſcripſit, Ὁ Ἵμερος ὁ τῶν Πάρθων βασιλέως ὕπαρχος. Namque Phraates cum adverſus Scythas proficiſceretur, ad tutelam regni Himerum reliquerat, qui oblitus vicarii officii, tyrannica crudelitate Babylonios, multaſque alias civitates importune vexarit, ut ait *Juſtinus* lib. XLII, 1. Cujus rei in prologo 42. *Trogi Pompeii* non obſcura ſit mentio, *Ut Praefectus Parthis a Phraate Himerus Meſenis bellum intulit, & in Babylonios ac Seleucenſes ſaeviit.* Sic enim ex Mſ. legendus hic eſt locus. pro *Apraatarum*, emendavi, *a Phraate Himerus.* Sed & *Poſidonius* apud *Athenaeum* lib. XI. (cap. 3. p. 466.) hujus tyranni meminit, Ποσειδώνιος δὲ ἐν τῇ ις´. τὸν Ἵμερον ... τὸν Βαβυλωνίων κατατυραννήσαντα ... Ἵμερος τὸν ... οὐ μόνον Βαβυλωνίων ἀλλὰ καὶ Σελευκέων. H. Vales.

Εὐήμερος ὁ τῶν Πάρθων β.] Omnia egregia ſunt quae de Himero *Valeſius*. Voluit tamen, credo, ὁ τῶν Πάρθων βασιλέως ὕπαρχος. *Trogi* Epit. XLII. pari modo emendavit Abbas *Longuerue*. P. Wess.

18. Ἀλέξανδρος ὁ Ζαβινᾶς] Hunc Ptolemaeus Phyſcon adverſus Demetrium Nicatorem ſubornaverat, partim rogatus a Syris, quos improbitatis Demetrii taedebat, ut ait *Joſephus*; partim ob privatas ſimultates infenſus Demetrio, quod Peluſium oppugnare, & Aegyptum occupare tentaſſet, ut ſcribit *Juſtinus* lib. XXXIX, 1. & *Georgius Syncellus* in fragmentis Euſebianis, pag. 227. quo loco Alexander iſte a Syris Ζαβινᾶς appellatus eſſe dicitur, quod emptus e cataſta eſſe videretur. In Prologo *Trogi* Pompeii 39. Zabinaeus nominatur. Apud Joſephum (L. XIII, 9, 3.) Ζεβινᾶς, quomodo fere in nummis ſcribi teſtis eſt *Goltzius* in Theſauro: ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΖΕΒΕΝΝΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. H. Vales.

Ἀλέξανδρος ὁ Ζαβινᾶς] De *Goltzii* iſto numo non injuria dubitant doctiſſimi viri *Jo. Vaillant* & *Ez. Spanhem.*, quorum neuter ejuſmodi inſcriptionem reperire potuit. Vide hunc Diſſert. VII. de Num. Praeſt. p. 409. Ζαβινᾶς ſive Ζεβινᾶς juſtum eſt, ex Chaldaeorum Syrorumque זבינא, quo *emtum* illi deſignant, efformatum. P. Wess.

26. Σέξτου] Exiſtimavi hunc eſſe C. Sextium Calvinum, qui Conſul Salyos apud Aquas Sextias vicit anno urbis 629. idque & temporum ratio, & nomen Conſulis, quod ei tribuit *Diodorus*, plane confirmant. H. Vales.

29. Ἰου-

colaſque omnes ſub corona venderet, Crato quidam, qui cum caeteris captivis vinctus ducebatur, ad eum pro tribunali ſedentem acceſſit, Conſulemque docuit ſemper ſe in Republica partes populi Romani foviſſe, atque idcirco multas a civibus ſuis contumelias ac verbera etiam pertuliſſe.
378. Hujus rei gratia Sextius eum protinus cum omni cognatione vinculis exolvit, bonaque reſtituit; ac praeterea ob illius erga populum Romanum benevolentiam ei copiam fecit, ut nongentos quos vellet cives ſervitute eximeret. Namque Cratonem uberiori etiam quam ſperaverat munificentia Conſul proſecutus eſt, cum ſummam vim populi Romani in reddenda poena aut gratia Gallis ponere ob oculos vellet.

τοὺς ἐν αὐτῇ λαφυροπωλοῦντος, Κράτων τις ὄνομα, γεγονὼς φιλορώμαιος, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ὕβρεις καὶ βασάνους ὑπὸ τῶν ἀποστάντων πολιτῶν ὑπομεμενηκὼς, ἤγετο δέσμιος μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων. ἰδὼν δὲ χρηματίζοντα τὸν ὕπατον, καὶ δηλώσας ὅστις ἦν, καὶ ὅτι πολλοὺς καὶ πολλάκις ὑπὸ τῶν πολιτῶν ὑπέστη κινδύνους, ὥσπερ ὑπὲρ Ῥωμαίων πολιτευόμενος, οὐ μόνον αὐτὸς μεθ' ὅλης τῆς συγγενείας ἀπολυθεὶς ἀπέλαβε τὴν κτῆσιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν εἰς τοὺς Ῥωμαίους εὔνοιαν, ἐξουσίαν ἔλαβεν ἐνακοσίους τῶν πολιτῶν ἐκ τῆς δουλείας ἐξελέσθαι. ὁ γὰρ ὕπατος μεγαλοψυχότερον τῆς ἰδίας ἐλπίδος αὐτῷ προσηνέχθη, πρὸ ὀφθαλμῶν τιθεὶς τοῖς Γαλάταις τὴν εἰς ἑκάτερον μέρος τῶν Ῥωμαίων ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας καὶ τιμωρίας.

Alexander cum parum fideret multitudini, tum ob vulgi imperitiam rerum bellicarum, tum ob ingenium leve atque avidum rerum novarum, acie quidem dimicare noluit: ſed collectis regiis theſauris, ac ſpoliatis donariis templorum noctu in Graeciam fugere conſtituit. Verum cum Barbarorum quorumdam miniſterio Jovis fanum diripere conatus eſſet, deprehenſus minimum abfuit, quin cum omni exercitu illico confoderetur. Tamen fuga elapſus, Seleuciam verſus contendit. Sed Seleucienſes jam ante ejus adventum, comperta ſacrilegii fama, ei portas clauſere; proinde ea ſpe fruſtratus Alexander, Piſidium petiit, ab ora maritima nuſquam recedens.

Οτι ὁ Ἀλέξανδρος οὐ πιστεύων τοῖς ὄχλοις, διά τε τὴν ἀπειρίαν τῶν ἐν τῷ πολέμῳ κινδύνων, καὶ τὴν πρὸς τὰς μεταβολὰς ὀξύτητα, παρατάξασθαι μὲν οὐκ ἐτόλμησε, διενοεῖτο δὲ συσκευασάμενος τὰ βασιλικὰ χρήματα, καὶ τὰ τῶν θεῶν ἀναθήματα συλῆσαι, καὶ μετὰ τούτων νυκτὸς ἀπάραι εἰς τὴν Ἑλλάδα. συλᾷν δὲ ἐπιβαλόμενος διά τινων βαρβάρων τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν, καὶ φωραθεὶς, ἐκινδύνευσε μὲν μετὰ τῆς δυνάμεως ἐκ χειρὸς τυχεῖν τῆς ἁρμοζούσης τιμωρίας· φθάσας δὲ καὶ διαδρὰς μετ' ὀλίγων, ἐπεβάλετο φεύγειν εἰς Σελεύκειαν. τῆς δὲ φήμης αὐτὸν καταταχούσης, οἱ Σελευκεῖς ἀκούσαντες τὰ περὶ τὴν ἱεροσυλίαν, ἀπέκλεισαν αὐτὸν τῆς πόλεως. ὁ δὲ ἀποτυχὼν καὶ ταύτης τῆς ἐπιβολῆς, ὥρμησε φεύγειν ἐπὶ τὸ Ποσίδιον, ἀντεχόμενος τῶν παραθαλαττίων τόπων.

Poſteaquam C. Gracchus ſervi ſui manu occiſus cecidit, L. Vitellius, qui inter amicos Gracchi fuerat, primus cadaver ejus nactus, non modo amici caſu non ingemuit, ſed & praeciſo illius capite, & in domum ſuam aſportato, inſigne exemplum crudelitatis atque avaritiae perpetravit. Nam cum L. Opimius Conſul auro ſe repenſurum Gracchi caput edixiſſet, ipſe perforata cervice, extractoque cerebro plumbum liquatum infudit. Igitur adlato Gracchi capite, praemium quidem promiſſum retulit, verum uſque ad exitum vitae tanquam amicitiae proditor inviſus omnibus fuit. Caeterum Flacci etiam interfecti ſunt.

Οτι μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν Γράκχον ὑπὸ τοῦ ἰδίου δούλου, τῶν γεγονότων αὐτοῦ φίλων Λεύκιος Οὐιτέλλιος πρῶτος ἐπιστὰς τῷ πτώματι αὐτοῦ, οὐχ ὅπως ἠχθέσθη τῇ συμφορᾷ τοῦ τετελευτηκότος· ἀλλὰ τὴν κεφαλὴν ἀφελὼν καὶ κομίσας πρὸς ἑαυτὸν εἰς οἶκον, ἰδίαν τινὰ πλεονεξίας ἐπίνοιαν καὶ ὠμότητος ὑπερβολὴν ἐπεδείξατο. ὁ γὰρ ὕπατος ἦν ἐπικεκηρυχὼς τῷ τὴν κεφαλὴν ἀπενέγκαντι δώσειν ἰσοστάθμιον χρυσίον· ὁ δὲ τὸν τράχηλον διατρήσας καὶ τὸν ἐγκέφαλον ἐκκενώσας, ἐνέτηξεν ἀντὶ τούτου μόλυβδον. ἀναδοὺς δὲ τὴν κεφαλὴν ἐκομίσατο μὲν τὸ χρυσίον, κατεγνώσθη δὲ εἰς ἅπαντα τὸν βίον ἐπὶ προδοσίᾳ φιλίας. ὁμοίως δὲ οἱ Φλάκκοι διεχειρίσθησαν.

381. Adherbal Rex Numidiae magno praelio victus a fratre Jugurtha, Cirtam profugit: qua in urbe cum a Jugurtha obſideretur, legatos Romam miſit, orans ut Regi ſocio atque amico in extremum

Οτι κατὰ τὴν Λιβύην παραταξαμένων ἀλλήλοις τῶν βασιλέων, Ιογόρθας κρατήσας τῇ μάχῃ πολλοὺς ἀνεῖλε τῶν Νομάδων· ὁ δὲ Ατάρβας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ καταφυγὼν εἰς Κίρταν, καὶ συγκλεισθεὶς εἰς πο-

31. Ὑπὸ τῶν πολιτῶν — κινδύνους] Arbitror ἀπὸ τῶν fuiſſe. Vide ad L. IV, 46. P. Wess.

48. Τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν] Idem narrat *Juſtinus* lib. XXXIX, 2. Contigit haec Alexandri Zabinae clades atque obitus Caſſio Calvino & C. Sextio Longino Coſſ. Olymp. 164. anno 3. H. Vales.

56. Ἐπὶ τὸ Ποσίδιον] Inſtaurandum oppidi nomen ſcribendumque Ποσίδειον cum *L. Holſtenio* ad Ποσίδειον *Stephani*. Confer ad L. XIX, 79. p. 381. P. Wess.

59. Λεύκιος Οὐιτέλλιος] L. Septimulejum caeteri hunc vocant, *Valerius Max.* lib. VI. cap. 4. *Plutarchus* in Gracchis (pag. 842. E.) *Plinius* lib. XXXIII, 4. H. Vales.

80. Ἀξίωμα μεῖζον ἔχοντας] Multo haec plenius & accuratius *Salluſt.* Bel. Jugurth. C. 25. &c. P. Wess.

93. Καὶ τοῦ Ἀσιαγενοῦς] L. Scipio majoris Africani frater in nummis ASIAG. dicitur, ut videre eſt apud *Ful. Urſinum* & *Abrah. Gorlaeum*. Eſt autem Ἀσιαγενὴς Graece idem quod Aſiaticus. ſic *Athenaeus* lib. XII. (cap. 12. p. 550.) Ἀγασίδαος ἐμὲ τοῦ Ἀσιαγενοῦς φαλακρῷ πολλὰ ἐγκεχρισμένος. H. Vales.

Καὶ τοῦ Ἀσιαγενοῦς] Lege etiam *Jo. Fr. Gronov.* Obſ. L. IV, 25. *Spanhem.* Diſſ. X. de Praeſt. Num. p. 64., viros doctos ad *Livii* L. XXXIX, 44., & quae ſupra ad *Diodori* L. XVII, 77. dicta fuerunt. P. Wess.

Καὶ τοῦ Ἱσπανοῦ] Cognomen in gente Cornelia fuit Hiſpalus, quod penultima longa pronunciari debet. deductum eſt enim ab Hiſpania, ut eximius hic *Diodori* locus oſtendit, eadem forma, qua Meſſala cognomen a capta Meſſana inditum eſt Valerio. ſed Graeci Ἱσπανοὺς dicere ſolent, non Ἱσπάλους. ſic certe *Appianus* in Libyco (pag. 75.) Γναῖος Κορνήλιος ὁ Ἱσπανὸς ἐπίκλησιν, quod recte *Gelenius* Hiſpalum vertit. tamen in *Senecae* Controverſiis, Cornelius Hiſpalus ſemper ſcribitur. H. Vales.

Καὶ τοῦ Ἱσπανοῦ] In *Senecae* Controverſiis *Cornelius Hiſpanus* ſcribitur, atque ita haud dubie voluit *Valeſius*. Firmat autem egregie & ſtabilit *Diodorus* verba *Appiani*, quae viro eruditiſſimo ad *Livii* L. XLI, 14. prava videbantur. P. Wess.

97. Ἄμφω μὲν γὰρ προκαθεστάναι τοῦ συνεδρίου] Scipionem, qui vir optimus fuit habitus, ejuſque filium Principes Senatus fuiſſe, quod hic adfirmatur, res eſt dubia. Favet quidem *Diodoro* ea in parte *Valer. Max.* L. VII, 5, 2., ſed errans & plures Naſicas turpiter, ut docti viri oſtenderunt, confundens. Quid? ne locus quidem eſt, qui Scipioni Naſicae, viro optimo, inter Senatus principes poſſit adſignari: namque ejus aetate conſpicui ea fuerunt dignitate Q. Fabius Maximus, Scipio Africanus, L. Valerius Flaccus, M. Aemilius Lepidus. Adde ne Cenſorium quidem Scipionem hunc Naſicam fuiſſe, cujuſmodi tamen tradito a majoribus more legi ſolebant. De filio, cui cognomen *Corculo*, negari non debet. Is & cenſura perfunctus, & mortuo Aemilio Lepido princeps in Senatu lectus eſt,

πολιορκίαν, ἐξαπέστειλε πρεσβευτὰς εἰς Ῥώμην, μὴ περιιδεῖν βασιλέα φίλον καὶ σύμμαχον κινδυνεύοντα· ἡ δὲ σύγκλητος ἔπεμψε πρέσβεις λύσειν τὴν πολιορκίαν. οὐ προσέχοντος δὲ Ἰογόρθα, πάλιν ἑτέρους ἔπεμψαν ἀξίωμα μεῖζον ἔχοντας. ὁμοίως δὲ καὶ τούτων ἀπράκτων ἐπανελθόντων, ὁ Ἰογόρθας περιταφρεύσας τὴν πόλιν ἐνδείᾳ καθεπόνησε τοὺς ἐν τῇ πόλει· τὸν δὲ ἀδελφὸν ἐξελθόντα μεθ' ἱκετηρίας, καὶ τῆς μὲν βασιλείας ἐξιστάμενον, τὸ δὲ ζῆν αἰτούμενον ἀπέσφαξεν, οὐκ ἐντραπεὶς οὔτε συγγένειαν, οὔτε τοὺς τῆς ἱκεσίας νόμους. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν Ἰταλῶν τοὺς συμμαχήσαντας τἀδελφῷ, πάντας αἰκισάμενος ἀπέκτεινεν.

Ὅτι Νασίκας ὁ ὕπατος ὑπῆρχεν ἀνὴρ καὶ κατ' ἀρετὴν ἀξιόλογος, καὶ κατὰ τὴν εὐγένειαν θαυμαζόμενος. ἐξ ἐκείνου γὰρ ἦν τοῦ γένους, ἐξ οὗ τοὺς Ἀφρικανοὺς, καὶ τοὺς Ἀσιαγενεῖς, καὶ τοὺς Ἰσπανοὺς ὀνομάζεσθαι συμβέβηκεν. ὧν ὁ μὲν τὴν Λιβύην, ὁ δὲ τὴν Ἀσίαν, ὁ δὲ τὴν Ἰσπανίαν καταστρεψάμενος, ἔτυχε τῆς ἀπὸ τῶν πράξεων φερωνύμου προσηγορίας. καὶ πρὸς δὲ τῇ κοινῇ τοῦ γένους δόξῃ, πατέρα καὶ πάππον ἔσχεν ἐπιφανεστάτους Ῥωμαίων. ἄμφω μὲν γὰρ προεκάθησαν τοῦ συνεδρίου, καὶ πρώτην ἐπεῖχον γνώμην μέχρι τῆς τελευτῆς. ὁ δὲ πάππος αὐτοῦ καὶ κατὰ δόγμα τῆς συγκλήτου, τῶν πλείστων ἄριστος ἐκρίθη· ἐν μὲν γὰρ τοῖς τῆς Σιβύλλης χρησμοῖς εὑρέθη γεγραμμένον, ὅτι δεῖ τοὺς Ῥωμαίους ἱδρύσασθαι νεὼν τῆς μεγάλης μητρὸς τῶν θεῶν, καὶ τὴν μὲν ἱερῶν τὴν καταγωγὴν [m] ἐκ Πεσινοῦντος τῆς Ἀσίας ποιήσασθαι, τὴν δὲ ἐκδοχὴν αὐτῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ γενέσθαι, πανδήμου τῆς ἀπαντήσεως γενομένης, καὶ τόν τε ἀνδρῶν τὸν ἄριστον καὶ γυναικῶν ὁμοίως τὴν [n] ἀγαθωτάτην, τούτους ἀφηγεῖσθαι τῆς ἀπαντήσεως, καὶ δέξασθαι τὰ ἱερὰ τῆς θεᾶς. τῆς δὲ συγκλήτου πάντα συντελούσης κατὰ τὸν χρησμὸν, ἐκρίθη τῶν μὲν ἀνδρῶν ἄριστος Πόπλιος Νασικᾶς, τῶν δὲ γυναικῶν Οὐαλερία. οὐ μόνον γὰρ τῇ πρὸς θεοὺς εὐσεβείᾳ διαφέρειν ἔδοξεν, ἀλλὰ καὶ πολιτικὸς ὑπῆρξε, καὶ συνετὸς ἐν τῷ τὴν γνώμην ἀποφαίνεσθαι. μετὰ γὰρ τὸν Ἀννιβιακὸν πόλεμον, Μάρκος μὲν Κάτων, ὁ ἐπικληθεὶς Δημοσθένης, εἰώθει λέγειν παρ' ἕκαστον ἐν τῇ συγκλήτῳ κατὰ τὴν ἀπόφασιν τῆς ἰδίας γνώμης, Καρχηδόνα μὴ εἶναι. καὶ τοῦτο ἐποίει πολλάκις, οὐχ ὑποκειμένης περὶ τούτου βουλῆς, ἀλλ' ἑτέρων τινῶν ἀεὶ ζητουμένων. ὁ δὲ Νασικᾶς ἀεὶ τοὐναντίον ἀπεφαίνετο, Καρχηδόνα διὰ παντὸς εἶναι. ἑκατέρα μὲν οὖν ἀπόφασις ἐδόκει τῷ συνεδρίῳ μεγάλην ἔχειν ἀναθεώρησιν· τοῖς δὲ διαφέρουσι τῇ φρονήσει πολὺ προέχειν ἡ τοῦ Νασικᾶ διελαμβάνετο. οὐ γὰρ ἐκ τῆς ἄλλων ἀσθενείας ὑ-

discrimen adducto ſubvenire vellent. Igitur Senatus legatos quamprimum Numidiam miſit, qui Jugurtham obſidione abſtinere juberent. Quibus cum minime paruiſſet Jugurtha, altera rurſus majoris auctoritatis legatio a Senatu miſſa eſt. Quae cum nihilo minus irrita rediiſſet, tandem Jugurtha urbem operibus circumdatam, fame ad deditionem coegit, fratremque Adherbalem cum infulis egreſſum ac cedentem regno, tantum ut incolumis abire ſineretur, orantem interfecit, nec cognationis ac ſanguinis, nec ſupplicum veritus jura: quin etiam Italos omnes, qui a partibus Adherbalis ſteterant, virgis caeſos necavit.

P. Scipio Naſica Conſul, vir fuit & virtute & generis ſplendore eminentiſſimus: quippe ex ea familia erat oriundus, ex qua Africani & Aſiatici & Hiſpali prodierunt: quorum hic ſubacta Africa, ille Aſia, tertius Hiſpania domita, cognomen ex rebus geſtis retulit. Caeterum praeter hanc generis gloriam, pater avuſque ipſius totius civitatis celeberrimi fuerant: uterque enim princeps Senatus, primique in dicenda ſententia loci fuit uſque ad exitum vitae. Avus praeterea vir optimus a Senatu judicatus eſt. Nam cum in Sibyllinis libris inventum carmen eſſet, quo praecipiebatur Romanis ut matri Idaeae templum ponerent, ejuſque ſimulacrum Peſſinunte Aſiae adveherent, & celeberrimo omnium ordinum occurſu illud exciperent, agmen virorum praeeunte viro optimo, matronarum vero pompam ducente optima femina, qui ſimulacrum Deae acciperent: Senatus omnia 382. ex carminis praeſcripto agens, P. Naſicam virum optimum, Valeriam vero optimam matronam eſſe judicavit. Neque enim ſolum pietate in Deos erat eximia, ſed praeterea in gerenda Republica, ac ſententia dicenda ſingulari prudentia praeditus. Nam cum M. Cato, qui Demoſthenes cognominatus eſt, quoties in Senatu ſententiam dicebat, aſſidue illud adderet, Carthaginem delendam eſſe, idque etiamſi de ea re relatum non eſſet, ſed de aliis rebus Senatus conſuleretur: P. Naſica ſemper in contraria ſententia erat, Carthaginem ſervari oportere. Porro utriuſque ſententia oppido dijudicatu ardua Senatui videbatur: ſed prudentiſſimus quiſque Naſicae ſententiam praeferebat. Neque enim putabant ex aliarum civitatum excidio majeſtatem

[m] MS. ἐκ Πεσινοῦντος. [n] In eodem ἀγαθωτάτων ᾖ.

eſt, ſicuti pulcre ex *Valerio Max.* collegerunt *Pighius*, *Onuph. Panvinius* atque alii. P. Wess.

11. *Τῶν δὲ γυναικῶν Οὐαλερία*] De Valeria alii tacent: Claudiam memorant religionis experimento pudiciſſimam matronarum tum fuiſſe judicatam *Livius* L. XXIX, 14. *Plinius* L. VII, 35. & quos ibi teſtes produxit *Harduinus*, & ad *Silium* XVII, 33. *Drakenborch.* Rem univerſam cum narraſſet *Appianus* Annibal. p. 594., ſubjungit, ὧδε μὲν ἡ θεὸς ἐς Ῥώμην δι' ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἀρίστων ἀφίκετο. Tu lege, ut ſecum conſentiat ſcriptor, δι' ἀνδρὸς καὶ γυναικός. P. Wess.

15. *Κάτων ὁ ἐπικλ. Δημοσθένης*] Catonem ob vehementiam in dicendo, vulgo Romanum Demoſthenem vocabant, ut ait *Plutarchus* in ejus vita (p. 338.) & *Appianus* in Iberico, (pag. 405.) atque ex eo *Suidas* in *Κάτων*. H. Vales.

19. *Ὁ δὲ Νασικᾶς ἀεὶ τοὐναντίον ἀπεφαίνετο*] Eadem de Scipione Naſica, viro optimo, in *Livii* Epitoma lib. XLIX., ſed non ſine erroris macula, ſi credimus *Ch. Ad. Ruperto* ad *Pompon.* l. 2. §. 37. D. de Orig. Jur., doctiſſimoque viro in illam *Livii* Epitomam. *Rupertus* ſententiam *de non delenda Carthagine* Scipioni Naſicae, quem ob prudentiam Corculum dixerunt, ex temporum ratione tribuendam cenſet. Is quidem certe Scipio & auctoritate & rerum geſtarum gloria in republica florebat maxime, ſuperque, ut theatrum, quod Cenſores locaverant, deſtrueretur, obtinuerat, *Livio* ſuperiore Epitoma & *Velleio Paterculo* L. 1, 15. teſtificantibus. Ad hoc Scipio Naſica, vir optimus judicatus, conſul proceſſerat anno ꟾƆLXII. ab Urbe condita, eratque adeo ſub initium belli Punici III. octogenario major. Quae omnia, ut ut ſpecioſa, haud ſcio an injuria ponantur contra conſpirantem ſcriptorum veterum conſenſionem. Fuerit enim ea aetate, ut annos LXXX. ſuperaverit, quid ad rem illud? Floruerunt eodem tempore Cato, Maſiniſſa atque alii, qui diutiſſime ſenes fuerunt. Adde, *Livio* & *Diodoro* clariſſime adſentiri *Auguſtinum* L. 1. C. D. cap. 30., forſan *Varronem* ſecutum. Pauca fidei cauſſa exſcribam: *At ille Scipio pontifex maximus veſter, ille judicio totius ſenatus vir optimus, iſtam vobis metuens calamitatem, nolebat aemulam tunc imperii Romani Carthaginem dirui, & decernenti, ut dirueretur, contradicebat Catoni.* Sunt haec notabilia maxime. Scipionem Naſicam, virum optimum, Pontificem maximum fuiſſe docent, nobiſque illud argumentum ſuppeditant. Eo enim honore fungi non potuit, niſi mortuo Aemilio Lepido, Pontifice & principe Senatus. Proinde P. Scipio, quem paucis ante diebus Pontificem maximum Cato factum ait Coſſ. T. Quinctio Flaminino & Acilio Balbo, ſive anno ꟾƆCIII., apud

Cice-

ſtatem populi Romani aeſtimandam eſſe, ſed ex eo potius quod potentiſſimis civitatibus imperaret. Deinde ſtante quidem Carthagine, metu illius urbis Romani in officio ac mutua concordia retineri videbantur, cogique ad imperium moderate ac civiliter in ſubditos exercendum; quae res maxime imperia confirmare atque augere ſolet: ſublata vero urbe aemula, quid aliud quam bellum civile Romanos manebat, ac praeterea odium omnium ſociorum ob magiſtratuum cupiditatem atque inſolentiam? Quae profecto cuncta poſt excidium Carthaginis populo Romano contigere. Etenim turbulentae factiones concioneſque, leges agrariae, & defectiones ſociorum perquam graves, bella denique civilia periculoſa ac diuturna, & reliqua quae P. Scipio ante praedixerat, ſubſecuta ſunt. Hujus filius Naſica cum aetate provectus eſſet, Tiberium Gracchum regnum invadere molientem, ſequi ſe juſſis optimatibus manu ſua interfecit. Quod factum cum plebs graviter ferret, & adverſus auctores caedis exacerbata eſſet, ac Tribuni

385. ſingulos Senatores in concionem productos interrogarent, quis auctor caedis fuiſſet, caeteri quidem omnes concitatae multitudinis furorem veriti, a ſe id factum negabant, variiſque reſponſionibus & obliquis utebantur. Solus Scipio Naſica ſua manu caedem factam eſſe profeſſus, id quoque adjecit, Gracchi quidem ad regnum adſpirantis conſilia caeteros latuiſſe, ſibi vero ac Senatui probe cognita fuiſſe. At plebs tametſi factum aegre ferret, tamen auctoritate & conſtantia viri commota, deinceps conticuit. Sed & hujus filius Scipio Naſica, qui hoc anno Conſul eſt mortuus, haudquaquam a majorum ſuorum virtutibus deſcivit: vixit enim ſumma cum religione atque integritate, nullis muneribus unquam corruptus, ac praeterea imbutus praeceptis philoſophiae, verum philoſophiam non nudis ſermonibus, ſed factis quoque eſt profeſſus.

Antiochus Cyzicenus regnum Syriae recens adeptus, ad crapulas ac luxum & inſtituta longe a Regibus aliena ſe contulit. Mimis enim atque hiſtrionibus, circulatoribus denique cunctis ſupra modum deditus, eorum artes ſummo ſtudio perdiſcebat: operam quoque neuroſpaſticae dedit, maximumque ſtudium poſuit in movendis per ſemet

χρῆναι δεῖν θεωρεῖσθαι τὴν τῆς Ῥώμης ἰσχὺν, ἀλλ' ἐκ τοῦ φαίνεσθαι τῶν μεγάλων μείζονα. πρὸς δὲ τούτοις, σωζομένης μὲν τῆς Καρχηδόνος ὁ ἀπὸ ταύτης φόβος ἠνάγκαζεν ὁμονοεῖν τοὺς Ῥωμαίους, καὶ τῶν ὑποτεταγμένων ἐπιεικῶς καὶ ἐνδόξως ἄρχειν· ὧν οὐδὲν κάλλιόν ἐστι πρὸς ἡγεμονίας διαμονήν τε καὶ αὔξησιν· ἀπολομένης δὲ τῆς ἀντιπάλου πόλεως, πρόδηλος ἦν ὡς ἐν μὲν τοῖς πολίταις ἐμφύλιος πόλεμος ἐσόμενος, ἐκ δὲ τῶν συμμάχων ἁπάντων μῖσος εἰς τὴν ἡγεμονίαν, διὰ τὴν εἰς αὐτοὺς ἐκ τῶν ἀρχόντων πλεονεξίαν τε καὶ παρανομίαν. ἅπερ ἅπαντα συνέβη τῇ Ῥώμῃ μετὰ τὴν τῆς Καρχηδόνος κατασκαφήν. καὶ γὰρ ἐπικίνδυνοι δημαγωγίαι, καὶ χωρῶν ἀναδασμοὶ, καὶ συμμάχων ἀποστάσεις μεγάλαι, καὶ ἐμφύλιοι πόλεμοι πολυετεῖς καὶ φοβεροὶ, καὶ τἄλλα τὰ προαγορευθέντα ὑπὸ τοῦ Σκιπίωνος ἠκολούθησεν. ὁ τούτου δὲ υἱὸς πρεσβύτης ὢν τὴν ἡλικίαν, καὶ Τιβέριον Γράκχον τυραννεῖν ἐπιχειρήσαντα, ταῖς ἰδίαις χερσὶν ἀπέκτεινε, προηγούμενος τῆς συγκλήτου. [o] τοῦ δὲ πλήθους ἀγανακτοῦντος καὶ τεθηριωμένου πρὸς τοὺς τὸν φόνον δράσαντας, ἔτι δὲ τῶν δημάρχων καθ' ἕνα τῶν συγκλητικῶν προαγαγόντων ἐπὶ τὰ ἔμβολα, καὶ ἐπερωτώντων τίς ἐστιν ὁ ἀνελὼν, οἱ μὲν ἄλλοι ἅπαντες καταπεπληχότες τὴν τῶν ὄχλων ὁρμὴν καὶ βίαν ἠρνοῦντο, καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἐξηλλάττοντο· ὁ δὲ Σκιπίων μόνος ὡμολόγησεν ὑφ' ἑαυτοῦ γεγονέναι τὴν ἀναίρεσιν, ἐπειπὼν ὡς τοὺς μὲν ἄλλους ὁ Γράκχος ἐλάνθανεν ἐπιθέμενος τυραννίδι, ἑαυτὸν δὲ καὶ τὴν σύγκλητον οὐκ ἔλαθεν. ὁ δὲ ὄχλος καίπερ ἀγανακτῶν, ἡσύχασεν ἐντραπεὶς τὸ βάρος καὶ τὴν παρρησίαν τἀνδρός. ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ τούτου υἱὸς κατὰ τὸν ὑποκείμενον ἐνιαυτὸν τελευτήσας, ἀδωροδόκητος μὲν ἅπαντα τὸν βίον διετέλεσε, μετασχὼν δὲ τῆς [p] φιλοσοφίας, καὶ τῷ βίῳ πρὸς ἀλήθειαν, ἀλλ' οὐ τοῖς λόγοις μόνοις φιλοσοφήσας, ἀκόλουθον ἔσχε τῇ τοῦ γένους διαδοχῇ καὶ τὴν τῆς ἀρετῆς κληρονομίαν.

Ὅτι ὁ Ἀντίοχος ὁ Κυζικηνὸς ἀρτίως παρειληφὼς τὴν βασιλείαν, ἐξέπεσεν εἰς μέθας καὶ τρυφὴν ἀγεννῆ, καὶ ζηλώματα βασιλείας ἀλλοτριώτατα. ἔχαιρε γὰρ μίμοις καὶ [q] προδεικταῖς, καὶ καθόλου πᾶσι τοῖς θαυματοποιοῖς, καὶ τὰ τούτων ἐπιτηδεύματα μανθάνειν ἐφιλοτιμεῖτο. ἐπετήδευσε δὲ καὶ [r] νευροσπαστεῖν, καὶ δι-

o In ſcripto erat τῇ δὲ συγκλήτῳ. p MS. Πόλιν. q Προδείκταις Suidas. r Νευροσπαστεῖν MS.

Ciceron. de Seneƈt. C. 14., P. eſt Naſica, vir optimus declaratus, ut bene animadvertit *Panvinius*. Vixit ergo uſque ad initia belli Punici poſtremi. Quod vel *Pomponius* docere *Rupertum* potuerat: namque Scipionem, quem Senatus optimum appellavit, Jure conſultis annumerat: at ea eruditione floruit P. Scipio in provecta aetate, de quo apud *Ciceronem* Cato. P. Wess.

35. Ἅπερ ἅπαντα συνέβη τῇ Ῥώμῃ] *Nec eum ſententia feſellit, re ipſa probatum eſt, quam verum* (P. Scipio) *diceret. Deleta quippe* Carthagine, *magno ſcilicet terrore Romanae rei publicae depulſo & exſtincto, tanta de rebus proſperis orta mala continuo ſubſecuta ſunt, ut corrupta diruptaque concordia, prius ſaevis cruentiſque ſeditionibus, deinde mox, malorum connexione cauſſarum, bellis etiam civilibus tantae ſtrages ederentur*, & cetera, quae ad hunc *Diodori* locum adpoſitiſſima ab *Auguſtino* de Civit. D. lib. 1, 30. ſcripta fuerunt. P. Wess.

41. Ὁ τούτου δὲ υἱὸς] Hic vero non aſſentior *Diodoro*, qui Scipionem Naſicam, eum, qui privatus Tib. Gracchum interfecit, filium ait eſſe Scipionis Naſicae, ejus qui vir optimus a Senatu judicatus eſt. Fuit enim revera illius nepos, filius P. Scipionis Naſicae, ejus qui Corculum cognominatus eſt, ut docet *Velleius Paterculus* lib. 2. (cap. 3.) & *Cicero* in Bruto (cap. 20.) niſi forte adoptatus a Scipione Naſica avo fuit. H. Vales.

53. Ὁ δὲ ὄχλος — ἡσύχασεν ἐντραπεὶς &c.] Id verum eſſe poteſt de tempore, quod Gracchi caedem proxime excepit. Alioqui invidia facinoris ejus flagrans Scipio, ut populi odium declinaret, ſub titulo liberae legationis Pergamum conceſſit, & quod vitae ſuperfuit, ſuperfuit autem parum, ibidem peregit, teſtibus *Cicerone* Or. pro Flacco C. 41., *Plut.* in Gracch. p. 834. & *Val. Max.* L. v, 3, 2. P. Wess.

56. Κατὰ τὸν ὑποκείμενον ἐνιαυτὸν] P. Scipio Naſica Conſul in Magiſtratu mortuus eſt anno urbis 642. hunc inprimis diſertum fuiſſe, & cunctos ſale facetiiſque ſuperaſſe ait *Cicero* in Bruto (cap. 34.) H. Vales.

61. Ἀντίοχος ὁ Κυζικηνὸς] Antiochi Sidetae filius, Cyzicenus ideo dictus, quod Cyzici apud Craterum hoſpitem educatus erat. Regnum iniit Olymp. clxvii. anno primo. H. Vales.

65. Μίμοις καὶ προδείκταις] Magis probo lectionem *Suidae*, qui hunc locum proferens legit προδεικταῖς. eſt enim deductum ἀπὸ τοῦ δεικνύω. ſunt autem προδεῖκται, proprie hiſtriones ac mimi, qui ridicula ac jocularia quaedam in ſcena fundebant, quae δείκηλα dicebantur. *Varro*, ὄνος λύρας: *Neque orthopſalticum attulit pſalterium, quibus ſonant in Graecia dicteria.* Hinc δεικηλιάδες vocantur mimae a *Polybio* in lib. 14. apud *Athenaeum* (lib. xiii. p. 576.) Μίμων δὲ μία τῶν ἀποδεδειγμένων καὶ κοινῶν δεικηλιάδων. Ab eadem origine dictos quoque cenſeo a Lacedaemoniis, δεικηλίκτας, ſeu δικηλίκτας, quos *Heſychius* exponit μιμητάς. H. Vales.

Μίμοις καὶ προδείκταις] Quid ſignificet vox προδείκτης, non adeo obvium eſt, adfirmare poſſe. Hunc locum citavit procul dubio *Suidas* in iiſdem verbis, niſi quod habet προδεικταῖς, ut puto, melius: at ejus vocis interpretationem non appoſuit. Eam vocem ex *Suida* habet *H. Stephanus* & per δεικηλίκτας ſeu δεικηλιστὰς vertit, nempe *hiſtrio*, qui perſonas in theatro oſtendit populo, tanquam a nomine δείκηλον, quod eſt *ſimulacrum* vel *imago*. Sed cum de eo nullam habet auctoritatem, non verebor, aliam afferre interpretationem, non minus, ut puto, veroſimilem. Προδείκτης a προδεικνύω videtur manifeſto deduci, quod verbum *praemonſtrare* & *praeſignificare* ſignificat. Sic apud *Herodotum* (lib. viii, 37.) προδέκτης eſt, qui res futuras,

δι' αὐτοῦ κινοῦ ζῶα πεντάπηχα κατάργυρα καὶ κατάχρυσα, καὶ ἕτερα πλείονα τοιαῦτα μηχανήματα. οὐκ εἶχε δὲ ^s ἑλεπόλεων οὐδὲ ὀργάνων πολιορκητικῶν κατασκευάς· ἃ καὶ δόξαν μεγάλην καὶ χρείας ἀξιολόγους ἂν παρέσχετο. ἐνθουσία δὲ καὶ πρὸς κυνηγεσίας ἀκαίρους, καὶ πολλάκις νύκτωρ λάθρα τῶν φίλων μετὰ δυεῖν ἢ τριῶν οἰκετῶν ἐξιὼν ἐπὶ τὴν χώραν, ἐκυνήγει λέοντας, καὶ παρδάλεις, καὶ ὗς ἀγρίους· παραβόλως δὲ συμπλεκόμενος ἀλόγοις θηρίοις, πολλάκις ἦλθεν εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους.

Ὅτι Μικίψας ὁ Μασσανάσσου υἱὸς τῶν Νομάδων βασιλεὺς, εἶχε καὶ ἄλλους υἱοὺς πλείους, μάλιστα δὲ προτιμωμένους Ἀτάρβαν τὸν πρεσβύτερον τῶν παίδων, καὶ Ἱέμψαλον καὶ Μικίψαν· οὗτος ἐπιεικέστατος τῶν κατὰ Λιβύην βασιλέων γενόμενος, καὶ πολλοὺς τῶν πεπαιδευμένων Ἑλλήνων μεταπεμπόμενος συνέζη τούτοις· πολλὴν δὲ ἐπιμέλειαν ποιούμενος παιδείας, μάλιστα δὲ φιλοσοφίας, ἐνεγήρασε τῇ δυναστείᾳ καὶ τῇ φιλοσοφίᾳ.

Ὅτι Κοντονιάτος τις ὁ βασιλεὺς τῆς Γαλατικῆς πόλεως τῆς οὕτω καλουμένης Ἰεντόρας, συνέσει καὶ στρατηγίᾳ διάφορος ἦν. φίλος δὲ καὶ σύμμαχος Ῥωμαίων, ὡς ἂν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις διατετριφὼς ἐν Ῥώμῃ, καὶ κεκοινωνηκὼς ἀρετῆς καὶ ἀγωγῆς νομίμου, διὰ Ῥωμαίων δὲ παρειληφὼς τὴν ἐν Γαλατίᾳ βασιλείαν.

Ὅτι ὁ Μάριος εἷς ὢν τῶν συμβούλων καὶ τῶν πρεσβευτῶν ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ^t παρεθεωρεῖτο, ταπεινότατος ὢν τῶν πρεσβευτῶν τῇ δόξῃ. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τοῖς ἀξιώμασι καὶ ταῖς εὐγενείαις ὑπερέχοντες, μεγάλης ἀποδοχῆς ἐτύγχανον ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ· οὗτος δὲ δοκῶν γεγονέναι δημοσιώνης, καὶ τὰς ὑποδεεστέρας ἀρχὰς μόγις εἰληφὼς, ἐν ταῖς εἰς δόξαν προαγωγαῖς παρεθεωρεῖτο. καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἕκαστος περιφεύγων πᾶσαν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις κακοπάθειαν, ἠσπάζετο τὴν ῥαθυμίαν καὶ ῥᾳστώνην, οὗτος δὲ πρὸς τοὺς ἐν ταῖς μάχαις κινδύνους πολλάκις ἡγεμὼν ἐκπεμπόμενος, τὴν μὲν ἐκ τούτου ἀτιμίαν προσεποιεῖτο ^u ὅμως δὲ αὐτὸν εἰς τὰς τοιαύτας λειτουργίας ἐπιδιδοὺς, πολλὴν ἐμπειρίαν περιεποιήσατο τῶν πολεμικῶν ἔργων. ὢν δὲ εὐφυὴς πρὸς ἀγῶνας καὶ κινδύνους, καὶ τούτους ὑπομένων προθύμως, ταχὺ μεγάλην ἐκτήσατο δύναμιν καὶ δό-

ipſum animalibus quinque cubitorum magnitudine, auro argentoque tectis, atque in aliis hujuſcemodi machinamentis. Caeterum bellicis machinis ac teſtudinibus, quas Helepoles vocant, quarum apparatus & gloriam principibus afferre, & magno uſui ſolet eſſe, prorſus carebat. Quin etiam intempeſtivis venationibus immodice addictus erat, ac ſaepenumero cum uno aut altero famulo noctu clam egreſſus, apros, leones ac pardos venabatur. Nec raro cum feris beſtiis temere congreſſus, in graviſſima diſcrimina ſalutem ſuam adduxit.

Micipſae Numidarum Regi, Maſiniſſae filio, plures liberi fuerunt: ſed prae caeteris carus fuit Adherbal, natu maximus, cum Hiempſale & Micipſa; qui quidem poſtremus, cum omnium Numidiae 386.
Regum clementiſſimus fuiſſet, accerſitiſque e Graecia viris doctiſſimis, cum omnibus diſciplinis, tum maxime philoſophiae operam in eorum contubernio impendiſſet, in regno ſimul ac philoſophia conſenuit.

Contoniatus, urbis in Gallia, quae Iontora dicitur, regulus, prudentia ac ſcientia rei militaris eminebat; cumque olim Romae commoratus, egregiam ac civilem inſtitutionem hauſiſſet, atque auxilio populi Romani regnum adeptus eſſet, ſocietatem atque amicitiam cum Romanis colebat.

C. Marius cum inter legatos Metelli eſſet, ſpernebatur ab ipſo Proconſule, tanquam legatorum omnium poſtremus. Caeteri enim cum & dignitate & ſplendore generis excellerent, magno in honore apud Proconſulem erant: Hujus vero quia publicanus fuiſſe dicebatur, atque ultimos Magiſtratus vix maximo labore erat adeptus, rationem nullam Metellus habebat. Ac caeteri quidem omnes laborem militiae fugientes, ocium ac ſegnitiem conſectabantur. Verum Marius quum ſaepiſſime ad ipſa belli diſcrimina mitteretur, hanc quidem injuriam iniquo animo ferre ſe ſimulabat. Caeterum hujuſmodi miniſteria impigre obiens, maximum uſum rei militaris ſibi comparavit. Cumque natura bellicoſus pugnaxque eſſet, brevi ingentem fortitudinis laudem retulit. Praeterea ſingulari

s Πάλαι idem. t Ms. Παρεθεώρει. u Ὁμῶς in eodem.

turas, antequam eveniant, praedicit & praenunciat, ut ſupra ad eum Auctorem notavimus p. 31. Excerpt. Ita τερατείας nihil aliud eſt, quam is, qui res futuras praenunciat, quod praeſtare gloriantur Aſtrologi, Metopoſcopi, Chiromantiam profeſſi, & alias artes tam vanas, quam a principibus pleriſque creditas, divini, necromantici, & tales viri non male hoc loco θαυματουργοῖς conjunguntur. J. Palmer.

67. Καὶ νευρεσπαστῶν] Legendum eſt ſine dubio νευροσπαστῶν quod ſequentia plane confirmant. Nam illud νευρεσπαστῶν Graecum non eſt. νευροβάτης potius diceretur: unde Neurobates apud Vopiſcum (in Carino C. 19.) ſed hoc quidem loco minime convenit. Eſt autem νευροσπαστεῖν ope fidiculae movere ac trahere lignea quaevis ſimulacra, quod fit arte mechanica. Vide Turnebum lib. 2. Adverſ. (cap. 18.) hac in arte excelluiſſe dicitur Pothinus quidam Athenienſis teſte Euſtathio Iliad. δ'. (p. 457.) ubi addit, [illegible] H. Vales.

Καὶ νευροσπαστῶν] Recte Valeſius. Omnes olim, qui αὐτομάτοις & νευροσπάστοις ludicra mobilitate multitudinem oblectabant, θαυματουργοὶ & θαυματοποιοὶ, quorum Diodorus proxime meminit, dicebantur. Hero Automat. p. 244. ἐκάλουν δὲ οἱ παλαιοὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα δημιουργοῦντας ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥΣ, διὰ τὸ ἐκπληκτικὸν τῆς θεωρίας. Imaguncula, fidiculis quodammodo animatae, σιγιλλάρια νευροσπαστούμενα Imp. Antonino, ἀγάλματα νευρόσπαστα, quamquam latius haec porrigi poſſunt, Syneſio L. 1. Provid. p. 98. B., de quibus complura Iſ. Caſaubonus ad Perſii Sat. v, 128., B. Vulcanius in Apuleium de Mundo p. 225. & T. Gatakerus ad Antonin. Imp. L. vii, 3. P. Wess.

68. Ζῶα πεντάπηχα] Intelligo beſtiarum ſimulachra deaurata quae in pompa inducere mos erat, ut patet ex deſcriptione pompae illius Ptolemaei Philadelphi apud Athenaeum lib. v. (cap. 8. p. 202.) H. Vales.

81. Καὶ Μικίψαν.] Hujus Junioris Micipſae filium arbitror fuiſſe Hiempſalem, cujus meminit Plutarchus in Mario (pag. 429.) Appianus lib. 1. Civilium (p. 668.) & Cicero in 2. contra Rullum (cap. 4.) H. Vales.

Καὶ Μικίψαν] Mirum eſt, Salluſtium, in hiſtoria Micipſae deſcribendâ occupatum, de hoc Micipſa prorſus tacuiſſe Belli Jugurth. C. 5. Quod vero Valeſius ſuſpicatur, Hiempſalem, cujus in Marii rebus & Pompeii mentio eſt, junioris hujus Micipſae filium fuiſſe, falſum erit, ſicuti & Manutii ad Ciceronis Agrar. 1, 4. judicium, quo Hiempſali pater Hiarbas datur, ſi vera & juſta ſit inſcriptio, quam Reineſius Claſ. iii, 50. & Sponius Miſcellan. p. 145. vulgarunt. Ea enim Hiempſalem, Jubae, a Caeſare triumphati, patrem, perhibet Guluſſae filium, Maſiniſſae nepotem. P. Wess.

87. Ὅτι Κοντονιάτος τις] Puto eſſe Congentiatum ſive Congonetiacum, diſſident enim in nominis ejus ſcriptura amanuenſes, Bituiti, Arvernorum regis, filium, quem comprehenſum Romamque deductum fuiſſe Livii Epit. lxi. innuit. Urbem Jontoram, ſi tamen rectum id nomen, nondum reperi. P. Wess.

95. Ὑπὸ τῶν στρατηγῶν παρεθεωρεῖτο] Optime H. Valeſius παρεθεωρεῖτο mutavit. Mox Auctor ἐν ταῖς εἰς δόξαν προαγωγαῖς παρεθεωρεῖτο. & S. Lucas A. A. cap. vi, 1. ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν. i. e. deſpicerentur, ut Beza: nam alii nimis hic acutum vident. Porro ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ praeſtaret. P. Wess.

99. Τὰς ὑποδ. ἀρχ. μόγις εἰληφὼς] Cicero pro Plancio (cap. 21.) C. Marius duabus aedilitatis acceptis repulſis ſepties Cos. eſt factus. H. Vales.

5. Τὴν μὲν ἐκ τούτου ἀτιμίαν προσεποιεῖτο] Haec ſana ſi fuerint, ignominiam acceptae cladis Mario fuiſſe adſperſam indicabunt.

gulari humanitate ac munificentia, atque in congreſſibus comitate erga eos quibus praeerat uſus, omnium militum benevolentiam conciliavit ſibi: proinde cuncti gratiam illi reddere ſtudentes, eo duce fortius atque alacrius pugnabant, quo ducis
389. gloriam augerent. Quod ſi forte alius quiſpiam legatus contra hoſtem miſſus eſſet, milites de induſtria in ipſo diſcrimine ſegnius agebant. Itaque uſu veniebat fere, ut aliis exercitum ducentibus res male gereretur, Mario autem duce ſemper victoriam Romani referrent.

ξαν ἐπ' ἀνδρείᾳ. ἐπιεικῶς δὲ τοῖς στρατιώταις προσφερόμενος, καὶ ταῖς δωρεαῖς, καὶ ταῖς ὁμιλίαις, καὶ συμπεριφοραῖς κεχαρισμέναις τοῖς ὑποτεταγμένοις χρώμενος, μεγάλην εὔνοιαν ἐν τοῖς στρατιώταις περιεποιήσατο. πάντες γὰρ τῆς εὐεργεσίας χάριν ἀποδιδόντες, ἐν ταῖς μετὰ τούτου μάχαις φιλοτιμότερον ἠγωνίζοντο, συναύξοντες αὐτοῦ τὴν ἡγεμονίαν. εἰ δὲ τύχοι τις τῶν ἄλλων πρεσβευτῶν ἡγούμενος, ἐθελοκακοῦντες ἀπεδειλίων κατὰ τοὺς ἀναγκαιοτάτους καιρούς. καὶ συνέβαινε κατὰ τὸ πλεῖστον ἐν μὲν ταῖς τῶν ἄλλων ἡγεμονίαις Ῥωμαίους ἡττᾶσθαι, κατὰ δὲ τὰς τοῦ Μαρίου παρουσίας ἀεὶ νικᾶν.

EX LIBRO XXXVI.

NON enim ſervi duntaxat rebelles Siciliam vaſtabant, ſed & ingenui, quotquot nec praedia, nec agros poſſidebant, ad latrocinia & rapinas converſi, catervatim per regionem diſcurſabant; & armenta quidem abigebant, fruges vero in villis conditas diripiebant, & obvium quemque nullo diſcrimine, ſervum an ingenuum, obtruncabant, ne quis eſſet, qui eorum furorem ac facinora indicaret. Cumque in Sicilia juſtitium eſſet, eo quod nullus Praetor populi Romani jus diceret, cuncti liberrimam licentiam nacti, impune debacchabantur: proinde nullus non locus infamis erat rapinis ac latrociniis, ac vi perditorum hominum in ditiſſimi cujusque fortunas ſecure invadentium. At ii qui paulo ante fama atque opibus clariſſimi inter cives ſuos fuerant, tunc fortuna ſubito commutata non modo a fugitivis per ſummam contumeliam compilabantur, ſed praeterea injurias & inſolentiam hominum ingenuorum perferre licet inviti cogebantur. Quocirca univerſi vix illa quae intra pomoerium erant, pro ſuis habebant: quaecumque vero extra urbium muros erant poſita, ea aliena, & praedonum violentiae obnoxia exiſtimabant. Denique per ſingulas urbes atque oppida ingens confuſio ac perturbatio juris judiciorumque erat. Nam perduelles cum agrum omnem agminibus ſuis occuparent, infenſi dominis ſuis, atque inexplebili cupiditate flagrantes, itinera omnia intercludebant. Qui vero in urbibus ſupererant adhuc ſervi, aegri, ac defectionem animis ſpirantes, terrori dominis erant.

390. L. Apuleïus Saturninus Quaeſtor provinciam Oſtienſem ſortitus, cum ob ſegnitiem ac deſidiam male eam provinciam adminiſtraſſe videretur, objurgatus a Senatu, ademptaque ei provincia, aliis mandata eſt. Poſtmodum vero cum abjecto priſti-

ἘΚ ΤΟΥ Λϛ΄.

ὍΤι οὐ μόνον τὸ πλῆθος τῶν οἰκετῶν τὸ πρὸς τὴν ἀπόστασιν ὡρμημένον κατέτρεχεν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐλευθέρων οἱ τὰς ἐπὶ χώρας κτήσεις οὐκ ἔχοντες ἐτράποντο πρὸς ἁρπαγὴν καὶ παρανομίαν. οἱ γὰρ ἐλλιπεῖς ταῖς οὐσίαις, διὰ τὴν ἀπορίαν ἅμα καὶ παρανομίαν ἐξεχέοντο κατὰ συστροφὰς ἐπὶ τὴν χώραν καὶ τὰς μὲν ἀγέλας τῶν θρεμμάτων ἀπήλαυνον, τοὺς δ' ἐν τοῖς σταθμοῖς τεθησαυρισμένους καρποὺς διήρπαζον καὶ τοὺς περιτυγχάνοντας ἀνέδην ἐλευθέρους τε καὶ δούλους ἐφόνευον, ὅπως μηδεὶς ἀπαγγείλῃ τὴν περὶ αὐτοὺς ἀπόνοιάν τε καὶ παρανομίαν. ἀναρχίας δ' οὔσης διὰ τὸ μηδεμίαν Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν δικαιοδοτεῖν, πάντες ἀνυπεύθυνον ἐξουσίαν ἔχοντες πολλὰς καὶ μεγάλας συμφορὰς ἀπειργάζοντο. διὸ καὶ πᾶς τόπος ἔγεμεν ἁρπαγῆς βιαίως ταῖς τῶν εὐπόρων οὐσίαις ἐνεξουσιαζούσης. οἱ δὲ πρότερον ἐν ταῖς πόλεσι πρωτεύοντες ταῖς τε δόξαις καὶ τοῖς πλούτοις, τότε διὰ τὴν ἀνέλπιστον τῆς τύχης μεταβολὴν, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν δραπετῶν ὑβριστικῶς ἀπέβαλλον τὰς εὐπορίας, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἐλευθέρων ἐπηρεαζόμενοι καρτερεῖν ἠναγκάζοντο. διὸ καὶ πάντες ὑπελάμβανον τὰ μὲν ἐντὸς τῶν πυλῶν μόγις ὑπάρχειν ἴδια, τὰ δὲ ἐκτὸς τῶν τειχῶν ἀλλότρια, καὶ δοῦλα τῆς παρανόμου χειροκρατίας εἶναι. καθόλου δ' ἦν κατὰ πόλεις θόρυβος καὶ σύγχυσις τῶν κατὰ νόμους δικαίων. οἱ γὰρ ἀποστάται τῶν ὑπαίθρων κρατοῦντες, ἀνεπίβατον ἐποίουν τὴν χώραν, μνησικακοῦντες τοῖς δεσπόταις, οὐκ ἐμπιπλάμενοι δὲ τῶν ἀνελπίστων εὐτυχημάτων· οἱ δὲ ἐντὸς τῶν τειχῶν δοῦλοι νοσοῦντες ταῖς ψυχαῖς καὶ μετεωριζόμενοι πρὸς ἀπόστασιν, φοβερώτατοι τοῖς κυρίοις ὑπῆρχον.

Ὅτι Σατορνῖνος ὁ [x] δήμαρχος ζηλώσας βίον ἀκόλαστον, καὶ ταμίας ὑπάρχων εἰς τὴν ἐξ Ὠστίας εἰς τὴν Ῥώμην τοῦ σίτου παρακομιδὴν ἐτάχθη. διὰ δὲ τὴν ῥᾳθυμίαν, καὶ φαυλότητα τῆς ἀγωγῆς δόξας κακῶς προεστάναι τῆς προειρημένης ἐπιμελείας, ἐπιτιμήσεως ἔτυχε προσηκούσης. ἡ δὲ σύγκλητος παρελομένη τὴν ἐξουσίαν, παρέδωκεν ἄλλοις τὴν ἐπι-

x In Schedis erat ὕπατος, quod Valeſius bene emendavit.

cebunt. Haud tamen ſcio, an τὴν ἐκ τούτων τιμὴν reliquerit *Diodorus*, quippe poſt pauca diſerte prodens, Mario duce ſemper victoriam Romanos retuliſſe. Erit ergo, *honorem ex praeliis iſtis ſibi Marium acquiſiviſſe*. Si vero dubites de verbi iſtius uſu, adi *Appian.* L. II. B. Civil. p. 846. & L. V. p. 1184. Jam quod praeceſſit: Οὗτος δὲ ἄνωθεν γεγονὼς δημοτικὸς, id prima Marii aetas non reſpuit. *Juvenalis* Sat. VIII, 245.

Arpinas alius Volſcorum in monte ſolebat
Poſcere mercedes alieno laſſus aratro:
Nodoſam poſt haec frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret caſtra dolabra.

Adde *Plut.* in Mario p. 407. P. Wess.

23. Ὅτι οὐ μόνον τὸ πλῆθος τῶν οἰκετῶν] Hoc fragmentum ex lib. 36. *Diodori* eſt, ubi iiſdem fere verbis legitur. pag. 912. *Ed. Rhodom.* Coeptum autem eſt hoc ſecundum in Sicilia ſervile bellum, anno urbis 648. ut ex lib. 36. *Diodori* patet. H. Vales.

46. Καὶ δοῦλα τῆς παρανόμου χειροκρατίας] Recurre ad Eclog. I. L. XXXVI. p. 534. P. Wess.

55. Ταμίας εἰς τὴν ἐξ Ὠστίας] Inter provincias quaeſtorias erat procuratio frumentaria, eaque provincia Oſtienſis dicebatur, quod ex Oſtienſi portu frumentum in urbem ſubveheretur. *Cicero* pro Sextio (cap. 17.) *Nec mihi res erat cum Saturnino, qui quod a ſe quaeſtore Oſtienſi per ignominiam ad principem & Senatus & civitatis, M. Scaurum rem frumentariam tranſlatam ſciebat, dolorem ſuum magna contentione animi perſequebatur.* Idem in Orat. de haruſpicum reſp. (cap. 20.) *Saturninum quod in annonae caritate quaeſtorem a ſua frumentaria procuratione Senatus amovit, eique rei M. Scaurum praefecit, ſcimus dolore factum eſſe popularem.* H. Vales.

Ταμίας εἰς τὴν ἐξ Ὠστίας] De provincia Oſtienſi egregie *Pighius* in Faſt. ann. DCXXXVIII. & poſt eum *Gravius* ad Or.

Cice-

ἐπιτασίαν ταύτην. διορθωσάμενος δὲ τὴν προυπάρχουσαν ἀκολασίαν, καὶ τῇ σώφρονι ἀντεχόμενος βίου, δημαρχίας ὑπὸ τοῦ δήμου κατηξιώθη.

Ὅτι περὶ τῆς τοῦ Μετέλλου φυγῆς ἐπ' ἔτη δύο γενομένων λόγων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ὁ υἱὸς αὐτοῦ κόμην περιθρέψας καὶ πώγωνα, καὶ τραχεῖαν ἔχων ἐσθῆτα, περιῄει κατὰ τὴν ἀγοράν, δεόμενος τῶν πολιτῶν, καὶ μετὰ δακρύων προσπίπτων τοῖς ἑκάστου γόνασιν, ᾐτεῖτο τὴν τοῦ πατρὸς κάθοδον. ὁ μὲν δῆμος καίπερ οὐ βουλόμενος ἀφορμὴν διδόναι τοῖς φυγάσι τῆς καθόδου παρὰ τοὺς νόμους, ὅμως διὰ τὸν ἔλεον τοῦ νεανίσκου καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ γονέως ἐκτένειαν κατήγαγε τὸν Μέτελλον, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ διὰ τὴν περὶ τὸν γεννήσαντα γεγενημένην φιλοστοργίαν, Εὐσεβῆ προσηγόρευσεν.

Ὅτι τὸ παλαιὸν οἱ Ῥωμαῖοι νόμοις τε καὶ ἀγωγαῖς ἀρίσταις χρώμενοι, κατ' ὀλίγον ηὐξήθησαν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε ἡγεμονίαν ἐπιφανεστάτην καὶ μεγίστην τῶν μνημονευομένων καταχτήσασθαι. ἐν δὲ τοῖς νεωτέροις χρόνοις καταπεπολεμημένων μὲν τῶν πλείστων ἐθνῶν, πολυχρονίου δὲ εἰρήνης γενομένης, μετέπεσεν ἐν τῇ Ῥώμῃ τὸ τῆς ἀρχαίας ἀγωγῆς εἰς ὀλέθριον ζῆλον. ἐστράφησαν γὰρ οἱ νέοι μετὰ τὴν ἐκ τῶν πολέμων ἄνεσιν εἰς τρυφὴν καὶ ἀκολασίαν, χορηγὸν ἔχοντες τὸν πλοῦτον ταῖς ἐπιθυμίαις. προεκρίνετο γὰρ κατὰ τὴν πόλιν τῆς μὲν λιτότητος ἡ πολυτέλεια, τῆς δὲ τῶν πολεμικῶν ἔργων μελέτης ἡ ῥᾳθυμία. μακάριος δ' ὑπελήφθη τοῖς πολλοῖς, οὐχ ὁ ταῖς ἀρεταῖς κεκοσμημένος, ἀλλ' ὁ ταῖς προσηνεστάταις ἡδοναῖς πάντα τὸν τοῦ ζῆν χρόνον ἐναπολαύων. διὸ καὶ δείπνων πολυδαπάνων παραθέσεις ἐπεπόλασαν, καὶ μύρων θαυμαζομένων εὐωδίαι, καὶ στρωμνῆς ἀνθινῆς καὶ μεγαλοπλούτου παρασκευαὶ τρικλίνων, καὶ ἐλέφαντος καὶ ἀργύρου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν πολυτελεστάτων ὑλῶν περιττῶς δεδημιουργημένων κατασκευαί. τῶν δὲ οἴνων ὁ μὲν μετρίως τέρπων τὴν γεῦσιν ἀπεδοκιμάζετο, Φαλερῖνος δὲ καὶ Χῖος, καὶ πᾶς ὁ τούτοις ἐφάμιλλον ἔχων ἡδονήν, ἰχθύων τε καὶ τῶν ἄλλων χορηγιῶν τὰ πρωτεύοντα πρὸς ἀπόλαυσιν ἀναίδην ἀνηλίσκετο. ἀκολούθως δὲ τούτοις οἱ νέοι κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐφόρουν ἐσθῆτας, διαφόρους μὲν ταῖς μαλακότησι, διαφανεῖς δέ, καὶ κατὰ τὴν λεπτότητα ταῖς γυναικείαις παρεμφερεῖς. καὶ πάντα τὰ πρὸς ἡδονὴν καὶ ἀλαζονείας ὀλέθριον ἀνήκοντα παρασκευαζόμενοι, ταχὺ τὰς τούτων τιμὰς εἰς ἄπιστον ὑπερβολὴν ἤγαγον. τοῦ μὲν γὰρ οἴνου τὸ κεράμιον ἐπωλεῖτο δραχμῶν ἑκατόν, τῶν δὲ Ποντικῶν ταρίχων τὸ κεράμιον δραχμῶν τετρακοσίων, τῶν δὲ μαγείρων οἱ διαφέροντες ὀψαρτυτικῇ φιλοτεχνίᾳ ταλάντων τεττάρων. οἱ δὲ ταῖς εὐμορφίαις ἐκπρεπεῖς [y] πολλαπλασίων ταλάντων. ἀδιορθώτου δ' οὔσης τῆς ἐπὶ τὸ κακὸν ὁρμῆς, ἐπεβάλοντό τινες τῶν τὰς ἀρχὰς λαμβανόντων ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μετατιθέναι τῆς προειρη-

mae vitae luxu ſe ad temperantiam contuliſſet, Tribunus plebis fieri meruit.

Cum de reſtituendo Q. Metello in omnibus concionibus per integrum biennium ſermo aſſiduc fieret, ejus filius Q. Metellus barba & capillo ſubmiſſo ſordidatus, veſte ſqualida forum circuibat, flenſque, & ad ſingulorum civium genua advolutus, flagitabat ut patrem ab exilio revocarent. At populus cum ſpem reditus contra leges exulibus proponere minime vellet, tamen miſeratione ac precibus adoleſcentis commotus, Q. Metellum ab exilio revocavit, ac filium ob ſingularem erga patrem affectum ac ſollicitudinem, Pium cognominavit.

Populus Romanus cum olim optimis legibus atque inſtitutis uteretur, paulatim progreſſus, maximum ac celeberrimum omnium quae unquam fuiſſe memorantur, imperium ſibi comparavit. Ultimis autem temporibus cum ſuperatis quampluribus gentibus diuturna pace frueretur, ab antiqua illa diciplina ad peſtifera ſtudia deflexit. Juvenes enim cum quies a bellis eſſet, & cupiditatibus impenſae non deeſſent, luxum atque intemperantiam ſectari coepere: quippe in urbe luxus frugalitati, exercitationi rerum bellicarum deſidia anteponebatur, atque is demum beatus opinione omnium habebatur, non qui virtute eſſet praeditus, ſed qui omnem aetatem in voluptatibus conſume- 393
ret, proinde & coenarum ſumptuoſi apparatus, & unguenta miro odore fragrantia, veſtes ſtragulae precioſae ac variis coloribus pictae, tricliniorum ornatus, opera ex auro argentoque & ebore, aliaque hujuſcemodi materia ingenti artificio elaborata increbruere. Vinum vero quodcunque ſapore mediocri eſſet, repudiabatur. Falerna dumtaxat & Chia, aliaque ejuſmodi ſalivae vina; ſimiliter ex piſcibus ac caeteris obſoniis praecipua quaeque apponebantur. Praeterea juvenes in foro veſtes geſtabant ex molliſſima lana, tenues ac perlucidas, prorſuſque muliebribus ſtolis perſimiles. Caeterum cum haec omnia inſtrumenta luxuriae ac voluptatis maximo ſtudio ab omnibus compararentur, brevi harum rerum pretia in immenſum crevere. Namque vini Falerni amphora centum denariis, Ponticorum ſalſamentorum orca quadringentis vaenibat: coqui in arte culinaria praeſtantiſſimi quatuor talentis, pueri delicati, eleganti forma praediti, ingenti pecunia vendebantur. Cum vero maximus omnium impetus ad hujusmodi luxuriam eſſet, quidam Praeſides in provinciis hanc morum labem

y In ſcripto libro πολλῶν, haud male.

Cicero. pro Murena C. 8. 1. quod vide. P. Wess.

68. Καὶ μετὰ δακρύων προσπίπτων &c.] Eadem Appianus L. I. B. Civil. p. 688. & Aur. Victor de Vir. Illuſt. C. 63. P. Wess.

91. Καὶ στρωμνῆς ἀνθινῆς &c.] Luxum illum explicuit Jo. Meurſius de Rom. Lux. C. 9. Ego ſolo Philone Jud. utar, qui tradens [illegible] argumenta ceterum, peregregie [illegible], inquit, [illegible] de Vit. Contemplat. pag. 896. D., quibus non diſſimilia idem commentatus eſt apud Euſeb. Praep. Evang. L. VIII, 14. p. 389. P. Wess.

2. Διαφανεῖς δὲ &c.] Vid. Stanislaum Kobierzykium de Rom. Lux. L. I, 9. & Interpretes ad Petron. C. 55. Philo Jud. Vit. Contempl. p. 896. χιτῶνας τε ἀραχνοϋφεῖς καὶ λεπτοὺς vocat. Sericas vero Senecae veſtes, ſi veſtes vocandae ſunt, in quibus nihil eſt, quo defendi aut corpus, aut denique pudor poſſit: quibus ſumtis, mulier parum liquido nudam ſe non eſſe jurabit de Benef. L. VII, 9. Modo [illegible] olim fuiſſe, equidem non dubito. P. Wess.

7. Τῶν δὲ Ποντικῶν ταρίχων τὸ κεράμιον &c.] Haec debentur Catoni, apud Polybium L. XXXI. indignanti, ὅτι τινὲς τὰς ξενικὰς τρυφὰς εἰσάγουσι εἰς τὴν Ῥώμην, ΤΡΙΑΚΟΣΙΩΝ μὲν ΔΡΑΧΜΩΝ ΚΕΡΑΜΙΟΝ ΤΑΡΙΧΩΝ ΠΟΝΤΙΚΩΝ ὠνούμενοι, καὶ μειράκια δὲ εὔμορφα ὑπερβαλλούσας ἀγρῶν τιμάς in extremo L. VI. Athenaei. Indidem ſumta etiam videntur, quae de coquis ſuccedunt: Cato enim veterum diſciplinam & mores collaudans, equos carius quam coquos emi ſolitos dictitabat apud Gellium L. XI, 2. At eo tempore, de quo Diodorus, [illegible], quae Muſonii verba in Stobaei Serm. XVIII. p. 167., ſive pluris pretii coquum quam villicum habebant, quod de ſe negat Marius in Salluſt. Jug. C. 85. Confer P. Burman. ad Petron. C. 38. P. Wess.

9. Οἱ δὲ ταῖς εὐμορφίαις ἐκπρεπεῖς] Puto fuiſſe ταῖς εὐμορ-

bem emendare conati, vitam ſuam ad exemplum virtutis atque honeſtarum artium utpote in excelſo loco conſtituti propoſuerunt.

Quos inter Q. Mucius Scaevola ſingularem operam navavit, ut caeteros a praviſſimis inſtitutis ſua virtute revocaret. Nam cum Proconſul in Aſiam miſſus eſſet, lecto ſibi legato amicorum optimo P. Rutilio, hujus conſilio in adminiſtranda provincia ac jure dicundo ſemper eſt uſus. Porro omnem ſumptum, tum ſuum, tum comitum ex ſua pecunia facere conſtituit, magnaque tenuitate
394. ac frugalitate uſus, atque incorrupta integritate, provinciam a priſtinis calamitatibus recreavit. Etenim ſuperiores Aſiae Proconſules, ſocietate inita cum publicanis, penes quos Judicia tunc Romae erant, provinciam omni ſcelerum genere impleverant.

At Mucius Scaevola cum juriſdictionem integre ac ſumma diligentia exerceret, non modo calumnias omnes repreſſit, ſed & publicanorum injurias coërcuit. Nam quotieſcunque aliqui a publicanis vexati eum adierant, datis judicibus integerrimis publicanos ubique condemnabat, ac mulctam quidem quae judicata erat, injuria affectis perſolvere eos compellebat: caeterum capitalia crimina capitali ſententia vindicabat. Quin etiam quendam inter diſpenſatores ſocietatis facile primum, qui de ſua manumiſſione cum dominis certam pecuniam erat pactus, antequam manumiſſus eſſet capite damnatum in crucem ſuſtulit.

Idem publicanos ſententia judicum condemnatos, adverſariis abducendos tradebat: proinde qui antea inſolentia ac cupiditate elati multa nefarie actitarant, tunc praeter ſpem ab iis, quos injuria affecerant, in carcerem abripiebantur. Cumque praeterea ſolennes Proconſulum comitumque ſumptus ipſe ex arca ſua faceret, brevi ſociorum benevolentiam populo Romano conciliavit.

L. Aſellius patre Quaeſtorio, Praetor in Siciliam miſſus, cum provinciam vaſtatam reperiſſet, praeclaris uſus inſtitutis brevi eam ad priſtinum ſtatum revocavit. Nam ad exemplum Scaevolae

μένης ἀγωγῆς ζῆλον, καὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον, παρέστησεν ὄντα διὰ τὴν ἐξουσίαν, ἀρχέτυπον εἰς μίμησιν τιθέναι τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων.

Ὅτι Κόϊντος Σκαιόλας μεγίστην εἰσηνέγκατο σπουδὴν διὰ τῆς ἰδίας ἀρετῆς διορθώσασθαι τὴν φαυλότητα τοῦ ζήλου. ἐκπεμφθεὶς γὰρ εἰς τὴν Ἀσίαν στρατηγὸς, ἐπιλεξάμενος τὸν ἄριστον τῶν φίλων σύμβουλον Κόϊντον Ῥοτίλιον, μετ' αὐτοῦ συνέδριον βουλευόμενος, καὶ πάντα διετάττετο, καὶ ἔκρινε τὰ κατὰ τὴν ἐπαρχίαν. καὶ πᾶσαν τὴν δαπάνην ἔκρινεν ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ποιεῖσθαι τοῖς τε συνεκδήμοις καὶ αὐτῷ. εἶτα λιτότητι καὶ ἀφελείᾳ χρώμενος καὶ ἀκεραίῳ τῇ δικαιοσύνῃ, τὴν ἐπαρχίαν ἀνέλαβεν ἐκ τῶν προγεγονότων ἀκληρημάτων. οἱ γὰρ προγεγονότες κατὰ τὴν Ἀσίαν, δημοσιώναις κοινωνοὺς ἐσχηκότες, τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰς δημοσίας κρίσεις καταδικάζουσιν, ἀνομημάτων ἐπεπληρώκεισαν τὴν ἐπαρχίαν.

Ὅτι Μούκιος ὁ Σκαιόλας ταῖς μὲν δικαιοδοσίαις ἀδιαφθόροις καὶ ἀκριβέσι χρησάμενος, οὐ μόνον πάσης συκοφαντίας ἀπήλλαξε τοὺς κατὰ τὴν ἐπαρχίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν δημοσιωνῶν ἀνομήματα διωρθώσατο. πᾶσι γὰρ τοῖς ἠδικημένοις ἀκριβῆ κριτήρια προστιθεὶς, κατεδίκαζεν ἐν ἅπασι τοὺς δημοσιώνας· καὶ τὰς μὲν ἀργυρικὰς βλάβας τοῖς ἠδικημένοις ἐκτίνειν ἠνάγκαζε, τὰ δὲ θανατικὰ τῶν ἐγκλημάτων ἦγεν ἐπὶ κρίσεως θανατικῆς, ὅτε δὲ τὸν κορυφαῖον τούτων οἰκονόμον διδόντα μὲν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας πολλὰ χρήματα, καὶ συμπεφωνηκότα πρὸς τοὺς κυρίους, φθάσας πρὶν ἀπολύτρωσιν καὶ θανάτῳ καταδικάσας ἀνεσταύρωσε.

Ὅτι ὁ αὐτὸς τοὺς δημοσιώνας καταδικάζων, ἐξεδίδου τοῖς ἠδικημένοις ἀπαγαγεῖν. καὶ συνέβαινε τοὺς ὀλίγῳ πρότερον διὰ τὴν καταφρόνησιν καὶ πλεονεξίαν πολλὰ παρανομήσαντας, παρ' ἐλπίδας ὑπὸ τῶν ἠδικημένων [z] ἀπάγεσθαι πρὸς τὰς καταδίκας. καὶ τὰς συνήθεις τοῖς στρατηγοῖς, καὶ τοῖς συνεκδήμοις δαπάνας ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ποιούμενος, ταχὺ τὰς εὐνοίας τῶν [a] συμμάχων εἰς τὴν Ῥώμην ἀνεκτήσατο.

Ὅτι Λεύκιος Ἀσύλλιος πατρὸς μὲν ὑπάρχων τεταμιευκότος, ἐκπεμφθεὶς δὲ στρατηγὸς εἰς Σικελίαν, κατέλαβε τὴν ἐπαρχίαν διεφθαρμένην. ἀποκατέστησε δὲ τὴν νῆσον χρησάμενος τοῖς καλλίστοις ἐπιτηδεύμασι. παραπλησίως γὰρ τῷ Σκαιόλᾳ, προαι-

χει-

z Ὑπάγεσθαι ſcriptae ſchedae. a Συμμαχιῶν eaedem, neque admodum abſurde.

φίαν διοικητικῆς, idque vocabulum operarum negligentia truncatum. P. Wess.

20. Ἐπιλεξάμενος τὸν ἄ. τῶν φ. σ. Κόϊντον Ῥοτίλιον] Redarguit & hic locus eos, qui Rutilium Scaevolae in Aſia quaeſtorem perhibuerunt. Vide quae diſputavit Cel. *Jac. Perizonius* Animad. Hiſtor. C. 1. p. 58. P. Wess.

25. Ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας] Increbuerat ſcilicet haec conſuetudo ut Magiſtratus Romani, qui in provinciam proficiſcebantur, aut qui juriſdictionis cauſa obibant provinciam, publica hoſpitia & jumenta ac caetera ejuſmodi a periis civitatibus exigerent: quae prava conſuetudo coeperat a L. Poſthumio Albino ſub initia Perſici belli, ut docet Livius lib. 42. initio. huic malo emendando lata poſtea eſt lex Julia, quae vetabat ne praeter 4. lectos & tectum ac foenum Magiſtratus ejuſve comites a provincialibus acciperent quidquam, teſte *Cicerone* in lib. v. ad Atticum Ep. 10. & 16. H. Vales.

Ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας] Rarum abſtinentiae exemplum. Solebant in provincias cum imperio tendentes poteſtate plerumque in ſummum provincialium detrimentum abuti, quibusque adeo multiplice & frequenti legum fuit freno. Lege notas doctiſſimorum virorum ad *Sueton.* Aug. C. 36. P. Wess.

26. Ἐκ τῶν προγεγονότων ἀκληρημάτων] Imo vero ἐκ τῶν προγεγ. ἀκληρημάτων. Id juſtum & *Diodori* eſt. Infra Excerpt. horum p. 405. αἴτιος ἐγένετο τῷ τε υἱῷ καὶ τῷ πατρὶ τῶν ἐσχάτων ἀκληρημάτων, & Legat. xxxiv. καὶ μετὰ δακρύων καθικέτευε, ἐλεῆσαι τὰς ἀκληρίας αὐτοῦ. Alia invenies ad L. iii, 12. Non ignoro ex *Suida* productum ἀκλήρημα pro calamitate atque infortunio fuiſſe, nec id tamen juvabit. Pravum eſt, ſicuti dudum docuerunt *H. Stephanus* Theſ. T. ii. p. 244. & *Th. Gatakerus* ad Imp. *Antonini* L. x, 33. Adde literarum ſeriem & veteres ſchedas, a *L. Kuſtero* inſpectas, in Ἀκληρήματα, ἀτυχήματα, δυστυχίαι acquieſcere. P. Wess.

31. Ὅτι Λεύκιος ὁ Σκαιόλας] Peccarunt amanuenſes. Auctor, uti ſuperiora docent, ſcripſerat ὅτι Κόϊντος Σκαιόλας. Habet de Q. Scaevola, quae legi merentur, *Rupertus* ad *Pomponii* l. 2. §. 41. D. de Or. Jur. P. Wess.

41. Συμπεφωνηκότα πρὸς τοὺς κυρίους] Uſitatum id fuit apud Romanos, ut ſervus de libertate ſua cum domino paciſceretur. *Tacitus* lib. 14. (cap. 42.) Annalium. *Negata libertate, cui pretium pepigerat.* *Dio Chryſoſtomus* Orat. 14. (p. 232. A.) de ſervitute. Οἱ δὲ τινες τὰ αὑτῶν τιμὴν καταβεβλήκασι τοῖς δεσπόταις καὶ οὐδὲν ἧττον εἰσὶν αὐτῶν ἔτι. Praetermittere hic non poſſum locum *Dionyſii Halic.* ſane illuſtrem ex libro 4. p. 227. ἐτύγχανον δὲ τῆς ἐλευθερίας οἱ μὲν πλείους προῖκα διὰ καλοκαγαθίαν καὶ πρώτιστος ἀπαλλαγὴ τῆς δεσποτικῆς τρόπος ἦν. ὀλίγοι δέ τινες λύτρα κατέθεσαν ἐξ ὁσίων καὶ δικαίων ἐργασιῶν συναχθέντα, &c. quae vix mihi temperavi quin adſcriberem. Adde quae notavit *I. Lipſius* ad dictum locum *Taciti.* H. Vales.

42. Φθάσας τὴν ἀπολύτρωσιν] Id eſt, antequam integrum redemptionis pretium numeraſſet. λύτρα quippe eam pecuniam vocat *Dionyſius* loco proxime allato. H. Vales.

52. Ὅτι Λεύκιος Ἀσύλλιος] Exiſtimavi legendum eſſe Ἀσέλλιος, quod eſt cognomen Romanum apud *Appianum* lib. i. Civilium (p. 645.) Ἀσέλλιος Praetor urbanus a foeneratoribus occiſus eſſe dicitur, qui a *Valerio Max.* lib. 9. cap. 7. Aulus Sempronius Aſellio vocatur, in Prologo autem lib. 74. *T. Livii* Aſellus, minus recte. Nam & apud *Nonium Marcellum* (cap. 7, 103.) Sempronius Aſellio laudatur in lib. 4. hiſt. & apud *Gellium* lib. 2. cap. 13. & 13, 3. noctium Attic. qui ait Aſellionem hunc ſub Africano Tribunum mil. ad Numantiam fuiſſe.

προσείλετο τὸν ἄριστον τῶν φίλων πρεσβευτήν τε καὶ σύμβουλον, ὃς ἦν Γάϊος, ἐπικαλούμενος δὲ Λόγγος, ζηλωτὴς τῆς ἀρχαίας καὶ σώφρονος ἀγωγῆς· καὶ Πόπλιον σὺν τούτῳ προσέλαβεν, ὄντα τῇ δόξῃ τῶν ἐν Συρακούσαις κατοικούντων ἱππέων. χωρὶς γὰρ τῶν ἐκ τῆς τύχης ἀγαθῶν καὶ ταῖς κατὰ ψυχὴν ἀρεταῖς διέφερεν. σημεῖον δὲ τῆς εὐσεβείας, αἱ θυσίαι, καὶ αἱ ἐν τοῖς ἱεροῖς κατασκευαὶ, καὶ τὰ ἀναθήματα· τῆς δὲ σωφροσύνης τὸ τὰς αἰσθήσεις μέχρι τῆς ἐσχάτης τοῦ βίου γραμμῆς ἀσινεῖς ἔχειν· τὸ δὲ τῆς παιδείας τε καὶ φιλανθρωπίας, τὸ προτιμᾶσθαι παρ' αὐτῷ βελτίονας τοὺς πεπαιδευμένους. καθόλου δὲ τοὺς ἀπό τινος ἐπαινουμένης μούσης ὡρμημένους εὐεργέτει, συλλαμβάνων ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ἀφειδῶς. οἷς δυσὶν [b] ὁ Σύλλιος προσαναπαυόμενος, ὁμοτοίχους μὲν οἰκίας εἰς κατάλυσιν παρεσκευάσατο, συνέδρους δὲ μετὰ τούτων τὰ κατὰ τὴν δικαιοδοσίαν ἐπακριβούμενος καὶ πάντα φιλοτεχνῶν καὶ πρὸς ἐπανόρθωσιν τῆς ἐπαρχίας.

Ὅτι ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν δικαιοδοσίαν πρὸς τὰ συμφέροντα φιλοτιμούμενος, τὴν συκοφαντίαν ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἐφυγάδευσε, τῆς δὲ τῶν ἀσθενεστέρων βοηθείας μεγίστην ἐποιήσατο φροντίδα· τῶν γὰρ ἄλλων στρατηγῶν εἰωθότων διδόναι προστάτας τοῖς ὀρφανοῖς, καὶ γυναιξὶν ἐρήμοις συγγενῶν, οὗτος ἑαυτὸν τούτων ἀνέδειξε φροντιστήν. διά τε τῆς ἰδίας σκέψεως καὶ φροντίδος διακρίνων τὰς ἐν τούτοις ἀμφισβητήσεις, πᾶσιν ἀπένειμε τὴν πρέπουσαν τοῖς καταδυναστευομένοις ἐπικουρίαν. καθόλου δὲ πάντα τὸν τῆς ἀρχῆς χρόνον διατελέσας εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν βιωτικῶν, καὶ τῶν δημοσίων ἀδικημάτων, ἀπεκατέστησε τὴν νῆσον εἰς τὴν πάλαι ποτὲ μακαριζομένην εὐδαιμονίαν.

Ὅτι Μάρκος Λίβιος Δροῦσος ἀνὴρ νέος μὲν τὴν ἡλικίαν, κεκοσμημένος δὲ πᾶσι τοῖς πρωτείοις. πατρός τε γὰρ ἦν ἐπιφανεστάτου, καὶ παρὰ τοῖς πολίταις διὰ εὐγένειαν καὶ ἀρετὴν θαυμαστῶς ἀγαπώμενος. αὐτὸς δὲ ὑπῆρχε λόγῳ μὲν δυνατώτατος τῶν ἡλικιωτῶν, πλούτῳ δὲ πάντας τοὺς πολίτας ὑπερβάλλων. μεγάλην δὲ ἀξιοπιστίαν ἔχων, καὶ κατὰ τὰς ὑποσχέσεις ὢν βεβαιότατος, ἔτι δὲ πλήρης εὐγενοῦς φρονήματος. διὸ καὶ μόνος ἔδοξεν εἶναι προστάτης τῆς συγκλήτου.

delecto ſibi legato ex omnibus amicis optimo C.
Sempronio Longo, Publium quoque ſplendidiſſi-
mum Equitem Romanum, qui Syracuſis degebat,
conſiliorum ſocium ſibi adjunxit: Cui praeter for-
tunae bona, maximae quoque animi virtutes ſup- 397
petebant, & pietatem quidem illius adverſus Deos,
& ſacrificia & donaria & refecta Deorum templa
ſatis teſtantur: temperantiae vero illud argumen-
tum ſit, quod omnes corporis ſenſus uſque ad
exitum vitae ſanos atque integros conſervavit. Do-
ctrinam porro illius atque humanitatem abunde id
declarat, quod viros doctrinae laude praeſtantes
non mediocriter colebat, omnesque adeo, qui hu-
manioribus erant artibus dediti, beneficiis ac libe-
ralitate ſua proſequebatur. Hos igitur duos viros
cum & contubernales & in jure dicundo aſſeſſo-
res haberet Aſellius, prolixam operam dedit ut
provinciae ſtatum reſtauraret.

Idem in jure dicendo publicum commodum ſpectans, calumniam e foro diſpulit, eamque praecipuam curam habuit ut infirmiſſimo cuique ſubveniret. Nam cum reliqui Praetores pupillis ac viduis agnatorum cura deſtitutis, tutores dare ſoliti eſſent, hic ejusmodi perſonarum ipſe tutelam ſuſcepit, omnesque earum cauſas ſumma ſollicitudine ac diligentia dijudicans, oppreſſis auxilio fuit. Cumque aſſidue, quamdiu Siciliae praefuit, operam dediſſet, ut privata ac publica maleficia compeſceret, tandem priſtinae felicitati provinciam reſtituit.

M. Livius Druſus, aetate quidem juvenis ille, verum omnibus corporis atque ingenii dotibus erat inſtructus; quippe clariſſimo patre natus, quem populus Romanus ob ſplendorem generis ac virtutem unice dilexerat. Ipſe inter aequales ſuos eloquentia atque opibus eminebat. Idem ob conſtantem in omnibus dictis fidem, maximam ſibi auctoritatem comparaverat. Aderat etiam ingens magnitudo animi, adeo ut ſolus idoneus Senatus patronus fore videretur.

EX

b Sic *Valeſ.* ex Mſ., uti puto

fuiſſe. H. Vales.

Ὅτι Λεύκιος Ἀσύλλιος] Eſt qui Ἀκύλλιος mallet, Manium Aquillium intelligens, qui Siciliam pacavit, bello Servili confecto. Sed ille patre quaeſtorio editus non eſt, neque ea juſtitiae & abſtinentiae gloria floruit, nec omnes corporis ſui ſenſus uſque ad vitae exitum integros conſervavit. Aſellius, quem *Valeſius* adſciſcit, a Graeco parum abeſt. Id mirum tamen, nuſquam eum a *Cicerone* in Verrinis, neque ab aliis, quod quidem reſcire quivi, commendari, quamquam praeter ceteros Siciliae praetores meruerat. Itaque haereo. De Sempronio Aſellione *Valeſio* melius *G. J. Voſſius* Hiſt. Lat. L. 1, 8. P. Wess.

58. Γάϊος, ἐπικαλούμενος Λόγγος] Et hic in obſcuro eſt. Laudat Antonius familiarem ſuum *Longum*, virum optimum, & ab hiſtoria, prudentia juris publici & antiquitatis ſcientia inſtructiſſimum in *Ciceronis* L. 2. Orat. C. 60., qui noſter eſſet, ſi veteres libri, in quorum aliis *Longhus*, conſentirent. P. Wess.

65. Τῆς ἐσχάτης τοῦ βίου γραμμῆς] Vide extremum L. xvii., ubi idem. Statim ἀσινεῖς, quod in Latinis *Valeſius* ſecutus eſt, ſcripſerat *Auctor*. P. Wess.

79. Στρατηγῶν εἰωθ. διδόναι προστάτας] Hic locus ut puto ſingularis eſt, de tutoribus quos Praetores aut Proconſules in provinciis dare ſoliti erant. Poſtea vero lata eſt ab Auguſto lex Julia & Titia anno urbis 722. Auguſto III. & M. Titio Coſſ. qua jubentur Praeſides provinciarum mulieribus pupillisve non habentibus tutores dare, ut ait *Ulpianus* in Regulis. H. Vales.

Στρατηγῶν εἰωθ. διδόναι προστάτας] Sane quam notabilis hic eſt locus, & forſan ad unam Siciliam reſtringendus, uti cenſet Cl. *Anton. Schultingius* ad *Ulpian.* tit. 11. de Tutel. §. 18. P. Wess.

86. Εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν βιωτικῶν] Putes τῶν ἰδιωτικῶν voluiſſe *Diodorum* ob poſtremam horum Excerpt. partem, ubi contra ſe ἰδιωτικὰ & δημόσια ponuntur. At vetat *S. Paulus*, cum priore ad Corinthios C. VI, 3. οὐκ οἴδατε, ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν; μήτιγε βιωτικά; βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε &c. Intelligit Apoſtolus controverſias privatas de rebus omnibus, quae in hac vita incidere ſolent, quamquam aliud vulgo Interpretes ſectantur. Firmat quod dixi *Polybius* Excerpt. p. 1401. P. Wess.

92. Θαυμαστῶς ἀγαπώμενος] Legendum eſſe putavi ἀγαπώμενον, & ad patrem Livii Druſi id retuli, de quo haec C. Carbo olim cum maximo plauſu dixit. O *Marce Druſe, patrem appello. Tu dicere ſolebas ſacram eſſe Remp. quicunque eam violaviſſent ab omnibus eſſe ei poenas perſolutas.* Hic Druſus collega in tribunatu fuerat C. Gracchi. Conſul fuit anno urbis 641. H. Vales.

97. Προστάτης τῆς συγκλήτου] Deeſt ἀξιόχρεως, aut quid ſimile. *Cicero* pro Milone (cap. 7.) *Domi ſuae nobiliſſimus vir Senatus propugnator atque illis quidem temporibus pene patronus Tribunus pl. M. Druſus occiſus eſt.* Sed & ante hunc M. Livium Druſum pater ejus M. Druſus C. filius Senatus partes contra C. Gracchum in tribunatu defenderat, eumque fregerat, ut ait *Cicero* in Bruto (cap. 28.) quam ob cauſam Senatus patronus dictus fuit, ut ſcribit *Suetonius* in Tiberio (cap. 3.) & *Plutarchus* atque *Appianus*. Quintus etiam Caepio Senatus patronus eſt dictus, ut ſcribit *Valerius* lib. 6. cap. ult. H. Vales.

Προστάτης τῆς συγκλήτου] Additamentum iſtud *Valeſii* non admodum eſt neceſſarium: neque enim qui fuerit, ſed qualem futurum putabant, indicatur. Legendus eſt *Sextus* Brev. Vit.

C. 6.

EX LIBRO XXXVII.

398. Iſdem temporibus Pompaedius Silo, Marſorum dux, magnum ac praecipitis audaciae facinus aggreſſus eſt: lectis enim decem hominum millibus ex iis, qui judiciorum poenam reformidabant, ſingulis gladios ſub veſte habere juſſis, Romam verſus contendit, eo conſilio ut hac caterva curiam circumdaret, ac civitatis jus omnibus Latinis impetraret: ſin ſecus, igni ac ferro urbem vaſtaret. Cui cum forte C. Domitius obviam factus eſſet, interrogaſſetque hominem, quonam pergeret cum tanta hominum manu; Romam, inquit Pompaedius: ſe enim a Tribunis plebis arceſſitum eſſe ut civitatis jus adipiſceretur. At Domitius, Longe vero, ait, honeſtius ac facilius id conſequeris, ſi Senatum haudquaquam hoſtiliter adieris: quippe Senatum velle non coactum vi, ſed admonitum ac rogatum eam gratiam ſociis nominis Latini impertire. His ſermonibus delinitus Pompaedius, cum id Domitii conſilium pro fideliſſimo ac ſaluberrimo haberet, protinus domum rediit. Ita Domitius ſingulari in loquendo prudentia uſus, patriam graviſſimis periculis liberavit. Longe majori dexteritate congreſſus cum Pompaedio, quam Servilius Proconſul cum Picentibus. Namque hic quaſi mancipia, non liberos ac ſocios adlocutus cum omni contumeliae genere iis inſultaret, minaſque ac terrores incuteret, ſocios ad ſuam ac caeterorum peſtem & perniciem concitavit. Contra vero Domitius leni oratione furorem atque impetum commotae multitudinis repreſſit.

Agamemnon quidam erat Cilix, qui ob maleficia ac plurimas ſociorum caedes patratas comprehenſus atque in cuſtodiam in urbe Aſculo traditus a Romanis erat. Hic a Picentibus cuſtodia liberatus, in gratiam accepti beneficii ſtrenue pro partibus militabat; cumque exercitatus latrociniis [ε] a puero eſſet, adjunctis aliquot ejuſdem furoris atque audaciae viris, agrum hoſtium vaſtare coepit.

Pinnenſes ob conſtantem erga populum Romanum
401. fidem in maximas calamitates delapſi ſunt: cumque nullatenus diſcedere a ſocietate vellent Romana, omni ſenſu atque affectu ſpoliati, cogebantur filiorum necem oculis ſuis ſpectare.

L. Sulla ſtrenue ac praeclare rem gerebat, magnaque ejus gloria ac fama in urbe erat: proinde populus Romanus eum Conſulatu dignum cenſebat, cum & fortitudine, & ſcientia rei militaris eximius haberetur: ſatiſque apparebat eum ſumma quaeque adepturum eſſe.

Mithridates victis in Aſia ducibus Romanis, cum captivos plurimos feciſſet, omnes veſte ac ci-

ΕΚ ΤΗΣ ΛΖ'.

Ὅτι ὁ τῶν Μαρσῶν ἡγεμὼν Πομπαῖος ἐπεβάλετο μεγάλῃ καὶ παραβόλῳ πράξει. μυρίους γὰρ ἀναλαβὼν ἐκ τῶν τὰς εὐθύνας φοβουμένων, ἔχοντας ὑπὸ τοῖς ἱματίοις ξίφη, προῆγεν ἐπὶ τῆς Ῥώμης. διενοεῖτο δὲ περιστῆσαι τῇ συγκλήτῳ τὰ ὅπλα, καὶ τὴν πολιτείαν αἰτεῖσθαι· εἰ μὴ πείσας, πυρὶ καὶ σιδήρῳ τὴν ἡγεμονίαν διαλυμήνασθαι. ἀπαντήσαντος δὲ αὐτῷ Γαΐου Δομιτίου, καὶ ἐρομένου, ποῖ προάγεις, Πομπαῖε, μετὰ τοσούτου πλήθους; εἶπεν, εἰς Ῥώμην ἐπὶ τὴν πολιτείαν, κεκλημένος ὑπὸ τῶν δημάρχων. ὁ δὲ Δομίτιος ὑπολαβὼν ἔφησεν, ἀκινδυνότερον αὐτὸν καὶ κάλλιον τεύξεσθαι τῆς πολιτείας, ἂν μὴ πολεμικῶς ἐπὶ τὴν σύγκλητον παραγένηται. ταύτην γὰρ βούλεσθαι τὴν χάριν δοῦναι τοῖς συμμάχοις μὴ βιασθεῖσαν, ἀλλ᾽ ὑπομνησθεῖσαν. ὁ δὲ ἱεράν τινα τὴν συμβουλὴν τἀνδρὸς θέμενος, καὶ πεισθεὶς τοῖς λόγοις, ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν. Δομίτιος μὲν οὖν φρονίμοις λόγοις ἐκ μεγάλων κινδύνων ἐξήρπασε τὴν πατρίδα, πολλῷ κρείττονα τὴν ὁμιλίαν ποιησάμενος τῆς γενομένης Σερουιλίῳ τῷ στρατηγῷ πρὸς Πικεντίνους. ἐκεῖνος γὰρ οὐχ ὡς ἐλευθέροις καὶ συμμάχοις ὁμιλῶν, ἀλλ᾽ ὡς δούλοις ἐνυβρίζων, καὶ φόβοις μεγάλοις ἀπειλαῖς παροξύνων τοὺς συμμάχους ἐπὶ τὴν καθ᾽ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἄλλων τιμωρίαν. οὗτος δὲ πεφρονηματισμένων ἀποστατῶν ἀλόγους ὁρμὰς ἐπιεικέσι λόγοις εἰς εὔνοιαν προετρέψατο.

Ὅτι ἦν τις ἐν Ἀσκλῳ παραδεδομένος ὑπὸ Ῥωμαίων εἰς φυλακήν, ὄνομα μὲν Ἀγαμέμνων, Κίλιξ δὲ τὸ γένος, διὰ δέ τινας παρανομίας καὶ συμμάχων φόνους εἰργασμένος. ὃς ὑπὸ τῶν Πικεντίνων ἀπολυθεὶς ἐκ τῆς φυλακῆς, διὰ τὴν εὐεργεσίαν προθύμως ἐστρατεύετο. λῃστείας δὲ πολλὴν ἐμπειρίαν ἔχων, τὴν πολεμίαν χώραν κατέτρεχε μετὰ στρατιωτῶν ὁμοίων ταῖς παρανομίαις.

Ὅτι οἱ Πιννῆται δειναῖς συνείχοντο συμφοραῖς. ἀμετάπιστον δ᾽ ἔχοντες τὴν πρὸς Ῥωμαίους συμμαχίαν, ἠναγκάζοντο καθεξανίστασθαι τῶν περὶ ψυχῆς παθῶν, καὶ περιορᾶν τὰ τέκνα στερισκόμενα τοῦ ζῆν ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν γεγεννηκότων.

Ὅτι ὁ Σύλλας τὰς πράξεις καλῶς ἐνεχείριζε καὶ ἐνεργῶς, καὶ δόξης καὶ καλῆς φήμης ἐν Ῥώμῃ κατηξιοῦτο. καὶ τὸ πλῆθος ἐδοκίμαζεν αὐτὸν ἄξιον ὑπάρχειν ὕπατον αἱρεῖσθαι. καὶ προέχοντος ἐν ἐπ᾽ ἀνδρείᾳ τε καὶ στρατηγικῇ συνέσει. καὶ καθόλου φανερὸς ὑπῆρχεν εἰς μεῖζον πρόσχημα δόξης προαχθησόμενος.

Ὅτι ὁ Μιθριδάτης τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας κατὰ τὴν Ἀσίαν νικήσας, καὶ πολλοὺς ζωγρήσας, ἅπαντας τιμη-

ε In ſcripto ἐ.

C. 6. P. Wess.

99. Ἡγέμων Πομπαῖος] Ex Πομπαίδιος corruptum eſſe, vidit Valeſius. Confer Fr. Oudendorp. ad Obſequent. Prodig. C. 116. P. Wess.

18. Σερουιλίῳ τῷ στρατηγῷ] Proconſulem vertit ex Prologo lib. 72. Titi Livii & Appiano lib. 1. Civilium (p. 633.) Vellejus lib. 2. (cap. 15.) & Oroſius (L. v, 18.) & hiſtoria Miſcella Servium Praetorem eum appellant. H. Vales.

Σερουιλίῳ τῷ στρατηγῷ] Servilium eſſe, bene Diodorus & Valeſius, eum ſecutus, adfirmant. Scio, quid Jac. Gronov. ad Livii Epit. 72. cenſuerit, quidque illi reſcripſerit C. A. Dukerus in Flori L. iii, 18., quem adi tu & Fabricium ad Oros. L. v, 18. P. Wess.

27. Ἀγαμέμνων] Hujus meminit Oroſius his verbis (L. v, 18.) Marſi autem Agamemnonem piratam praecipitaverunt. Eum ipſum intelligit Appianus lib. 1. (pag. 634.) ubi Servilii procoſ. caedem commemorat. H. Vales.

34. Οἱ Πιννῆται] Urbs Veſtinorum eſt Pinna Ptolemaeo memorata in lib. 3. (pag. 73.) Cujus Cives Pinnenſes dicuntur a Plinio (lib. 3, 12.) H. Vales.

35. Ἀμετάπιστον πρὸς Ῥωμαίους συμμαχίαν] Legendum eſſe arbitror ἀμετάπτωτον. Nam illud ἀμετάπιστον meo quidem judicio Graecum non eſt. H. Vales.

Ἀμετάπιστον &c.] Non diſſentio. Frequens eſt confuſio vocabulorum ejuſmodi. Ἄπιστος & ἄπτωτος in hoc etiam cenſu ſunt. Vide Valeſium ad Euſeb. Laud. Conſtant. cap. 16. & Daviſium in Max. Tyr. Diſſ. xxxii. p. 616. P. Wess.

46. Τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας] Lego τοὺς τῶν Ῥ. ἡγεμόνας. Praelium illud intelligit quo Manius Aquillius & Q. Oppius cum L. Caſſio & Nicomede rege Bithyniae a Mithridate victi ſunt, de quo vide Appianum in Mithridatico (p. 315.) H. Vales.

47. Καὶ πολλοὺς ζωγρήσας] Confer Appian. Mithridat. p. 313. captivos Bithynos, Gallograecos, Cappadoces & Aſianorum alios a Mithridate ſumma comitate & habitos & dimiſſos referentem. P. Wess.

53. Καὶ θεᾶν [illegible]] Turpe illud adulte-

τιμήσας καὶ ἐσθῆσι καὶ ἐφοδίοις ἀπέλυσεν εἰς τὰς πατρίδας. διαβοηθείσης δὲ τῆς τοῦ Μιθριδάτου φιλανθρωπίας, ἐνέπιπτεν εἰς τὰς πόλεις ὁρμὴ προστίθεσθαι τῷ βασιλεῖ. παρῆν δὲ ὁρᾶν ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων πρεσβείας μετὰ ψηφισμάτων καλούντων αὐτὸν εἰς τὰς ἰδίας πατρίδας, καὶ θεὸν καὶ σωτῆρα προσαγορευόντων. ἀκολούθως δὲ τούτοις καὶ κατὰ τὴν παρουσίαν τοῦ βασιλέως, ἀπήντων αἱ πόλεις ἐκχεόμεναι πανδημεί, μεθ' ἐσθῆτος λαμπρᾶς καὶ πολλῆς χαρᾶς.

Ὅτι κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐπικρατοῦντος Μιθριδάτου, καὶ τῶν πόλεων ἀφισταμένων ἀκατασχέτως ἀπὸ Ῥωμαίων, οἱ ἐν τῇ Λέσβῳ διέγνωσαν οὐ μόνον αὑτοὺς ἐγχειρίσαι τῷ βασιλεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀκίλλιον εἰς Μιτυλήνην συμπεφευγότα καὶ νοσοκομούμενον παραδοῦναι τῷ Μιθριδάτῃ. ἐπιλεξάμενοι οὖν τῶν νέων τοὺς ἀλκῇ διαφέροντας, ἔπεμψαν ἐπὶ τὸ κατάλυμα. οἱ δὲ ἀθρόοι προσπεσόντες τούτῳ, καὶ τὸν Ἀκίλλιον ἁρπάσαντες ἔδησαν, ὡς καλλίστην τῷ βασιλεῖ καὶ κεχαρισμένην δωρεὰν ἐκπέμψοντες. ὁ δὲ καίπερ νέος ὢν παντελῶς τὴν ἡλικίαν, ἐτόλμησεν ἐπιτελέσασθαι πρᾶξιν ἡρωϊκήν. φθάσας γὰρ τοὺς μέλλοντας συναρπάζειν αὐτόν, ἀντὶ τῆς ὕβρεως καὶ τῆς αἰσχρᾶς τιμωρίας ἠλλάξατο θάνατον. σφάζων γὰρ ἑαυτόν, καὶ τῇ δεινότητι τῆς πράξεως καταπληξάμενος τοὺς ἐπ' αὐτὸν ὁρμῶντας, ἐποίησε μὴ τολμῆσαι πλησίον αὐτοῦ προελθεῖν· μετὰ πάσης δὲ ἀδείας ἑαυτὸν ἀπαλλάξας τοῦ ζῆν καὶ τῶν ἐπιφερομένων κακῶν, περιβόητον ἔσχε τὴν ἐπ' εὐψυχίᾳ δόξαν.

Ὅτι κατὰ τὴν ναυμαχίαν, παρὰ τοῖς Ῥοδίοις, πλὴν τοῦ πλήθους τὰ λοιπὰ πάντα μεγάλας εἶχεν ὑπεροχάς· τέχνη κυβερνητῶν, τάξις τῶν νεῶν, ἐρετῶν εὐπειρία, δυνάμεις ἡγεμόνων, ἐπιβατῶν ἀρεταί. παρὰ δὲ τοῖς Καππαδόξιν ὑπῆρχον ἀπειρίαι καὶ ἀγυμνασίαι, καὶ ἡ πάντων τῶν κακῶν παραίτιος ἀταξία. προθυμίᾳ μὲν γὰρ οὐκ ἐλείποντο τῶν Ῥοδίων, ὡς ἂν ἔχοντες ἐπισκοπὸν καὶ θεατὴν τῶν κινδύνων τὸν βασιλέα, καὶ τοῦτο σπεύδοντες ἐνδείκνυσθαι τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν. μόνῳ δὲ ὑπερέχοντες τῷ πλήθει τῶν σκαφῶν, περιεχέοντο τὰς πολεμίας ναῦς καὶ κυκλοῦντες εἰς μέσον αὐτὰς ἀπελάμβανον.

Ὅτι Γάϊος Μάριος τῶν ἀνθρώπων ἐπιφανέστατος γεγονώς, ἐπὶ μὲν τῆς νεότητος ἐζήλωσεν ἀφιλαργυρίαν, τῶν καλῶν ἔργων ὀρεχθείς, καὶ μεγάλας πράξεις ἐπί τε τῆς Λιβύης καὶ τῆς Εὐρώπης κατεργασάμενος, περιεποιήσατο τὴν περιβόητον ἐπιφάνειάν τε καὶ δόξαν. ἐπὶ δὲ τοῦ ἐσχάτου γήρως ἐπιθυμήσας τοῦ Μιθριδάτου τοῦ βασιλέως πλούτου, καὶ τὴν ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεσιν εὐπορίαν εἰς τὸν ἴδιον μετενεγκεῖν βίον, τοῖς ὅλοις ἔπταισε· καὶ τοῦ Σύλλα Κορνηλίου τὴν δεδομένην ἐπαρχίαν περισπώμενος παρανόμως, τῇ προσηκούσῃ περιέπεσε συμφορᾷ. οὐ μόνον δὲ τὸν ἐπιθυμηθέντα πλοῦτον οὐκ ἔλαβεν, ἀλλὰ

bitiis donatos in patriam ſuam dimiſit. Quae ejus humanitas cum omnium ſermonibus celebraretur, ſtatim univerſae civitates certatim ſe ejus partibus adjunxere. Itaque cernere erat legatos ſingularum civitatum decretis publicis eum invitantes, Deumque ac Servatorem appellantes. Porro adventu Regis cuncti e civitatibus effuſi, in veſte candida Regem ingenti laetitia excipiebant.

Praevalentibus per Aſiam Mithridatis partibus, cum urbes omnes miro quondam impetu deficerent abs Romanis, Lesbii non ſolum ſe ipſos Regi tradere conſtituerunt, ſed etiam Aquillium, qui Mitylenas confugerat, ibique ex morbo curabatur, Mithridati prodere. Itaque lectos juvenes corporum robore praeſtantes, ad ejus diverſorium miſerunt: Hi facto ſimul impetu correptum Aquillium vinxere, rati pulcherrimum ſe munus ac Mithridati gratiſſimum oblaturos eſſe. Verum ille, tametſi admodum juvenis, facinus prorſus heroicum aggreſſus eſt: praeventis enim a quibus abducendus erat, mortem contumelia ac ſervilibus tormentis leviorem eſſe arbitratus, manus ſibi attulit. Cujus facinoris audacia cuncti, qui ad eum rapiendum venerant, territi adeo ſunt, ut propius 402.
accedere minime auſi ſint. Itaque cum abſque ullo periculo ſeſe vita ac propoſitis cruciatibus eripuiſſet, maximam gloriam fortitudinis omnium teſtimonio eſt conſecutus.

Rhodii ſola navium multitudine inferiores, reliquis omnibus longe ſuperiores erant. Namque & arte gubernatorum, & apta navium inſtructione & peritia remigum, & militum fortitudine, ſcientia denique ac virtute Praefectorum Rhodii praeſtabant. Contra autem Cappadoces imperiti navalis pugnae & inexercitati, & quae exitii cauſa ſolet eſſe, incompoſiti agebant, animorum quidem alacritate haudquaquam cedebant Rhodiis: quippe cum ſub oculis ac conſpectu Regis pugnam inituri eſſent, cui approbare hoc inſigni teſtimonio benevolentiam ſuam cupiebant. Cumque navium duntaxat numero potiores eſſent, omni arte circumvenire hoſtium claſſem atque intercipere conabantur.

C. Marius, vir omnium aetatis ſuae celeberrimus, in juventute quidem laudis ac gloriae ſtudio flagrans, abſtinentiam coluit, maximisque in Africa atque Europa rebus geſtis, ſummam dignitatem famamque ſibi comparavit. Affecta autem aetate cum Mithridatis opes & civitatum Aſiae divitias concupiviſſet, ac provinciam Cornelio Sullae decretam, ad ſe contra leges transferre vellet, in maximas merito calamitates delapſus eſt; nec ſolum iis quas concupiverat opibus caruit, ſed & facul-

tatum

ale genus alias nos attigimus & Th. *Gataker*. Miſcellan. L. 1, 3. pag. 167. Opportune *Cicero* pro Flacco C. 25. *Mithridatem Deum, illum Patrem, illum Conſervatorem Aſiae, illum Evium, Dionyſium, Bacchum, Liberum nominabant.* Adde *Poſidonium*, quem auctorem hujus rei *Diodorus* habuit, in *Athen.* v, 12. P. Wess.

61. Καὶ τὸν Ἀκίλλιον] Lego Ἀκύλλιον. quippe Manius Aquillius a Mitylenaeis vinctus ac Mithridati eſt traditus, ut ſcribit *Paterculus* lib. 2. (cap. 18.) H. Vales.

67. Ὁ δὲ καίπερ νέος ὤν] Haec non jam de Manio Aquilio intelligenda ſunt, quem conſtat vivum in Mithridatis manus veniſſe. Ex *Valerio Max.* lib. 9. *Appiano* in Mithridatico (p. 216) & *Poſidonio*, cujus haec verba ſunt. *Μάνιος δὲ Ἀκύλλιος ὁ θριαμβεύσας ἀπὸ τῆς Σικελίας, καθηγάγετο δέσμιος ἁλύσει ἔχων ἴδιον μακρᾷ Βαστάρνῃ συνδεδεμένος πεζὸς ὑπὸ ἱππέως ἑλκόμενος;* apud *Athenaeum* lib. v. (12. pag. 213.) Ex quo ſatis patet haec *Diodori* verba ad alium quempiam pertinere, qui cum a Mitylenaeis vinciendus eſſet, ſemetipſe occidit. Sed ejus nomen incuria exſcriptorum omiſſum eſt. H. Vales.

Ὁ δὲ καίπερ νέος ὤν] Non intactum reliquit de Aquilii exitu diſputans hunc locum ad *Ciceron.* Diſput. Tuſcul. L. v, 5. *Jo. Daviſius*. Optime *Valeſius*. Haec enim ad Manium Aquilium referri non poſſunt, quem *legatum populi Romani conſularem vinculis ac verberibus atque omni ſupplicio excruciatum* Mithridates *necavit*, uti *Cicero* dixit pro L. Manil. C. 5. Adſtrue his, provectiore aetate Aquilium fuiſſe, vinculiſque a Mitylenaeis, ut planiſſime *Diodorus*, conſtrictum, ut regi in manus poſſet tradi: hunc vero in ipſo aetatis flore irruentes in ſe & repuliſſe, & finem vitae, quem res ſolum dabat, conſecutum eſſe. Deſunt ergo plura excerptoris aut amanuenſium negligentia. P. Wess.

77. Ναυμαχίαν] Praelium illud navale intelligit, quo Rhodii adverſus Mithridatem decertarunt, de quo conſule *Appianum* (Mithrid. p. 319.) H. Vales.

99. Τὴν διδομένην ἐπαρχίαν περισπώμενος] Legendum eſt παρασπώμενος, ut L. xviii, 25. & apud *Suidam* in Παρασπᾶν. Vul-

tatum ſuarum jacturam paſſus eſt, quaeſtoribus in ejus bona publice poſſeſſum miſſis, ob immenſam illius avaritiam. Caeterum populi judicio capitis damnatus, cum praeſentem poenam forte effugiſſet, errabundus per Italiam, nullo fugae comite, tandem in Numidiam evaſit, inops atque egens rerum omnium. Poſtmodum vero cum Romae bellum civile excitatum fuiſſet, iis, qui hoſtes patriae ju-
405. dicati erant, ſocium ſe adjunxit, partaque victoria haudquaquam reditu in patriam contentus, magnas praeterea turbas in Republica commovit. Tandem vero ſeptimum Conſulatum adeptus, cum ſuis calamitatibus, quanta eſſet inconſtantia fortunae, edoctus fuiſſet, periculum ejus facere amplius noluit. Itaque jam animo praevidens molem belli quod Sylla patriae illaturus erat, ſponte ſibi mortem conſcivit, relictiſque fomitibus graviſſimi belli, & filium & patriam in maximas aerumnas conjecit. Namque hic cum potentiori hoſte bellum gerere coactus, miſerabili exitu periit, quum urbe capta in cuniculum confugiſſet: populus autem Romanus atque Italiae municipes in praeſtructum jamdiu bellum delapſi, maximas experti ſunt calamitates. Duo enim civitatis principes, Scaevola & Craſſus, indicta cauſa in ipſa curia mactati ſunt: quorum certe acerba caedes aperte ſignificabat magnitudinem malorum, quae urbi atque Italiae imminebant. Quippe maxima pars Senatus, & clariſſimus quiſque a Sulla eſt occiſus: militum vero haud minus quam centum millia, partim in ſeditionibus, partim in praeliis cecidere. Atque haec cuncta ob unius Marii cupiditatem atque avaritiam contigerunt.

L. Cornelius Merula, qui in locum Cinnae ſuffectus Conſul fuerat, cum L. Cinna ea conditione pacem pollicitus eſſet, ut magiſtratus ipſi abrogaretur, optimum ſe civem ac patriae amantiſſimum praeſtitit. Namque in Senatu & ad populum verba de Republica faciens, primum ſe auctorem concordiae fore promiſit; cumque invitus Conſul factus fuiſſet, ſponte nunc magiſtratu cedere L. Cinnae: ſtatimque abdicata poteſtate privatus manſit. Senatus ergo legatos ad Cinnam miſit, qui percuſſis cum eo pacis conditionibus, in urbem illum introducerent.

406. L. Sulla pecuniae inopia preſſus, tria templa aureis atque argenteis donariis refertiſſima ſpoliare eſt aggreſſus, templum ſcilicet Apollinis Delphis, & Aeſculapii Epidauri, Joviſque fanum, quod eſt Olympiae percelebre, ex quo etiam plurimas opes abſtulit; quippe cum id fanum omni intactum aevo permanſiſſet. Nam quod ad Delphici templi divitias ſpectat, Phocenſes belli ſacri temporibus magna ex parte eas exhauſerant. Igitur cum L. Sulla maximum auri argentique pondus, ac quidquid precioſioris erat materiae, corraſiſſet, ingentem vim pecuniae ad Italicum ſibi bellum collegit. Caeterum abſque ullo metu ac religione ſa-

καὶ τὴν ἰδίαν οὐσίαν προαπέβαλε, δημευθείσης δὲ αὐτῷ τῆς ὑπάρξεως διὰ τὴν τῆς πλεονεξίας ὑπερβολήν. καταγνωσθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς πατρίδος θάνατον, καὶ διαδρὰς τὴν παραυτίκα τιμωρίαν, ἠλᾶτο κατὰ τὴν χώραν μόνος φυγάς. καὶ τέλος ἐξέπεσε τῆς Λιβύης εἰς τὴν Νομαδίαν ἔρημος, ἄπορος, ἔρημος σφῶν. ὕστερον δὲ τῆς Ῥώμης ἐμπεσούσης εἰς πολέμους ἐμφυλίους, συνεργήσας τοῖς τῆς πατρίδος [d] πολεμίοις, οὐκ ἠρκέσθη τῇ καθόδῳ· πόλεμον δὲ ἐκκαύσας, καὶ τυχὼν ὑπατείας τὸ ἕβδομον, οὐκ ἐτόλμησεν ἔτι τῆς τύχης λαβεῖν πεῖραν, δεδιδαγμένος περὶ τῆς κατ' αὐτὴν ἀβεβαιότητος μεγάλοις συμπτώμασι. προορώμενος γὰρ τὸν ἀπὸ τοῦ Σύλλα πόλεμον ἐπικρεμάμενον τῇ Ῥώμῃ, μεθίστησιν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ ζῆν ἑκουσίως. ἀπολιπὼν δὲ ἀρχὰς μεγάλας πολέμων, αἴτιος ἐγένετο τῷ τε υἱῷ καὶ τῇ πατρίδι τῶν ἐσχάτων ἀκληρημάτων. ὁ μὲν γὰρ ἀναγκασθεὶς πολεμεῖν τοῖς κρείττοσι, κατέστρεψεν ἀτυχῶς τὸν βίον συμπεφευγὼς εἰς τὴν διώρυγα· οἱ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ κατὰ τὰς ἐν Ἰταλίᾳ πόλεις ἐμπεσόντες εἰς τὸν πάλαι προκείμενον πόλεμον, ταῖς προκατεσκευασμέναις περιέπεσον συμφοραῖς. οἱ μὲν γὰρ ἐπιφανέστατοι τῶν Ῥωμαίων, Σκαιόλαν καὶ Κράσσον φημί, ἐν συγκλήτῳ * μιαιφονηθέντες ἀκρίτως, προεσήμαναν ταῖς ἰδίαις ἀτυχίαις τὸ μέγεθος τῶν ἐσομένων κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἀτυχημάτων. οἱ πλεῖστοι γὰρ τῶν συγκλητικῶν καὶ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Σύλλαν ἀνῃρέθησαν· στρατιῶται δὲ ἐν ταῖς στάσεσι καὶ μάχαις κατεκόπησαν, οὐκ ἐλάττους τῶν δέκα μυριάδων. καὶ ταῦτα πάντα συνέβη τοὺς ἀνθρώπους διὰ τὴν ἐξαρχῆς ἐπιθυμηθέντα πλοῦτον ὑπὸ Μαρίου.

Ὅτι Μερόλας ὁ αἱρεθεὶς ὕπατος εἰς τὸν τοῦ Κίννα τόπον, μετὰ τὸ σύνθεσιν ποιήσασθαι τὸ δεῖν αὐτὸν ὑπατεῦσαι, ἔδοξε πρᾶξιν ἀγαθὴν σφόδρα πολίτου πρᾶξαι. ἔν τε γὰρ τῷ συνεδρίῳ καὶ τῷ δήμῳ διαλεγόμενος περὶ τοῦ κοινῇ συμφέροντος, ἀρχηγὸς ἐπηγγείλατο γενέσθαι καὶ ὁμονοίας. ἄκων γὰρ ᾑρημένος ὕπατος, ἑκουσίως ἔφη παραχωρήσειν τῷ Κίννᾳ τῆς ἀρχῆς, καὶ παραχρῆμα ἰδιώτης ἐγένετο. ἡ δὲ σύγκλητος ἐξέπεμψε πρεσβευτὰς τοὺς ποιησομένους τὰς συνθήκας, καὶ τὸν Κίνναν εἰσάξοντας εἰς τὴν πόλιν.

Ὅτι ὁ Σύλλας χρημάτων ἀπορούμενος ἐπέβαλε τὰς χεῖρας τρισὶν ἱεροῖς, ἐν οἷς ἀναθημάτων ἀργυρῶν τε καὶ χρυσῶν πλῆθος ἦν, ἐν μὲν Δελφοῖς τῷ Ἀπόλλωνι καθιερωμένα, ἐν Ἐπιδαύρῳ δὲ τῷ Ἀσκληπιῷ, ἐν Ὀλυμπίᾳ δὲ τῷ Διΐ. πλεῖστα δὲ ἔλαβεν ἐξ Ὀλυμπίας, διὰ τὸ μεμενηκέναι τὸ ἱερὸν τοῦτο ἄσυλον ἐξ αἰῶνος. τῶν γὰρ ἐν Δελφοῖς χρημάτων Φωκεῖς τὰ πλεῖστα διεφόρησαν, ἐν τῷ ἱερῷ κληθέντι πολέμῳ. ὁ δὲ Σύλλας πολὺν ἄργυρον καὶ χρυσόν, ἔτι δὲ τὴν ἄλλην πολυτελῆ κατασκευὴν ἀναλαβών, ἤθροισε χρημάτων πλῆθος πρὸς τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ προσδοκωμένους πολέμους. ἀδεισιδαιμόνως δὲ τῇ λήψει τῶν ἱερῶν χρημάτων προσενεχθείς,

d Πολέμοις ſcriptus codex. * Μιαιφονηθέντες alias ſolet.

gatum aliud eſt. P. Wess.

7. Εἰς τὴν Νομαδίαν ἔρημος] Nimium hoc neque vero ſatis congruum. Adi Plut. potius in Mario p. 429. & Vell. Paterc. L. II, 19. Mox legi quoque poteſt ἔρημος σφῶν. P. Wess.

Ἔρημος σφῶν] Forte φίλων. H. Vales.

15. Μεθίστησιν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ ζῆν ἑκουσίως] Morbo oppreſſum e vita migraſſe Marium Vellejus Paterc. L. II, 23. & ex Poſidonio refert Plut. in Mario p. 432., nec deerant tamen, qui voluntaria morte deceſſiſſe proderent, ſicuti hinc & ex Victore de Vir. Illuſt. C. 67. conſtat. P. Wess.

20. Ἐν τῇ διώρυγι] In eo cuniculo, per quem ex urbe Praeneſtina evadere cupiebat: docent id uberius Strabo L. v. pag. 365. & Appian. Civil. L. I. p. 681. P. Wess.

22. Εἰς τὸν πάλαι προκείμενον] Sociale ſcilicet bellum: quod bello civili Sullano veluti renovatum eſt. H. Vales.

24. Σκαιόλαν] Σκαιόλαν adpellare & ſcribere eum perpetuo ſolet, idque adeo & hic malim. P. Wess.

31. Δέκα μυριάδων] Idem ſcribit Julius Obſequens (de Prodig. cap. 118.) L. Scipione C. Norbano Coſſ. centena millia hominum conſumpta Italico civilique bello relata ſunt. Eutropius (lib. v, 6.) & ex eo auctor hiſtoriae Miſcellae: Hic, inquit, [illegible] ſunt duo bella funeſtiſſima, ſociale Italicum, & civile Sullanum, quae per annos x. tracta ſunt. Conſumpſerunt autem ultra centum quinquaginta millia hominum, viros Conſulares xxxiii. Prae-
torios

νεχθεὶς, χώραν ἀντὶ τούτων καθιέρωσε τοῖς θεοῖς εἰς τὴν κατ' ἔτος πρόσοδον· εὐτραπελευόμενος δὲ ἀπεφαίνετο κρατεῖν τῷ πολέμῳ πάντας, διὰ τὸ τοὺς θεοὺς αὐτῷ συνεργεῖν, εἰσενηνοχότας χρημάτων πολύ τι πλῆθος αὐτῷ.

Ὅτι Φιμβρίας κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν πολὺ προέχων τοῖς διαστήμασι τοῦ Φλάκκου, καιρὸν ἔσχε μεγάλοις ἐπιχειρῆσαι τολμήμασι· καὶ σπεύδων τοὺς στρατιώτας ἰδίους κατασκευάσασθαι ταῖς εὐνοίαις, συνεχώρησεν αὐτοῖς τὴν χώραν τῶν συμμάχων ὡς πολεμίαν διαρπάζειν, καὶ τοὺς περιτυχόντας ἐξανδραποδίζεσθαι. ἀσμένως δὲ προσδεξαμένων τῶν στρατιωτῶν τὴν συγχώρησιν, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις περιεποιήσαντο χρημάτων πλῆθος. οἱ δὲ διαρπαγέντες ἀπήντησαν τῷ ὑπάτῳ, καὶ περὶ τῶν καθ' αὑτοὺς ἀπωδύροντο. ὁ δὲ περιαλγὴς γενόμενος προσέταξεν ἀκολουθεῖν, ὅπως τὰ ἴδια κομίσωνται. αὐτὸς δὲ τῷ Φιμβρίᾳ διαπειλησάμενος, προσέταξε τὰ διαφορηθέντα τοῖς ἀπολωλεκόσιν ἀποκαταστῆσαι. ὁ δὲ τὴν πᾶσαν αἰτίαν ἐπὶ τοὺς στρατιώτας ἀνέφερεν, ὡς ἄνευ τῆς αὐτοῦ γνώμης πάντα πεπραχότας· τοῖς δὲ στρατιώταις κατ' ἰδίαν παρήγγειλε μὴ προσέχειν τοῖς προστάγμασιν, ἀλλὰ τὰ διὰ τῶν ὅπλων κτηθέντα τῷ τοῦ πολέμου νόμῳ, μὴ προΐεσθαι. τοῦ δὲ Φλάκκου μετ' ἀπειλῆς προστάττοντος ἀποδοῦναι τὰ διηρπασμένα, τῶν δὲ στρατιωτῶν οὐ προσεχόντων, ταραχὴ καὶ στάσις κατεῖχε τὸ στρατόπεδον.

Ὅτι ὁ Φιμβρίας διαβεβηκὼς τὸν Ἑλλήσποντον, τοὺς στρατιώτας πρὸς παρανομίαν καὶ ἁρπαγὴν παρορμήσας, χρήματα τὰς πόλεις εἰσέπραττε, καὶ τοῖς στρατιώταις ταῦτα διένεμεν. οἱ δὲ εἰς ἀνυπεύθυνον ἐξουσίαν προαχθέντες, καὶ διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ὠφελείας μισθωθέντες, ὡς κοινὸν εὐεργέτην ἠγάπων. τὰς δὲ μὴ ὑπακουούσας πόλεις ἐκπολιορκῶν, εἰς διαρπαγὴν ἐχαρίζετο τοῖς στρατιώταις. καὶ Νικομήδειαν παρέδωκε τοῖς στρατιώταις εἰς διαρπαγήν.

Ὅτι ὁ αὐτὸς καὶ * Κύζικον παρελθὼν ὡς φίλος, τοὺς μὲν εὐπορωτάτους τῶν πολιτῶν ἐμέμφετο θανάτῳ καταιτιασάμενος. δύο δὲ εἰς κατάπληξιν καὶ φόβον τῶν ἄλλων καταδίκους ποιήσας, καὶ ῥαβδίσας ἐπελέκισε· τὰς δὲ οὐσίας αὐτῶν ἀναλαβὼν, καὶ τοῖς ἄλλοις διὰ τὴν προαπολωλότων μέγαν φόβον ἐπιστήσας, ἠνάγκασε λύτρα τῆς σωτηρίας ὅλας τὰς ὑπάρξεις αὐτῷ προΐεσθαι.

Ὅτι Γναῖος Πομπήϊος στρατιωτικὸν βίον ἑλόμενος, ἐνεκαρτέρει ταῖς καθ' ἡμέραν κακοπαθείαις· καὶ ταχὺ τὸ ἔμπειρον ἀπηνέγκατο τὸ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις ἀσκήσεως. πᾶσαν δὲ ῥᾳθυμίαν καὶ σχολὴν ἀποτριψάμενος, διετέλει καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἀεί τι πράττων τῶν εἰς τὸν πόλεμον χρησίμων. διαίτῃ μὲν γὰρ ἐχρῆτο λιτῇ, λουτρῶν δὲ καὶ συμπεριφορᾶς τρυφὴν ἐχούσης ἀπείχετο· καὶ τὴν μὲν τροφὴν καθήμενος προσεφέρετο, πρὸς δὲ τὸν ὕπνον ἀπεμέριζε χρόνον ἐλάττονα τοῦ ἐκ τῆς φύσεως ἀνάγκης.

eram pecuniam depeculatus, agrum ejus loco ad ſolennia ſacrificia Diis attribuit: ac ſubinde per jocum dicere ſolebat, ideo ſe victoriam omnibus in praeliis conſequi, quod auxiliares haberet Deos, qui plurimam pecuniam ſibi ab bellum contuliſſent.

C. Flavius Fimbria cum L. Valerium Flaccum longo intervallo antecurriſſet, maximam turbandi opportunitatem nactus, ut militum benevolentiam ſibi conciliaret, eis permiſit uti agros ſociorum quaſi hoſtiles vaſtarent, atque obvium quemque in ſervitutem redigerent. Quam milites licentiam libenter amplexi, intra paucos dies maximas ſibi opes compararunt. Verum, hi quos ſpoliaverant, Valerio Conſuli obviam profecti de injuriis ſibi illatis graviter conqueſti ſunt. Qui cum rem moleſte ferret, ſequi ſe eos juſſit, ut ſua ſinguli recuperarent; ac Fimbriae interminatus mandavit, ut quaecunque per vim ablata erant, quamprimum dominis reſtitueret. Sed ille culpam quidem in milites conferebat, qui haec injuſſu ſuo praeſtitiſſent. Caeterum milites clam monuit ne mandatis parerent, neve quae belli jure parta erant, eripi ſibi paterentur. Igitur cum direpta reſtitui Valerius minaciter juberet, nec milites edicto auſcultarent, magnus in caſtris tumultus excitatus 409. eſt.

Poſtquam Fimbria Helleſpontum trajecit, militem ad rapinas atque omnis generis flagitia cohortatus, pecunias extorquere a civitatibus coepit, easque inter legionarios dividere: qui effraenem licentiam nacti, ac ſpe ingentis lucri illecti, eum tanquam optime de omni exercitu meritum diligebant, urbes porro quaecunque imperata facere detrectaſſent, eas expugnatas militibus diripiendas dabat. Sic Nicomediam exercitui in praedam conceſſit.

Idem cum Cyzicum tanquam amicus introiſſet, opulentiſſimos quosque variis criminationibus appetiit, duoſque ex his civitatis principes capitis damnatos, ad incutiendum caeteris terrorem virgis caeſos ſecuri percuſſit, & bona eorum publicavit; atque ita reliquos timore perculſos conferre ſibi integra patrimonia coegit.

Cn. Pompejus militiae ſtudia ſectatus, cum bellicos labores conſtantiſſime perferret, brevi maximum rei militaris uſum eſt adeptus: pulſa enim deſidia ac mollicie, diu noctuque ſemper aliquid, quod bello utile eſſet, actitabat; quippe modico ac tenui victu utebatur, balneis vero atque hujusmodi deliciis prorſus abſtinebat, cibumque ſumebat ſedens. Nocturnae autem quieti pauciſſimas impendebat horas; & quae acturus interdiu erat, noctu

e Edebatur αὐ. * Deeſſe putes εἰς. ſed vide *Daviſium* ad Diſſ. xxi. *Max. Tyrii* p. 578. Edit. Novis.

torio xii. Aediliciis ix. Senatores xc. abſque innumeris Italiae totius populis. H. Vales.

35. Τὸ ἄστυ αὐτὸν ἐπελθόντα] Malim μητρὸς αὐτῶν, ut ad Mercuriam referatur. Vide *Appianum* lib. 1. Civilium, & *Paterculum* lib. 2. (cap. 21.) H. Vales.

35. Ἐκπέμψαι τὰς χώρας τριῶν ἱερῶν.] Eadem *Dio Caſſius* Exc. *Peireſc.* pag. 647., ſed qui *Plut.* in Sulla p. 459., ut pulcre *H. Valeſius* perſpexit, verbo tenus exſcripſit, & *Appianus* Mithridat. p. 340. de Sullano hoc ſacrilegio. P. Wess.

58. Χώραν ἀντὶ τούτων καθιέρωσε] Partem dimidiam agri Thebani, τὸ ἥμισυ τῆς Θηβαΐδος γῆς *Appianus* & *Pauſanias* L. ix, 7. P. Wess.

80. Ἀλλὰ τὰ διὰ τῶν ὅπλων κτηθέντα] Pravum erat τὰ διὰ τῶν ὅπλων &c., nec ferri poterat. Byzantii vero haec actitata putes ob ea quae *Dio Caſſius* Excerpt. Peireſc. p. 650. P. Wess.

86. Τὸν Ἑλλήσποντον] An *Diodori* hoc ſit neſcio. *Appianum* ſi inſpexeris Mithrid. pag. 344., tramiſſo Boſporo Fimbriam in continentem Aſiam exſcendiſſe adparebit. P. Wess.

94. Καὶ Νικομήδειαν] Nicomediam fuga ſe receperat Flaccus, quo capto & interfecto urbem militibus diripiendam permiſiſſe Fimbriam videtur. Lege P. *Oroſium* L. vi, 2. P. Wess.

4. Ὅτι Γναῖος Πομπήϊος &c.] Hoc Pompeii elogium primis ejus geſtis rebus, occaſione comparati in Piceno exercitus, quo Sullae partibus contra Carbonem caeteroſque Marianos vehementius

noctu curis atque officio ducis invigilans proſpiciebat. Jam ex aſſidua tractatione ac meditatione caſuum bellicorum peritiſſimus rei militaris evaſit, proinde quo temporis ſpatio alius paratum jam 410. exercitum vix accepiſſet, hic multo etiam citius contraxit milites, armatosque ad pugnam inſtruxit. Cumque fama rerum ab eo geſtarum Romam perlata eſſet, cuncti aetatem illius, non virtutem aeſtimantes, initio adoleſcentem contemnebant, rati rem a nunciis temere in majus efferri. Sed poſtquam fama eventu demum ipſo comprobata eſt, Senatus Junium Brutum adverſus illum proficiſci juſſit; quem Pompejus victum fugere compulit.

Corrupto L. Scipionis exercitu, & ad Sullam transgreſſo, cum Scipio ſolus relictus de ſalute ſua prorſus deſperaret, Sulla equites miſit, qui eum quocumque vellet, tuto deducerent. Igitur Scipio conſularis inſignia momento temporis deponere coactus, privati habitu, eo quo poſtulavit, celeriter perductus eſt, benigne id concedente Sulla. Statimque reſumptis Magiſtratus inſignibus, rurſus haud contemnendas copias ductare coepit.

Interim Romae viri nobiliſſimi per calumniam occiſi, & Q. Mucius Scaevola, Pontifex maximus, vir ſumma virtute ac dignitate indignum vitae exitum ſortitus eſt, atque eo ſaltem cum Romanis bene actum eſt, quod non in ſanctiſſima aede occubuit. Siquidem, quae ſicariorum crudelitas erat, per eos non ſtetit, quin ad ipſos Veſtae focos mactatus, ſempiterna religione cuſtoditum ignem cruore ſuo extingueret.

Praepoſita publice in foro proſcriptionis tabula, maxima hominum multitudo ad legendum ſubito affluxit, quorum plerique proſcriptorum vicem miſerabantur: ſed neſcio quis unus malitia atque inſolentia vir ſingulari, afflictorum 413. calamitati inſultans, multa in illos per ſummam contumeliam debacchatus eſt; quem quidem infenſi cujuſpiam numinis ultio ſtatim illic corripuit. Nam cum forte ſuum ipſius nomen in ima tabula proſcriptum legiſſet, illico toga obvoluto capite per confertam multitudinem fugere coepit: verum agnitus a quodam, qui proxime adſtabat, ac divulgato hominis caſu comprehenſus, atque ultimo affectus ſupplicio eſt, cum ſumma omnium hominum laetitia.

Cum in Sicilia diu juſtitium fuiſſet, Cn. Pompejus ad jus dicendum ſeſe applicuit, publicasque

τὰς δὲ ἐν νυκτὶ πλείους παννυχίδας τῆς μεθ' ἡμέραν ἐπιμελείας, ἐπαγρυπνῶν τοῖς τῆς στρατηγίας ἐπιτηδεύμασι. διὰ δὲ [f] τὴν συνεχῆ τῶν ἀρίστων μελέτην, ἀθλητὴς ἐγένετο τῶν κατὰ πόλεμον ἀγώνων. τοιγαροῦν ὅσῳ χρόνῳ τις ἕτοιμον οὐκ ἂν παρέλαβε στράτευμα, πολὺ τάχιον οὗτος συνελέξατο, καὶ διατάξας καθώπλισε. προσαγγελθεισῶν δὲ τῶν περὶ αὐτὸν πράξεων εἰς τὴν Ῥώμην, ἅπαντες, οὐ τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ λογιζόμενοι, κατ' ἀρχὰς κατεφρόνησαν, ὡς τῶν προσαγγελλόντων κενῶς τὰ περὶ αὐτὸν τραγῳδούντων. ὡς δ' ἡ προσαγγελθεῖσα φήμη διὰ τῶν ἀποτελεσμάτων ἀληθὴς ἐφάνη, ἡ σύγκλητος ἐξέπεμψεν Ἰούνιον, ὃν τρεψάμενος ἐνίκησεν.

Ὅτι καταλειφθέντος τοῦ Σκιπίωνος μόνου μετὰ τὸ διαφθαρῆναι χρήμασι καὶ ἀποστῆναι πάντας, καὶ ἀπεγνωκότος τὴν σωτηρίαν, ὁ Σύλλας ἱππεῖς ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν τοὺς παραπέμψοντας μετ' [g] ἀσφαλείας ὅποι βούλοιτο. ὁ δὲ Σκιπίων ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ τὸ τῆς [h] ἀρχῆς ἀξίωμα μεθεῖναι συναναγκασθεὶς εἰς ἰδιωτικὸν βίον καὶ ταπεινὸν σχῆμα, διὰ τὴν ἐπιείκειαν ὑπὸ τοῦ Σύλλα παρεπέμφθη ταχέως εἰς ἣν ἐβούλετο πόλιν. εἶτα τὰ τῆς ἀρχῆς ἀναλαβόμενος κόσμια, πάλιν δυνάμεως ἱκανῆς ἀφηγεῖτο.

Ὅτι οἱ τῶν Ῥωμαίων ἐπιφανεῖς ἄνδρες ἐμιαιφονήθησαν ἐκ διαβολῆς, καὶ ὁ τὴν μεγίστην ἱερωσύνην ἔχων Σκαιόλας μέγιστον ἔχων ἀξίωμα τῶν πολιτῶν, ἀναξίας τῆς ἰδίας ἀρετῆς ἔτυχε τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι κατ' αὐτό γε τοῦτο μεγάλως εὐτύχησαν, ὅτι τοῖς ἁγιωτάτοις σηκοῖς ὁ πάντιμος ἱερεὺς οὐκ ἔφθασε προσπεσεῖν. ἐπεὶ [i] τήν γε χάριν τῆς τῶν διωκόντων ὠμότητος, καὶ πρὸς αὐτοῖς τοῖς ἀδύτοις ἐπιβώμιος μιαιφονηθεὶς, ἀπέσβεσεν ἂν τῷ αἵματι τὸ ἀκοίμητον δεισιδαιμονίᾳ τηρούμενον πῦρ ἐξ αἰῶνος.

Ὅτι προτεθείσης προγραφῆς εἰς τὴν ἀγορὰν, ἀνέδραμε πλῆθος ἀνθρώπων πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν· οἱ πλεῖστοι δὲ συνέπασχον τοῖς ὀφείλουσιν ἀναδέχεσθαι τὸν θάνατον. εἷς δὲ τῶν συνεληλυθότων, κακίᾳ καὶ ὑπερηφανίᾳ διαφέρων, ἐγγελῶν τοῖς κινδυνεύουσι, πολλὰ κατ' αὐτῶν ὑβριστικῶς ἐβλασφήμησεν. ὅθεν δὴ δαιμονίου τινὸς νέμεσις τῷ διασύροντι τὴν τῶν ἀκληρούντων τύχην, ἐπέθηκε τὴν πρέπουσαν τῇ κακίᾳ τιμωρίαν. ἐν γὰρ τοῖς ἐπὶ πᾶσιν ὀνόμασιν εὑρὼν ἑαυτὸν προσγεγραμμένον, εὐθέως ἐπικαλυψάμενος τὴν κεφαλὴν, προῆγε διὰ τοῦ πλήθους, ἐλπίζων λήσεσθαι τοὺς περιεστῶτας, καὶ διὰ τοῦ δρασμοῦ περιποιήσεσθαι τὴν σωτηρίαν. γνωσθεὶς δὲ ὑπό τινος τῶν πλησίον ἑστώτων, καὶ φανερᾶς τῆς περὶ αὐτὸν περιστάσεως γενομένης συνελήφθη, καὶ ἔτυχε τῆς τιμωρίας, πάντων ἐπιχαιρόντων τῷ θανάτῳ αὐτοῦ.

Ὅτι πολλῷ χρόνῳ τῆς Σικελίας ἀδικαιοδοτήτου γενομένης, ὁ Πομπήϊος δοὺς ἑαυτὸν ἐπὶ τὰς δικαιοδοσίας,

f Deerat in Mſ. g Φιλίας in ſcripto. h Ἀρχῆς in eodem. i Τοῖ Mſ.

clus ſtuderet, praepoſitum fuiſſe arbitror. Rem firmabit *Plut.* Pomp. p. 621. & *Dio* Excerpt. p. 653. P. Wess.

14. Τῆς μεθ' ἡμέραν ἐπιμελείας] Forte ſcribendum eſt, τῇ μεθ' ἡμέραν ἐπιμελείᾳ, aut potius, τῇ τῆς καθ' ἡμέραν. H. Vales.

16. Ἡ σύγκλητος ἐξέπεμψεν Ἰούνιον] Hac de re *Plut.* copioſius in Pomp. p. 621. A. P. Wess.

31. Παραπέμψοντας μετ' ἀσφαλείας] Poteſt hoc retineri, quamquam abſludum non eſt μετὰ φιλίας, quod in ſchedis. De Scipione, quem inviolatum dimiſit Sulla, *Velleius Pater.* L. II, 25. & *Appian.* Civil. L. I. p. 672. P. Wess.

46. Καὶ πρὸς αὐτοῖς τοῖς ἀδύτοις &c.] Mucius Scaevola pontifex maximus in veſtibulo aedis Veſtae occiſus eſt, docente Epitom. *Livii* LXXXVI. Itaque ab ara Veſtae & immortali igne haud longe, cum caderet, afuit. Sunt tamen qui diſſentiunt. *Velleius* L. II, 26. in curia Hoſtilia, *Appian.* Civil. lib. I. pag. 677. μικρὸν πρὸ τοῦ βουλευτηρίου Scaevolam contrucidatum prodidetunt. P. Wess.

53. Εἷς δὲ τῶν συνεληλυθότων &c.] Hic videtur eſſe qui Lollius ab *Oroſio* (lib. V, 21.) dicitur & in hiſtoria Miſcella. *Quum proſcriptionis tabulam cum Lollius, quippe ſecurus, aliiſque ſibi conſciis legeret, ubi ſuum repente nomen offendit, dum ſe occultans adoperto capite e foro ſubtrahit, interfectus eſt.* H. Vales.

62. Περιστάσεως τῆς συντυχίας] Legendum eſſe arbitror, περιστάσης. H. Vales.

Περιστάσεως τῆς συντυχίας] Ultimae duae voces ſi hinc exſularent, proba videri oratio poſſet; illis ſalvis, medicina, quam *Valeſius* fecit, opus eſt. Placet *Diodoro* περιΐστασθαι συντυχίαν. Reſpice not. in lib. XVI, 45. P. Wess.

68. Καὶ

σίαν, καὶ χρηματίζων περὶ τῶν δημοσίων ἀμφισβητημάτων, καὶ τῶν ἰδιωτικῶν συμβολαίων, οὕτως εὐστόχως καὶ ἀδωροδοκήτως ἐποιεῖτο τὰς ἀποφάσεις, ὥστε ὑπερβολὴν ἑτέρῳ μὴ ἀπολείπειν. εἴκοσι δὲ καὶ δυεῖν ἐτῶν τὴν ἡλικίαν ὑπάρχων, καὶ τῆς νεότητος προκαλουμένης εἰς τὰς ἀλογίστους ἡδονάς, οὕτως αὐστηρῶς καὶ σωφρόνως ἐποιήσατο τὴν ἐπιδημίαν κατὰ τὴν νῆσον, ὥστε πάντας τοὺς κατὰ τὴν Σικελίαν καταπλήττεσθαι καὶ θαυμάζειν τὴν ἀρετὴν τοῦ νεανίσκου.

& privatas controverſias diſceptans, tanta ſolertia atque integritate jurisdictionem exercuit, ut ea laude nemine inferior eſſet. Cumque eum duos admodum ac viginti annos natum ad inſanas libidines aetas ipſa revocaret, tamen cum ejuſmodi gravitate ac continentia in Sicilia verſatus eſt, ut Siculi omnes adoleſcentis virtutem maxima admiratione proſequerentur.

15. Καὶ χρηματίζων περὶ τῶν δημοσίων] Conferendus eſt *Plut.* Pomp. p. 623. & ſeq. P. Wess.

18. Εἴκοσι καὶ δυεῖν ἐτῶν &c.] Congruunt anni. Natus eſt C. Atilio & Q. Servilio Coſſ., ſive anno DCXLVII. ab Urbe condita, ut *Vellejus* L. II, 53, indicat. Carbonem in tertio conſulatu in Sicilia oppreſſit & catenis vinctum, docente *Valer. Max.* L. VI, 2, 8., trucidavit anno DCLXXI. Diſſident alioqui veteres in Pompeji aetate. Lege *Pighium* Faſt. ann. DCLXXIII. p. 274. P. Wess.

ΕΚ ΤΩΝ ΔΙΟΔΩΡΟΥ
ΤΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ
ΕΚΛΟΓΑΙ ΠΕΡΙ ΠΡΕΣΒΕΙΩΝ.

EX DIODORO SICULO.
EXCERPTAE
LEGATIONES.

I.

313. Ὅτι ἐπὶ Ὀστιλίου Τύλλου τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως, Ἀλβανοὶ τὴν αὔξησιν τῶν Ῥωμαίων ὑφορώμενοι, προσεποιήσαντο ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν χώρας γεγονέναι λῃστὰς Ῥωμαίων, καὶ ἔπεμψαν εἰς Ῥώμην πρεσβευτὰς, τοὺς τὸ δίκαιον αἰτήσοντας· εἰ δὲ μὴ προσέχωσι, πόλεμον καταγγελοῦντας. Ὀστίλιος δὲ ὁ τῶν Ῥωμαίων βασιλεὺς, πυθόμενος ὡς ζητοῦσι πρόφασιν πολέμου, τοῖς μὲν φίλοις παρήγγειλε τοὺς πρέσβεις ἐκδέξασθαι, καὶ παρακαλεῖν ἐπὶ ξενίαν· αὐτὸς δὲ ἐκκλίνας τὴν πρὸς τούτους ἔντευξιν, ἔπεμψεν εἰς Ἀλβανοὺς τὸ παραπλήσιον τοῖς ἐκείνων ποιήσοντας. τοῦτο δὲ συνετέλεσεν [a] ἀρχαϊκῷ τινι προαχθεὶς ἔθει, διὰ τὸ τοὺς παλαιοὺς μηδὲν οὕτω σπουδάζειν, ὡς τὸ δικαίους ἐφίστασθαι πολέμους. εὐλαβεῖτο γὰρ, μὴ τοὺς αἰτίους τῆς λῃστείας, οὐδ᾽ εὑρεῖν δυνάμενος, οὔτε παραδιδοὺς τοῖς ἐξαιτοῦσι, δόξῃ πόλεμον ἄδικον ἐπαναιρεῖσθαι. ἐντυχόντων δὲ προτέρων τῶν εἰς Ἄλβαν πεμφθέντων, τὸ μὴ λαμβάνειν τὸ δί-
314. καιον εἰς ἡμέρας τριακοστὴν πόλεμον κατηγγελκότων· ὧν οἱ μὲν τῶν Ἀλβανῶν πρεσβευταὶ κατὰ τὴν ἐξαίτησιν ἀπόκρισιν ἔλαβον· ὅτι πρότερον ἐκείνων οὐ διδόντων τὸ δίκαιον, οἱ Ῥωμαῖοι πόλεμον αὐτοῖς καταγγελκότες εἴησαν. οἱ δὲ δῆμοι πρὸς ἀλλήλους ἐπιγα-

I.

Rege Tullo Hoſtilio Albani, Romanorum opes nimis convaleſcere rati, ſuo ex agro praedas ab illis actas ſimulant, & Romam legatos res repetitum mittunt, ni reddantur, bellum indicere juſſos. Hoſtilius cognito, materiam belli excitandi ab Albanis quaeri, amicis imperat, oratores eos blande comiterque hoſpitio excipiant; vitatoque legatorum congreſſu, Albam propere mittit, qui pari modo res repeterent. Id veteri more a rege factum fuit, quo ſtudioſe cavebatur, ne belli, niſi juſta ſumerentur: verebatur praeterea, ne, ſi raptores aut reperire non poſſet, aut petentibus dedere recuſaret, bellum minime pium inferre videretur. Priores Romanorum legati Albae mandata exponunt, res repetunt, & negantibus bellum in trigeſimum diem indicunt. Tum poſtulantibus Albanorum oratoribus Tullus reſpondet, Albanis, quod res repetentes legatos fuiſſent aſpernati, bellum a Romanis eſſe denunciatum. Tali ex cauſſa

μίας

a Ἀρχικῷ ſcriptum exemplar.

15. Ἀρχαϊκῷ τινι προαχθεὶς ἔθει] Ita videtur legendum, cum in exemplari ſcriptum ſit ἀρχικῷ. Videtur autem ſententia ſumpta ex fragmento *Polybii*, quod exſtat apud *Suidam* (voc. Ἐμβαίνειν) οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, inquit, ἔθος εἶχον μὲν ἀρχαῖον, φυλάττεσθαι χειρῶν ἀδίκων, ἀλλ᾽ ἀεὶ δοκεῖν ἀμυνόμενοι, καὶ κατ᾽ ἀνάγκην ἐμβαίνειν εἰς τοὺς πολέμους. Verbum ἐφίστασθαι, quod eſt apud *Diodorum*, mihi quidem ſuſpectum eſt. Fulvius Ursinus.

17. Δικαίους ἐφίστασθαι πολέμους] Pravum haud dubie eſt ἐφίστασθαι. Scripſit Auctor ἀναιρεῖσθαι. Sic Excerpt. *Peireſc.* p. 573. noſtrae Edit. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι καὶ τοῦτο καὶ μετὰ ταῦτα δικαίους ἀναιρούμενοι πολέμους. Iterum p. 590. σφόδρα οἱ Ῥωμαῖοι φυλαττόμενοι τὸ δικαίους ἀναιρεῖσθαι πολέμους. Haec ſufficiunt. P. Wess.

22. Εἰς ἡμέρας τριακοστὴν π. κατηγγελκότων ὧν οἱ &c.] Et hic quoque locus non videtur mendo carere. Sententia tamen ex *Livio* patet, qui hanc hiſtoriam narrat libro primo (cap. 22.) *Tantiſper*, inquit, *Romani & res repetiverant priores, & neganti Albano bellum in trigeſimum diem indixerant. Haec renunciant Tullo. Tum legatis Tullus dicendi poteſtatem, quid petentes venerint, facit* &c. Ful. Ursin.

23. Ὧν οἱ μὲν τῶν Ἀλβανῶν] Video non deeſſe patronos pronomini: ego tamen ſublatum mallem. P. Wess.

34. Λίβυας καὶ Κυρηναίους] Haec illuſtrantur verbis *Herodoti* L. III, 13. P. Wess.

41. Οἱ παρὰ Νάβιδος καὶ Φλαμινίνου &c.] De hac re ita ſcribit *Livius* L. XXXIV. (cap. 43.) *Legati Nabidis tyranni Romam venerunt: his extra urbem in aede Apollinis ſenatus datus eſt. Pax, quam cum T. Quinctio conveniſſet, ut rata eſſet, petierunt, impetraveruntque* &c. Sumpſit autem tam *Livius* quam *Diodorus* ex

Poly-

μίαν ἔχοντες καὶ φιλίαν, ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας εἰς διαφορὰν κατέστησαν.

populi, amicitiae & connubiorum jure arte antea conjuncti, in bellum inciderunt.

II.

Ὅτι Καμβύσου τοῦ Περσῶν βασιλέως κυριεύσαντος πάσης Αἰγύπτου, πρὸς τοῦτον οἱ Λίβυες καὶ Κυρηναῖοι συνεστρατευκότες τοῖς Αἰγυπτίοις, ἀπέστειλαν δῶρα, καὶ τὸ προστασσόμενον ποιήσειν ἐπηγγείλαντο.

Quum Cambyſes, Perſarum rex, omni Aegypto fuiſſet potitus, Afri & Cyrenenſes, qui Aegyptiis auxilio venerant, ad eum dona miſerunt; ſeque imperata facturos promiſerunt.

III.

Ὅτι οἱ παρὰ Νάβιδος καὶ Φλαμινίνου πεμφθέντες εἰς Ῥώμην πρεσβευταὶ περὶ τῶν συνθηκῶν, ἐπεὶ διελέχθησαν τῇ συγκλήτῳ περὶ ὧν τὰς ἐντολὰς εἶχον, ἔδοξε τῇ γερουσίᾳ βεβαιοῦν τὰς ὁμολογίας, καὶ τὰς φρουρὰς τὰς ἐκ τῆς Ἑλλάδος, καὶ τὰς στρατείας ἀπάγειν. ὁ δὲ Φλαμινῖνος ἀκούσας τὰ διῳκημένα, πανταχόθεν τοὺς ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων μετεπέμψατο, καὶ συναγαγὼν ἐκκλησίαν, τὰς τῶν Ῥωμαίων εἰς τοὺς Ἕλληνας εὐεργεσίας ἀνενεώσατο· καὶ περὶ τῶν κατὰ τὸν Νάβιν ἀπελογεῖτο, διότι κατὰ τὸ δυνατὸν πεποιήκασι· καὶ ὅτι κατὰ τὴν τοῦ δήμου προαίρεσιν ἅπαντες οἱ τὴν Ἑλλάδα κατοικοῦντες [b] εἰσὶν ἐλεύθεροι, καὶ ἀφρούρητοι, καὶ τὸ μέγιστον, τοῖς ἰδίοις νόμοις πολιτευόμενοι. ᾐτήσατο δὲ παρὰ τῶν Ἑλλήνων χάριν, ὅπως τοὺς δουλεύοντας παρ' αὐτοῖς Ἰταλιώτας ἀναζητήσαντες, ἀποστείλωσιν ἐν ἡμέραις τριάκοντα, ὃ καὶ γέγονεν.

Legati Nabidis tyranni & Flaminini Romam de foedere acturi venerunt: qui cum Senatui mandata expoſuiſſent, placuit Patribus, pacem, quae convenerat, ratam eſſe, praeſidiaque & exercitus ex univerſa Graecia abducendos. His auditis T. Quinctius Graecorum optimos undique arceſſit, conventuque edicto orditur a beneficiis, quae Romani in Graecorum gentem contulerant: adjungit deinde, Romanum populum omnes, Graeciam incolentes, liberos, ſine praeſidio, &, quod praecipuum, ſuis legibus eſſe jubere. Id ſolum ex illis contendere, ut cives Romanos, ſi qui apud eos in ſervitute eſſent, conquiſitos intra trigeſimum diem ad ſe mitterent; quod & fecerunt.

IV.

Ὅτι πάλιν ἡ σύγκλητος διήκουσε τῶν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος πρεσβειῶν, καὶ * ταύταις φιλανθρώπως προσεφώνει, βουλομένη προθύμους αὐτοὺς ἔχειν πρὸς τὸν Ἀντιοχικὸν πόλεμον, ὃν ταχέως προσεδόκα. τοῖς δὲ παρὰ Φιλίππου πρέσβεσιν ἀπεκρίθη, διότι φυλάττοντος αὐτοῦ τὴν πίστιν, τῶν τε φόρων αὐτὸν ἀπολύσει, καὶ Δημήτριον τὸν υἱόν. τοῖς δὲ ἐληλυθόσι παρὰ Ἀντιόχου συνέστησεν ἐκ τῆς βουλῆς ἄνδρας δέκα τοὺς διακουσομένους περὶ ὧν ἔφησαν ἐντολὰς ἔχειν παρὰ τοῦ βασιλέως· ὧν συνεδρευσάντων, ὁ τῆς πρεσβείας ἐξηγούμενος Μένιππος ἔλεγεν ἥκειν, ὅπως Ἀντιόχῳ φιλίαν καὶ συμμαχίαν συνάψηται πρὸς Ῥωμαίους. ἔφησε δὲ θαυμάζειν τὸν βασιλέα, διὰ τίνα ποίαν τ' αἰτίαν προστάττουσιν αὐτῷ Ῥωμαῖοι, τινὰ μὲν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην μὴ [c] πολυπραγμονεῖν, τινῶν δὲ τῶν πόλεων ἀφίστασθαι, καὶ παρ' ἐνίων τοὺς ὀφειλομένους φόρους μὴ λαμβάνειν. ταῦτα γὰρ οὐ τοῖς ἐξ ἴσου τὴν φιλίαν ποιουμένοις ἔθος εἶναι ποιεῖν· ἀλλὰ τοῖς πολέμῳ νενικηκόσι. τοὺς δὲ πρὸς αὐτὸν πρεσβεύοντας ἐπὶ Λυσιμαχίαν, ἐπιτακτικῶς αὐτῷ διαστέλλειν περὶ τούτων. Ἀντιόχῳ δὲ πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον μὲν μηδέποτε γεγονέναι, φιλίαν δ' ἂν συνθέσθαι βούλονται πρὸς αὐτόν, ἕτοιμον εἶναι. ὁ δὲ Φλαμινῖνος ἔφη δυοῖν πραγμάτων ὄντων, ἑτέρου τῷ

Cum bellum Antiochicum in exſpectatione eſſet, 31 Senatus legatis, ex omni Graecia miſſis, ut hanc gentem ad id bellum promtam paratamque haberet, benigne reſpondit. Oratoribus, qui a Philippo venerant, dictum fuit, quoniam in fide rex maneret, Patres & filium Demetrium illi reddere & tributa remittere. At illis, qui ab Antiocho erant legati, Senatus decem viros delegavit, qui eorum verba & regis mandata audirent. Ibi cum legationis princeps Menippus, ad amicitiam petendam jungendamque ſocietatem venire ſe dixit: mirari vero regem ſuum, qua tandem de cauſſa Romani ſibi mandent, ne ſe rebus Europae miſceat, utque urbibus aliquibus abſtineat, ab aliis debita ſtipendia ne accipiat. Haec fieri non ſolere, cum pares bello in pacem aequo foedere veniunt, ſed inter victores & victos: & legatos tamen, qui regem Lyſimachiae convenerunt, iſta ſatis imperioſe juſſiſſe. Antiocho bellum cum Romanis nullum fuiſſe, quicum amicitia jungi ſi velint, paratum fore. Ad haec Flamininus, duae cum

[b] Ὦσιν ſcriptus codex. * Vide *Matth.* Evang. XI, 16. & Lucae A. A. XXII, 2. [c] Πολυπραγμονήσειν Mſ.

Polybio. FUL. URSIN.

53. Εἰσὶν ἐλεύθεροι] Ὦσιν ἐλεύθεροι in exemplari ſcriptum erat. FUL. URSIN.

Εἰσὶν ἐλεύθεροι] *Polyb.* Leg. IX. p. 1110. ἐλεύθεροι, ἀφρούρητοι, ἀφορολόγητοι, νόμοις χρώμενοι τοῖς ἰδίοις, & plenius profecto, ſicuti & *Appian.* Leg. XXIV. p. 362. Mox pro ἐν ἡμέραις τριάκοντα *intra duos menſes* apud *Livium* L. XXXIV, 50. P. WESS.

61. Ὅτι πάλιν ἡ σύγκλητος &c.] Hoc fragmentum ex *Polybii* (Leg.) XIX. paene ad verbum deſcriptum eſt, & a *Livio* L. XXXIV, 57. tranſlatum. FUL. URSIN.

67. Καὶ Δημήτριον τὸν υἱόν] Videtur deeſſe ἐκ τῆς ὁμηρείας, quod ex *Polybio* (p. 1120.) ſuppleri poteſt. FUL. URSIN.

74. Τινὰ μὲν — πολυπραγμονεῖν] Ita legendum, non πολυπραγμονήσειν, ut eſt in exemplari. FUL. URSIN.

Τινὰ μὲν τῶν κατὰ &c.] Mallem τὰ μὲν. Ceterum τοὺς δὲ πρὸς αὐτὸν πρεσβεύοντας κ. λ. in Lexicon ſuum tranſtulit *Suidas.* voc. Ἐπιτακτικῶς. Ut errent, qui ea *Polybio* tribuerunt. P. WESS.

83. Ὁ δὲ Φλαμινῖνος ἔφη &c.] *Livius* L. XXXIV, 58. *Ad ea Quinctius: quoniam vobis diſtincte agere libet, & genera jungendarum amicitiarum enumerare; ego quoque duas conditiones ponam, extra quas nullam eſſe regi nuncietis amicitiae cum populo Romano jungendae. Unam, ſi nos nihil, quod ad urbes Aſiae attinet, curare*

 rare

cum ſint conditiones, alteram Patres regi concedere: Si omni Europa abſtineat, Romanos, quae ad Aſiae urbes attinet, non curaturos: id ſi recuſet rex, placere oppreſſis amicis auxilium ferre. Cum legati reſponderent, nec velle nec poſſe ſe paciſci
316. quidquam, quo regnum Antiochi minuatur, poſtridie Patres Graecorum oratoribus declaraverunt, Romanos, ſi quid Antiochus in Europa novi moliatur, operam ſtudioſe daturos, ut Graji nominis in Aſia urbes liberae ſint. Quae dum laeti illi audiunt & probant, miſſi ab Antiocho Senatum monent, ne feſtinarent decernere, conſiderarent potius, haec utriſque ingentium bellorum initia fore. Tempus & regi darent & ſibi ſumerent ad cogitandum.

βασιλεῖ τὴν σύγκλητον συγχωρεῖν. εἰ μὲν βούλεται τῆς Εὐρώπης ἀπέχεσθαι, μηδὲν πολυπραγμονεῖν Ῥωμαίους τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν· εἰ δὲ τοῦτο μὴ προαιρεῖται, γινώσκειν, ὅτι Ῥωμαῖοι τοῖς ἑαυτῶν φίλοις καταδουλωμένοις βοηθήσουσι. τῶν δὲ πρεσβευτῶν ἀποκριναμένων, ὡς οὐδὲν τοιοῦτο συνθήσονται, δι᾽ οὗ ταπεινώσουσι τὴν βασιλέως ἀρχὴν, τῇ ἐχομένῃ τοῖς Ἕλλησιν ἡ σύγκλητος εἶπεν, ὡς ἐὰν Ἀντίοχος περιεργάζεταί τι τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην, Ῥωμαῖοι μετὰ πολλῆς σπουδῆς τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἕλληνας ἐλευθερώσουσιν. ἐπισημηναμένων δὲ τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος πρεσβευτῶν, οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως ἠξίουν τε τὴν σύγκλητον ἐνθυμηθῆναι, ἡλίκων ἑκατέροις καταρχεῖται κινδύνων, καὶ μηδὲν ταχέως πράττειν· ἀλλὰ τῷ βασιλεῖ δοῦναι χρόνον εἰς βουλὴν, καὶ αὐτὴν ἐπιμελέστερον περὶ τούτων βουλεύεσθαι.

V.

Aetolis, qui amicitiam pacemque petitum venerant, duae conditiones ab Senatu latae ſunt: vel Romanis liberum arbitrium de ſe permitterent, vel mille talentum ſtatim darent. Qua imperii ſaevitia exaſperati neque imperata fecerunt, neque ex maximo metu & periculo ſe expediverunt. Antiochum enixe adjuverant, exitum vero malorum, quibus premebantur, nullum habebant.

Ὅτι τοῖς Αἰτωλοῖς διαπρεσβευσαμένοις περὶ διαλύσεων, ἐδογμάτισεν ἡ σύγκλητος, ἢ τὰ καθ᾽ ἑαυτοὺς ἐπιτρέπειν Ῥωμαίοις, ἢ χίλια τάλαντα ἀργυρίου δοῦναι παραχρῆμα Ῥωμαίοις. οἱ δὲ διὰ τὴν ἀποτομίαν τῆς ἀποκρίσεως, οὐ προσδεξάμενοι τὰ προσταττόμενα, εἰς φόβους καὶ μεγάλους κινδύνους ἐνέπεσον· συνηγωνισμένοι τῷ βασιλεῖ ἐκτενέστατα, εἰς ἀπορίαν ἐνέπιπτον, οὐδεμίαν ἔκβασιν ἔχοντες τῶν κακῶν.

VI.

Antiochus ubi intellexit, Romanos in Aſiam tranſiiſſe, Byzantium Heraclidem, adferentem de pace mandata, ad Conſulem miſit. Pollicebatur impenſae, in bellum factae, partem dimidiam, praeterea Lampſacum, Smyrnam & Alexandriam Troadem, quarum urbium cauſſa bellum id videbatur ſuſceptum. Namque hae Graeci nominis per Aſiam civitates primae Senatum adierant, libertatemque reddi ſibi petierant.

Ὅτι ὁ Ἀντίοχος πυθόμενος τοὺς Ῥωμαίους εἰς τὴν Ἀσίαν διαβεβηκέναι, πρεσβευτὴν ἐξέπεμψε πρὸς τὸν ὕπατον Ἡρακλείδην τὸν Βυζάντιον περὶ διαλύσεως, ἀποδιδοὺς μὲν τὴν ἡμισείαν τῆς δαπάνης, διδοὺς δὲ Λάμψακον, καὶ Σμύρναν, καὶ Ἀλεξάνδρειαν, δι᾽ ἃς ὁ πόλεμος ἐδόκει κεκινῆσθαι. αὗται γὰρ αἱ πόλεις, πρῶται τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἑλλήνων ἐπεπρεσβεύκεισαν πρὸς τὴν σύγκλητον, παρακαλοῦσαι [d] περὶ τῆς ἐλευθερίας αὐτῶν.

VII.

317. Rex Antiochus P. Scipioni, Senatus principi, filium, quem circa Euboeam interceperat, ſine pretio ſe redditurum, & ingens auri pondus, ſi per eum pacem impetraſſet, verbis Heraclidis promiſit: cui Scipio, ex munificentia regia maximum ſe donum filium habiturum, pecunia non indigere: pro tanto vero in ſe munere regi fidele conſilium da-

Ὅτι ὁ Ἀντίοχος Ποπλίῳ Σκιπίωνι τῷ τοῦ συνεδρίου προεστῶτι τὸν υἱὸν προσεπηγγείλατο ἄνευ λύτρων ἀποδώσειν, ὃν ἦν εἰληφὼς, ὅταν περὶ Εὔβοιαν διέτριβεν· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ χρημάτων πλῆθος, συνεπιλαβομένῳ τῆς εἰρήνης. ὁ δὲ Σκιπίων ὑπὲρ μὲν τῆς κατὰ τὸν υἱὸν ἀποδόσεως ἔφησε χάριν ἕξειν τῷ βασιλεῖ, χρημάτων δὲ πλήθους μὴ προσδεῖσθαι· ἀντὶ δὲ ταύτης τῆς εὐεργεσίας, συμβουλεύειν αὐτῷ μὴ παρα-

d Deerat praepoſitio; *Urſin.* addidit.

rare velit, ut & ipſe omni Europa abſtineat. Alteram, ſi ſe ille Aſiae finibus non contineat, & in Europam tranſcendat, ut & Romanis jus ſit Aſiae civitatum amicitias & tueri, quas habeat, & novas complecti. FUL. URSIN.

89. Τῶν δὲ πρεσβευτῶν ἀποκριναμένων] *Livius* ibidem: *Nos vero, inquit Menippus, nec volumus, nec poſſumus paciſci quicquam, quo regnum Antiochi minuatur.* FUL. URSIN.

95. Ἐπισημηναμένων δὲ τῶν ἐκ τῆς &c.] Habet hinc *Suidas* in Ἐπισημαίνεσθαι, quod Interpreti ejus cum lateret, fraudi fuit. P. WESS.

96. Οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως ἠξίουν &c.] *Livius* ibidem: *Tum Menippus deprecari & Quinctium & patres inſtitit, ne feſtinarent decernere: quo decreto turbaturi orbem terrarum eſſent. Tempus & ſibi ſumerent, & regi ad cogitandum darent.* Sumpſiſſe haec *Livium* de *Polybio*, apparet ex *Diodori* verbis; quae ex *Polybio* deſcripta ſunt. F. URSIN.

4. Ὅτι τοῖς Αἰτωλοῖς &c.] Hoc quoque fragmentum ex *Polybii* hiſtoriis (Legat. 16.) depromtum eſt, & VI., quod ſequitur. Videndus eſt *Livius* libro XXXVII, 1. F. URSIN.

7. Οἱ δὲ διὰ τὴν ἀποτομίαν τῆς ἀποκρίσεως] *Suidas* exſcripſit, parum tamen, ut ſolet ſaepe, immutans, in Ἀποτομία. P. WESS.

19. Διδοὺς δὲ Λάμψακον &c.] Copioſius haec a *Polybio* leg. 23. & *Appiano* Syr. p. 169. perſcripta ſunt. P. WESS.

23. Παρακαλοῦσαι περὶ τῆς ἐλευθερίας] In exemplari deeſt adverbium. F. URSIN.

28. Ὅτι ὁ Ἀντίοχος Ποπλίῳ Σκιπίωνι] Haec quoque ex *Polybio* (p. 1133.) ſumpta, ut conſtat ex fragmentis, quae exſtant. F. URSIN.

30. Ὃν ἦν εἰληφὼς] In exemplari corrupte ſcriptum erat, ὃ νῦν εἰληφώς. Deſunt autem haec in *Polybio*, unde tamen hauſiſſe *Livium* veriſimile eſt, quae ſcribit in libro XXXVII, 34. *Etiam quod filius ejus captus in poteſtate regis erat: is ubi & quando, & quo caſu captus ſit, ſicut pleraque alia, parum inter auctores conſtat, alii principio belli a Chalcide Oreum petentem, circumventum ab regiis navibus tradunt.* F. URSIN.

Ὃν ἦν εἰληφὼς] Periit ſane *Polybiani* operis ea pars, quae hiſtoriam capti Scipionis filii exſequebatur. Principio tamen belli interceptum fuiſſe ſignificavit p. 1133. Confer viros doctos

παρατάττεσθαι Ῥωμαίοις, πεπειραμένον τῆς ἀρετῆς αὐτῶν. ὁ δὲ δόξας βαρύτερα τοῦ προσήκοντος προστάττειν, τούτων οὐ προσεδέξατο τὰς ἀποκρίσεις.

re, praelio, Romanorum virtutem expertus, abſtineat. Quae regem, iniqua ſibi imperari arbitratum, nihil moverunt.

VIII.

Ὅτι ἐν τῇ Ῥώμῃ πρὸ τῆς κατὰ τὸν Ἀντίοχον ἥττης, εἰσαχθέντων εἰς τὴν σύγκλητον τῶν ἐξ Αἰτωλίας πρεσβευτῶν, καὶ περὶ μὲν τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων οὐδὲν διαλεχθέντων, [e] αὐτῶν δὲ τὰ τοῖς Αἰτωλοῖς καλῶς πρὸς τοὺς Ῥωμαίους πραχθέντα διεξιόντων· ἀναστάς τις τῶν ἐκ τοῦ συνεδρίου, τοὺς πρέσβεις ἠρώτησεν, εἰ παραδιδόασιν ἑαυτοὺς Αἰτωλοὶ εἰς τὴν πίστιν τῶν Ῥωμαίων; ἀποσιωπησάντων δὲ τῶν πρέσβεων, ἡ σύγκλητος, ὑπολαβοῦσα τοὺς Αἰτωλοὺς ἀντέχειν ταῖς κατὰ τὸν Ἀντίοχον ἐλπίσιν, ἀπράκτους ἀπέστειλεν εἰς τὴν Ἑλλάδα.

VIII.

Quum Romae, necdum victo Antiocho, in Senatum legati ex Aetolia introducerentur, nec quicquam illi de delictis ſuis memorarent, ſed ea, quae Aetoli quondam pro Romanis bene fortiterque adminiſtraverant, quidam e Senatu legatos interrogavit, permitterentne ſe Aetoli ſuaque omnia fidei populi Romani? Cum nihil illi reſponderent, Patres, Aetolorum animos ex unica Antiochi ſpe pendere rati, eos infecta re in Graeciam dimiſerunt.

IX.

Ὅτι ὁ Ἀντίοχος ἀπογνοὺς τὸν πόλεμον, ἀπέστειλε πρέσβεις πρὸς τὸν ὕπατον, ἀξιῶν [f] αὐτῷ συγγνώμην δοθῆναι περὶ τῶν ἡμαρτημένων, καὶ τυχεῖν ἐφ᾽ οἷς δυνατόν ἐστι τῆς εἰρήνης. ὁ δὲ ὕπατος διατηρῶν τὴν πάτριον τῆς Ῥώμης ἐπιείκειαν, καὶ παρακληθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Ποπλίου, συνεχώρησε τὴν εἰρήνην ἐπὶ τοῖσδε· ἐκχωρῆσαι τὸν βασιλέα τοῖς Ῥωμαίοις τῆς τε Εὐρώπης, καὶ τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου χώρας, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πόλεων καὶ ἐθνῶν· παραχωρῆσαι δὲ τῶν τε ἐλεφάντων καὶ μακρῶν νηῶν, καὶ τὰς δαπάνας τὰς γεγενημένας εἰς τὸν πόλεμον ἀποδοῦναι, ὧν ἦν ἡ διατίμησις ταλάντων Εὐβοϊκῶν μυρίων πεντακισχιλίων· ἐκδότους δὲ παραδοῦναι τόν τε Καρχηδόνιον Ἀννίβαν, καὶ τὸν Αἰτωλὸν Θόαντα καί τινας ἑτέρους, καὶ ὁμήρους εἴκοσιν, οὓς ἀπογράψωσι Ῥωμαῖοι. ὁ δὲ πάντα προσδεξάμενος διὰ τὴν τῆς εἰρήνης ἐπιθυμίαν, ἀπελύθη τοῦ πολέμου.

IX.

Antiochus, damnato belli conſilio, ad Conſulem legatos miſit, erroris ſui veniam, & pacem amicitiamque, quibus poſſet conditionibus, rogans. Conſul a patrio more nihil deflectens & a Publio fratre placatus his legibus pacem dedit: Antiochus
Europa abſtineat, omnique regione, urbibus & 318
gentibus, quae cis Taurum montem ſunt, decedat: elephantos omnes tradat & naves longas: pro impenſis deinde in bellum factis quindecim millia talentûm Euboicorum perſolvat: Annibalem Carthaginienſem Romanis dedat & Thoantem Aetolum & quoſdam alios. Det praeterea obſides viginti, quorum nomina Romani adſcripſerint. Rex pacis ſtudio omnia iſta adprobans, bello liberatus eſt.

X.

Ὅτι μετὰ τὴν κατὰ Ἀντίοχον ἧτταν, ἀπὸ πασῶν τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεων καὶ δυναστῶν καταντησάντων πρέσβεων, τῶν μὲν [g] περὶ τῆς ἐλευθερίας· τῶν δὲ καὶ περὶ χαριστηρίων, ἀνθ᾽ ὧν εὐεργετήκασι τὴν Ῥώμην, κατηγωνισάμενοι κατὰ Ἀντιόχου. οἷς πᾶσιν ἡ σύγκλητος, ἀγαθὰς ἐλπίδας ὑπογράφουσα, ἔφησε, δέκα πρεσβευτὰς [h] ἀποστελεῖν εἰς τὴν Ἀσίαν, τοὺς μετὰ τῶν στρατηγῶν ἅπαντα ἕξοντας. ἐπανελθόντων δὲ εἰς τὰς πατρίδας, καὶ τῶν δέκα πρέσβεων μετὰ τῶν περὶ Σκιπίωνα καὶ τὸν Αἰμίλιον συνεδρευσάντων, ἑ-

X.

Victo Antiocho rege ab omnibus Aſiae civitatibus & principibus legationes Romam venerunt, ut aut libertatem, aut pro beneficiis, bello Syriaco praeſtitis, merita praemia reciperent: quibus omnibus bonam ſpem Patres oſtendentes dixerunt, decem legatos in Aſiam ſe miſſuros, qui una cum proconſulibus omnia ordinarent. Illis ergo ad ſuos reverſis, decem legati cum Scipione & Aemilio conſederunt, cognitiſque cauſſis pro conſilii ſententia

e Ἀντὰ δὲ καλῶς τὰ — καλῶς πρὸς in ſchedis. f In iiſdem αὐτόν. g Παρὰ in Mſ. h Ἀποςέλλειν idem & Suidas.

ctos ad *Livii* L. XXXVII, 34. P. Wess.

34. Ἀντὶ δὲ ταύτης εὐεργεσίας] *Livius* ibidem. *Pro tanto in me munere* &c. quod in praeſentia *dare poſſim*, *fidele conſilium eſt. Abi, nuncia meis verbis, bello abſiſtat* & reliq. F. Ursin.

42. Ὅτι ἐν τῇ Ῥώμῃ πρὸ τῆς &c.] Ad hujus fragmenti intelligentiam videnda ſunt, quae notavimus ex *Livio* in *Polybii* fragmentis (Legat. XIII.) unde haec *Diodori* deprompta ſunt. F. Ursin.

45. Αὐτῶν δὲ τὰ τοῖς Αἰτωλοῖς &c.] In exemplari mendoſe erat, αὐτὰ δὲ καλῶς τὰ τοῖς Αἰτωλοῖς καλῶς πρὸς τοὺς Ῥωμαίους &c. & ad oram libri emendatum eſt, ἀναστάς τις τῶν ἐκ τοῦ συνεδρίου, & reliq. F. Ursin.

50. Ἡ σύγκλητος ὑπολαβοῦσα τοὺς Αἰτωλοὺς &c.] *Suidam* in Ἀντέχειν haec deſcripſiſſe, vidit doctiſſimus *Pearſonius* & *Kuſterus*, quamquam per errorem *Hoeſchelii* Excerpta citans. Inſpice hac de re *Livium* L. XXXVII, 49. P. Wess.

56. Ὅτι ὁ Ἀντίοχος κ. λ.] Videndus *Polybius* in fragmento XXXV, & quae ibi notata ſunt ex *Livii* libro XXXVIII, 38. F. Ursin.

57. Ἀξιῶν αὐτῷ συγγνώμην] Αὐτὸν in exemplari mendoſe legebatur. F. Ursin.

64. Παραχωρῆσαι δὲ τῶν ἐλεφάντων] Haec in *Polybio* (p. 1168.) non ſatis emendate habentur. nos autem ex *Livio* emendavimus, apud quem: *elephantos tradito omnes, neque alios parato. Tradito & naves longas* &c. F. Ursin.

67. Ὧν ἦν ἡ διατίμησις ταλάντων &c.] Conferendus *Polybius* Leg. 24. & *Livius* L. XXXVII, 45., praeterea *Appianus* Syr. p. 180., in quo ſcribendum καὶ χρήματα ἐς τὴν τῶνδε τοῦ πολέμου δαπάνην δι᾽ αὐτοῦ γενομένου μύρια καὶ πεντακισχίλια τάλαντα Εὐβοϊκά. Vulgo perperam deſunt XV. illa millia. P. Wess.

76. Ὅτι μετὰ τὴν κατὰ τὸν &c.] Videndus *Livius* lib. XXXVIII, 38. F. Ursin.

78. Τῶν μὲν περὶ τῆς ἐλευθερίας] In exemplari παρὰ ſcriptum eſt mendoſe & Ῥώμῃ pro Ῥώμην & mox ἀποστέλλειν pro ἀποστελεῖν, ut nos emendavimus. F. Ursin.

81. Δέκα πρεσβευτὰς ἀποστελεῖν] Ἀποστέλλειν invenit & *Suidas*, qui in Ὑπογράφεται haec *Diodori* excerpſit. Poterat etiam retineri. Mox ἅπαντα ἕξοντας, aut πράξοντας, aut τάξοντας, quod Cl. *Wetſtenio* in mentem venit, ſcriptum fuiſſe opinor. Ἕξοντας certe non poteſt placere. Porro cultum eſt ὑπογράφειν ἐλπίδας, quod cum ad L. XIX, 46. plurium auctoritate muniverim, nihil nunc quidem addo. P. Wess.

84. Μετὰ τῶν περὶ Σκιπίωνα καὶ τὸν Αἰμίλιον] De Scipione non multum

tentia declaraverunt: regionem cis Taurum Eumenis eſſe debere atque elephantos, qui fuerant Antiochi. Rhodiis Caria & Lycia datae ſunt. Urbes, quae ſtipendiariae Eumenis fuerant, eidem vectigal pendere juſſae, quae vero Antiocho ſtipendium debuerant, illis immunitas data fuit.

κρίναν. οὗτοι καὶ διεσάφησαν τὴν μὲν ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου χώραν Εὐμένους εἶναι, καὶ τοὺς ἐλέφαντας· Ῥοδίοις δὲ προσώρισαν Καρίαν καὶ Λυκίαν· τῶν δὲ πόλεων, τὰς μὲν Εὐμένει φόρους δεδωκυίας, ὑπὸ τὸν Εὐμένη τετάχθαι· τὰς δὲ Ἀντιόχῳ φόρον φερούσας, ἀπολελύσθαι τῶν φόρων.

XI.

Proconſul Cn. Manlius Galatarum oratoribus, qui finem belli pacemque quaeſitum advenerant,
319. reſponſum dedit, tum ſe de pace amicitiaque acturum, ubi reges ipſorum ad ſe ultro adierint.

Ὅτι Γνάϊος Μάλλιος ὁ ἀνθύπατος, παραγενομένων πρὸς αὐτὸν πρεσβευτῶν παρὰ Γαλατῶν περὶ [i] συλλύσεως τοῦ πολέμου, τούτοις ἔδωκεν ἀπόκρισιν, ὅτι τότε ποιήσεται πρὸς αὐτοὺς τὰς ὑπὲρ τῆς εἰρήνης συνθήκας, ὅταν οἱ βασιλεῖς αὐτῶν καταντήσωσι πρὸς αὐτόν.

XII.

Idem Manlius in Lycaoniam progreſſus debitum ab Antiocho frumentum, & mille talenta, quae annua ex foedere praeſtari debebant, accepit.

Ὅτι ὁ αὐτὸς παρελθὼν εἰς Λυκαονίαν, τὸν προσοφειλόμενον σῖτον ἐκομίσατο παρὰ Ἀντιόχου, καὶ τὰ κατὰ τὰς συνθήκας φόρον ἐνιαυτοῦ χίλια τάλαντα.

XIII.

Achaeorum commune in Peloponneſo concilium legati Romanorum adierunt, & Senatui non placere diruta Spartae moenia docuerunt: eruerant autem illa Achaei, cum Lacedaemonem in ditionem redegerant, civeſque omnes in formulam ſuae reipublicae transſcripſerant. Poſt eos introducti Eumenis ſunt oratores, donum viginti talentorum, quo tanquam ſtipendio rex eos, qui ad id concilium convenire ſolebant, alere cenſebat, adferentes. Pecuniam Achaei ſpreverunt, donum accipere recuſantes. Venerunt & legati a Seleuco renovandae amicitiae, quae Achaeis cum Antiocho interceſſerat. Amicitia inſtaurata eſt, donaque, quae pollicebantur, admiſſa.

Ὅτι κατὰ τὴν Πελοπόννησον, τῆς κοινῆς συνόδου τῶν Ἀχαιῶν συνελθούσης, συνήχθησαν οἱ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις. οὗτοι δ' ἔφησαν τὴν σύγκλητον δυσαρεστεῖσθαι τῇ τῶν τειχῶν τῶν ἐν Λακεδαίμονι καθαιρέσει, ἣν ἐποίησε τὸ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν, ὅτε τῆς Σπάρτης ἐκράτησε, καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους κατέταξεν εἰς τὴν κοινὴν πολιτείαν. μετὰ δὲ τούτους συνήχθησαν οἱ παρ' Εὐμένους πρέσβεις κομίζοντες δωρεὰν ταλάντων εἴκοσιν, ἐξ ὧν ᾤετο δεῖν ὁ βασιλεὺς ὀψωνιάζεσθαι τὴν τῶν Ἀχαιῶν σύνοδον. οἱ δὲ Ἀχαιοὶ τὴν δόσιν χρημάτων [k] ἀποδοκιμάσαντες, οὐ προσεδέξαντο τὴν δωρεάν. ἧκον δὲ καὶ παρὰ Σελεύκου πρέσβεις, τὴν προγεγενημένην εἰς τὸν Ἀντίοχον τὸν βασιλέα συμμαχίαν ἀνανεούμενοι, οἱ δὲ τὴν συμμαχίαν ἀνενεώσαντο, καὶ τὴν δωρεὰν προσεδέξαντο.

XIV.

Romam cum veniſſent legati ab Aſiae regibus,

Ὅτι καταντησάντων εἰς Ῥώμην τῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας βα-

[i] Sic ſchedae. Διαλύσεως *Urſin.* ſcripſit. [k] Ἀποκομίσαντες Mſ.

multum pugnabo, quamquam Romam is rediiſſe videtur, antequam decem legati ad res Aſiae diſceptandas componendasque iter ingreſſi fuerunt. Vid. *Livium* L. XXXVII, 58. At quis Aemilius iſte? Fuit quidem inter decem eos legatos L. Aemilius Paullus, ſicut *Livius* ibid. cap. 55. docet. Scire tamen vehementer velim, cur ejus praeter ceteros mentio fiat? Praeſertim quum Cn. Manlius ex legatorum ſententia ea, quae hic *Diodorus*, conſtituerit ac declaraverit. Adi *Livium* L. XXXVIII, 38. P. Wess.

86. Τὴν μὲν ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου] *Livius* ibidem: *Cum inter cetera, quae accipienda ab Antiocho erant, elephantos quoque accepiſſet, donoque Eumeni omnes dediſſet.* F. Ursin.

90. Ἀντιόχῳ φόρον φερούσας] Ita legendum ex *Livio*, apud quem ſcriptum eſt: *quae ſtipendiariae regi Antiocho fuerant*, &c. F. Ursin.

95. Ὅτι Γνάϊος Μάλλιος —— περὶ διαλύσεως] Ita videtur legendum cum in exemplari συλλύσεως ſcriptum ſit. Videndus *Polybius* in fragmentis (p. 1163.) unde haec ſumpſit *Diodorus*, & quae in ſequenti fragmento habentur. F. Ursin.

97. Περὶ συλλύσεως] Revocavi veterem ſcripturam, a *Diodoro* nunquam ſpretam. Ecce enim L. XII, 20. ὥστε τὴν ἔχθραν ἀναλαμβάνειν, ὡς ἥκοντα πάλιν εἰς ΣΥΛΛΥΣΙΝ καὶ φιλίαν. iterum C. 25. διεπρεσβεύσαντο πρὸς ἀμφοτέρους περὶ ΣΥΛΛΥΣΕΩΣ. Tum cap. 26. Ἀκραγαντίνων —— ΣΥΛΛΕΛΥΜΕΝΩΝ πρὸς τοὺς Συρακουσίους. Saepeque alias. *Urſinus* ipſemet ad Legat. XIV. animadvertit, non eſſe neceſſariam emendationem. Porro ultima hujus Eclogae *Suidas* in Lexicon ſuum addidit voc. Καταντήσωσι. P. Wess.

11. Ὅτι κατὰ τὴν Πελοπόννησον] Pertinent haec ad *Polybii* fragmentum XLI., ad cujus intelligentiam multa ex *Livio* notavimus, quae huc referri poſſunt. F. Ursin.

13. Οὗτοι δὲ ἔφησαν τὴν σύγκλητον &c.] Apud *Polybium* (pag. 1080.) male ſcriptum erat, ὅτι δυσαρεστοῦνται μὲν καὶ τῇ τῶν τειχῶν συντελέσει, cum καθαιρέσει ſcribendum ſit: habet enim *Livius* (Lib. XXXIX, 33.) *Moenia diruta* &c. F. Ursin.

Δυσαρεστεῖσθαι τῇ τῶν τειχῶν] Leguntur & haec apud *Suidam* in Δυσαρεστούμενος. Dejectos autem hos muros memorat & *Pauſanias* L. VII, 8. p. 542. ubi vide praeſtantiſſimum *Kuhnium*. P. Wess.

18. Δωρεὰν ταλάντων εἴκοσιν] *Polybius* habet ἑκατὸν καὶ εἴκοσι τάλαντα. Ut apud *Diodorum* videatur ρ' deeſſe. Mox in exemplari ἀποκομίσαντες. Placet ἀποδοκιμάσαντες. F. Ursin.

19. Ἐξ ὧν ᾤετο δεῖν ὁ βασιλεὺς ὀψωνιάζεσθαι &c.] *Polybius* alia forma p. 1181. τὸ μὲν ὀψωνιάζεσθαι τὴν βουλὴν ὑπ' Εὐμένους καθ' ἕκαστον ἔτος &c. Sed & recte Noſter. Nam Lib. XVI, 22. ἐξ ὧν δυνατὸν ἦν πᾶσαν τὴν δύναμιν ὀψωνιάζεσθαι. At Excerptor. *Peireſc.* p. 598. de Hierace, Ptolemaei Phyſconis copiarum duce, ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ὀψωνιάσας τὴν δύναμιν. Quae verbi uſum & ſtipendiis erogandis poteſtatem ſatis manifeſtant. P. Wess.

29. Ὅτι καταντησάντων εἰς Ῥώμην &c.] Haec quoque ex *Polybio* (Legat. LVI.) ſumpſit *Diodorus*, ut conſtat ex fragmentis, quae a *Livio* quoque tranſlata fuiſſe indicavimus in ſcholiis. F. Ursin.

32. Καὶ ξένια καὶ ἄλλα φιλάνθρωπα] Ita emendavimus, cum male ſcriptum eſſet in exemplari, καὶ ξένια καὶ ἄλλα φιλανθρώπια. Qualia autem fuerint ξένια, quae legatis praebebantur, conſtat cum ex *Livio*, tum ex *Polybio* variis locis. F. Ursin.

43. Συλλύοντας τὸν πρὸς Φαρνάκην πόλεμον] De hac re videndus in fragmentis *Polybius* (p. 1221.) Placeret autem διαλύοντας pro συλ-

βασιλέων πρεσβευτῶν ἀποσταλέντων, οἱ περὶ τὸν Ἄτταλον βασιλεῖς, μεγάλης ἀποδοχῆς ἔτυχον. ἀπάντησις γὰρ αὐτοῖς ἐγένετο μεγαλοπρεπὴς, καὶ ξένια, καὶ τἄλλα [l] φιλάνθρωπα διαφέροντα. σφόδρα γὰρ οἱ βασιλεῖς οὗτοι φιλορωμαῖοι καθεστῶτες, καὶ πάντα τῇ συγκλήτῳ πειθαρχοῦντες, ἔτι δὲ τοὺς παραβάλλοντας Ῥωμαίων εἰς τὴν βασιλίδα ὑποδεχόμενοι φιλανθρωπότατα, μεγίστης ἀποδοχῆς μεγάλως ἠξιοῦντο. δι᾽ ὧν καὶ τῶν πρέσβεων ἁπάντων ἡ σύγκλητος ἀκούσασα, καὶ μάλιστα σπεύδουσα τοῖς περὶ τὸν Εὐμένη βασιλεῦσι χαρίζεσθαι, προσηνῆ τούτοις τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο. ἀπεφήνατο γὰρ ἀποστέλλειν ἐκ τοῦ συνεδρίου πρέσβεις τοὺς ἐκ παντὸς τρόπου συλλύοντας τὸν πρὸς Φαρνάκην πόλεμον.

hi qui cum Attalo erant magno honore excepti ſunt: namque obviam illis itum eſt magnifice, hoſpitiaque & lautia uberrime ſunt praebita. Erant enim hi reges Romani nominis ſtudioſiſſimi & in omnibus Senatui dicto audientes: ad hoc Romanos, quotquot in regnum eorum fuerant delati, 320. comiter ſummaque voluntate acceperant. Patres legationibus auditis, regi Eumeni ut gratificarentur, Attalo benigne reſponderunt, miſſuros e ſenatu legatos, qui operam darent, ut bellum cum Pharnace poneretur.

XV.

Ὅτι τῆς παρὰ τοῖς Αἰτωλοῖς [m] χρεωκοπίας κατὰ τὴν Θετταλίαν ζηλωθείσης, καὶ πάσης πόλεως εἰς στάσεις καὶ ταραχὰς ἐμπιπτούσης, ἡ σύγκλητος ὑπέλαβεν ἐκ τοῦ Περσέως γεγονέναι τὴν [n] σύγχυσιν, καὶ ἀπελογίσατο τοῖς τοῦ Περσέως πρεσβευταῖς, περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀπολύσειν αὐτὸν ἐγκλημάτων, περὶ δὲ τῆς Ἀβρουπόλιδος τοῦ Θρακὸς [o] ἐκ τῆς βασιλείας ἐκβολῆς, ἐκέλευσε διορθώσασθαι τὸν Περσέα τὸ γεγονός.

XV.

In Aetolia & Theſſalia & pleriſque urbibus ſpes novarum tabularum omnia miſcuerat: quam confuſionem a Perſe natam patres arbitrati, legatis ejus ſignificarunt, abſolvere ſe quidem ceteris eum criminibus, de Abrupolide vero Thrace, e regno nuper ejecto, velle omnino, ut factum Perſes corrigat.

XVI.

Ὅτι τοῦ Ἁρπάλου τοῦ Περσέως πρεσβευτοῦ σιωπήσαντος, ἡ σύγκλητος τὸν Εὐμένη ἐλεφαντίνῳ τιμήσασα δίφρῳ, καὶ τῆς ἄλλης ἀποδοχῆς ἀξιώσασα φιλοφρόνως, ἐξαπέστειλεν εἰς τὴν Ἀσίαν.

XVI.

Harpalo Perſae regis oratore nihil reſpondente, Senatus Eumenem ſella curuli donatum omnibusque honoribus impenſe cultum in Aſiam dimiſit.

XVII.

Ὅτι ἡ σύγκλητος αὐθημερὸν ἐψηφίσατο τὸν πρὸς Περσέα πόλεμον, καὶ τοῖς πρεσβευταῖς ἐχρημάτισε μὲν, ἀπόκρισιν δὲ οὐδεμίαν δέδωκε. προσέταξε δὲ τοῖς ὑπάτοις ἐν ἐκκλησίαις διαῤῥήδην [p] ἀπαγορεύειν. τοὺς δὲ πρεσβευτὰς καὶ πάντας Μακεδόνας, ἐκ μὲν Ῥώμης ἀπελθεῖν αὐθημερὸν, ἐκ δὲ τῆς Ἰταλίας, ἐν ἡμέραις τριάκοντα.

XVII.

Patres ex templo bellum Perſicum decreverunt, & regis quidem legatis Senatum praebuerunt, nullum tamen reſponſum. Conſulibus mandatum, ut in concione haec palam declararent, oratoribus vero Perſae cunctiſque Macedonibus denunciatum, ut ſtatim moenibus urbis Romae, Italia intra trigeſimum diem excederent.

XVIII.

l Φιλανθρώπια vetus liber. m Χρεωκοπείας Suidas. n Σύγκρισιν Mſ. o Καὶ τῆς idem. p Ἀπαγορεύσειν itidem.

συλλύοντας, & ſupra διαλύσεως a nobis emendatum eſt in fragmento XI. pro συλλύσεως, non male, ut exiſtimamus. quamvis & ibi συλλύσεως & hic συλλύοντας ferri poſſit. F. Ursin.

47. Ὅτι παρὰ τοῖς Αἰτωλοῖς χρεωκοπίας &c.] *Diodorum* haec a *Polybio* accepiſſe intelligere poſſumus ex Liviana verſione, quae habetur in libro XLII. (cap. 13.) *Confudit*, inquit *Livius*, & *miſcuit omnia in Theſſalia Perrhaebiaque ſpe novarum tabularum* &c. F. Ursin.

Ὅτι τῆς παρὰ τοῖς Αἰτωλοῖς χρεωκοπίας &c.] Auxit his *Suidas* Collectanea ſua in Χρεωκοπεῖται. Aetoli ob bella continua & in privata vita luxum ingens aes alienum habebant: hinc ſuperioribus annis ad mutandam reipublicae formam & ad tabulas novas proclivi fuerant animo, ſicuti ex *Polybio* Excerpt. p. 1401. novimus. Erant inde non Aetoli modo paullo ante Perſicum bellum in ſeditionibus propter ingentem vim aeris alieni, ſed Theſſali etiam: & contagione, velut tabes, in Perrhaebiam quoque pervaſerat id malum. *Livium* vide L. XLII, 5. P. Wess.

50. Γεγονέναι τὴν σύγχυσιν] In exemplari corrupte legebatur τὴν σύγκρισιν. Noſtram emendationem confirmat *Livius* illis verbis, *confudit & miſcuit*. F. Ursin.

51. Καὶ ἀπελογίσατο τοῖς — πρεσβευταῖς] Ne cui ſuſpectum hoc videatur, ecce tibi Polybiana ex L. II, 54. ἀπολογισάμενος δὲ περὶ τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν καὶ χρηματίσας περὶ τῶν μελλόντων. Et Legat. XV. ἧκεν παρ᾽ αὐτοῦ πρέσβεις ἀπολογιζόμενος τὴν εὔνοιαν καὶ προθυμίαν. Quorum locorum priore ſi qui ἀπολογησάμενος praeferat, poſteriore non certe poterit. P. Wess.

52. Περὶ δὲ τῆς Ἀβρουπόλιδος ἐκ τῆς βασιλ.] Ita emendavimus, cum in exemplari ſit καὶ τῆς βασιλείας, pro ἐκ τῆς βασιλείας. Ad oram autem libri vox Ἀβρουπόλεως mutata eſt in Ἀβρουπόλιδος. Sed parum refert, utro modo legas. De Abrupoli, rege Thraciae, facit mentionem *Livius* libro XLII. (cap. 13.) cum inquit: *Abrupolim ſocium atque amicum veſtrum regno expulit*. Quae verba ex *Polybio* tranſtulit *Livius*, ut apparet ex *Diodoro* & ex *Appiano* in Macedonico (Ecloga Legat. XXV. pag. 364.) F. Ursin.

Περὶ δὲ τῆς Ἀβρουπόλιδος &c.] Lege de eodem *Urſini* not. ad *Appiani* Leg. Exc. p. 121. & viros doctos in *Pauſan.* L. VII, 10. p. 547. P. Wess.

59. Ὅτι τοῦ Ἁρπάλου &c.] De Harpalo Perſei regis legato meminit *Livius* L. XLII, 14. & *Appianus* in Macedonico (Legat. XXV. Excerpt. p. 365.) F. Ursin.

60. Ἡ σύγκλητος τὸν Εὐμένη ἐλεφαντίνῳ &c.] Haec de *Polybio* ſumpta eſſe, ſatis conſtat vel ex *Livii* verſione, quae eſt in libro XLII. (cap. 14.) *Eumeni vero conſpiratio adverſus eum, favorem apud Romanos fecit: ita omnes ei honores habiti, donaque quam ampliſſima data, cum ſella curuli atque eburneo ſcipione.* F. Ursin.

66. Ὅτι ἡ σύγκλητος αὐθημερὸν ἐψηφίσατο &c.] Eadem de bello Perſico ſcribit *Appianus* in Macedonico (p. 368. Exc. Legat.) & iiſdem paene verbis: ut ſatis appareat utrumque a *Polybio* accepiſſe. F. Ursin.

68. Προσέταξε τοῖς ὑπάτοις — ἀπαγορεύειν] Haec ita *Livius* libro XLII. (cap. 48.) *Denunciatum extemplo moenibus urbis Romae, Italia intra* XXX. *diem excederent.* In *Diodori* exemplari manuſcripto ἀπαγορεύσειν pro ἀπαγορεύειν, mendoſe, ut apparet, ſcriptum erat. F. Ursin.

69. Διαῤῥήδην ἀπαγορεύειν] Cenſui fuiſſe ἀναγορεύειν hoc olim loco. Alioqui deerunt illa, quae conſules in concione vetuiſſe perhibentur. Inſpice *Polyb.* Leg. LXVIII. P. Wess.

73. Ὅτι

XVIII.

321. Ptolemaeus rex Aegypti non ignarus Syriam Cavam in ditione majorum ſuorum fuiſſe, ambigere de ea, facto ingenti belli apparatu, coepit. Sperabat enim injuſto amiſſam bello, juſte iiſdem legibus poſſe recuperari. Quibus cognitis Antiochus Legatos Romam miſit, qui Senatum teſtarentur, a Ptolemaeo iniqui belli initium fieri. Miſerat & Ptolemaeus oratores id bellum excuſaturos, ſenatumque docturos ab Antiocho Coelen Syriam, quae majorum ſuorum fuerat, contra omne jus teneri. Mandarat iiſdem, amicitiam cum Romanis renovarent, & finem bello Perſico imponere conarentur.

XVIII.

Ὅτι ὁ Πτολεμαῖος, ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς, εἰδὼς τοὺς αὐτοῦ προγόνους ἐσχηκότας [q] κοίλην Συρίαν, παρασκευὰς ἐποιεῖτο μεγάλας, ἀμφισβητῶν ταύτης· ἤλπιζέ τε τὴν ἀδίκῳ πολέμῳ πρότερον ἀφῃρημένην, τότε δικαίως τοῖς αὐτοῖς νόμοις ἀνακτήσασθαι. ἃ δὴ πυθόμενος ὁ Ἀντίοχος, ἐξαπέστειλεν εἰς Ῥώμην πρέσβεις, ἐντειλάμενος μαρτύρασθαι τὴν σύγκλητον, ὅτι πολεμεῖν ἀδίκως ἐπιβάλλεται Πτολεμαῖος. ἐξαπέστειλε δὲ καὶ ὁ προειρημένος τοὺς ἀπολογησομένους καὶ διδάξοντας τὴν σύγκλητον, ὅτι παρὰ πάντα τὰ δίκαια κρατεῖ τῆς κοίλης Συρίας Ἀντίοχος, ἑαυτοῦ προγονικῆς ὑπαρχούσης. ἐνετείλατο δὲ τά τε φιλάνθρωπα πρὸς Ῥωμαίους ἀνανεώσασθαι, καὶ περὶ τῆς πρὸς Περσέα διαλύσεως διαπειρᾶσθαι.

XIX.

Rhodiorum legati Romam venerant ad purganda crimina, quae vulgo jactari ſciebant; nam bello Macedonico proniore in Perſeum animo, ſpreta Romanorum amicitia, fuiſſe videbantur. Hi omnium voluntates a ſe abalienatas animadvertentes, animis conciderunt: cumque Praetorum unus rogationem ad populum tuliſſet de bello Rhodiis inferendo, tum vero patriae ſuae periculum reputantes maximeque conſternati pullam veſtem ſumſerunt, atque in amicorum congreſſibus non hortantium neque poſtulantium verbis uſi, ſed precibus lacrymas miſcentes, ne quid durius in patriam ipſorum conſuleretur, enixe contenderunt.
322. Introducuntur deinde in Senatum a tribunorum uno, qui Praetorem Romanos in bellum concitantem roſtris detraxerat, habitaque ad miſericordiam apta oratione, reſponſionem accipiunt, qua ſummo quidem metu liberantur, aſpera tamen & dura criminum exprobratione perſtringuntur.

XIX.

Ὅτι εἰς Ῥώμην παρεγένοντο πρεσβευταὶ Ῥοδίων πρὸς τὰς γεγενημένας κατ' αὐτῶν διαβολὰς [s] ἀπολογησόμενοι. ἐδόκουν γὰρ ἐν τῷ πρὸς Περσέα πολέμῳ ταῖς εὐνοίαις ἀποκεκλικέναι πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ προδεδωκέναι τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν. ὁρῶντες δὲ τὴν ἀλλοτριότητα τὴν πρὸς αὐτοὺς, εἰς ἀθυμίαν ἐνέπιπτον. ὡς δὲ καὶ τῶν στρατηγῶν τις συναγαγὼν ἐκκλησίαν, παρεκάλει τὰ πλήθη πρὸς τὸν κατὰ Ῥοδίων πόλεμον, τότε ὁλοσχερῶς δείσαντες περὶ τῆς πατρίδος, εἰς τοιαύτην ἦλθον κατάπληξιν, ὥστε πένθιμον ἀναλαβεῖν ἐσθῆτα, κατὰ δὲ τὰς ἐντεύξεις τῶν φίλων, μηκέτι [t] παρακαλεῖν, μηδὲ ἀξιοῦν, ἀλλὰ δεῖσθαι μετὰ δακρύων, μηδὲν ἀνήκεστον περὶ αὐτῶν βουλεύσασθαι. εἰσαγαγόντος δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν σύγκλητον ἑνὸς τῶν δημάρχων, καὶ τὸν παρακαλοῦντα πρὸς τὸν πόλεμον στρατηγὸν κατασπάσαντος ἀπὸ τῶν ἐμβόλων, [v] ἐποιεῖτο τοὺς λόγους. καὶ πολλὰ πρὸς δέησιν εἰπόντες, ἔλαβον ἀποκρίσεις, δι' ὧν τοῦ μὲν ὁλοσχεροῦς φόβου παρελύθησαν, περὶ δὲ τῶν κατὰ μέρος ἐγκλημάτων, πικρῶς ὠνειδίσθησαν.

XX.

Sub idem tempus undique Romam oratores ad gratulandum Romanis ob res bene geſtas devene-

XX.

Ὅτι κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἧκον εἰς Ῥώμην πάντοθεν οἱ πρεσβευταὶ, συγχαρησόμενοι τοῖς γεγονό-

q Τὴν κοίλην *Suidas.* r Παρῃρημένην ediderat *Urſin.* s Ἀπολογησάμενοι MS. t Παρακαλεῖν idem. v Ἐποιοῦντο nexus verborum & res ipſa requirit.

76. Ὅτι ὁ Πτολεμαῖος &c.] Videndus hac de re *Appianus* in Syriaco (p. 112.) & *Livius* L. XLII. (cap. 29.) in quo ſcriptum eſt: *Antiochus imminebat quidem Aegypti regno, & pueritiam regis, & inertiam tutorum ſpernens: & ambigendo de Coele Syria cauſſam belli ſe habiturum exiſtimabat*, &c. *Ptolemaeus propter aetatem alieni tum arbitrii erat; tutores & bellum adverſus Antiochum parabant, quo vindicarent Coelen Syriam*, &c. F. Ursin.

78. Ἀμφισβητῶν ταύτης] Haec & ſuperiora *Suidas* habet in Ἀμφισβητῶ, perperam inter *Polybii* fragmenta a viris doctis relata. De re ipſa ne quid dicam, fecit *H. Valeſii* diligentia, cujus notam vide p. 579. hujus Editionis. P. Wess.

89. Καὶ περὶ τῆς —— πειρᾶσθαι] Ita legendum. In exemplari enim abundat διὰ ante verbum πειρᾶσθαι. neque διαπειρᾶσθαι neceſſarium eſt, ut legatur. Locus autem ſumptus eſt ex *Polybio*, quem imitatur etiam *Livius*, in fragmento LXXII. F. Ursin.

Καὶ περὶ τῆς πρὸς τὸν Περσέα &c.] Ego διαπειρᾶσθαι reſtitui ſuum in locum. Etſi enim plane neceſſarium non eſt, improbari haud debuit verbum, ab optimis ſcriptorum uſurpatum. Imperaverat rex, omnia tentarent, quo bellum Perſicum poneretur: quod & pro virili ſua ſtuduiſſent, ni M. Aemilius alia omnia eos docuiſſet, indicante *Polybio* Excerp. pag. 1239. P. Wess.

94. Ὅτι εἰς τὴν Ῥώμην —— ἀπολογησόμενοι] Ita legendum, cum in exemplari corrupte ſit ἀπολογησάμενοι. Livius L. XLV. (cap. 20.) *Inter multas Aſiae Graeciaeque legationes, Rhodiorum maxime legati civitatem converterunt*, &c. *Purgatum civitatis crimina dicentes veniſſe* &c. Sumpſit autem haec *Livius* ex *Polybii* fragmento LXXXIV., unde & *Diodorus* accepit. F. Ursin.

1. Ὡς δὲ καὶ τῶν στρατηγῶν τις] Haec ad verbum fere, & quae ſequuntur, ex *Polybio* deſcripta ſunt, ut ex ejus fragmentis (p. 1279.) apparet. *Livius* ibidem: *M. Juventius Thalna, cujus inter cives & peregrinos juriſdictio erat, populum adverſus Rhodios incitabat: rogationemque promulgaverat, ut Rhodiis bellum indiceretur* &c. F. Ursin.

4. Ὥστε πένθιμον ἀναλαβεῖν &c.] *Livius* ibid. *Extemplo veſte ſordida ſumpta domos principum cum precibus & lacrymis circumibant, orantes*, &c. Παρακαλεῖν pro παρακαλεῖν corrupte erat in exemplari. F. Ursin.

Ὥστε πένθιμον ἀναλαβεῖν ἐσθῆτα] Recte *Urſinus*. Fontem adeamus: ὥστε καὶ φαιὰ βαλεῖν (lege λαβεῖν, ut *Urſinus* conjecerat) ἱμάτια, καὶ κατὰ τὰς παρακλήσεις (mallem ἐντεύξεις, ut hic, ſcriptum eſſet) μηκέτι παρακαλεῖν, μηδ' ἀξιοῦν τοὺς φίλους, ἀλλὰ δεῖσθαι μετὰ δακρύων μηδὲν ἀνήκεστον &c. Sic *Polybius* pag. 1280. P. Wess.

8. Καὶ τὸν παρακαλοῦντα πρὸς τὸν πόλεμον &c.] Haec ex *Polybio* omnia *Diodorus*, ſed nimis conciſe: habet enim *Polybius* in fragmento XCIII. καὶ τὸν στρατηγὸν τὸν παρακαλοῦντα πρὸς τὸν πόλεμον κατασπάσαντος ἀπὸ τῶν ἐμβόλων, ἐποιοῦντο τοὺς λόγους, πρῶτος μὲν Φιλόφρων, μετὰ δὲ τοῦτον Ἀστυμήδης. F. Ursin.

17. Ὅτι κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους &c. reliq.] Ita legendum ex *Polybio*, a quo haec ſumpta ſunt. F. Ursin.

18. Συγ-

γονόσι κατορθώμασιν. ἡ δὲ σύγκλητος φιλανθρώπως ἁπάσας ἀποδεχομένη, καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἐπιεικεῖς διδοῦσα, συντόμως ἑκάστους ἀπέλυσεν εἰς τὰς πατρίδας.

runt, quos omnes humaniſſime exceptos, datis benigne reſponſis, Patres brevi poſt in patriam remiſerunt.

XXI.

Ὅτι κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους πολλῶν παραγεγονότων πρεσβευτῶν, πρώτοις τοῖς περὶ Ἄτταλον ἐχρημάτισεν ἡ σύγκλητος. ὑποψίας γὰρ εἶχον οἱ Ῥωμαῖοι τὰ πρὸς τὸν Εὐμένη, ἕνεκεν τῶν γραμμάτων τῶν εὑρημένων, ἐν οἷς συμμαχίαν ἦν συντεθειμένος πρὸς Περσέα κατὰ Ῥωμαίων. κατηγορησάντων δὲ πλειόνων ἀπὸ τῆς Ἀσίας πρεσβευτῶν, καὶ μάλιστα τῶν ἀπεσταλμένων παρὰ Προυσίου βασιλέως καὶ Γαλατῶν, οἱ περὶ τὸν Ἄτταλον ἐνδεχομένως ἀπολογησάμενοι πρὸς ἕκαστον τῶν ἐγκαλουμένων, οὐ μόνον ἀπετρέψαντο τὰς διαβολὰς, ἀλλὰ καὶ τιμηθέντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκίαν. ἡ δὲ σύγκλητος οὐ κατὰ πᾶν ἔληγε τῆς κατ' Εὐμένους ὑποψίας· προχειρισαμένη δὲ Γάϊον ἐξαπέστειλε κατοπτεύσαντα τὰ κατὰ Εὐμένη.

XXI.

Quum eodem tempore plures advenisſent legati, primo Attalo, cujus frater Eumenes in magnam ſuſpicionem ceciderat ob repertas literas, quibus foedus & amicitiam cum Perſe contra Romanos viſus erat ſociaſſe, Senatus datus eſt. Accuſabant regem plures ex Aſia legati, illique in primis, qui a rege Pruſia & Galatis venerant. Verum Attalus pleraque omnia, ut ſe res dabat, purgans, non tantum iſta crimina a fratre amolitus eſt, ſed & ſummo cum honore domum dimiſſus. Haeſit tamen in Patrum animis gravis de Eumene ſuſpicio, ablegatuſque Cajus eſt, qui res Eumenis inſpiceret.

XXII.

Ὅτι Προυσίας, ἀνάξιος γεγονὼς τοῦ τῆς βασιλείας προσχήματος, καὶ διατελέσας πάντα τὸν τοῦ ζῆν χρόνον αἰσχρῶς κολακεύων τοὺς ὑπερέχοντας· καὶ ποτὲ Ῥωμαίων πρὸς αὐτὸν παραγενομένων πρεσβευτῶν, τὰ μὲν τῆς βασιλείας σύμβολα, τό τε διάδημα, καὶ τὴν πορφύραν ἀπέθετο, μιμησάμενος δὲ τὴν τῶν προσφάτως ἀπηλευθερωμένων παρὰ Ῥωμαίοις τάξιν, ἀπήντησεν ἐξυρημένος τὴν κεφαλὴν, καὶ πίλεον ἔχων λευκὸν, ἔτι δὲ φορῶν τήβενναν, καὶ κάλτιον, ἀσπασάμενος δὲ τοὺς πρεσβευτὰς, ἀπέφαινεν ἑαυτὸν ἀπελεύθερον εἶναι Ῥωμαίων. ἧς ἀγεννεστέραν φωνὴν οὐ ῥᾴδιον εὑρεῖν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τούτοις οἰκεῖα πρότερον διεπράξατο, καὶ τότε δὲ κατὰ τὴν εἴσοδον γενόμενος τὴν εἰς τὴν σύγκλητον, κατὰ τὸ θύρετρον ἀντίον στὰς τοῦ συνεδρίου, καὶ καθεὶς τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας, προσεκύνησε τὸν οὐδὸν καὶ τοὺς καθημένους, ἐπιφθεγξάμενος, Χαίρετε θεοὶ σωτῆρες, ὑπερβολὴν οὐδεμίαν ἀπολιπὼν κολακείας ἀνάνδρου, καὶ γυναικισμοῦ. ἀκολούθως δὲ τούτοις, καὶ τὸν λόγον ἐν τῇ συγκλήτῳ ποιησάμενος, τοιαῦτα διῆλθεν, ὥστε καὶ γράφειν ἡμῖν ἀπρεπὲς εἶναι. ἡ δὲ σύγκλητος, τοῖς πλείστοις τῶν λεγομένων προσκόπτου-

XXII.

Pruſias, regio nomine & majeſtate indignus, toto vitae tempore eminentioribus viris turpiter blandiri inſueverat. Conventus aliquando a Romanorum legatis, poſitis regni inſignibus, diademate & veſte purpurea, imitatus recens manumiſſorum morem atque habitum, pileatus, raſo capite, toga & calceis veſtitus proceſſit, & oratoribus, Ecce me, inquit, libertum Romanorum. 323. Qua voce minus generoſam haud facile invenias. Plura de hoc genere antea fecit & dixit, tum vero ingreſſus curiam ad januam adſtans, ex adverſum Patres, demiſſis manibus limen adoravit ſeſſorumque confeſſum, & ſimul, Salvete, inquit, Dii ſervatores mei, omnes utique muliebres blanditias & adulationes longe exſuperans. Similis oratio hominis ad Senatum fuit, quam recenſere & literis prodere dedecet. Patres pleriſque regis dictis

18. Συγχαρεὶς μὲν τοῖς γεγονόσι] Innuit *Urſinus* ſe neſcio quid correxiſſe. Mallem liquidius indicaſſet. In *Polybio* Leg. XCVII. p. 1289. eſt ἐπὶ τοῖς γεγονόσι. P. Wess.

26. Ὅτι κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους κ. λ.] Haec ex *Polybii* fragmento XCIII. ſumpſit *Diodorus*. F. Ursin.

28. Ὑποψίας γὰρ εἶχον οἱ Ῥωμαῖοι &c.] Aliter haec *Polybius*: τῶν γὰρ πλείστων, inquit, Ῥωμαίων ἀλλοτριωμένων τῆς τοῦ βασιλέως Εὐμένους εὐνοίας, καὶ πεπεισμένων αὐτὸν διαφέρειν ἐν τῷ πολέμῳ γεγονέναι, λαλοῦντα τῷ Περσεῖ &c. F. Ursin.

32. Καὶ μάλιστα τῶν ἀπεσταλμένων παρὰ Προυσίου &c.] Haec in exemplari mendoſe legebantur, quae a nobis emendata videant docti; an Livianis illis in libro XLV. (cap. 19.) lucem aliquam afferre poſſint: *Altera*, inquit *Livius*, *querimonia Gallici tumultus*, *Advertaeque gladiis regnum in dubium adductum eſſe*, &c. F. Ursin.

Τῶν ἀπεσταλμένων παρὰ — Γαλατῶν] Id ſatis conſtat & hinc & ex *Polybio*, paullo ante hanc legationem magnam Eumenem cladem bello Gallico accepiſſe. Atque haec ſola lux Livianis iſtis adfulget: Nam *Advertae* nomen in mendo manet, varie a viris doctis, ut eorum commentarii docent, ſollicitatum. P. Wess.

38. Προχειρισαμένη δὲ Γάϊον ἐξαπέστειλε] *Polybius* habet τοὺς δὲ περὶ τὸν Πόπλιον Λικίνιον ἐξέπεμψεν. F. Ursin.

Προχειρισαμένη δὲ Γάϊον ἐξαπέστειλε] *P. Licinium*, legationis ejus principem, memoravit & *Livius* L. XLV. 34. Itaque aut error his ineſt, aut e legatis iſtis alium *Diodorus* indicavit. Ceterum verba illa πρὸς ἕκαστον τῶν ἐγκαλουμένων, οὐ μόνον κ. λ. partem faciunt Lexici *Suidae* in Ἀπετρέψατο, quod *L. Kuſtero* latuit. P. Wess.

44. Ἀνάξιος γεγονὼς τοῦ τῆς βασιλείας προσχήματος] Vide ad Exc. *Peireſc.* p. 580. & de hoc ipſo Pruſia *Polyb.* Legat. XCVII. ubi οὐδαμῶς γεγονὼς ἄξιος τοῦ τῆς βασιλείας προσχήματος. *Suidas*, forte ex eodem *Polybio*, ἀνάξιος ὑπάρχων τοῦ τῆς βασιλείας προσχήματος in voce Νωθεία. Adde Cl. *Duker*um in *Livii* L. XLV, 44. Fuit revera Pruſias hic abjectiſſimi & humillimi animi, neque dignus, cui regnum committeretur. Lege *Appianum* Mithrid. p. 197. P. Wess.

51. Καὶ πίλεον ἔχων λευκὸν] Locus notabilis ob pilei colorem, quem raſo capite libertate donati ſumebant, meritoque ſuo non praeteritus a *Theoph. Raynaudo* Tractat. de Pileo ſect. 10. pag. 1275. Edit. *Graevii*. Quae vero de Pruſia ex *Polybio* refert *Diodorus*, eadem Nicomedi *Plutarchus* attribuit Or. II. de Fort. Alex. p. 336. E. Ὁ δὲ Νικομήδης, τὴν κεφαλὴν ἐξυρημένος καὶ πίλεον ἐπιθέμενος, ἀπελεύθερον ἑαυτὸν Ῥωμαίων ἀνηγόρευσεν. Fortaſſe quod paterno exemplo eumdem habitum atque ornatum adſciviſſet: aderit enim parenti, Romanos turpiter adulanti, ut ex *Livii* L. XLV, 44. notum. P. Wess.

52. Καὶ κάλτιον] In *Polybio* Leg. XCVII. καὶ καλικίους. pro quibus *Urſinus* καὶ καλτίους ſicuti & hic malebat. Id quidem opus in *Polybio* non eſt, quamquam κάλτιον tolerari non poteſt. Καλτίκιον aut κάλτιον praeſtat. Solent Graeci Romanorum *calceum* varie ſcribere. Κάλτιον invenies in *Plut.* L. Paullo p. 257. C., καλτίκιον in ejuſdem lib. de Tranq. An. p. 465. A. P. Wess.

60. Χαίρετε θεοὶ σωτῆρες] *Livium* vide L. XLV, 44. & *Dionem* *Caſſium*

dictis offenſi, dignam adulatori reſponſionem dederunt. Malunt enim Romani hoſtes magni animi quam viles vincere.

σα, πρεπώσας τῇ κολακείᾳ τὰς ἀποκρίσεις ἐποιήσαντο. Ῥωμαῖοι γὰρ καὶ πολεμίους ἐπ' ἀνδρείᾳ μεγαλοφρονοῦντας νικᾶν σπεύδουσιν.

XXIII.

Venerant in urbem legationes a minore & majore Ptolemaeo, quibus in Senatu orandi facultate praebita cauſſaque examinata Patres hoc reſponſum dederunt: Miſſi a majore Ptolemaeo intra quintum diem ex Italia excedant, renuncientque foedus, quod cum rege fuerat, ſublatum eſſe. Decreverunt praeterea legatos ad minorem Ptolemaeum
324. mittere, qui Senatus illi voluntatem & quid fratri reſponſum fuiſſet, oſtenderent.

Ὅτι ἧκον πρεσβευταὶ εἰς Ῥώμην παρά τε τοῦ νέου Πτολεμαίου, καὶ παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου. δοθέντος δὲ αὐτοῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ λόγου, διακούσασα ἡ σύγκλητος κατὰ μέρος, ἐδογμάτισε, τοὺς μὲν παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου Πτολεμαίου πρεσβευτὰς ἐν ἡμέραις πέντε ταῖς πάσαις ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀπαλλάττεσθαι, καὶ τὴν συμμαχίαν ἀνελεῖν τὴν πρὸς αὐτόν· πρὸς δὲ τὸν νεώτερον Πτολεμαῖον πέμψαι πρεσβευτὰς τοὺς ἐμφανιοῦντας αὐτῷ τὴν ἔννοιαν τῆς συγκλήτου, καὶ τὰ διασεσαφημένα τἀδελφῷ.

XXIV.

Olympiade CLV. legati ab Ariarathe Cappadocum rege adſuerunt, coronam adferentes aureorum decies mille, regiſque in Romanos benivolentiam ſignificaturi: renunciaſſe praeterea regem, ſicuti ipſi voluerant, Demetrii adfinitati atque amicitiae. Quae vera omnia eſſe cum T. Gracchus teſtificaretur, Senatus Ariarathen laudavit, acceptaque corona, viciſſim quae plurimi Romae aeſtimantur dona, illi miſit.

Ὅτι κατὰ τὴν ρνέ. Ὀλυμπιάδα πρέσβεις παρεγένοντο παρὰ Ἀριαράθου, στέφανον κομίζοντες ἀπὸ χρυσῶν μυρίων, καὶ διασαφοῦντες * τὴν ἔννοιαν τοῦ βασιλέως, ἣν ἔχει πρὸς Ῥωμαίους· ἔτι δὲ τὴν δι' ἐκείνους γενομένην ἀπόρρησιν τοῦ γάμου, καὶ φιλίας πρὸς Δημήτριον. συνεπιμαρτυρούντων δὲ καὶ τῶν περὶ τὸν Γράκχον πρεσβευτῶν, ἡ σύγκλητος ἐπαινέσασα τὸν Ἀριαράθην, τόντε στέφανον ἐδέξατο, καὶ τὰ μέγιστα τῶν παρ' αὐτοῖς νομιζομένων δώρων ἀπέστειλε.

XXV.

Sub idem tempus introducti in curiam ſunt legati a Demetrio, coronam decies mille aureorum, & auctores caedis Octavii in vinculis adportantes. Patres cum diu in dubio fuiſſent, quid facto opus eſſet, coronam quidem acceperunt, ſed Iſocratem & Leptinem, qui fuerant adducti, recipere noluerunt.

Ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον συνεισήχθησαν καὶ οἱ παρὰ Δημητρίου πρέσβεις, οἱ τὸν στέφανον κομίζοντες, ἀπὸ μυρίων χρυσῶν, καὶ * τοὺς αἰτίους τοῦ κατὰ τὸν Ὀκταουΐου φόνον, δεσμίους ἀγαγόντες. ἡ δὲ σύγκλητος ἐπὶ πολὺν μὲν χρόνον διηπόρησε, πῶς χρηστέον ἦν τοῖς πράγμασι. καὶ ἡ σύγκλητος τὸν μὲν στέφανον προσεδέξατο· τοὺς δὲ μετὰ τοῦ στεφάνου παραδιδομένους Ἰσοκράτη καὶ Λεπτίνην οὐκ ἐβουλήθη παραλαβεῖν.

XXVI.

Parta Celtiberi victoria de futuro ſollerter conjicientes ad Conſulem de pace mittunt oratores, quibus is, Romani populi majeſtatem conſervan-

Ὅτι οἱ Κελτίβηρες μετὰ τὴν νίκην οὐκ ἀφρόνως προνοούμενοι τοῦ μέλλοντος, πρεσβείας ἐξαπέστειλαν πρὸς τὸν ὕπατον περὶ διαλύσεως. ὁ δὲ ἀναγ-

καῖον

* Praeſtat τὴν εὔνοιαν ex Polybio Leg. CIX. & CXXI. * Τὰς αἰτίας Mſ.

Caſſium Leg. XXII. P. Wess.

72. Ὅτι ἧκον πρεσβευταὶ εἰς Ῥώμην &c.] Haec ex Polybii fragmento CXVII. ad verbum paene deſcripſit Diodorus. F. Ursin.

Παρά τε τοῦ νέου Πτολεμαίου] Inter Ptolemaeos Philometorem & Phyſconem male conveniebat: geſta variante, ut ſolet, fortuna fuerant bella, quibus tandem poſitis Phyſconi Cyrene attributa eſt. Petiit deinde ſibi Cyprum, & a Romanis, qui Philometorem, Aegypti regem, nimis convaleſcere nolebant, impetravit: hinc nova diffidia, quorum occaſione hae legationes in urbem venerunt. Adeundus eſt Polybius Leg. CXV. CXVI. CXVII. P. Wess.

76. Ἐν ἡμέραις πέντε ταῖς πάσαις &c.] Polybius habet, ἐν πέντε ἡμέραις ἀπέρχεσθαι ἐκ τῆς Ῥώμης. Omnino melius ita. Nam Macedonum legatis, Roma extemplo, Italia intra trigeſimum diem excederent, ut Livius inquit (lib. XLII, 48.) denunciatum eſt. F. Ursin.

78. Καὶ τὴν συμμαχίαν ἀνελεῖν] Polybius habet αἴρειν ex quo nos ἀναιρεῖν fecimus. F. Ursin.

85. Πρέσβεις παρεγένοντο παρὰ Ἀριαράθου] Videndus Polybius eſt in fragmento CXXI., unde haec ſumpſit Diodorus. F. Ursin.

86 Παρὰ Ἀριαράθου] Confer cum his Eclog. 3. lib. XXXI. p. 518. & Exc. Peireſc. p. 584. Epitom. Livii XLVI. P. Wess.

88. Ἔτι — ἀπόρρησιν τοῦ γάμου καὶ φιλίας &c.] Demetrius Soter, ut regnum adfinitate muniret, Ariarathae conditionem ſororis obtulerat: nuptias illas Senatus Romanus inprobavit, ejuſque imperio rex. Itaque Ariarathis Demetrius propter faſtiditas ſororis nuptias infeſtus fratrem ejus Oroſernem — ſupplicem recepit, datumque ſibi honeſtum belli titulum gratulatus, reſtituere eum in regnum ſtatuit, ſcribit Juſtinus L. XXXV, 1., cui adjunge Excerpta Peireſc. p. 588. hujus Editionis. P. Wess.

92. Καὶ τὰ μέγιστα τῶν παρ' αὐτοῖς νομιζομένων &c.] Ea expreſſit Polybius (Leg. CXXI.) τήν τε σκίπωνα καὶ τὸν ἐλεφάντινον δίφρον. F. Ursin.

97. Ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον &c.] Haec a Polybio ſumpſit Diodorus ex fragmento CXXII. F. Ursin.

99. Καὶ τοὺς αἰτίους τοῦ κατὰ τὸν Ὀκταουΐου φόνον] Ita legendum, cum mendoſe ſit in exemplari τὰς αἰτίας. Polybius habet, ἄγοντα δὲ καὶ τὸν προσενεγκάμενον τῷ Γναίῳ τὰς χεῖρας ἀγεῖτο. Mox Ἰσοκράτην καὶ Λεπτίνην. Polybius modo Socratem modo Iſocratem nominat, parum conſtanti ſcriptura. Sed ex Diodori loco apparet Ἰσοκράτην legendum eſſe non Σωκράτην, quod nomen irrepſit, ut opinor, culpa librarii. F. Ursin.

4. Ἰσοκράτη καὶ Λεπτίνην] Cn. Octavium Laodiceae Leptines interfecerat, quam caedem Iſocrates homo Grammaticus & mire garrulus jure factam fuiſſe defenderat: eam cauſſam utriuſque dedendi docet Polybius Leg. CXX. & CXXII. Appianus Syr. p. 188. P. Wess.

9. Ὅτι οἱ Κελτίβηρες μετὰ τὴν νίκην &c.] Videndus Polybius in fragmento CXLI, unde ſumpſit Diodorus. F. Ursin.

Μετὰ τὴν νίκην οὐκ ἀφρόνως προνοούμενοι] Victoriam eam deſignat, quam Celtiberi de M. Fulvio Nobiliore reportaverant, deſcriptam ab Appiano Iber. p. 472. Miſerunt dein ad M. Claudium Marcellum, pacique indiciae facultatem Romam oratores mittendi impetrarunt. Vide Polybium Leg. CXLI. P. Wess.

19. Ὅτι

χρῆσαι ἡγούμενος τηρεῖν τὸ τῆς πατρίδος μεγαλόψυχον, ἀπεκρίθη τούτοις, ἢ διδόναι περὶ πάντων ἐπιτροπὴν Ῥωμαίοις, ἢ πράττειν ἐρρωμένως τὰ τοῦ πολέμου.

dam ratus, reſpondit, aut ſe ſuaque omnia Romanorum arbitrio permitterent, aut belli vehementiorem impetum exſpectarent.

XXVII.

Ὅτι τῶν Ῥωμαίων στρατευσάντων πρὸς Καρχηδονίους, οἱ Καρχηδόνιοι πυθόμενοι τὸν εἰς τὸ Λιλύβαιον κατάπλουν, καὶ πρὸς τὸν πόλεμον οὐδαμῶς καταβαίνοντες πρεσβευτὰς ἐξέπεμψαν εἰς Ῥώμην, οἳ ἐνεχείρισαν τοῖς Ῥωμαίοις ἑαυτούς τε καὶ τῆς πατρίδος τὰ πράγματα. ἡ δὲ σύγκλητος δεξαμένη τὴν παράδοσιν τῆς χώρας, ἔδωκεν ἀπόκρισιν, ἐπεὶ καλῶς βουλεύονται Καρχηδόνιοι, δίδωσιν αὐτοῖς ἡ σύγκλητος νόμους, χώραν, [y] ἱερά, τάφους, ἐλευθερίαν, ὕπαρξιν, οὐδαμοῦ προστιθεῖσα πόλιν τὴν Καρχηδόνα (παρακρύπτουσα [z] διὰ τούτων τῶν φιλανθρωπιῶν) ἐὰν ὁμήρους δῶσι τριακοσίους υἱοὺς τῶν συγκλητικῶν, καὶ πείθωνται τοῖς ὑπὸ τῶν ὑπάτων παραγγελλομένοις. οἱ δὲ νομίσαντες ἀπολελύσθαι τοῦ πολέμου, τοὺς ὁμήρους ἐξέπεμψαν μετὰ πολλῆς οἰμωγῆς. εἶτα ἦλθον εἰς τὴν Ἰτύκην. οἱ δὲ πάλιν πρεσβευτὰς ἐξέπεμψαν τοὺς πευσομένους εἴ τι ἕτερον αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι ποιεῖν κελεύουσι. τῶν δὲ ὑπάτων εἰπόντων παραδοῦναι τὰ ὅπλα ἀδόλως καὶ τοὺς καταπέλτας· οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον διὰ τὸν πρὸς Ἀσδρούβαν πόλεμον, βαρέως ἤνεγκαν. παρέλαβον δ' ὅπλων παντοδαπῶν εἴκοσι μυριάδας, καὶ καταπέλτας δισχιλίους. εἶτα πάλιν οἱ Ῥωμαῖοι διεπέμψαντο πρὸς Καρχηδονίους, ἀποστεῖλαί τινας ἐκ τῆς γερουσίας κελεύοντες, [a] οἷς τὸ καταλειπόμενον πρόσταγμα διασαφήσουσι. οἱ δὲ τριάκοντα τῶν ἐπιφανεστάτων ἀπέστειλαν. ὁ δὲ πρεσβύτερος τῶν ὑπάτων Μανίλιος εἶπεν, ὅτι τῇ συγκλήτῳ δέδοκται, ἣν μὲν νῦν οἰκοῦσι πόλιν, ἐκλιπεῖν· ἑτέραν δὲ κτίσαι τῆς θαλάσσης ἀπέχουσαν σταδίους ὀγδοήκοντα. τῶν δὲ πρεσβευτῶν εἰς οἶκτον καὶ ἔλεον τραπέντων, καὶ πάντων ῥιψάντων ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ πολὺν κλαυθμὸν μετὰ δακρύων προεμένων, διατροπὴ μεγάλη τὸ συνέδριον ἐπέσχε. [b] μόγις δὲ τῶν Καρχηδονίων ἀπὸ τῆς καταπλήξεως ἀναψυξάντων, μόνος ὁ Βλάννων καλούμενος, οἰκείαν τῆς περιστάσεως φωνὴν ποιούμενος, διελέχθη [c] παραστατικῶς ἅμα καὶ παρρησιαζόμενος· εἰς δὲ οἶκτον προαγόμενος τοὺς ἀκούοντας.

XXVII.

Orto Punico bello, Carthaginienſes ad Lilybaeum adpulſam eſſe Romanorum claſſem intelligentes, averſique ab eo bello, legatos Romam miſerunt, qui ſuas patriaeque res Romanis dederent. 325.
Patres regionis Punicae deditione admiſſa legatis reſponderunt, quandoquidem rebus ſuis bene conſulant Carthaginienſes, concedere ſe illis leges, regionem, ſacra, monumenta, libertatem, poſſeſſioneſque omnes, interitum Carthaginis, quem decreverant, humanitatis hac ſpecie obtegentes, modo trecentos ſenatorum liberos obſides darent, & imperata a conſulibus prompte facerent. Poeni belli metu ſeſe exſolutos opinati, obſides non ſine magno ejulatu, ut convenerat, miſerunt. Secundum haec Uticam Romani veniunt. Iterum oratores Carthagine mittuntur quaeſitum, ecquid aliud Romani imperent? Reſpondent conſules, arma omnia & catapultas ſine fraude tradi oportere. Prius illi ob bellum, quod contra Aſdrubalem gerebatur, aegerrime audiverunt. Acceperunt tamen Romani arma omnis generis ad ducenta millia, catapultas bis mille. Tum Carthaginem ablegati ſunt, qui ex Senatu mittendos eſſe aliquos docerent, ut poſtremum Conſulum mandatum acciperent. Venerunt ex nobiliſſimis triginta, quibus Conſulum major Manilius placere Senatui, dixit, ut, quam nunc incolunt urbem, deſerant, aliamque octoginta a mari ſejunctam ſtadiis condant. Quibus auditis legati in luctum verſi atque in terram prolapſi miſerabilem cum fletu conplorationem ciebant, 326.
omnemque conſeſſum commiſeratione repleverunt. Poſtquam vero ex ea conſternatione utcumque ſe Carthaginienſes receperant, unus, cui nomen Blanno, oratione, rebus conveniente uſus, magna animi fiducia & libertate diſſeruit, omnibuſque, qui aderant, miſericordiam movit.

XXVIII.

y Ἱερὰ Mſ. z Δι idem. a Οἱ in eodem, tum mox Μαμίλιος. b Μόλις Suidas, & ſtatim ἀναλεξαμένων, tum Βλάνων. c Edebatur παραστατικῶς.

19. Ὅτι τῶν Ῥωμαίων στρατευσάντων &c.] Haec quoque ab eodem Polybio accepit Diodorus ex fragmento cxxii. F. Ursin.

27. Ἱερά, τάφους] Ita emendavimus, cum ἱερὰ τάφους eſſet in exemplari. Paulo poſt δι᾽ ὑ τούτων τῶν φιλανθρωπιῶν in exemplari δι pro διὰ male legebatur. F. Ursin.

29. Διὰ τούτων τῶν φιλανθρωπιῶν] Suſpicor τῶν φιλανθρώπων veniſſe a ſcriptore: ſolet quidem certe omnis humanitatis officia τὰ φιλάνθρωπα vocare L. xiii, 3. xvii, 107. xviii, 67. atque alibi. Ipſe Urſinus Leg. xiv. φιλανθρωπία recte in φιλάνθρωπα convertit. P. Wess.

33. Ἐξέπεμψαν μετὰ πολλῆς οἰμωγῆς] Inſpiciendus eſt Appianus Punic. p. 70., graphice ejulatum & conplorationem illam deſcribens. Quid mox ſuccedit de bello cum Aſdrubale idem uberius declarat p. 74. Nempe Aſdrubali, belli adverſus Maſiniſſam geſti principio auctori, mortis poenam irrogarant Carthaginienſes. Hinc ille arma in patriam ſumſerat. P. Wess.

45. Ὁ δὲ πρεσβύτερος τῶν ὑπάτων Μανίλιος] In exemplari mendoſe erat Μαμίλιος. Fuit autem M. Manilius conſul cum L. Marcio, anno dcciv. Paullo ante οἷς τὸ καταλειπόμενον habet manuſcriptus, ſed corrupte. F. Ursin.

51. Διατροπὴ μεγάλη τὸ συνέδριον ἐπέσχε] Vide ad L. xvii, 41. & Suidam in Διατροπή, ubi haec, quod diligentiſſimum Porſonum minime fugit, exſcribuntur. P. Wess.

52. Μόγις δὲ τῶν — ἀναψυξάντων] Citat hunc locum Suidas in voce Βλάννων, ſed pro μόγις habet μόλις, & ut omnia libri pro ἀναλεξαμένων emendatum eſt ἀναψυξάντων. Sed non video, cur neceſſe fuerit ita emendare. Eſt enim ἀναλεξαμένων, cum ſe collegiſſent. Reliquae emendationes ſunt apud Suidam, quam in noſtro exemplari. F. Ursin.

Μόγις δὲ τῶν — ἀναψυξάντων] Suidas non eo tantum loco, quem Urſinus indicavit, ſed & in Ἀναλεξάμενος haec habet verba, conſtanter ἀναλεξαμένων ſcribens. Equidem ut hoc non damno, ita vulgatum ſpernere non ſuſtineo, cultum atque. Notum Poetae illud [illegible], de quo Euſtath. in Il. K. p. 824. & aliud Euripidis Helen. v. 1100. [illegible] ἀναψυχὰς πόνων. Tum [illegible] ex S. Lucae A. A. cap. iii, 19., vim τοῦ ἀναψύχεσθαι & ἀναψυχῆς in animo colligendo & reficiendo declarantia. Eſt tamen in Suida & eo ſicum concordia majus patrocinium τῷ ἀναλεξαμένων, quod & L. Küſtero potius viſum. Porro orationem, qua Romanos poſt inclementem illam de Carthagine evertenda ſententiam conpellavit Blanno ſive Blaſo, Appianus Punic. p. 77. tribuit Hannoni, cui cognomen Gillae, quam recte neſcio. P. Wess.

55. Διελέχθη παραστατικῶς] Sic correxi pro παραστατικῶς, motus & Diodori judicio, qui L. xviii, 22. τὰ δεινὰ [illegible] παραστατικῶς. & L. xx, 11. [illegible] ἐπιτάσσων, & vocis uſu, in animi fiducia trito, & Suidae auctoritate, ita citantis in Παραστάσει. Habet ibidem, quae ex L. xx, 11. produxi verba, quorum neutra animadvertit poſtremus Suidae editor. P. Wess.

61. Ὅτι

XXVIII.

Quum Romani ſententiae de Carthagine evertenda tenaciſſime inhaererent, legatiſque imperatum eſſet, domum quam primum redirent, & civibus, quid decretum eſſet, renunciarent, partim eorum, quo quiſque poterant, dilapſi ſunt, reditum in patriam recuſantes: reliqui, fatali legatione perfuncti, Carthaginem redierunt, occurſantique multitudini nihil reſponderunt, ſed capita verberantes, manibuſque in coelum porrectis Deûm fidem obteſtati, in forum perrexerunt, & Senatui, quae a Romanis conſtituta erant, obnunciarunt.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι ἀμετάθετοι ταῖς γνώμαις ὄντες πρὸς τὴν κατάλυσιν τῆς Καρχηδόνος, προσέταξαν ἀπιέναι ταχέως εἰς τὴν Καρχηδόνα, καὶ τὰ δεδογμένα τοῖς πολίταις ἀπαγγέλλειν. τῶν δὲ πρεσβευτῶν τινες, οἱ μὲν ἀπογνόντες τὴν εἰς τὴν πατρίδα πορείαν, ἔφυγον [d] ὅποι ἂν ἕκαστος ἐδύνατο· οἱ δὲ λοιποὶ τὴν ἐπάνοδον ἑλόμενοι, ἐπανῆλθον τὴν ὀλέθριον πρεσβείαν τετελεκότες. τοῦ δὲ ὄχλου ὑπαντώντων, τούτοις μὲν οὐδὲν ἐλάλουν. τὰς δὲ ἑαυτῶν κεφαλὰς τύπτοντες, καὶ τὰς χεῖρας ἐπανατείνοντες, καὶ τοὺς θεοὺς ἐπικαλούμενοι, προῆγον εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ τῇ γερουσίᾳ ἀπήγγειλαν τὰ προστεταγμένα.

XXIX.

Aradii, opportunum ſe tempus ad Marathenorum exitium indeptos arbitrati, nuncios ad Ammonium, qui tum regno praeſidebat, clandeſtino amandant, praemiumque trecentorum talentorum, ſi Marathum ſibi tradat, pollicentur. Is miſit Iſidorum verbo quidem alia ſuper re, re vera urbem deleturum & Aradiis proditurum. Maratheni tametſi nihil noſſent de patriae ſuae interitu decreto, viderent autem Aradios regis gratia praecipue florere, regios milites intra urbem non admittere,
427. ſed Aradios deprecari conſtituerant. Proinde extemplo decem ſeniorum nobiliſſimos Aradum cum infulis & ſimulacris, quae in oppido erant antiquiſſima, ablegant, rati ſeſe & cognationis commiſeratione & Deorum pietate Aradiorum iram mollituros. Oratores, ſicuti mandatum fuerat, e navi in terram expoſiti multitudinem precibus placare nituntur. At Aradii, animis elati, communia ſupplicum jura negligentes & Deorum religionem & cognatarum imaginum pietatem nihili faciunt. Quin Deorum ſigna confringunt & impie proculcant, legatoſque lapidibus inceſſunt. Quo multitudinis impetu a Senioribus aegre repreſſo, a lapidum quidem jactu, ſeniores reveriti, abſtinuerunt, legatos tamen in vincula duci juſſerunt.

Ὅτι οἱ τὴν Ἄραδον οἰκοῦντες, ὑπέλαβον καιρὸν εἰληφέναι, πρὸς τὴν τῶν [e] Μαραθηνῶν ἀπώλειαν. ἀποστείλαντες δὲ οὖν ἐν ἀπορρήτοις πρὸς Ἀμμώνιον τὸν προεστηκότα τῆς βασιλείας, ἔπεισαν τριακοσίοις ταλάντοις παραδοῦναι τὴν Μάραθον αὐτοῖς. ὁ δὲ [f] Ἰσίδωρον αὐτοῖς ἀπέστειλε, λόγῳ μὲν ὡς ἐφ' ἑτέρας χρείας, ἔργῳ δὲ τὴν πόλιν ἐξαιρήσοντα, καὶ παραδώσοντα τοῖς Ἀραδίοις. οἱ δὲ Μαραθηνοὶ τὸν κεκυρωμένον καθ' αὐτῶν ὄλεθρον ἀγνοοῦντες, τοὺς δὲ Ἀραδίους ὁρῶντες ἐν προτιμήσει παρὰ τῷ βασιλεῖ φερομένους, ἔγνωσαν τοὺς μὲν παρὰ τοῦ βασιλέως στρατιώτας εἰς τὴν πόλιν μὴ προσδέχεσθαι, τῶν δὲ Ἀραδίων αὐτοὺς ἱκέτας γενέσθαι. εὐθὺς οὖν τῶν πρεσβυτάτων τοὺς ἐπιφανεστάτους * παρὰ τούτοις δέκα πρεσβευτὰς ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Ἄραδον ἱκετηρίας κομίζοντας μεθ' ἑαυτῶν, καὶ τὰ παλαιότατα τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἀφιδρυμάτων. ὑπελάμβανον γὰρ ἐλέῳ [g] συγγενείας, καὶ θεῶν εὐσεβείᾳ, μεταθήσειν τὴν παρὰ σφᾶς ὀργὴν τῶν Ἀραδίων. οἱ δὲ κατὰ τὰς δεδομένας ἐντολὰς ἐκβάντες τῆς νεὼς, εἰς ἱκεσίαν καὶ δέησιν ἐτρέποντο τῶν ὄχλων. οἱ δὲ Ἀράδιοι ταῖς ψυχαῖς ἀνηρτημένοι, κατεφρόνησαν μὲν τῶν κοινῶν τῆς ἱκεσίας νόμων. παρ' οὐδὲν δὲ ἡγήσαντο τὴν τῶν συγγενικῶν ἀφιδρυμάτων καὶ θεῶν εὐσέβειαν· διόπερ τὰ μὲν τῶν θεῶν ἀγάλματα συντρίψαντες ὑβριστικῶς κατεπάτησαν· τοὺς δὲ πρεσβευτὰς ἐπεβάλλοντο τοῖς λίθοις καταλεύειν. πρεσβυτέρων δέ τινων ἐπιλαβομένων τῆς ὁρμῆς τῶν ὄχλων, μόγις διὰ τὴν τούτων ἐντροπὴν τοῦ βάλλειν ἀποσχόμενοι, προσέταξαν εἰς τὴν φυλακὴν αὐτοὺς ἀπαγαγεῖν.

XXX.

d Ὅπη τ' ἂν margini adſcripſerat *Urſinus*. e Legebatur Παραθηνῶν operarum peccato. f Ἰσίδωρον Mſ. * Mallem παρ' αὐτοῖς. Paullo ante καθ' αὐτῶν edebatur. g Συγγενεῖ in exemplari.

61. Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι ἀμετάθετοι —— [illegible]] Hoc fragmentum ex *Polybio* deprompſit *Diodorus*. Statim pro ὅποι' ἂν opinor legendum ὅπη τ' ἂν, F. Ursin.

66. Ἔφυγον ὁπόσον ἕκαστος ἐδύνατο] Ita edidit *Urſinus*, at in notis ὅποι' ἂν. unde ambiguum eſt, quid in ſcripto fuerit exemplari. Si ὁπόσον, quid ni ὅπως ἂν refingas? Convenit pæne *Aeſchyli* Supplic. v. 843. Σοῦσθε, κοῦθ' ἐπὶ βάριν ὅπως ποδῶν, pro quo *Aelianus* frequentiſſime ὡς ποδῶν εἶχεν. Vide de Animal. L. iii, 21. vi, 41. x, 48. xiii, 14. P. Wess.

69. Τὰς δὲ ἑαυτῶν κεφαλὰς τύπτοντες] *Suidas*, quod a *L. Kuſtero* non animadverſum, haec in Lexicon ſuum addidit voc. Ἐπιβοώμενοι. Rem ipſam copioſius & elegantius exſequitur *Appianus* in Punic. p. 91. P. Wess.

76. Ὅτι οἱ τὴν Ἄραδον οἰκοῦντες] Ex eodem *Polybio* hoc quoque fragmentum ſumpſiſſe *Diodorum*, nemo dubitabit, qui in legendis Polybianis hiſtoriis paullo diligentius verſatus fuerit. Mox de Ammonio videndus eſt *Livius* Epit. Libri 50. F. Ursin.

80. Ὁ δὲ Ἰσίδωρον αὐτοῖς ἀπέστειλε] Mendoſa erant haec in manuſcripto, qui Ἰσίδωρον habet. Paullo poſt pro ἐλέῳ συγγενεῖ opinor ſcribendum ἐλέῳ συγγενείας. F. Ursin.

85. Ἐν προτιμήσει —— φερομένους] Non longe ab hoc genere abit illud *Joſephi* de Antiquit. L. xvi, 7, 6. Συλλαίῳ δὲ οὐχ ἧττον ἡ πίστις φερομένῳ παρὰ τἀδελφῇ. Qui quidem *Joſephus* L. xiii, 4, 6. Ammonium, de quo *Diodorus*, regni ſub Alexandro Bala praecipuum curatorem & regi parem, non praeteriit. P. Wess.

90. Ἱκετηρίας κομίζοντας &c.] Exſcripſit haec *Suidas* in Ἀφιδρύματα. & mox οἱ δὲ Ἀράδιοι ταῖς ψυχαῖς &c. in Ἀνηρτημένοι, atque hoc ex *Jac. Gronovio* animadvertit *Kuſterus*, non item prius. Ceterum cum hoc fragmento arte illud connecti oportere, quod Excerpt. *Peireſc.* pag. 593. vulgatum eſt, ibidem monuimus. P. Wess.

9. Καὶ Τερμησσοῦ] *Appianus* in Hiberico (p. 539.) habet Τερμησός, *Livius* in Epitoma lib. liv. *Termeſtinos*. F. Ursin.

Καὶ Τερμησσοῦ] Conferri cum his debent, quae viri eruditi ad *Livii* illam Epitomam de Termeſtinis diſputarunt, & *Mariana* Hiſt. Hiſpan. L. iii, 6. Statim παρὰ Κελτιβηρίοις ſive σάγα ſaga civitati utrique imperata ſit, quod tributi genus in Hiſpania aliiſque gentibus haud inſolens erat. Vide *Appianum* modo Iberic. p. 481. & *Strabon.* L. iv. p. 301. P. Wess.

19. Καὶ παραστατικῇ ψυχῇ &c.] Retulit & haec *Suidas* in Lexicon ſuum voc. Παράστασις. In *Diodoro* παράστασιν ψυχῆς & παράστασις ψυχῆς haud rara ſunt. Vid. not. in L. xvii, 99.

XXX.

Ὅτι Νομαντῖνοι καὶ [h] Τερμίσιοι περὶ διαλύσεως διαπρεσβευσάμενοι πρὸς Ῥωμαίους, συγχωρήσαντες αὐτοῖς τὴν εἰρήνην ἐπὶ τούτοις· δοῦναι τὴν πόλιν ἑκατέραν Ῥωμαίοις ὁμήρους τριακοσίους· σάγους ἐννακισχιλίους, βύρσας τρισχιλίας, ἵππους πολεμιστὰς ὀκτακοσίους, ὅπλα πάντα· καὶ ταῦτα πράξαντας, φίλους εἶναι καὶ συμμάχους. ταχθείσης δὲ ἡμέρας, ἐν ᾗ ταῦτα συντελεῖν ἔδει τὰς πόλεις, κατὰ τὰς ὁμολογίας πάντα ἐτέλεσαν. ὡς δὲ ἐπὶ τελευτῆς ἔδει τὴν τῶν ὅπλων παράδοσιν ποιήσασθαι, ὀδυρμός ἦν τις εὐγενὴς, καὶ παράστασις ψυχῆς πρὸς ἐλευθερίαν ἐνέπεσε τοῖς πλήθεσι. διὸ πρὸς ἀλλήλους ἐδυσπάθουν, εἰ γυναικῶν τρόπον [i] γυμνώσουσιν ἑαυτοὺς ὅπλων. μεταμελόμενοι δὲ τοῖς ψηφισθεῖσι, ἀλλήλους κατεμέμφοντο, καὶ πατέρες μὲν [k] υἱοῖς ἐνεκάλουν, παῖδες δὲ γονεῦσι, γυναῖκες δὲ ἀνδράσι· καὶ ἐπὶ τὴν ἐξαρχῆς διάθεσιν ἀναδραμόντες, καὶ τῶν ὅπλων οὐ παραχωρήσαντες, ἀνεκαίνισαν τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον.

XXX.

Numantinis & Termeſtinis amicitiae inſtaurandae cauſſa legatos mittentibus ad Romanos data
his legibus pax eſt: utraque civitas Romano populo obſides trecentos, ſaga nongenta, pellium ad tentoria tria millia, equos bellatores octingentos, armaque omnia traderent: quo facto Romanorum ſocios atque amicos futuros. Dicta civitatibus
dies eſt, qua imperata facienda erant: omnia, uti 328.
convenerat, a civitatibus praebita ſunt. Ventum deinde ad armorum traditionem. Ibi vero generoſa quaedam lamentatio & libertatis ſtudium multitudinis animos inceſſit: lamentabantur omnes, muliebrem ſeſe in modum cunctis armis nudari. Itaque decretorum poenitentia ducti invicem ſeſe incuſant, filii patres, parentes liberos, uxores maritos. Ad extremum arma tradere abnuunt, reſumtoque priore animo bellum in Romanos inſtaurant.

XXXI.

Ὅτι Τρύφων ἐξ ἰδιώτου βασιλεὺς γεγονὼς, ἔσπευδε τὴν δυναστείαν αὐτοῦ διὰ δόγματος συγκλητικοῦ βεβαιῶσαι. διόπερ κατασκευάσας νίκην χρυσῆν, ἄγουσαν ὁλκὴν χρυσῶν μυρίων, ἐξαπέστειλε πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥώμην τοὺς ταύτην κομιοῦντας τῷ δήμῳ. ὑπελάμβανε γὰρ τοὺς Ῥωμαίους, ἅμα μὲν διὰ τὸ λυσιτελὲς, ἅμα δὲ διὰ τὸ εὐοιώνιστον εἶναι [l] προσδέξασθαι τὴν νίκην, καὶ προσαγορεύσειν βασιλέα. εὗρε δὲ τὴν σύγκλητον πάνυ πανουργοτέραν ἑαυτοῦ, καὶ τοὺς ἀπάτῃ παρακρουομένους, συνέσει καταμαρτυρῆσαι· τὸ μὲν γὰρ δῶρον ἐδέξατο, καὶ τὴν εὐφημίαν μετὰ τοῦ λυσιτελοῦς ἐτήρησεν. ἀντὶ δὲ Τρύφωνος μεταχρηματίσασα τὴν δόσιν, εἰς τὸν ὑπ' αὐτοῦ δολοφονηθέντα βασιλέα, τὴν ἐπιγραφὴν ἐποιήσατο. διὰ δὲ ταύτης τῆς πράξεως, ἀνέδειξεν ἑαυτὴν μισοπονηροῦσαν ἐπὶ τῇ τοῦ παιδὸς ἀναιρέσει, καὶ δῶρα ἀσεβῶν ἀνδρῶν οὐ προσδεχομένην.

XXXI.

Tryphon e privato rex factus principatum Senatus Romani decreto ſibi firmare adgreditur: eam ob rem confecta Victoria aurea, pondus decies mille aureorum habente, Romam legatos mittit, hanc populo allaturos: Suſpicabatur enim Romanos cum utilitatis tum boni ominis cauſſa Victoriam eam non repulſuros, ſeque regem adpellaturos. At Senatum praeter opinionem aſtutiorem, & quos fraude circumſcribere decreverat, multo ſe prudentiores reperit. Nam donum Patres bonumque omen non ſine commodo ſuo probarunt, loco vero Tryphonis Victoriam regi, quem per ſcelus iſte interfecerat, acceptam retulerunt ejuſdem titulo inſcriptam. Quo facto & regis pueri caedem & impiorum dona ſibi diſplicere manifeſto oſtenderunt.

XXXII.

Ὅτι ἧκον εἰς Ἀλεξάνδρειαν οἱ περὶ τὸν Σκιπίωνα τὸν Ἀφρικανὸν πρεσβευταὶ, κατασκεψόμενοι τὴν ὅλην βασιλείαν· ὁ δὲ Πτολεμαῖος μετὰ μεγάλης ἀπαντήσεως καὶ παρασκευῆς προσδεξάμενος τοὺς ἄνδρας, τάς τε ἑστιάσεις πολυτελεῖς ἐποιεῖτο, καὶ τὰ βα-

XXXII.

Legatis, quorum princeps Scipio Aemilianus e- 329.
rat, Alexandriam ad Aegypti regnum inſpiciendum profectis obvius rex Ptolemaeus magna frequentia & apparatu procedit: excipiuntur honorifice & conviviis laute celebratis, tum circum regiam ducuntur,

h Τερμέσιοι in eodem. i Γυμνώσουσιν ſchedae veteres. k Υἱὰς eadem. l Προσδέξασθαι Suidas, neque male. Paullo ante χρυσίων edebatur, Χρυσῶν Suidas, & bene quidem.

99. P. Wess.

99. Ἐι γυναικῶν τρόπον γυμνώσουσιν] Ita emendavimus, cum γυμνώσουσι a eſſet in exemplari. Statim pro πατέρες μὲν υἱοῖς, liber manuſcriptus mendoſe habet υἱοὺς. F. Ursin.

31. Ὅτι Τρύφων ἐξ ἰδιώτου βασιλεὺς γεγονὼς] Hanc de Tryphone hiſtoriam ſumpſit *Diodorus* ex *Polybio*, unde *Appianus* accepit in Syriaco (p. 115.) Exſtat Tryphonis aereum apud me numiſma cum hac inſcriptione ΒΑCΙΛΕΩC ΤΡΥΦΩΝΟC. *Livius* in Epitoma Libri LV. *Alexandri F., rex Syriae, decem annos admodum habens, a Diodoto, qui Trypho cognominabatur, tutore ſuo per fraudem occiſus eſt: corruptis quidem medicis, qui, eum calculi dolore conſumi apud populum mentiti, dum ſecant illum, occiderunt.* F. Ursin.

Ὅτι Τρύφων &c.] Vulgarunt nummum *Vaillant.* Reg. Syr. p. 295. *Haymius* Theſ. Britan. T. 1. pag. 75., inſcriptum ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΡΥΦΩΝΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ, &, qui conſuli meretur, *Spanhemius* Diſſ. VII. de uſu Num. p. 443. Porro duobus locis haec citat *Suidas* & in voce Ἄγουσαι & Λυσιτελές. P. Wess.

36. Διὰ τὸ εὐοιώνιστον εἶναι] Livius L. XXII. (cap. 37.) de Hieronis regis aurea Victoria, Romanis dono data, ita ſcribit: *Aurum & a civitatibus quibuſdam allatum, gratia rei accepta, non accepiſſe populum Romanum. Victoriam, omenque accipere, ſedemque ei ſe divae dare, dicere Capitolium, templum Jovis optimi maximi. in ea arce urbis Romanae ſacratam, volentem, propitiamque, firmam ac ſtabilem fore populo Romano.* F. Ursin.

44. Καὶ δωρεὰ — οὐ προσδεχομένη] Fuiſſe arbitror δωρεὰς aut δῶρα — οὐ προσδεχομένην. Prudentiſſime vero Senatus.

Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα

Ajax Sophocleus ait. P. Wess.

51. Ὅτι ἧκον εἰς Ἀλεξάνδρειαν &c.] Citat hoc fragmentum *Suidas* in voce Γάζα. De Ptolemaeo autem Euergete cognominato, videndus *Livius* in Epitoma libri LIX. F. Ursin.

Οἱ περὶ τὸν Σκιπίωνα τὸν Ἀφρικανὸν] Legati fuerunt Scipio Africanus, Sp. Mummius & Metellus, teſte *Juſtino* L. XXXVIII, 8., inter comites vero Scipionis Poſidonius, ſicuti ipſe ſcribit apud *Athen.* L. XII. p. 549., Philoſophus quoque Panaetius, de quo *Plut.* Apophtheg. p. 201. A. P. Wess.

cuntur, ut eam & univerſam gazam videant. Romanorum legati, viri egregia virtute, modico & ſalubri victu uſi, regis lautitias, tanquam animum & corpus debilitantes, ſpernunt, eaque quae a Ptolemaeo maximi aeſtimabantur, obiter, quippe pro vilibus putanda, oculis luſtrant: ad cetera, conſideratione vere digna, diligentiſſime animum advertunt, urbis videlicet ſitum & opes, Pharique ſingularem naturam. Navibus deinde Memphim devehuntur, & agri bonitatem, fluminis Nili opportunitates, urbium in Aegypto multitudinem, innumerabilem ferme incolarum numerum, egregie munitam regionem & ſummam ejus praeſtantiam cum animo reputant, commodiſſime poſitam cenſentes ad magni imperii poſſeſſionem, miratique ingentem Aegypti habitatorum multitudinem, locorumque praecipua commoda, haud injuria arbitrantur, maximum illic imperium, modo regnum iſtud dignos tantis opibus praepoſitos indeptum fuerit, poſſe condi. Inſpectis Aegypti rebus in Cyprum legati, inde in Syriam tranſmittunt, obitiſque orbis Romani pleriſque provinciis, nec ulli toto itinere graves, ſed propter continentiam admirabilem
330. mire omnibus accepti, ſummo provincialium applauſu & gratulatione domum revertunt. Hac enim legatione controverſias prudentiſſime diſceptaverant, & rixantes partim in concordiam redegerant: aliis, ut adverſariis, quod aequum & juſtum eſt, praeſtarent, perſuaſerant: pervicacioribuſque vi & auctoritate in ordinem coactis, quaeſtiones difficiliores ad Senatum rejecerant: reges praeterea & populos humaniſſime compellatos ad amicitiae inſtaurationem permoverant, atque omni benevolentia imperium muniverant. Quo quidem animo cum reges & nationes eſſent, ab illis oratores miſſi ſunt, qui Scipionem ceteroſque laudarent, & gratias ob legatos tales viros agerent.

σίλεια περιάγων ἐπεδείκνυτο, καὶ τὴν ἄλλην τὴν βασιλικὴν γάζαν. οἱ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις ἀρετῇ διαφέροντες τοῖς μὲν βρωτοῖς τοῖς ὀλίγοις καὶ πρὸς ὑγείαν διατεθειμένοις χρώμενοι καταφρονοῦντες τῆς πολυτελείας, ὡς διαφθειρούσης καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα. τῶν δὲ ὑπὸ τοῦ βασιλέως θαυμαζομένων, ὁ παρέργως τὴν θέαν, ὡς οὐδενὸς ἀξίαν, ποιούμενοι, τὰ θέας ἄξια πρὸς ἀλήθειαν ἐπολυπραγμόνουν ἀκριβῶς, τῆς πόλεως τὴν θέσιν καὶ τὸ [m] βάρος τὰς περὶ τὸν Φάρον ἰδιότητας· πρὸς δὲ τούτοις ἀναπλεύσαντες εἰς Μέμφιν, τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας, καὶ τὰς κατὰ τὸν Νεῖλον [n] εὐχρηστίας, τό τε πλῆθος τῶν κατ' Αἴγυπτον πόλεων, καὶ τὰς ἀναριθμήτους τῶν οἰκητόρων μυριάδας, καὶ τὴν ὀχυρότητα τῆς Αἰγύπτου, καὶ τὴν ὅλην τῆς χώρας ὑπεροχὴν, ὡς εὖ διάκειται πρὸς ἡγεμονίας ἀσφάλειάν τε καὶ μέγεθος. καὶ θαυμάσαντες τὰ πλήθη τῶν κατοικούντων Αἰγυπτίων, καὶ τὰ τῶν τόπων ἐπιτήδεια, διέλαβον μεγίστην ἡγεμονίαν δύνασθαι συστῆναι, τυχούσης τῆς βασιλείας ταύτης ἀξίων τῶν ἡγεμόνων. οἱ μὲν οὖν πρεσβευταὶ καταθεασάμενοι τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐπὶ Κύπρον, κἀκεῖθεν ἐπὶ Συρίας τὴν ἀναγωγὴν ἐποιήσαντο. καθόλου δὲ καὶ τὰ πλεῖστα μέρη τῆς οἰκουμένης ἐπῆλθον. καὶ παρὰ πᾶσι σώφρονα καὶ θαυμαστὴν ποιησάμενοι τὴν ἐπιδημίαν, μεγάλης ἀποδοχῆς ἔτυχον, καὶ τὰ πλεῖστα μέρη τῆς οἰκουμένης ἐπελθόντες, μετ' εὐφημίας ὑπὸ πάντων συμφωνουμένης, ἐπανῆλθον. τῶν γὰρ ἐχόντων τὰς ἀμφισβητήσεις, οὓς μὲν διαλλάγηναι ἀλλήλοις, οὓς δ' ἐπεπείκεισαν τὰ δίκαια ποιῆσαι τοῖς ἐγκαλοῦσι· τοὺς δὲ ἀπαισχυντοῦντας, διὰ τῆς ἀνάγκης καταστάλκεισαν· τὰς δὲ δυσδιακρίτους ἀναπεπόμφεισαν ἐπὶ τὴν σύγκλητον. ὁμιλήσαντες δὲ βασιλεῦσι καὶ δήμοις, καὶ τὴν προϋπάρχουσαν αὐτοῖς φιλίαν πρὸς ἅπαντας ἀνανεωσάμενοι, πρὸς εὔνοιαν τῆς ἡγεμονίας ἐπηύξησαν, καὶ πάντες ταῖς αἱρέσεσιν οἰκείως διατεθέντες, ἐξαπέστειλαν πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ τοὺς περὶ Σκιπίωνα πρέσβεις ἐπῄνεσαν, ὅτι τοιούτους ἄνδρας ἐξεπεπόμφεισαν.

XXXIII.

Bocchus Mauritaniae rex, multum incuſatis belli, in Romanos ſumti, auctoribus, ad Marium legatos miſit, qui delictorum veniam, foeduſque & amicitiam peterent, & regem non inutilem operam Romanis navaturum ſignificarent. Marius legatos Bocchi ad Senatum rejecit. Mittuntur ergo a rege Romam, quibus patres reſpondent, Bocchum, quae petierat, impetraturum omnia, modo Marium in partes ſuas pertrahat. Is vero ſub id tempus unice ſtudebat, ut Jugurtham captivum atque in vinculis haberet: ad eam rem ſeſe inpel-

XXXIII.

Ὅτι Βόκχος ὁ κατὰ τὴν Λιβύην βασιλεύων, πολλὰ καταμεμψάμενος τοῖς πείσασιν αὐτὸν πολεμεῖν τοῖς Ῥωμαίοις, πρέσβεις ἔπεμψε πρὸς τὸν Μάριον, περὶ μὲν τῶν ἡμαρτημένων αἰτούμενος συγγνώμην, ἀξιῶν δὲ φιλίας συνθέσθαι, καὶ πολλὰ καταπαγγελλόμενος χρήσιμος ἔσεσθαι Ῥωμαίοις. τοῦ δὲ Μαρίου κελεύσαντος περὶ τούτων πρεσβεύειν πρὸς τὴν σύγκλητον, ὁ μὲν βασιλεὺς ἐξαπέστειλεν εἰς τὴν Ῥώμην πρεσβευτὰς περὶ τούτων. ἡ δὲ σύγκλητος αὐτοῖς ἀπόκρισιν ἔδωκεν, ἁπάντων τεύξεσθαι τῶν φιλανθρώπων τὸν Βόκχον, ἐὰν Μάριον πείσῃ. τοῦ δὲ Μαρίου σπεύδοντος αἰχμάλωτον λαβεῖν Ἰογόρθαν τὸν βασιλέα,

m Βάθος in exemplari ſcripto. n Εὐκαιρίας edebatur. Melius Suidas in Εὐκαιρία.

64. Τῆς πόλεως τὴν θέσιν καὶ τὸ βάρος] Citantur haec verba a Suida in voce Βάρος ſub nomine Polybii, e quo totum fragmentum accepiſſe Diodorum exiſtimamus: alibi etiam uſus eſt Polybius eadem voce, cum ſcribit (Ibid. apud Suidam) [illegible] ut de hac lectione nullo modo videatur dubitandum, quamvis βάθος ſit in exemplari pro βάρος. F. Ursin.

Τῆς πόλεως τὴν θέσιν καὶ τὸ βάρος] Vide not. in L. IV, 61. De Sybari Scymnus Chius v. πόλις μεγάλη, βαρεῖα, πλουσία, καλή. Citavit & Suidas horum partem in [illegible]; ubi L. Kuſterus, qui Excerpta Hoeſchelii lectorem amandans, inprudenter peccat. Quae vero ſequuntur de Nilo idem habet voce Εὐκαιρία. P. Wess.

67. Τό τε πλῆθος τῶν κατ' Αἴγυπτον πόλεων] Lege, quae ſcripta ſunt L. I, 31. P. Wess.

77. Τὴν ἀναγωγὴν ἐποιήσαντο.] Habet haec Suidas in Ἀναγωγή. Legatorum & Scipionis in primis continentiam celebrant Valer. Max. L. IV, 3, 13. Plut. Apophthegm. pag. 201. A. & Athen. L. VI. p. 273. P. Wess.

6. Ἁπάντων τεύξεσθαι τῶν φιλανθρώπων] Recurrit ad Legat. XXVII. & Salluſt. Bel. Jugurth. C. 104. P. Wess.

9. Ὑπάρχοντος ὁ Βόκχος, καὶ καταμεμψάμενος &c.] Corrupte legebantur haec in exemplari, nos autem emendavimus ex Salluſtio & ex Livii Epitoma LXV., in qua ita ſcriptum eſt: Jugurtha pulſus a C. Mario ex Numidia, auxilio Bocchi Maurorum regis adjutus eſt; & caeſis praelio Bocchi copiis, nolente Boccho bellum infeliciter ſuſceptum diutius ſuſtinere, vinctus ab eo & traditus Mario eſt: in qua re praecipua opera L. Cornelii Sullae, Quaeſtoris Marii, fuit. F. Ursin.

17. Τοῦ δὲ ἀγῶνος [illegible] ἀνδρείᾳ καὶ μεγάλῃ] Sumſit hinc Suidas, quod L. Kuſterus non animadvertit, in Ἀγών. Res ipſa geſta videtur ſub annum V. C. DCLIII. Auctor enim Diodorus eſt, exceptum multitudinis concurſu, Saturninum in annum ſequentem plebis tribunum iterum fuiſſe creatum.

λέα, ὑπακούσας ὁ Βόκχος καὶ μεταπεμψάμενος τοῦτον, ὡς περί τινων κοινῇ συμφερόντων διαλεξόμενος, συνέλαβε τὸν Ἰογόρθαν· καὶ δήσας παρέδωκε Λευκίῳ Σύλλᾳ τῷ ταμίᾳ, τῷ πρὸς τὴν παράπεμψιν ἐκπεμφθέντι. τῇ δὲ τούτου συμφορᾷ, τὴν ἰδίαν σωτηρίαν πορισάμενος, διελύθη τῆς παρὰ τῶν Ῥωμαίων τιμωρίας.

lenti rex paret; Jugurtham, ut de communibus rebus & quae ex uſu forent, deliberarent, arceſſitum comprehendit, vinctumque Quaeſtori L. Sullae, ob id ipſum miſſo, in manus tradit. Ita 331 Bocchus Jugurthae calamitate ſalutem redemit, & poenas, quas a Romanis exſpectabat, a ſe avertit.

XXXIV.

Ὅτι εἰς τὴν Ῥώμην ἧκον πρεσβευταὶ Μιθριδάτου τοῦ βασιλέως, κομίζοντες μετ' αὐτῶν χρημάτων πλῆθος πρὸς τὴν τῆς συγκλήτου δωροδοκίαν. ὁ δὲ Σατουρνῖνος δόξας ἀφορμὴν ἔχειν κατὰ τῆς συγκλήτου, μεγάλην ὕβριν τῇ πρεσβείᾳ ἐνεδείξατο. καὶ τῶν συγκλητικῶν παροξυνάντων τοὺς πρεσβευτὰς, καὶ συνεργήσειν ἐπαγγελλομένων, οἱ καθυβρισθέντες ἐπήνεγκαν κρίσιν τῷ Σατουρνίνῳ περὶ τῆς εἰς αὐτοὺς ὕβρεως. τοῦ δὲ ἀγῶνος ὄντος δημοσίου καὶ μεγάλου διὰ τὴν τῶν πρεσβευτῶν ἀσυλίαν, καὶ τὴν συνήθη παρὰ [o] Ῥωμαίοις πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν πρεσβειῶν μισοπονηρίαν· ὁ δὲ Σατουρνῖνος θανάτου κατηγορούμενος ὑπὸ τῶν συγκλητικῶν, ὡς ἂν ἐκείνων δικαζόντων τὰς τοιαύτας κρίσεις, εἰς τοὺς μεγίστους ἐνέπεσε φόβους τε καὶ κινδύνους. καὶ διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ὑποκειμένου ἀγῶνος, πτήξας καταφυγεῖν ἐπὶ τὸν κοινὸν τῶν ἀκληρούντων ἔλεον· καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν πολυτελῆ κατέθετο, ποκάδα δὲ μεταμφιασάμενος καὶ κόμην, καὶ πώγωνα τρέφων, περιῄει εἰς τοὺς κατὰ τὴν πόλιν ὄχλους. καὶ τοῖς μὲν πρὸς τὰ γόνατα πίπτων, τοῖς δὲ ταῖς χερσὶν ἐπιφυόμενος ἐδεῖτο, καὶ μετὰ δακρύων καθικετεύων, βοηθῆσαι τοῖς ἀκληρήμασι· καταστασιάζεσθαι γὰρ ἑαυτὸν [p] ἀπεφαίνετο παρὰ πᾶν τὸ δίκαιον ὑπὸ τῆς συγκλήτου· καὶ τοῦτο πάσχειν ἑαυτὸν ἀπεδείκνυε διὰ τὴν εἰς τὸν δῆμον εὔνοιαν· καὶ τοὺς αὐτοὺς ἔχειν ἐχθρούς τε καὶ κατηγόρους καὶ κριτάς. τοῦ δὲ δήμου συνεξαιρουμένου ταῖς δεήσεσι, πολλαὶ μυριάδες συνέδραμον ἐπὶ τὸ κριτήριον, καὶ παραδόξως ἀπελύθη· καὶ συνεργὸν ἔχων τὸν δῆμον, πάλιν ἀνερρήθη δήμαρχος.

XXXIV.

Legati a Mithridate rege cum magna pecuniae vi ad Senatum corrumpendum Romam devenerant. L. Saturninus, patribus inſultandi occaſionem nactus, inſigni injuria oratores eos afficit: qui ab ordinis ſenatorii viris, opem prolixe pollicentibus, incitati Saturninum de violatione & injuria reum deferunt. Magnum erat & publicum id certamen propter legatorum ſanctitatem & Romanorum morem, quo injurias in illos illatas vindicare adſolent. Venit inde in maximum Saturninus periculum, culpae capitalis reus, & a ſenatoribus, qui & ipſi his judiciis praeſidebant, accuſatus; quod ut effugeret, ad miſericordiam, communem adflictorum portum, ſe recepit, abjectaque candida toga ſordidam induit; tum barbam promittens plebis circulos obire coepit, his ad genua accidens, aliorum manus artiſſime conplexus, ſupplex rogat, ſubvenirent infelicitati ſuae: opprimi ſeſe praeter aequum & juſtum a ſenatoribus, idque nulla alia de cauſſa, quam quod ipſorum partes defendat: eſſe praeterea inimicos ſuos in eo judicio & judices 332 & accuſatores. Moventur plebei Saturnini precibus, ingentique numero ad judicium adſunt. Eripitur reus & magna multitudinis voluntate iterum tribunus plebis creatur.

XXXV.

Ὅτι [q] Μάρκος Ἀντώνιος συνθέμενος πρὸς Κρῆτας εἰρήνην, μέχρι μέν τινος ταύτην ἐτήρει. μετὰ δὲ ταῦτα συνεδρευούσης βουλῆς, ὅπως ἂν μάλιστα τῆς ὠφελείας προνοήσαιντο, οἱ πρεσβύτατοι καὶ φρονήσει διαφέροντες, συνεβούλευον πρέσβεις ἐκπέμπειν εἰς τὴν Ῥώμην· καὶ περὶ τῶν ἐπιφερομένων ἐγκλημάτων ἀπολογεῖσθαι, καὶ πειρᾶσθαι τὴν σύγκλητον εὐγνώμοσι λόγοις, καὶ δεήσεσιν ἐξιλάσκεσθαι· διόπερ ἀπέστειλαν εἰς τὴν Ῥώμην τριάκοντα πρεσβευτὰς, τοὺς ἐπιφανεστάτους ἄνδρας. οὗτοι δὲ κατ' ἰδίαν περιπορευόμενοι τὰς

XXXV.

Cretenſes pacem, quam cum M. Antonio fecerant, in aliquod tempus ſervarunt. Senatu deinde indicto, ut communi reipublicae conſuleretur, ſeniores & quotquot rerum uſu excellebant, legatos Romam, purgaturos crimina, quae vulgo jactabantur & patres blandiſſimis verbis deprecaturos, mittendos eſſe, cenſuerunt. Legantur triginta viri, nobilitate ceteris praeſtantiores, qui Romae privatim, circum domos ſenatorum euntes & omni precum

o Τῶν Ῥωμαίων *Suidas*. p Ἐπεφαίνετο edebatur. q Λεύκιος MS.

tum. P. Wess.

40. Βοηθῆσαι τοῖς ἀκληρήμασι] Ita legendum ex *Suida* in voce Ἀκλήρημα. & ſupra ἐπὶ τὸν κοινὸν τῶν ἀκληρούντων ἔλεον, ut nos emendavimus. F. Ursin.

Βοηθῆσαι τοῖς ἀκληρήμασι] *Suidas* loco, quem *Urſin.* indicavit, his non utitur, ſolum ἀκλήρημα confirmans. Forte ἀκλήρημα fuit, de quo ſupra nos ad Exc. Peireſc. p. 610. Bene tamen *Urſinus*, qui emendationem *Suidae* teſtimonio, haec ipſa producentis in Ἐπιφυόμενος, ſtabilire potuerat. Corrigamus eumdem voce Σωτῆρες ubi nunc eſt τοῖς μὲν πρὸς τὰ γόνατα πιπτόντων editur. Scripſerat πίπτων ex *Diodoro*, uti vides. P. Wess.

Καταστασιάζεσθαι γὰρ ἑαυτὸν ἐπεφαίνετο] Ita reſtituimus, cum eſſet in exemplari hic locus corruptus. F. Ursin.

Καταστασιάζεσθαι γὰρ ἑαυτὸν ἀπεφαίνετο] Vellem indicaſſet vir doctus exemplaris ſui ſcripturam: apparuiſſet, credo, ἐπεφαίνετο non eſſe boni commatis. Quod ego revocavi ſermonis indoles probat, & *Suidas*, haec in Lexici ſui vocem Καταστασιάζεσθαι tranſſcribens. P. Wess.

52. Ὅτι Μάρκος Ἀντώνιος] In exemplari mendoſe erat Λεύκιος Ἀντώνιος. M. autem Antonium, Triumviri patrem, primum contra Cretenſes rem geſſiſſe, conſtat cum ex *Appiani* fragmentis (Legat. xxx.) tum ex aliis ſcriptoribus. Et *Livius* in Epitoma libri xcvii. ita de eo ſcribit: *M. Antonius praetor bellum adverſus Cretenſes parum proſpere geſtum morte ſua finivit.* F. Ursin.

Συνθέμενος πρὸς Κρῆτας εἰρήνην] De bello conſtat. Pax dubia eſt. Certe ea ſi coiit, precaria fuit, & ab Antonio impetrata, ut ex difficultatibus, in quas ſe immerſerat, expedire ſe poſſet. Geſſit enim id bellum infeliciſſime. Vid. *Ciceron.* L. iii. Verr. C. 91. *Aſcon.* ad Divinat. C. 17. & L. ii. Verr. C. 3., *Florum* L. iii. 7., & *Appian.* Legat. xxx. alioſque. P. Wess.

62. Καὶ

precum genere uſi, principes ejus ordinis placant. Introducuntur deinde in ſenatum: crimina, quorum poſtulabantur, oratione ſollerter a ſe amolintur: recenſitiſque diligenter ſuis in Romanos beneficiis & veteri ſocietate, ut in priſtinam amicitiam recipiantur, poſtulant. Patres oratione ea benigne audita, ſenatus conſultum faciunt, quo Cretenſes ſocii atque amici Romanorum appellantur: quod tamen ratum ne eſſet, Lentulus Spinther interceſſit. Redeunt Cretenſes re infecta domum. Romae frequens deinde in Senatu mentio fit de
333. Cretenſibus, piratarum ſociis & adjutoribus. Scribitur decretum, quo omnia navigia uſque ad quatuor ſcalmorum Romam mittere, praeterea trecentos ex nobiliſſimis obſides, Laſthenem denique & Panarem tradere jubentur: adjungitur, quatuor argenti talentum millia commune Cretenſium Romanis perſolvat. Quibus auditis Cretenſes, quid facto opus ſit deliberant, & prudentiores quidem imperata ea facienda eſſe cenſent, at Laſthenes cum Panare, gravium criminum rei, &, ne poenas dent Romam miſſi, metuentes, multitudinem concitant, eam adhortati, ut libertatem, a majoribus acceptam, conſervarent.

οἰκίας τῆς συγκλητικῶν, καὶ πᾶσαν [r] δεητικὴν προϊέμενοι φωνὴν, ἐξεθεράπευον τοὺς τὸ συνέδριον συνέχοντας· εἰσαχθέντες δὲ εἰς τὴν σύγκλητον, καὶ περὶ τῶν ἐγκλημάτων, ἐμφρόνως [s] ἀπολογησάμενοι, τάς τε ἰδίας εὐεργεσίας καὶ συμμαχίας πρὸς τὴν ἡγεμονίαν ἀκριβῶς διελθόντες, ἠξίουν αὐτοὺς εἰς τὴν προγεγενημένην εὔνοιάν τε καὶ συμμαχίαν ἀποκαταστῆναι. ἡ δὲ σύγκλητος ἀσμένως τοὺς λόγους προσδεξαμένη, δόγμα ἐξέβαλε τὸ κυροῦν, δι᾽ οὗ τῶν ἐγκλημάτων τοὺς Κρῆτας ἀπολύουσα, φίλους καὶ συμμάχους τῆς ἡγεμονίας ἀπηγόρευεν· ἄκυρον δὲ τὸ δόγμα ἐποίησε Λέντλος ὁ ἐπικαλούμενος Σπινθήρ. οἱ δὲ Κρῆτες ἀπηλλάγησαν. ἡ δὲ σύγκλητος περὶ τῶν Κρητῶν πολλάκις λόγου γενομένου, ὅτι κοινωνοῦσι τῆς λῃστείας τοῖς πειραταῖς, δόγμα ἔγραψαι, ὅπως οἱ Κρῆτες πάντα τὰ πλοῖα ἕως τετρασκάλμου ἀναπέμψωσιν εἰς Ῥώμην, καὶ τριακοσίους ὁμήρους δῶσι τοὺς ἐπιφανεστάτους, ἐκπέμψωσι δὲ καὶ Λασθένην καὶ Πανάρην· κοινῇ δὲ πάντες ἐκτίσωσιν ἀργυρίου τάλαντα τετρακισχίλια. οἱ δὲ Κρῆτες πυθόμενοι τὰ δεδογμένα τῇ συγκλήτῳ, περὶ τῶν προσηγγελμένων ἐβουλεύοντο. καὶ οἱ μὲν φρονήσει διαφέροντες ἔφρασαν δεῖν πάντα ποιεῖν τὰ προστατιθέμενα· οἱ δὲ περὶ τὸν Λασθένην, τοῖς ἐγκλήμασιν ὄντες ἔνοχοι, καὶ φοβούμενοι μὴ ἀναπεμφθέντες εἰς τὴν Ῥώμην, τιμωρίας τύχωσιν, ἀνέσειον τὰ πλήθη, παρακαλοῦντες τὴν ἐξ αἰῶνος παραδεδομένην ἐλευθερίαν διαφυλάττειν.

[r] Δεηλικὸν edebatur. [s] Ὁμολογησάμενοι in exemplari.

62. Καὶ πᾶσαν δεητικὴν προϊέμενοι φωνὴν] Correxi δεητικὴν φωνὴν, quippe nihili, ut ego quidem arbitror. Vide ad Lib. XVII, 44. Δεητικὰ πιττάκια pro ſupplicibus libellis dabit *Codinus* de Origin. Conſtantinop. pag. 16. *Ed. Venet.* cum nota *Lambecii.* P. Wess.

65. Ἐμφρόνως ἀπολογησάμενοι] Ita reſtituimus, cum ὁμολογησάμενοι eſſet in exemplari. Statim πρὸς τὴν ἡγεμονίαν legendum. Uſus eſt autem eadem voce in fragmento XXXI., in quo ſcriptum eſt, πρὸς εὔνοιαν τὴν ἡγεμονίαν ἐπεδέξατο. F. Ursin.

73. Λέντλος ὁ ἐπικαλούμενος Σπινθήρ] P. Cornelius Lentulus Spinther eſt, qui paucis poſt annis M. Ciceronis conſulis omnium conſiliorum particeps, periculorumque in re publica ſocius fuit, de quo in Oratione poſt Redit. ad Quirit. C. 7. P. Wess.

77. Πάντα τὰ πλοῖα ἕως τετρασκάλμου] Ita emendavimus, cum in exemplari corrupte eſſet τετρασκάλμ. Videndus de hac re *Appianus* in fragmentis (Leg. XXX.) & *Dio*, qui habet (Leg. XXXVIII.) τάς τε ναῦς, τὰς μείζους &c. F. Ursin.

Ἕως τετρασκάλμου] Recte *Urſinus*, cujus emendationem certiſſimam praeſtat *Suidas*, his ipſis uſus in Τετρασκάλμου. *L. Kuſterum* id fugit, non item *Barbeyracium* Hiſt. Foeder. P. I. p. 434. P. Wess.

87. Ἀνέσειον τὰ πλήθη] Confer cum his, quae adſcripta ſunt L. XIII, 91. p. 615., & *Suidam* in Ἀνέσειον, ubi haec reperta ſunt, ut praeclare *H. Valeſius* monuit in Praefat. Excerpt. *Peireſc.*, & poſt eum *L. Kuſterus.* P. Wess.

DIO-

DIODORI SICULI FRAGMENTA.

I.

ΕΚ ΤΗΣ ΕΚΤΗΣ.

Περὶ θεῶν τοίνυν διττὰς οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων τοῖς μεταγενεστέροις δεδώκασιν ἐννοίας. τοὺς μὲν γὰρ, ἀιδίους καὶ ἀφθάρτους εἶναί φασι, οἷον ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατ' οὐρανὸν ἄστρα· πρὸς δὲ τούτοις, ἀνέμους καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς τῆς ὁμοίας φύσεως τούτοις τετευχότας. τούτων γὰρ ἕκαστον ἀίδιον ἔχειν τὴν γένεσιν καὶ τὴν διαμονήν. ἑτέρους δὲ λέγουσιν ἐπιγείους γενέσθαι θεοὺς, διὰ δὲ τὰς εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίας, ἀθανάτου τετευχότας τιμῆς καὶ δόξης, οἷον Ἡρακλέα, Διόνυσον, Ἀρισταῖον, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς τούτοις ὁμοίους. περὶ δὲ τῶν ἐπιγείων θεῶν πολλοὶ καὶ ποικίλοι παραδέδονται λόγοι παρὰ τοῖς ἱστορικοῖς τε καὶ μυθογράφοις. καὶ τῶν μὲν ἱστορικῶν Εὐήμερος ὁ τὴν ἱερὰν ἀναγραφὴν ποιησάμενος ἰδίως ἀπέγραψε· τῶν δὲ μυθολόγων, Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος καὶ Ὀρφεὺς, καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι τερατωδεστέρους μύθους περὶ θεῶν πεπλάκασιν. ἡμεῖς δὲ τὰ παρ' ἀμφοτέροις ἀναγεγραμμένα πειρασόμεθα συντόμως ἐπιδραμεῖν, στοχαζόμενοι τῆς συμμετρίας. Εὐήμερος μὲν οὖν, φίλος γεγονὼς Κασσάνδρου βασιλέως, καὶ διὰ τοῦτον ἠναγκασμένος τελεῖν βασιλικάς τινας χρείας καὶ μεγάλας ἀποδημίας, φησὶν, ἐκτοπισθῆναι κατὰ τὴν μεσημβρίαν εἰς τὸν ὠκεανόν. ἐκπλεύσαντα δὲ αὐτὸν ἐκ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, ποιήσασθαι τὸν πλοῦν δι' ὠκεανοῦ πλείους ἡμέρας, καὶ προσενεχθῆναι νήσοις πελαγίαις· ὧν μίαν ὑπάρχειν τὴν ὀνομαζομένην Πάγχαιαν, ἐν ᾗ τεθεᾶσθαι τοὺς ἐνοικοῦντας Παγχαίους εὐσεβείᾳ διαφέροντας, καὶ τοὺς θεοὺς τιμῶντας μεγαλοπρεπεστάταις θυσίαις, καὶ ἀναθήμασιν ἀξιολόγοις ἀργυροῖς τε καὶ χρυσοῖς. εἶναι δὲ καὶ τὴν νῆσον ἱερὰν θεῶν, καὶ ἕτερα πλείω θαυμαζόμενα κατά τε τὴν ἀρχαιότητα καὶ τὴν τῆς κατασκευῆς πολυτεχνίαν. περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις ἀναγεγράφαμεν. εἶναι δ' ἐν αὐτῇ κατά τινα λόφον ὑψηλὸν καθ' ὑπερβολὴν ἱερὸν Διὸς Τριφυλίου, καθιδρυμένον ὑπ' αὐτοῦ, καθ' ὃν χρόνον ἐβασίλευσε τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, ἔτι κατ' ἀνθρώπους ὤν. ἐν τούτῳ τῷ ἱερῷ στήλην εἶναι χρυσῆν, ἐν ᾗ τοῖς Παγχαίοις γράμμασιν ὑπάρχειν γεγραμμένας τάς τε Οὐρανοῦ καὶ Κρόνου καὶ Διὸς πράξεις κεφαλαιωδῶς. μετὰ ταῦτά φησι πρῶτον Οὐρανὸν βασιλέα γεγονέναι, ἐπιεικῆ

EX LIBRO VI.

Duas diverſas Deorum notiones poſteris ſuis veteres tradiderunt: alios enim ſempiternos & omnis interitus expertes dicunt, cujusmodi Solem, Lunam & reliqua coeli aſtra perhibent, itemque Ventos, atque id genus alios, qui ſimilem iis naturam ſortiti ſunt: namque nullum iſtorum aut ortus ſui initia habuiſſe, aut deſiturum unquam eſſe; alios vero terrenos commemorant, qui propter beneficia, quibus hominum genus ſibi obſtrinxerant, cultum honoremque divinum conſecuti ſint, quorum e numero Hercules, Bacchus, Ariſtaeus, tum alii omnes, his ſimiles. Ceterum multa ſane admodumque varia de terrenis hiſce numinibus cum hiſtorici, cum fabularum ſcriptores tradiderunt. Atque ex iſtis quidem Euemerus in Sacra, quam ſcripſit, Hiſtoria proprium quid ſectatus eſt. Ex poetis autem Homerus, Heſiodus, Orpheus, & hoc de genere alii prodigioſas de diis fabulas commenti ſunt. Nos vero quae ab utroque ſcriptorum ordine accepimus, modi brevitatiſque ſtudioſi, ſummatim percurrere conabimur. Euemerus igitur, regis Caſſandri amicus, cum ejuſdem cauſſa regia quaedam munia obire & longinquas peregrinationes inſtituere cogeretur, ſeſe verſus meridiem in Oceanum longiſſime a noſtris oris delatum refert, profectumque ex Arabia Felice per plures dies in Oceano navigaſſe, & tandem ad inſulas quaſdam in alto mari adpulſum fuiſſe, quarum una, ceteris praeſtantior, Panchaea ſit adpellata. Illic ſe vidiſſe Panchaeos inſulares, qui pietate excellerent, & deos magnifico ſacrificiorum adparatu, donariſque excellentiſſimis, cum aureis, tum argenteis, venerarentur. Sacram eſſe illam inſulam diis, & multa habere & vetuſtate & artis excellentia admiranda, quae nos ſuperiore libro exſecuti ſumus. Eſſe in ea collem editiſſimum inque eo Jovis Triphylii templum, ab eo ipſo, cum inter homines ageret, orbique terrarum imperaret, excitatum. In illo templo columnam conſpici, res a Coelo, Saturno ac Jove praeclare geſtas Panchaeis literis ſummatim deſcriptas complexam. Addit his, Coelum omnium principem regnaſſe, virum ut ſummae aequitatis, ſic benignitatis in omnes exi-

10. Διὰ δὲ τὰς — ἀθανάτου τετευχότας τιμῆς] Sic melius in Montanii codice. Vulgo deerat ἀθανάτου vocabulum. Indicantur divini honores, qui Herculi, Baccho, Ariſtaeo ob merita ſunt delati. *Horatius* L. II. Ep. 1, 5.

Romulus, & Liber pater, & cum Caſtore Pollux
Poſt ingentia facta Deorum in templa recepti.

Auctor ipſe L. III, 6. καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν τυχεῖν ἀθανάτου τιμῆς παρ' ἀνθρώποις. & de Aenea L. VII. apud *Syncellum* pag. 155. καὶ τιμῶν ἔτυχεν ἀθανάτων. Adde *Appianum* Bel. Civil. L. III. pag. 891. & *Ciceronem* L. III de Nat. Deor. C. 24. P. Wess.

25. Καὶ προσενεχθῆναι νήσοις πελαγίαις] *Vigerus* edidit in *Euſebio* ſuo πλαγίαις, adhaeſit verſioni, imprudenter. Quod ſequor, legitur in hoc fragmento, uti publicatum eſt ab *Hieron. Columna* ad *Ennium*. Νῆσοι πελαγίαι, quae ſitae ſunt in mari longe a continenti, uti adnotatum ad L. IV. 77. fuit. Mox ὧν μίαν ὑπάρχειν, quod margini adſcriptum erat, non omnino pravum eſt. P. Wess.

35. Ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις] Vide an fuerit ἐν τῇ — βίβλῳ. Leguntur enim L. V, 41. & ſeq., haec vero ex L. VI. fuiſſe excerpta, *Euſebius* teſtatur. Porro ἱερὸν Διὸς Τριφυλίου verum eſt, non Τριφυλλίου. Lege not. in cap. 42. libri quinti. P. Wess.

eximiae, praetereaque aſtrorum motus egregie peritum: primum eum victimis coeleſtia numina coluiſſe, eaque de cauſſa Coelum nuncupatum: eumdem filios ex Veſta conjuge habuiſſe duos Titanem & Saturnum, filiaſque totidem, Rheam & Cererem. Succeſſiſſe illi Saturnum, qui Rhea uxore ducta Jovem, Junonem & Neptunum procrearit. Poſt Saturnum Jovem imperaſſe, ſibique matrimonio junxiſſe Junonem, Cererem & Themidem, atque ex priore Curetas, ex ſecunda Proſerpinam, ex tertia Minervam proſeminaſſe. Profectum deinde Babyloni hoſpitio Beli fuiſſe uſum: reverſum inde in inſulam Panchaeam, in Oceano poſitam, aram Coelo, avo ſuo, ſacram erexiſſe: hinc peragrata Syria ad Caſium, tractus ejus principem, veniſſe, a quo monti Caſio nomen: porro in Ciliciam progreſſum Cilicem, ibidem regnantem, viciſſe: denique ab omnibus gentibus, quas plurimas adierit, honores deique titulum conſecutum fuiſſe.

Haec & his ſimilia de diis, tanquam mortalibus hominibus cum ſcripſiſſet, adjungit:

Ac Euemerum quidem, qui ſacram conpoſuit Hiſtoriam, quod attinet, haec dixiſſe, abunde erit. Deinceps, quas de Deorum natura Graeci fabulas prodiderunt, Heſiodi, Homeri, Orpheique veſtigia legentes, carptim enarrare conabimur.

τινα ἄνδρα καὶ εὐεργετικόν, καὶ τῆς τῶν ἄστρων κινήσεως ἐπιστήμονα· ὃν καὶ πρῶτον θυσίαις τιμῆσαι τοὺς οὐρανίους θεούς. διὸ καὶ Οὐρανὸν προσαγορευθῆναι. υἱοὺς δὲ αὐτῷ γενέσθαι ἀπὸ γυναικὸς Ἑστίας, Πᾶνα καὶ Κρόνον· θυγατέρας δὲ, Ῥέαν καὶ Δήμητραν. Κρόνον δὲ βασιλεῦσαι μετ᾽ Οὐρανὸν, καὶ γήμαντα Ῥέαν γεννῆσαι Δία καὶ Ἥραν καὶ Ποσειδῶνα. τὸν δὲ Δία διαδεξάμενον τὴν βασιλείαν τοῦ Κρόνου, γῆμαι Ἥραν καὶ Δήμητραν καὶ Θέμιν. ἐξ ὧν παῖδας ποιήσασθαι, Κουρῆτας μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης, Περσεφόνην δὲ ἐκ τῆς δευτέρας, Ἀθηνᾶν δὲ ἀπὸ τῆς τρίτης. ἐλθόντα δὲ εἰς Βαβυλῶνα ἐπιξενωθῆναι Βήλῳ· καὶ μετὰ ταῦτα εἰς τὴν Πάγχαιαν νῆσον πρὸς ὠκεανῷ κειμένην παραγενόμενον, Οὐρανοῦ τοῦ ἰδίου προπάτορος βωμὸν ἱδρύσασθαι. κἀκεῖθεν διὰ Συρίας ἐλθεῖν πρὸς τὸν τότε δυνάστην Κάσιον, ἐξ οὗ καὶ τὸ Κάσιον ὄρος. ἐλθόντα δὲ εἰς Κιλικίαν πολέμῳ νικῆσαι Κίλικα τοπάρχην. καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα ἔθνη ἐπελθόντα, παρ᾽ ἅπασι τιμηθῆναι, καὶ θεὸν ἀναγορευθῆναι.

„Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια, ὡς περὶ „θνητῶν ἀνδρῶν, περὶ τῶν θεῶν διελθὼν, ἐπιφέρει „λέγων."

Καὶ περὶ μὲν Εὐημέρου τοῦ συνταξαμένου τὴν ἱερὰν ἀναγραφὴν ἀρκεσθησόμεθα τοῖς ῥηθεῖσι· τὰ δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα περὶ θεῶν, ἀκολούθως Ἡσιόδῳ καὶ Ὀρφεῖ πειρασόμεθα συντόμως ἐπιδραμεῖν. Apud *Euſebium* Praep. Evang. L. II, 2. p. 59.

II.

De diis in libris ſuis ſapientiſſimus Diodorus haec refert: Deos olim homines fuiſſe, quos ob accepta beneficia cum immortales cenſeret humanum genus, deos adpellarit. Nonnullos eorum titulos & nomina ex regionibus, quas in ditionem ſuam redegerant, fuiſſe indeptos. Aberraſſe vero in his homines rerum ignorantia.

Περὶ ὧν (θεῶν) ἐν ταῖς συγγραφαῖς αὐτοῦ λέγει καὶ ὁ Διόδωρος ὁ σοφώτατος ταῦτα· ὅτι ἄνθρωποι γεγόνασιν οἱ θεοὶ, οὕστινας οἱ ἄνθρωποι, ὡς νομίζοντες δι᾽ εὐεργεσίαν ἀθανάτους, προσηγόρευον. τινὰς δὲ καὶ ὀνομάτων προσηγορίας ἐσχηκέναι, καὶ κρατήσαντας χώρας. τοῦτο δὲ ἐποίουν οἱ ἄνθρωποι ἀγνοίᾳ πλανηθέντες. *Jo. Malala* Chronograph. p. 65.

III.

Refert Diodorus in fabulari hiſtoria, Xanthum & Balium primo Titanas fuiſſe, Jovi vero auxilio occurriſſe: & Xanthum quidem Neptuni amicum, Balium Jovis. In ipſo vero praelio poſtulaſſe, ne a cognatis ſuis Titanibus agnoſcerentur, ut formam mutarent, idque impetraſſe: eſſe praeterea illos ipſos qui Peleo in nuptiis fuerint dati a Neptuno, proptereaque Xanthum apud Poëtam Achilli de iminente fato vaticinari.

Διόδωρος δὲ λέγει κατὰ μυθικὴν ἱστορίαν, Ξάνθον καὶ Βαλίον Τιτᾶνας εἶναι πρότερον, βοηθῆσαι δὲ τῷ Διΐ. Ξάνθον μὲν, Ποσειδῶνος ἑταῖρον ὄντα· Βαλίον δὲ, Διός. καὶ ἐν τῇ μάχῃ ἀξιῶσαι μεταθέσθαι τὴν μορφὴν, οἷα αἰδουμένους ὁρᾶσθαι ὑπὸ τῶν ὁμογενῶν Τιτάνων, καὶ γενέσθαι τὴν αὐτῶν ἀξίωσιν· καὶ εἶναι τούτους τοὺς Πηλεῖ δοθέντας. διό φησι καὶ Ξάνθος μαντεύεται τῷ Ἀχιλλεῖ τὸν θάνατον. Ex *Euſtathio* ad Iliad. T. p. 1190.

IV.

47. Πᾶνα καὶ Κρόνον] De Pane veterum Theologiam mire variaſſe conſtat. Hic Titana praeſtat. Audi *Euhemerum* ex *Ennii* verſione apud *Lactantium* Inſtitit. Divin. L. I, 14. *Exin Saturnus uxorem ducit Opem. Titan, qui major natu erat, poſtulat, ut ipſe regnaret. ibi Veſta mater eorum, & ſorores, Ceres atque Ops, ſuadent Saturno, ut de regno non concedat fratri.* Habes hic Urani uxorem & liberos, de Pane nihil. P. Wess.

52. Κουρῆτας μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης] Reſpice not. in L. III, 61. P. Wess.

58. Πρὸς τὸν δυνάστην Κάσσιον] Κάσιον rectius ſcripſeris. Vid. *Wolfium* ad *Theophilum* L. I. ad Autolyc. pag. 44. Narraverat Euhemerus Jovis artes, quibus divinitatis famam ſibi conciliarat; terras enim circumiens, reges principeſque populorum hoſpitio ſibi & amicitia copulaverat: & a quoque digreſſus, juſſerat ſibi fanum hoſpitis ſui nomine creari. Sic Jovi Atabyrio, Labrandeo, Caſio & ejuſmodi aliis titulis templa fuiſſe conſtituta, apud *Lactantium* Inſtit. I. I, 22. Huc pertinent *Diodori* verba. Quod vero *H. Gronovius* & viri docti ad *Lactantium* Caſium prope Aegyptum intelligunt, id *Diodori* verba non permittunt. Caſius, non longe ab Antiochia, Caſio Jovi facer, de quo *H. Valeſius* ad *Ammian.* L. XXII, 14. & *Salmaſius* in *Solin.* p. 436. indicatur. P. Wess.

76. Ὅτι ἄνθρωποι γεγόνασιν οἱ θεοὶ] Formata haec videntur ex ſuperiore fragmento ſimilibusve aliis *Diodori* locis. Vide L. I, 13. Scribe vero, ut oratio conſtet & ſententia ὡς νομίζοντες δι᾽ εὐεργεσίαν ἀθανάτους, θεοὺς προσηγόρευον. & in fine ἀγνοίᾳ πλανηθέντες. P. Wess.

86. Τιτᾶνας εἶναι πρότερον] Non longe hinc abit *Ptolemaeus Hephaeſtion* L. V. p. 324. *Ed. Gal.* ΓΙΓΑΝΤΕΣ ἦσαν, καὶ μὲν ΓΙΓΑΝΤΩΝ συμμαχοῦντι τῷ Διῒ κατὰ τῶν ἀδελφῶν. Genus utrumque exſequitur *G. Barthius* ad *Statii* Theb. VI, 466. P. Wess.

90. Καὶ εἶναι τούτους τῷ Πηλεῖ δοθέντας] *Euripides* Rheſ. v. 187.

> Δίδωσι δ᾽ αὐτὰς πωλοδαμνήσας ἄναξ
> Πηλεῖ Ποσειδῶν, ὡς λέγουσι, πόντιος.

ubi *Joſ. Barnes.* hujus loci haud eſt oblitus. P. Wess.

*99. Hoc munere — honoratum] De bello Jovem inter & Titanas nonnulla *Diodorus* L. III, 61, 62., nihil de corona. Itaque *Tertulliani* verba ad hunc librum pertinere cenſui. P. Wess.

6. Ἔτη φμζ΄.] In annorum hoc numero conſentit *Cedrenus* Compend. p. 66. At *Euſebius* ex Chronographo *Caſtore* deceſiſſe Argivorum regnum ait, poſtquam ſtetiſſet annos DXLIV., non magno in rebus adeo antiquis diſcrimine. Id vero abſurdum, quod *Cedrenus* una cum *Jo. Malala* adfirmat, ab Argivis

IV.

95

Saturnum Pherecydes ante omnes refert coronatum, Jovem Diodorus poſt devictos Titanas hoc munere a ceteris honoratum. *Tertullianus* de Cor. Milit. p. 419. Edit. principis.

V.

Κατέσχεν οὖν ἡ βασιλεία, ἤτοι τοπαρχία τῶν Ἀργείων, ἔτη φμθ. καθὼς καὶ Διόδωρος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο. *Jo. Malala* L. IV. Chronograph. p. 83.

V.

Duravit igitur Argivorum regnum per annos DXLIX., quemadmodum ſapientiſſimus Diodorus literis prodidit.

VI.

Τούτων ἡμῖν διακεκριμένων, λείπεται περὶ τῆς Κορινθίας καὶ Σικυωνίας εἰπεῖν, ὃν τρόπον ὑπὸ Δωριέων κατῳκίσθησαν. τὰ γὰρ κατὰ τὴν Πελοπόννησον ἔθνη σχεδὸν πάντα, πλὴν Ἀρκάδων, ἀνάστατα συνέβη γενέσθαι κατὰ τὴν κάθοδον τῶν Ἡρακλειδῶν. οἱ τοίνυν Ἡρακλεῖδαι κατὰ τὴν διαίρεσιν, ἐξαίρετον ποιησάμενοι τὴν Κορινθίαν καὶ τὴν ταύτης πλησιόχωρον, διεπέμψαντο πρὸς τὸν Ἀλήτην, παραδιδόντες αὐτῷ τὴν προειρημένην χώραν. ἐπιφανὴς δὲ ὁ ἀνὴρ γενόμενος, καὶ τὴν Κόρινθον αὐξήσας ἐβασίλευσεν ἔτη λή. μετὰ δὲ τὴν τούτου τελευτὴν ὁ πρεσβύτατος ἀεὶ τῶν ἐκγόνων ἐβασίλευσε, μέχρι τῆς Κυψέλλου τυραννίδος, ἥτις τῆς καθόδου τῶν Ἡρακλειδῶν ὑστερεῖ ἔτεσι υμζ. καὶ πρῶτος μὲν παρ' αὐτοῖς διεδέξατο τὴν βασιλείαν Ἰξίων ἔτη λή. μεθ' ὃν ἦρξεν Ἀγέλας ἔτη λζ. μετὰ δὲ τούτους Πρύμνις ἔτη λέ. καὶ Βάκχις ὁμοίως τὸν ἴσον χρόνον, γενόμενος ἐπιφανέστατος τῶν πρὸ αὐτοῦ. διὸ καὶ συνέβη τοὺς μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντας οὐκ ἔτι Ἡρακλείδας, ἀλλὰ Βακχίδας προσαγορευθῆναι. μετὰ τοῦτον Ἀγέλας μὲν ἔτη λ. Εὔδημος δὲ ἔτη κέ. Ἀριστομήδης ἔτη λ'. οὗτος δὲ τελευτήσας ἀπέλιπεν υἱὸν Τελέστην παῖδα τὴν ἡλικίαν, οὗ τὴν κατὰ γένος βασιλείαν ἀφείλετο θεῖος ὢν καὶ ἐπίτροπος Ἀγήμων, ὃς ἦρξεν ἔτη ιϛ'. μετὰ τοῦτον κατέσχεν Ἀλέξανδρος ἔτη κέ. τοῦτον ἀνελὼν Τελέστης ὁ στερηθεὶς τῆς πατρῴας ἀρχῆς ἦρξεν ἔτη ιβ'. τούτου ὑπὸ τῶν συγγενῶν ἀναιρεθέντος, Αὐτομένης μὲν ἦρξεν ἐνιαυτόν. οἱ δ' ἀπὸ Ἡρακλέους Βακχίδαι, πλείους ὄντες διακοσίων, κατέσχον τὴν ἀρχήν, καὶ κοινῇ μὲν προειστήκεισαν τῆς πόλεως ἅπαντες· ἐξ αὐτῶν δὲ ἕνα κατ' ἐνιαυτὸν ᾑροῦντο πρύτανιν, ὃς τὴν τοῦ βασιλέως εἶχε τάξιν, ἐπὶ ἔτη ἐνενήκοντα, μέχρι τῆς Κυψέλλου τυραννί-

VI.

His accurate expoſitis, de Corinthia & Sicyonia regione, qua ratione a Dorienſibus incoli ſint coeptae, dicendum reſtat. Nationes enim per Peloponneſum ferme cunctas, Arcadibus exceptis, reditu Heraclidarum ſedibus everti contigit. Heraclidae igitur, cum regio divideretur armis parta, Corinthia & vicinis agris praecipua victoriae portione aeſtimata, Aletae, ad ſe arceſſito, dictam regionem in manus tradiderunt. Qui virtute illuſtris Corintho a ſeſe auctae per annos XXXVIII. imperavit. Poſt cujus e vita migrationem ſemper is, qui aetate prior erat, habenas tenuit uſque ad Cypſelli tyrannidem, quae Heraclidarum in Peloponneſum reditu annis CCCCXLVII. poſterior cenſetur. Ac primus quidem ex ipſis Ixion annis XXXVIII. imperavit: poſt eum Agelas per annos XXXVII. quos exceperunt Prumnis annis XXXV. & Bacchis eodem annorum intervallo, ſed deceſſorum longe illuſtriſſimus: quo factum, ut qui deinceps ſceptra tenerent, non Heraclidae, ſed Bacchidae dicerentur. Poſt hunc Agelas annis XXX. regnum adminiſtravit, tum Eudemus in annos XXV. & Ariſtomedes in XXX. uſque. Hic vero moriens filium reliquit Teleſtem, puerum admodum, cui regnum avitum patruus & tutor Agemon abſtulit, tenuitque annis XVI. Deinde per annos XXV. Alexander rex fuit, quo ſublato Teleſtes, patrio ſceptro orbatus, regnum recepit, illique annis XII. praefuit. Eo dein a cognatis occiſo Automenes uno anno regnavit, Bacchidae vero Herculis poſteri, plures ducentis, regni jus ſibi vindicarunt, & ex aequo civitatis praefecturam cuncti curaverunt. Singulis enim annis e ſuo numero unum crearunt Prytanim qui regis vicem fungeretur, ad annos XC. quo tempore Cypſellus

vis regnum tranſiiſſe ad Sicyonios. Atqui Mycenas tranſlatum eſt, ubi Perſeus, Sthenelus, pluresque alii imperarunt. Vide *Scaligerum* Iſagog. Can. L. II. p. 159. P. Wess.

15. Πλὴν Ἀρκάδων] Eadem *Herodotus* L. II, 171. Cauſſa repeti debet ex prudenti Cypſeli Arcadum regis conſilio, quo Creſphontem, Ariſtomachi filium, affinitate ſibi conjunxit apud *Pauſan.* L. VIII, 5. P. Wess.

19. Διεπέμψαντο πρὸς Ἀλήτην] Hippotae filium, Phylantis nepotem, Antiochi pronepotem, Herculis abnepotem. Qua vero ratione Corintho ſit potitus, inter veteres controvertitur. Vide *Pauſan.* L. II, 4. *Conon.* Narrat. XXVI. & ſcholia in *Pindari* Olympion. Od. XIII. Id certum ab eo Corinthios Ἀλητιάδας *Callimacho*, παῖδας Ἀλάτα *Pindaro* fuiſſe dictos. Lege viros doctos ad *Velleium Paterc.* L. I, 3. P. Wess.

24. Ἥτις τῆς καθόδου — ὑστερεῖ ἔτεσι υμζ'.] Suſpecti numeri ſunt, quod regum Prytanumque anni non reſpondeant. Quin *Syncellus*, cui hoc fragmentum debemus, laterculo Corinthiorum regum & annuorum magiſtratuum, diſtincte ſubjecit ὁμοῦ υϛζ., quos propterea CCCCXVII. annos *Jac. Goar* & hic reſtituendos adfirmat. Ego vero eum non ſequor. Nam tametſi regum Prytanumque catalogus tot annos non conſummet, ſervari tamen debent, tum ob codicum conſenſum, tum maxime quod tot anni requirantur ad explendum temporis intervallum inter Heraclidarum reditum & Cypſeli initia. *D. Petavius* aliud commentus eſt L. IX. Doct. Temp. Cap. 33., additque in numerum tyrannidis Cypſeli annum ultimum, ut anni υμζ. retineri poſſint. At id quidem uti *J. Goar* probe monuit, verba *Diodori* non permittunt, neque neceſſarium eſt. P. Wess.

28. Μετὰ δὲ τούτους Πρύμνις] Legebatur Πρύμνης & Βάκχης. Utrumque correxi fretus auctoritate *Pauſaniae* L. II, 4. Ἀλήτης — καὶ οἱ ἀπόγονοι βασιλεύουσιν ἐς μὲν ΒΑΚΧΙΝ τὸν ΠΡΟΥΜΝΙΔΟΣ ἐπὶ γενεὰς πέντε. & *Euſebii* in Chronico. P. Wess.

30. Ἀλλὰ Βακχίδας προσαγορευθῆναι] Sic & infra οἱ δ' ἀπὸ Ἡρακλέους Βακχίδαι. Apud alios Βακχιάδαι. Utrumque bonum & probum eſt. Vid. *Sylburgium* ad *Dionyſium Halic.* L. III. p. 184. & in *Pauſan.* L. V, 17. p. 419. Porro Ariſtomedes pater Teleſtae apud *Pauſan.* L. II, 4. *Ariſtodemus* eſt, ſicuti etiam in Euſebiano Chronico. P. Wess.

44. Ἐπὶ ἔτη ἐνενήκοντα] Totidem annos in laterculo regum Corinthi Prytanibus Bacchiadis tribuit *Syncellus*, nec illi tamen abunde cenſentur ad explendam annorum CCCCXLVII., quam inter reditum Heraclidarum & Cypſeli initia ſupra poſuit, ſummam. Quam ob cauſſam Illuſt. *Scaliger* Iſagogic. L. III. pag. 334., nihil admodum diſſentiente *Petavio* Doct. Temp. L. IX,

occupata tyrannide Bacchidarum imperium evertit.

δος, ὑφ' ἧς κατελύθησαν. Ex *Syncello* Chronograph. p. 143. Ed. Venetae.

VII.

Munychium dictum hinc eſt, uti Diodorus, Hellanici verba referens, memoriae prodidit. Quum Thraces olim ſuſcepta in Orchomenum Minyaeum, Boeotiae oppidum, expeditione, cives ſedibus evertiſſent, atque illi extorres Athenas veniſſent, rege tum temporis Munycho: is copiam illis fecit incolendi loci, qui prope Munychiam, unde & deinceps in regis ejus honorem, ab illis id nominis ſortitus eſt.

VII.

Ἐκλήθη Μουνύχιον, ὥς φησιν ὁ Διόδωρος, παραφέρων τὰ Ἑλλανίκου, λέγων, ὡς ὅτι Θρᾷκές ποτε στρατεύσαντες κατὰ τῶν οἰκούντων τὸν Ὀρχομενὸν τὸν Μινύειον, τὸν τῆς Βοιωτίας, ἐξέβαλλον αὐτοὺς ἐκεῖθεν· οἱ δὲ ἐξαναστάντες ἦλθον εἰς Ἀθήνας ἐπὶ Μουνύχου βασιλέως. ὁ δὲ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς οἰκῆσαι τὸν τόπον τὸν περὶ τὴν Μουνυχίαν, ὅστις ἐπωνομάσθη τοῦ βασιλέως. Ex *Ulpiano* ad *Demoſthenem* pro Coron. p. 155.

VIII.

EX DIODORI SICULI LIBRO VII.

SCRIPTORUM nonnulli per errorem arbitrati ſunt, Romulum, ex Aeneae filia natum, urbem Romam condidiſſe: quod a vero alienum. Nam eo temporis intervallo, quod Aeneam inter & Romulum interceſſit, & plures reges fuerunt, & condita demum urbs eſt anno II. Olympiadis VII. Itaque urbis Romae initia Trojanis rebus poſteriora ſunt annis pluſquam CCCCXXX. Aeneas enim Latinorum regnum anno ab everſa Troja tertio accepit, eodem per triennium potitus ex hominum conſortio raptus, divinos honores conſecutus eſt. Succeſſit filius Aſcanius, urbemque Albam, Longam nunc dictam, de Albae fluminis, cui nunc cognomen Tiberi, nomine fundavit. De hujuſmodi vero appellatione Fabius, qui res a Romanis geſtas literis conſignavit, fabulam aliam prodidit. Datum videlicet Aeneae oraculum fuiſſe, de animante quadrupede, quae condendae urbis dux foret: occurriſſe autem foetam ſuem &

VIII.

ΕΚ ΤΗΣ Ζ. ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ.

Ἔνιοι μὲν οὖν τῶν συγγραφέων πλανηθέντες ὑπέλαβον τὸν Ῥωμύλον ἐκ τῆς Αἰνείου θυγατρὸς γεννηθέντα κεκτικέναι τὴν Ῥώμην· τὸ δὲ ἀληθὲς οὐχ οὕτως ἔχει. πολλῶν μὲν ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ, τοῦ τε Αἰνείου καὶ Ῥωμύλου, γεγονότων βασιλέων, ἐκτισμένης δὲ τῆς πόλεως κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ζ. Ὀλυμπιάδος· αὕτη ἡ κτίσις ὑστερεῖ τῶν Τρωικῶν ἔτεσι πλείω τῶν υ. καὶ λ. Αἰνείας γὰρ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Τροίας ἐτῶν τριῶν παρελθόντων παρέλαβε τὴν τῶν Λατίνων βασιλείαν, καὶ κατασχὼν τριετῆ χρόνον ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη, καὶ τιμῶν ἔτυχεν ἀθανάτων. τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἀσκάνιος υἱὸς ἔκτισεν Ἄλβαν, τὴν νῦν καλουμένην Λόγγαν, ἣν ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, τοῦ τότε μὲν Ἄλβα καλουμένου, νῦν δὲ Τίβερις ὀνομαζομένου. περὶ δὲ τῆς προσηγορίας ταύτης Φάβιος, ὁ τὰς Ῥωμαίων πράξεις ἀναγράψας, ἄλλως μεμυθολόγηκε· φησὶ γὰρ Αἰνείᾳ γενέσθαι λόγιον, τετράπουν αὐτῷ καθηγήσασθαι πρὸς κτίσιν πόλεως, μέλλοντος αὐτοῦ θύειν, ὗν ἔγκυον, τῷ χρώματι λευκὴν ἐκ-

33. *Diodorum* prochroniſmo annorum ferme XXX. aberraſſe cenſuit. Aliud in mentem *Marſhamo* venit, XC. Prytanum annos mordicus retinenti, ſed regem unum apud *Diodorum* deſiderari, qui ante Bacchim regnaverit annos circiter XXX. arbitrato in Canone ſuo p. 564. A quo, ſi in partes eundum ſit, non magnopere diſſentio. Prytanum annos, ut eos in *Diodoro* invenit *Syncellus*, ſervo. Aletae, primi Corinthiorum ex Heraclidis regis, initia paullo ſerius colloco, & XXX. ferme annis poſt Heraclidarum in Peloponneſum reditum. Qua in re conſentaneum habeo veterem Grammaticum *Didymum*: Δίδυμος δέ φησι τὸν Ἀλήτην, ſcribunt Critici ad Olymp. Od. XIII. *Pindari*, μὴ οἰκιστὴν τῆς Κορίνθου γεγενῆσθαι, ἀλλὰ βασιλέα, ἔτεσι ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ μετὰ τὴν τῶν Δωριέων ἄφιξιν. Qui quidem huic rei graves auctores habuiſſe videtur. Convenit certe bene, quod de Hippota ob Carni caedem exſulante & natalibus Aletae proditum a *Conone* eſt Narrat. XXVI. Neque diſſentire videtur *Diodorus*, clariſſime, ut ego quidem puto, ſignificans, poſt Heraclidarum reditum, diviſa jam & occupata Peloponneſo acceſſitum fuiſſe Aleten ad Corinthi poſſeſſionem adeundam. Atque ita illos XXX. annos eruimus, qui doctiſſimis viris tantum moleſtiae crearunt, videmusque *Euſebium* & Chronographorum plures in errore verſari, cum Corinthum eodem tempore ab Alete occupatam docent, quo Heraclidae in Peloponneſum reverterunt. Id ut quaeram, reſtat, rectene *Diodorus* de Prytane Corinthio εἰς τοῦ βασιλέως εἶχε τάξιν ſcripſerit? Dubitare Illuſtris videtur Scaliger: *ſi ut vult Diodorus*, inquit, *loco regis fuiſſet, id eſt* ἀντιβασιλεύς, *non dubium eſt, quin ipſi pede ſemel in poſſeſſionem miſſo, ſtationem illam unquam deſerturus fuerit*. Neſcio an injuria. Prytanes vicem regum fungebantur. Id enim eſt ἔχειν aut ἀναπληροῦν τάξιν τινός. *Hierocles* apud *Stobaeum* Serm. LXXXIII. p. 590. γονεῦσι γὰρ ἂν πάσῃ καὶ γονεῦσι — τὴν τοῦ ἑκάστου τάξιν ἀναπληρώσαι. *Philo Jud.* in Flacc. p. 979. καὶ πέμψω, καθάπερ κατελθὼς, ἡ προτέρου τάξιν ἀναπληρῶν. Reges ipſi ἀνυπεύθυνοι, ut vix ulli legitimis in regnis apud veteres, fuiſſe non videntur. Et ſi fuerint, recte tamen Prytanis τοῦ βασιλέως τάξιν habuiſſe dicetur, ejus munera belli pacisque tempore obiens, prorſus ut Romae Conſules τοῦ βασιλέως τάξιν εἶχον, etſi minime forent ἀνυπεύθυνοι. *Omnia jura* (regum) *omnia inſignia primi conſules tenuere* dicit *Livius* L. II, I. Sed deſino. Vide tamen & Ezech. *Spanhemium* de Veſta & Prytanib. p. 700. Ed. Graev. P. WESS.

Κυψέλλου] Κύψελος ab omnibus ſcribitur & rectius. Vide *Pauſan.* L. V, 17. & de tyrannide ejus filiique Periandri univerſo tempore Philoſophum Politic. L. V, 12. P. WESS.

52. Τὸν Ὀρχομενὸν τὸν Μινύειον] Sic praeſtat. In Pariſina editione τὸν Μινύει ſcribebatur, *Wolfius* τὸν Μινυείου. Tu vide, quae adſcripta ſunt L. IV, 18. p. 265. P. WESS.

54. Ἐπὶ Μουνύχου βασιλέως] Regem Athenienſium Munychum, Panteuclis filium, ex eodem *Hellanico* memorat *Harpocration*, eumque ſecutus *Suidas*, in Μουνυχία. Alii Demophontem illi patrem dant, de quibus *J. Meurſius* de Regib. Athen. L. III, 8. P. WESS.

66. Ἐκ τῆς Αἰνείου θυγατρὸς γεννηθέντα] Tangit hujus opinionis auctores *Dionyſius Halicarnaſſenſis* Ant. Rom. L. I. pag. 59. & *Feſtus* in Roma. P. WESS.

72. Ἔτεσι πλείω τῶν υ. καὶ λ.] Id verum eſſe, ex illis cognoſces, quae Auctor ex Apollodoro de temporis intervallo inter Trojanum bellum & primam Olympiadem docuit L. I, 5. Quod vero initia urbis Romae ad annum II. Olympiadis VII. refert, illud *Polybio*, ejus opinionis principi, debet. Vide *Dionyſium* L. I. Rom. A. p. 60. & *H. Dodwellum* Diſſert. X. de Cyclis p. 558. P. WESS.

78. Τοῦ τότε μὲν Ἄλβα καλουμένου] Non dubito, quin *Syncellus* bona fide *Diodorum* exſcripſerit: conſtat certe ſibi, quando p. 147. de rege Albanorum Tiberino, ſive, ut ipſe ſcribit, Tiberio, ἀφ' οὗ ὁ ποταμὸς Τίβερις προσηγορεύθη, ὁ πρὶν ΑΛΒΑΣ καλούμενος. Miranda ergo *Ab. Berkelii* confidentia eſt, ad *Stephani* verba, ἔστι καὶ ποταμὸς ΑΛΒΑΣ, ὁ νῦν λεγόμενος Τίβερις ſcribentis; *nemo aut Graecorum aut Latinorum hunc amnem hoc nomine inſignivit: quare cum Cluverio legendum exiſtimo*, ἔστι καὶ ποταμὸς Ἀλβούλας &c. Quis enim hoc probet? Conſpirant, uti *Berkelius* fatetur, in nominis ejus ſcriptura libri omnes. *Euſtathius* ad *Dionyſii* Perieges. v. 350. idem habet, certe in manu exaratis libris. Accedunt *Diodorus* & *Syncellus*. Scio pleroſque omnes

ἐκφυγεῖν δὲ ἐκ τῶν χειρῶν, καὶ καταδιωχθῆναι πρός τινα λόφον, πρὸς ὃν κομισθεῖσαν τεκεῖν λʹ. χοίρους. τὸν δὲ Αἰνείαν τό τε παράδοξον θαυμάσαντα, καὶ τὸ λόγιον ἀνανεούμενον, ἐπιχειρῆσαι μὲν οἰκῆσαι τὸν τόπον· ἰδόντα δὲ κατὰ τὸν ὕπνον ὄψιν ἐναργῶς διακωλύουσαν, καὶ συμβουλεύουσαν μετὰ λʹ. ἔτη κτίζειν, ὅσπερ ὁ τῶν τεχθέντων ἀριθμὸς ἦν, ἀποστῆναι τῆς προθέσεως. Ex *Syncello* Chronograph. p. 155.

ſcandidam jam jam ſacra facturo: quae dein manibus ſacrificantis elapſa in collem quemdam ſe receperit atque ibi triginta porcellos pepererit. Aeneam portentum id miratum & oraculi reſponſum mente volventem, urbem ibidem loci exſtruere molitum eſſe: vidiſſe vero per quietem, quo clariſſime vetabatur, monebaturque poſt annos xxx., quot numero porcelli erant, urbem condere, atque ita ab incoepto deſtitiſſe.

IX.

Γενεαλογοῦσι δ' αὐτὸν (Κάρανον) οὕτως, ὥς φησιν ὁ Διόδωρος καὶ οἱ πολλοὶ τῶν συγγραφέων, ὧν εἷς καὶ Θεόπομπος· Κάρανος Φείδωνος, τοῦ Ἀριστοδαμίδα, τοῦ Μέροπος, τοῦ Θεοστίου, τοῦ Κισσίου, τοῦ Τημένου, τοῦ Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδάτους, τοῦ Ὕλλου, τοῦ Ἡρακλέους. ἔνιοι δὲ ἄλλως, φησί, γενεαλογοῦσι, φάσκοντες εἶναι Κάρανον Ποίαντος τοῦ Κροίσου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Εὐρυβιάδα, τοῦ Δεβάλλου, τοῦ Λαχάρους, τοῦ Τημένου, ὃς καὶ κατῆλθεν εἰς Πελοπόννησον. Ex *Syncello* Chronograph. p. 209.

IX.

Generis Carani ſeriem, ut Diodorus ait, & ſcriptores plerique, in quibus etiam Theopompus, ita deſcribunt. Caranus frater Phidonis, Ariſtodamidae filius, filii Meropis, F. Theoſtii, F. Ciſſii, F. Temeni, F. Ariſtomachi, F. Cleodatis, F. Hylli, F. Herculis. Alii aliter, inquit, genus recenſent, adfirmantes Caranum Poeantis ex Croeſo nati filium, cui pater fuerat Cleodaeus, Cleodaei Eurybiadas, tum hujus Deballus, hujus iterum Lachares, ac tandem Temenus, qui in Peloponneſum deſcenderit.

X.

Μετὰ ταῦθ' ὁ μὲν βασιλεὺς, ἀναλαβὼν ἑαυτὸν ἐκ τῶν τραυμάτων, προέθηκε κρίσιν ἀριστείων· κατέβησαν μὲν οὖν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα δύο, Κλέοννίς τε καὶ Ἀριστομένης, ὧν ἑκάτερος εἶχεν ἴδιόν τι πρὸς δόξαν. ὁ γὰρ Κλέοννις ὑπερασπίσας τὸν βασιλέα πεπτωκότα, τῶν ἐπιφερομένων Σπαρτιατῶν ὀκτὼ νεκροὺς ἐπεποιήκει· καὶ τούτων ἦσαν δύο ἡγεμόνες ἐπιφανεῖς. πάντων δὲ τῶν ἀναιρεθέντων ὑπ' αὐτοῦ τὰς πανοπλίας ἐσκυλευκὼς, ἐδεδώκει τοῖς ὑπασπισταῖς, ἵνα ἔχοι σημεῖα τῆς ἰδίας ἀρετῆς πρὸς τὴν κρίσιν. πολλοῖς δὲ περιπεσὼν τραύμασιν, ἅπαντ' ἔσχεν ἐναντία, μέγιστον παρεχόμενος τεκμήριον τοῦ μηδενὶ τῶν πολεμίων εἶξαι. ὁ δ' Ἀριστομένης ἐν τῷ περὶ τοῦ βα-

X.

Poſt haec rex, cum ſeſe ex vulneribus recepiſſet, judicium inſtituit de virtutis praemio. Deſcenderunt in id certamen duo Cleonnis & Ariſtomenes, quorum uterque ad gloriam peculiare aliquid habebat. Nam Cleonnis cum regem humi prolapſum protegeret, ex irruentibus Spartanis octo interfecerat, in quibus erant duo duces inſignes: cumque omnes, quos occiderat, armis ſpoliaſſet, ea tradiderat propugnatoribus ſuis, ut ſuae virtutis argumenta apud judices haberet. Adfectus etiam multis vulneribus, omnia acceperat adverſa, maximo argumento nulli ipſum hoſtium ceſſiſſe. Ariſtomenes vero in eodem circa regem certamine

omnes Latinos ALBULAM malle, quod tamen diminutivum, ALBAM non plane abſurdum eſſe, utique indicat. Id vero unde *Diodorus* acceperit, Albam Longam a Tiberi, cui tum Albae nomen, fuiſſe cognominatam, neſcio; praeſertim cum urbs illa fluvio non accubaret, ſtadiis ferme cxx. teſte *Dionyſio* R. Ant. L. i. p. 65., ab eo disjuncta. P. Wess.

80. Φάβιος, ὁ τὰς &c.] Q. Fabium Pictorem eſſe, nemo ignorat. Mox edebatur φησὶ τὸν Αἰνείαν, abſurdiſſime. Helenus ad Aeneam Aeneid. iii, 389.

Cum tibi ſollicito ſecreti ad fluminis undam
Litoreis ingens inventa ſub ilicibus ſus,
Triginta capitum foetus enixa, jacebit,
Alba, ſolo recubans, albi circum ubera nati:
Is locus urbis erit. ———

Praeferrem quoque poſt pauca καθαγιάσασθαι. P. Wess.

83. Μέλλοντος αὐτοῦ θύειν &c.] In *Syncello* μέλλοντα quod mutavi. Videntur praeterea poſt λευκὴν ad ſententiam pleniorem nonnulla deſiderari. Alioqui ſcribendum ἣν —— λευκὴν ἐκφυγεῖν ἐκ τῶν χειρῶν &c. P. Wess.

88. Οἰκῆσαι τὸν τόπον] Οἰκίσαι ſcriptum fuit, quod ſolito ſibi more librarii mutarunt. Vid. ad L. xv, 66., & de ipſa hac re, parum tamen diſſentientem, *Aur. Victorem* Orig. Gent. Rom. C. 11. P. Wess.

99. Τοῦ Ἀριστοδαμίδα] Apud *Syncellum* Ἀριστοδαμιδάδα. *Scaliger*, quem ſequimur, rectius in fragmentis *Euſebii* additis. *Satyrus* in *Theophilo* L. ii. ad Autol. p. 96. Ἀριστομήδαν vocat, neque ille bene. Ex Ἀριστόδημος ſive Ἀριστόδαμος naſcitur Ἀριστοδαμίδας. Porro Κάρανος Φείδωνος Phidonis eſt frater, de qua ellipſi ad L. iv, 68. commentari memini. P. Wess.

Τοῦ Μέροπος] Hunc *Satyrus* ignorat, ejus loco *Aeatum* ponens, cui pater fuerit *Theſtius*, avus *Maron*, proavus *Ciſus*, e quibus Theſtium & Ciſum, ſive Κεισὸν & Θέστιον, rectius ſcribit, ut ex *Pauſania* L. ii, 19, 26. notum eſt: perperam vero *Syncellus* negligit *Maronem*. Caranus enim ἑνδέκατος ἦν ἀπὸ τοῦ Ἡρακλέους καὶ ἕβδομος ἀπὸ τοῦ Τημένου, ſicuti ipſe ait p. 158. & p. 209., & *Syncello* longe antiquior marmoris Parii auctor, de Phidone locutus. Atqui nec undecimus ab Hercule, neque ſeptimus a Temeno eſſe poterit, niſi ſi in ſeriem majorum ejus Maronem iſtum addideris. Novi *Velleji Paterculi* verba ex L. i, 6. *Caranus — ſextus decimus ab Hercule.* Sed ea non moror, quippe prava & hinc inſtauranda. P. Wess.

2. Τοῦ Κλεοδάτου] Scribe Κλεοδαίου & vide adſcripta L. iv, 31. De ſequenti majorum Carani ſerie nihil habeo, quod admoneam, niſi in Veneta *Syncelli* editione, ut plurima alia, longe corruptiſſimam eſſe. P. Wess.

11. Μετὰ ταῦθ' ὁ μὲν βασιλεὺς &c.] Illuſtre hoc *Diodori* fragmentum publicarat *H. Stephanus* praeſcripto indice, ἀνωνύμου τινὸς περὶ δύο ἀνδρῶν ἀριστευσάντων ἐν πολέμῳ καὶ ἀγωνιζομένων περὶ πρωτείων, quaſi declamatio quaedam eſſet Rhetoris incerti. Nihil certe *Stephanus* de ejus auctore, aut unde id habuerit, addere dignatus eſt. Gloria detecti ſcriptoris, e cujus libris decerptum fuit, debetur *Iſaaco Voſſio*, de quo ſic pater ejus in Addendis Libro ii. Hiſt. Graecor. p. 519. „ Item fragmentum de Cleonnide & Ariſtomene, quod una cum nonnullis „ *Polemonis* & *Himerii* (p. 20.) edidit *Henricus Stephanus*. Sed „ neſciebat, eſſe *Diodori*: cui tribuitur in Florentino codice „ Bibliothecae Mediceae, unde in peregrinatione ſua exſcripſit filius meus *Iſaacus*, ignarus tum, jam *Stephani* praelo „ prodiiſſe". Latuit deinde poſt id *Voſſii* indicium in obſcuro, donec ante hos ferme xxx. annos vir eruditiſſimus *L. Boivinus* id cura ſua dignum cenſeret & Commentariis Academiae Regiae Inſcriptionum T. iii. pag. 106. utroque ſermone deſcriptum insereret: cujus ut praedicanda eſt opera, ita nullus negligere debeo, in Vaticanae Bibliothecae codice mdcccliv., ſed minoris formae, idem fragmentum *Diodoro* tribui praepoſito titulo περὶ δύο ἀνδρῶν ἀριστευσάντων κ. λ., uti apud *Stephanum*, idque mihi indicatum eſſe a Celeb. *Aſſemano*. P. Wess.

15. Ὁ γὰρ Κλέοννις ὑπερασπίσας τὸν βασιλέα] Regem iſtum, Cleonnisque & totam fragmenti hujus ſcenam dexterrime patefecit Cl. *L. Boivinus*. Bellum gerebatur Meſſeniacum i. Imperabat Meſſeniis rex Euphaes. Committitur pugna, qua Euphaes audacius atque ardentius, quam regem decebat, in cohortem Theopompi, regis Spartani, invectus, vulnera multa & letalia accipit. Increſcit certamen, Meſſeniis pro rege ſuo fortiſſime conſiſtentibus, Spartanis eumdem jam jam capturis. Tum Cleonnis Euphai patriaeque egregiam operam navavit,

tamine quinque trucidaverat Lacedaemonios & armis exſuerat inter ingruentes infeſtoſque hoſtes, ſuumque ipſius corpus illaeſum ſervaverat: rediens autem e praelio in urbem facinus patraverat laudabile. Cleonnis enim vulneribus infirmus, neque incedere neque aliorum manibus deduci poterat: itaque eum in humeros ſublatum Ariſtomenes in urbem deportavit, nihiloque ſecius arma ſua, quamtumvis Cleonnis ceteris & magnitudine corporis & robore praeſtaret. Quae quidem argumenta cum utrique ſuppeterent ad eam fortitudinis contentionem, rex una cum ducibus, ut lex jubebat, pro tribunali conſedit: prior autem Cleonnis hujuſmodi uſus oratione eſt.

,, Brevis quidem de fortitudinis praemio habenda oratio eſt: judices enim ſunt virtutis utriuſque ſpectatores. Hoc tamen admonere debeo, cum contra eosdem homines eodem tempore & loco uterque pugnaremus, plures a me eſſe necatos. Manifeſtum ergo videtur, uter eodem in caſu & numero caeſorum & jure petendi praemii ſit potior. Quin & utriuſque corpora apertiſſima praebent indicia praeſtantiae. Alter enim oppletus adverſis vulneribus e pugna diſceſſit: alter vero tanquam ſollemni e celebritate, non tali acie digreſſus, non didicit experimento quid hoſtile ferrum poſſet. Fortaſſe igitur fortunatior Ariſtomenes, at me fortior jure non cenſebitur. Clarum enim eſt eum, qui tot corporis ſui lacerationes ſuſtinuit, profuſiſſime caput pro patriae ſalute objeciſſe. At qui in ea hoſtium congreſſione inque tot periculis evadere ſine vulnere potuit, is utique mire ſibi cavit, ne quid male pateretur. Itaque abſurdum fuerit, ſi coram pugnae ſpectatoribus ille, qui pauciores hoſtium interemit, minuſque ſuo corpore eſt periclitatus, primas tamen alteri auferat, qui utraque illa re praeſtat. Exportaſſe vero, finito jam periculo, alterius corpus vulneribus confectum, nullam quidem fortitudinem, ſed corporis fortaſſe robur demonſtrat. Haec ad vos dicta abunde erunt. Namque factorum certamen, non verborum, propoſitum eſt.

Pro ſe tum viciſſim Ariſtomenes orationem exorſus eſt.

,, Miror, inquit, eum, qui ſervatus eſt, contendere cum iſto de praemio velle, a quo ſalutem accepit. Neceſſe enim eſt, aut illum judices amentes arbitrari, aut judicium fore de his, quae nunc dicuntur, non de illis, quae tum geſta ſunt, cenſere. Neque ſolum enim Cleonnis virtute inferior, ſed & animi prorſus ingrati demonſtrabitur. Omiſit ea, quae prae-

σιλέως ἀγῶνι πέντε μὲν ἀνῃρήκει τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ τὰς πανοπλίας ἐσκυλεύκει, τῶν πολεμίων ἐπικειμένων· καὶ τὸ μὲν ἑαυτοῦ σῶμα διεφύλαξεν ἄτρωτον· ἐκ δὲ τῆς μάχης ἀπερχόμενος εἰς πόλιν, ἔργον ἐπαινούμενον ἔπραξεν. ὁ μὲν γὰρ Κλέοννις ἀσθενῶς ἐκ τῶν τραυμάτων διακείμενος, οὔτε βαδίζειν καθ' αὑτὸν, οὔτε χειραγωγεῖσθαι δυνατὸς ἦν· ὁ δ' Ἀριστομένης δεξάμενος αὐτὸν ἐπὶ τοῦ σώματος, ἀπήνεγκεν εἰς τὴν πόλιν, οὐδὲν δὲ ἧττον κομίζων τὴν ἰδίαν πανοπλίαν, καὶ ταῦτα τοῦ Κλεόννιδος προέχοντος τῶν ἄλλων μεγέθει τε καὶ ῥώμῃ σώματος. τοιαύτας δ' ἐχόντων ἀφορμὰς εἰς τὴν ὑπὲρ τῶν ἀριστείων κρίσιν, ὁ βασιλεὺς ἐκάθισε μετὰ τῶν ταξιάρχων, κατὰ τὸν νόμον. προλαβὼν οὖν τὸν λόγον ὁ Κλέοννις, τούτοις ἐχρήσατο λόγοις.

,, Βραχὺς μέν ἐστιν ὁ περὶ τῶν ἀριστείων λόγος· κριταὶ γάρ εἰσιν οἱ τεθεαμένοι τὰς ἑκάστων ἀρετάς. ὑπομνῆσαι δὲ δεῖ με, διότι πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας ἑκατέρων διαγωνισαμένων ὑφ' ἕνα χρόνον καὶ τόπον, ἐγὼ πλείους ἀπέκτεινα. δῆλον οὖν ὡς κατὰ τὴν αὐτὴν περίστασιν ὁπότερος ἐν ἀριθμῷ τῶν ἀναιρεθέντων προέχει, καὶ τοῖς εἰς τὸ πρωτεῖον δικαίοις. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ σώματα ἑκατέρων ἐμφανεστάτας ἀποδείξεις ἔχει τῆς ὑπεροχῆς. ὁ μὲν γὰρ, πλήρης ὢν τραυμάτων ἐναντίων, ἀπελύετο τῆς μάχης· ὁ δ' ὥσπερ ἐκ πανηγύρεως, ἀλλ' οὐ τηλικαύτης παρατάξεως ἐξιὼν, οὐκ ἐπειράθη τί δύναται πολεμίων σίδηρος. εὐτυχέστερος μὲν οὖν ἴσως Ἀριστομένης, ἀγαθώτερος δ' ἡμῶν οὐκ ἂν δικαίως κριθείη. πρόδηλος γὰρ ὁ ὑπομείνας τοσαύτας διαιρέσεις τοῦ σώματος ὡς ἀφειδῶς ἑαυτὸν ἐπέδωκεν ὑπὲρ τῆς πατρίδος· ὁ δ' ἐν πολεμίων συμπλοκῇ καὶ τοσούτων κινδύνων, τηρήσας ἑαυτὸν ἄτρωτον, εὐλαβείᾳ τοῦ παθεῖν τι τοῦτ' ἐνήργησεν. ἄτοπον οὖν εἰ παρὰ τοῖς ἑωρακόσι τὴν μάχην, ὁ τῶν πολεμίων μὲν ἐλάττους ἀνελὼν, τῷ δ' ἰδίῳ σώματι κινδυνεύσας ἧττον, προκριθήσεται τοῦ πρωτεύοντος ἐν ἀμφοτέροις. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ μηδενὸς ἔτι κινδύνου ὑπάρχοντος, βαστάσαι τὸ σῶμα καταπεπονημένον ὑπὸ τῶν τραυμάτων, ἀνδρείαν μὲν οὐδεμίαν ἔχειν, σώματος δ' ἴσως ἰσχὺν ἐπιδείκνυσθαι. ἱκανά μοι ταῦτα εἴρηται πρὸς ὑμᾶς. πρόκειται γὰρ ἀγὼν οὐ λόγων ἀλλ' ἔργων.

Παραλαβὼν δ' ἐν μέρει τὸν λόγον Ἀριστομένης.

,, Θαυμάζω, φησὶν, εἰ μέλλει περὶ ἀριστείων ἀμφισβητεῖν ὁ σωθεὶς τῷ σώσαντι. ἀναγκαῖον γὰρ ἢ τῶν δικαζόντων αὐτὸν ἄνοιαν καταγινώσκειν, ἢ τὴν κρίσιν δοκεῖν ἐκ τῶν νῦν λεγομένων ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν τότε πεπραγμένων ἔσεσθαι. οὐ μόνον δὲ Κλέοννις δειχθήσεται κατ' ἀρετὴν λειπόμενος, ἀλλὰ καὶ τελέως ἀχάριστος. ἀφεὶς γὰρ τὸ τὰ

,, συν-

irruenteſque hoſtes & repellens & conficiens, nec minorem Ariſtomenes, ipſum etiam Cleonnim, multis vulneribus fractum, e praelio auferret. Praelii meminit *Pauſanias* L. IV. 10., Cleonnim ibidem & ſaepe aliàs memorans, de Ariſtomene tamen C. 6. p. 294. diſſentiens. P. Wess.

44. Ὁπότερος ἐν ἀριθμῷ τῶν ἀναιρ. προέχει] Dixit *Diodorus* *προέχειν ἐν ταῖς εὐανδρίαις ἐν τοῖς ἀγῶσι* L. III, 49., quod probare non potui. Haec videntur auxilium illis ferre apta eſſe & accommodata: nec muto tamen ſententiam. Ibi repetita praepoſitio ingratiſſima accidit, quae hic abundatia quadam ſermonis tueri ſe ſe poterit. P. Wess.

67. Παραλαβὼν ἐν μέρει τὸν λόγον Ἀριστομένης] In Meſſeniacis Ariſtomenis illuſtre nomen eſt, dubium tamen utrius belli tempore vixerit, prioris an poſterioris? *Diodorus* L. XV, 66. poſteriore bello Meſſeniis praefuiſſe indicat, nec defuiſſe tamen, qui τὸν Ἀριστομένη γεγονέναι φασὶ κατὰ τὸν Μεσσηνιακὸν πόλεμον, i. e. bello priore Meſſeniaco. In his certe nomen profitebatur *Myron Prienenſis*, rerum eo bello geſtarum ſcriptor. Is Ariſtomenem hiſtoriae ſuae, teſte *Pauſania* L. IV. 6., inſeruit, factaque ejus deſcripſit. Non id quidem *Pauſaniae* placet, falſum arbitrato *Myronem*, ſed cauſſis parum probantibus, ut bene doctiſſimus *L. Beivinius*. Duo fuerunt Ariſtomenes, uterque in Meſſeniorum contra Spartanos bellis illuſtriſſimus, alter poſteriore, priore alter bello. Hic una cum Cleonnide regem Euphaem protexit, atque etiam de virtutis praemio contendit. Quia Theopompum deinde Spartanorum regem occidit, eodem *Myrone* auctore. Negat id iterum & *Myroni* obloquitur *Pauſanias*, poetamque advocat *Tyrtaeum*, qui tamen nihil de Theopompi morte: Meſſenes duntaxat agrum ab eo occupatum canit, ut optime vir eruditiſſimus monuit, de belli prioris fine tacens. *Myroni* vero adſentitur *Clemens Alex.* Protrept. pag. 36., nec longe abit *Plutarchus*, ſi eidem *L. Boivinio* fides, in Romulo p. 33. D., jactantiam Meſſeniorum perſtringens, qua de Ariſtomene magnifice gloriabantur, *ὡς τρὶς ἑκατομφόνια θύσειεν ἀπὸ Λακεδαιμονίων*, i. e, uti volunt, trecentas cum victimas ex Lacedaemoniis immolaſſe: prodidit autem *Clemens* Ariſtomenem trecentos Spartanorum, inque his Theopompum, Jovi Ithomatae mactaſſe. Verum iſtud concluſionis genus mihi

quidem

„ συντελεσθέντα ὑπ' αὐτοῦ καλῶς διαπορεύεσθαι, διέσυρε τὰς ἐμὰς πράξεις, φιλοτιμότερος ὢν ἢ δίκαιον. ᾧ γὰρ καὶ ἰδίας σωτηρίας τὰς μεγίστας ὀφείλει χάριτας, τούτου τὸν ἐπὶ τοῖς καλῶς πραχθεῖσιν ἔπαινον διὰ φθόνον ἀφῄρηται. ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ μὲν ἐν τοῖς τότε γεγενημένοις κινδύνοις εὐτυχὴς ὑπάρξαι, φημὶ δὲ πρότερον ἀγαθὸς γενέσθαι. εἰ μὲν ἐκκλίνας τὴν τῶν πολεμίων ἐπιφορὰν, ἄτρωτος ἐγενόμην, οὐκ εὐτυχῆ με προσήκει ὀνομάζειν, ἀλλὰ δειλὸν, οὐδ' ὑπὲρ ἀριστείων λέγειν κρίσιν, ἀλλὰ ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις περιπεπτωκέναι· ἐπεὶ δ' ἐν πρώτοις μαχόμενος, καὶ τοὺς ὑφισταμένους ἀναιρῶν, οὐκ ἔπαθον ἅπερ ἔπραξα, ῥητέον οὐκ εὐτυχῆ με μόνον ἀλλὰ καὶ ἀγαθόν. εἴτε γὰρ οἱ πολέμιοι καταπλαγέντες τὴν ἀρετὴν, οὐκ ἐτόλμησαν ἀμύνασθαι, μεγάλων ἐπαίνων ἄξιος, ὃν ἐφοβήθησαν· εἴτ' ἐκείνων ἀγωνιζομένων, εὐθύμως ἐγὼ φονεύων τοὺς ἀνθεστηκότας, καὶ τοῦ σώματος ἐποιούμην πρόνοιαν, ἀνδρεῖος ἅμα καὶ συνετός. ὁ γὰρ ἐν αὐτῷ θυμομαχεῖν ἐμφρόνως ὑπομένων τὸ δεινὸν, ἑκατέρας ἔχει τὰς ἀρετὰς, σώματός τε καὶ ψυχῆς. καίτοιγε ταῦτα δίκαια πρὸς ἑτέρους ἦν μοι ῥητέον ἀμείνους τούτου. ὅτε γὰρ Κλέοννιν παραλελυμένον ἐκ τῆς μάχης εἰς τὴν πόλιν ἀπήνεγκα, τὰ μὲν αὐτοῦ σώζων ὅπλα, καὶ ὑπ' αὐτοῦ κεκρίσθαι νομίζω τὸ δίκαιον. καίτοιγε παροραθεὶς τότ' ὑφ' ἡμῶν, ἴσως οὐκ ἂν ἤριζε νῦν ὑπὲρ ἀριστείων, οὐδὲ διασύρων τηλικοῦτον μέγεθος εὐεργεσίας, ἔλεγε μηδὲν εἶναι μέγα τὸ πραχθὲν, διὰ τὸ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀποχωρεῖν ἐκ τῆς μάχης τοὺς πολεμίους. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι πολλάκις οἱ διαλυθέντες ἐκ τῆς μάχης, ἐξ ὑποστροφῆς εἰώθασιν ἐπιτίθεσθαι, καὶ στρατηγίᾳ ταύτῃ χρησάμενοι, τυγχάνειν τῆς νίκης; ἱκανά μοι τὰ ῥηθέντα. λόγων γὰρ πλειόνων οὐκ οἶμαι ὑμᾶς προσδεῖσθαι.

Τούτων ῥηθέντων, οἱ δικάζοντες, ὁμογνώμονες γενόμενοι * προέκριναν τὸν Ἀριστομένην.

„ clare geſſerat, recenſere, meiſque factis obtrectat, ambitioſior profecto, quam par erat. Cui enim ſuae ſalutis cauſſa maximas gratias debebat, eum laude rerum fortiſſime geſtarum per invidiam defraudat. Fateor, me in illis periculoſis certaminibus felicem fuiſſe, ſed & ſtrenuum antea fuiſſe adfirmo. Si enim hoſtium incurſum, ne vulnera acciperem, vitarim, haud ſane felix, ſed timidus, adpellari debeo; neque nunc de palma certare, ſed legum poenas ſubire. Siquidem vero inter primos pugnam ciens & occurſantes occidens, non ea paſſus ſum, quae feci, dicendum utique eſt, me non fortunatum ſolum, ſed & fortem fuiſſe. Sive enim hoſtes, virtute hac perculſi, non auſi fuerunt me invadere, magnis laudibus dignus ſum, quem timuerunt. Sive illis decertantibus, fortiter ego ingruentes trucidavi & ſimul mei corporis curam egi, audax pariter & prudens fui. Nam qui in ſummo pugnae ardore caute periculum ſubit, utraſque corporis & animi virtutes poſſidet. Sed haec mihi recenſenda forent, apud alios, hoc homine aequiores. Quando enim Cleonnim corpore debilem ex pugna in urbem portavi, meis etiam armis conſervatis, tum ab ipſo conſtitutum fuiſſe judico, quid juſtum foret: qui quidem ſi tunc a nobis fuiſſet neglectus, non ſane contenderet de honoris nunc praemio, neque diceret, traducens tantae beneficentiae magnitudinem, haud magnum id fuiſſe facinus, quoniam ſub id tempus e pugna hoſtes diſceſſerant. Quis enim ignorat, ſaepe ex praelio digreſſos de integro incurrere ſolere, hacque arte uſos victoria potiri? Haec dicta ſufficiant: neque enim pluribus vos verbis indigere arbitror.

His dictis judices magno conſenſu Ariſtomenem praemio digniorem cenſuerunt.

XI.

Κιθαρῳδὸς ὁ Τέρπανδρος, τῷ γένει Μηθυμναῖος· Στασιασάντων δέ ποτε τῶν Λακεδαιμονίων, Χρησμὸς αὐτοῖς ἐξέπεσε πάλιν φιλιωθῆναι, Ἂν ἐκ Μηθύμνης Τέρπανδρος ἐκείνοις κιθαρίσοι. Καὶ δή τι μέλος Τέρπανδρος ἐντέχνως κιθαρίσας, Αὐτοὺς πάλιν συνήρμοσε, Διόδωρος ὡς γράφει, Τῆς ἁρμονίας τῇ ᾠδῇ. καὶ γὰρ μεταστραπέντες, Ἀλλήλους περιέβαλλον, ἠσπάζοντο δακρύοις. *Tzetzes* Chiliad. 1. Hiſt. 16.

XI.

Citharoedus Terpander, genere Methymnaeus. Civili quondam bello agitatis Lacedaemoniis oraculum editum eſt, iterum conſenſuros, ſi ex Methymna Terpander illis caneret. Et ſane cantum quemdam cum artificioſe ceciniſſet, ipſos iterum conjunxit, uti Diodorus ſcribit: concentus enim cantilena commutati ſeſe amplectebantur & lacrymis oſculabantur.

XII.

* Πρόκριναν in *Vaticano*.

quidem ſatis juſtum non videtur. Adſumitur enim pro vero, centum victimas humanas ἑκατομφόνια eſſe; quam ego rem veterum auctoritate munitam vellem. Quis enim id docuit? Non certe *Plut.* eo loco, neque in VII. Sap. Conv. p. 159. E., neque Sympoſ. L. IV, 1., nedum *Fulgentius* de Serm. Antiq. in *Nefrendes*, aut *Pauſanias* L. IV, 19. Imo vero clariſſime oſtendunt, ἑκατομφόνια illos Meſſeniorum Jovi Ithomatae celebraſſe, ὅταν τις πολεμίους ἑκατὸν καταγωνίσαιτο ἐν μάχῃ, *qui in pugna hoſtes centum confeciſſent*. Non ergo hoſtes ipſi mactabantur, cum ἑκατομφόνια ederentur. Adde in *Plut.* Sympoſio θυσίας ἑκατομφόνους legi: quod de humanis victimis abſurdiſſimum, non item aliis, quae ob caeſos hoſtes jugulabantur. Mitto nunc, tria illa ἑκατομφόνια, de quibus *Plutarchus*, diligenter a *Pauſania* deſcripta atque Ariſtomenis, qui Meſſeniaco II. bello geſtis inclaruit rebus, gloriae contributa L. IV, 19. p. 326. Illud itaque decus, modo veri fidem non ſuperjecerint Meſſenii, Ariſtomeni II. relinquamus. Noſter priore bello egregiam laudem, optimum iſtum virtutis fructum, abſtulit, obſcuratus deinde, ut fieri ſolet, *Rhiani Benaei* verſibus, in quibus, ſicuti in *Homeri* Iliade Achilles, Ariſtomenes II. τῷ ἀγῶνι erat, teſte *Pauſania* ib. C. 6. P. Wess.

94. Καὶ τοῦ σώματος ἐποιούμην πρόνοιαν] Contendit cum his Cl. *Chriſtoph. Wolfius* verba *S. Pauli* ex Ep. ad Roman. C. XIII, 14. καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας Diſſert. de Verb. Med. p. 194., neque male profecto. At quae continuo ibi adduntur, de libris *Diodori*, qua deperditis, qua ſuperſtitibus ex tanta ſtrage, ea aliud agenti excidiſſe, credibile ſit. P. Wess.

95. Ἐν αὐτῷ θυμομαχεῖν] Mallem ἐν αὐτῷ τῷ θυμῷ. Vide L. XVII, 34. Scribe etiam mox παροραθεὶς τότ' ὑφ' ἡμῶν ex nexu ſermonis. P. Wess.

17. Τῷ γένει Μηθυμναῖος] *Clementi Alexandrino* Stromat. L. I. p. 365. & *Apoſtolio* Cent. XII, 70. Ἀντισσαῖος eſt eadem ex Lesbo. Variatum tamen ejus in patria fuiſſe, ex *Suida* in Τέρπανδρος conſtat. Par diſcordia de ejus, qua vixerit, aetate apud *Clementem* ibid. p. 397., cui *Plutarchum*, de Muſic. pag. 1132. adjunge. P. Wess.

21. Αὐτοὺς πάλιν συνήρμοσε] Inſtauratae hujus concordiae meminerunt paroemiarum collectores *Zenobius* V, 9. & *Suidas* in Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν. Ejus vero cauſſa Terpandri lyram, ſeptem chordis inſtructam, nomos aliaque ejuſdem impenſe deinceps probaſſe Spartanos, copioſe docetur a viro doctiſſimo ad O-

roſ.

XII.

Sciendum eſt, Solonem vixiſſe tyrannorum Athenis tempore, ante Perſica bella: Draconem vero ante eum annis quadraginta & ſeptem. Refert id Diodorus.

Ἰστέον ὅτι ὁ μὲν Σόλων ἐγένετο ἐπὶ τῶν χρόνων τῶν τυράννων ἐν ταῖς Ἀθήναις, πρὸ τῶν Περσικῶν· ὁ δὲ Δράκων πρὸ αὐτοῦ ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα ἔτεσιν, ὥς φησιν ὁ Διόδωρος. Ex *Ulpiano* ad Timocrateam p. 480.

XIII.

Et Diodorus Alpium quoddam promontorium, quod montis ejus quaſi ſummum, ab indigenis coeli dorſum vocari tradit.

Καὶ Διόδωρος ἄκραν τινὰ τῶν Ἄλπεων, κορυφὴν τῇ συμπάσῃ ὄρους δοκοῦσαν, οὐρανοῦ ῥάχιν ἱστορεῖ παρὰ τῶν ἐγχωρίων καλεῖσθαι. *Euſtathius* ad Odyſſ. A. p. 1190.

XIV.

Palladium Minervae trium cubitorum ex ligno erat ſimulacrum, quod coelo delapſum fuerat Peſinunte in Phrygia: unde & eam urbem Diodorus & Dio id nominis accepiſſe tradiderunt.

Καὶ τὸ Παλλάδιον δὲ τῆς Ἀθηνᾶς τοῦτο ἦν τρίπηχυ ξύλινον, ἐξ οὐρανοῦ καταπεσὸν ἐν Πεσσινοῦντι τῆς Φρυγίας, ὅθεν Διόδωρος καὶ Δίων τὴν πόλιν κληθῆναί φασι. *Tzetzes* ad *Lycophron* v. 355.

XV.

Diodorus Siculus Neapolim ab Hercule conditam fuiſſe, auctor eſt.

Διόδωρος δὲ ὁ Σικελὸς τὴν Νεάπολιν ὑφ' Ἡρακλέους φησὶ κτισθῆναι. Ex *Tzetze* ad Lycoph. v. 717.

XVI.

Diodorus in quodam librorum ſuorum decem de Siculis & Sicanis locutus, diſcrimen novit, ut ſupra diximus, Siculi & Sicani.

Διόδωρος δέ που τῶν δεκάτων βιβλίων εἰπὼν περί τι Σικελῶν ἢ Σικανῶν, διαφορὰν οἶδεν, ὡς καὶ προερρέθη, Σικελοῦ καὶ Σικανοῦ. *Euſtath.* ad *Homer.* p. 1962. & p. 1896.

XVII.

Cyrus Perſarum obtinuit regnum eo anno, quo Olympias quinquageſima & quinta agebatur, ut ex Diodori Bibliotheca cognoſcitur.

Κῦρος Περσῶν ἐβασίλευσεν, ᾧ ἔτει Ὀλυμπιὰς ἤχθη νε´, ὡς ἐκ τῶν Βιβλιοθηκῶν Διοδώρου — ἔστιν εὑρεῖν. *Africanus* in *Euſeb.* Praep. Evang. L. x, 10. p. 488.

XVIII.

Polydamas iſte ex urbe erat Scotuſa, Nudis manibus leones, tanquam agnos, diſcerpens, Alatis pedibus celeres currus longe ſuperans, Manu corruentem ſpeluncam ſuſtentavit; Quam hiſtoriam

Ὁ Πολυδάμας οὗτος ἦν ἐκ πόλεως Σκοτούσης, Γυμναῖς χερσὶ μὲν λέοντας ὡς ἄρνας διαφθείρας, Πτερόεσι ποσὶ δ' ὑπερτρέχων ἅρματα ταχύδρομα, Τῇ δὲ χειρὶ τὸ σπήλαιον ἀντερείσας συμπεσόν. Ὁ Σικελὸς

xon. Marm. p. 158. P. Wess.

31. Ἐπτὰ καὶ τεσσαράκοντα ἔτεσιν] Confer *Jo. Meurſium* in Solon. C. 13. Draco Athenienſibus leges ſcripſit ſub Olymp. xxxix., teſte *Suida* in Δράκων pluribuſque aliis. Solon, cum Draconis leges ob aſperrimas delictorum poenas diſplicerent, alias rogavit circa annum iii. Olymp. xlvi., apud *Diogenem Laert.* L. i, 62. Quod ſpatium cum anni illi xlvii. exſuperent, mendoſi videri poſſent, niſi nobis in ambiguo nunc eſſet, deperdita Bibliothecae *Diodori* ea parte, quomodo ſcriptum fuerit, ante Solonem annis xlvii. fuiſſe Draconem: poteſt enim id vario modo verum perhiberi. P. Wess.

38. Οὐρανοῦ ῥάχιν] Non inſolens ῥάχις eſt de montis dorſo in *Polybio* L. v, 69. atque aliis. An vero *ſummum Peninum*, cui a S. Bernhardo nunc nomen eſt, an *ſummam Alpem* Itinerarii *Antonini* intellexerit *Diodorus*, ad finiendum procliſe eſt difficile. Vide, ſi tanti eſt, *Jos. Simlerum* Commentar. de Alpibus p. 87. & p. 96. P. Wess.

45. Ἐν Πεσσινοῦντι τῆς Φρυγίας] Confundit Palladium, quod ad Ilium e coelo delapſum fingunt apud *Apollodorum* Biblioth. L. iii. 11, 2., & Magnae Matris ἄγαλμα διοπετὲς, cui Peſſinunte Romam ducto ſacra ſtato tempore ſiebant, referente *Herodiano* & *Ammiano Marcellino* L. xxii, 9. Id Peſinunte ex coelo decidiſſe, urbique nomen feciſſe perhibebant. Vide Noſtri L. iii, 59. & L. xxxvi. Eclog. 2. p. 537. P. Wess.

51. Τὴν Νεάπολιν ὑφ' Ἡρακλέους — κτισθῆναι] Miror *Diodorum* nihil hujus indicaſſe L. iv, 22., ubi Herculis prope Puteolos & Miſenum praeclarum opus deſcripſit, *Ph. Cluverio* res quoque credibilis non eſt L. iv. Ital. Ant. p. 1147., ut nec *Jul. Caeſ. Capacio* Hiſt. Neapol. L. i, 3. P. Wess.

58. Σικελῶν ἢ Σικανῶν] Reſpicit, puto, L. v, 6. Habes etiam conjunctos Σικελοὺς καὶ Σικανοὺς L. viii, 59. Quem quidem locum ſi in animo *Euſtathius* habuit, ſcripſit παρὰ τῷ Σικελῷ, ut *Diodorus*. P. Wess.

74. Ὁ Σικελὸς Διόδωρος γράφει] Memoria hic *Tzetzes* defeciſſe videtur. *Pauſanias* eſt, qui de Polydamante haec omnia memoriae prodidit L. vi, 5., atque ex eo *Suidas* in Πολυδάμας. P. Wess.

82. Ἀλφίδιον Φιλῆν] Scribi debere Σαφίδιον viri docti dudum docuerunt, ſicuti & Antiphontem artem rhetoricam magis excultam reliquiſſe, primumque ob defenſum alterius negotium mercedem accepiſſe. Vide praeter ceteros *Jo. Alb. Fabricium* Biblioth. Graec. L. ii, 26. P. Wess.

89. Τῶν Αὐδολέοντος τοῦ Παιόνων βασιλέως] Non obſcurum in Lyſimachi geſtis rebus Audoleontis, Paeonum regis, nomen eſt. Fieri ergo potuit, ut Xenodochus iſte Lyſimacho regi, & amici ſui theſauros prodiderit. Vid. Lexxi, 19. P. Wess.

93. Τὸν Σαργέτιον ποταμὸν] Verum, ut hic ſibi *Tzetzes* fuerit memoria. Conſtat Decebalum, Dacorum regem, Sargetium flumen alveo ſuo abduxiſſe, abditiſque captivorum opera & in fundum demerſis theſauris ſuis, idem in priorem alveum

λὸς Διόδωρος γράφει τῆς ἱστορίας. Ex *Tzetze* Chil. II. Hiſt. 38.

Diodorus Siculus ſcripſit.

XIX.

Φασὶ δὲ καὶ τοὺς κατὰ διατριβὴν λόγους καὶ τὰ ῥητορικὰ ἰδιώματα εὑρεῖν, καὶ μισθοῦ συνηγορῆσαι πρῶτον δικανικὸν λόγον εἰς ἔκδοσιν γραψάμενον Ἀντιφῶντα Φύλου Ῥαμνούσιον, ὥς φησι Διόδωρος. *Clemens Alexandr.* Stromat. L. 1. p. 365.

Ferunt quaeſtiones, quae in Schola fiunt, & rhethoricos colores inveniſſe, & accepta mercede advocatum egiſſe, ac primum judicialem orationem alteri tradendam conſcripſiſſe Antiphontem Phyli F. Rhamnuſium, ut dicit Diodorus.

XX.

Οὗτος ὁ Ξερμοδίγεστος, Διόδωρος ὡς γράφει, Οἶμαι τοῦ Αὐδολέοντος, Παιόνων βασιλέως, Φίλος τελῶν πιστότατος, τοὺς θησαυροὺς μηνύει Λυσιμάχῳ, ἢ τινι τῶν Θρᾴκης βασιλέων. Ἀργαλέον δὲ μοι ἐστὶ, θεὸν ὡς πάντ' ἀγορεύειν Ἀβίβλῳ πεφυκότι μὴ οἰδαῖς οἷς σοὶ λέγω. Τοὺς θησαυροὺς ἐμήνυσε τῷ Θρᾴκης σκηπτροφόρῳ, Τοὺς Σαργεντίου ποταμοῦ κάτωθεν κεκρυμμένους, Οὓς, ὡς αὐτὸς καθυπετίθη σὺν αἰχμαλώτοις μόνοις, Τρέπων τὴν κοίτην ποταμοῦ, καὶ καταρύττων κάτω. Εἶτα τὸν ῥοῦν ἐπαφιεὶς, τοὺς δ' αἰχμαλώτους σφάττων. *Tzetzes* Chil. VI. Hiſt. 53.

Iſte Xermodigeſtus, Diodorus uti ſcribit, arbitror Audoleontis, Paeonum regis, Amicus fideliſſimus, theſauros indicavit, vel Lyſimacho, vel cuidam Thraciae regum. *Difficile enim mihi, ceu Deum omnia fari, ſine libris exiſtenti; noſtis, quibus dico.* Theſauros patefecit Thraciae regi abditos in fundo fluminis Sargentiae. Quos ipſe abſconderat a ſolis captivis adjutus, fluvium abducens, & in veteri alveo defodiens, deinde amnem iterum immittens & captivos occidens.

XXI.

Ὧν εἷς καὶ Μελέαγρος ἀδελφὸς Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, πρὸς ὀλίγας ἡμέρας δυναστεύσας καὶ ἐκπεσών. ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀντίπατρος ἡμέρας τεσσαράκοντα πέντε. μεθ' οὓς Σωσθένης· ἔτι δὲ Πτολεμαῖος· πρὸς δὲ τούτοις Ἀλέξανδρος καὶ Πύῤῥος ὁ Ἠπειρώτης· οἱ πάντες ἔτη τρία κατὰ τὸν Διόδωρον ἐβασίλευσαν. *Syncellus* Chronograph. p. 213.

E quorum numero Meleager, frater Ptolemaei Lagi, in dies paucos regnum aſſecutus eoque ſpoliatus. Similiter Antipater in dies XLV. dignitatem obtinuit. Poſt quos Soſthenes, tum Ptolemaeus, praeterea Alexander & Pyrrhus Epirota. Qui quidem omnes per tres duntaxat annos, ut Diodorus auctor eſt, regnaverunt.

XXII.

Τούτου (Φιλίππου) ἐπίτροπος Ἀντίγονος καταστὰς, κρατεῖ Μακεδόνων ἔτη ιβ΄., κατὰ δὲ τὸν Διόδωρον ἔτη ἐννέα. *Syncellus* ibid.

Antigonus Philippi tutor conſtitutus Macedonum regnum tenuit annis XII. ſive, ut Diodorus, novem.

XXIII.

Καππαδοκῶν βασιλεῖς ἑπτὰ, χρόνους ρξ΄. διατελέσαντες, κατὰ τούτους ἤρξαντο τοὺς χρόνους, ὡς Διόδωρος γράφει. *Syncellus* Chronograph. p. 219.

Cappadocum reges VII. annis CLX. regnum tenentes, circa hoc tempus initia habuere, ſicuti Diodorus ſcribit.

XXIV.

Ἀσδρούβαλ βασιλεὺς, Σικελίαν καταλαβόμενος,

Rex Aſdrubal, Sicilia occupta, bellum Romanis

alveum derivaſſe, omneſque eos interfeciſſe, quorum opera ad eam rem fuerat uſus. *Dio* & *Xiphilinus*, quos illuſtrat R. *Fabrettus* Syntagm. de Columna Traj. C. 8. p. 255., teſtes ſunt. Sed quid eos advoco? *Tzetzes* ipſe Chil. II. v. 61. de Decebalo:

Πρὸς Ἀργέσιον ποταμὸν τοὺς θησαυροὺς συγχώσας.

ubi ſi Σαργέτιον, ut oportet, ſcripſeris, idem habebis flumen. Ergone quod Trajani aetate commentus eſt Decebalus, tempore Lyſimachi factum etiam ab Autoleonte dicemus? Praeterea Autoleontem in intima Dacia regni ſui ſedem habuiſſe? Utrumque veriſſimum erit, ſi memoria *Tzetzem* non deſtituit, de qua ego te dubito. P. Wess.

5. Ἀδελφὸς Πτολεμαίου τοῦ Λάγου] Ptolemaeum Ceraunum intellige, cujus fratrem fuiſſe Meleagrum, teſtis locuples eſt *Porphyrius* in *Scaligeri* Excerptis. Firmat *Georgius* noſter, Ptolemaeum illum τὸν Λάγου paſſim adpellans. Vid. pag. 215. P. Wess.

8. Ἔτη τρία κατὰ τὸν Διόδωρον] Haec vero proſus conſentire dubites. Vide tamen horum ſucceſſionem. Ptolemaeus Ceraunus cum per integrum annum & quinque menſes Macedoniam adminiſtraſſet, a Gallis occiſus eſt: ſucceſſit Meleager, quem quod regno indignus eſſet, poſt duos menſes ejuſdem poſſeſſione Macedones dejecerunt. Tum Antipater lectus, cui poſt XLV. dies, nam in *Syncello* pag. 215. peſſime legitur μετὰ πέντε ἡμέρας, regnum eripit Soſthenes, illi dein in duos annos praepoſitus. Haec *Porphyrius* in Excerptis *Scaligeri*, non multum *Syncello* diſſentiente. Dices menſium rationem a *Diodoro* non fuiſſe habitam: quod verum eſſe poſſet, ni de Alexandro, Caſſandri, ut puto, filio, & Pyrrho itidem memoraſſet; quorum regni ſpatium ſi in ſummam, uti oportet, accedat, tribus annis amplius exſurget. Ergone ἔτη τέσσαρα ſcriptum fuit? Sic putarem, niſi *Euſebius* Ptolemaei Cerauni regnum menſibus IX. circumſcripſiſſet. P. Wess.

14. Κρατεῖ Μακεδόνων ἔτη ιβ΄.] Totidem annos Antigoni Doſonis regno dedit *Porphyrius*, ſed melior *Diodori* ſententia, & temporum ordini congruentior, docente doctiſſimo *Bayero* ad *Beſeldum* p. 250. P. Wess.

20. κατὰ τούτους ἤρξαντο τοὺς χρόνους] Atqui Cappadocum regnum Pontico c. bello, hoc enim pleraque pertinent, quae ibi *Georgius* monachus, multis annis prius eſt. Nec abſurda tamen haec videbuntur, modo conſiderare velis, quae ad Eclog. I. Lib. XXXI. p. 517. notata ſunt. P. Wess.

25. Ἀσδρούβαλ βασιλεὺς] Lege adſcripta L. XIII, 43. Dedi autem

nis indixit. Metellus a Senatu bello gerendo dux creatus, victoriam reportavit. En praelio Lucius Glauco, vir nobilis, dum navim Aſdrubalis detinet, utramque amiſit manum. Narrat hoc Ariſtides Mileſius libro primo Rerum Sicularum, a quo ſumptum hoc argumentum tractavit Dionyſius Siculus.

πολέμον Ῥωμαίοις κατήγγειλε. Μέτελλος δὲ ὑπὸ τῆς συγκλήτου στρατηγὸς χειροτονηθεὶς, ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς νίκης ταύτης, ἐν ᾗ Λεύκιος Γλαύκων εὐγενὴς ἀνὴρ, τὴν Ἀσδρούβα κατέχων ναῦν, ἀμφοτέρας ἀπέβαλε τὰς χεῖρας, καθάπερ ἱστορεῖ Ἀριστείδης Μιλήσιος ἐν πρώτῳ Σικελικῶν· παρ' οὗ τὴν ὑπόθεσιν ἔμαθε Διονύσιος ὁ Σικελιώτης. *Plutarchus* Parallel. Minor. C. 1. p. 305.

XXV.

Olim Romanorum e Latinis genus Bellum; niſi ſollemniter indictum, non ſumebat, ſed in regionem gentis inimicae prius Haſtam projiciebat, inimicitiae principium indicantem. Tum vero bellum ordiebatur in eum populum. Hoc refert Diodorus.

Τὸ πρότερον τὸ γένος τῶν Ῥωμαίων τῶν Λατίνων Οὐχὶ συνῆπτε πόλεμον ἀκήρυκτον πρὸς ἔθνος, Ἀλλὰ τῇ χώρᾳ πρότερον ἔθνους τοῦ πολεμίου Δόρυ σημεῖον ἔρριπτεν, ἔχθρας ἀρχὴν σημαῖνον. Ἔπειτα δὲ κατήρχετο πολέμου πρὸς τὸ ἔθνος· τοῦτό φησι Διόδωρος. *Tzetzes* Chil. v. Hiſt. 15.

XXVI.

Iſte, ſic Diodorus, (Archimedes) Syracuſis proditoris opera Marcello ſubito traditis: Sive, uti Dio ait, a Romanis captis, civibus Dianae tunc pervigilium agentibus: Tali modo occidit manu cujuſdam Romani. Incurvatus formam mechanicam ſcribebat: Subito Romanus miles adſtat, captivumque trahit. Ille vero formis ſuis totus intentus Ignoranſque quis eſſet, a quo traheretur, inquit, abſiſte, o homo, ab hac mea figura; Cum trahere pergeret, converſus Romanum agnovit, clamavitque, heus mihi machinarum mearum unam. Ibi miles metu perculſus eum occidit, virum imbecillum & ſenem, ſed operibus divinum. Quem Marcellus, re cognita, ſtatim luxit, & magnifice majorum in tumulis ſepelivit. Praeſentibus civium nobiliſſimis & Romanis: Viri vero interfectorem, ſecuri, ut puto, percuſſit. Dio & Diodorus hiſtoriam deſcribunt.

Οὗτος κατὰ Διόδωρον, τῆς Συρακούσης ταύτης Προδότου πρὸς τὸν Μάρκελλον ἀθρόως γενομένης, Εἴτε κατὰ τὸν Δίωνα Ῥωμαίοις πορθηθείσης, Ἀρτέμιδι τῶν πολιτῶν τότε παννυχιζόντων, Τοιουτρόπως τέθνηκεν ὑπό τινος Ῥωμαίου. Ἦν κεκυφὼς, διάγραμμά τι μηχανικὸν γράφων· Τὶς δὲ Ῥωμαῖος ἐπιστὰς εἷλκεν αἰχμαλωτίζων. Ὁ δὲ τῷ διαγράμματι ὅλος ὑπάρχων τότε, Τίς ὁ καθέλκων οὐκ εἰδὼς, ἔλεγε πρὸς ἐκεῖνον· Ἀπόστηθι, ὦ ἄνθρωπε, τοῦ διαγράμματός μου. Ὡς δ' εἷλκε τοῦτον, συστραφεὶς, καὶ γνοὺς Ῥωμαῖον εἶναι, Ἐβόα· τί μηχάνημα τίς τῶν ἐμῶν μοι δότω. Ὁ δὲ Ῥωμαῖος πτοηθεὶς, εὐθὺς ἐκεῖνον κτείνει, Ἄνδρα σαθρὸν καὶ γέροντα, δαίμονα τοῖς ἔργοις. Ἐθρήνησε δὲ Μάρκελλος, τοῦτο μαθὼν, εὐθέως Λαμπρῶς τε τοῦτον ἔκρυψεν ἐν τάφοις τοῖς πατρῴοις. Σὺν τοῖς ἀρίστοις πολιτῶν καὶ τοῖς Ῥωμαίοις πᾶσι. Τὸν δὲ φονέα τοῦ ἀνδρὸς, οἶμαι, πελέκει κτείνει. Ὁ Δίων καὶ Διόδωρος γράφει τὴν ἱστορίαν. Ex *Tzetze* Chil. II. v. 131 &c.

XXVII.

Marcus Aemilius, Romanorum conſul & dux

Αἰμίλιος ὁ Μάρκος, Ῥωμαίων ὕπατος, καὶ ἄριστος

autem his locum inter *Diodori* fragmenta, tametſi in fine *Dionyſius Siculus* memoretur. Juſta enim ſuſpicio videtur doctiſſimi *Xylandri*, loco Διονύσιος ὁ Σικελιώτης fuiſſe olim Διόδωρος ὁ Σικελιώτης. Nullus certe poſt tyrannos Dionyſios ſcriptor Dionyſius Siculus, in quem haec conveniant, huc uſque erui ex latebris potuit. Vide *Jonſium* Hiſt. Phil. L. III, 8. & *Jo. Alb. Fabricium* B. Gr. L. III, 12, 20. Tu tamen, ſi aliud opinaris, tanquam hic exſcriptum non foret, conſiderare poteris. P. Wess.

39. Δόρυ σημεῖον ἔρριπτεν] De haſta, belli praenuncia, nihil attinet in re nota dicere. *Servium* vide *Aeneid.* IX, 53. & *Lindenbrog.* ad *Ammiani* L. XIX, 2. P. Wess.

47. Εἴτε κατὰ τὸν Δίωνα] Sic & alii. At diſtinctius *Livius* L. XXV, 23. & ſeq., *Polybium*, ſicuti & *Diodorus*, ſecutus. P. Wess.

50. Ἦν κεκυφὼς] Adi ſis *Plut.* in Marcello p. 308. & *T. Gataker.* ad *Antoninum* Imp. L. V, 1. P. Wess.

69. Αἰμίλιος γὰρ Μάρκος &c.] Non defuturos proſpicio, qui grandem mihi dicam ſcribent ob haec iſtum in locum tranſlata: Valuit enim opinio *Dexippi* ea omnia eſſe, non *Diodori*: qua in haereſi & ipſe fui. Nunc in alia omnia eo, & cuncta ex *Diodoro* eſſe decerpta ſive a *Dexippo* ſive ab ipſo *Syncello* pertendo. Cauſſam deſideras? Recurre ad Excerpt. *Peireſc.* pag. 581. hujus Edit., & fragmenti hujus primam partem inde eſſe abraſam perſpicue animadvertes. Verba pleraque eadem ibi ſunt, ſtructura ſubinde mutata eſt. Jam cum illud caput, quod Macedoniae in quatuor regiones deſcriptionem exhibet, a *Livio* L. XLV, 29. tranſſumtum & verum ſit e *Polybio*, hunc vero ducem in his rebus *Diodorus* habuerit, cur illi non redderem, quod verbis, ex ipſo citra dubium depromtis, aptiſſime aptum & nexum eſt? Hoc amplius, ſervavit nobis *Suidas* nonnulla *Diodori* in Κλήματι, quae ad pompam Aemilii triumphalem & ejus fercula pertinent: ea vero & in his conſpici, ſuo dicetur loco. Cauſſam habes, gravem, ut ego cenſeo. Tu ſi aliter ſentis, fruere iſthoc arbitrio. P. Wess.

74. Καὶ τὰ μετάλλων μεγάλας &c.] Abeſt μεγάλων in Excerptis *Scaligeri*, & optime quidem. In *Diodoro* erat καὶ πόλεσιν μεγάλαις [illegible]. Mox mallem [illegible], Philippus videlicet & Antiochus, ſatis humane a Romanis habiti. P. Wess.

81. Συγχωρηθεῖσαν] Ad *Syncelli* marginem [illegible] corrigitur, quod, niſi [illegible] malueris, recipi poteſt. Sequens [illegible] *Scaligeri* exemplo uncinis incluſi: abundat enim. P. Wess.

86. Τὴν Ἀμφίλοχον Κεφαλῆνα] Cαvεαν, ut apud *Polybium* & *Livium*. Poſt pauca [illegible] ferri non poteſt. [illegible] emendat. In *Diodoro* erat [illegible]. P. Wess.

94. Πέλλαν, Μακεδόνων πρώτην] In Theſſalia erat, praecipua tamen Macedonum urbs ob munitiones & opportunum ſitum. Philippus, Perſei pater, propterea inter τρεῖς Ἑλλάδος *Graeciae compedes* non poſtremam cenſebat apud *Polybium* L. XVII, 11. De Amphilochis, Aetolorum ſociis, *Livius* L. XXXVIII. 8, 10. P. Wess.

1. Τὴν δὲ χώραν ὅλην διεῖλε &c.] Hanc Macedoniae in quatuor regiones diviſionem ex *Dexippo*, ut putabat, depromtam *Notiae Bibliothecae Vinariensis* p. 70. notis illuminatam, inſeruit doctiſſimus *Schwarzſleiſchius*, quae omnes huc transferre aequum erit. P. Wess.

2. Τὰ μεταξὺ τοῦ Νέσσου] Νέστος *Ptolemaeo* L. III. cap. 11., Νέστος *Thucydidi* & *Stephano*, Νέσσος *Scymno Chio* v. 673., *Scylaci* p. 27. [illegible], aliiſque. Νέσσος excerptis *Strabon.* Lib. VII., niſi tamen Mſſ. lectio, qui Νέσσον habent, verior eſt, nec non *Ariſtotelis* L. VI. Hiſt. An. cap. 31., & Mηεis deniqu[illegible] atque nomis fluvius hic vocatur. Neque enim *Mareae* urbem *Conſtantino* Imp. περὶ Θεμάτων pag. 83. nominatam, in *Neſtum* cum

ἄριστος στρατηγός, Περσέα λαβὼν αἰχμάλωτον, τοῦτον μὲν ἀδίκως πρὸς Ῥωμαίους ἐξαγαγόντα παρὰ τὰς συνθήκας πόλεμον, εἰς ἐλευθέραν ἀπέθετο φυλακήν· τὰς δὲ πόλεις Μακεδόνων καὶ Ἰλλυριῶν ἁλούσας παρ' ἐλπίδα πάσας ἐλευθέρας ἀφῆκε, καίτοι μεγάλους μεγάλως κινδύνους ὑπομεμενηκότων Ῥωμαίων πολλάκις ἐν τοῖς πρὸς Περσέα πολέμοις. καὶ πρό γε τούτου κρατήσαντες πολέμῳ Φιλίππου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ Ἀντιόχου τοῦ μεγάλου, καὶ τοσοῦτον ἐπ' αὐτοῖς φιλανθρωπευθέντων, ὡς μὴ μόνον τὰς βασιλείας ἔχειν, ἀλλὰ καὶ φίλους αὐτοὺς εἶναι συγκεχωρηκότων· ἐφ' οἷς (ἑαυτοὺς) Μακεδόνες ἀγνωμονήσαντες ἀνάξιοι ἐδόκουν εἶναι παντὸς ἐλέους χειρωθέντες Ῥωμαίοις σὺν Περσεῖ. ἀλλ' ἡ σύγκλητος ἀμνησικάκως καὶ μεγαλοψύχως αὐτοῖς προσενεχθεῖσα, τὴν ἐλευθερίαν ἀντὶ δουλείας χαρισαμένη. ὁμοίως καὶ τοῖς Ἰλλυριοῖς· καὶ τούτων γὰρ τὸν βασιλέα Γαιτίνιον αἰχμάλωτον ἔλαβον σὺν τῷ Περσεῖ. εὐγενῶς ἐν δυνατοῖς Ῥωμαῖοι τὴν ἐλευθερίαν χαρισάμενοι τὸ ἥμισυ διδόναι τῶν τελῶν προσέταξαν, ὧν πρότερον ἐτέλουν τοῖς ἰδίοις βασιλεῦσιν. ἐξέπεμψάν τε δέκα μὲν πρεσβευτὰς ἐκ τοῦ συνεδρίου εἰς Μακεδονίαν, πέντε δὲ εἰς Ἰλλυριούς. οἱ καὶ πρὸς Αἰμίλιον Μᾶρκον ἐλθόντες, συνέδοξαν τὰ τείχη Δημητριάδος πόλεως Μακεδόνων πρώτης καθελεῖν, Ἀμφιλόχους δὲ τῶν Αἰτωλῶν ἀποζεῦξαι, καὶ τοὺς ἐπιφανεῖς ἄνδρας τῶν Μακεδόνων εἰς ἓν συναγαγεῖν, ἔνθα ἐλευθέρους καὶ ἀφρουρήτους αὐτοὺς ἀφῆκαν. κατέλυσαν δὲ καὶ τὰς ἐκ τῶν μετάλλων ἀργυρίου καὶ χρυσίου προσόδους, διά τι τῶν ἐνοικούντων ἀνεπηρέαστον, καὶ ὅπως μή τινες μετὰ ταῦτα νεωτερίζοιεν διὰ τῶν χρημάτων ἀνακτώμενοι τὴν Μακεδόνων ἀρχήν. τὴν δὲ χώραν ὅλην διεῖλον εἰς τέσσαρα μέρη. ὧν πρῶτον, τὰ μεταξὺ Νέστου ποταμοῦ καὶ Στρυμόνος, καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν τοῦ Νέστου Ἐρύμνη, καὶ τὰ πρὸς Ἄβδηρα, καὶ Μαρώνειαν καὶ Αἶνον πόλεις. πρὸς δυσμὰς δὲ τοῦ Στρυμόνος, Βισαλτία πᾶσα μετὰ τῆς ἐν τῇ Σιντικῇ Ἡρακλείας. δεύτερον μέρος, ὅπερ ἀπὸ μὲν ἀνατολῆς ὁρίζει ὁ Στρυμὼν ποταμός, ἀπὸ δὲ δυσμῶν ὁ καλούμενος Ἄξιος ποταμὸς καὶ οἱ παρακείμενοι αὐτῷ τόποι. τρίτον, ὃ περιέχει κατὰ δυσμὰς μὲν ὁ Πηνειὸς ποταμός, κατὰ δὲ ἄρκτον τὸ

praeſtantiſſimus, Perſea captum, quoniam iniquum & contra foedera bellum exorſus erat, in libera cuſtodia habuit. Urbes Macedonicas & Illyricas praeter omnium ſpem liberas dimiſit, quantumvis Romani Perſico bello ſaepenumero graviſſima ſubiiſſent pericula. Quin ante illum bello ſuperatis Philippo, Perſae patri, & Antiocho magno, ſummaque humanitate tractatis, non tantum regna, quibus praefuerant, reliquerant, ſed etiam ut ſocii atque amici eſſent conceſſerant. Quorum quidem beneficiorum ingrate Macedones obliti, una jam cum Perſe in Romanorum poteſtatem delati, omni videbantur miſericordia indigni futuri. At Senatus injuriarum immemor magno eos animo tractavit, libertatemque pro ſervitute reddidit, ſicuti & Illyriis: nam & horum regem, ut Perſea, Gentium captivum acceperant. Data ad eum modum libertate, imperant Romani, tributum dimidium ejus quod pependiſſent regibus ſuis, in poſterum pendant. Mittunt quoque decem e Senatu legatos in Macedoniam, quinque in Illyridem: qui cum M. Aemilio congreſſi cenſuerunt, Demetriadis, urbis Macedonum praecipuae, moenia eſſe dejicienda & Amphilochos ab Aetolorum ſocietate disjungendos, convocandos praeterea Macedonum nobiliſſimos. Ibi tum liberi & ſine praeſidio Macedones eſſe jubentur: tolluntur quoque auri atque argenti metallorum reditus, idque ea cauſſa, ne incolae injuriis adficiantur, neve pecuniis illis adjuti res novas moliantur Macedoniae regnum quaerentes. Deinde in quatuor regiones dividitur Macedonia, quarum prima inter Neſtum & Strymonem fluvios, & quae ad orientem Neſti plagam caſtella, tum circa Abdera, & urbes Maroneam atque Aenus: ad Strymonis vero occiduas plagas omnis foret Biſaltia cum Heraclea in Sintica regione. Secundam partem ab oriente fluvius Strymon, ab occidente flumen, cui Axio nomen, & his adfinia loca terminabant. Tertia pars ab occaſu fluvio Peneo, ad Boream Berni montis tractu circumſcribebatur,

cum F. Marcelli aetatum mutaverim. SCHURTZFLEISCH.

Τὰ μεταξὺ τοῦ Νέστου] Erudita ſunt, quae vir doctiſſimus de Neſto. Noſtem tamen Mariani Conſtantini, ſive Hieroclis potius, urbem feciſſet. Vide not. in Hieroclis Synecdem. p. 640. P. WESS.

4. Καὶ Στρυμόνος] Ita Syncellus, qui totum hunc locum p. 268. (Ed. Paris.) [illegible] attulit. Scaliger recte legit Στρυμόνος. Itidem Στρυμὼν haud emendate legitur in Scylace p. 27. & p. 29. [illegible] Tom. I. Geograph. Minor. Hudſoni. In excerptis Strabonis L. VII. p. 331. Ed. Caſaub. [illegible] male editum eſt. Nec ſatis recte in Chron. Alexand. p. 80. fluvius idem [illegible] vocatur. In Notitia Eccleſiaſtica p. 21. [illegible] tamen nuncupatus eſt, & Ἡράκλεια Στρυμοῦ memoratur Conſtantino Porphyrogenito L. II. Them. p. 83. SCHURZFL.

4. Καὶ τὰ — τοῦ Νέστου Ἐρύμνη] Ita locum mutilum (in excerptis Scaligeri) e Syncelli ſchedis ſupplevi. Vocem ΕΡΥΜΝΗ redundare ait Gearus; ego potius corruptam maxime agnoſco, cujus loco e Livio [illegible], vel ſimile quid, reſcribere malim. [illegible] τοῦ Νέστου ſunt tranſmarinae Neſti partes, territorium videlicet Biſtonum & Cicomum ad Rhodopen uſque montem, in quantum Perſeus tenuerat. Vide de voce [illegible] uſu Car. Dufreſn. Gloſſar. Graecobarb. pag. 1148. Salmaſius in ſuis ſibi conjecturis non conſtat. Nec tamen expoſtulare cum eo jure poſſis, ſi Dexippi mentem non aſſequitur, quum locus in Scaligeri Edd. non ſit integer. Ille pro ΕΡΥΜΝΗ legit ΟΙΣΥΜΗΝ, quam in ora inter Strymonem & Neſſum ponit Plinius & Ptolemaeus. Vide Stephanum & Harpocrationem: adde hic Mauſſacum, ibi Th. de Pinedo. ΟΙΣΥΜΗ, πόλις τῆς Θρᾴκης Suidas. Admitti haec conjectura nequit, quia trans Neſſum regiones innuuntur, non urbs aliqua, quae cis Neſſum ſita fuit. Haec ratio alteram quoque ejus ſuſpicionem, quam ait, verum lectionem eſſe ΕΛΥΜΗΝ, labefactat. Etiſ enim vel maxime Ἐλύμα ſita ſit aliorum Ἐλίμεια, vel Ἐλιμία, vel Ptolemaei etiam Ἔλυμα, utrum tamen eſſe debet e Livio L. XLV. cap. 30. cum ad quartam Macedoniae regionem, non ad primam, pertinuiſſe, neque procul ab Epiro, longiſſime vero a Neſſo, abfuiſſe. SCHURTZFLEISCH.

Καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν τοῦ Νέστου Ἐρύμνη] Miror virorum doctiſſimorum in re minime difficili fluctuationes. Scriptum fuit, ut alias oſtendere memini, καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν τοῦ Νέστου ἔρυμνα. Quod firmatur a Livio L. XLV, 29. accolarum huic parti trans Neſſum, ad orientem verſum, qua Perſeus tenuiſſet vicos, CASTELLA, OPPIDA. P. WESS.

Καὶ τὰ πρὸς Ἄβδηρα] Ita Syncelli editio. Ἄβδηρα Scaliger, quod magis Graecum. Verte, territorium circa Abdera &c. Ipſae enim tres urbes illae excludebantur, nec Macedoniae annumerabantur; ſed & liberae erant & αὐτόνομοι. Abdera, libera civitas, Liv. lib. XXIII. 3. & Plinio H. N. L. IV. cap. 11. Maronea, quae Macedoniae a Conſtantino Porphyrogen. de Them. II. Them. 2. adſcribitur, atque Aenos etiam, eidem Livio lib. XXXIX cap. 27. liberae vocantur. SCHURZFL.

Καὶ τὰ πρὸς Ἄβδηρα] Non dubito, quin in Diodoro fuerit πλὴν τὰ πρὸς Ἄβδηρα &c. Clariſſime Livius dict. loc. accolarum huic parti —— caſtella, oppida, praeter Aenum & Maroneam & Abdera. P. WESS.

9. Ὁ καλούμενος Ἄξιος] Sic Homerus, Excerpta Strab. L. VII., Scylax p. 26., Suidas, Stephanus in ΑΜΦΑΞΙΟΝ, Plut. in Demetr. p. 909., Nicephorus Gregoras lib. VIII. [illegible], aliique. Cedrenus [illegible] p. 703. Ἄξιον vocat. Strabo L. VII. p. 327., Ptolemaeus L. III. 13., pluſque alii Ἀξιὸν ſcribunt. SCHURZFL.

Καὶ οἱ παρακείμενοι αὐτῷ τόποι] Videtur, ut e ſequenti commate patebit, & Livii teſtimonio probari poteſt, vox ΠΑΙΟΝΙΑΣ eſſe addenda. SCHURZFL.

11. Τὸ καλούμενον Βέρνον ὄρος] Montem Boram vocat Livius. Ego non dubito, Βέρμιον ὄρος, prout Salmaſius voluit, legendum eſſe, quamvis Βέρμιον ὄρος & Boram diſtinguat in tabula Macedoniae Geographica Chr. Cellarius. Βερμίου ὄρους meminit Ptolemaeus L. III, 13. Excerpta Strabonis L. VII. [illegible] Jo. Doujatius ad Li-

bebatur, quibus Paeoniae quaedam loca accedebant, in quibus & civitates praeclarae, Edeſſa & Beroea. Quarta regio & poſtrema, quam mons Bermius adfinem facit Epiro & Illyrici locis. Capita regionum ubi concilia fierent, erant iidem quatuor. Primae regionis Amphipolis, ſecundae Theſſalonice, tertiae Pella, quartae Pelagonia erat. In his magiſtratus conſtituti ſunt, vectigaliaque collecta. In ultimis Macedoniae locis & quae adfinia barbaris erant, permiſſum eſt, ut praeſidia armata, propter gentium earum inſidias, haberentur. Poſt haec M. Aemilius certamina & convivia multitudini praebuit, repertamque omnem pecuniam miſit Romam. Quorſum cum & ipſe veniſſet, a Senatu triumphum agere jubetur. Et prior quidem Anicius atque Octavius, ſuo quiſque die, de hoſtibus triumpharunt. At Aemilius vir ſapientiſſimus continuo triduo. Et primo quidem die currus mille ducenti praecedunt, inpoſitis candidis atque aſperis clypeis: tum totidem alii currus onuſti clypeis aeneis; poſtremo currus trecenti ſequebantur haſtis, ſariſſis, arcubus & jaculis oſſerti. Praeibant, ut in bello aſſolet, aeneatores. Erant etiam varii alii diverſi generis ſpecies geſtantes, tum fercula octingenta armis inſtructa. Die triumphi ſecundo ante omnia ferebantur numorum ſignatorum CIↃ. talenta, argenti infecti talenta CIↃ. CIↃ. CC. magna vis poculorum, imaginum variarumque ſtatuarum currus IↃ. ad hoc clypei aurei . . & tabulae inter donaria habitae quam plurimae. Tertio die praecedebant candidi boves & formoſi centum viginti, auri talenta in vaſis CCXX. phiala decem auri talentorum gemmis conferta, aureae ſupellectilis adparatus varius talentorum X. elephantorum dentes ad CIↃ. CIↃ. ſinguli trium cubitorum, currus eburneus auro & gemmis ornatus, equus phaleris gemmatis & reliquo ornatu aureo tanquam ad bellum inſtructus, lectus aureus ſtragulis floridis inſtratus, lecticaque aurea purpura circum undique tecta. Poſt ea omnia infelix Macedonum rex Perſeus incedebat, cum filiis duobus filiaque una & praefectis ducentis quinquaginta. Porro coronae quadringentae

λεγομένου Βερμίου ὄρους, προστεθέντων καί τινων τόπων τῆς Παιονίας, ἐν οἷς καὶ πόλεις ἀξιόλογοι, Ἔδεσσα καὶ Βέῤῥοια. τετάρτην δὲ καὶ τελευταίαν, ὅπερ τὸ Βερμίου ὄρος συνάπτει τῇ Ἠπείρῳ καὶ τοῖς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα τόποις. ἐγένοντο δὲ καὶ τέσσαρες πόλεις τῶν αὐτῶν τεσσάρων μερῶν. τῇ μὲν πρώτῃ Ἀμφίπολις, τῇ δευτέρᾳ Θεσσαλονίκη, τῇ τρίτῃ Πέλλα, καὶ τῇ τετάρτῃ Πελαγονία. ἐν ταύταις ἀρχηγοὶ τέσσαρες κατεστάθησαν, καὶ οἱ φόροι ἠθροίζοντο. ἐν δὲ τοῖς ἐσχάτοις τῆς Μακεδονίας τόποις, διὰ τὰς τῶν παρακειμένων ἐθνῶν ἐπιβουλὰς, κατέστησαν στρατιώτας. ἐπὶ τούτοις ὁ Αἰμίλιος ἀγῶνας καὶ πότους μεγαλοπρεπεῖς τῷ πλήθει συντάξας, τὰ εὑρεθέντα χρήματα εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλεν· καταλαβὼν δὲ καὶ αὐτὸς θρίαμβον καταγαγεῖν κελεύεται παρὰ τῆς συγκλήτου· καὶ πρῶτος μὲν Ἀνίκιος καὶ Ὀκτάβιος ἀνὰ μίαν ἡμέραν ἑκάτερος ἐθριάμβευσαν· ὁ δὲ σοφώτατος Αἰμίλιος ἐπὶ τρεῖς. καὶ τῇ μὲν πρώτῃ ἅμαξαι χίλιαι διακόσιαι προῆλθον φέρουσαι λευκὰς καὶ τραχείας ἀσπίδας, καὶ ἄλλαι χίλιαι διακόσιαι ἅμαξαι πλήρεις ἀσπίδων χαλκῶν, καὶ ἕτεραι τριακόσιαι λόγχας καὶ σαρίσας καὶ τόξα καὶ ἀκόντια γέμουσαι. προηγοῦντο δὲ αὐτῶν ὡς ἐν πολέμῳ σαλπιγκταί· ἦσαν δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ ποικίλα εἴδη φέρουσαι, κάμακες ὀκτακόσιαι καθωπλισμέναι. τῇ δευτέρᾳ προηγεῖτο νομισμάτων τάλαντα χίλια, ἀργυρίου τάλαντα δισχίλια διακόσια, ἐκπωμάτων πλῆθος, ἀγαλμάτων καὶ ἀνδριάντων ποικίλων ἅμαξαι πεντακόσιαι· ἀσπίδες τε χρυσαῖ . . καὶ πίνακες ἀναθηματικοὶ πάμπολλοι. τῇ τρίτῃ προηγοῦντο λευκοὶ βόες εὐπρεπεῖς ἑκατὸν εἴκοσι, χρυσοῦ τάλαντα ἐν φορήμασι διακοσίοις εἴκοσι, φιάλη δέκα ταλάντων χρυσοῦ διάλιθος, χρυσωμάτων ποικίλων κατασκευαὶ ταλάντων δέκα, ἐλεφάντων ὀδόντες δισχίλιοι τριπήχεις, ἅρμα ἐλεφάντινον ἐκ χρυσοῦ καὶ λίθων, ἵππος φαλάροις διαλίθοις καὶ τῇ λοιπῇ κατασκευῇ διαχρύσῳ πολεμικῶς κεκοσμημένος, κλίνη χρυσῆ στρωμναῖς πολυανθέσι κατεστρωμένη, φορεῖον χρυσοῦν περιπεπετασμένον πορφύραν· ἐφ' οἷς Περσεὺς ὁ δυστυχὴς βασιλεὺς Μακεδόνων ἅμα δυσὶν υἱοῖς καὶ θυγατρὶ μιᾷ καὶ τοῖς ἡγεμόσι διακοσίοις πεντήκοντα. στέφανοι τετρακόσιοι δοθέντες ἐκ τῶν πόλεων καὶ τῶν βασιλέων,

eidem p. 709. Orbelum eſſe Livii Borum opinatur. Male omnino. Quia enim Orbelus in limite Thraciae cum Haemo connectitur, & Moeſiam a Macedonia dirimit, ut Ph. Brietius notat, & patet e Strabon. lib. VII. epitome, Ptolem. L. III. 9. & Jo. Tzetza Chiliad. XI. v. 905., ad primam potius regionem, non ſine ad tertiam, eſt referendus. SCHURZFL.

12. Καί τινων τόπων τῆς Παιονίας] Male Gezius vertit, Pannoniae loca. Diſtinguendi enim omnino ſunt, licet multi eos confundant, Paeones & Pannones, quod docuit Dio lib. XLIX. p. 413. SCHURZFL.

17. Τῇ μὲν πρώτῃ] Regio haec Macedoniae prima ἡ πρώτη Μακεδονία in nummis vocatur. Plutarcho in Pyrrho p. 388. ἡ ἄνω Μακεδονία audit. Stephanus in ΑΜΦΙΠΟΛΙΣ nuncupavit Μακεδονίαν κατὰ Θρᾴκην. SCHURZFL.

Ἀμφίπολις] Liberum oppidum Plinio L. IV. 10. SCHURZFL.

18. Τῇ δευτέρᾳ] Haec pars in nummis δευτέρα Μακεδονία appellatur. Vid. Ez. Spanhemii Orb. Rom. Exerc. II. cap. 9. p. 189. Ἅλια etiam, quia ad mare Aegaeum plane vergebat integra, aliquando nominata eſt. Stephanus ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗ, πόλις Μακεδονίας, ἥτις ἄρα ἐκαλεῖτο Ἅλια. Non enim Ἅλια, ut volunt Stephani interpretes, Theſſalonica unquam dicta, ſed ἡ δευτέρα Μακεδονία, [illegible]. SCHURZFL.

Τῇ δευτέρᾳ] Quod ſe probaſſe vir eruditiſſimus indicat, ejus ego demonſtrationis veſtigium non reperio; nam mari Aegaeo quod Macedonia adhaereat, id ſatis non eſt, ut Ἅλια dicatur, utique & Theſſalonica mari accubabat; uti optime oſtenditur a Jo. Cameniata de Excid. Theſſalon. C. 3. Adde ordinem verborum in Stephano & Etymologo, ubi [illegible] relativum pronomen Macedoniam ſpectet. Sed hoc obiter. P. WESS.

Θεσσαλονίκη] Liberae conditionis Plinio L. IV. 10. SCHURZFL.

19. Τῇ τετάρτῃ Πελαγονίᾳ] Scribendum eſt ΠΕΛΑΓΟΝΙΑ per ε breve. Vide Scymnum Chium v. 402. & v. 710. Stephanus Πελαγονία, μοῖρα Μακεδονίας. Excerpta Strabonis L. VII. οἱ γὰρ Παίονες ΠΕΛΑΓΟΝΕΣ ἐκαλοῦντο. Potius ſcribendum ΠΕΛΑΓΟΝΕΣ. Iterum Stephanus, [illegible]. Strabo ipſe tamen L. VII. p. 326. ΠΕΛΑΓΟΝΙΑΝ ſcribit. Paeones, teſte Tzetza, Bulgari medio aevo vocabantur. Sed Pelagones tamen mihi videntur fuiſſe diverſi a Paeonibus populi. Vid. Nicephor. Gregor. L. II. Ἱστ. Ῥωμ. cap. 14. Compendioſe ea regio Martiano Capellae vocatur Paphlagonia. Sed & Pelagoniae civitatis quiſquam praeter Livium, Dexippum & Conſtantinum Imp. p. 87. Lib. II. περὶ θεμάτων meminerit, non memini. SCHURZFL.

Τῇ τετάρτῃ Πελαγονίᾳ] Meminerunt urbis Pelagoniae Nicetas Choniates in Manuele Comneno L. II. p. 47. & L. III. principio, tum Anna Comnena Alexiad. L. V. p. 110., atque alii de hoc genere. Alia autem Pelagonia non eſt atque Heraclea Pelagoniae, ut oſtendiſſe [illegible] ad Itiner. Anton. p. 319. P. WESS.

21. Καὶ πότους — τῷ πλήθει συντάξας] Congiarium populo fecit, vertit Gezius, recte a Dexippi mente. Congiarium enim populo, militi Donativum dicitur. Sed Livium vide. Suidas in ΑΙΜΙΛΙΟΣ, [illegible]. SCHURZFL.

Καὶ πότους — τῷ πλήθει συντάξας] Nihil hic de congiario. Spectacula & convivia indicantur, quae M. Aemilius in Macedonia ſumma magnificentia civitatium legatis & multitudini praebuit. Lege Livium L. XLV. 32. cum nota viri ſummi Jo. Fr. Gronovii. P. WESS.

27. Καὶ πρῶτος μὲν Ἀνίκιος] Si voluit, uti videtur, Anicium & Cn. Octavium ante M. Aemilium triumphaſſe ſuo quemque die, in errore eſt. Aliud ex Capitolino marmore apud Pighium Faſt. ad ann. DLXXXVI. p. 386. & Livio L. XLV. 42, 43. conſtat. Quin ne ea quidem ſatis juſta ſunt, quae de M. Ae-

λέαι, καὶ ἐπὶ πᾶσιν Αἰμίλιος ἐφ' ἅρματος ἐλεφαντίνου καταπληκτοῦ. Ex *Syncello* Chronogr. p. 213.

civitatibus & regibus donatae: omnium vero poſtremus in curru eburneo ſtupendi operis M. Aemilius.

XXVIII.

Διόδωρος δέ φησιν, ὅτι ιε. ἔτη ὁ νεώτερος Πτολεμαῖος ἐβασίλευσε μετὰ τὸν πρεσβύτερον, πολλάς τε παρανομίας διεπράξατο, τήν τε ἰδίαν ἀδελφὴν Κλεοπάτραν γήμας, καὶ πολλοὺς διαβάλλων ψευδῶς, ὡς ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρῶν, τοὺς δὲ συκοφαντίαις φυγαδεύων καὶ τὰς οὐσίας ἀφαιρούμενος. *Syncellus* Chronogr. p. 226.

Diodorus auctor eſt, juniorem Ptolemaeum xv. annis poſt ſeniorem regnaſſe, multaque perperam adminiſtraſſe: ſororem ſuam Cleopatram uxorem duxiſſe, inſidiarumque ſibi ſtructarum praetextu alios interfeciſſe, alios in exſilium egiſſe, calumniiſque oppreſſos bonis privaſſe.

XXIX.

Ἀντικατέστησαν· ἠναντιώθησαν. Διόδωρος. Οἱ δὲ ὑπολειφθέντες ἀντικατέστησαν ἀλλήλοις. Ex *Suida*.

Ἀντικατέστησαν. Adverſati ſunt. Diodorus. *Qui relicti erant contra ſeſe ſteterunt.*

XXX.

Ἐντείνας ἑαυτόν. Διόδωρος. Εἰς τὸν στρατιωτικὸν καὶ εὐτελῆ βίον ἐντείνας. ἀντὶ τοῦ ἐπιδούς. Idem.

Ἐντείνας ἑαυτόν. Diodorus. *Quum vitae militari & tenuiori ſe totum tradidiſſet.*

XXXI.

Ἐξακριβωθέντες· ἐρευνηθέντες. Διόδωρος. Ἄνδρες ἐξακριβωθέντες ὑπὸ βασιλέως εἰς μέγεθός τε καὶ ὕψος σώματος, καὶ τόλμης ὀξύτητα καὶ ἀγερωχίαν. Ex eodem.

Ἐξακριβωθέντες. Probati. Diodorus. *Viri regi & corporis magnitudine & proceritate, audaciaque & animi ferocia probati.*

XXXII.

Κλίμακες· ξύλα ὀρθά. Διόδωρος. Ἑξῆς δ' ἐκομίζοντο κλίμακες ᾳ, πανοπλίας πολυτελεῖς ἔχουσαι. Iterum *Suidas*.

Κλίμακες. Ligna recta. Diodorus. *Deinde geſtabantur perticae* ɔɔccc, *e quibus pretioſa varii generis arma pendebant.*

XXXIII.

Στεγανόν· πυκνόν· σφιγκτόν. καὶ Διόδωρος. Οἱ

Στεγανόν. Denſum, tectum. Diodorus. *Romani* cum

M. Aemilio ſeniori imperio triumphante paullo ante prodita ſunt. P. Wess.

28. Ὁ δὲ νεφέλῃ Αἰμίλιος] *Suidas* enim eſt ἀνὴρ στρατηγὸς καὶ φέρων ἐπιτυχίας νίκας καὶ ἱκανός id eſt *Strenuus*. Hunc *Cicero* cum L. II. N. Deor. Segm. 165. inter viros deo charos retulit. Schurzfl.

31. Καὶ τραγικάς] *Salmaſius* Θρᾳκίας, ait, forte legendum. Sed vulgatam tamen ſe ſibi adſtructurum promittit. *Scaliger* etiam Θρᾳκίας ſuſpicatur in notis. Ego totum conjecturas firmo e *Plutarcho*, qui die ſecundo, quem cum primo vel *Plutarchus* vel *Dexippus* confundit, Θρᾳκῶν γέρα producta eſſe aſſerit (in Aemilio p. 272. E.) Schurzfl.

34. Πραγμάτων — καλλιεργίαι] Hoc *Plutarchus* tertio die factum eſſe prodit. De voce Κηρύκειον vid. *Dufreſn.* Gloſſ. Graecobarb. p. 559. Schurzfl.

36. Κλίμακες ἐλαύνονται] *Suidas* ex *Diodoro* in Κλίμακες citat: Ἑξῆς δ' ἐκομίζοντο κλίμακες ἐλαύνονται, πανοπλίας πολυτελεῖς ἔχουσαι, quae quidem ego ad hunc Aemilii triumphum pertinere nullus dubito. Excerptor verba decurtavit: namque ejus καθωπλισμέναι id exprimunt, quod *Diodori* πανοπλίας πολυτελεῖς ἔχουσαι. Perticae erant, e quibus arma pretioſa ſuſpenſa erant. Id in *Suida* non laudo, quod κλίμακας vitioſe excerpſerit. Ait κλίμακες, ξύλα ὀρθά. Atqui κλίμακες ſcalae ſunt, κάμακες, ſicuti alibi ipſe explicat, ξύλα ὀρθά. Hoc ergo illi reddamus. Paullo ſuperius καὶ ἄλλα λαμπρὰ καὶ ἐπίσημα &c. γραμμα ſermonis genus deſiderabat. P. Wess.

38. Ἀργυρᾶ δὲ τάλαντα ἤγετο, διακόσια] Ἀκέραια puta. *Scaliger* legit τάλαντα ἀργυρᾶ διακόσια, ἐκπώματα πολλά, ἀγάλματα καὶ ἄλλα. *Grotius* in verſione locum invertit, & poculorum quidem ɪɪ., ſtatuas vero & tabulas certorum vehentium cc. tantum meminit. Schurzfl.

40. Ἀσπίδες πολυτελεῖς] *Plutarchus* dici primo adſcripſit, & ἁμάξαις, πολλαῖς καὶ διακοσίαις numeravit. Schurzfl.

41. Ἐν φορήμασι διακοσίοις εἴκοσι] *Plutarchus* vaſa lxxvii. tantummodo numerat. Numerus talentorum deeſſe videtur.

Schurzfl.

Ἐν φορήμασι διακοσίοις εἴκοσι] Si legas διακόσια εἴκοσι habebis talenta. Numeri notis ſane ſcripti, ut in *Scaligeri* Excerptis, σκ., hinc diſcrepantia. P. Wess.

44. Φιάλη —— διάλιθος] *Plutarchus* διὰ λίθων. Veteres tamen codices & ibi διάλιθον habent, quod ſane, quia minus obvium, non ſtatim mutandum erat. Ad formam τοῦ διάχρυσος fit διάλιθος. Videndus de hoc vocabulo C. *Dufreſn.* Gloſſ. Graecobarb. p. 297. Ego tamen, etſi in aliis etiam vocabulis id fecerit, hanc vocem Graecobarbaram eſſe nollem virum doctum minus recte ſtatuiſſe. Schurzfl.

Φιάλη — διάλιθος] Bene vir doctiſſimus. Haud ita tamen rarum eſt διάλιθος, ut cenſuiſſe videtur. Θρόνον διάλιθον & κλίνην διάλιθον dabit *Joſephus* L. 1. Belli Jud. C. 25., 6. & ibid. cap. ult. §. 9., σέφανον διάλιθον *Jo. Chryſoſtom.* T. III. p. 161. D., ut alios praeteream. Ego quoque in animum inducere non poſſum, omnia pro Graecobarbaris putaſſe *Dufreſnium*, quae in Lexicon ſuum addidit. Nunquam profecto ea viro ſollertiſſimo ſententia ſedit. Mox edebatur φαλαγγας διάλιθος, quod mutavi. P. Wess.

50. Περιπεπλεγμένον πορφύρας] Mallem πορφύρᾳ. Addit *Schurzfleiſchius*, vir Cl., locum *Flori* L. II. 12. de Perſeo, de uxore ejuſdem triumphata ex *Conſtantino* Imp. L. II. περὶ Θεμ. pag. 87., quos adi ſis. P. Wess.

55. Καὶ ἐπὶ πᾶσιν Αἰμίλιος] Vide *Propert.* L. IV. Eleg. ult. vers. 39., & *Virgil.* L. VI. 288. Aen. Locum enim *Virgilii* de Aemilio explicandum eſſe, docuit *A. Turnebus* lib. X. cap. II. Advers. Adde his *Diodorum Siculum* L. XXXI., ex eoque *Photium* Cod. CCXLIV. p. 1056. Schurzfl.

61. Ὅτι ιε. ἔτη ὁ νεώτερος Πτολεμαῖος] Ptolemaeum cognomento Phyſcon, cujus xv. poſt fratris exceſſum anni, quomodo numerari debeant, docuit praeſtantiſſimus *H. Valeſius* ſupra p. 594. P. Wess.

90. Κομίζοντο κλίμακες] Bona fide *Suidas* deſcripſiſſe videtur, quod in *Diodori* Excerptis invenerat. At pravum illic erat

cum tecta ſibi exſtruxiſſent, hibernarunt.

δὲ Ῥωμαῖοι στεγανὰ ποιήσαντες, παρεχείμαζον. Idem.

XXXIV.

Aëre ſereno & admodum ſudo tubam auditam eſſe, acutum & lugubrem ſonum reddentem, &c.

XXXIV.

Ἐξ ἀνεφέλου τοῦ ἀέρος καὶ αἰθρίας πολλοῦ ἦχον ἀκουσθῆναι σάλπιγγος, ὀξὺν ἀποτείνοντος καὶ θρηνώδη φθόγγον καὶ ἦχον. *Suidas* in Σύλλας.

XXXV.

Συνεῖχεν. Exercebat, continebat. Diodorus. *Ille vero exercebat eos, ut eſſent milites, ſeipſe exemplum proponens.*

XXXV.

Συνεῖχεν· ἐξήσκει· ἐγύμναζε. Διόδωρος. Ὁ δὲ συνεῖχεν αὐτοὺς εἶναι στρατιώτας, παράδειγμα ὑποτιθεὶς ἑαυτόν. Idem.

XXXVI.

Diodorus. *Pollicentes & ipſi ſe ad id propoſitum operam ſuam collaturos.*

XXXVI.

Καὶ Διόδωρος. Ἐπαγγελλόμενοι καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν ὑπόστασιν ταύτην συμβαλεῖσθαι. Iterum in Ὑποστάς.

XXXVII.

Diodorus. *Rege autem verbis iſtis cedente & emollito, permittit illi facere, quae velit.*

XXXVII.

Διόδωρος· τοῦ δὲ βασιλέως χαλῶντες καὶ παραλυομένου πρὸς τὰ λεγόμενα, ἐπιτρέπει αὐτῷ πράττειν, ὃ βούλεται. In Χαλάσω.

XXXVIII.

Diodorus. *Barbarus autem cum virgis caederetur, colore vultus nihil mutato, ferae inſtar obduravit.*

XXXVIII.

Διόδωρος. Ὁ δὲ βάρβαρος μαστιζόμενος, ὄμμα ἔχων ἄτρεπτον καὶ χρῶμα, καθάπερ θηρίον ἐκαρτέρει. In Χρῶμα.

rat [illegible] ex ΚΑΜΑΚΕΣ calami lapſu progenitum. Vide ſupra p. 645. P. Wess.

1. Ἐξ ἀνεφέλου τοῦ ἀέρος] *Suidas* auctor eſt *Livium* & *Diodorum* de prodigiis iſtis memoraſſe, quae calamitates civilis belli portenderunt. Putares ergo, ex alterutro ſumtam eſſe tubam iſtam, coelo ſereno horrendum ſono inſonantem: ſecus tamen habet. Exſcripſit *Plutarchum* in Sulla pag. 456., quod *L. Kuſterum* fugiſſe mirarer, niſi abunde mihi conſtaret, hominum memoriam non ſemper in reddendis, quae lecta olim fuerunt, fidelem eſſe. Id praeterire non debeo, *Suidam* auxilio *Plutarchi* occurrere. In eo nunc editur: *εἶναι μὲν γὰρ αὐτῷ ὀκτὼ τὰ σύμπαντα γένη διαφέροντα τοῖς βίοις*, ubi αὐτῷ quid deſignet, neſcire ſe fatetur *Mar. Solanus*, malle tamen aut *θεῷ*, ut ad vates referatur, aut *ἐν τῷ αἰῶνι*. Neutro opus eſt, *Suidas εἶναι μὲν γὰρ ἀνθρώπων ὀκτὼ γένη* in *Plutarcho* ſua aetate reperit. Itaque αὐτῷ ex ſcribendi compendio natales ſuos accepit. P. Wess.

EPISTOLAE DIODORI SICULI

EX ITALICA OCTAVII ARCHANGELI VERSIONE LATINE REDDITAE, INTERPRETE

V. C. ABRAHAMO PREIGERO.

CATANENSES SYRACUSANIS.

Epiſt. XIX. *Libri primi.*

Ep. I.

Viciſtis, ac ſpoliaſtis credulos agricolas noſtros, perſuadendo eos Oratorum more, diripuiſtis frumentum Sacerdotum Cereris, confregiſtis obeliſcum noſtrum Chalcidicum, ut & inſcriptionis noſtrae, ad flumen Symaethum, terminum, ex pacto nobis conceſſum, armiſque veſtris oppoſitum, ruptis legibus pacis, quam a nobis redemeratis, quo melius bellum iterum facere poſſetis. Nos in portu Megarenſi duas naves veſtras, eadem illa onuſtas praeda, cepimus, & Nobiles veſtros armatos praelio vicimus; navium altera, quae nobis ſeſe dedidit, mox autem exarmata fugam arripuit, & a noſtra clementia ad vos ſeſe recepit, una in captivitatem avexit noſtrorum hominum ligones

Epiſtolae Diodori. Nihil habent hae Epiſtolae quo ſe commendent, niſi forte raritate; quae tamen major olim fuit, quam nunc, editis illis in T. xiv. Bibliothecae Graecae *J. Alb. Fabricii*: eas futiles eſſe & confictas, in ambiguo non eſt. Audi ſummum virum. „ Antoninus Mongitor in Bibliotheca Sicula edita Panormi A. 1707. fol. T. I. p. 54. de „ Diodoro Siculo diſſerens refert ſub ejus nomine, Italica „ lingua prodiiſſe Epiſtolas LV. in Petri Carrerae Hiſtoria Catanae T. I. p. 477. Prodiit illa hiſtoria Italice, Catanae „ 1639. fol. in qua notas nonnullas Carrera adjecit, & p. 491. „ tradit Epiſtolas illas Latine e Graeco tranſlatas A. 1470. a „ Cardinali *Beſſarione* Niceno, Italice vero ex Latino verſas „ nonnullis ab *Octavio Archangelo*, Nobili Catanenſi, qui circa A. C. 1600. floruit. Nec Graeca hactenus in lucem protulit quiſquam, nec Latinam quam Beſſario dicitur concinnaſſe verſionem. Quamquam vero idem Carrera dubitat „ fuerintne Diodori Siculi an Theocriti Chii, tamen neutrius „ videntur eſſe, cum nemini veterum memorentur, neque „ MStus illarum Codex uſquam potuerit reperiri, ac minime „ obſcura *vitiosae* & recentioris aetatis argumenta in ipſis deprehendantur Epiſtolis, unde Placidus Reyna pro recenti „ eas otioſi ingenii commento habet, & laudatus Mongitor „ T. 2. p. 107. *apocryphae putantur a majoribus non ſine rationum pondere.* Idem viſum celeberrimo viro Giſberto Cupero Exerc. I. de elephantis in nummis, capite 9. T. 3. theſauri Antiquitatum Rom. Sallengriani p. 87. & Petro Burmanno, Viro eruditiſſimo, qui praef. ad Tomum ſextum „ theſauri ſplendidi ſcriptorum Siciliae, editum ex officina „ nobilis Petri van der Aa Lugd. Bat. 1723. fol. in quo cum „ Carrerae hiſtoria Catanae recuſae Epiſtolae hae extant Italice cum verſione ex Italico Latina, antea inedita V. C. Abrahami Preigeri: *Addit deinde aliud argumentum* (Carrera) „ *quod nulli, credo, Critico placebit, ex Epiſtolis* Philanthropi, „ *Pontificis Maximi Catanenſium ad Catalum, & Catanenſium* „ *ad Daedalum, quas ex Graeco vertit Beſſarion Latine, & Diodori aequales Siculi eſſe jactitatur. Has enim ſpurias & recentioris alicujus Scriptoris eſſe quis non videt? Mentio ibi fit Julii menſis, & [illegible], naumachiae, & circi, quae ipſa nomina diu poſt Catali tempora invaluerunt. Has Epiſtolas, quarum auctoritate paſſim utitur & ſe decipi patitur, dicit verſas* „ *ex Latino in Italicum ſermonem ab Octavio Archangelo, &* „ *ſervari in primo volumine Chronicorum Catanae: ipſum tamen* „ *eas non potuiſſe Romae, cum ibi A.* 1636. *eſſet, reperire.* Idem „ Burmannus p. 9. *Ut lectoribus aeſtimandi copiam Carrera* „ *dare poſſet, qua auctoritate fretus plurima inaudita eruditis* „ *tradat, Diodori illius Epiſtolas ab Archangelo Italice verſas adjecit operi ſuo: Quod ſane docet bona fide Carreram his fidem* „ *habuiſſe, cum e re ſua conſultius aliter fuiſſet eas aeternis ſilentio premere. Manifeſtiſſimas enim fraudis & ſpuriae ignobilitatis notas praeferunt, quas hic longo ordine exponere nihil attinet, cum nemo humanitatis & elegantiae veteris ſtudioſus non* „ *ſtatim eas deprehendere queat. Lepidum vero eſt quod ſuſpicatur non Diodori Siculi eſſe ſed forte* Theocriti Chii, *quia Suidas ejus hiſtoriam Libycam (quam belli inter Libycos & Catanenſes geſti eſſe credit) & Epiſtolas admirabiles nominat: Infirmo certe argumento, cum illae Epiſtolae* [illegible] *videantur argumenta rerum incredibilium continuiſſe, ut ex titulo* [illegible] *librum inſcripſiſſe, quem in ſenſum ſi quis volet illas Epiſtolas referre, per me licet. Sed ſi ipſa ineptiſſimarum* „ *Epiſtolarum lectio eas falſitatis non ſtatim damnaret, quaeſo* „ *videas an Theocriti Chii aevo, qui aequalis Ariſtoteli & Theopompo tempore Alexandri vixit, ut apparet ex Athenaeo lib.* „ *XII. cap. 9. conveniat Marcellus & Laelius Metellus (ignorabilis homo) quorum Epiſtolas etiam hic producit. Certe Marcellum ecce ſaeculo, Alexandro juniorem fuiſſe conſtat.* Caeterum „ cum Epiſtolae illae, qualeſcunque ſint, Latine non niſi in „ magno illo & ſumtuoſiore opere ſemel vulgatae reperiantur, exiſtimavi me rem non ingratam facturum ſtudioſis „ hominibus, ſi eas hoc loco, ut poſſint de illis ipſi ſuo marte ferre judicium, integras exhiberem". Hactenus *Fabricius.* Ego vero recenſitas hoc volui loco, ne quis praetermiſſas criminari poſſet. Recidi tamen notas omnes, quibus eas inſtruxerat *P. Carrera*: neque enim tanti erant, & ſi quis earum cupidine ducatur, facilis decurſus eſt ad Theſ. Antiq. Sicil. T. x., ubi Latine ab *Abr. Preigero* verſae, p. 394. & ſeq. deſcriptaeque leguntur. P. Weſs.

gones ac vomeres, in teſtimonium fugae ſuae, noſtraeque fiduciae. Sint ſane hi vobis Rhetorices veſtrae atque rapinae tropaeum, arma veſtra nobis victoriae noſtrae erunt. Quod Megarenſes veſtri in fidem noſtram conceſſere, id armis noſtris effectum eſt; nova autem ipſius Urbis deditio nobis facta, voluntaria fuit, non pacto ullo, aut earundem frugum pretio, ut per litteras nobis exprobratis, a nobis empta, cupientibus illius Urbis civibus a jugo tyrannidis veſtrae liberari, inque noſtrae libertatis ſocietatem ſub noſtra protectione, recipi. Quare ſi pacis eſtis conſervatores, aliis eam nolite eripere, quin veſtro potius vivite contenti, neque in hominem liberum natum ullum, dominum vobis quaerite, ne tutrices Nemeſeos noſtrae vires provocantes, ultrices Deae iras in armis noſtris experiamini.

SENATUS CATANENSIUM CHRYSOSTRATO, REI MILITARIS PRINCIPI.

Epiſt. XX. Libri primi.

II. In homine, quantumvis honeſto ac probo, ſemper aliqua reperitur imperfectio. Bello te ſtrenuum aliisque virtutibus praeditum novimus, ſed valde haec omnia obſcurantur ab avaritia tua, ad quam plus ſemel jam certis de cauſis connivere placuit; nam judicem te ipſum conſtituens propriorum meritorum, ac noſtra benevolentia nimium confiſus, non ſolum non participes, ſecundum cujuſque merita, totius praedae, ut tibi ſcripſimus, feciſti praelii ſocios, ac pedites, quos regimini tuo commiſimus, ſed tibi eam, vel, uti rem excuſas, Reipublicae reſervaſti. Laboribus tuis pretium non pro tuo, ſed noſtro lubitu ſtatuas, neque ab iis indebito modo exigas, quorum nos debitores multis nominibus fatemur. Juſtum eſt, ut ei, qui proprium ſanguinem, corpus, aut vitam expoſuerit, aut impenderit, ſperata perſolvatur merces, ſi non de noſtro, ſaltem de ſpoliis, quae nactus fuerit, deque honore. Turpiſſimum quaeſtus genus eſt, aliorum labores lucri facere, aut diripere. Dii prohibeant, ne unquam Aerarium noſtrum divitiae tam infames intrent, cum amicorum diſcordia. Diſtribue igitur inter illos omne illud argentum & aurum, omnemque illam praedam quam tibi, vel, uti dicis Reipublicae reſervandam arbitrabare: vere enim miſer eſt, qui quum nummis ſit ditiſſimus, amicorum, virtutum, & conſilii inopia ſumma laborat; & ille tutiſſimus eſt theſaurus, qui bene donatur, beneque impenditur.

PSYLLAS SENATUI CATANAEO.

Epiſt. XI. Libri primi.

III. Siciliae Civitates, dum imperare ſingulae cupiunt, imperium omnes perdent; praecipites enim altera in alterius exitium ruentes, victae omnes interibunt. Tutiſſima, imo felix illa demum eſt quae alteri, cum poſſit, vim non faciat, neque, cum norit inſidiari, inſidietur tamen, neque cum habeat penes ſe aliena bona, ea uſurpet, proprias vero res propriis viribus tueatur. Jacet Heraclea inde, quod alias deſtruxit Civitates, dumque alienis divitiis potitur, ſaepius in captivitatem adducta, & ad inopiam redacta eſt. Sic in alias Civitates tyrannidem exercens urbs Syracuſana perpetuam ipſa tyrannidem ſubiit. Hos infelices caſus, ceu ſpeculum inſpicientes, o Catanaei, non dico prudenter, ſed beate fortaſſe poteritis vivere. Probe ſcio, pacem vobis charam eſſe, qui diuturnorum jam dudum bellorum taedio laboratis. Ego hic obſes a vobis ſum, non tamen orator ad vos eſſe volui: nam pacis potius veſtram, quam hoſtium noſtrorum belli victoriam eſſe cupio. Nunquam in animum meum inducam, ut libertatem, nomenve Catanaeum calamo meo commaculem, neque adeo auctor vobis ullo modo ero, ut contrahatis, nedum aliis cedatis antiquam veſtram ditionem Transſymaethicam, licet hoſtes horrendum in modum, ut hoc faciam, apud me inſtent, ſive quod territi ſunt claſſe Athenienſi, in auxilium noſtrum vocata, ſive quod tam anxio producendi imperii deſiderio laborant. Heſterna die nunquam, ut ad vos hoc ſcriberet, adduci potuit manus mea dextra, amputata quidem ea de cauſa ab ipſis, ſed non victa: Neque hodie, neque unquam id a ſe impetrabit ſiniſtra, quae pariter invicta, eidem ſecuri Syracuſanae ſubjici haud metuit, quum & ipſum intrepidum hoc caput, ſubeundis pro Patria tormentis inexpugnabile prorſus, recipiendis iſtis ictibus paratum ſit. Certi eſtote, tam irrevocabilem eſſe fidem meam, quam vulnus ſit.

CATANENSES MEGARENSIBUS, ET ENNENSIBUS.

Epiſt. XL. Libri primi.

IV. Quum Zanclaei, Tauromenitani, Centuripini, & Hadranitae miſerint nobis decem talenta, & arma, & pedites, & equites, & commeatum ad res bellicas, nullo nomine ad haec obſtricti; quid non a vobis ſperandum eſt, qui manu propria ſaepius frontes noſtras condecoraſtis coronis obſidionalibus, a ſolo veſtro decerptis?

SENA-

SENATUS CATANENSIS CHARMOPYLO.

Epiſt. LXX. *Libri primi.*

V. Saepius per Decuriones noſtros, & per litteras noſtras monitus es, ut tibi caveres a converſatione atque inſidiis, navium non minus Athenienſium, quam Syracuſanarum, quae rebus noſtris inhiantes, quotidie cum mercibus ſuis frequentant portum Ongiam, & Saturniam Acidis, quam cuſtodiae tuae una cum omnibus publicis reditibus, qui ibi in manus tuas pervenere, commiſimus, atque credidimus; ſed tu aut dormis oculis apertis, aut vigilas oculis clauſis. Poteſtne autem non expergiſci quiſpiam, qui non dormiat? Trade ergo claves Arcis, atque aerarii, in manus Harmenidis, & veni in judicium.

CATANENSES CURIONI TETRARCHAE.

Epiſt. LXXII. *Libri primi.*

VI. Virtutum potiſſimum theſauro ſecuritas publica conſiſtit. Noſtra haec conſuetudo haud eſt, ut accumulemus opes, ut provide nos doces, unde militibus, ingruente neceſſitate, ſtipendia ſuppeditemus; ſed aere eos, atque argento captivo remuneramur, aut vulnerum, victoriarum, praedae, ſpoliorum hoſtilium, & honoris coronarum participes facimus. Haec omnium glorioſiſſima merces eſt, quam militibus atque ſociis noſtris diſtribuere ſolemus. Vale.

SENATUS CATANENSIUM ISTRIADAE, DUCI LEONTINORUM.

Epiſt. XC. *Libri primi.*

VII. Moti precibus tuis potentibus, & amicitia veteri, imprimis autem virtutibus tuis, clementiae ac gratiae inſtrumentis, vitam una cum libertate donavimus Lupulo, nepoti tuo, cujus ex ore canes noſtri Catanenſes nobiliſſimam illam praedam eripuere Virginum Aſſorinarum, quae Templum Cereris petebant, cui ab infantia ſacratae fuerant. Et quoniam tui, ob venerandam ſenectutem, ejus autem ob juvenilem aetatem, ad vitia proclivem, nos etiam miſeret, reſtitue illum Matri ſuae, quae ante meritum mortis ſupplicium jam miſeras ipſi facit exequias. Si eum in animi, ac fortunae bona atque divitias ſucceſſorem tibi optas, exhortare eum, ut bene vivat, teque viventem, & patrem ſuum Leonicum, virum probum, filium, natura tuum, moribus atque adoptione noſtrum, pro libertate communis Patriae noſtrae mortuum, licet in perpetua apud nos ac viva recordatione ſuperſtitem, imitetur, ac probe ſciat, egregias illas Avi atque Parentis virtutes, contra ſolitum legum noſtrarum rigorem, nos cogere eſſe clementes. Haſce ipſi litteras praelegas volumus, quod ſi compererimus tamen, Lupum mutare pilum, non omittere vitium, ſupplicii ipſum refraenet terror, & ſi inemendabilem videris, contemptoremque ſui ipſius, tui, noſtri, Deorum denique, ſtatim tibi ejus pellem mittemus.

CATANAEI HIERONI.

Epiſt. XCI. *Libri primi.*

VIII. Mittimus tibi Arrium Chlorionem, & M. Protionem, ad defendendam innocentiam inculpatorum iſtorum Juvenum Catanenſium, qui a ſorore tua necis Berylli, nepotis tui, accuſantur. Aurem praebe juſtae defenſioni, & fidem habe veritati verborum noſtrorum, quae ex horum ore percipies, avunculum exutus, ac judicem indutus, ne quid apud te calumniae valeant, quae lachrymis tibi faemininis propinantur; belli ſaltem occaſionem quaerere noli, habendo nos omnes, homicidii reos, & pacis ruptores, ſicut facis, quoties ais epibatas Catanaeos, in Naumachiae certaminibus, Nepotem tuum factioſe occidiſſe, quum tamen haec caedes praeter voluntatem perpetrata fuerit. Animus homicidium, non manus invita facit. Fas autem non eſt, in Senatu juſtiſſimo, carnificem fieri, tibive mactandos concedere innocentes, quos petis. Quamobrem ut homines te precamur, ut amici te hortamur, ut Judices tibi dicimus, noli diſſentire a Judicio noſtro, & acquieſce ſententiae Proagororum noſtrorum, tamque incorrupti Senatus; ſin innocentia tibi forte ſupplicio, veritas contentione digna videtur, & ut a paucis iniquam ſumas vindictam, omnibus nobis bellum intentas, fac quod lubet. Et ſi impatientia tua non ſuſtinet audire defenſionem linguae inermis, ſentiet forſan armatas in manibus noſtris rationes, quibus tanquam Juſtitiae propugnatricibus Dii invictis eſſe concedent.

CATANENSES PHALARIDI TYRANNO AGRIGENTINORUM.

Epiſt. CXII. *Libri tertii.*

XI. Quum non ſtatuerimus, neque etiam ſatis expendere poſſimus, majorine miſericordia,

& clementia, ſenectus tua, & valetudo graviſſima ac diuturna, an ſupplicio indigeat inſanabilis ille morbus linguae tuae peſtiferae, caeterorumque vitiorum tuorum, armis te noſtris adoriri, & in perpetuum tibi occludere maledicum illud os tuum ſuperſedimus. Ut autem damnum, quod ab immiſſis a te incenſoribus ſegetum noſtrarum, occiſoribus gregum innocentium, accepimus, ex parte vindicaremus, una cum Leontinis, hoſtibus tuis, jam terram tuam depopulati ſumus, magna tamen uſi continentia, & clementia, exercitum quoque tuum equitum peditumque noſtrorum non viribus tantum, ſed & terrore fudimus, & in fugam conjecimus, clementes non minus quam faciles ac miſericordes nos exhibentes uſque ad ipſum praelii ardorem, amiſſis noſtrorum paucis, occiſis autem mille tuorum una cum duobus tuis Nepotibus infelicibus, crudelitatis tuae Ducibus, ſtultitiae tuae executoribus. Te vero, utriuſque infortunii auctorem, ut humanum ſanguinem ſitientem, per Pentaurum tuum tibi a ſecretis, cui vitam ac libertatem, quam nihili aeſtimas, largiti ſumus, ea conditione ut tibi vas, iſto ſanguine plenum, reportet, hujus noſtrae victoriae certiorem facimus. Eum itaque bibe, & infeliciſſimam hanc vitam vive cum illo ſupplicio, cumque crudelibus illis mortis generibus, quae ſingulis horis tibi infert Natura vindex, & invidia felicium noſtrorum ſucceſſuum; omni modo enim ab inquinandis vindicta tua manibus noſtris cavebimus, turpemque illam victoriam fugiemus, quam tua nobis miſeria afferret.

CATANENSES STESICHORO HIMERENSI.

X. Veni; quandoquidem in civitatis noſtrae jura te jam recepimus, ſicuti carminibus pariter & epiſtolis a nobis petis, poſitoque omni metu ſub noſtra protectione nobiſcum fruere illa libertate, & tranquillitate, quam Muſae tuae deſiderant, & accipe, quae tibi in ſubſidium vitae, ac Filiabus tuis in dotem, liberali manu aſſignat Senatus Populuſque Catanenſis, ſoli aliquot jugera, Epigrammatum tuorum ſylva celebrata, eaque, ſi non ut dona meritis tuis ingentibus digna, ſaltem ut primos honoris ac benevolentiae fructus: Quippe certi ſumus, quaecunque non fecerimus nos, facile ea ſuppletum iri ampliſſimis illis corporis atque animi dotibus, quibus vel univerſas orbis terrarum divitias ſuperant. Duas Filias tuas vel noſtras potius, quas reditus tui velum obſides nobis reliqueras, nuptum dedimus, alteram Clarioni, alteram Tetrachio, Sororis tuae filiis. Publice itaque lauda, quae ſecreto tibi placent, facile enim jam perſpicis, quam ampla hi Juvenes haereditate a Parente ſuo, Patricio noſtro, quamque egregiis moribus, atque ſcientiis locupletati ſint, amplexi quam cupidiſſime, non Senatus tantum gratiam illam, ut & ipſas imprimis ſponſas, verum & mediocrem harum conditionem, quippe quibus ſummae dotis inſtar arridet quod ſint Steſichori filiae. Haec omnia tamen invita tua ſorore tranſacta ſunt, quae majorem natu deſponderat Cteſiandro, Agonothetae noſtro, qui forma ac moribus puellae captus, in curia eam ſibi uxorem dari petebat, ſed repulſam a nobis tulit, non quod iſto connubio non eſſet dignus, ſed quod aerario noſtro aliquot ſeſtertium millia deberet. Recipe itaque Generos atque Nepotes tuos, & admitte juſtam hanc electionem, una cum fructibus tam egregiae plantae, qui inde ad te redeunt, cumque iis ad nos Catanam revertere, *ſpectaturus* Hymenaeos, & ſpectacula, quae adeo deſideras.

CATANAEI AGRIGENTINIS.

XI. Liberos vobis remittimus obſides, cum uniremi noſtra, quae vobis in donum cedat; octodecim quoque talentorum debitum vobis remittimus, quod Senatui Populoque Catanenſi ex pacto ſolvere tenebamini, pro impenſis, ac damnis quae bello fecimus, moti non ſolum Leontinorum, ac Meſſanenſium precibus, ſed & ipſa quodammodo ſtatua Proſerpinae, quam Templo noſtro Lunae donaſtis, nec non vaſis aureis, & gemmis, quae Ditis, divitiarum Dei, conjugem ſatis arguunt, caeterum proſperis nunquam ſucceſſibus ſuperbientes, ſed in amicitiam quoſcunque recipere ſoliti, qui eam apud nos ambiunt. Neque mors Phalaridis, qui & vivus & mortuus vobis nocuit, multiſque vos calamitatibus affecit, alios nos fecit, quam fuimus ante; gaudemus prudentiores vos eſſe factos, nam homines, qui errorum ſuorum adeoque offenſarum, quas ita proximis praebuerint, poenitentia ducuntur, tantum non pro innocentibus habendi ſunt.

CATANENSIS ZANCLAEIS ET RHEGINIS, AMICIS FIDELIBUS.

Epiſt. XIX. *Libri quarti.*

XII. Non uſurarum, neque mercium beneficio divites facti ſumus, ſed frugum, quos omnium noſtrum univerſalis parens Terra procreat, ac Ceres largitur, quippe quibus indefeſſo quotannis ſtudio labores noſtros credimus, porro etiam ſpoliorum hoſtilium, queis terra marique potiri ſumus. Denique continui exercitii, quod ut otii inimicos implicitos non tenet. Nos illas non reputamus divitias quas Fortuna donare & auferre poteſt; eaque infima laus eſt, quam nobis tribuere poteſtis, ubi illud in nobis laudatis, quod ſub aliena poteſtate eſt. Illi demum ſtabiliſſimi ſunt theſauri, qui in animi bonis conſiſtunt, quoſque non minus quam iſtos, majori ex parte adverſus hoſtes conſumſimus, ſed ita, ut certo quodam

modo

modo nobis atque amicis noſtris ſuperſint; & hi invicti atque inexhauſti manent, neque Fortunae ſubjacent. Imo injuriam nobis facitis, qui iſtam nobis laudem, tam liberali calamo, adſpergitis, quaſi vero non alia vobis ſuppetiiſſet laudandi materia, qua benevolos vobis redderetis Catanenſes amicos: Quanquam nobis propriarum laudum contemptoribus gratius acceptiusque fuiſſet ſilentium veſtrum, vera enim laus non ſolis verſibus, ſed operibus conſiſtit. Habeant igitur nudae jejunaeque Muſae Poematum veſtrorum in praeſentia ſingulae veſtem, cum ſextario frumenti, quae munera haſce comitabuntur litteras, non in animi grati, ſed liberalitatis noſtrae ſignum: Si autem poſthaec ſtylo hiſtorico vultis ſcribere, naves mittite, & frumenti modiorum millia ſexaginta vobis commodabimus, quae a nobis tum ut amici, tum ut homines, petitis, licet nobis nondum reddideritis, aut ſolveritis altera illa, quae ob temporis longinquitatem oblivione jam dudum apud nos obliterata eſſe tamquam homines ingrati putatis. Sed probe perſuaſi ſumus, actionem debiti inter bonos neque temporis diuturnitate, neque alia quapiam cauſa unquam inveteraſcere, aut obduci.

CATANENSES MESSANENSIBUS, ET TAUROMENITANIS.

Epiſt. XX. *Libri quarti.*

XIII. Reddite, quae vobis commodavimus, talenta tredecim, vel dimidiam ſaltem partem: Reliqua quinque vobis non conceſſimus ſpe recipiendi ullo modo, quando quidem donum vocari nequit, quod petitur. Sed ſi tanta annonae caritate laboratis, non ſolum non exacturi ſumus debitum, ſed & participes vos frumenti noſtri faciemus, quoniam hoc amicitiae veſtrae merita poſtulant, in remunerationem laborum, ac damnorum, quae noſtri amore, a Phalaride accepiſtis in navibus noſtris; & certi eſtote, promiſſis nos dona conjungere ſolere, neque pati, ut haec ab illis unquam vincantur, in amicitia.

SENATUS CATANAEUS ANDROPATRO POLIARCHO.

XIV. Vicimus te primo ratione (licet invicta maneret pertinacia tua) deinde armis; reliquum jam nihil eſt, niſi ut, nos ipſos vincentes, te vincamus clementia, & miſericordia noſtra gravitatem etiam delictorum tuorum praeponderet. Quoniam autem Charyllius morum tuorum emendationem, tuo nomine, promiſit, ſuamque pro tua fidem jurejurando interpoſuit, veniam tibi conceſſimus, ab exilio te revocavimus, poenam, & ſex talentorum debitum tibi remiſimus, inque caſtellorum tuorum, reliquarumque facultatum poſſeſſionem te reſtituimus. Redi igitur depoſito cadavere quod longo te tempore ſepultum habuit, novum veluti hominem indutus, ad caſtiſſimam tuam, praeque caeteris faeminis omnibus pulcherimam Petroniam, divitiarum tibi ac ſalutis cauſam & effectricem, quae a te ingratiſſimo marito faſtidita eſt, prae amore libertae, ſterilis atque effoetae meretricis apud Hadranitas, pecoris tui lupae, opum tuarum diſſipatrici, miniſtrae denique exitii tui, atque infinitas gratias referre memento ſimplicibus illis lachrymis, quibus a clemente Senatu tibi vitam recuperavit uxor tua, ac pro te, cum debitum, tum poenam perſolvit.

CATANAEI DIONYSIO.

XV. Non minor victoriae ſpes, quam pacis nos tenet deſiderium, quam toties turbaſti. Quod ſi autem Fortunae in cujus manu ſunt Regna, & Reſpublicae, & Victoriae, ſeu caſu, ſeu vi, a te vincimur, hoc probro nobis non erit, quia tu prae reliquis omnibus tota Sicilia opulentiſſimus es, ac potentiſſimus. Verum ſi in res humanas Fortuna dominetur, cogita non minus Virtutem pollere, modo virtus ſit, quae ab illa vinci non poteſt. - - - - Caeterum non ſtamus armati in damnum tuum, ſed ad conſervandos Penates, Patriam, ac Libertatem avitam, nobis haereditariam factam. Si tu arma ſumis in vindictam ac ſtragem contra illos, qui quod ſuum eſt juſto tutari praeſidio laborant, quid illis facies, o Rex, qui quod tuum eſt, (dummodo tuum) pacem, ac ſalutem uſurpatorie invadunt?

DIONYSIUS TYRANNUS SYRACUSANORUM CATANAEIS.

XVI. Dum veſtra vos nimis abuti antiqua libertate patimur, diſſimulantes ſaepius culpas veſtras, ex noſtra clementia nata eſt arrogantia veſtra, atque eo iterum audaciae proceſſiſtis, ut nominis noſtri ſocios atque amicos, non modo, verum & noſtros ipſos, incurſionibus, inſultibus, praedationibus, aliisque injuriis haud paucis, infeſtare non dubitaveritis, &, excitantes iras noſtras ſopitas, experiri cupiatis, quid arma noſtra valeant. Reſtituite igitur confeſtim nobis per hunc tabellarium trecentos equos captos, eorumque armaturam, noſtrorumque necem ſupplicio luite eorum, a quibus perpetrata eſt, quos juſta ſententia ad mortem damnavimus, niſi eam per gladios noſtros guſtare univerſi velitis.

CATANAEI DIONYSIO.

XVII. Clara tibi res eſſe deberet, ſi Philoſophus eſſes, eum qui Rationi ſerviat, libertate

non poſſe abuti. Nos omni ſervili timore vacui, legibus voluntatis noſtrae ſubjecti ſumus, & a natura docti, voluntaria ſervitute Rationi obedire, quae animi affectuum nobis moderatrix eſt, idque nullo mortalium cogente; hac una re liberi ſumus, quod neque te Judicem, neque alios, praeterquam nos nobiſmet ipſis ſuperiores agnoſcamus; & ut tales, qui nos ipſos cognoſcere, ſuperare ac regere novimus, alios quoque non minus vincere & caſtigare, quam venia proſequi, ac regere ſolemus. Quodcunque bonum, in aliis rigor legum armatarum, ac metus, id ipſum in nobis Ratio, Pudor, & Natura operantur. Quumque Judicem & actorem in cauſa magis tua quam tuorum, agas; cognoſce, quaeſumus, noſtrorum illam, qui ter ad pugnam a tuorum avaritia provocati ſunt; incidentes enim in turmam equitum tuorum, quum per vim (licet incaſſum) extra omnem belli praetextum, nulla eorum ope aut ſocietate in praeliis uſi, ſollicitarentur ab illis ut praedae ſeſe participes facerent, quam de Barbarorum ſpoliis captivis, armata manu, non ſine noſtrorum ſanguine victores conſecuti fuerant, atque ut erant defeſſi ac vulnerati, ſed invicti, novo hoc praelii genere impeterentur, ab effraenata iſta inſolentia alteram victoriam, ſpolia praeclariora, dupliceſque coronas reportarunt. Qui panem Balearicum eſurit, funda eum petat, ſicuti fecere noſtri, non autem rapiat labores noſtros, eorumque honorem ac gloriam, quippe quae cuncta in haſtarum mucronibus gladiorumque aciebus portamus. Ad minas tuas reſpondere nihil attinet, quae pueros territent, non homines, eoſque viros. Audivimus modo, idque ex te ipſo, nondum ſenſimus armorum tuorum potentiam: nos te exſpectamus; tu autem certus ſis, ubi apud te nihil juverint juſtae excuſationes, ac rationes, Juſtitiae tandem miniſtros gladios noſtros amputaturos omnem calumniam.

CATANAEI LEONTINIS, ET MEGARENSIBUS.

Epiſt. I. Libri quarti.

XVIII. Promiſſa, quae ſaepius nobis tempore pacis dediſtis, quaeque ut amici nominis noſtri, ac vi ſocietatis noſtrae, nobis etiam debetis, nunc, ut certo quidem nobis perſuademus, praeſtabitis, quum omnibus Syracuſanorum, eorumque foederatorum copiis obſideamur, & Athenienſium expectemus. Dii immortales, qui animos nobis invictos dedere, arma quoque ſuppeditabunt, quibus hoſtem vincere, eive reſiſtere ſaltem poſſimus, & vires, quas in veſtra experti eſtis defenſione. Reddite nobis dimidium ſaltem iſtius commeatus, quem defenſor veſter, quem vobis miſimus, veſtri cauſa abſumpſit, ac mittite nobis illos pedites & equites, quos ab hoſtibus veſtris, atque adeo a morte, noſtrorum ſanguine, copiarumque noſtrarum terrore liberavimus. Quoniam vero Terias amnis, ac viae publicae pluviis valde difficiles factae ſunt, mittimus vobis Nardinam, & Adramedontem Centuriones, cum duabus navibus onerariis, & duabus quinqueremibus, iiſdem illis, quae vobis milites noſtros ſaepius in auxilium transvexere.

CATANENSES DIONYSIO.

Epiſt. IV. Libri ſecundi.

XIX. Iterum ecce, cum per litteras, tum per nuncios, dicendi licentia nimium quantum inſolentes, & bella & caedes, & ignem, aliaque id genus mala nobis denuncias. Nos quod toties jam noſtris interminatus es, tuis haud ſemel jam fecimus, vel laceſſendi gratia, ut ſemel potius vindex tandem fieres, quam millies minator.

CATANENSES DIONYSIO.

Epiſt. XIII. Libri ſecundi.

XX. Nunc ſane, poſtquam, amiſſo imperio Syracuſano, ſecurius atque tranquillius imperio in te ipſum frui potes; nunc inquam, tam vere tui dominus es, quam non es aliorum tyrannus. Recuperaſti libertatem, quam in captivitatem tibi eripuerat ac retinebat tyrannis tua: nunc merito Regem te poſſumus dicere, quod tui ipſius Rex es: Ac tuus iſte animus, quem totus terrarum orbis non adimplebat, nunc circa ſolum microcoſmum tuum verſatur. Non opus eſt igitur ut conſolemur eum, qui ſalutem pariter, ac libertatem, quin & dominationem a ſeipſo recuperavit. Enim vero gaudemus, quod ereptis tibi Fortuna bonis, quae ſibi eripueras prius, reſtituerit tibi animi ea, quae longo tempore neglexeras, ac tantum non plane amiſeras.

SENATUS CATANENSIS PHILLATRADI.

Epiſt. XXVII. Libri ſecundi.

XXI. Nocte dieque, temerarie ac prodige tu, interque quotidianas rapinas ſemper egene, Oppida ditionis noſtrae ad res novas excitare, dormientes hoſtes noſtros expergefacere, ac num-

nummos coacervare laboras, quos a jam notis, ac viribus noſtris deſpectui habitis, inutiliter prorſus ac turpiter mendicas, ad conſcribendos milites adverſus clementem illam Civitatem, cui triplici nomine vitam, ac libertatem debes, ter veniam ab ea conſecutus, & ab inimicis tuis defenſus, ter quoque in Principatum Patris tui Transhadranium reſtitutus, deinde exiguum id, quod reliquum tibi eſt, diſperdis, unde ad eam paupertatem delapſus es, ut ſtultitiae ſolum paternae, animique ingrati haeres relictus ſis, ad recuperandum tibi illum agrum noſtrum, quem quo tempore bellis occupati eramus, Parens tuus uſurpatorie occupaverat. Quod clementia uſi ſimus erga Juventutis tuae furorem, id factum eſt ad diſſimulandas, imo deridendas, tanquam telas aranearum, vanas tuas in damnum noſtrum machinationes. Verumtamen ne apud vulgum creſcere ſinamus tuam exſtimationem, Senatus autem vileſcere auctoritatem, jubemus te Turres Xiphoniae, atque Arcem Scopuli Cyclopei tradere Carneadi noſtro, & confeſtim ab harum litterarum receptione, ditione noſtra excedere, niſi cum omnibus tuis conjuratis ab iisdem pinnis vis pendere, de quibus Pater tuus cum reliquis ſuis praecipitatus eſt, ne ſalutem tuam aliorum precibus aut viribus amplius credas, quum ſis inemendabilis: Neque etiam Arcis munimento, quum arma Catanenſia alas habeant.

CATANENSES SYRACUSANIS.

XXII. Veniam conceſſimus Hyblenſibus Aetnaeis, quod lingua atque armis veſtris inſidioſis decepti, a nobis defecerē: Nec minori clementia, quam miſericordia uſi ſumus erga veterem eorum urbem patriam, opus Avorum noſtrorum, & turres reparavimus, ac muros reaedificavimus, adhibitis ad hoc opus iisdem illis mille Libycis, ſociis veſtris, qui una vobiſcum eos effregerant, ac deturbaverant, nunc autem a nobis ibidem praeſidio relicti ſunt: Veſtris porro eorumque clypeis captis, ad calcem apportandam. Et quoniam ea Catanenſium eſt indoles, ut proſperis ſucceſſibus non ſuperbiant, ſed vincentes ignoſcere, ac prodeſſe ſoleant, dimittimus vobis liberos, ac donamus non vobis ſed ſibi ipſis, & venerandae ſenectuti, ac Muſis Steſichori, ſupplicis ipſorum Patris, nominis, atque pietatis Catanenſis celebratoris Celtum Syracuſium, praefectum praeſidii, & tres ejus Filios cum Nuru, quinque talenta a vobis ac Patre pro ipſis oblata cedant in augmentum dotis Virgini Sponſae, & liberalitatis noſtrae donum.

CATANAEI IISDEM.

Epiſt. XLI. *Libri ſecundi.*

XXIII. Multis jam annis, cum per litteras, tum per internuncios, conſuetae miſericordiae noſtrae bellum minamini, poſcentes Hyblam, eique veſtrum rurſus imponere praeſidium. Manus invictarum domitrices, rebellium vero caſtigatrices ferro campos purgare ſolent, neque radices agere ſinunt zizania, ac ſpinas Syracuſanas in ſolo Catanenſi. Id ipſum, quod inique vos minati eſtis, nos Megarenſibus veſtris juſte fecimus, & victoriam adepti ſumus.

CATANENSES LYTHREO DUCI, HELLESPOTHII FILIO.

XXIV. Monarchia eſt Oligarchia noſtra, ſicuti ſemper fuit, concordes uno omnes oculo cernimus, una lingua loquimur; quemadmodum omnium noſtrum una eſt voluntas, ſic unum omnibus patrimonium eſt: Unus nos Deus agitat, unus Briareus, ſed optimus Centimanus movet. Multi ſunt rami, ſed univerſorum una radix eſt. Ne ſpera, te alligato linguae tuae catenis uno alterove membro, totum unquam in tua poteſtate habiturum corpus; Boni Medici membrum corruptum amputant, ne totum corpus perdant. Dactylum jam corruptum familiaritate EK. - - - tuiſque promiſſis ac donis in perpetuum exilium ejecimus, caſtiſſimamque ejus uxorem Hegeſiam, proditionis revelatricem, proptereaque necatam, Sepulcro ac Statua auro coronata in foro noſtro Lunari honoravimus. Denique Calliandram cum univerſis opibus paternis in matrimonium conceſſimus Tiryntho, rivali tuo, Dactyli inimico, idque propterea, quod invidiae etiam tormento te caſtigari oportet.

PHILANTHROPUS PONTIFEX MAXIMUS CATANENSIUM COCALO REGI.

Epiſt. LII. *Libri ſecundi.*

XXV. Elapſus jam eſt ſeptimus dies Metagitnionis, & illuxit ejusdem ultimus, necdum tamen advenere legiones tuae, quas per litteras promiſiſti, in auxilium noſtrae, imo tuae veteris Regiae, Avorumque tuorum Patriae. Tu nihil curas, perque ſocordiam ac ſomnum inter uxorum tuarum illecebras, & concubinarum tuarum delicias aetatem ducis, tanquam tua nihil referat, quae damna, quam ruinam patiatur haec Urbs, quae non ſemel tibi mater ac nutrix tantum fuit, ſed ſemper & conſors, & ſocia fidiſſima. Num credis, capta a

 Liby-

Libycis, aliisve hoſtibus urbe Catana, tutum tibi manſurum regnum, quod parvulo incluſum triangulo, propter bella hoc tempore civilia, ac Tyrannos incertum ac turbulentum tenes a Barbarorum potentibus armis, aliove belli genere! Crede mihi, erras. Tibi dico: Neque tu neque Reginae tuae, aliaeque concubinae, neque filii ac ſervi tui, qui tecum genio indulgent, neque horti tui, toto anno florentes ac frugiferentes, neque ingentia periſtylia, neque Regia tua, cum ſellis argenteis, ſolio ſubſelliisque auratis, neque divitiae tuae, deliciae aliaeque res cariores, pretioſioresque, quas in ea Urbe non minus incertas poſſides, neque adeo libertas, neque vita tua, neque titulorum longa ſeries, nec honor, tecum manebunt; ſed aut vituperatus, aut profugus vives, ſingulis horis moriens, aut, in duram ſervitutem abductus inexorabilibus victoribus Barbaris ſervies, perimens tua negligentia Majorum tuorum gloriam, quae in te vivit, verum in te morietur, ſi dormias auxilii tempore, & amicos tuos indemnes praeſtare negligas; nihilque inferiora erunt damna tua infamia. Praeveni itaque, o Rex (ſi hoc tibi nomen carum eſt) exſpectationem ſollicitudine, ipſisque rebus confirma promiſſa regia, & fidem Deorum, & leges amicitiae, & advola, ac defende muros & templa ſacra, quibus Parentum tuorum oſſa cineresque veneranda, ſanctaeque reliquiae, Deorumque arae continentur.

CATANAEI COCALO REGI.

Epiſt. LIII. *Libri ſecundi.*

XXVI. Quaeris ab obſeſſis, quo loco res ſint obſidionis, quae hoſtium vires, quinam boves illi Libyci, qui in perniciem noſtram adducti ſunt; faxint Dii, ut neceſſitas ſiat, ſi haec tua eſt curioſitas, ad maturandas cohortium tuarum ſuppetias. Nobis vix tempus reliquum eſt non dico capiendi cibum, aut ullam requiem ſuper oppugnatis muris, ſed vel reſpirandi, ob continuas hoſtium irruptiones, quibus multis de partibus interdiu & nocte infeſtamur, certi vita potius, quam Patria, cumque Patria honore ſimul cedere. *Hiſce* non obſtantibus inter ſaxorum, ſagittarumque tempeſtates, & inter ſanguinis imbres, inter ipſas mortes denique raptim reſcribimus ſucceſſus noſtros, quaeque ſcire deſideras, in ſordidis hiſce, atque incultis tabulis inceratis, quippe quibus hoc tempore non ita prae manu ſunt pelles, corticesque papyri. Legis ſi non ut vis, at ut potes, tua noſtraque damna, & cladem quam nobis obſidio infert. Trium epiſtolarum ſuprema, quam Ephethrae, exploratori noſtro, ad te perferandam dedimus, ideo tibi reddita non eſt, quod captus ille ab hoſtibus extemplo chartam de induſtria deglutivit: Vivus autem exenteratus ab hoſtibus, ſua ipſis viſcera noſtraque ſecum per litteras communicata ſecreta manifeſtavit coactus. Nepotes tui Chilocrates, & Triparchus, pleni glorioſis vulneribus, ſed non indefleti aut inulti occubuere; ille dum muros defendit, hic extra urbem una cum trecentis aliis nobilibus in primo congreſſu; ſcias autem, tantam eſſe gloriam, ut mortis damnum ſuperet Trinympha mater, doloris impatiens e muro ſeſe praecipitavit ſuper occiſum Filium, cumque lachrymis effudit ſanguinem & vitam ſuam, quae & ipſa jam volatilia facta Elyſios campos petebant. Nos ad incitas redacti ſumus, & omni ferme ſpe deſtituti, niſi tu adſis. Quod ſi integrum unquam foret animis invictis, ac mortis contemptoribus, pro liberorum, ac conjugum ſalute, Patriam deſerere, nunc tempus adeſſet, eoque magis, quod hoſtis ſub Conditionibus nobis ſecuritatem ſpondet, & viam fugae aperit: verum honoris defenſio, ſacrorum Templorum reverentia, Deorumque immortalium religio id prohibent. Impia res eſt ſepulcra relinquere aperienda, Patrum noſtrorum cineres ſpargendos, aras ſacras profanandas, ut infami ſalute profanemus animos noſtros. Non permittant Penates, ut haſce abominationes oculi Catanenſes aſpiciant ſuperſtites. Commeatus omne genus inopia jam premimur: Miſſilia nobis tela vix ſuppetunt, imminutae ſunt vires defenſionis, fractae debilitataeque baliſtae, catapultae, caeteraeque omnes machinae, eminus jaculantium: Solus noſtrorum animus in perpetuum manet infractus. Exercitus hoſtilis tam numeroſus nos urget, ut vulnerum abſorbeat numerum, & haſtatorum jactus fruſtrare quodammodo videatur, & operiat non ſolum arenas littorum, verum & campos & colles, qui nobis circum jacent; neque unum aliquem exercitum, ſed totam Libyam in perniciem noſtram, concurriſſe dicas: Neque tamen haec expaveſcimus, quoniam, quemadmodum hoſtibus numerus ac potentia accreſcit, ſic defenſoribus animus, tantoque magis amore Patriae incendimur, quanto nos vires atque ſpes deſtituunt. Verum quum animus, abſque virium ope, parum aut nihil juvet; aut veni, aut ſaltem ne tarda copias mittere auxiliares. Claſſis hoſtilis tanta eſt, ut triginta naves quinqueremes, centum quinquaginta trireſmes Liburnicas roſtratas, ducentas rates, inter militares onerarias, & hippagogeas, & lintres, & lemilias, & ſpeculatorias, in univerſum ad numerum ſeptingentarum, & amplius contineat. Primo adventu ad anchoras conſtitere in Cajetongia noſtra, ac tredecim Turres, quae commeatui ac mercibus reponendis nobis inſerviunt, expugnavere: Mox occupata mole, tam prope Urbem acceſſere, ut ſaxa, ac tela miſſilia catapultarum, balliſtarumque ſuperne e turribus jactae ſubmerſerint quinqueremem Praetoriam. Claſſis majori ex parte jam ſtat ſubducta ſupra Urbem, loco, ubi laedi non poteſt. Boves Libyci quadraginta duo ſunt numero, & bini copulati unam turrem ligneam in dorſo portant, quae pluribus hominibus telorum jaculatoribus, occupatur. Beſtiae ſunt ferociſſimae, quadruplo & quintuplo noſtris bobus majores, roſtro, ſeu naſo (proboſcidem vocant) longiſſimo in-

inſtructae, quem quaquaverſum flectunt, & circumagunt vi magna, & quo manus inſtar utuntur, militibusque clypeos & arma de manibus eripiunt. In ore duos dentes gerunt candidos, multumque prominentes, ceu duo cornua magna, & tam hiſce quam proboſcide illa nocent, ſtragemque ferunt hominibus & equis tam validi ac terribiles, ut in noſtros irrumpant, atque ordines & agmina confundant, neque quo iis reſiſtamus, quicquam reperimus; huc accedit quod equi noſtri, qui (inter occiſos ferro, laboribus, ac fame) vix mille nobis ſuperſunt, ad primum horum monſtrorum conſpectum territi, in fugam convertuntur, neque fraeno ullo aut virga retrahi eo poſſunt, adeoque inutiles nobis ad praelium facti ſunt. At Polichius, & Theodorides, inter noſtros animoſiſſimi juvenes, re ipſa nos docuere, roſtrum illud haud difficulter praeſcindi, viamque nobis aperuere, qua non modo reſiſtere hiſce animalibus, verum & ea ulciſci queamus; poſthabitis enim mortis periculis adeundis, cum trecentis ex omni Juventute Catanenſi lectis ſociis, in ſummo ardore praelii, non minori vi, quam audacia, confertiſſimos hoſtes penetrarunt, & illas beſtias cominus aggreſſi ſunt, duabusque ex illis pronuſcidem praecidere, duas alias trucidarunt, adacto in ventrem vulnere, quia reliquis corporis partibus non poterant vulnerari, ſive ob corii duritiem, ſive quod laminis oſſeis, vel thoracibus impenetrabilibus obtectae eſſent. Theodoridi tamen nimius ardor, dum ad majores adſpirat honores, mortem conſcivit; reliqui juvenes partim ab hoſtibus caeſi, partim reverſi ſunt, gloria non minus, quam vulneribus pleni. Sicanorum decem millia, ab hoſtibus ſecum contra nos militare coacta, praeſto jam ſunt cum arietibus ſuis, aliisque machinis bellicis, ad effringendos muros hujus Urbis, quam campi ipſorum haud ſemel propugnatricem experti ſunt: Et plus jam damni accepimus ab Inſulae hujus incolis, quam exteris nationibus hoſtilibus. Univerſi autem Naumachiam occuparunt, & Circum Maximum, & hiſce ceu ſcalis uti conantur, ad conſcendendos muros noſtros, ſed fruſtra ab hac parte; moenia quoque ab alia parte Urbis perforarunt, perque primum murum, ſanguinolentum ſibi introitum conſecuti ſunt, & ſecundum jam tentant, ſed inutili labore, ob reſiſtentes defenſores. Polemarchus repoſcit Uxorem & filias ſuas, obſidionis noſtrae cauſam, quas quinqueremis noſtra ex mari Attico huc advexit captivas, ipſe autem nudius tertius pila quadam, de catapultis ſuis miſſa, cujus caſu diffractum tectum, ubi aſſervabantur, eas oppreſſit. Nos jurejurando earum mortem cauſamur, cujus ille incredulus autorem ſeſe ipſum eſſe minime credit, easque animo ſuo vivas ſibi repraeſentatas, a nobis flagitat, additisque minis, & mactatis ante oculos noſtros captivis Catanenſibus, tam crudelibus quotidie ſpectaculis efferatur, tamque crebris aſſultibus obſidionem urget, ut nulla temporis intermiſſione alii aliis ſuccedant. Lege itaque, o Rex, quibus procellis in horas nos impetat Fortuna noſtra, tibique & nobis proſpice, & ſuccurre, antequam manus hoſtiles ſolo aequent triplices noſtros muros, quos ſaepius Regni tui coronas dicis, & paullulum illud ſpei quod nobis adhuc ſupereſt, prorſus exſtinguatur.

SALIUS CATANAEUS SALIO SYRACUSANORUM.

XXVII. Fruſtra tu & obteſtationibus & precibus, & hoſtiis Lares, atque Penates noſtros revocare laboras extra moenia Catanaea, intra quae ad nos confugere, Genii veſtri & auguralibus indiciis propitios ſeſe monſtrant. Nos, qui Urbem jam luſtravimus, Paeanas cecinimus, Amburbium celebravimus, Ambarvalia promiſimus, caeteraque quae libri ſacri & Sibyllini docent, ſperamus quam primum mactare victimas. Ego ab hiſce aris, & ab hoc propitiatorio nunquam dimovebor, neque tuae mihi litterae perſuadebunt, ut a ſolemnibus abſtineam expiationibus.

CATANAEI DAEDALO ARCHITECTO.

Epiſt. LXX. *Libri ſecundi.*

XXVIII. Monuiſti nos, fabricas Naumachiae noſtrae, ac Circi Majoris, quod vicinae nimis, ac tantum non contiguae ſint Moenibus noſtris, ſcalarum & arcis uſum contra Urbem noſtram hoſtibus praeſtare poſſe. Ingenium illud unicum tuum, quod veterum Architectorum in hiſce errorem nobis monſtravit, quem tot ſaeculis nullus Architectus aſſequi potuit, nedum emendare, monſtret nobis quoque modum, quo ſalva operum tam praeclarorum magnificentia, vitiis illis mederi, Patriam praeſtare ſecuram, & in Propugnaculum ea nobis convertere queamus: Aut veni, ut hoc nos doceas, ſimulque interſis ſacrorum Ludorum, & Epibatarum ſpectaculis, conſcenſa navi noſtra, cui alas tuas poſuiſti: Aut reſcribe, quid tuum illud fallere neſcium judicium tota de re ſtatuat. Interim in argumentum noſtrae erga te benevolentiae accipe duo talenta; huic autem deſiderio tuo circa praeſtandam illam ſecuritatem Civitati noſtrae, conſentimus, non noſtri ipſorum cauſa, ſed ut illam conſervemus adverſus inſidias: non enim tam anguſto circulo includi ſeſe patiuntur animi magni, non craſſi, non triplices muri, ſed viri fortes ubique & conſtituunt & armant civitates. Probe noſti, canes Catanenſes intra ovilia haud temere obſideri a lupis; neque perſonae noſtrae, neque arma, otioſe poſt muros latent, ſed praecurrere adverſarium ſolent, quoties praevenire ſibi conatur.

CATANENSES EIDEM.

Epiſt. XCV. *Libri ſecundi.*

XXIX. Saepius nos hortatus es, ſollicitus de publica, imo tibi nobiſcum communi ſecuritate, ſicuti etiam in noſtris neceſſitatibus amicum, in utraque fortuna fidiſſimum ſocium te praeſtitiſti, ut vel omnes facultates noſtras (ſi alio modo fieri non poſſet) perficiendis & reſarciendis triplicium murorum noſtrorum ſtructuris antiquis impenderemus. Nos, ne videremur prodigi, aut ſecuritatem noſtram in reparandis craſſis muris turribusque immanibus, antiquiſſimorum fabrorum noſtrorum Cyclopum opere, multis ab hinc ſaeculis inchoato, collocaſſe, plures annos, a perficiendis iisdem ſuperſedimus. Verum ne & operum antiquorum tamque celebrium adeo, ac nobilium fundatorum, aut perſuaſionum tuarum, ingenioſiſſimi inter omnes mortales viri, contemptores arguamur, in praeſentia centum ac tredecim talenta veterum turrium reaedificationi, ac novi muri inſtaurationi, ad deſignatae a te ichnographiae modulum, deſtinavimus, impenſam ſane, quae ſi vires noſtras, non tamen animos ſuperat, praeter drachmarum myriades, a Majoribus noſtris expenſas, chiliadum enim vix ratio habita.

CATANENSES EIDEM.

Epiſt. XCVI. *Libri ſecundi.*

XXX. Ad opinionem falſam, quam de nobis Cocali Regis paraſiti ſtulte coram eo conceperunt, dicentes tibi, ut Lampirius nobis ſcribit, non minus timiditatis nos eſſe ſuſpectos, quam ſuperbiae, ac prodigalitatis convictos, propter impenſam, & Urbis communitionen, quae tibi caeterisque ſapientibus viſa eſt neceſſaria, ad patriae noſtrae conſervationem, atque decus; nos reſponſi loco nihil aliud ipſis reponi volumus, quam publicam litterarum tuarum exhibitionem cum Urbis ichnographia. Quis autem Daedalo peritior eſt? Verum tu, qui paucos nos multis congreſſos ſub Megarorum moenibus, ter manus conſerentes, ter victores in campis Agrigentinis praeſens vidiſti, tu, inquam, pro nobis reſpondere, quantum ſatis eſt, poteris. Adde autem, nos eſſe prodigos earum opum, quas ſanguinis noſtri pretio nobis a Dea Victoria comparavimus, ac liberales earum, quas Ceres & mater Idaea de noſtris ſudoribus nobis reddunt.

CATANAEI ARTHOO.

Epiſt. XVI. *Libri tertii.*

XXXI. Dolorem nequaquam minuit diſſimulatio; fingis & cupis, te non ſentire injurias, ac damna, quae a nobis accepiſti, neque te ipſum noſcere illo ſpeculo quod noſter, vel tuus potius tibi exhibuit Protoiatrus. At ſpecimen hoc puerilitatis tuae, non volumus dicere ſtultitiae eſt, quam malitiae tuae ſuperinducis. Quod ad vitia tua & delicta Meapſiodae tui connivens, te tibi perſuadeas videri a nemine. Sed negare non poteris, etiamſi ab oculis excludantur, per aures tamen penetrare dolorem atque invidiam.

AGATHOCLES REX PHTHIANDRO CATANAEO.

Epiſt. XXIII. *Libri tertii.*

XXXII. Ocius diſpone anguſtiae domui tuae, & veni homo homini Deus, auguſte enim mecum praeeris unus.

AGATHOCLES TYRANNUS SYRACUSANUS PHTHIANDRO CATANAEO.

Epiſt. XXIV. *Libri tertii.*

XXXIII. Scire a te vellem, o Phthiander, num Theognidis Sophiſtae adhuc hortulanus ſis, & num merces tibi ſufficiat ſuſtentandae pauperrimae vitae tuae Philoſophicae, quae Regiam, divitias, atque amicitiam meam, optimi Tyranni, negligis?

PHTHIANDER CATANAEUS AGATHOCLI, TYRANNO SYRACUSARUM.

XXXIV. Operibus ſervilibus ingenue libertatem meam conſervo, & voluntario cultu hortorum Theognidiorum, qui meo ac Domini mei corpori pariter atque animo fructus ferunt. Tuum meumque exteriorem ſperno, & (licet externe pauper) eo contentus vivo qui homi-

nem

nem interne ingenuum, & Deos ſpectat. Scias, me propriis manibus, quibus res terreſtres colo, metiri coeleſtes & conſcribere Hiſtoriam, hominumque celebrium & Heroum laudes, nec non miſeriam Tyrannorum. Experientia enim jam didici, raro aut nunquam tyrannidem ac probitatem, aut opes atque amicitiam eodem loco conſediſſe.

CATANENSES PHALARIDI SALUTEM, AC PACEM, SI VELIT.

Epiſt. XXVI. *Libri tertii.*

XXXV. Scribimus tibi, & loquimur, ut Legislatores: Reſpondemus, ut Judices. Agrum Agyrinum & Aſſorinum, quem utrumque armata manu, ac juſto titulo in poteſtatem noſtram redegimus, a parte Reipublicae, ac populo Catanenſi adjudicamus. Quod ad Symaethum fluvium attinet, tibi de eo non competit judicare, & jam proviſum a nobis eſt, ut agri noſtri ſit terminus, & camporum Leontinorum, nobis communium noſtrique cenſus. Si tibi forte ſuſpecta ſunt arma noſtra, eaque de cauſa, milites, arma ac munimenta paras, dicimus tibi, nos eſſe conſervatores non minus quam amatores pacis. Caveat itaque ſibi a manibus noſtris ultricibus lingua tua ſemper armata: Non enim verbis mortuis bellum gerere conſuevimus, ſed factis vivis. Quod ſi bellum vis, excepturi te ſumus armis juſtae defenſionis, & ſperamus victores fore ignoſcendo. Vanae ſuſpicioni (nolumus dicere metum) ſive tuae ſive tuorum ſedandae publice & in univerſum haec charta inſerviat, & ſcias ab ejusmodi perſuaſionibus pendere, ut aut miſer tibi aut felix videare, ac revera ſis. Ille locus, quem tu exilium vocas, fortibus habitatoribus patriae inſtar eſt.

CATANENSES PHALARIDI.

Epiſt. XLV. *Libri tertii.*

XXXVI. Miſiſti Albionem cum octingentis equitibus & ſexcentis pedibus, praeter triginta currus falcatos, ut Agyra, atque Aſſoro, & Chryſae fluvii limitibus nos ſpoliares. Nos cum ſeptingentis viris in campo aperto, ſaepius ipſi pugnae copiam fecimus: Verum ille cautior, ſive perdere tot hominum ſalutem metueret, ſive ne iterum captivus in manus noſtras incideret, ſatius duxit, non obedire unius avaritiae, & rabiei tyrannicae, deſertisque, cum ſuſcepto munere, curribus praeda onuſtis, clam noctu, non dicimus aufugit, ſed abiit. Campi victoria, ac ſpolia Catanenſibus ab hoſte, non niſi ſanguinis ac vitae profuſione, eripiuntur.

CATANENSES PHALARIDI.

XXXVII. Vere dicis, te in animo habere, bellum nobis inferre, cum propter te ipſum (qui ſemper ſudoribus, & lachrymis, & ſanguine tuorum, qui odio te habent, tuamque tyrannidem, inebriatus es) tum propter Numina, quae tibi ſunt Crudelitas, & Avaritia, nobis ignota. Nos idem quoque in te ſtatuimus, qui trahendus nobis es captivus ante Aras Pietatis, Honoris & Juſtitiae, Numinum Catanenſium, Phalaridis inimicorum, ad placandas eorum iras tuo holocauſto, ſicuti Aetnaeo igni ſacrificavimus tuos illos triginta, qui portas aereas Templi noſtri Vulcani, antiquiſſimum & nobile opus Cyclopum, tibi tantopere laudatum, cremaverant, ut & lucum ſanctarum Hamadryadum, quocum hae natae fuerant, & ſtridentes in flammis jam exſtinguebantur. Exſpecta igitur a nobis, iſtorum Numinum miniſtris, & a Numinibus ipſis vindictam, neque enim pias magis, aut honorificas iis Hecatombas facere poſſumus, quam ſi tua morte eas placamus.

CATANENSES SYRACUSANIS.

XXXVIII. Quod vobis concedere noluimus, ut per proditionem mitteretis ignem in claſſem Athenienſem, quae in Cajetongia noſtra ſub incorrupto Medio Fidio noſtro hybernat, & in utramvis aurem otioſe, quod ajunt, dormit, interminamini nobis bellum & mortes, aut Latomias Syracuſanas. Nos autem, qui hiſce ſaeculis a victimis humanis, antiquiſſimo illo ſacrificandi genere abhorremus, armata manu vos aggreſſi, non in victimam aut hoſtiam holocauſticam, vos mactare conſtituimus ante Aras Hecates noſtrae, a vobis praedatoribus toties offenſae; ſed experiemini ſolummodo, quam grave ſit ſupplicium, in perpetuum ad metallicas noſtras fodinas Cyclopeas damnatos eſſe, ne nimia clementia erga vos crudeles ſimus.

CATANAEI HIMERENSIBUS.

XXXIX. Preces excipi ſolent exhortationibus, haſce ſequuntur fere minae, ultimo demum

ad arma concurritur: Et hunc ordinem in actionibus humanis paſſim obſervare licet. At vos Himerenſes, viribus veſtris majora auſi, contrarium feciſtis; primo enim armis nos tentare coepiſtis & inſidiis in obſcuro: Deinde minis & exhortationibus in publico, poſtremo autem ad preces a vobis in ſecreto ventum eſt, poſtquam nempe jam ſatis experti eſtis noſtras ad reſiſtendum vires. De veſtris autem viribus, aeque ac de ſubſidiis Phalaridis deſperatis, qui iram atque arma Catanenſium laceſſere noluit, quippe qui probe novit, eos, qui primo, atque iterum injuria nos affecerint, tertio tale quid haud quaquam auſos, vel viribus ad id ſatis inſtructos fuiſſe. Fortitudo ratione carens leges atque ordines turbat, metus obſervat: Jam ſi altera vobis damnoſa fuit, alter erit inutilis. Is erat ordo, ſed ſive eum obſervaretis, ſive non, nihil vobis prodeſſe poterat ad obtinenda a nobis oſſa Steſichori, nativitate veſtri quidem, verum patriae electione noſtri. Ea vera demum patria eſt, quae eligitur, non ubi quis naſcitur. Nos in noſtra hac civitate, donis vivum, & magnifico ſepulcro porphyretico mortuum eum honoravimus. Et jam cernimus, vos litteris veſtris, repetitisque minis provocare denuo homines, qui & vivos & mortuos veſtros honorant. Nos ordinem turbare nolumus, ſed a verbis mortuis exordiemur, eaque deinde factis vivis excitabimus. Igitur vobis dicimus, ne moleſtum vobis ſit, velle quod ille voluit, & virum illum divinum honorare Templo veſtro, e longinquo, quemadmodum nos e propinquo, ſepulcro noſtro; nam quum tota Himera, dum infans eſſet, vix ipſi pro cunis ſufficeret, adultae autem aetatis eum non caperet in vita: Quomodo vultis, ut poſt obitum locus tam exilis ſepulcrum ſit tanto Viro, quem ne tota quidem Europa, nedum Sicilia capit? Quid igitur, o Himerenſes, tanto opere a nobis petitis veneranda illa oſſa, quibus moriens ipſe hanc Urbem conlocupletare voluit? Ille relicta Himera Catanam venit, quam vivens ſibi in patriam elegit, moriens in ſepulturae locum: Si non potuiſtis penes vos retinere Virum illum liberum in vita, neque juris aut dominii quicquam vobis erat in vivos veſtros, qui fieri poteſt, ut jam in mortuos, voluntarie factos noſtros, habeatis? Solus Pluto hoc habet imperium. Si itaque hoc precamini, nolumus; ſi jubetis, non poteſtis; ſi minas additis, temerarie facitis; ſi denique vi, & via belli rurſus quaerere mortuum in animum inducitis, univerſos vos vivos perdituri eſtis; & ubi aliena oſſa quaeritis, veſtra relinquetis, veſtraeque invenietis ſepulturae locum, quem ne hoſtibus quidem negare ſolemus.

SENATUS CATANAEUS THICHNAE.

XL. Haud levibus de cauſis Triumviratus honore dignus fuiſſes judicatus, in eumque forſan cooptatus, niſi apud Senatum per precum interceſſiones, quodque pejus eſt, per pretii infamis oblationem, id efficere ſtuduiſſes, ambitioſum detegens animum tuum, quem oculis, obſtinatione non minus, quam ſimulatione tua deceptis, celaſti. Qui magiſtratus emit, neceſſario juſtitiam vendit. Injuria haud levi Patres Patriae, teque ipſum, affeciſti, dum per vias tam turpes auſus es affectare illam dignitatem. Prohibeant Penates, horum moenium cuſtodes, ne quis unquam tribunal, ubi nunquam injuſtum, aut venale Judicium fuit, conſcendat, nedum ibi ſedeat tam corruptus, & impune inde exeat. Imo ſecundum Majorum noſtrorum decreta & ordinationes, cavendum duximus, ne quiſpiam tuo poſt hac exemplo inductus, iterum haec ſcelera tentare audeat, adeoque ex Senatus conſulto non modo ab univerſis honoribus ac dignitatibus arcere te viſum eſt, verum etiam in perpetuum exilium damnare.

ANAPHORMACHUS CATANENSIS TIBI, ALEXANDRO PHILIPPI REGIS F.

XLI. Ridet Apollo Abderitam Anaxarchum, qui, dum noſtra Chaldaeorumque vaticinia deſpectui habet, mortem tibi accelerat, o Alexander fili non Hammonis, ſed Philippi. Si Babylonia, fatali tibi urbe, abſtines, tranquille ad ultimos victurus es climactericos. Quae Diis clara ſunt, haud penitus a nobis mortalibus ignorantur. Quum itaque immutabile ſit Fatum, & ab aeternitate profluat, irrevocabile quoque telum mittat neceſſe eſt, & irreparabile vulnus inferat ei qui ſciens ac prudens illud incurrerit. Vive autem tu tibi, nobisque Catanaeis, victoque a te terrarum orbi, ſi vis, quoniam potes, quum jam ſcias: At neſcis, neque potes, ſi non vis.

ANAPHORMACHUS SOPHIAMITRAE.

XLII. Infauſtus influxus coeleſtis adeo maritum tuum urget ad oppetendam mortem in aquis, quibus tantopere delectatur, ut ab iis avelli nequeat: Amat itaque rem, in qua latet, ac paratus eſt ipſi interitus: Et comitem habet inimicus hic influxus immodicum divitiarum ſummum amorem, quae profecto, ſi ad vitae inaeſtimabilem illum theſaurum comparentur, ne tantillum quidem valent. Horreo ejus mala, quae mentis acie perſpicio, nam caecus eſt, oculis nihil cernere valet, adeoque nec timet. Doleo vicem tuam, tuaeque Matris, quod quum ad o-

pes

pes ejus avare attendatis, perſonae negligentes ſitis ac prodigi, & in charitate crudeles. Deos precare pro me, qui timeo ac precor, proque eo, a quo tua tuorumque Filiorum vita pendet: Ac perdere noli tempus, quin aſſiduam facias ſalutis ipſi conſultricem, vitaeque medicam, linguam tuam.

CATANAEI TOPATREO ARIARCHO.

XLIII. Infinitis mendaciis, ac dolis perſuadere conatus es Ennaeis, Himerenſibus, & Syracuſanis, ut bellum facerent, hiſce tanquam ob jus in Agrum noſtrum, illis, ob oſſa Steſichori, & ſtatuam Cereris Victricis, quam a multis jam ſaeculis poſſidemus; verum neutros, utpote pacis conſervatores, ab amicitia noſtra removere potuiſti: Neque enim Reipublicae ſuae tranquillae ſummam eos in manum Fortunae rurſus tradere oportet, ac novo experimento diſcere, quam probe nos, cum lingua tum manibus, defendere noverimus. Dux tamen Ennenſium, atque Himerenſium, a tumultuante plebe electus, ut timidus plane atque indignus, recuſaſti illud onus, excedens nimirum vires tuas, noſtrarum haud ignaras, cauſatus metum ob Filiorum tuorum ſalutem, qui leones facti, a te, tanquam fugitiva, atque aſtutiſſima vulpe, degenerarunt, adeoque a redeundo ad te abhorrent, nolentes fugae tuae, rapinarumque tuarum ſocii, atque participes fieri, & in manus noſtras denuo incidere: Hanc autem Patriam ſibi, noſque Parentes elegerunt. Jam vero ceſſante excuſationis cauſa, arma (ſi tantum tibi eſt animi) in nos cape, & infeliciſſimum percipe fructum, ut pendeas ex iiſdem illis Minervae oleis, quas cremaſti, & e quibus, vita illa, quam tibi ob conjugis tuae, & ſupplicum Antiſtitarum preces donavimus, indigniſſimus, ſemimortuus ablatus es, & veni, quandoquidem jam corvi, reliquaeque aves rapaces cadaveri tuo inhiant.

CATANAEI MAMERCO CATANARCHO, ET TYRANNO.

XLIV. Revocamus te a Templo, & Luco Vulcani Aetnaei, ubi toto die ſtas otioſus, ac moeſtus. Tanto ſane Tyranno indigna res eſt, ſuper mortuis inutiles fundere lachrymas. Num hiſce ab Elyſiis revocari poſſe credis? Sepulcro ſuo conditum relinque Polipuli tui cadaver, factum jam putridum ac peſtilens, in ipſo enim praelii ardore mortuus glorioſe vivit, tu vero gloriam ejus lugere videris. Veni itaque ad ſpectacula noſtra, & Tragoediam, non tam ut voluptatem ex moleſtia, quam nobis affers, capias, quam ut cognoſcas rerum humanarum Tragoediam, Tyrannorum in hujus vitae ſcena miſeriam, & ab hiſtrionibus, alienas perſonas indutis, intelligas, quae adulatores tui te celant, amici vero, & nos in hac fortuna circa noſtram tuamque ſalutem, tibi detegere non audemus. Parce tibi, nam qui nimiis luctibus indulget, quemadmodum tu facis, immerito ſibi nomen Philoſophi arrogat, quod tibi ſumis: Quippe Philoſophi, ut Dii, neque laetantur, neque triſtantur.

HERMILIA, CERERIS CATANAEAE SACERDOS, TIBI PHALARIDI, AGRIGENTINORUM TYRANNO.

XLV. Vana ſuſpicio, quam de Senatu, Populoque Catanaeo concepiſti, maximo tibi nocumento eſt, tibique turbat exiguam illam quietem, quae reliqua tibi eſt, quamque decerpis a conviciis Sapientum, qui in vanum te circumſtant, hortantes te ad deponendam tyrannidem, ſine qua ſuſtentare neſcis, imo neque vis, vitam tuam, plenam non minus crudelitatis, quam mortis terroribus, atque periculis, aſſiduis propriae conſcientiae (proh dolor!) ſubjectus tormentis, licet abſque fructu. Cave itaque tibi, tuaeque ditioni ab altera eorum vindicta; ut certus ſis, Cererem, ut opera manuum Cyclopum fundatrix vetuſtorum horum moenium, atque ita Domina eorundem atque Regina fuerit, ſic opere manuum Catanenſium terribilem ſemper ſeſe praeſtitiſſe propugnatricem, immittendo cum morbos inſanabiles, ut alias hominibus ſceleratis, tum Erinnyas, ut tibi in praeſentia, quod per incendiarios tuos, qui omnes jam interiere, fruges ſuas, per ſacra Catanaea rura, mille facibus nefandis cremaſti; &, hae fuere reſplendentes illae ſtellae errantes, quibus te exornare ſomniabas imaginem Cereris Catanaeae. Faxit Apollo, ut falſa ſomniorum tuorum, tam infauſta omina portendentium, interpres ſim. Scias autem, cineres ſegetum, igne a tuis hominibus vaſtatarum, ſive Naturae fuerit haec benignitas, ſive univerſalis matris Terrae in te prodigae, erga nos liberalis, fertiliſſimos reddidiſſe campos exuſtos frugibus; te autem invidia. Morere itaque, o profane, in horas, intra propium tuum cadaver, morborum tuorum portatile ſepulcrum, in foetore ac ſceleribus tuis, & conſumere ſupra terram ſenſim in lecto doloris tui, quippe haud dignus es, qui recipiaris a ſancta illa Dea matre Terra, quam igne ac ſanguine humano toties foedaſti.

HERMILIA EIDEM.

XLVI. Valde litteris tuis gloriaris, potentem te eſſe divitiis tuis: Qui oculis captus non eſt,

nihil

nihil in tè praeter Fortunae bona videt: Animi bonorum ſupra omnem miſeriam pauperrimus es. Quaenam miſerior ſors mendicitatis reperiri poteſt, quam ut quis alienas emendicet divitias, idque per tyrannidem ut tu facis, qui ſupra omnes homines ditiſſimum te appellare poſſes, ſi parvo, eoque bono contentus eſſes, nec non virtutum theſauro, quae a te exulant? Nunc ab ultricibus Cereris ac Proſerpinae diris graviter percuſſus, & in perpetuum a conſcientiae propriae morſibus vulneratus atque cruciatus, nummis & donis earum gratiam tanquam venalem & mercenariam, redimere conaris. Abominantur ſanctae illae Deae placamenta auri tui, atque argenti obſcuriſſimi, lachrymis & ſanguine humano foedati. Certus ſis, gratiſſimum quod ipſis offerre poſſis, ſacrificium futurum, ſi teipſum victimam ſiſtas, licet immundam, & tuo ſanguine, tuaque humano generi ſalutifera futura morte eas places.

M. MARCELLUS SENATUI, AC POPULO CATANENSI.

XLVII. Solus Archimedes ille ingenii ſui armis pro Syracuſis totis depugnat, & nobis earum expugnationem remoratur. Catanaei veſtri, ſocii noſtri, in obſidione, nocte dieque, ſtrenue ſeſe geſſerunt, nihil otii ſibi unquam concedentes: Unde prae omnibus mortalibus indefeſſos eos reputavimus. In ardore praelii ter muros Urbis conſcendere, ter ibi vexillum poſuere, ter ab obſtinatis defenſoribus, ad deſperationem eadem de cauſa redactis, depulſi ſunt. Bona eorum pars, in impreſſionibus faciendis, periit, ut vivat eorum ſemper in nobis amicitia, ipſorumque Patriae memoria. Mittite quam primum reliquos, in obſeſſorum ſpolia inque coronas ipſis ſucceſſuros: Cum iisdem expectamus quoque reliquas illas catapultas, arietes majores, caeteraſque machinas, atque tormenta muris oppugnandis. Si in tempore, reliquo frumento conſeveritis caſtra Romanorum, amicorum veſtrorum, qui urbem, paci ac libertati veſtrae perinicioſam evertere nituntur, reddent vobis centuplum.

CATANENSES HYBLAEIS.

XLVIII. Iiſdem illis teſtudinibus, arietibus, & tormentis bellicis captis, quae fuſus a nobis excercitus Syracuſanus reliquit, quum Hyblae urbis oppugnationem aggreſſus eſſet, Megarenſes muros evertemus, & cum M. Marcello jam coepimus Syracuſanos concutere.

SENATUS CATANAEUS GYMNOPILO.

XLIX. Non quod es Comarchus, &, uti re ipſa ſatis probas, ab antiquis Heroibus Catanaeis originem ducis, neque etiam quod jure ſucceſſionis multa poſſides, ſed ob exiguum illud, quod multa pugnando, haud ſemel victoriam quantumvis arduam, adeptus, in poteſtatem noſtram redegiſti, Ducem te creavimus legionum noſtrarum, & hoc tanti momenti munere, unde Patriae pendet ſalus, te ornavimus, quippe quod nemini niſi valde probo ac ſtrenuo contingit. Adde, quod in te repraeſentari agnoſcimus imaginem fortiſſimi Gymni, avi tui, qui tormentis ab hoſte ſubjectus, ne Patriae ſecreta revelaret, linguam ſibi dentibus praemordit, & una illa perpetuum tenuit ſilentium, quod univerſis deinceps linguis ſemper celebraretur: Tandem membratim ab eodem hoſte diſcerptus, atque exenteratus, pro libertate, proque amore communis tibi nobiſcum Patriae mortuus eſt. Recipe itaque haſtam, caeteraque inſignia Imperatoria a Philandro Meapſia, & dic ei, nos ipſum conſtituiſſe Ducem claſſi noſtrae, a quo exſpectatur jam dudum in Portu Ongiae. Tu cum exercitu proſequere victoriam, quam mors Hieronis nobis attulit, contra Erythraeos, & Syracuſanos, Urbe pulſos, & arma noſtra tam longo tempore ſepulta, nunc autem eorum ſanguine reſuſcitata, fugientes. Obſidione Enoſiam cinge, cujus turribus, & arcibus omnem ſalutem ſuam concredidere. Tu fac, ut ad illuſtriorem te reddendum, non ſolum generis origo, verum & fortitudo cateraeque virtutes tuae concurrant, & ab expugnatione exſpecta coronas, ac triumphum non modo, ſed & ſpolia.

CATANAEI DUCIBUS CLASSIS LACEDAEMONIORUM.

L. Nihil Fortuna, Victoria, caeteriſque rebus bellicis mutabilius, nihil quoque Regnis, atque Imperiis, quippe quae in earum manu, ſede omnino incerta, ſunt, minus tutum; Virtutes autem, animi nimirum illae, inexpugnabiles. Vos Lacedaemonii, qui Spartae aliquando, Tragicae atque impiae Catanenſium Fortunae deriſores, & hiſtriones & mimi fuiſtis, hodie ab eadem victi, atque expugnati, fabula eſtis, & Comoediae Comicis extraneis & nobis in ſcenis Theatrorum Catanae (non enim ſatis fuit vobis arridere ſolum, neque etiam ſuo tempore nos irriſiſtis) ut ſemper derideamini: At non a nobis, qui ne hoſtibus quidem etiam venia indignis clementiam, ac miſericordiam negamus, & crebro ignoſcendi uſu, quod ſummum genus victoriae eſt, habitum jam in naturam, naturam in neceſſitatem convertimus. Pro uno Ptiphiſamo,

mo, machinarum architecto noſtro, captivo veſtro, quem liberum nobis, ſed nudum remiſiſtis, remittimus vobis togatos Chreſpothiam, & reliquos undecim nobiles veſtros, quorum, apud nos obſidum, obliti eratis, neque, quum nudi eſſent, ullam curam habebatis. Res ſane vobis Ducibus indigna eſt, Architectum tam praeclarum, machinarum veſtrarum ruinam, non dicam male acceptum, ſed plane incognitum vobis fuiſſe. Corpus quidem Viri ſpoliaſtis, at ne univerſa quidem Graecia, nedum Sparta, cum unquam ſpoliaverit virtutum ſuarum decore, partaeque in damnum veſtrum gloriae ſuae purpura.

L. CAECILIO METELLO, ET Q. FLAMINIO COSS. LAELIUS METELLUS. S. D.

LI. Neſcio, quo pacto litterae meae, quas vobis conſcripſi in Sicilia, tam brevi tempore Romam in manus veſtras pervenerint, tot maria nimirum, ac terras circumvectae. Nunciatum enim mihi eſt, navem ſpeculatoriam, quacum Romam mittebantur, captam eſſe a Piratis Libycis, Libycos illos a Palaeſtinis rurſus, ac Caeſaream tandem in manus P. Caſſii Praetoris delatas, inde demum in veſtras perveniſſe. Non opus eſſe puto ut me excuſem de tarditate mea in perſcribendis ad vos rebus Siciliae, ubi cum imperio ſumus Proconſulari. Scripſi nudius tertius, verum quoniam audio alteram illam quoque navem, quacum alteras haſce litteras ad vos perferendas dedi, naufragium paſſam, tertias nunc adornare viſum eſt cum Euthymio Cinna, qui Patriae cauſa Catanenſium Legatus ad vos venit, vir nobiliſſimus, cum virtutum ſcientiarumque ſplendore, tum rerum per liberas non modo Civitates, verum & Regna procurandarum, uſu. Jam menſis elapſus eſt (neque novum quid Romae, opinor, apportabit hoc nuncium) tremere tota coepit Sicilia, Aetna primo gemere, mox mugire, demum in aëra fumos, flammas, ac cineres denſiſſimos eructare, poſtremo torrentes ſuos igneos evomere. Catana ubi hodie adſum, terrae motu concuſſa, actaque longa, ſed anguſta ac profundiſſima, voragine ſuperne deorſum, uſque ad mare in duas partes ſciſſa eſt: Devaſtata majori ex parte, ac tantum non omnia ejus decora, veterumque ibi monumenta, cineribus etiam oppreſſa. Prolapſa moenia Borealia cum Turribus, Cyclopum invento atque opere, nec non vicinum hiſce Templum Cybeles Magnae. Ruinam minantur Amphitheatrum & Gymnaſium; projecit autem templum Cereris, ac prorſus perdidit celebrem ſuam teſtudinem nobile illud hemiſphaerium. Perguſa lacus vicinus, Proſerpinae ſacer, a terra abſorptus eſt; Spelunca Ditis per quindecim dies flammas eructavit, ſubſedere magna ex parte ripae ejus marinae, & terra ſub mari, flammis efferveſcente, dehiſcens majorem partem molis prope Urbem abſorpſit, adeo ut non niſi Pharus ejus Pyramidalis in mari, & obeliſcus ejus Hieroglyphicus in ripa ſuperſit, conquaſſatum tamen utrumque. Amaſenus in ipſa Urbe, per dies complures multis fontibus ſanguinem putridum vexit. Haſce calamitates paſſa eſt Civitas, Romani nominis tam amans; ex ſtatuis aliisque, quae in ea ſunt, ſimulacris, Romam mitto Statuam Veneris Homicidae, pedibus mutilam, alteram Galateae cum Delphinis, & concha marina, & Statuam Acidis bicornis myſterioſe abſque brachiis elaboratam, cum altiſſima illa Cybeles, ſed confracta, ita tamen, ut reconcinnari queat. Opera Muſeo, eoque Romano haud indigna. Cum hiſce una etiam obeliſcus ille mittitur; quae cuncta Senatus recipiat acceptaque habeat, loco tributi iſtius, quod nondum perſolvit Civitas, vel ex parte adhuc debet. Luxere Catanenſes religioſi, rebus ita chariſſimis ſpoliati, damnum ſuum licet voluntarium. Decernat Senatus remunerare eorum lachrymas tributorum in annos decem remiſſione, ut ruinas reſarciant: Ceſſet interim Quaeſtura. Immania ſunt portenta ac monſtra, nuper in Sicilia conſpecta, Coloſſus Zancloti marmoreus Meſſanae primum noctu, coeleſti quadam ſalſugine opertus, inſequenti die totus in calcem diſſolutus eſt, ut ne ulla quidem pars amplius reſtet. Taurus, Promontorium, ſive ſcopulus, arte in formam tauri elaboratus, ſub Tauromenio, a continenti avulſus, & inſtar ſulphuris, aut bituminis ardens a mari abſorptus eſt, cum bona ipſius continentis parte. Syracuſis Statua Solis vitrea ter ſponte in duriſſima ſaxa, pavimenti prolapſa, neque ullam fracturam paſſa eſt, ne digitis quidem, qui aeris inſtar flectebantur: Collocata autem loco ſecuro, ſponte in partes minutiſſimas diſſiliit. Materiam haec auguriis praebebunt, Romanis autem neque admirationi erunt, neque terrori.

CHRYSEUS DUX CATANENSIUM, NITHRIAE PRAEFECTO.

LII. Numquid credebas, oculos noſtros charopos non deprehenſuros, vel de nocte, Nithriae inſidias? Tu retrocedebas, ut majorem ſaltum faceres, nobisque abblandiebare, ut morderes, ſed in vanum; cecidiſti in foveam, quam copiis noſtris praeparabas. Stultus eſt ille, o Nithria, qui ſuo non contentus, in pace belli anſam quaerit: Praeprimis ſi opibus ipſe & honoribus pollet, & tamen aliena involat, incerta enim res eſt, & omni difficultate major. Armis arma repellimus, & pacem bello inviolatam ſervamus. Catanae cervix indomita jugum neſcit, attamen caeteris juga tractat.

CEDRIA THAPSO.

LIII. Coacta, uti ſcis, ab Ephoris, & Populo Athenienſi, tutoribus meis teſtamentariis nu-

bere marito, de tot Principibus, parvulum te ad generoſum Regulum elegi, tuique, ſummi Sacerdotis Cereris, amore conſumpta magis, quam inflammata ſum. Ad haſce res ſola inter nos eloquens paranympha papyrus fuit, ſalaciſſimus pronubus, calamus; neque jam praecurrenti calcaribus, nec praevolanti alis opus erat; flexili volentem: Et haec per te magis, quam per nos efficere norunt Superi. Ego, inter Veſtae ſteriles, ſumme jam contenta beneficio tuo magis, quam Patriae, ad Nuptias adacta ſum; neque, quum Regina eſſem Ephyraeorum, averſata tamen fui te Regulum, Regem mihi conſtituere ----- Dicebas mihi, o ficte, ac mercenarie amator, quod in me minime pulchrum eſſet, omnium aliarum ſuperare pulchritudinem; quod minime eſſet opulentum, eſſe opulentiſſimum, & quod minime nobile eſſet, a nobiliſſima Heraclidarum prole oriundum. Verum aut tu non amplius te ipſum praeſtas, aut ego non ſum eadem, quoniam ab eodem te, unde profecta laus eſt, natum etiam eſt vituperium. Tuus ignis nihil modicum habuit, ſed ſtatim in te exarſit, quemadmodum ----- ac potius deferbuit, meus non item, ſemel enim in me accenſus inexſtinctus ardet. ----- Quia ego volo, tu non vis; neque miſera ego a te abſtinere ſcio, neque ſi ſciam, poſſim. Voluntas enim mea a tuo non-velle magis voluntaria redditur, magiſque vivax; ſicuti tuum non-velle a meo nimium-velle. Alcibiades, mortuus, in perpetuum vivit penes me per fidem illam conjugalem; quia, infelicibus auſpiciis, ad preces tuas nos conjunxit, a te una cum amore interemptam. Athenas veniſti Legatus Catanenſium, fuitque dubium, utrum linguae magis dulcedine, an oris pulcritudine, dum mandata exponis, animas rapueris, me autem hac ſola rapuiſti. Animus meus, qui crebro alias, & in praeſentia, una cum hiſce litteris, ad te excurrit, meliorem totius mei ſyſtematis partem ſecum fert, brevi reliquam exſpecta. Si venire ceſſas, veneno mihi mortem accelerabo, extremam eamque certiſſimam vulneribus amoris medicinam, ſupremum infelicibus refugium, licet eam ſibi ipſis vel optantes conſequi Dii nequeant. Expecta igitur me umbram denuo tecum in Elyſiis Catanaeis victuram; ſi modo verum eſt, animas poſt mortem iterum in ſempiternum vivere.

LIBURNO DEXTRATORI CAETERISQUE DELATORIBUS, AC ELEUTHRIONI SCURRAE, CAETERISQUE PALATINIS PARASITIS, ARCHON CATANENSIUM.

Epiſt. XII. *Libri tertii.*

LIV. Si Lacedaemoniis, ac Syracuſiis ----- ſecum in bellis transferre licet, num Catanaeis ſine erubeſcentia ----- Inter Orgia ſobrii, caſtique ſumus, Trieterica Libero patri, & Deae Voracitati noſtris Penatibus ignota, cui delubra conſtruxiſtis, nec ulla damus libamina. Quarto vicimus, ſi quinto ſurrecturi cedimus. A Diis bellatoribus pro nobis patratae victoriae facinora tripodes, candelabra, patinasque aureas trilibres, coronasque tetrapondo aureas Jovi Deorum Deo, Cererique, Liberaeque filiae Victricibus, caeteriſque Diis immortalibus, etiam inferis, noſtris manibus conſecravimus. Arantur Catanenſia rura captivis hoſtium bobus, captivaque juga Punica praebent noſtris colla cultoribus; hoſtium fortuna praeceps vires, non fortitudinem Catanenſium vicit.

HIERO REX PHYLTRO QUAESTORI.

LV. Strenuus contra Syracuſios propugnator Cameſtrius Catanaeus patriſſans, inſignia, praeclaraque facinora, pro Patria ſua, non diuturna obſidione, non mortalium armis (fatemur) ſed Numinum ope divinitus ſubjugata, patravit. Noſter autem Dux Hylon, infandum noſtri dedecus exercitus, terque quaterque terribilem hoſtis frontem ſuſtinere nequiens, trepidus terga dedit, quo longiori ſupplicio neciſque genere ſontem ad expiandam mortis iram puniamus: Sed quae longior quae atrocior invidiae cruciatu? quod non unico brevique exitu vitam obtruncat, ſed quotidianis ſuum ſemper necibus cor enecat. Inſerviat igitur Hylon Cameſtrio, Hylonis Praetura Cameſtrius decoretur, legioni ejus imperet; ſtipendia, caeteraque ducalia ab Hylone auferantur. Cameſtrio olim hoſti, captivo nunc, ob patrata de ſe benemerenti haec omnia de regia noſtra dabis tres ſpecioſiores mulieres Siculas ex captivis epicrocis, & muricatis auro, celatisque veſtibus in deliciis, ancillasque tres, mundumque muliebrem cum polymitis verſicoloribus. Dabis & ſubſericam coccineam veſtem unam annuam, diploides villoſas militares duas annuas, bardocucullum unum, epheſtrides purpureas annuas tres, peplum roſeum palmatum argento, pro Epiniciis noſtris annua palliaſtra; Pro mancipiis decem, interulas, & paragaudas decem annuas, lineae telae brachia centum annua ac cubitalia: Cypella quatuor; annuos hordei modios quatuor millia, frumenti tria millia, generoſi vini veteris ſextarios totidem, olei ſelecti Hadranitici ſextarios mille, cereos viginti quinque, tentoria duo, equos ſex, muloſque decem, moloſſios canes bellicoſos tres, vaſa argentea decem, patinas totidem pondo ſexaginta, ſcyphum, & cantharum, & phialas argenteas, auratas & gemmatas pondo XXXV. argenteos noſtra cuſos effigie quinque millia, aureosque totidem pro ſtrenis. Hyloni aureus baltheus effigiatus,

giatus, quadrigemmis annulus aureus, libralis torques gemmatus auferatur, eisque Cameſtrius decoretur, inſignitusque ſit inaurata capſide chirographata ſcite, duabus Herculeanis lanceis, oculeata lorica auro limbata, & ſubarmali ſerico murice purpurato. Dentur huic quoque villoſa cucullla duo cum ſago, chlamyde, & lato clavo. His ſuperadjicies ad decorem pacis, & majeſtatis, togam auro fimbriatam: Quae omnia ſi tantorum meritorum orbem non complent, noſtra munificientia feliciori omine ampliorem circulum intendit.

CATANENSES PLATONI.

LVI. Salvus hic jam inter nos verſatur Dio, ſub tua, noſtraque fide, & armis defenſa, & animo cuſtodita. Archontem cum creavimus, ea apud nos dignitas ſuprema eſt, ipſo non inferior. Ille quod a Dionyſio non longe abeſt, omnia tuta timet, ſemperque vicinas ſibi, imo ingruentes Tyranni ſibi inſidias imaginatur, quas inter neque ipſe ſecure dormis. Perſuaſio ſaepius, quam res ipſa nocet interdum, & necat; nos perſonam tueri novimus, ſecurum reddere metum, non item.

CATANENSES PLATONI.

LVII. Crater Aetnaeus in vomitus ſuos erupit. Veni, ut ea conſideres, quae caeteris terrores, ac ſtuporem inducunt, tibi vero ac nobis philoſophandi materiam. Simulacrum Cereris noſtrae, quod aliorum oculis vetitum eſt, tuis illis religioſis concedetur luſtrandum.

PLATO CATANAEIS.

LVIII. Bene feciſtis, Catanaei, quod Dionem a Dionyſii furore ſalvaſtis, multo melius quod Archontem eum creaſtis; ea demum tutiſſima eſt Reſpublica, in qua aut regunt Philoſophi aut Rectores philoſophantur. Optime facietis, ſi majoris ſecuritatis gratia in locum remotiorem, aut tutiorem amandaveritis; quanquam quis homo aut quod Aſylum a Tyranni inſidiis ſecurum eſt? Plena multo majoribus periculis mihi Regia ipſius eſt quam Ulyſſi antrum Cyclopeum; mihi perniciosior eſt amicitia ipſius, quod ſuſpicax, quam quod infirma eſt. Quam primum potius ad mirandum veniam divinum in vos veſtrum id, quod ab eo intra totum intus eſt, quam ad viſenda Aetnaea miracula.

CATANENSES HIERONI REGI.

LIX. Argentum & aurum, quod e ſudoribus atque lachrymis ſtillat, ſemper liquidum, falſum, & obſcurum eſt.

HIERO REX CATANAEIS.

LX. Mea nihil refert, modo ab humido illo hauriam, quod ſitio, a falſo ſalutem meam, ab obſcuro ſplendorem.

SENATUS CATANAEUS THYMBRO DUCI, PRASAGORAE FILIO.

